image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available



Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
1 Cy
14

C. 29. f.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

COMPENDIVM

ABSOLVTISSIMVM TOTIVS SVMMÆ THEOLOGIÆ

D. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

IN QVO VNIVERSA EIVS DOCTRINA PARTIM Conclusionibus quæstionum, partim verò argumentorum solutionibus, contenta proponitur.

ACCVRATISSIME OMNIA QVÆ VEL IN SACRIS PAGINIS obscura, vel in grauissimis SS. PP. monumentis dubia, vel olim, & hodie ab hæreticis in controuersiam vocata, admirabili cum breuitate & claritate explicans.

AVCTORE

R. D. LVDOVICO CARBONE A COSTACIARIO SS. THEOLOGIÆ in Gymnasio PERVSINO PROFESSORE

Editio postrema à multis mendis expurgata & varietate typorum distincta.

Cum Indice rerum memorabilium copiosissimo.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus PETRI CHOLINI ET CONRADI BVTGENII

ANNO M. DC. XI.

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO S.ROM. IMPERII PRINCIPI AC DOMINO D. IOANNI GODEFRIDO, EPISCOPO

Babenbergensi & Herbipolensi, nec non Orientalis Franciæ Duci &c. Dn. ac Patrono nostro Clementissimo.

QVEMADMODVM, Reuerendissime & Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, SS. Scriptura, D. Gregorio teste, simplices superficie refouet, ita sapientes mysterio exercet: habet enim in publico vnde paruulos nutriat: seruat in occulto vnde mentes sublimium in admiratione dulcedinis suspendat, quasi fluuius quidam admirabilis, PLANVS simul, & ALTVS, in quo AGNVS peditat, & ELEPHAS natat. Sic quoque (vt idem illud de suo mihi largiatur sanctissimus ille Pater AVGVSTINVS) diuina Scriptura loquitur vt altitudine sua superbos irrideat, magnos profunditate sua terreat, ATTENTOS pascat, & sua affabilitate PARVOS nutriat. Ingenij nostri tarditas est, quod ea non comprehendimus, & velamen cordi manet impositum, nisi ab eo, qui habet CLAVEM DAVID, auferatur, & lux cordibus infundatur. Clauem DAVID habuisse, & vsurpasse nostrum, si quem sub Reuerendissimæ & Illustrissimæ Vestræ Celsi-

tudinis Patrocinio & auſpicio in apertum hunc famæ campum producimus. Doctorem Angelicum D. THOMAM Aquinatem, extra aleæ controuerſiam eſt abſolutiſſimo enim TOTIVS THEOLOGIÆ compendio, concluſionibus argumentorumque ſolutionibus aduerſus hoſtium inſultus ſolide præmunito, vniuerſam SS. Theologiæ medullam mira facundia atque incredibili prorſus breuitate complexus eſt, adeo vt non immerito cum MARI, ſenſus profundos & altitudinem Propheticorum ænigmatum habente, comparari poſſit. Plura lubentes ſane prętermittimus, ne forte nobis queat obijci:

Laudat, venales qui vult extrudere merces, &c.

Et beneuolum Lectorem ad ipſam lectionem remittimus. Facundam illam breuitatem, & breuem illam facunditatem Angelici noſtri Doctoris D. THOMAE, mature prænoſcens Reuerendus atque Clariſſimus Dominus Lodouicus Carbo SS. Theol. D. & Gymnaſij Peruſini Profeſſor, vir multis operum Theologicorum editionibus clariſſimus atque commendatiſſimus, immenſas eiuſdem Angelici noſtri Doctoris lucubrationes redegit in compendium, & ſummam iſtam diuini, humanique iuris cognitionem, ſcripturarum ſcientiam, Philoſophiam, &c. mira facundia illuſtrauit, locupletauit. Hanc autem opellam noſtram, quam Reipublicæ literarię hactenus non infelicem infrugiferamque, vti ſperamus, nauauimus, Reuerendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Veſtræ Celſitudini, merito adſcribimus, idque potiſſimum duabus de cauſis. Prima eſt humillima noſtra Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Reuerendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Veſtræ Celſitudinis laudatiſſimæ memoriæ Domino Anteceſſori, MAGNO, non IOVIS, ſed ECCLESIAE INCREMENTO IVLIO, Prioris editionis facta inſcriptio. Secunda pientiſſi-

ma

ma Reuerendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Veſtræ Celſitudinis erga deuotiſſimum D. THOMAM deuotiſſima deuotio. Quæ cum toti terrarum Orbi innotuerit, me tacente, ad amplificandam Reuerendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Veſtræ Celſitudinis gloriam ipſi loquentur lapides. Nil iccirco deſideramus amplius, quam vt Reuerendiſſima & Illuſtriſſima Veſtra Celſitudo, fauore IVLIANO, de quo non diffitemur, noſtros conatus clementiſsimè proſequi non dedignetur. DEVS TER. OPT. MAX. Reuerendiſsimam & Illuſtriſsimam Veſtram Celſitudinem ad maius Eccleſiæ ſuæ incrementum, quam diutiſsime florentem ac incolumem conſeruet. Coloniæ ex officina noſtra Typographica XII. Aprilis ANNO ſalutiferi Partus M DC XX.

Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Veſtræ Celſitud.
humillimi clientes

Conradus Butgenius
&
Petrus Cholinus
ciues ac Bibliopolæ
Colonienſes.

PRÆFATIO R. D. FELICIANI BERARDI, Sacræ Theologiæ Doctoris.

IN COMPENDIVM SVMMÆ THEOL. S. THOMAE AQVINATIS.

Auctore D. Ludouico Carbone.

ANTEQVAM ad absolutissimi huius Compendij lectionem accedas amice Lector, placuit de quibusdam te admonere, qua forte in legendo animum tuum ancipitem reddere potuissent. Scito igitur in hoc Compendio hæc præstari. Primo: vniuersa Doctrina Summæ Theologiæ Sancti Thomæ per Conclusiones est disposita, deinde ipsarum Conclusionum rationes, seu probationes ad formam Syllogisticam sunt redactæ, quæ quidem methodus, & dispositio in singulis articulis est seruata: quamuis interdum ordo redigendi rationes ad formam prætermissus sit ob maiorem facilitatem, quam imprimis auctor in toto hoc Compendio præ oculis habuit.

Secundo scito, quod quamuis auctor noster nihil prætermiserit, quod ad plenissimam sancti Doctoris doctrinæ cognitionem iudicauerit necessarium, tamen studuit etiam summopere breuitati, ita vt ne voculam quidem superuacaneam admiserit. Vnde cum videret, quod ex innumeris fere conclusionibus, quæ in toto opere continentur, non parum ipsum Compendium auctum fuisset, si semper voluisset apponere hanc dictionem (Conclusio) decreuit illam omittere, & semel tantum in margine statim in principio articuli apponere, & loco illius apposuit numerum notatum cum litera, vnde cum in toto compendio sint duo genera numerorum, vnum cum litera, alterum sine litera, quando illud reperies cum litera scito esse conclusionis notam, sine litera autem rationum conclusionis, ex hoc studio breuitatis effectum est etiam quod auctoritates interdum asseruntur non integræ, nonnunquam etiam tantum in margine citantur, etsi ad conclusionis probationem inseruiant: effectum est tertio, quod opiniones aliorum ab ipso Sancto Doctore allatæ, vel non semper referuntur, vel leuiter attinguntur, nisi earum cognitio sit necessaria: Eff. ctum est postremo, quod cum D. Thomas sæpius ad probandam propositam quæstionem remittat se ad dicta in præcedentibus articulis, interdum etiam repetat quæ supra dixerat, auctor noster data opera, de primo non meminit, & secundum omisit, ne compendij limites transcendere videretur, quapropter si forte lector in aliquem articulum inciderit, quem non ita facile intelligat, sciat eius intelligentiam ex superioribus articulis esse petendam.

Tertio scito, quod licet in omnibus fere articulis prima conclusio sit principalis id est responsiua ad quæsitum in titulo articuli positum, id tamen aliquando non fit seruatum, & hoc quando ipsa principalis Conclusio aliquo indiguit fundamento, tunc enim postponitur, & vt è multis locum vnum in medium proferam, In articulo nono decimænonæ quæstionis primæ partis quæritur, an Deus velit malum, ante primam talem conclusionem, præmittitur Conclusio, a quo, & quomodo possit appeti malum.

Quarto

Quarto *scito*, Conclusiones *non solum collectas esse ex corpore articulorum, vt omnes fere hactenus fecerunt, sed etiam ex responsionibus argumentorum, ita vt in ipsis conclusionibus non solum tota articuli doctrina continetur argumentorumque contrariorum solutiones, sed etiam si quis bene aduerterit, facile argumenta ipsa in contrarium facta intelligere possit.*

Quinto *scito, ipsas* Conclusiones *ita esse dispositas, vt illa, quæ præcedant signum hoc †. collecta sint ex corpore articuli, quæ autem subsequuntur ex argumentorum responsionibus: ità vt singula singulis respondeant argumentis.*

Sexto *scito, quod sanctus Doctor in omnibus articulis, postquam retulit argumenta contraria, ponit semper rationem quandam, quæ appellatur argumentum sed contra. De hoc argumento te scire velim duo; vnum quod illud sæpe concludit tantum probabiliter, interdum etiam non probat ex omni parte conclusionem: alterum, quod auctor noster vtatur semper hoc argumento, pro prima ratione conclusionis principalis.*

Vltimo *scito, auctorem huius Compendii, licet in eo eleganti, & recondito dicendi genere vti potuisset, sequi tamen maluisse genus dicendi ipsi D. Thomæ consentaneum*, scholasticum *nempe, & apertum. vnde factum est, vt ad retinendam eiusdem sancti Thomæ phrasim sæpe in ipsis conclusionibus vsus fuerit iisdem ferme verbis, quibus vsus est sanctus Doctor, quamuis ea ipsa conclusiones colligi potuiss. nt verbis forte clarioribus, & breuioribus,*

Reliquum esset amice lector, vt pauca quædam adderem in auctoris, & operis huius commendationem. Verum quod ad auctorem attinet, tam singularis eius virtus, & doctrina satis illum commendatum, ac celebrem reddiderunt: nam præter probatos integerrimæ vitæ suæ mores omnibus cognitos, atque perspectos, extant præclara ingenij sui monimenta, nempe de Pacificatione; De Concordia fraterna; De viro iusto, & de Interiori homine; *libri quidem multiplici eruditione referti, & omnium sermone celebrati, Quibus addas modo insigne hoc compendium, & libros* viginti quinque de ratione interpretandi sacram scripturam *propediem imprimendos; opus quidem singulare, variaque doctrina refertum, & mirabili methodo dispositum. Quod autem spectat ad* opus *ipsum dicam duo potissimum: vnum, quanam fuerit occasio illud edendi; alterum, quanam vtilitas ex ipso sit speranda;* Occasio *fuit huiusmodi. Cum superioribus annis auctor ipsius Ludouicus* Carbo *Theologiam publice in Gymnasio Perusino profiteretur, ad maiorem auditorum suorum commoditatem, & emolumentum Quæstiones Summæ* Theologiæ *Sancti* Thomæ, *quas eo tempore explicandas susceperat, in Conclusiones & earum probationes eodem prorsus modo, quo hic factum esse vides, redegit; qui quidem labor adeo omnibus arrisit, vt ipsum summis precibus rogauerint, vellet vniuersam ipsius sancti Doctoris summam eadem methodo disponere, quod ille (quæ sua est humanitas) libenter pollicitus est, sed varijs deinde occupationibus detentus, præstare non potuit, cum tamen tam proxime Venetijs degeret, ydemmet Auditores, & plerique alij iteratis literis, quas ego vidi, promissum ei in memoriam reuocauerunt, aiebantque maximam esse Venetijs oportunitatem opus imprimendi, quorum precibus addidi ipse quoque meas, imo curaui, vt Perillustriss. & Reuerendiss. Abbas Triuisanus nobilis Venetus Dominus meus, & ipsius auctoris familiarissimus, hoc idem faceret: vnde ille tot precibus victus: relictis cæteris impedimentis, opus reassumpsit, illudque Deo auspice perfecit, ac imprimendum curauit.*

De vtilitate *vero, licet plurima dici possent, illa tamen mihi recensenda esse non duxi. Dicam nihilominus, quod cum ex multis capitibus vtilitatem huius Compendij spectare possimus, scilicet ex* facilitate *incredibili, & ex* dispositione *prope singulari, quibus in eo vtitur auctor, tamen vel ex eo potissimum ipsius commoditas colligi licet, si hoc cum alijs id genus compendijs conferamus. nam ex ijs, qui hanc eandem prouinciam susceperunt, alij per conclusiones, & earum probationes non processerunt, sicut noster Carbo præterquam quod interdum à mente Sancti Doctoris demarunt,*

vt proprias opiniones in medium afferrent: alij *ex singulis articulis vnam vel alteram tantum conclusionem collegerunt, & sape eas rationibus parum mentis Sancti Thomæ consentaneis probarunt*: alij *ipsa solum verba corporis articulorum transcripserunt, & quod plurimi faciendum est, doctrinam, quæ in argumentis continetur, reliquerunt, parum curantes id, quod à sapientibus viris est obseruatum, Doctrinam Summæ Theologiæ D. Thomæ sine argumentis, esse velut ciuitatem sine mœnibus*: alij *postremo, & si conclusiones cum earum probationibus colligere studuerunt, id tamen vel in partem tantum summæ præstiterunt, vel ad quæstiones proprias properantes pauculas omnino conclusiones collegerunt: At Carbo noster, vt iam semel atque iterum dixi, & corporis & argumentorum vniuersa Summa doctrinam in conclusiones ita redegit, vt nihil quod sit vtile tacuerit, nihil quod sit necessarium, prætermiserit. Vnde si Resp. literaria multum debet ijs, qui quoquomodo de ea bene meriti sunt, quid non debet Ludouico nostro, qui nulla habita ratione vel vigiliarum, vel rei familiaris, vel bonæ valetudinis, eam pro viribus illustrare conatus est? Accipe igitur humanissime Lector, hilari ac prompto animo labores hos longe tibi vtilissimos, Deumque optimum maximum pro illorum auctore semper roga.*

INDEX ALPHABETICVS,

SINGVLARVM QVÆSTIONVM COMPENDII ABSOLVTISSIMI

Summæ Theologiæ D. Thomæ Aquinatis.

A.

Absolutio à peccatis 807. ab excommunicatis.... 912

Abstinentia.

Quid sit 617. an sit virtus. & qualis virtus. ibid.

Acedia.

An sit peccatum 464. quale peccatum. ibid.

Acceptio personarum

An sit peccatum 501. in quo habeat locum. ib. & 515

Accusatio.

Quis teneatur accusare. 517. accusatio quomodo debet fieri ibid. necessaria ad iustam accusationem ibid. pœna iniusti accusatoris. 514

Actio. & Actus.

Actio corporalis creatura in communi. 99. hominis in specialis. 202. Actio Angelorum in hominem, vide in verbo Angelus. Actus humanus. 208. de circumstantiis humanorum actuum. 223. Actus imperati 237. Actuum humanorum interiorum bonitas, & malitia. 239. item exteriorum. 245. earundem ratio, & modus. 247

Adam, vide in verbo Homo.

Adiuratio.

An liceat adiurare homines. 547 An Dæmones. ibid. An irrationalem creaturam. 548

Adoratio.

Quomodo adorandus sit Christus. 744. quid sit adorandum. 745

Adulatio.

An sit peccatum 80. quale peccatum. ibid.

Aduocatus.

An teneatur patrocinari pauperibus. 516. de officio aduocatorum. ibid. & 517

Ambitio.

An sit peccatum 601. ambitionis ratio, in quo consistat. ibid.

Amicitia.

An sit virtus, & qualis virtus. 579. & 580

Amor.

Amoris subiectum. 275. causa. 254. effectus. 255

Angelus.

Angelorum substantia 10 eorum consideratio quo ad corpora 01. quo ad locum 104. quo ad motum. ib. eorum cognitio. 106. medium cognitionis. 107. & primo quo ad immaterialia. 108 secundo quo ad materialia 109 cognitionis modus. 110. Angelorum locutio. 112 amor, & dilectio 113. eorum productio quoad esse. 115 quo ad gratiam, & gloriam. 116 eorum malitia. 118 pœna. 121 locutio. 186. hierarchia. 178. potestas super creaturas. 191. super homines 193. missio. 194. custodia. 195. malorum angelorum ortus, vide diabolus.

Anima.

Anima vnio ad corpus 134. de animarum numero in homine. & de modo existendi eius. habes plura 136. & seqq. de potentiis animæ in communi. 138. in specialibus 140 de potentiis intellectiuis. 142. appetitiuis. 146. anima vnita corpori, quomodo intelligat. 151 quomodo intelligat seipsam, & quæ sunt in ipsa. 158. quæ supra se sunt. 160. quomodo intelligat separata a corpore 161. anima status status post mortem. 939. quantus. 982. quomodo patiatur ab igne corporeo, ibid.

Apostasia. ibid.

An pertineat ad infidelitatem. 423. apostasiæ pœna

Auaritia.

An sit peccatum 503. & quale peccatum. ibid. & 584. eius filia. 585

Audacia.

An sit contraria timori. 280. eius causa. ibid. effectus ibid an sit peccatum. 596

Aureola quid sit. 1029. quibus debeatur. 1051

B.

Baptismus.

Baptismus Ioannis, & circa illum seruata. 764. Baptismi effectus. 813. Minister 818. effectus 824. suscipiens. 820. præparatoria ad baptismum. 818

Beatitudo. Beatus.

Quid sit. 213. beatitudo hominis in quo consistit. 211. quæ ad illa requiruntur. 216. eius adeptio. 218. Beatitudines 319. earum numerus. 320. beatitudo sanctorum. 1024. visio beatorum circa diminutam essentiam 1012. beatorum dotes. 104 & seqq.

Bellum.

An liceat bellare. 469. & quibus personis. ibid. & quo tempore. 470

Beneficentia.

An sit actus charitatis. 456. *quibus sit benefaciendum.* ibid.

Bigamia.

Bigamia, & eius species 975. *quomodo cum bigamo dispensetur.* 976

Blasphemia.

An sit peccatum mortale. 424. *ibi, Loqui in Spiritum sanctum.* ibid.

Bonum.

Quomodo differat ab ente. 7. *eius ratio.* 8. *diuisiones.* C.

Charitas

An sit habitus. 436. *eius subiectum,* 441. *obiectum.* 442. *ordo.* 449 *an charitas sit magis amare, quam amari.* 450. *charitatis precepta.* 474

Castitas.

An sit virtus 624 *quales virtus.* ibid.

Character

Quid sit 807. *in qua potentia collocetur.* 808. *in sacramentis per omnia sacramenta.* ibid.

Christus.

Christi gratia prouerbium 710 *prout caput ecclesiæ* 714. *scientiam genere.* 71 1. *scientia animæ ipsius* 715. *scientia indita.* 720 *acquisita.* 721. *potentia animæ Christi.* 721. *Defectus a Christo assumpti quoad corpus* 724 *quoad animam.* 725. *prædicata quæ de Christo possunt enunciari* 728. *pertinentia ad veritatem Christi quantum ad esse* 732. *quantum ad veritatem* 734 *quantum ad operationem.* 736. *pertinentia ad Christum, quatenus fuit passus subiectus.* 738. *Christi oratio* 738. *sacerdotium.* 740 *acceptio* 741 *prædestinatio.* 743 *Christus quomodo mediator Dei, & hominum* 746. *Christi conceptio quoad materiam.* 752. *quoad principium actiuum* 754 *modus, & ordo conceptionis* 756 *prima conceptio perfectio.* 757. *Christi natiuitas* 758. *eiusdem natis manifestatio* 760. *legalia circa eius seruata.* 763. *Christi baptizatio.* 766 *modus conuersationis.* 768. *miracula in genere.* 772 *in specie.* 773. *transfiguratio.* 775 *passio.* 776. *passionis causa.* 780. *modus, quantum ad ejectum* 782. *effectus passionis* 784. *Christi mors* 786. *sepultura* 788. *descensus ad inferos* 789. *resurrectio.* 792. *qualitas Christi resurgentis.* 792. *manifestatio resurrectionis.* 793. *virtus eiusdem.* 796. *ascensio ad cælos ibidem. sedet ad dexteram patris.* 799. *iudiciaria Christi potestas ibid. de Christi adoratione, vide in verbo, Adoratio.*

Circumcisio.

Circumcisionis institutio 827. *ritus, effectus ibid. & 828. de circumcisione Christi vide in verbo, Christus.*

Circunstantia.

Circumstantia humanorum actuum. 223. *earum numerus.* 224 *circumstantia an, & quomodo aggranet peccatum.* 329

Claues.

Quid sint 903. *effectus.* 904 *minister.* 905. *usus.* 907

Clementia

Quid sit. 673 *an eadem quod mansuetudo, ibid.*

Concubina.

An liceat habere concubinam. 974. *an fuerit unquam licitum.* ibid.

Concupiscentia.

Quid sit. 258. *ad quam animæ potentiam pertineat.* ib.

Confessio.

Confessionis necessitas. 887 *quidditas.* 889 *minister.* 890. *qualitas.* 891 *effectus.* 894 *sigillum.* 895.

Confirmatio.

Confirmationis sacramentum 830. *eius materia. ibid. forma.* 831. *effectus.* 8 2 *minister.* 834. *ritus ibid.*

Consensus.

Ad quam animæ potentiam pertineat. 235. *quibus consentiat, ibid.*

Consilium.

Quid sit. 233 *de quibus sit* 234. *eius ordo ibid. consilij donum.* 487

Contentio

An sit peccatum 467 *an sit inanis gloria. ibid.*

Contumelia.

An sit peccatum mortale. 518. *eius ratio in quo consistit ibid an oriatur ex ira,* 519.

Contritio.

Quid sit. 881. *eius obiectum.* 882. *quantitas.* 884 *tempus.* 885. *effectus.* 886

Correctio fraterna.

An sit actus charitatis. 460. *an sit in præcepto, & ad quos pertineat* ibid.

Creatio

Creationis causa efficiens 92 80. *& 107. materialis.* 93. *finalis ib. modus & quidditas ib. principium.* 81. *distinctio rerum creatarum in communi.* 97. *in specialis.* 98. *creatio creaturæ corporalis* 122. *ordo, & distinctio.* 123. *de opere primæ diei* 126. *secundæ. ib tertiæ.* 127. *quartæ.* 128. *quintæ.* 129. *sextæ. ib septimæ.* 130. *de septem diebus in communi. ibid. de creatione hominis vide in verbo, Homo, & mulieris in verbo, Mulier.*

Crudelitas.

Quid sit. 638. *an differat a sæuitia. ibid.*

Curiositas.

Curiositatis obiectum. 649. *an unquam sit licita.* 639

D.

Damnati.

Damnatorum pœna. 1014 *voluntas, & intellectus.* 1016. *misericordia Dei circa illos.* 1038. *vide etiam in verbo, Peccatum.*

Decalogus

Decalogi præcepta explicantur 588. *& seq.*

Decimæ

an decimæ sint solvendæ, & quibus, 538

Delectatio

Quid sit, 259. *eius subiectum.* 260. *causa,* 262. *effectus,* 264. *bonitas & malitia,* 265

Derisio

an sit peccatum, 52. *quale peccatum,* *ib.*

Desperatio

an sit peccatum, 434. *quale peccatum, ib. an oriatur ex accidia,* *ib*

Detractio

Quid sit, 519. *in peccatum, vsus. audiens detractores,* 520

Deuotio

Quid sit 530 *eius causa,* *ib*

Deus

Dei essentia. 5. *& sua luctus, ib. perfectio,* 7 *bonitas* 9. *infinitas* 10 *existentia in rebus,* 11. *eius inuisibilitas* 12. *æternitas ibid. vnitas* 13. *potentia* 15. *omnipotentia* 18. *scientia* 24. *vita* 31. *voluntas* 32. *amor* 35. *iustitia, & misericordia* 36. *prouidentia* 37. *potentia* 42. *beatitudo* 44. *trinitas diuinarum personarum* 45 *Deus an laudandus, & quomodo* 548. *quomodo tenetur,* 568

Diabolus, vel dæmon

an in dæmonibus sit ordo 190. *eorum impugnatio,* 197. *an ira ab. eius sit causa peccati* 198. *an asserat necessitatem peccandi ib. de malitia, & pœna dæmonum. Vide in verbo, Angelus.*

Discordia

an sit peccatum 466. *an sit filia inanis gloriæ,* 467

Diuinatio vide in verbo superstitio.

Dolor, vide in verbo, Tristitia.

Donum

Quid sit 713. *rerum necessitas, ib. de donis Spiritus sancti. ib. donum intellectus* 415. *scientia* 417. *timoris* 430. *sapientiæ* 476. *consilij* 487. *locutionis* 664. *sermonis,* 665

Dulia

Quid importet 566. *eius species,* 566

E

Ebrietas

an sit peccatum 620. *quale peccatum,* *ibid.*

Eubulia

Quid sit 486. *an sit virtus, ibid. an distincta à prudentia,* *ib.*

Electio

ad quam animæ potentiam pertineat, 231. *quibus conueniat* 232. *eius obiectum,* *ib.*

Eleemosyna

an sit actus charitatis 457. *eleemosynarum genera, ib.*

Episcopus

Episcopi status, & officia, 677

Æquitas siue Epijkia

Æquitas an sit virtus, & qualis virtus 586

Euangelium

De lege Euangelica, & eius contentis, & præceptis, vide in verbo, Lex.

Eucharistia

Eucharistia sacramentum 836. *materia* 837. *transubstantiatio* 839. *modus existendi Christi in hoc sacramento* 843. *accidentia rei manentia in Eucharistia* 846 *eucharistiæ forma* 849. *effectus.* 855. *vsus* 857. *minister* 861. *ritus* 864. *tempus quo celebratur Christus est. hostia,* 860

Excommunicatio

Quid sit 808. *excommunicationis commoditas, ib causa. ab. quis possit excommunicare* 810. *Item excommunicatus. ib. absolutio ab excommunicatione* 912 *participantes cum excommunicato,* 11

Extrema vnctio

an sit sacramentum 918 *eius institutio* 919. *materia. ib forma* 920. *effectus* 921. *ministri* 922 *suscipientes ib an possit iterari,* 924

F

Falsum

Falsi status subiectum 29 *contrarium,* 30

Fatum

Quid sit 201. *in sit in rebus* 202 *quæ fato subiaceant. ib*

Fides

Fidei obiectum 404 *actus* 407 *actus exterior* 410 *fides quatenus virtus* 410. *de habentibus fidem* 413 *fidei causa* 414. *effectus ib. præcepta fidei scientia, & intellectus,* 415

Filius

Filij illegitimi, qui sint 978. *an possint legitimari,* 979

Finis

an homo agat propter finem 208 *& seq de vltimo fine hominis,* 210

Fortitudo

an sit virtus. & qualis virtus 590 *eius partes* 597 *an sit donum* 609 *fortitudinis præcepta, ib.*

Fraudulentia

Quomodo committatur fraudulentia in emptione, & venditione. 522

Fructus

Fructus Spiritus sancti in genere 321. *eorum quidditas ib. qualitas, & numerus,* *ib.*

Fruitio

Fruitio ad quam animæ partem pertineat, 229

G.

Gaudium

Spirituale gaudium quid sit 452. *à quo causetur. ib.*

Gratia

Gratia necessitas 388. *effectus* 392. *diuisio* 396 *causa* 398. *gratia gratis data quoad locutionem* 664 *quoad sermonem* 665. *item miraculorum.* 666. *gratia Christi vide in verbo Christus*

Gratia, siue gratitudo.

An sit speciatim virtus. 569. *vnde attendatur.* 570 *eius præstanda.* 571

Gubernatio.

Mundus à quo gubernetur. 178. *eius gubernationis effectus in communi.* 178. *in specie.* 180

Gula

An sit peccatum, & quale. 620. *gulæ spec.* 621. *filiæ. ibid.*

H.

Habitus

De habitibus in genere. 285. *quid sint.* 286. *eorum subiectum.* 287. *causæ efficientes.* 289. *augmentum.* 290. *corruptio, & diminutio.* 291. *distinctio.* 292

Hæresis.

An sit species infidelitatis. 421. *eius obiectum.* 422

Hypocrisis

Quid sit 577. *an semper sit peccatum.* 578

Homo.

Primus hominis creatus. 132. *quo anima ad corpus.* 134. *animæ creatio.* 138. & 163 *eius corporis.* 164 *de muliere, vide in verbo, Mulier. Primus homo an ad imaginem Dei factus.* 166. & *seq. quomodo se habuerit in statu innocentiæ, quo ad intellectum.* 169. *quoad voluntatem.* 1. *gratiam & iustitiam.* 171. *quoad dominium.* 172. *quoad conservationem proprij individui.* 173. *species* 174. *quoad conditionem proli generandæ, quoad corpus* 175 *quoad institutam.* 176. *quoad scientiam. ib. de loco in quo primus homo fuit generatus.* 177. *an grauius peccatum hodiernus vel muliebris* 646. *primi peccati pœna ib. primi hominis lætatio.* 648 *iustitia, & status hominis.* 672.

Honestum.

An sit virtus 617. *an idem quod decorum, ibid.*

Humilitas

Quid sit. 640. *eius gradus.* 641

I.

Inctantia

An sit peccatum. 578. *eius oppositum. ib.*

Idea

Idearum essentia. 26 *pluralitas. ib.*

Idololatria

An sit species superstitionis. 550. *eius causa.* 551

Ieiunium

An sit actus virtutis. 617. *quis teneatur ieiunare.* 618 *tempus ieiunij.* 619. *hora. ib.*

Ignis victimæ diei

An per gratia nimia sit facienda. 491. *an per ignem illius ignis qualitas.* 1019. *effectus.* 1019

Illegitimus, vide in verbo, bilimus.

Imago

Quid sit imago in diuinis 57. *quid importet. ib. de imagine vide plura* 166. & *alibi.*

Imprudentia

An sit peccatum. 488. *quale peccatum. ib.*

Inanis gloria

In quo consistat. 601. *an sit peccatum mortale.* 602 *eius filiæ.* 603

Incarnatio

Incarnationis conuenientia. 696. *modus.* 698

Incontinentia

An pertineat ad corpus vel animã 634. *an sit peccatum. ib.*

Indulgentiæ

Indulgentiarum valor 913. *qui possint dare indulgentias.* 915. *qui acquirere.* 916

Infidelitas

An sit peccatum 418 *eius subiectum ibid. species,* 419. *an omnis actio infidelium sit peccatum ib. qua infidelium sit grauius peccatum. ib. infideles an compellendi ad fidem.* 420

Ingratitudo

An sit semper peccatum. 671. *quale peccatum. ib.*

Iniustitia

An sit peccatum. 498. *quemodo quis dicatur iniustus. ibid.*

Inobedientia

An sit peccatum 569. *quale peccatum ibid.*

Intellectus Intelligere

De modo & orame intelligendi. 154 *quid intellectus cognoscat* 157 *intellectiuæ potentiæ, vide in verbo, anima.*

Intentio

Ad quam animæ potentiam pertinet. 230. *eius obiectum. ibid.*

Intimiditas

An sit peccatum 576 *quando incipiat. ibid.*

Inuidia

Quid sit 462 *an sit peccatum. ib. an vitium capitale* 466

Ira

An sit species passionis. 281. *eius obiectum. ib. causæ* 283 *eius diuisio ibid.* 284. *an sit actus.* 634. *irascibilium species* 637. *irascibilia.* 638

Ironia

An sit peccatum 579. *an maius peccatum quam adulatio. ib.*

Iudicium

Quid sit. 499. *an sit actus iudicare. ib.*

Iudicium finale

Signa quæ præcedent iudicium. 1012 & *seq. qualitas ignis illius diei ibid. locus & tempus iudicij* 1014. *iudicantes & iudicati.* 1015. *forma iudicij.* 1018. *status mundi post iudicium.* 1019

Iuramentum

Quid sit 544. *an liceat iurare. ib. comites iuramenti* 545

Ius

Quid sit. 502. *iuris diuisio. ibid.*

Iustificatio

Quid sit, 396. & *seq. necessaria ad iustificationem. ib.*

Iustitia

Quid sit. 595. *iustitia commutativa partes* 501. *vitia opposita.* 506. & 509. *item peccata.* 514. & 523. *partes integrales iustitia.* 576. *partes potentiales.* 517.

L.

Latria.

Quid sit 535. *eius actus exteriores.* *ibid*

Lex.

Legis quid-litas. 35. *diversitas.* 358. *effectus.* 360. *lex aeterna* 361. *naturalis.* 362. *humana* 365. *humana potestas.* 366. *legum mutatio.* 368. *lex vetus* 369. *eiusdem praecepta* 371. *item praecepta moralia.* 373. *caeremonialia.* 376 *eorundem causa* 378. *duratio.* 379. *praecepta iudicialia.* 381. *secundum ratio* 382. *lex evangelica sive nova.* 383. *comparatio legis novae ad veterem.* 384 *contenta in lege nova.* 386.

Libertas.

Quid sit. 41. *quomodo de illa aliquid dicantur.* 42. *libellus repudij, vide in verbo, Repudium.*

Liberum arbitrium,

Quid sit 150. *an sit in homine.* *ibid.*

Liberalitas

An sit virtus. 831. *eius officium* 882

Limbus.

Quid sit. 981. *ubi sit.* *ibid.*

Litigium.

An sit peccatum 881. *eius species in quo consistit* *ibid.*

Luxuria

Luxuria mater. 627 *filiae.* 630. *partes.* *ibid.*

M.

Magnanimitas

Magnanimitatis obiectum. 397 *an magnanimitas sit virtus, & qualis.* 398 & 599.

Magnificentia.

An sit virtus. 604. *eius materia.* *ibid.*

Maledicere.

An sit peccatum mortale. 522. *an liceat aliquid maledicere.* *ibid.*

Malitia.

An quis peccet ex malitia 338. *an malitia aggravet peccatum* 339

Malum.

Causa mali 100 *an detur summum malum.* 101

Maria.

Mariae Virginis sanctificatio 746. *virginitas* 748. *desponsatio.* 750

Martyrium.

Quid sit 593. *martyrii causa.* 594

Matrimonium.

De matrimonio quatenus est naturale 936 *quatenus sacramentum* 930. *quantum ad substantiam* 939. *matrimonii definitio* 941. *consensus in commutatione* 941 *coniunctio cum sacramento, vel copula* 943. *coactus.* 944. *conditionatus.* *ibi.* *consensus obscurus.* 945. *matrimonij bona* 946 *impedimenta in genere* 949. *in particulari.* *ibid.* *error.* *ibi.* *conditio.* 950. *votum, & ordo* 954 *consanguinitas.* 955. *affinitas* 956 *cognatio spiritualis.* 959. *legalis.* 960. *frigiditas, & maleficium furia.* 961 *necessitas.* *aetas.* *ibid.* *cultus disparitas.* 962. *uxoricidium.* 966 *votum solemne.* *ibid.* *fornicatio* 967. *secunda nuptia* 969. *debiti redditio.* 970. *pluralitas uxorum* 972 *bellum repudij.* 676

Mendacium.

An opponatur semper veritati. 575. *mendacij divisio.* 576.

Meritum.

An homo possit aliquid à Deo mereri 404. *necessaria ad meritum* *ibid.* *quid possit homo mereri.* 405

Miraculum.

An omnia, quae fiant à Deo sint miracula 184. *unum miraculum sit maius alio.* *ibid.*

Missio.

Missio in divinis quid sit. 89. *cui conveniat.* 90. 91.

Modestia.

An sit pars temperantiae. 639 *eius species.* 640. *quatenus est in actib. exterioribus.* 639

Mortui.

Mortuorum suffragia. 984. *quomodo iuventur.* 984.

Mulier.

Mulieris creatio 165. *quando sit creata, ibid. ex quo sit creata.* 166

Mutilatio.

An mutilatio membrorum sit aliquando licita, quo casu. 108.

Mutuum.

An re mutuo sit licitum recipere pecuniam 524. *an aliquid amittat.* 525.

N.

Negligentia.

An sit peccatum. 490. *eius oppositum.* *ibid.*

Notio.

Notio in divinis quid sit 51. *qualitas, num.* 54.

O.

Obedientia

Obedientiae ratio 66. *an sit virtus* 567. *ordo.* 568

Oblationes.

An sint solvendae. 578. *quibus solvendae.* *ibid.*

Observantia.

An sit virtus 564. *eius partes.* *ibid.*

Odium.

Odij obiectum. 249. *causa ibid.* *an Deus possit odio haberi.* 463. *an oriatur ex invidia.* 464.

Opus

Opera satisfactoria, vide in verbo satisfactio

Oratio

Cuius potentiae sit actus 531. *an sancti cognoscant nostras orationes.* 1035

Ordo.

Ordinis Sacramentum quid sit. 624 & 625 *materia* *ibid.* *forma ibi.* *effectus.* 626. *suscipiens.* 627. *distinctio.*

tio. 919. *actus.* 930. *Character. ibid. minister* 931. *impedimenta.* 932. *annexa.* 934

Ornatus.

In ornatu, quomodo possit esse virtus, & vitium. 651. *quid de ornatu mulierum.* ibid.

P.

Paradisus.

Quid sit. 177. *ubi fuit.* ibid.

Paruifacientia.

An sit vitium. 6 . *eius oppositum.* ibid.

Passiones humanæ.

Passionum anima subiectū. 248 *differentia* 249 *bonum & malum.* 142. *ordo* 251 *tractatio in particulari* 1253. *inseparabiles.* 268 *passio Christi, videatur verbo, Christus.*

Patientia.

An sit virtus. 605. *cuius virtutis pars.* 606

Pax.

An sit idem quod concordia 453. *an effectus charitatis.* 454.

Peccatum.

Peccatum in genere 322. *peccati definitio* 324 *comparatio peccatorum adinuicem* 327. *subiectum.* 330. *causa in genere.* 333. *in specie* 334 *causa ex parte appetitus sensitiui.* 336. *causa exteriores* 340. *de peccato malitia* 338 *ex parte diaboli* 341. *ex parte hominis.* 142 *de peccato originali* 344. *eiusdem quidditas ibi de subiecto* 345 *quomodo vnum peccatum sit causa alterius.* 346 *peccati effectus* 348. *macula.* 350. *reatus.* 351 *peccata venialia in communi.* 353 *in particulari* 355. *an de eo requiratur pœnitentia.* 874 *an peccata redeant* 875. *peccatum primi hominis, videatur verbo, Homo.*

Pœnitentia.

An sit sacramentum 867. *materia. ibid. forma. ibi. necessitas.* 868. *an secunda tabula sit prouisa.* 876. *effectus.* 894. & 895 *partes* 881. *suscipiens* 902 *pœnitentia solemnis.* 917

Periurium.

Quid sit. 557. *an peccatum.* 558

Perseuerantia.

An sit virtus 607. *cuius virtutis pars. ibid. vitia ei opposita* 608. Persona

Persona in diuinis quid sit 48 *personæ prædicata*, 66. *& vide.*

Pietas.

Pietatis ratio. 563 *an sit virtus. ibid. an donum* 587

Potentia

De potentys animæ & potentijs intellectiuis, vide in verbo, Anima.

Præceptum

De præceptis veteris, & nouæ legis, vide in verbo. Lex, & in verbo, Decalogus.

Præfinitio

A quo fiat 29 *eius effectus ibid. causa* 40. *prædestinatus Christus, vide in verbo, Christus.*

Præsumptio.

An sit peccatum. 660. *& eius ibid. cui inimitatur.* 435 *eius causa.* 436

Primitiæ.

An Deo sint soluenda primitiæ. 537. *&* 538.

Prodigalitas.

An sit peccatum. 586. *prodigalitatis ratio.* 621

Proles

De prole primi parentis, videatur verbo, Homo.

Prophetia.

In quo consistit 653 *eius subiectum.* 654. *causa.* 655 *modus* 657. *diuisio.* 659

Prudentia.

Prudentia quidditas 478 *partes* 483. *partes integrales. ibid. subiectum.* 485 *species.* 486. *oppositæ.* 488 & 489. *præcepta.* 493

R.

Raptus.

Quid sit 662. *de raptu Pauli.* 663

Reatus

Reatus pœnæ peccati, videatur verbo, Peccatum.

Relatio.

Relatio in diuinis, quid sit. 47. *relationum distinctio.* 48

Religio. Religiosus

Religionis effectus. 678 *quid sit ibid religionis efficia, & finis.* 680 *quæ licent vel prosint.* 684 *Religionum differentia, multiplicitas* 687. *Religionis ingressus.* 681 *qui possint, vel teneantur ingredi religionem.* 692

Repudium

Libellus repudij. 976. *an repudium uxoris fuerit vnquam licitum ibid. eius causa quæ fuerit.* 977

Restitutio.

Quid sit. 502. *an sit necessaria.* 503 *quid restituendum. ibid. cui facienda ibid. quæ tenentur ad restitutionem.* 504 *ubi multa.*

Resurrectio.

An sit futura resurrectio corporum. 994. *eius causa.* 996. *tempus.* 997. *terminus* 998 *conditiones* 999 *integritas corporum resurgentium.* 1001. *qualitas.* 1003. *beatorum resurgentium claritudinis.* 1004. *subtilitas.* 1006 *agilitas* 1009 *claritas* 1010 *damnatorum resurgentium conditiones.* 1011. *resurgentium cognitio.* 1012

S.

Sacramentum.

Quid sit 800 *sacramentorum necessitas.* 804. *essentialia principalia. ibid. gratia.* 805 *secundaria, ibid. character.* 807. *causa* 809 *minister.* 811. *num.* 812

Sacrificium.

An sit de lege naturæ offerri sacrificium. 530. *cui offerendum.* ibid.

Sacrilegium

Quæ sit 599. *an sit peccatum & quale ibid.*

Sancti

Quomodo se habeant circa orationes nostras. 533. *&* 988 *sanctorũ beatitudo, & admãsiones.* 1024 *quomodo se habeant erga damnatos.* 1062

Sapientia

Sapientia donum. 434 *eius opposita.* 477

Satisfactio

Quid sit. 897. *possibilit.* 898 *qualitas.* 899. *opera satisfactoria.* 901

Scandalum

Quid sit. 471. *an sit peccatum, & quale.* 472

Schisma

An schisma sit peccatum, 568. *& quale peccatum ib.*

Sedatio

An sit peccatum 471. *quale peccatum, ib.*

Sensualitas

Quid sit, 147. *appetitus sensitiui distinctio, ib.*

Sigillum

Sigillum confessionis, 895 *eius necessitas.* 896

Simonia

Quid sit 560 *quale peccatũ, & quomodo cõmittatur, ib*

Simulatio

An omnis simulatio sit peccatum, 577

Sobrietas

Sobrietatis materia. 612. *an sit virtus, ib.*

Spes

Quid sit 428. *eius causa* 269. *effectus ib. an sit virtus,* 433. *eius obiectum,* 428

Status

Status diuersorum hominum, 693. *de statu perfecto in communi,* 674 *in particulari, ib. de statu Episcoporum,* 677 *religionis,* 680

Studiositas

An sit virtus, 648. *qualis virtus,* 649

Stultitia

An sit peccatum, 478 *quale peccatum, ib.*

Superbia

An sit peccatum, 642. *eius peccatũ, ib. species,* 643

Superstitio

Quid sit 551 *eius species,* 549. *superstitio diuinationis,* 551. *obseruantiarum,* 554

Suffurratio

An sit peccatum, 520. *quale peccatum,* 521

T.

Temperantia

an sit virtus, 610. *eius obiectum.* 611. *regula ib. virtus eius opposita,* 612. *eius partes in genere,* 614. *in specie,* 614. *partes potentiales,* 670. *praecepta,* 670

Testis.

Qualem esse debet, 515

Theologia

Theologia necessitas, 1. *quiditas,* 2. *dignitas, ibid. eius subiectum, ibid.*

Timor

an sit passio animae, 276. *eius quiditas, ib. species, ib. obiectum,* 277. *causa,* 278. *effectus,* 279. *donum,* 430. *timor mortis an sit peccatum,* 695

Trinitas in diuinis

Processio diuinarum personarũ, 45. *relationes,* 47 *personae,* 48. *personarũ numerus,* 50. *pertinentia ad vnitatem, & pluralitatem personarum,* 51. *earundem cognitio,* 53. *Persona patris,* 54. *personalitas filij,* 56. *Spiritus sancti,* 57. *de eiusdem nomine* 59. *aequalitas, & similitudo diuinarum personarum,* 87 *earundem missio,* 89

Tristitia

Quid sit 266. *eius species,* 269. *causa,* 269 *effectus,* 270. *remedia,* 272 *bonitas, & malitia,* 273

V

Venditio.

Venditionis fraus. quomodo committatur, 522

Veritas

Veritatis subiectum, 27 *pluralitas,* 29. *qualis,* 588

Vindicta

an sit licita, 572. *quomodo exercenda,* 573

Virginitas

Ratio virginitatis, in quo consistat, 625

Viuere, & vita

Vita activa & contemplativa, 666. *contemplativa in particulari,* 667. *ité activa,* 670. *earundem ad invicem comparatio,* 672

Vitium

Vitium, vide in verbo, Peccatum. Vnio

Vnio Verbi incarnati, 698. *modus vnionis ex parte personae assumẽtis.* 702. *ex parte naturae assumptae,* 705. *ex parte partiũ humanae naturae,* 707 *quantum ad ordinem.* 708

Voluntarium & inuoluntarium

an voluntarium inueniatur in humanis actib. 221 *an in brutis, ib. Inuoluntarium a quo causetur,* 222

Voluntas

de Voluntate, 172. *Voluntatis obiectum,* 223. *eius motiuũ.* 226. *ipsius actus,* 229. *bonitas, & malitia,* 229

Votum

Ratio Voti in qua consistit, 540. *quis possit vouere,* 542.

Vsura

an accipere vsuram pro pecunia sit peccatum, 524

Vti

Cuius potentiae sit actus, 236.

Vxor

an liceat habere plures vxores, 972. *an fuerit ita vnquam licitum,* 973. *an in hoc potuerit à Deo dispensari, ib. an fuerit vnquam licitum dimittere vxorem,* 975

FINIS.

PRÆFATIO R. D. FELICIANI BERARDI, Sacræ Theologiæ Doctoris.

IN COMPENDIVM SVMMÆ THEOL. S. THOMAE AQVINATIS.

Auctore D. Ludouico Carbone.

ANTEQVAM ad absolutissim huius Compendij lectionem accedas amice Lector, placuit de quibusdam te admonere, quæ forte in legendo animum tuum ancipitem reddere potuissent. Scito igitur in hoc Compendio hæc præstari. Primo: vniuersa Doctrina Summæ Theologiæ Sancti Thomæ per Conclusiones est disposita, deinde ipsarum Conclusionum rationes, seu probationes ad formam Syllogisticam sunt redactæ, quæ quidem methodus, & dispositio in singulis articulis est seruata: quamuis interdum ordo redigendi rationes ad formam prætermissus sit ob maiorem facilitatem, quam imprimis auctor in toto hoc Compendio præ oculis habuit.

Secundo scito, quod quamuis auctor noster nihil prætermiserit, quod ad plenissimam sancti Doctoris doctrinæ cognitionem iudicauerit necessarium, tamen studuit etiam summopere breuitati, ita vt ne voculam quidem superuacaneam admiserit. Vnde cum videret, quod ex innumeris fere conclusionibus, quæ in toto opere continentur, non parum ipsum Compendium auctum fuisset, si semper voluisset apponere hanc dictionem (Conclusio) decreuit illam omittere, & semel tantum in margine statim in principio articuli apponere, & loco illius apposuit numerum notatum cum litera, vnde cum in toto compendio sint duo genera numerorum, vnum cum litera, alterum sine litera, quando illud reperies cum litera scito esse conclusionis notam, sine litera autem rationem conclusionis, ex hoc studio breuitatis effectum est etiam quod auctoritates interdum afferuntur non integræ, nonnunquam etiam tantum in margine citantur, etsi ad conclusionis probationem inseruiant: effectum est tertio, quod opiniones aliorum ab ipso Sancto Doctore allatæ, vel non semper referuntur, vel leuiter attinguntur, nisi earum cognitio sit necessaria: Effectum est postremo, quod cum D. Thomas sæpius ad probandam propositam quæstionem remittat se ad dicta in præcedentibus articulis, interdum etiam repetat quæ supra dixerat, auctor noster data opera, de prima non meminit, & secundum omisit, ne compendij limites transcendere videretur, quapropter si forte lector in aliquem articulum inciderit, quem non ita facile intelligat, sciat eius intelligentiam ex superioribus articulis esse petendam.

Tertio scito, quod licet in omnibus fere articulis prima conclusio sit principalis id est responsiua ad quæsitum in titulo articuli positum, id tamen aliquando non fuit seruatum, & hoc quando ipsa principalis Conclusio aliquo indiguit fundamento, tunc enim postponitur, & vt è multis locum vnum in medium proferam, In articulo nono decimanone quæstionis primæ partis quæritur, an Deus relatione; ante primam conclusionem, præmittitur Conclusio, à quo, & quomodo possit appetitibilis.

Quarto

Quarto *scito*, Conclusiones *non solum collectas esse ex corpore articulorum, vt omnes fere hactenus fecerunt, sed etiam ex responsionibus argumentorum, ita vt in ipsis conclusionibus non solum tota articuli doctrina contineatur argumentorumque contrariorum solutiones, sed etiam, si quis bene aduerterit, facile argumenta ipsa in contrarium facta intelligere possit.*

Quinto *scito*, *ipsas* Conclusiones *ita esse dispositas, vt illæ, quæ præcedunt signum hoc †. collectæ sint ex corpore articuli, quæ autem subsequuntur ex argumentorum responsionibus: ità vt singulæ singulis respondeant argumentis.*

Sexto *scito, quod sanctus Doctor in omnibus articulis, postquam retulit argumenta contraria, ponit semper rationem quandam, quæ appellatur argumentum sed contra. De hoc* argumento *te scire velim duo; vnum quod illud sæpe concludit tantum probabiliter, interdum etiam non probat ex omni parte conclusionem: alterum, quod auctor noster vtitur semper hoc argumento, pro prima ratione conclusionis principalis.*

Vltimo *scito; auctorem huius Compendii, licet in eo eleganti, & recondito dicendi genere vti potuisset, sequi tamen maluisse genus dicendi ipsi D. Thomæ consentaneum*, scholasticum *nempe, & apertum. vnde factum est, vt ad retinendam eiusdem sancti Thomæ phrasim sæpe in ipsis conclusionibus vsus fuerit iisdem ferme verbis, quibus vsus est sanctus Doctor, quamuis ea ipsa conclusiones colligi potuissent verbis forte clarioribus, & brevioribus.*

Reliquum esset amice lector, vt pauca quædam adderem in auctoris, & operis huius commendationem. Verum quod ad auctorem *attinet, iam singularis eius virtus, & doctrina satis illum commendatum, ac celebrem reddiderunt: nam præter probatos integerrimæ vitæ suæ mores omnibus cognitos, atque perspectos, extant præclara ingenij sui monimenta, nempe de* Pacificatione; De Concordia fraterna; De viro iusto, & de Interiori homine; *libri quidem multiplici eruditione referti, & omnium sermone celebrati, Quibus addas modo insigne hoc compendium, & libros* viginti quinque de ratione interpretandi sacram scripturam *propediem imprimendos; opus quidem singulari, variaque doctrina refertum, & mirabili methodo dispositum. Quod autem spectat ad opus ipsum dicam duo potissimum: vnum, quænam fuerit occasio illud edendi; alterum, quanam vtilitas ex ipso sit speranda;* Occasio fuit huiusmodi. *Cum superioribus annis auctor ipsius Ludouicus* Carbo *Theologiam publice in Gymnasio Perusino profiteretur, ad maiorem auditorum suorum commoditatem, & emolumentum Quæstiones Summæ Theologiæ Sancti Thomæ, quas eo tempore explicandas susceperat, in Conclusiones & earum probationes eodem prorsus modo, quo hic factum esse vides, redegit; qui quidem labor adeo omnibus arrisit, vt ipsum summis precibus rogauerint, vellet vniuersam ipsius sancti Doctoris summam eadem methodo disponere, quod ille (quæ sua est humanitas) libenter pollicitus est, sed variis deinde occupationibus detentus, præstare non potuit, cum tamen iam proxime Venetijs degeret, idemmet Auditores, & plerique alij iteratis literis, quas ego vidi, promissum ei in memoriam reuocauerunt, aiebantque maximam esse Venetijs oportunitatem opus imprimendi, quorum precibus addidi ipse quoque meas, imo curani, vt Perillustriss. & Reuerendiss. Abbas Triuisanus nobilis Venetus Dominus meus, & ipsius auctoris familiarissimus, hoc idem faceret: vnde ille tot precibus victus: relictis cæteris impedimentis, opus reassumpsit, illudque Deo auspice perfecit, ac imprimendum curauit.*

De vtilitate *vero, licet plurima dici possent, illa tamen mihi recensenda esse non duxi. Dicam nihilominus, quod cum ex multis capitibus vtilitatem huius Compendij spectare possimus, scilicet ex* facilitate *incredibili, & ex* dispositione *prope singulari, quibus in eo vtitur auctor, tamen vel ex eo potissimum ipsius commoditas colligi licet, si hoc cum alijs id genus compendijs conferamus. nam ex ijs, qui hanc eandem prouinciam susceperunt, alij per conclusiones, & earum probationes non processerunt. sicut noster Carbo præterquam quod interdum à mente Sancti Doctoris deuiarunt,*

vt proprias opiniones in medium afferrent: alij ex singulis articulis vnam vel alteram tantum conclusionem collegerunt, & sæpe eas rationibus parum mentis Sancti Thomæ consentaneis probarunt: alij ipsa solum verba corporis articulorum transcripserunt, &, quod plurimi faciendum est, doctrinam, quæ in argumentis continetur, reliquerunt, parum curantes id, quod à sapientibus viris est obseruatum, Doctrinam Summæ Theologiæ D. Thomæ sine argumentis, esse velut ciuitatem sine mœnibus: alij postremo, & si conclusiones cum earum probationibus colligere studuerunt, id tamen vel in partem tantum summæ præstiterunt, vel ad quæstiones proprias properantes pauculas omnino conclusiones collegerunt: At Carbo noster, vt tam semel atque iterum dixi, & corporis & argumentorum vniuersa Summa doctrinam in conclusiones ita redegit, vt nihil quod sit vtile tacuerit, nihil quod sit necessarium, prætermiserit. Vnde si Resp. literaria multum debet ijs, qui quoquomodo de ea bene meriti sunt, quid non debet Ludouico nostro, qui nulla habita ratione vel vigiliarum, vel rei familiaris, vel bonæ valetudinis, eam pro viribus illustrare conatus est? Accipe igitur humanissime Lector, hilari ac prompto animo labores hos longe tibi vtilissimos, Deumque optimum maximum pro illorum auctore semper roga.

INDEX ALPHABETICVS,

SINGVLARVM QVÆSTIONVM COMPENDII ABSOLVTISSIMI Summæ Theologiæ D. Thomæ Aquinatis.

A.

Absolutio à peccatis 807. ab excommunicatione. 912

Abstinentia.

Quid sit 817. an sit virtus & qualis virtus. ibid.

Acedia.

An sit peccatum 464. quale peccatum. ibid.

Acceptio personarum.

An sit peccatum. 501. in quo habeat locum. ib. & 515

Accusatio.

Quis teneatur accusare. 517. accusatio quomodo debeat fieri ibid. necessaria ad iustam accusationem ibid. pœna iniustè accusatoris. 514

Actio. Actus.

Actio corporalis creatura in communi. 99. hominis in speciali. 202. Actio Angelorum in homines, vide in verbo Angelus. Actus humani. 208. de circumstantiis humanorum actuum. 223. Actus imperati 237. Actuum humanorum interiorum bonitas, & malitia 239. item exteriorum. 245. eorundem ratio, & modus. 247

Adam, vide in verbo Homo.

Adiumatio.

An liceat adurare homines. 547 An Dæmones. ibid. An irrationalem creaturam. 548

Adoratio.

Quomodo adorandus sit Christus. 744. quid sit adorandum. 745

Adulatio.

An sit peccatum 80. quale peccatum. ibid.

Aduocatus.

An teneatur patrocinari pauperibus. 516. de officio aduocatorum. ibid. & 517

Ambitio.

An sit peccatum 601. ambitionis ratio, in quo consistit. ibid.

Amicitia.

An sit virtus, & qualis virtus. 579. & 580

Amor.

Amoris subiectum. 275. causa 254. effectus. 255

Angelus.

Angelorum substantia 10 eorum consideratio quo ad corpora 103. quo ad locum 103. quo ad motum. ab eo cognitio. 106. medium cognitionis. 107. & primò quo ad immaterialia. 108 secundo quo ad materialia 109 cognitionis modus. 110. Angelorum Gelorum. 112 amor, & delectio 113. eorum productio quoad esse. 115 quo ad gratiam, & gloriam. 116 eorum malitia. 118 pœna. 121 locutio. 186. hierarchia. 178. potestas super creaturas. 191. super homines 193. missio. 194. custodia. 195. malorum angelorum ordo, vide diabolus.

Anima.

Anima vnita ad corpus 134. de animarum numero in homine, & de modo existendi cum habes plura 136. & seqq. de potentijs animæ in communi. 138. ins. & alij. 140 de potentijs intellectiuis. 142. appetitiuis. 146. anima vnita corpori, quomodo intelligat. 151 quomodo intelligat seipsam, & quæ sunt in ipsa. 158. quæ supra se sunt. 160. quomodo intelligat separata à corpore 161. anima statim statum post mortem. 939. quantas. 982. quomodo patiatur ab igne corporeo, ibid.

Apostasia. ibid.

An pertineat ad infidelitatem. 423. apostasiæ pœna

Auaritia.

An sit peccatum 503. & quale peccatum. ibid. & 584. eius filia. 585

Audacia.

An sit contraria timori. 280. eius causa. ibid. effectus ibid an sit peccatum. 596

Aureola quid sit. 1029. quibus debeatur. 1031

B.

Baptismus.

Baptismus Ioannis, & circa illum seruata. 764. Baptismi effectus. 813. Minister 818. effectus 824. susceptus. 820. præparatoria ad baptismum. 818

Beatitudo. Beatus.

Quid sit. 213. beatitudo hominis in quo cõsistit. 211. quæ ad illam requiruntur. 216. eius adeptio. 218. Beatitudines. 319. earum numerus. 320 beatitudo sanctorum. 1024. visio beatorũ circa diuinã essentiam 1012. beatorũ dotes. 104 & seqq.

Bellum.

An liceat bellare. 469. & quibus personis. ibid. & quo tempore. 470

Beneficentia.

An sit actus charitatis. 456. *quibus sit benefaciendum.* ibid.

Bigamia.

Bigamia, & eius species 575. *quomodo cum bigamo dispensetur.* 976

Blasphemia.

An sit peccatum mortale. 424. *ibi species in Spiritum sanctum.* ibid.

Bonum.

Quomodo differat ab ente. 7. *eius ratio.* 8. *diuisio ib.*

C.

Charitas

An sit virtus. 430. *eius obiectum.* 431. *obiectum.* 432. *de* 440 *an charitas sit magis amare, quam amari* 450. *charitatis praecepta* 474

Castitas.

An sit virtus 624 *an alia virtus.* ibid.

Character

Quid sit 907. *in qua potentia colloceatur.* 808. *in quo imprimatur per omnia ratiocinia.* ibid.

Christus.

Christi gratia vnus homo 710 *prout caput ecclesiae* 714. *scientia eius* 715. *scientia animae ipsius* 715. *scientia indita.* 720 *acquisita.* 721 *potentia animae Christi.* 722. *Defectus Christo assumpti quoad corpus* 724 *quoad animam.* 725. *praedicata quae de Christo possunt enunciari* 728. *pertinentia ad vnitatem Christi quantum ad esse.* 735. *quantum ad voluntatem* 734 *quantum ad operationem.* 736. *pertinentia ad Christum, quae eius fuit potius subiectiue.* 738. *Christi oratio* 738. *sacerdotium.* 740 *adoptio* 741. *praedestinatio.* 743 *Christus quomodo mediator Dei, & hominum* 746. *Christi conceptio quoad materiam.* 752. *quoad principium actiuum* 754 *modus, & ordo conceptionis* 756 *prima conceptio perfectio.* 757. *Christi natiuitas* 758. *resurrectionis manifestatio* 760. *legalia circa eum seruata.* 763. *Christi baptizatio.* 766 *modus conuersationis.* 768. *miracula in genere.* 772 *in specie.* 773. *transfiguratio.* 775 *passio.* 776. *passionis causa.* 780. *modus, quantum ad effectum* 782. *effectus passionis* 784. *Christi mors* 786. *sepultura* 788. *descensus ad inferos* 780. *resurrectio.* 791. *qualitas Christi resurgentis.* 792. *manifestatio resurrectionis.* 795. *virtus eius dem.* 796. *ascensio ad coelos ibidem. sessio ad dexteram patris.* 799. *iudiciaria Christi potestas* ibid. *de Christi adoratione, vide in verbo, Adoratio.*

Circumcisio.

Circumcisionis institutio 827. *ritus, effectus* ibid. & 828. *de circumcisione Christi vide in verbo, Christus.*

Circunstantia.

Circumstantia humanorum actuum. 223. *earum numerus.* 224 *circumstantia an, & quomodo aggraues peccatum.* 329

Claues.

Quid sint 903. *effectus.* 904 *minister.* 905. *usus.* 907

Clementia

Quid sit. 673 *an idem quod mansuetudo,* ibid.

Concubina.

An liceat habere concubinam. 974. *an fuerit vnquam licitum.* ibid.

Concupiscentia.

Quid sit. 258. *ad quam animae potentiam pertineat.* ib.

Confessio.

Confessionis necessitas. 887 *quidditas.* 889 *minister.* 890. *qualitas.* 891. *effectus.* 894. *sigillum.* 895. Confirmatio.

Confirmationis sacramentum 830. *eius materia.* ibid. *forma.* 831. *effectus.* 8 2 *minister.* 834. *ritus* ibid. Consensus.

Ad quam animae potentiam pertineat. 235. *quibus conueniat,* ibid.

Consilium.

Quid sit. 233 *de quibus sit* 234. *eius ordo* ibid. *consilij donum.* 487

Contentio

An sit peccatum 467 *an filia inanis gloriae.* ibid.

Contumelia.

An sit peccatum mortale. 518. *eius ratio in quo consistit* ibid *an oriatur ex ira,* 519.

Contritio.

Quid sit. 881. *eius obiectum.* 882. *quantitas.* 884 *tempus.* 885 *effectus.* 886

Correctio fraterna.

An sit actus charitatis. 460. *an sit in praecepto, & ad quos pertineat* ibid.

Creatio

Creationis causa efficiens 92 80. & 107. *materialis.* 93. *finalis* ib. *modus & quidditas.* ib. *principium.* 81. *distinctio rerum creatarum in communi.* 97. *in speciali.* 98. *creatio creaturae corporalis* 122. *ordo, & distinctio.* 123. *de opere primae diei.* 126. *secundae.* ib *tertiae.* 127. *quartae.* 128. *quintae.* 129. *sextae.* ib *septimae.* 130. *de septem diebus in communis.* ibid. *de creatione hominis vide in verbo, Homo, & mulieris in verbo, Mulier.*

Crudelitas.

Quid sit. 638. *an differat a fortitudine.* ibid.

Curiositas.

Curiositatis obiectum. 649. *an vnquam sit licita.* 639

D.

Damnati.

Damnatorum poena. 1014 *voluntas, & intellectus.* 1016. *misericordia Dei circa illos.* 1018. *vide etiam in verbo, Reprobi.*

Decalogus

Decalogi præcepta explicantur 588. *& seq.*

Decimæ

an decimæ sint solvendæ, & quibus, 538

Delectatio

Quid sit, 259. *eius subiectum.* 260. *causa,* 262. *effectus,* 264. *bonitas & malitia,* 265

Derisio

an sit peccatum, 52. *quale peccatum,* *ib.*

Desperatio

an sit peccatum 434. *quale peccatum, ib. an oriatur ex accidia,* *ib*

Detractio

Quid sit, 519. *an peccatum, quid audiens detractiones,* 520

Deuotio

Quid sit 530 *eius causa,* *ib*

Deus

Dei essentia 5. *& simplicitas, ib. perfectio* 7 *bonitas* 9. *infinitas* 10 *existentia in rebus,* 11. *immutabilitas* 12. *æternitas ibid. vnitas* 13. *notitia* 15. *nomina* 18. *scientia* 24. *vita* 31. *voluntas* 32. *amor* 35. *iustitia, & misericordia* 36. *prouidentia* 37. *potentia* 42. *beatitudo* 44. *trinitas diuinarum personarum* 45 *Deus an laudandus, & quomodo* 548. *quomodo tenetur,* 568

Diabolus. vel dæmon

an in dæmonibus sit ordo 190. *eorum impugnatio,* 197. *an is ab. Ius sit causa peccati* 198. *an asserat necessitatem peccandi ib. de malitia, & pœna dæmonum, vide in Verbo, Angelus.*

Discordia

an sit peccatum 466. *an sit filia inanis gloriæ,* 467

Diuinatio vide in Verbo superstitio.

Dolor, vide in verbo, Tristitia.

Donum

Quid sit 713. *rerum necessitas, ib. de donis Spiritus sancti, ib. donum intellectus* 415. *scientia* 417. *timoris* 430. *sapientiæ* 476. *consilij* 487. *locutionis* 664. *sermonis,* 665

Dulia

Quid importet 566. *eius species,* 566

E

Ebrietas

an sit peccatum 620. *quale peccatum,* *ibid.*

Eubulia

Quid sit 486. *an sit virtus, ibid. an distincta à prudentia,* *ib.*

Electio

ad quam animæ potentiam pertineat, 231. *quibus conueniat* 232. *eius obiectum,* *ib.*

Eleemosyna

an sit actus charitatis 457. *eleemosynarum genera, ib.*

Episcopus

Episcopi status, & officia, 677

Æquitas siue Epijkia

Æquitas an sit virtus, & qualis virtus 586

Euangelium

De lege Euangelica, & in ea contentis, & præceptis, vide in Verbo, Lex.

Eucharistia

Eucharistiæ sacramentum 836. *materia* 837. *transubstantiatio* 839. *modus existendi Christi in hoc sacramento* 843. *accidentia rerum remanentia in Eucharistia* 846 *eucharistiæ forma* 849. *effectus,* 853. *vsus* 857. *minister* 861. *ritus* 864. *quinam quoad eos sine effectu Christus,* 860

Excommunicatio

Quid sit 908. *excommunicationis comprimitas, ib causa ib. qui possit excommunicare* 810. *Item excommunicari ib. absolutio ab excommunicatione* 912 *participantes cum excommunicato,* 11

Extrema vnctio

an sit sacramentum 918 *eius institutio* 919. *materia, ib forma* 920. *effectus* 921. *minister* 922 *suscipiens ib. an possit iterari,* 924

F

Falsum

Falsitatis subiectum 29 *contrarium,* 30

Factum

Quid sit 201. *an sit in rebus* 202 *qua ratione subdantur, ib*

Fides

Fides obiectum 404 *actus* 407 *actus exterior* 410 *fides quatenus virtus* 410. *de habentibus fidem* 413 *fidei causa* 414. *effectus ib. præcepta fidei scientia, & intellectus,* 415

Filius

Filij illegitimi. qui sint 978. *an possint legitimari,* 979

Finis

an homo agat propter finem 208 *& seq. de vltimo fine hominis,* 210

Fortitudo

an sit virtus, & qualis virtus 590 *eius partes* 597 *an sit donum* 609. *fortitudinis præcepta,* *ib.*

Fraudulentia

Quomodo committatur fraudulentia in emptione, & venditione 512

Fructus

Fructus Spiritus sancti in genere 721. *eorum quidditas ib. qualitas, & numerus,* *ib.*

Fruitio

Fruitio ad quam animæ partem pertineat, 229

G.

Gaudium

Spirituale gaudium quid sit 452. *à quo causetur, ib.*

Gratia

Gratiæ necessitas 388. *effectus* 392. *divisio* 396 *causa* 393. *gratia gratis data quoad locutionem* 664 *quoad sermonem* 665. *item miraculorum* 656. *gratia Christi vide in Verbo Christus*

Gratia, siue gratitudo.

An sit species virtutis. 569. *Vnde attendatur.* 570 *cui præstanda.* 571

Gubernatio.

Mundus à quo gubernetur. 178. *eius gubernationis effectus in communi.* 178. *in specialibus.* 180

Gula

An sit peccatum, & quale. 620. *gulæ species.* 621 *filiæ.* *ibid.*

H.

Habitus

De habitibus in genere. 285. *quid sint.* 286. *eorum subiectum.* 287. *causæ effectus.* 289. *augmentum.* 290. *corruptio, & diminutio.* 291. *assimilatio.* 292

Hæresis

An sit species infidelitatis. 421. *eius obiectum.* 422

Hypocrisis

Quid sit 577. *an semper sit peccatum.* 578

Homo

Primus hominis creatio. 132. *Vnio animæ ad corpus.* 134. *anima creata.* 138 & 163. *eius corporis.* 164 *de muliere, vide in verbo, Mulier. Primus homo an ad imaginem Dei factus.* 166. & *seq. quomodo se habuerit in statu innocentiæ, quo ad animam suam.* 169. *quoad voluntatem, i. gratiam & iustitiam.* 171. *quoad dominium.* 172. *quoad conservationem proprij individui.* 173. *speciei* 174. *quoad conditionem prolis generandæ. quoad corpus* 175. *quoad iustitiam.* 176. *quoad scientiam.* *ib. de loco in quo primus homo fuit genitus.* 177. *an grauius peccatum hominis vel mulieris* 646. *pœna specialis pœna ib. primi hominis lætatio.* 48. *fletus & fletus hominis.* 672

Honestum

An sit virtus 617. *an idem quod decorum, ibid.*

Humilitas

Quid sit. 640. *eius gradus.* 641

I.

Iactantia

An sit peccatum. 578. *eius oppositum.* *ib.*

Idea

Idearum essentia. 26 *pluralitas.* *ib.*

Idololatria

An sit species superstitionis. 550. *eius causa.* 551

Ieiunium

An sit actus virtutis. 617. *quitenentur ieiunare.* 618 *tempus ieiunij.* 619. *hora.* *ib.*

Ignis vltimæ diei

An purgatio mundi sit futura. 491. *an per ignem illum ignis qualis.* 1019. *effectus.* 1019 *Illegitimus, vide in verbo, Filius.*

Imago

Quid imago diuina 57. *quid importet.* *ib. de imagine vide: Imago* 166. & *vltra.*

Imprudentia

An sit peccatum. 488. *quale peccatum.* *ib.*

Inanis gloria

In quo consistat. 601. *an sit peccatum mortale.* 602 *eius filiæ.* 603

Incarnatio

Incarnationis conuenientia. 696. *modus.* 698

Incontinentia

An pertineat ad corpus vel animam 634. *an sit peccatum, ib.*

Indulgentiæ

Indulgentiarum valor 913. *qui possint dare indulgentias.* 915. *qui acquirere.* 916

Infidelitas

An sit peccatum 418 *eius subiectum ibid. species,* 419. *an omnis actus infidelium sit peccatum ib. qua infidelitas sit grauius peccatum. ib. infideles an sint compellendi ad fidem.* 420

Ingratitudo

An sit semper peccatum. 671. *quale peccatum.* *ib.*

Iniustitia

An sit peccatum. 498. *quomodo quis dicatur iniustus.* *ibid.*

Inobedientia

An sit peccatum 569. *quale peccatum ibid.*

Intellectus. Intelligere

De modo & ordine intelligendi. 154 *quid intellectus cognoscat* 157. *intellectiuæ potentiæ, vide in verbo, anima.*

Intentio

Ad quam animæ potentiam pertineat. 230. *eius obiectum.* *ibid.*

Intimiditas

An sit peccatum 576 *quæ species recipiantur.* *ibid.*

Iocus

Quid sit 589. *an sit peccatum? an virtus. capitale.* 466

Ira

An sit specialis passio. 281. *eius obiectum.* *ib. causa* 283 *remedia ibid. effectiue.* 284. *an sit ira sancta.* 654. *iracundorum species* 657. *iræ filiæ.* 658

Ironia

An sit peccatum 579. *an maius peccatum quam adulatio.* *ib.*

Iudicium

Quid sit. 499. *an sit locus iudicare.* *ib.*

Iudicium finale

Signa quæ præcedent iudicium. 1012 & *seq. qualis ignis illius diei ibid. locus & tempus iudicij.* 1014. *iudicantes & iudicati.* 1015. *forma iudicij.* 1018. *status mundi post iudicium.* 1019

Iuramentum

Quid sit. 544. *an liceat iurare. ib. comites iuramenti* 545

Ius

Quid sit. 501. *iuris diuisio.* *ibid.*

Iustificatio

Quid sit. 396. & *seq. necessaria ad iustificationem. ib.*

Iustitia

Quid sit 595. *iustitiæ commutatiuæ partes* 501. *vitia opposita.* 506. & 509. *item peccata.* 514. & 523. *partes integrales iustitiæ.* 576. *partes potentiales.* 517.

L.

Latria.

Quid sit 535. *cui actus exterior es.* ibid.

Lex.

Legis quid ditus. 35. *diuersitas.* 358. *effectus.* 360. *lex æterna* 361. *naturalis* 362. *humana* 365. *humana potestas.* 366. *Legum mutatio.* 368. *lex vetus* 369. *eiusdem præcepta* 371. *item præcepta moralia.* 373. *cæremonialia.* 376. *eorundem causa* 378. *duratio.* 379. *præcepta iudicialia.* 381. *eorundem ratio* 382. *lex euangelica sive noua.* 383. *comparatio legis nouæ ad veterem.* 384 *contenta in lege noua.* 386.

Liber vitæ.

Quid sit. 41. *quomodo de illo aliquid leantur.* 42. *libellus repudij, vide in verbo, Repudium.*

Liberum arbitrium.

Quid sit 150. *an sit in homine.* ibid.

Liberalitas.

An sit virtus. 881. *eius obiectum* 882

Limbus.

Quid sit. 981. *ubi sit.* ibid.

Litigium.

An sit peccatum 881 *eius species: in quo consistat* ibid.

Luxuria.

Luxuria mentalis. 627 *filiæ.* 636. *partes.* ibid.

M.

Magnanimitas

Magnanimitatis obiectum. 597 *an magnanimitas sit virtus, & qualis.* 598 & 599.

Magnificentia.

An sit virtus. 604. *eius materia.* ibid.

Maledicere.

An sit peccatum mortale. 522. *an liceat aliquid maledicere.* ibid.

Malitia.

An quis peccet ex malitia. 338. *an malitia aggrauet peccatum* 339

Malum.

Causa mali 100 *an detur summum malum.* 101

Matio.

Mariæ Virginis sanctificatio 746. *virginitas* 748. *desponsatæ.* 750

Martyrium.

Quid sit 593. *martyrij causa.* 594

Matrimonium.

De matrimonio quatenus est naturale 936 *quatenus sacramentum* 938. *quantum ad substantiam* 939. *matrimonij finis* 941. *consensus in matrimonium* 941 *coniuncta cum iuramento, vel copula* 943. *coactus.* 944. *conditionatus: ibi. consensus obligatorius.* 945. *matrimonij bona* 946 *impedimenta in genere* 949. *in particulari.* ibid. *error ibi. conditio.* 950. *votum, & ordo* 954 *consanguinitas.* 955. *affinitas* 956 *cognatio spiritualis.* 959. *legalis.* 960. *frigiditas, & maleficium furia.* 961 *impotentia. ætas.* ibid. *cultus disparitas.* 962. *vxoricidium.* 966 *votum solemne.* ibid. *fornicatio* 967. *secunda nuptiæ* 969. *debiti reddito.* 970. *pluralitas vxorum* 972. *libellus repudij.* 676

Mendacium.

An opponatur semper veritati. 575. *mendacij diuisio.* 576.

Meritum.

An homo possit aliquid à Deo mereri 404. *necessaria ad meritum* ibid. *quid possit homo mereri.* 405

Miraculum.

An omnia, quæ fiunt à Deo sint miracula 184. *vnum miraculum sit maius alio.* ibid.

Missio.

Missio in diuinis quid sit. 89. *cui conueniat.* 90. 91.

Modestia.

An sit pars temperantiæ. 639 *eius species.* 640. *quatenus est in actib. exterioribus.* 639

Mortui.

Mortuorum suffragia. 984. *quomodo iuuentur.* 984.

Mulier.

Mulieris creatio 165. *quando sit creata, ibid. ex quo sit creata.* 166

Mutilatio.

An mutilatio membrorum sit aliquando licita, quo casu. 108.

Mutuum.

An homo mutuans sit licitum recipere pecuniam 524. *an aliquid aliud.* 525.

N.

Negligentia.

An sit peccatum. 490. *eius obiectum* ibid.

Notio.

Notio in diuinis quid sit. 51. *qualis, num.* 54.

O.

Obedientia

Obedientia ratio 66. *an sit virtus* 567. *ordo.* 568

Oblationes.

An sint soluendæ. 518 *quibus soluendæ.* ibid.

Obseruantia.

An sit virtus 564. *eius partes.* ibid.

Odium.

Odij obiectum. 249. *causa* ibid. *an Deus possit odio haberi.* 463. *auersatio excinuidia.* 464.

Opus

Opera satisfactoria, vide in verbo satisfactio.

Oratio

Cuius potentia sit actus 531. *an sancti cognoscant nostras orationes.* 1035

Ordo.

Ordinis Sacramentum: quid sit. 924 & 625 *materia* ibid. *forma* ibi. *effectus.* 426. *suscipiens.* 927. *distinctio*

tio. 919. *actus* 930. *Character. ibid. ministri* 931. *impedimenta* 932. *annexa.* 934

Ornatus.

In ornatu, quomodo possit esse virtus, & vitium. 631. *quid de ornatu mulierum.* *ibid.*

P.

Paradisus.

Quid sit. 177. *ubi fuit.* *ibid.*

Patuifacientia.

An sit vitium 6.. *eius oppositum.* *ibid.*

Passiones humanæ.

Passionum animæ subiectū. 248 *differentia* 249 *bonum & malum.* 242. *ordo* 251 *tractatio in particula* 1253. *insensibilis.* 268 *passio Christi, videin verbo, Christus.*

Patientia.

An sit virtus. 605. *cuius virtutis pars.* 606

Pax.

An sit idem quod concordia 153. *an effectus charitatis.* 434.

Peccatum.

Peccatum in genere 322. *peccati definitio* 324 *comparatio peccatorum adinuicem* 327. *subiectum.* 330. *causa in genere.* 333. *inspecie* 334 *causa ex parte appetitus sensitivi.* 336. *causæ exteriores* 340 *ex parte malitiæ* 338 *ex parte diaboli* 340. *ex parte hominis.* 142 *de peccato originali* 344. *eiusdem quidditas ibi de subiecto* 345 *quomodo unum peccatum, sit causa alterius.* 246 *peccati effectus* 348. *macula.* 350 *reatus.* 351 *peccatum veniale in communi.* 353. *in particulari* 355. *an de eo requiratur pœnitentia.* 874. *an peccata arideant* 875. *peccatum primi hominis, vide in verbo, Homo.*

Pœnitentia.

An sit sacramentum 867. *materia. ibid. forma. ibi.* *necessitas.* 868. *an secunda tabula ibi de promissa virtus.* 876. *effectus.* 894 & 895 *partes.* 881. *suscipiens* 902 *pœnitentia solemnis.* 917

Periurium.

Quid sit. 557. *an peccatum.* 558

Perseverantia.

An sit virtus 607. *cuius virtutis pars. ibid. vitia ei opposita* 608. Persona

Persona in divini. quid sit. 48 *personæ praedicata*, 66. *& vide.*

Pietas.

Pietatis ratio 563 *an sit virtus. ibid. an donum* 587

Potestas

De potestate animæ & partibus motivis. vide in verbo, Anima.

Præceptum

De præceptis veteris & novæ legis, vide in verbo. Lex, & in verbo, Decalogus.

Præfiguratio

A quo fiat 19 *eius effectus ibid. causa* 40. *præfiguratus Christi, vide in verbo, Christus.*

Præsumptio.

An sit peccatum. 660. *& eius ibid. cui innitatur.* 435 *eius causa.* 436

Primitiæ.

An Deo sint solvenda primitiæ. 537. *& 538.*

Prodigalitas.

An sit peccatum. 586. *prodigalitatis ratio.* 601

Proles

De prole primiparentis, videin verbo, Homo.

Prophetia.

In quo consistit 653 *eius subiectum.* 654. *causa.* 655 *modus* 657. *divisio.* 659

Prudentia.

Prudentia quidditas 478 *partes* 483. *partes integrales. ibid. subiectiua.* 485 *socia.* 486. *oppositæ.* 488 & 489. *præceptæ.* 493

R.

Raptus.

Quid sit 662. *de raptu Pauli.* 663

Reatus

Reatus pœna peccati. videin verbo, Peccatum.

Relatio.

Relatio in divinis, quid sit. 47. *relationum distinctio.* 48

Religio. Religiosus

Religionis effectus. 628 *quid sit ibid religionis species, & status.* 680 *qualiceunt religiosis.* 684 *Religionum differentia. multiplicitas* 687. *Religionis ingressus.* 681 *qui possint, vel teneantur ingredi religionem.* 692

Repudium

Libellus repudij. 976. *an repudium uxoris fuerit unquam licitum ibi de eius causa quæ fuerit.* 977

Restitutio.

Quid sit. 502. *an sit necessaria.* 503 *quid restituendum. ibid. cui faciendæ ibid. quis teneatur ad restitutionem.* 504 *ubi multa.*

Resurrectio.

An sit futura resurrectio corporum. 994. *eius causa.* 996 *tempus.* 997. *terminus* 998 *conditiones* 999 *interstitia corporum resurgentium.* 1001. *qualitas.* 1001. *beatorum resurgentium conditionis.* 1004. *subtilitas.* 1006 *agilitas* 1009 *claritas* 1010 *damnatorum resurgentium conditiones.* 1011. *resurgentium cognitio.* 1012

S.

Sacramentum.

Quid sit 800 *sacramentorum necessitas.* 804. *effectus principalis. idest gratia* 805 *secundarius, idest character.* 807. *causa* 809 *ministri.* 811. *num.* 812

Sacrificium.

An sit de lege naturæ offerre sacrificium. 530. *cui offerendum.* *ibid.*

Sacrilegium

Quis sit 59. *an sit peccatum & quale ibid.*

Sancti
Quomodo se habeant circa orationes nostras. 533. & 988 sanctorū beatitudo, & admāsiones. 1024 quomodo se habeant erga damnatos. 1062
Sapientia
Sapientia donum. 476 eius opposita. 477
Satisfactio
Quid sit. 897. possibilitas. 898 qualitas. 899. opera satisfactoria. 901
Scandalum
Quid sit. 471. an sit peccatum, & quale. 472
Schisma
An schisma sit peccatum, 568. & quale peccatum ib.
Sedicio
An sit peccatum 471. quale peccatum, ib.
Sensualitas
Quid sit, 147. appetitus sensitivus distinctio, ib
Sigillum
Sigillum confessionis. 895 eius necessitas. 896
Simonia
Quid sit 560 quale peccatū, & quomodo cōmittatur, ib
Simulatio
An omnis simulatio sit peccatum, 577
Sobrietas
Sobrietatis materia. 612 an sit virtus, ib.
Spes
Quid sit 428. eius causa 269. effectus ib. an sit virtus, 433. eius obiectum, 428
Status
Status diversi in ecclesia, 673. de statu in perfecto in communi, 674. in particulari, ib. de statu Episcoporum, 677 religionis, 680
Studiositas
An sit virtus, 648. qualis virtus, 649
Stultitia
An sit peccatum, 478 quale peccatum, ib.
Superbia
An sit peccatum, 641. eius peccatū, ib. species, 643
Superstitio
Quid sit 551 eius species, 549. superstitio divinatrix, 551. observantiarum, 554
Susurratio
An sit peccatum, 520. quale peccatum, 521
T.
Temperantia
An sit virtus, 610. eius obiectum, 611. regula ib. virtus eius posita, 612. eius partes in genere, 613. in specie, 614. partes potentiales, 650. precepta, 670
Testis.
Quales esse debet, 515
Theologia
Theologia necessitas, 1. quidditas, 2. dignitas, ibid. eius subiectum, ibid.
Timor
an sit passio animæ, 276. eius quidditas, ib. species, ib. obiectum, 277. causa, 278. effectus, 279. donum, 430. timor mortis an sit peccatum, 695
Trinitas in divinis
Processio divinarum personarū, 45. relationes, 47 persona, 48. personarū numerus, 50. pertinētia ad unitatem, & pluralitatem personarum, 51. earundem cognitio, 53. Persona patris, 54. personalia, 56. Spiritus sancti, 57. de eiusdem nomine 59. æqualitas, & similitudo divinarum personarum, 87 earundem missio, 89
Tristitia
Quid sit 266. eius species, 269. causæ, 269 effectus, 270. remedia, 272 bonitas, & malitia, 273
V
Venditio.
Venditionis fraus, quomodo committatur, 522
Veritas
Veritatis subiectum, 27 pluralitas, 29. qualis, 588
O Vindicta
an sit licita, 572. quomodo exercenda, 573
Virginitas
Ratio virginitatis, in quo consistat, 625
Viuere, & vita
Vita activa & contemplativa, 666. contemplativa in particulari, 667. itē activa, 670. earundem ad invicem comparatio, 671
Virtus
Virtus in genere quid sit, 194. earū subiectū, 195 distinctio earundē intellectualium, 297. itē moralium ab intellectuali ib. 299. itē a passionib. 301. earundē distinctio adinuicē, 302. Virtutes Cardinales, 305. Theol. 06. causa virtutum, 308.
Vitium
Vitium, vide in verbo, Peccatum.
Vnio
Vnio Verbi incarnati, 698. modus vnionis ex parte personæ assumentis, 702. ex parte naturæ assumptæ, 705. ex parte partiū humanæ naturæ, 707 quantum ad ordinem. 708
Voluntarium & inuoluntarium
an voluntarium inueniatur in humanis actib. 221 an in brutis, ib. Involuntarii à quo causetur, 222
Voluntas
de Voluntate, 172. Voluntatis obiectum, 223. eius motiua. 226. ipsius actus, 229. bonitas, & malitia, 239
Votum
Ratio voti in quo consistit, 540. quispossit vouere, 542.
Vsura
an accipere vsuram pro pecunia sit peccatum, 524
Vti
Cuius potentiæ sit actus, 236.
Vxor
an liceat habere plures vxores, 972. an fuerit id vnquā licitum. 973. an in hoc potuerit à Deo dispensari, ib. an fuerit vnquam licitum dimittere vxorem, 977

FINIS.

COMPENDIVM ABSOLVTISSIMVM PRIMÆ PARTIS SVMMÆ THEOLOGIÆ

D. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

QVÆSTIO PRIMA.

DE SACRA DOCTRINA, QVALIS SIT, & ad quæ se extendat.

ARTICVLVS PRIMVS.

VTRVM SIT NECESSARIVM PRAETER PHILOSOphicas disciplinas, aliam doctrinam haberi.

1. Concl.

PRAETER disciplinas ratione humana inuestigatas fuit homini necessaria ad salutem doctrina reuelata de his, quæ humanam rationem excedunt.

2. Tim. 3. *1 Quia Paulus ait, scripturam diuinitus reuelatam esse vtilem ad docendum, arguendum, &c. vt homo sit perfectus Ergo.*

Isa. 64. 1. Cor. 2. *2 Agenti propter finem necessaria est cognitio finis vt eo dirigat suas actiones. Sed homo ordinatur in Deum, tanquam in finem, qui rationis cõprehensionem excedit; quia nemo nouit, quæ Deus paratus diligentibus se, vt ait scriptura Ergo necessaria fuit ista doctrina, qua cognosceremur, quæ rationem excedunt.*

2. Concl. Ad ea, quæ ratione humana de Deo cognoscuntur, necessaria fuit diuina reuelatio.

Quia multa ex his sunt omnibus necessaria ad salutem: vt Deum esse, esse retributorem, &c. Sed hæc non possunt ab omnibus cognosci; quia opus est longo tempore, & vix sine errore cognoscuntur. Ergo.

† 3. Concl. Eccles. 3. 4. Concl. Altiora nobis, non ratione quærenda, sed fide suscipienda sunt, qua Deus multa supra sensum ostendit nobis.

4. Concl. Diuersa ratio cognoscibilis diuersitatem scientiarum facit: & ideo de eadem re plures agunt disciplinæ. Quo fit, vt theologia sacra genere differat a theologia humana; quia agunt de Deo sub diuerso lumine, nimirum naturali, & reuelato.

Art. 2. Vtrum sacra doctrina sit scientia.

1. Concl. Lib 14. de Trin c. 1. Sacra doctrina est scientia.

Nam, vt ait Augustinus hæc doctrina gignitur, nutritur, & defenditur fides, quæ ad nullam aliam scientiam pertinet. Ergo.

2. Concl. Sacra doctrina est scientia subalternata.

Quia enim principia cognita sunt ab alia scientia superiore, nempe a Theologia Dei, & beatorum: ipse vero tanquam scientia inferior principia credit: sicuti musica credit principia tradita ab arithmetico Ergo.

† 3. Concl. Scientia procedit ex principijs notis, vel immediate in eadem scientia, vt accidit in scientia superiore, vel sicuti mediate in inferiore, vt dictum est.

4. Concl. Particularia in hac doctrina non considerantur per se, sed vt exempla vitæ, & media,

per quæ principia reuelantur: vt ostendatur auctoritas eorum, per quos reuelata fuit.

Art. 3. Vtrum sacra doctrina sit vna scientia.

Sacra doctrina est vna scientia.

1. Concl. Sapien. 10

1. *Scriptura de hac doctrina loquens ait, dedit illi scientiam sanctorum, non scientias. Ergo.*

2. *Scientia quæ habet vnam rationem formalem obiecti, si vna, quia habitus per obiecta sub ratione formali considerata distinguuntur. Sed hæc doctrina habet vnam rationem formalem obiecti; quia considerat omnia, vt a Deo reuelata sunt. Ergo.*

† 2. Concl.

Theologia agit de Deo principaliter, de creaturis vero, vt ad Deū, tanquam ad principium & finem referuntur: & ideo non tollitur eius vnitas.

3. Concl.

Theologia est participatio quædam scientiæ Dei, quæ est simplex, & vna de rebus omnibus: ideo ad omnia se extendit, & omnia sub vna ratione formali considerat, vt reuelabilia: veluti sensus cōmunis omnia obiecta aliorum sensuum: & ideo est vna, quamuis multa consideret.

Artic. 4. Vtrum sacra doctrina sit scientia practica.

1. Concl.

Sacra doctrina cōprehendit sub se vtramque rationē scientiæ, speculatiuam nimirum & practicam.

Quia se extendit ad ea quæ pertinent ad alias scientias sub vna ratione formalis diuini luminis, sicuts Deus eadē scientia cognoscit se, & ea quæ facit.

2. Concl.

Sacra doctrina est magis speculatiua, quā practica.

1. *Practica est de operabilibus ab homine; & moralis de actibus humanis. At sacra doctrina est principaliter de Deo, cuius homines sūt opera. Ergo.*

2. *Principalius agit de rebus diuinis, quā de actibus humanis, quos etiā considerat, vt per eos homo ad perfectam Dei cognitionem ordinatur. Ergo.*

Iac. 1.

Ex quibus soluūtur: argumēta. & quod debeamus esse factores: & quod cōtineatur in lege, quæ est sapientia practica.

Art. 5. Vtrum sacra doctrina sit dignior aliis scientiis.

11 Concl.

Sacra doctrina est dignior omnibus alijs scientijs.

1. *Nam in Scriptura describitur tanquam domina imperans aliis scientijs, velut ancillis.*

Prou. 9.

2. *Est dignior scientijs speculatiuis in quibus ea est præstantior, quæ habet obiectum dignius, & est certior. At sacra doctrina est huiusmodi: quia agit de Deo secundum rationem diuinam, & nititur lumine diuino certissimo. Ergo. Est dignior practicis, inter quas illa est præstantior, quæ non ordinatur ad alias sed alia ad aliam. Talis hæc est doctrina; cum habeat pro fine vitam æternam, quo omnia referuntur. Ergo.*

Sacra doctrina habet principia; certa licet in quibusdā propter debilitatem intellectus: sit dubia: quæ cognitio etiā minima, est desiderabilior, quā scientia de rebus inferioribus.

† 2. Concl. Aristot. lib. 1 de part. animal c. 9.

3. Concl.

Vtitur hæc doctrina alijs scientijs, non sua causa, sed propter nos: qui sine illis non possemus hanc habere: & sua principia a Deo immediate, & non aliunde habet.

Art. 6. Vtrum hæc doctrina sit sapientia.

1. Concl.

Sacra doctrina est maxime sapientia inter omnes sapientias humanas, non in aliquo genere tantum, sed simpliciter.

1. Quæ in scriptura vocatur sapientia. Ergo. Deut c 4.

2. Sapientia est quæ ordinat. & iudicat per altiorem causam de inferioribus: Talis est hæc doctrina; quia agit de vltimo fine ad quem, alias scientias ordinat: & quia agit de Deo, qui est altissima causa non secundum rationem humanam sed diuinā. Erit ergo sapientia. & simpliciter sapientia cū consideret diuina, ratione totius vniuersi altissimam causam.

2. Concl.

Licet hęc doctrina supponat sua principia, tamē nō accipit a scientia humana sed a diuina, à qua omnis nostra cognitio ordinatur.

3. Concl.

Non probat principia aliarum scientiarū, vt Theologia humana. *Quia procedit ex reuelatione*: iudicat tamen de principijs illis.

4. Concl.

Sapientia quæ est donū Spiritus sancti iudicat de rebus per modū inclinationis, & virtutis; hæc vero per modum cognitionis. Sicuti vir bonus & homo doctus diuerso modo de virtute iudicat: ille per habitum virtutis, hic per habitum cognitionis.

Art. 7. Vtrum Deus sit subiectum huius scientiæ.

Deus est subiectum huius scientiæ.

1. Concl.

1. *A definitione nominis. quia Theologia, est sermo de Deo.*

2. *Illud est obiectum, quod primo consideratur, & ad quod alia referūtur. At hæc doctrina omnia considerat sub ratione Dei, vel quia sunt Deus, vel quia habent ordinem ad Deū, tanquam ad principium ad finem. Ergo.*

3. *Idem est obiectum principiorū & totius scientiæ; quia tota scientia continetur in principijs. At principiorum, id est, articulorum fidei ob-*

ectum

cium est, Deus. Ergo & huius scientia.

† 2. Concl. Licet ignoremus quid sit Deus: tamen per definitionem alicuius attributi, veluti per effectū, aliquid de Deo demōstrare possumus.

3. Concl. Quæ tractātur in hac doctrina præter Deū, considerantur non tanquam partes, species, & accidentia obiecti, sed vt aliquo modo ad Deum referuntur.

Artic. 8. Vtrum hæc doctrina sit argumentatiua.

1. Concl. Sacra doctrina est argumentatiua.

1 Tim 1. *Quia vt ait Paulus, valet ad arguendum contradicentes. Ergo*

2. Concl. Non argumentatur ad probanda sua principia, sed ex principijs ad ostendendum aliquid aliud.

Quoniam scientia sua principia non probat; sed ex eis conclusiones deducit. Ergo etiam hæc non probabit argumentando sua principia, sed ex illis aliquid probando.

3. Concl. Sacra doctrina, cum non habeat scientiam superiorē, disputat contra negantes sua principia, si aliquid concedāt vt faciunt hæretici.

4. Concl. Contra eos, qui negant omnia principia, vt sunt Gentiles, disputat soluendo eorum rationes; quæ, cum sint contra fidem quæ est certissima, sunt falsæ, & ideo solui possunt.

† 5. Concl. Licet rationes humanæ in hac doctrina non valeant ad probandum; est tamen argumentatiua ex suis principijs, vt est dictum.

6. Concl. Huius doctrinæ est maxime proprium argumentari ab auctoritate: namque eius principia ex reuelatione habētur. Vtitur autē ratione humana, non vt fidem probet, sed alia, quæ in hac doctrina traduntur, declaret: ita vt ratio iuuet fidē, sicut inclinatio naturæ caritatē: & ita humana ratione vtitur, vt argumēto extraneo, & probabili; diuina vero auctoritate, proprio & necessario. Nec ex quacunque reuelatione arguit; sed ex vniuersali, & canonica. Quo fit, vt nec auctoritate sanctorum necessario demonstret.

Art. 9. Vtrum sacra scriptura debeat vti metaphoris.

1. Concl. Sacra doctrina cōuenienter vtitur metaphoris corporaliū, vt diuina & spiritualia tradat.

Osea 12. *1. Deus qui conuenienter omnia facit, ait se assimilatum fuisse per manus prophetarum, quæ similitudo non est sine metaphoris. Ergo.*

2. Conueniens fuit vt Deus accommodaret se nostræ naturæ, quæ spiritualia, per similitudines & corporalia, vt docet Dionysius meus percipit, vt sapientes & insipientes intelligant. Ergo.

Cap. 1. cel. hierar. Non vtitur metaphoris vt ornatū, ac delectationem; sed propter necessitatē, vt nos intelligamus. 2. Concl.

Metaphoræ nō obscurāt res sed manifestāt: quia per eas eleuatur intellectus. Valent etiam ad exercitationem, & vt magis celētur sacra, ne detur sanctum canibus. 3. Concl.

Similitudo sumpta ex rebus vilioribus, est vtilior & commodior. Isaiæ 7. Dion. ca. 2. cel. hierar.

1. Magis inducit in errorem, cū facilius a Deo similora remouentur.

2. Magis demonstrat Deum, quē per negationē cognoscimus.

3. Magis magni celantur.

Art. 10. Vtrum sacra scriptura sub vna litera habeat plures sensus.

Sacra doctrina sub vna litera continet plures sensus. 1. Concl.

1. Quia vt ait Gregorius, cū narrat gestum, prodit mysterium; vnde duo sensus eruuntur, litera. scilicet & spiritualis. Lib. 20. Mor. c. 1.

2. Deus, qui est auctor scripturæ potest facere, vt & voces, & res significent, quod est proprium humanæ doctrinæ: vocis significatio sensum literalē, rerū, spiritualem facit: qui in literali fundatur.

Spiritualis est triplex. Quia, quæ sunt in scriptura, vel significant, quæ ad statū Ecclesiæ pertinēt, vnde oritur sensus allegoricus, sub quo aliqui collocant omnes tres sensus spirituales, ad quē aliqui etiā anagogicū referunt: vel referuntur ad mores & ad animā, & hic est moralis, seu tropologicus: vel ad vitā æternā & hic est anagogicus. Historialis est idē cū literali, ad quē parabolicē refertur. 2. Concl.

Vnde loci plures possūt esse sensus literales. 3 Concl.

1. Ex Aug. qui sic docet. Lib. 12 confess. cap. 18. 19. & 25.

2. Deus auctor scripturæ vnica cognitione omnia intellexit, & sensus literalis est quem auctor intendit. Ergo vnica oratione potest plures sensus significare.

Multitudo sensuū non facit æquiuocationē: & si sunt plures sensus, id non est, quia vna vox plura significet sed quia etiā res significant. Neque est vlla cōfusio in his sensibus, quia omnes fundātur in literali; ex quo solo, vt ait Aug. argumentari licet & nihil est in vno loco in sensu spirituali quod nō fundatur aliqui in sensu literali. † 4. Concl. Aug epist. contra Vinc. Donat.

Ætiologia, quæ est cū rei factæ ratio redditur, & analogia, quæ est cū vnius scripturę veritatē alteri non repugnare ostenditur, ad literalem sensum referuntur. 5. Concl.

Parabolicus sensus continetur sub literali. 6. Concl.

Nam per vocem significatur aliquid proprie, & aliud

quid figuratum: nec est literalis sensus, sed figura, sed id quod est figuratum. Vnde, brachium Dei, non significat membrum corporale sed vim operatiuam, & ideo non est sensus falsus.

Quæst. 2. De Deo, An Deus sit.

Artic. 1. Verum Deum esse sit per se notum.

1. Concl. Psalm. 52.

HÆc propositio, *Deus est*, non est per se nota nobis.

1. Id est per se notum, cuius contrarium non potest cogitari: At impius dixit in corde suo, Deum non esse. Ergo.

2 Propositio per se nota est, cuius termini significant quædam nota omnibus. At esse Dei est nobis ignotum, quia est idem cum essentia, quæ est nobis incognita. Ergo.

2. Concl. Illa propositio est per se nota, secundum se: quia esse, est idem cum subiecto, id est, cum Deo: ideo non potest per aliquod medium probari.

† 3 Concl. Deum esse, est notum in confuso, quatenus est notum dari vltimum finem.

4. Concl. Potest quis audire nomen Dei, & ignorare quod illo nomine significetur, nimirum, id quo nihil maius excogitari potest: quo etiam scito, non sequitur Deum esse, nisi in cogitatione.

5. Concl. Veritatem esse, in communi, & per se notum; non tamen primam veritatem esse, quod est obscurum.

Artic. 2. Vtrum Deum esse sit demonstrabile.

1. Concl. Rom. 1. Deum esse, potest demõstrari per effectus.

1. Ex Paulo, qui ait, inuisibilia Dei cognosci per ea, quæ facta sunt.

2. Per effectum cognoscitur existentia causæ. At creaturæ sunt effectus Dei, quare per eas cognosci potest Deum esse; quia posito effectu, ponitur eius causa.

2. Concl. A priore Deum esse non potest demonstrari: quia Deus caret causa.

† 3. Concl. Deum esse est præambulum fidei, quæ supponit cognitionem naturalem, sicuti gratia naturam.

4. Concl. Vt demonstretur Deum esse, sumitur definitio passionis, & effectus, ex quibus Deo nomina imponuntur: & ad probandam rei existentiam, satis est definitio nominis ipsius passionis.

5 Concl. Per demonstrationem, quia non habetur absoluta rei cognitio, sed quod sit cognoscitur.

Artic. 3. An Deus sit.

1. Concl. Exod. 3. Deus est.

Nam ipse ait, ego sum qui sum.

2. Concl. Deum esse quinque vijs demonstrari potest.

1. Via motus, quæ hæc supponit, nimirũ aliquid moueri: id moueri, quod est in potentia ad id, ad quod mouetur: quod mouet esse in actu, & educere aliquid de potentia ad actum: non esse idem mouens & mobile. Tunc, vel datur primum mouens & sic, habeo, quod volo: vel non datur, & tunc ni darentur secunda mouentia, quæ non mouent nisi mota: At ista dantur. Ergo & primum.

2 Alia via ex ratione efficientis, posito in rebus esse ordinem, & nihil esse causam sui: Tunc, vel datur primum efficiens, & sic habeo intentum: si non datur, contra. In causis efficientibus est ordo, & prima, est causa media, & media vltima sic ergo remouentur prima, remouentur etiam vltima, & si procederes in infinitum, non daretur prima. Ergo.

3. Alia via ex possibili & necessario: possibile est, quod potest esse, & aliquando non fuit: quod si omnia essent possibilia, aliquando nihil fuisset, & modo nihil esset, quod est falsum. Non ergo sunt omnia possibilia, sed semper aliquid fuit, quod est necessarium. Hoc, vel habet causam necessitatis, vel non: si habet, cum non possit procedi in infinitum, venietur ad necessarium per se, quod non habet causam sui necessitatis, sed est causa necessitatis in alijs, & hic est Deus.

4. Alia via ex gradibus, qui sunt in rebus. In bono & vero, & alijs datur magis & minus, quatenus accedunt ad id, quod est per se tale, & est causa aliorum, quæ sunt in eo genere, quare dubitur quod est per se tale, & hic est Deus.

5. Ex gubernatione: quæ carent ratione, assequuntur finem, non casu. Ergo ex intentione. Ergo dirigentur ab aliquo intelligente sicut sagitta, quæ tendit ad scopum. Ergo est aliquod intelligens, a quo dirigentur omnia, & hic est Deus.

† 3. Concl. Pertinet ad bonitatem infinitam Dei permittere mala, vt inde bonum colligat: & ideo licet Deus sit infinitum bonum, adhuc datur aliquid mali.

4. Concl. Quæ natura fiunt, debent reduci ad causam dirigentem, quæ fiunt ex proposito, cum sint defectibilia, ad voluntatem Dei, & primum efficiens immobile, & necessarium. Quare non satis est ponere hæc duo principia, naturam, & rationem humanam, ad quæ omnia reducentur.

Quæst. 3. De simplicitate Dei.

Art. 1. Vtrum Deus sit corporeus.

1. Concl. Cap. 4. IMpossibile est Deum esse corpus.

1. *Quia, vt ait Ioan. Deus spiritus est.*

2. *Nullum corpus mouet, quod non moueatur. Sed Deus mouet & non mouetur, vt est dictum. Ergo.*

3. *Omne corpus est in potentia, quia potest diuidi. At Deus non est in potentia, quia est primum ens, quod est ante ens impotentia igitur.*

4. *Deus est nobilissimum ens. At corpus non est tale: quia quod viuit, est nobilius non viuente. At nihil viuit ratione corporis. Ergo.*

† 2. Concl. Iob. 22. Gen. 1. Deo tribuitur quantitas, quę denotat quãtitatem virtutis: profunditas incomprehensibilitatem, longitudo processum, latitudo superexistentiam virtutis.

3. Concl. Iob. 41. Homo dicitur similis Dei nõ ratione corporis, sed animæ, & potentiarum eius, intellectus scilicet, & voluntatis.

4 Concl. Deo tribuuntur membra corporis ratione actus corporis: vt videre, stare, &c. propter eius prouidentiam, & immobilitatem.

5. Concl. Accessus ad Deum, & recessus à Deo fiunt ratione effectus animi.

Art. 2. Vtrum in Deo sit compositio formæ & materiæ.

1. Concl. Impossibile est Deum esse compositum ex materia & forma.

1. *Non est corpus. Ergo non habet materiam, cui primo inhæret quantitas.*

2. *Non esset purus actus; quia materia dicit potentiam.*

3. *Non esse bonus per essentiam, sed per participationem; quia materia participat perfectionẽ formæ. Cum ergo sit summum bonum, erit ante bonum per participationem.*

4. *Deus est supremum agens. Ergo erit maxime forma, ratione cuius sit actio, carebit igitur materia.*

† 2. Concl. Anima tribuitur Deo ratione operationis & actus, qui est ab anima.

3. Concl. Passiones tribuuntur Deo propter similitudinem effectus: & dicitur irasci dum punit, quod faciunt irati.

4. Concl. Deus seipso indiuiduatur, prout non potest recipi in alios: at aliæ formæ indiuiduantur, per materiã, quia ex se sunt indifferẽtes.

Art. 3. Vtrum sit idem Deus, quod sua essentia, vel natura.

1. Concl. Deus est idẽ quod sua essentia, vel natura.

1. *Deus est vivens, & vita. Sed vivens & vita sunt idem. Ergo & Deus & Deitas.* Ioan 14.

2. *Compositio ex materia & forma est causa, cur quidditas non sit materia indiuiduata, verbi gratia, cur humanitas non sit homo. At Deus caret ista compositione. Erit ergo Deus Deitas.*

2. Concl. In compositis ex materia & forma, natura & suppositum necessario differunt.

Quia natura rerum incidit, quæ sunt de definitione speciei; suppositum etiam accidentia individua.

3. Concl. In substantijs separatis à materia non differt suppositum a natura.

Quia formæ insistentes per se indiuiduantur.

† 4. Concl. De simplicibus loquimur, vt de compositis, & vtimur concretis vocibus ad significãdam subsistentiam; vt cum dicimus, Deus: abstractis vero ad significandam simplicitatem: vnde in re non est diuersitas, sed in nostro intellectu, & modo significandi.

5. Concl. Effectus Dei non repræsentant eum perfecte: & cum sit simplex & vnum, non repræsentatur nisi per multa: quo fit, vt in rebus sint plura, ex quibus oritur compositio: & ideo natura, in creaturis, non est idem cum supposito.

Art. 4. Vtrum in Deo sit idem essentia & esse.

1 Concl. Lib. 6 de Trin. Deus est suum esse.

1. *Ex Hilario, quæ sunt, esse, in Deo non est accidens. Ergo erit idem quod essentia.*

2. *Deus est sua essentia. Ergo & suum esse. Consequentia tripliciter probatur.*

1. *Quod est in aliquo præter essentiam, vel est causatum ab essentia, vel proprietates, vel ab aliquo exteriore: non ab essentia, quia nihil producit suum esse: non ab alio, quia Deus est prima causa. Ergo.*

2. *Esse est velut actus essentiæ. Ergo essentia Diuina esset in potentia ad esse. At in Deo nulla est potentia. Ergo esse non erit diuersum ab essentia.*

3. *Deus esset ens per participationẽ, quia quidquid habet aliquid, & non est illud, est tale per participationem, sicut quod est ignitum, non est per se ignis.*

† 2. Concl Esse de cuius ratione est, vt ei non fiat additio, non est commune, qualis est Deus, cui nihil potest addi: id vero cui potest addi, est commune, sicut animal, quod abstrahit a rationali & irrationali.

3. Concl. Esse, vel dicit actum essendi, & hoc modo nõ scitur, esse Dei: quia est idem cum essentia, quæ est ignota: vel, vt dicit compositio-

nem propositionis, id est, connexionem prædicati cum subiecto, & hoc modo scitur, quia scimus Deum existere.

Art. 5. Vtrum Deus sit in genere aliquo.

1. Concl. Deus non est in aliquo genere proprie, vt species.

1. Quod est in genere, est posterius eo; quia genus secundum rationem est prius. At nihil est prius Deo, vel re, vel ratione. Ergo.

2. Quia componeretur ex genere, & potentia, & ex differentia, & ex actu. At in Deo non est potentia. Ergo.

3. Metaph. text. 10. *3. Quoniam eius genus esset ens: At ens ex Aristot. caret differentijs. Ergo non est sub aliquo genere.*

4. Quia essentia & esse Dei non essent idem: nam in essentia conueniret ratione generis, & differret in esse ratione differentiæ: quare non est proprie in genere.

2. Concl. Deus non est in genere reductiue.

Quia quod reducitur ad aliquod genus, non extenditur vltra illud. At Deus est causa totius entis. Ergo.

3. Concl. Deus non est sub genere, nec habet differentias, nec definitionem, nec demonstrationem, nisi per effectus.

† 4. Concl. Substantia, vt est prædicamentum, significat per se esse, quod tamen esse, nõ est idem cum essentia, vt est in Deo; Quare non est sub hoc genere.

5. Concl. Deus non est mensura homogenea & proportionata, sed prout res ei magis, aut minus accedunt, & ideo non est in genere mensurati.

Art. 6. Vtrum in Deo sint aliqua accidentia.

1. Concl. In Deo non potest esse accidens.

3. de Trin. *1. Quia forma simplex, vt est Deus, ex Boetio, non potest esse subiectum accidentis.*

2. subiectum ad accidens comparatur, vt potentia ad actum. At esse in potentia non conuenit Deo. Ergo.

3 Deus est ipsum esse, & ideo non potest habere aliud additum.

4. Vel esset accidens per accidens, & hoc non, quia tale accidens est posterius: Deus autem est primum ens, vel accidens per se. & hoc non, quia tale accidens, sunt ab essentia, & in Deo nihil est causatum. Ergo.

2. Concl. Accidentia, vt virtus, & sapientia, non dicuntur vniuoce de Deo, & de nobis.

Quia ista in Deo non sunt accidentia, vt in nobis.

Concl. Principia accidentium reducuntur in substantiam, vt in suum subiectum, non in Deũ, qui est principium extra omne genus, respectu totius esse.

Artic. 7. Vtrum Deus sit omnino simplex.

Deus est omnino simplex.

1. Concil. Trid. sub. 6. de Trin. c. 6. & 7. *1. Deus, ait Aug. est vere, & summe simplex.*

2. Quia a Deo omnis compositio removetur, vt est probatum.

3. Compositum est post componentia, & ita si Deus non esset omnino simplex, non esset primum ens.

4. Omne compositum habet causam aduenientem ea, ex quibus componitur. At Deus caret causa. Ergo.

5. In omni composito est potentia & actus. At Deus est purus actus. Ergo.

6 De toto semper dicitur aliquid, quod non dicitur de parte, vt in similaribus, de parte, non dicitur incubitum: in dissimilaribus nulla pars dicitur homo: At quidquid est in Deo dicitur Deus Ergo.

† 2. Concl. De ratione causati est, vt sit aliquo modo compositum, vt esse, saltem ab essentia differat; & ita creatura non potest imitari Deum in simplicitate.

3 Concl. In creatis composita sunt meliora simplicibus.

Quia perfectio creaturæ non consistit in quæ sit simplicitate, sed in pluribus: non ita in Deo.

Art. 8. Vtrum Deus in compositionem aliorum veniat.

1. Concl. Cap. 2. de diu. nom. Impossibile est Deum aliquo modo venire in compositionem alicuius.

1 Ex Dionys. qui hoc docet.

2. Deus est prima causa efficiens. Ergo non est forma nec materia alicuius compositi. Ergo non venit in compositionem: non est forma, quia forma est effectus agentis: non materia, quia materia & efficiens numero & specie differunt. Ergo.

3. Deus est per se primo agens Ergo non est pars alicuius compositi: quia nulla pars primo agit, sed suppositum.

4. Deus est primum ens: Ergo non potest esse materia: quia esset imperfectus: non forma, quia esset actus participatus, & posterior. Non ergo venit in compositionem.

† 2 Concl. 3. Concl. Dion. c. 4. cœrel. hier. 4. Concl. Deitas dicitur esse omnium effectiue, & exemplariter, non per essentiam.

Verbum Dei dicitur forma exemplariter, non autem forma compositi.

Simplicia, vt sunt differentiæ, non differunt differentijs, sed sunt diuersa, vt Deus & materia prima, quæ se ipsis differunt.

Quæst. 4. De Dei perfectione.

Artic. 1. Vtrum sit perfectus.

1. Concl. DEus est maxime perfectus.

1. *Matth 5. Pater vester cælestis perfectus est.*

2. *Primum principium efficiens debet esse maxime in actu; quia agit. prout est actu, & per consequens maxime perfectum, cum perfectio habeatur ab actu: at Deus est primum principium efficiens. Ergo erit maxime in actu, & maxime perfectus Quare, qui ne attribuebant primo principio perfectionem, putantes id esse materiam primã, errabant.*

2. Concl. Perfectum, id est, cui nihil deest, secundum modum suæ perfectionis.

3. Concl. Perfectum in creaturis significat quod est factum, & reductum ad actum, sed traducitur ad significandum id, cui nihil deest: & sic, quod est factum, non potest dici perfectum.

4. Concl. Deus est principium efficiens, non materiale, quod reducitur ad actum, vt semen ad hominem.

5. Concl. Esse est perfectissimũ omniũ, prout comparatur ad omnia, vt actus, & est actualitas omnium rerum & ipsarum formarum, & ita est commune per modum actus, non autem per modum potentiæ.

Art. 2. Vtrum in Deo sint perfectiones rerum omnium.

. Concl. Oportet omnium rerum perfectiones præexistere in Deo, secundum eminentiorem modum.

ap. 5. de ine. nom.

l. 5. Met. ext. 21.

1. *Ex Dionysio; Deus in vna essentia omnia prohabet: & Auer. nulla deest Deo perfectio, quæ sit in aliquo genere.*

2. *In causa efficiente effectus est nobiliore modo quam in se: vel formaliter, vt in causa vniuoca vel eminenter, vt in æquiuoca. Sed Deus ex Dionys. est causa omnium. Ergo.*

co cit.

3. *Deus est ipsum esse, Ergo continet totam rationem essendi. Ergo & perfectiones rerum omnium: quia omnes perfectiones pertinent ad perfectionem essendi.*

2. Concl. Præexistere in causa efficienti, est præexistere nobiliore modo: non sic in causa materiali.

Concl. Substantiæ sensibiles, & res contrariæ in Deo existunt vniformiter, vt vnum in ipso sunt.

. Concl. Esse, est perfectius vita, & contra, si secundum rationem considerentur: vita tamẽ vtrumque includit; sicuti etiam Deus, cui cũ sit ipsum esse, nulla deest perfectio.

Art. 3. Vtrum aliqua creatura possit esse similis Deo.

1. Concl. Aliqua creatura potest esse similis Deo.

1. *Gen. 1. Faciamus hominem &c. & 1. Ioan. 3. Similes erimus, &c.*

2. *Deus est causa efficiens. Ergo in effectu erit aliqua similitudo Dei; quia similitudo attenditur in forma, qua agens agit, & qua communicat.*

2. Concl. Creaturæ non sunt similes Deo secundum formam eiusdem speciei, vel generis sed secundum aliquam analogiam.

Nam similia vel participant eandem formam accidentalem eiusdem rationis in eodem gradu, vt duo æque alba; vel non in eodem gradu, vt magis & minus album vel formam substantialem eiusdem rationis, vt quæ fiunt ab agente vniuoco, vel eiusdem generis, vt quæ fiunt ab agente equiuoco, vt quæ generantur actione solus Ergo cum Deus sit agens extra genus, quia est causa totius esse, creaturæ erunt et similes secundum aliquam analogiam entis.

† 3. Concl Creaturæ dicuntur similes Deo secundum id, quod imitantur, dissimiles vero, prout nec in genere, nec in specie conueniunt.

4. Concl. Deus non se habet ad creaturas, vt res diuersi generis, vt album ad dulce; sed vt id, quod est extra genus, & est principium omnium generum.

5. Concl. Dicimus creaturam esse similem Deo: non tamen Deum esse similem creaturæ: quia inter creatorem & creaturam est relatio disquiparantiæ.

Quæstio 5. De bono communi.

Art. 1. Vtrum bonum differat secundum rem ab ente.

1. Concl. BOnum & ens, sunt idem re, sed differant secundum rationem tantũ. Quod non distinguatur re, patet.

4 de doct. 1. *Ex Aug. qui ait, in quantũ sumus, boni sumus.*

Arist. 1. eth. c. 1. 2. *Bonum intrinsece includit perfectum, quia dicit rationem appetibilitatis; & vnumquodque est appetibile, quia perfectum: sed perfectum intrinsece dicit actum, quia aliquid dicitur perfectũ, prout est actus. Ergo bonum intrinsece includit perfectum, & actum, quod est ens. Quod ratione differant, patet: quia habent diuersos conceptus: addit enim ens conceptum appetibilitatis.*

† 2. Concl. Per actum substantialem res habet esse simpliciter: per alios vero actus esse secũdum qd.

Quia ille actus respicit potentiam simpliciter, quæ est ad esse, alij vero potentiam secundũ quid, vt ad esse album, &c. Secundum vltimum actum res dicitur bona simpliciter: quia bonum dicit appetibilitatem & rationem finis vltimi. Ergo quo-

vltimate perfectum est, erit bonum simpliciter, & quod non habet vltimam perfectionem, erit bonum secundum quid: quia secundum primum actum res est simpliciter, sed bona secundum quid: ratione vero vltimi actus, contra.

3. Concl. Bonum vltimum est quid accidentale, & per accidentia, per modum formæ inest subiecto: at bonum, vt conuertitur cum ente, non est forma, nec accidens.

4. Concl. Bonum dicitur secundum magis & minus, ratione actus superuenientis, vt scientiæ, virtutis, &c.

Artic. 2. Vtrum bonum secundum rationem sit prius quam ens.

1. Concl. Ens secundum rationem est prius, quam bonum.

1. *Ex libro de causis, vbi hoc dicitur.*

2. *Idem est prima ratione, quod primo cadit sub intellectu. Ens est tale, quia quod libet cognoscitur, vt est actus. Ergo.*

2. Concl. Bonum in causando est prius, quam ens.

1. *Finis in agendo est prima causa. At bonum dicit causam finalem, quia est appetibile, Ergo.*

Cap 5. de diuin. nom. 2. *Ex Dion. qui ait primum nomen Dei esse bonum, quia cognoscitur à nobis, vt est finis creaturarum.*

3. Concl. Bonum per causalitatem extenditur ad nõ entia, quatenus quæ sunt in potentia, ad bonum, & ad finem mouentur: de non entibus autem non prædicatur.

4. Concl. Ens importat habitudinem causæ formalis vel inhærentis, vel exemplaris, & ideo solum extenditur ad ea, quæ sunt actu.

5. Concl. Quod actu est, per se appetibile est, at non ens est appetibile per accidens, pro vt priuat malo, cuius ablatio est appetibilis.

6. Concl. Vita, scientia, &c. non sunt appetibilia, nisi vtentia sunt, & consequenter, nihil est bonum nisi ens.

Art. 3. Vtrum omne ens sit bonum.

1. Concl. Omne ens, in quantum huiusmodi, est bonum.

1. Tim. 4. 1. *Omnis creatura Dei ex Paulo est bona. Ergo.*

2. *Omne ens est actus, & ideo perfectum, & ideo habet rationem appetibilitatis & boni. Ergo quatenus erit ens, erit bonum.*

2. Concl. Bonum non contrahit ens, sed solum addit rationem appetibilitatis & perfectionis, quæ conuenit ipsi enti.

3. Concl. Nullum ens, vt ens, dicitur malum, sed vt careat aliquo bono; & ideo materia prima, cũ sit ens in potentia, erit bona in potentia.

4. Concl. Entia mathematica dicuntur non bona, prout solum secundum rationem existunt; & non sunt ad finem aliquem, cum à motu & à materia abstrahant.

Artic. 4. Vtrum bonum habeat rationem causæ finalis.

1 Concl. Lib. 2. phys. text. 31. Bonum habet rationem causæ finalis.

1. *Ex Arist. qui hoc docet.*

2. *Appetibile habet rationem finis. At bonum est appetibile, Ergo.*

2. Concl. Bonum est primum in causando, & vltimũ in essendo.

Ratio primi, quia dicit rationem finis: ratio secundi, quia primus est effectus, tum esse perfectum, ad quod sequitur ratio boni, & posse se communicare. Itaque prima est finis, tum actus, tum forma producta in causato prius est forma, tum virtus agendi, qua simile potest generare: Vnde sequitur ratio boni fundata in ente perfecto.

† 3. Concl. Ratio boni, & pulchri differunt: bonum habet rationem finis, pulchrum rationem formæ: bonum respicit appetitum, pulchrum cognitionem.

4. Concl. Bonũ dicitur diffusiuum sui eo modo, quo finis dicitur mouere: ideo magis includit rationem finis, quam mouentis.

1. Concl. Non dicimur boni propter bonum intellectum, sed propter bonam voluntatem, quæ respicit finem.

Art. 5. Vtrum ratio boni consistat in modo, specie, & ordine.

1. Concl. Cap. 3. Ratio boni consistit in modo, specie, & ordine: vel in numero, pondere, & mensura.

1. *Ex Aug. lib. de natura boni.*

2. *Ratio boni est appetibilitas, quæ ex perfectione oritur: & hæc a forma habetur, quam quædam præcedunt, tanquam determinatio, seu commensuratio principiorum materialium, & efficientium. & hic est modus res, quia mensura modum præfigit. Forma speciem constituit, & numerus species significatur, quam numerus dare dicitur, cum species sint velut numeri. Ad formam sequitur inclinatio ad finem, ad actionem, & ad simile; & hoc pertinet ad pondus, & ordinem. Quare ratio boni quæ sita est in perfectione, consistit in illis tribus.*

† 2. Concl. Hæc tria dicuntur bona, vt entia & vt sunt ratio bonitatis in alijs, non quod ipsa egeant bonitate.

3. Concl. Malum non tollit ista tria secundum totum; sed secundum aliquam formam.

4. Concl. Modus, species, &c. dicuntur mala; vel quia minora sunt, vel quia nõ cõueniunt huic rei.

5. Concl. Lux dicitur esse sine his tribus, non simpli-

citer,

citer, ſed per comparationem ad corporalia, cum ad hæc omnia ſe extendat.

Art. 6. Vtrum bonum conuenienter diuidatur in bonum, honeſtum, vtile, &c.

1. Concl. Bonum conuenienter diuiditur in honeſtum, vtile, & delectabile.

Ex Ambr. lib. 1. de offic. cap 9. quæ diuiſio conuenit bono humano: ſed poteſt etiam aptari bono communi. Nam ſicut eſt ratio diuerſa termini, eſt etiam ratio diuerſa boni; quia bonum eſt terminus motus, in quem appetitus terminatur. Sed in motu terminali ſunt tres termini; nimirum medium, quo itur ad perfectum, qui eſt forma, vel locus, & quies in re adepta. Ergo erunt tres rationes boni. Nam appetitus tendit ad terminum medium, vt ad bonum vtile; quod eſt propter aliud: ad terminum perfectum, vt ad bonum honeſtum, quod perſe deſideratur; & ad quietem, vt ad bonum delectabile, in quo quieſcimus.

† 2. Concl. Bonum, vt eſt in re, diuiditur in decẽ prædicamenta, ſed ſecundum propriam rationem, modo dicto.

3. Concl. Hæc diuiſio non eſt per oppoſitas res, ſed per oppoſitas rationes.

4. Concl. Delectabilia dicuntur, quæ ſolum habent rationem appetibilis: quia delectabilia ſunt: vtilia, quæ propter aliud expetuntur: honeſta vero, quæ propter ſe expetuntur.

5. Concl Iſta diuiſio eſt analogi in analogata: quia bonum prius dicitur de honeſto, tum de aliis.

Quæſt. 6. De bonitate Dei.

Art. 1. Vtrum eſſe bonum Deo conueniat.

1. Concl. Thren 3. DEVS eſt bonus.

1. Bonus, ait Ierem. eſt Dominus, &c.

2. Omne appetibile eſt bonum; At Deus eſt appetibile, quia aliud eſt appetibile, cuius participatio eſt appetibilis. At omnia appetunt participationem Dei, quoniam Deus eſt cauſa omnium rerũ, Omnes autem res appetũt ſimilitudinem ſuæ cauſæ; quia in hoc eſt ſita perfectio effectus. Ergo omnia appetunt participationem Dei, & Deum, & ideo erit bonum.

† 2. Concl. Habere modum, ſpeciem, & menſuram conuenit bono cauſato: in Deo iſta reperiũtur, vt in cauſa.

3. Concl Creaturæ appetendo ſuam perfectionem appetunt Deum.

Quia earum perfectiones ſunt participationes Dei: quarum aliæ appetunt Deum per rationem, vt homo; aliæ per cognitionem, vt brutæ, aliæ per inclinationem ab alio directæ, vt alia omnes.

Art. 2. An Deus ſit ſummum bonum.

1. Concl. Deus eſt ſunumum bonum ſimpliciter.

1. Ex Auguſt. qui hoc docet.

2. Illud eſt ſummum bonum, quod omnia bona & perfectiore modo continet. Talis eſt Deus, quia cum ſit cauſa vniuerſaliſſima, continet omnia. Et cum ſit cauſa æquiuoca, continebit eminentiore modo. Ergo erit ſummum bonum, & ſimpliciter bonum.

† 2. Concl. Summum bonum, addit bono ſolam relationem, quę in Deo eſt relatio rationis: vnde adhoc, vt dicatur ſummum bonum, ſat eſt, vt alia ab ipſo deficiant.

3. Concl. Omnia dicuntur appetere bonum, quatenus quidquid appetunt, appetunt ſub ratione boni; ſed non quodlibet bonum; Deus autem dicitur ſolus bonus per eſſentiam.

4. Concl. Deus comparatur cũ alijs bonis per exceſſum, quatenus eſt extra genus aliorum, quæ ſunt bona; & ita nõ cõtinetur in genere boni.

Art. 3. Vtrum eſſe bonum per eſſentiam ſit proprium Dei.

1. Concl. Solus Deus eſt bonus per eſſentiam.

1. Ex Boet lib. hebdomad.

2. Illud eſt bonum per eſſentiam, cuius eſſe, operatio, & finis ſunt idem cum eſſentia; ſiquidem per hæc tria omnia perficitur. Sed iſta in Deo ſunt idem cum eſſentia; quia non perficitur per additamentum. Ergo.

2. Concl. Nulla creatura eſt bona per eſſentiam.

Quia, eſſe, operatio, & finis, à quibus res perficitur, ſunt diuerſa ab eſſentia.

† 3. Concl. Quælibet res eſt vna per eſſentiam, non autem bona.

Quia vnum nihil addit enti, niſi negationem in diuiſione, quæ eſt ens rationis, & ita eſt vna ſine addito: ſed ſimplicia actu & potentia ſunt indiuiſa: compoſita actu tantum.

4. Concl. Licet quodlibet ſit bonum, prout eſt: tamẽ cum eſſentia rei creatæ, nõ ſit ipſum eſſe, non eſt bona per eſſentiam.

5. Concl. Non omnia ſunt bona per bonitatem à ſe diſtinctam, ſicuti ipſa bonitas, quæ non eſt bona per aliam bonitatem, ſed per ſe, quatenus eſt ens, quod bonũ eſt, ex eo quod actu eſt: dicitur autem bona, quia alia per eam ſunt bona.

Art. 4. Vtrum omnia ſint bona bonitate diuina.

1. Concl. Vnumquodque dicitur bonum bonitate diuinâ, ſicuti primo principio exemplari, effectiuo, & finali extrinſecè, per modum aſſimilationis, licet remote, & deficienter.

Quia in his quæ relationem important, poteſt aliquid denominari abextrinſeco, vt à loco locatum: Sed bonum in creatura dicitur per relationem ſimilitudinis ad Deum, vt adprincipium, &c. vt patet ex dictis. Ergo.

2. Concl. Vnumquodque poteſt dici bonum ſimilitudine diuinæ bonitatis ſibi inhærente, quæ eſt formaliter ſua bonitas.

1. Omnia ſunt bona, quia ſunt entia Sed non dicuntur entia per eſſe diuinum formaliter. Ergo nec bona.

2. Quia quodlibet denominatur à ſua forma, &c. Vnde vna eſt omnium bonitas, & multæ ſunt bonitates. Ex his ſoluuntur duo argumenta: quia dicuntur bona bonitate Dei, vt eſt cauſa, & finis.

Quæſt. 7. De infinitate Dei.

Artic. 1. Vtrum Deus ſit infinitus.

1 Concl. Deus eſt infinitus, & perfectus.

L.b.1.de fide, c. 4. *1. Deus, ait Damaſc. eſt infinitus, &c.*

2. Quod eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, eſt infinitum & perfectum; quia ipſum eſſe habetur a forma, cuius eſt perficere. Sed Deus eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, non receptum in aliquo. Ergo.

3. Omnes antiqui dixerunt primum principium eſſe perfectum, ſed errarunt dicentes aliud eſſe materiam. Vnde patet ad primum.

2. Concl. Infinitum quantitatis ſe tenet exparte materiæ, & hoc non tribuitur Deo cum dicat imperfectionem.

3 Concl. Ex hoc, quod Dei eſſe eſt per ſe ſubſiſtens, diſtinguitur ab aliis, & alia ab ipſo: & ideo licet ſit hoc, & non aliud, non propterea eſt finitum.

Art. 2. Vtrum aliquid aliud quam Deus poſſit eſſe infinitum per eſſentiam.

1. Concl. Nulla res alia à Deo poteſt eſſe infinita ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Lib. 2. phyſ. tex. 10. *1. Quod eſt ex alio, non poteſt eſſe infinitum, ex Ariſt. Sed omnia præter Deum ſunt à Deo, Ergo.*

2. Infinitum, vel eſt exparte materiæ vel ex parte formæ, Sed nulla ratione, quod eſt aliud à Deo, poteſt eſſe infinitum. Ergo: non ex parte materiæ, quæ quod eſt actu, habet formam, quæ terminat materiam; quæ ſecundum quid poteſt dici infinita, & remanet in potentia ad alias formas. non ex parte formæ, quia, vel eſt recepta in materia, vel, ſi eſt ſubſiſtens, eius eſſe eſt contractum ad determinatam naturam, cum non ſit ſuum eſſe. Ergo.

2. Concl. Deus non poteſt facere infinitum ſimpliciter, licet habeat potentiam infinitam.

Quia eſſet contra rationem facti, eum eſſe rei factæ, non ſit eius eſſentia.

Ideo intellectus ſe extendit quodammodo ad infinita. *Quia non eſt potentia recepta in materia*; non tamen eſt infinita ſimpliciter. 3. Concl.

Materia prima non eſt per ſe ens, ſed potẽtia tantum: & ideo eſt potius concreata, quam creata; & eius potentia eſt ſolum ad formas naturales. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum poſſit eſſe aliquid infinitum actu, ſecundum magnitudinem.

1. Concl. Impoſſibile eſt aliquod corpus naturale eſſe infinitum.

1. Omne corpus habet ſuperficiem. Ergo eſt finitum: quia ſuperficies eſt terminus corporis.

2. Corpus naturale habet determinatam formam. Ergo determinata accidentia: & quantitatem, quia accidentia conſequuntur formam.

3. Omne tale corpus habet aliquem motũ. Sed nullum infinitum poteſt moueri, quia vel moueretur motu recto, & hoc non; quoniam infinitum occuparet omnia loca, vel circulari, & hoc non, quia in tali motu vna pars debet transferri ad locum alterius, quod in corpore infinito eſſe non poteſt, cum vna infinite diſtet ab alia. Ergo.

2 Concl. Corpus mathematicum nõ poteſt eſſe infinitum actu.

Quia non poſſumus illud imaginari, niſi ſub aliqua figura à qua terminetur.

3. Concl. Etiamſi nulla eſſentia ſit infinita, adhuc poteſt quæri, an poſſit dari quantitas infinita, quia eſſentia in tali corpore adhuc eſſet finita per formam.

4. Concl. Geometra non eget linea infinita actu, ſed ea à qua poſſit ſubtrahere, quantũ neceſſe eſt.

5. Concl. Licet infinitum non repugnet imaginationi in communi: repugnat tamen ratione ſpecierum ipſius, vt bicubiti: & quod ſpeciei repugnat, etiam generi repugnat.

6. Concl. In diuiſione infiniti acceditur ad materiam, in additione autem ad formam: & ideo in illa datur proceſſus in infinitum.

Quia materia habet rationem infinitatis.

7. Concl. Tempus & motus non ſunt ſecundum ſe tota in actu, ſicuti eſt magnitudo; ob quam cauſam non poteſt eſſe infinita.

Art. 4. Vtrum poſſit eſſe infinitum in rebus ſecundum multitudinem.

1. Concl. Impoſſibile eſt poſſe eſſe actu infinitam multitudinem; ſiue ſit multitudo per ſe, ſiue per accidens.

1. Sap. 11. omnia in pondere, numero, & menſura diſpoſuiſti.

2. Omnis multitudo actu exiſtens eſt in aliqua ſpecie multitudinis. Ergo eſt in aliqua ſpecie mu-

mieri: quia ſpecies multitudinis ſunt ſecundum ſpecies numerorum. Ergo eſt finita; quia numerus eſt multitudo menſurata per vnum.

3. Omnis multitudo exiſtens eſt creata. Ergo eſt comprehenſa à certa intentione creantis, quia agens non temere operatur. Ergo certo numero Pndecerrat Anicen. qui dicit, poſſe eſſe multitudinem infinitam per accidens.

2. Concl. Multitudo infinita, in potentia, dari poteſt: quia conſequitur diuiſionem, in qua eſt infinitum in potentia.

† 3. Concl. Infinitum multitudinis eſt ſucceſſiuum, ideo non poteſt eſſe actu totum.

4. Concl. Species figuratum habent infinitatem ab infinitate numeri; & ſicut numerus non eſt infinitus in actu, ita nec figura.

4. Concl. Licet quibuſdam poſitis, alia poni non ſit eis oppoſitum; tamen, ponere infinita opponitur cuilibet ſpeciei multitudinis.

Quæſt. 8. De exiſtentia Dei in rebus.

Art. 1. Vtrum Deus ſit in omnibus rebus.

1. Concl. DEus eſt in omnibus rebus intime non vt pars, vel accidens; ſed vt agens in id, quod agit.

1. Ibi vere eſt, vbi operatur. Sed Deus operatur in omnib⁹, Iſa. 26. Ergo.

2. Agens eſt coniunctum immediate eum effectu, vt ait Ariſtot. ſed Deus cauſat & conſeruat eſſe in omnibus ea ſua propriũ effectum, quia eſſe, ſunt eſſe. Ergo eſt intime in omnibus, cum eſſe ſit omnibus intimum.

6 Phyſ. tex. 13

† 2. Concl. Deus dicitur eſſe ſupra omnia propter excellentiam naturæ: eſt tamen in omnibus, vt cauſa.

3. Concl. Spiritualia nõ continentur, ſed continent ea, in quibus ſunt: quæ per quandam ſimilitudinem dicuntur eſſe in illis, quatenus continentur; quo modo omnia dicuntur eſſe in Deo, qui omnia continet.

4. Concl. Licet Deus ſit virtutis infinitæ, non propterea agit in rem diſtantem: ſed ad maximã eius perfectionem pertinet, quod immediate agat in omnibus.

Quia nihil diſtat ab eo, niſi propter diſſimilitudinem naturæ, vel gratiæ.

In his quę non habent naturam corruptam Deus dicitur eſſe abſolute: in Dęmonibus autem, cum hac additione, vt res quædam ſunt.

Artic. 2. Vtrum Deus ſit vbique.

1. Concl. Deus eſt vbique, & vt in re, & vt in loco.

1. *Iere 23. Cælum & terram ego impleo.*

2. *Deus dat eſſe, virtutem, & operationem omnibus rebus; & rurſus replet omnem locum, quia dat eſſe omnibus quæ loca replent. Ergo eſt vbique, & vt in re, & vt in loco.*

† 2. Concl. Spiritualia dicuntur eſſe in loco contactu ſuæ virtutis.

3. Concl. Indiuiſibile, quod eſt terminus continui, non poteſt eſſe in pluribus locis, niſi ſucceſſiue, Deus autem non eſt tale indiuiſibile; & ideo eſt in pluribus locis ſine ſucceſſione.

4. Concl. Totum eſſentiale non commenſuratur totalitati loci, & maxime in abſtractis, quorum eſſentiæ ſunt totæ in toto, & parte: & ita Deus eſt in mundo, vt anima in toto homine. Vnde ita eſt in vno loco, vt etiam ſit extra illum.

Art. 3. Vtrum Deus ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam.

1. Concl. Deus eſt in omnibus per præſentiam, eſſentiam, & potentiam.

Hom. 8. in Ezech. 1. *Greg. præter hos tres modos, ait & eſſe in aliquibus per gratiam.*

2. *Deus omnia habet in ſua præſentia, & omnia immediate gubernat, & immediate creat. Ergo, cum omnia poteſtati eius ſubijciantur, & omnia ſint ei nuda, & omnibus det eſſe, immediate erit in omnibus, modo dictis.*

2. Concl. Peculiari modo Deus eſt in homine, tanquam res cognita in cognoſcẽte, & amata in amante, per gratiam.

† 3. Concl. Deus non eſt in omnibus per eſſentiam, tanquam forma; ſed vt eſt cauſa eſſendi.

4. Concl. Aliquid poteſt eſſe preſens ratione præſentiæ, hoc eſt cognitionis, & remotum ſecundum ſubſtantiam, & ideo ponuntur duo modi diſtincti.

5. Concl. Per ſcientiam & voluntatem potius res dicuntur eſſe in Deo, quam per potentiam, quę applicat virtutem ſuam rebus.

6. Concl. Nulla alia res facit Deum eſſe in aliquo, vt amatum & cognitum, niſi gratia; & ideo ponitur particularis modus eſſendi in aliquibus per gratiam.

Artic. 4. Vtrum eſſe vbiq; ſit proprium Dei.

1. Concl. Eſſe vbique primo, & per ſe, eſt proprium Dei.

L. 1. de ſpir. S. cap. 7. 1. *Ex Amb. qui hoc docet.*

2. *Eſſe vbique non conuenit Deo per partes. Ergo conuenit ei primo, & ſecundum totum. nec propter aliquam ſuppoſitionem, quoniam etiam ſi ponantur infinita loca, ibi erit; quia nihil poteſt eſſe ſine Deo, quod alijs non conuenit. Ergo*

† 2. Concl. Materia prima & vniuerſale ſunt vbique, ſed non ſecundum idem eſſe.

3. Concl. Numerus qui est in toto vniuerso, est vbique secundum partes innumeratas, non sic Deus.

4. Concl. Totum corpus vniuersi est vbique secundum partes, neque est per se; quia si ponerentur alia loca, non esset ibi.

5. Concl. Similiter si daretur corpus infinitum, esset vbique per partes.

6. Concl. Et si esset vnum solum animal, anima illius esset vbique per accidens. Animam vbiq; videre, stat dupliciter vel ex parte obiecti, vel ex parte actus: primo modo potest esse in variis locis, altero vero, solum vbi operatur.

Quæst. 9. De immutabilitate Dei.

Art. 1. Vtrum Deus sit omnino immutabilis.

1. Concl. Deus est omnino immutabilis.

1. *Malach. 3. Ego Deus, & non mutor.*

2. *Posse mutari includit potentiam. Sed Deus nullam habet potentiã, quia est actus purus. Ergo.*

3 *Quod mouetur, partem manet, partim transit vt corpus, manet substantia, & transit ab albedine in nigredinem: & ita quod mouetur, includit compositionem. At in Deo nulla est compositio, quia est simplex, Ergo.*

4. *Deus est infinitus, Ergo non potest moueri: quia quod mouetur, acquirit quod prius non habebat. Deus autem, vt est dictum, est infinite perfectus. Ergo.*

† 2. Concl. Deus metaphorice dicitur mouere seipsũ, vt se intelligit, & amat: & ita in ipso non est motus, vt est actus in potentia.

3. Concl. Sapientia dicitur mobilis, quatenus gradatim similitudo eius procedit a supremis ad infimas creaturas.

Sap. 7.

4. Concl. Metaphorice Deus dicitur accedere, vel recedere à nobis, quatenus percipimus influẽtiam bonitatis eius, vel ab eo deficimus.

Artic. 2. Vtrum esse immutabile sit Dei proprium.

1. Concl. Lib. de mat. bon. cap. 1. Solus Deus est omnino immutabilis: vnde fit, vt alia à Deo sint aliquo modo mutabilia.

1. *Ex Augst. qui hoc dicit.*

2. *Nullus modus mutationis potest cadere in Deum Ergo. Antecedens patet: quia aliquid mutatur per potentiam, qua fit in ipso. At hoc non est in Deo; quia ista potentia vel est ad esse substantiale, vt in hic inferioribus; vel ad motum localem, vt in cœlis vel ad consequendum finem, vt in angelis. Sed nullo modo Deus est mutabilis, vt patet ex dictis. Ergo. Vel rursus per potentiam, quæ est in alio, à cuius voluntate alterum esse pendet, quo modo omnes creaturæ sunt mutabiles, cum pendeant à voluntate Dei, quod de Deo dici non potest, cum sit à se. Ergo erit omnino mutabilis.*

2. Concl. Omnes res generabiles sunt mutabiles propter potẽtiam passiuam ad esse substantiale, & accidentale. *Quia habent materiam, cui potest esse annexa primatio.* Cœlestia vero corpora non ad esse substantiale, sed ad locum. *Quia eorum forma implet totam potentiam materiæ.* Substantiæ vero incorporeæ non habent potẽtiam intrinsecam ad non esse. *Quia cum sint formæ subsistentes, non compatiuntur primationem actus.*

† 3. Concl. Licet in Angelis non sit materia, propter quam causam sunt immutabiles essentialiter; tamen in eis est mutabilitas, quantum ad finem supernaturalem, & locum.

4. Concl. Boni angeli habent immutabilitatem electionis ex virtute Dei; sed restat in eis mutabilitas secundum locum.

5. Concl. Formæ dicuntur inuariabiles, quia non sunt subiectum variationis, sed mutantur ratione subiecti.

Quæst. 10. De æternitate Dei.

Art. 1. Vtrum conuenienter definiatur æternitas: quod est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio.

1. Concl. Æternitas est interminabilis vitę tota simul, & perfecta possessio.

Ita Boet. lib. 3. de cons. prosa secunda.

2. Concl. Æternitas cognoscenda est per tempus.

Quia simplicia sicuti est æternitas, quæ est vnitas, cognoscenda sunt per composita. Sed tempus est compositum, quia est numerus prioris & posterioris, quibus negatis remanet æternitas, quæ est duratio perpetua, & vniformis. Ergo.

3. Concl. Ratio æternitatis consistit in apprehẽsione vniformitatis eius, quod est omnino extra motum.

Quod patet à diuersa ratione temporis, quia quod est in tempore, habet principium & finem, & successionem includit: vnde patet esse bonam definitionem: in qua duo explicantur, quæ ad æternitatem pertinent, videlicet quod æternitas careat principio & fine, & sit sine successione.

† 4. Concl. Vtimur negatione ad explicãda simplicia. *Quia intellectus noster apprehendit composita.*

5. Concl. Quia duratio attenditur potius secũdum operationem, quam secundum esse, ideo dicitur vitæ possessio.

6. Concl. Dicitur tota, non quod habeat partes; sed qa nihil ei deest; & metaphorice vocatur dies

7. Concl. Dicitur tota simul, vt excludatur tempus: dicitur perfecta, ad excludendum, nũc temporis:

poris: Dicitur possessio, ad demonstrandam immutabilitatem & indeficientiam.

Art. 2. Vtrum Deus sit æternus.

1. Concl. Deus est maxime æternus.

1. Ex symbolo Athana.

2. Deus est maxime immutabilis. Ergo & maxime æternus; quia ratio æternitatis sequitur immutabilitatem, sicut tempus metum.

2. Concl. Solus Deus est sola æternitas, sicuti sua essentia: *Quia Deus est suum esse vniforme, quod nulli ab eo competit. Ergo solus erit sua duratio, quæ in Deo est æternitas.*

†3 Concl. Nunc stans, dicitur facere æternitatem, secundum nostram apprehensionem.

4. Concl. Deus dicitur auctor æternitatis participatæ, quatenus eam communicat.

5. Concl. Deus est ante æternitatem, sed participatam: & dicitur regnare in æternum, & vltra, prout æternum sæculum significat.

6. Concl. Deus est æternus, non quasi mensuratus, sed secundum nostram apprehensionem.

7. Concl. Verba temporis attribuuntur Deo, quatenus omnes partes temporis comprehendit.

Art. 3. Vtrum esse æternum sit proprium Dei.

1. Concl. li. de fide ad Pet. ca. 6. Æternitas vere, & proprie in solo Deo est.

1. Ex Aug. qui ait, Deum esse, qui exordium non habet.

2. Solus Deus est immutabilis. Ergo solus vere, & proprie est æternus; quia æternitas sequitur immutabilitatem.

2. Concl. Æternitas participatiue inuenitur in alijs.

Quia alia participant immutabilitatem. Ergo & æternitatem.

Aliqua dicuntur æterna propter diuturnitatem durationis: quædam propter immutabilitatem secundum totum esse, vt elementa; quædam secundum esse substantiale simpliciter, vt Angeli; quædam etiam secundum operationes, vt beati ratione visionis.

†3. Concl. Sunt plures æternitates, sed ratione participationis.

4. Concl. Ignis inferni est æternus, quia est sine termino: verum, ibi potius est tempus, cum sit etiam transmutatio.

5. Concl. Vera, & necessaria dicuntur æterna, vt sunt in intellectu diuino.

Art. 4. Vtrum æternitas differat ab æuo, & tempore.

1. Concl. Tempus, & æternitas non sunt idem.

Quoniam in tempore est prius, & posterius. At æternitas est tota simul. Ergo: & hæc est intrinseca differentia.

2. Concl. Quod æternitas careat principio & fine, quæ sunt in tempore, siue sumatur ex parte mensuræ, siue mensurati, est differentia per accidens consequens differentiam allatam, quæ est per se; *Quia si sumatur, vt mensura, etiamsi tempus esset æternum, adhuc differret ab æternitate; quia hæc est tota simul; tempus non ita.* Si vero ratione rerum mensuratarum, solum id mẽsuratur tempore quod habet principiũ, & finem, & ita si motus cœli esset infinitus, non mensuraretur tempore. *Cum infinitum non sit mensurabile: posset tamen mensurari aliqua circulatio, vel aliqua pars, quæ posset assignari. At ista non sunt in æternitate, Ergo.*

†3. Concl. Licet tempus & æternitas sint duæ mensuræ: tamen sunt diuersi generis, & ita vna non est pars alterius.

4. Concl. Nunc temporis est idem subiecto in toto tempore, sed non ratione.

Quia non est idem mobile secundum rationem. At nunc æternitatis est idem re & ratione.

5. Concl. Æternitas mensurat esse, tempus vero motum & quietem eius, quod est aptum moueri; & ideo quę recedunt à permanentia essendi, recedunt etiam ab æternitate: proinde est alia mensura à tempore.

Art. 5. De differentia æui, & temporis.

1. Concl. Æuum differt à tempore, vt medium inter æternitatem, & tempus.

1. Ex Boetio de consol. lib. 3. metro nono.

2. Æternitas est mensura esse permanentis. Ergo vt aliqua recedunt à permanentia essendi, ita recedunt ab æternitate. Sed quædam recedunt secundum transmutationem subiecti, quæ subijciuntur tempori, quædam vero non secundum esse, sed secundum locum, vt cœlo: vel secundum electionem, vt Angelo. Ergo mensurabuntur alia mensura, quæ erit media inter tempus, quod mensurat etiam esse & æternitatem, quæ mensurat omnino immutabile. Ideo tempus habet prius, & posterius, æuum non habet; sed ea conjungi possunt; æternitati autem nequaquam.

2. Concl. Quod æuum habeat principium, & nõ finem, tempus vero vtrumq; & æternitas neutrum, est differentia per accidens.

Quia etiam si essent æterna non incepissent, aut desinerent esse, adhuc æuum distingueretur ab vtrisque.

3. Concl. Differentia, quæ assignatur, quod æuum habeat prius, & posterius sine innouatione, est falsa.

Quia vbi est prius, & posterius, siue referas ad mensuram, siue ad mensuratum, est innouatio.

†4. Conc. Creaturæ spirituales, quantũ ad affectio-

nes mensurantur tempore: quantum ad esse, æuo: quãtum ad beatam visionẽ, æternitate.

5. Conc. Æuum est totum simul, sed tamen compatitur secum prius, & posterius; & ideo non est æternitas.

6. Concl. Licet in æuo non sit prius, & posterius ratione esse, quod mensurat: tamẽ dicimus Angelum esse, vel fuisse secundum ordinem ad tempus; & sic supponitur aliquid: cum autem dicitur futurũ, nihil supponitur: vnde Deus potest facere, vt Angelus non sit, non tamen quod non fuerit.

7. Concl. Duratio qui dicitur infinita, quia non finitur tempore: & ita non est infinita simpliciter; licet æuum sit totum simul.

Art. 6. Vtrum sit vnum æuum tantum.

1. Concl. Æuum est tantum vnum.

1. Tempus est vnum. Ergo & æuum: quia est simplicius, & magis æternitati proximum.

2. Vnitas assumenda est ab vnitate temporis, vt ad spiritualia per corporalia veniamus: sed vt est vnum tempus propter vnitatem primi motus, qui est mensura aliorum, pari ratione erit vnum æuum omnium æuiternorum ab vno esse primi æuiterni. Sed æuiterna, nempe Angeli non procedũt à Deo secundum quandam æqualitatem; sed cum ordine & gradu. Ergo duratio primi æuiterni erit mensura esse durationis aliorum æuiternorum; quia quodlibet mensuratur à simplicissimo sui generis.

Quod autem Angeli procedant quodam ordine, dicetur infra. At secundum eos, qui dicunt Angelos æqualiter procedere à Deo, essent plura æua.

† 2. Concl. Æua dicuntur plura, vt sumuntur pro sæculo, id est, pro duratione alicuius rei.

3. Concl. Licet cœli & Angeli, differant in natura, conueniunt tamen in esse immutabili; & ideo mensurantur æuo.

4. Concl. Licet non omnium æuiternorum sit vna duratio: tamen est vna mẽsura, nempe vnum æuum sumptum à duratione primi æuiterni.

5. Concl. Non est necesse, vt id, quo aliqua mensurantur, sit causa illorũ, quæ illo mensurantur.

Quæst. 11. De Vnitate Dei.

Art. 1. Vtrum vnum addat aliquid supra ens.

1. Concl. Cap. 9. de diu. nom. VNum nihil addit supra ens, nisi negationem diuisionis, & idem sunt realiter.

Ex Dionys. qui dicit, nihil esse quod non participet vnum, quod non esset verum, si adderet ens.

2. Vnum nihil aliud significat nisi ens indiuisum. Ergo.

Vnum conuertitur cum ente. 2. Concl.

Nam esse res cõstat in indiuisione; quia vel esse est simplex, & tunc patet: vel est compositum, & tũc esse aliquid dicitur, cum partes sunt indiuisæ. Patet etiam, quia sicut cõstituitur esse, sic & vnitas. Ergo esse & vnitas cõstant in indiuisione.

† 3. Concl. Vnum quod conuertitur cum ente, nõ addit aliquid enti; sicut vnum, quod est principium numeri.

4. Concl. Quod est vno modo diuisum, alio modo potest esse indiuisum; & sic ens potest diuidi in vnum, & multa; sed in vnum simpliciter, in multa secundum quid.

Quia multitudo non continetur sub ente, nisi contineatur aliquo modo sub vno: sicut quæ sunt multa partibus, sunt vnum toto.

5. Concl. Cum dicitur, ens est vnũ, non est negatio.

Quia distinguuntur secundum rationem.

Art. 2. Vtrum vnum & multa opponantur.

1. Concl. Vnum opponitur multis diuersimode.

1. Quia habent rationes oppositas, nempe diuisibilitatem, & indiuisibilitatem.

2. Vnum principium numeri opponitur numero, vt mensura mensurato; quia primum vnum mensurat numerus. Vnum, quod conuertitur cum ente, opponitur multitudini per modum primationis, vt indiuisum diuiso. Ergo diuersimode opponuntur.

† 2. Concl. Accidit enti ratione suæ communitatis, vt priuatio entis fundetur in ipso, vt remotio vnitatis in vno; *quia multa sunt vnũ.* Nec propterea oppositum prædicatur de opposito; *quia aliquid est vnum simpliciter, & multa secundum quid.*

3. Concl. In toto homogeneo quælibet pars est illud; non autem in eterogeneo: & licet hoc totum componitur ex suis partibus, ita multitudo ex vnitatibus; nõ quatenus negationes sunt, sed vt res sunt: idcirco non sequitur vnum oppositũ componi ex altero opposito, nempe multitudinem ex non multitudine.

4. Concl. Multum absolute opponitur vni, & vt dicit excessum, opponitur pauco: vnde primo modo duo sunt multa, non autem secundo: & ita vnum potius per se opponitur multo, non autem pauco.

5. Concl. Diuisio est prior vnitate, non simpliciter, sed secundum apprehensionem. *Quæ simplicia per composita apprehendimus.* Similiter multitudo consequenter se habet ad vnum. *Quia non intelligimus, multa esse diuersa, nisi per vnitates;* & ideo ponitur in definitione multitudinis, non contra. Primum apprehendimus ens, deinde hoc non esse illud, vnde oritur multitudo, post-

do, postea vnum, tandem multitudinem.

Art. 3. Vtrum Deus sit vnus.

1. Concl. Deus est vnus.

1. *Deut. 6. Deus tuus Vnus.*

2. *In Deo idem est Deus, & id, per quod est hic Deus. Ergo non est multiplicabilis. Antecedens patet ex dictis de simplicitate. Consequentia probatur, quia hic Deus non potest purificari. Ergo nec Deus.*

3. *Deus est infinite perfectus. Ergo est Vnus: quia si essent plures Dij, differrent & conuenirent, & ideo aliqua perfectio aliers eorum deesset.*

4. *Deus omnia quæ sunt in mundo, reducit ad Vnum ordinem. Ergo erit Vnus naturâ. Vnus per se, est Vna causa: multa vero per accidens sunt causa Vnius, vt in Vnum conueniunt: quod autem est per se, est prius. Ergo.*

2. Concl. Dicuntur esse plures Dij secundum errorem aliquorum, qui plures Deos ponebant.

Concl. Vnum quod est principium numeri, non dicitur de Deo; sed vnum quod conuertitur cum ente: nec repugnat dici de Deo, ex eo quod dicat negationem, quia per negationem eum melius cognoscimus.

Art. 4. Vtrum Deus sit maxime vnus.

Concl. Deus est maxime vnus.

1. *Ex Boet. qui ait, Vnitas Trinitatis tenet artè.*

2. *Deus est maximè ens, & maxime indiuisus, quia est ipsum ens, & est omnino simplex Ergo.*

2. Concl. Priuatio ex se nõ suscipit magis & minus, sed ratione sui oppositi; & ideo aliquid potest dici magis, & minus vnum propter diuisibile, cui opponitur.

Concl. Punctus & vnitas non sunt maxime entia, & ideo non sunt maxime vnum, quia nõ habent esse nisi in subiecto.

Concl. Licet omne ens sit vnum per suam substãtiam: tamen quia substantiæ vario modo se habent, non quælibet res est maxime vna.

Quæst. 12. Quomodo Deus à nobis cognoscatur.

Art. 1. Vtrum aliquis intellectus creatus possit Deum videre per essentiam.

Concl. Beati vident Deum per essentiam.

1. *Videbimus eum sicuti est, ait Ioann. Ergo.*

2. *Deus est maxime ens, ergo maxime cognoscibilis: quia quodlibet cognoscitur prout est actu. Quod si dicas, propter excessum non posse intelligi ab aliquo intellectu, sicut sol non potest videri à sensu, contra; Beatitudo hominis est sita in altissima operatione, quæ est intelligere. Ergo si homo non potest Deum videre, vel nunquam erit beatus, quod est absurdum: vel in alio cõsistet eius beatitudo, quod est absurdum: vel in alio consistet eius beatitudo, quod dici nõ potest. 1 Quia est contra fidẽ. 2 Quia vltima perfectio creaturæ consistit in vnione cum suo principio essendi; quodlibet enim est perfectum, prout summum principium attingit. Ergo cum Deus sit tale principium, in eo erit sita beatitudo. 3. Si intellectus creatus non potest videre Deum. Ergo eius appetitus naturalis cognoscẽdi Deum esset vanus; quia cognito effectu naturaliter cupit cognoscere causam.*

† 2. Concl. Auctoritates, quæ in contrarium afferuntur, sunt intelligendæ viribus naturæ, & de comprehensione.

3. Concl. Infinitum ex parte materiæ non est per se notum; Deus autem est infinitus, vt forma, & actus.

4. Concl. Deus dicitur non existens.

Quia est supræomne existens; & ideo potest cognosci, licet non omni modo.

5. Concl. Inter Deum & creaturam est proportio, vt inter causam & effectum, & ideo potest illum intelligere.

Art. 2. Vtrum essentia Dei ab intellectu creato per aliquam similitudinem videatur.

1. Concl. Ad videndum Deum nõ requiritur aliqua similitudo ex parte rei visæ, quæ essentiam repræsentet.

Lib. 15. de Trin. cap. 9 *1. Ex Aug. Videre per similitudines est visio aenigmatica. At visio per essentiam nõ est talis. Ergo.*

Cap. 1 de diuin. nom. *2. Res superior non videtur per species inferiores, vt ait Dion. Ergo.*

3. Essentia Dei est ipsum esse. Ergo nulla creatura eam repræsentare potest; quia nulla res creata est suum esse.

4. Essentia Dei est infinita. Ergo per nullam rẽ determinatam potest videri: quare dicere videri Deũ per similitudinẽ, est dicere, Deum non videri.

2. Concl. Ad videndum Deum requiritur aliqua similitudo ex parte virtutis visiuæ.

Quia Deus est auctor intellectus creati potentiæ, ipsum Deum videre. Ergo intellectus erit similitudo participata ipsius, qui est primus intellectus: quia virtus intellectiua creatura non est essentia Dei. Ergo erit aliquod lumen participatũ a prima luce.

3. Concl. Erimus similes Deo in visione per participationem luminis gloriæ, non per aliam similitudinem. 1. Ioan 3.

4. Concl. Cognoscitur Deus in hac vita per similitudinem creatam, ita intelligendus est Aug.

5. Concl. Diuina essentia, cum sit ipsum esse, vnitur intellectui seipsa in ratione speciei, & facit intellectum in actu; non tamen informando. Lib 9. de Trin. c. 9.

Art. 3. Vtrum essentia Dei videri possit oculis corporalibus.

1. Concl. epist. 118. Impossibile est Deũ videri aliqua potentia sensitiua.

1. Aug. ait Deum non posse videri corporali visione.

2. Potentia sensitiua est actus corporis. Ergo est proportionata corpori; quia actus proportionatur rei, cuius est actus. Ergo non excedit vltra corporale. Ergo non videbit Deum qui est incorporeus.

Iob. 19. Illud, *in carne mea videbo Deum*, intelligitur post resurrectionem, & de oculo mentis.

† 2. Concl lib. 22. de ciu. ca. 29. Aug. disputando ait, oculos beatorum visuros incorporalia, ob visus perspicuitatem, quatenus per corporalia beati melius intelligent Deum.

3. Concl 4. Concl. Deus dicitur interdum visus visione imaginaria sub aliqua forma repræsentãte Deum aliquo modo.

Art. 4. Vtrum aliquis intellectus creatus per sua naturalia diuinam essentiam videre possit.

1. Concl. Impossibile est, quod aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiã Dei videat.

1. Rom. 6. Gratia Dei vita aterna, quæ in visione consistit. Ioan. 17. non ergo per naturam.

2. Quod excedit modum cognoscendi, nõ potest vi propria illius cognosci; quia modus cognoscendi est secundum naturam propriam cuiusq; & ita, quod superat modum cognoscendi, superat vim naturæ. Sed Deus excedit modum naturalem cognoscendi cuiuslibet intellectus beati; quia qualis est modus essendi, talis est modus, quo res cognoscuntur. Sed modus essendi Dei est supernaturalis omnino. Ergo & eius cognitio. Non ergo naturaliter poterit cognosci, nisi per gratiam Deus se intellectui vniat.

2. Concl. Quæ sunt in materia individuali naturaliter cognoscuntur sensu: naturæ vero à singularibus abstractæ, ab intellectu: quæ vero omnino sunt abstractæ à materia, naturaliter cognoscũtur ab Angelis: at cognoscere quod est per se subsistens, est solum connaturale intellectui diuino, cum nulla creatura sit suum esse: ex quibus declaratur minor superioris rationis.

† 3. Concl. Angelus cognoscit Deũ per similitudinem in se ipso, sed ista cognitio non est per essentiam, & ideo per sua naturalia nõ videt essentiam.

4. Concl. Angelus non videndo essentiam Dei, non caret aliqua perfectione naturali priuatiue, sed aliqua perfectione negatiue.

5. Concl. Licet sensus non possit eleuari ad videnda incorporalia, potest tamẽ intellectus eleuari ad videndum Deum. *Quia potest in abstractione cognoscere quod cognoscit in concretione: vnde per gratiam potest videre, esse per se subsistens, cum sit à materia seiunctus.*

Art. 5. Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam aliquo creato lumine indigeat.

1. Concl. Intellectus creatus eget lumine creato ad visionem diuinam.

1. Psal 35. in lumine tuo, &c. id est per lumen gloriæ videbimus lumen, scilicet Dei essentiam.

2. Quod eleuatur ad aliquid supra suã naturã, eget aliqua dispositione, qua sit supra naturam. Sed cum intellectus creatus videt essentiam Dei, essentia sit forma intelligibilis intellectus. Ergo eget dispositione supernaturali, vt eleuetur ad tantam sublimitatem; quam dispositionem lumen intellectus vocamus & secundum hanc beati fiunt Deo similes.

Apoc. 21. 1. Ioan. 3. † 2. Concl. Licet Deus sit lux, tamen ex parte potẽtiæ non potest videri, nisi potentia fiat potentior ad videndum.

3. Concl. Lumen non requiritur vt mediũ, quasi in ipso essentia videatur; sed est medium, sub quo videtur, quod non tollit immediatam visionem.

4. Concl. Lumen gloriæ non est naturale creaturæ, licet sit quid creatum: sicuti dispositio ad formam ignis non est naturalis, nisi habenti formã ignis: propterea potest facere creaturam deiformem.

Art. 6. Vtrum videntium essentiam Dei vnus alio perfectius videat.

1. Concl. Videntium Deum per essentiam, vnus alio perfectius videbit.

1. Cor. 15. *1. Quia, vt ait Paulus, stella differt à stella in claritate.*

2. Vbi est maius desiderium, est maior visio, quia desiderium facit magis aptum desideratum ad suscipiendum desideratum. Sed maius desiderium est vbi est maior caritas pro cuius ratione datur lumen gloriæ, quo mediante videtur Deus. Ergo qui habebit plus caritatis, perfectius videbit Deum.

1. Ioan. 3 † 2. Concl. Cum dicitur *videbimus sicuti est*, particula, *sicuti* determinat modum ex parte rei visæ, sed non modum visionis.

3 Concl Iob. 83 q. 32. Cum Aug. ait, *non potest vnus plus alio intelligere*, intelligit ex parte rei intellectæ, non autem ex parte modi.

4. Concl. Diuersitas modi vidẽdi nõ est ex parte ob-

iecti, nec ex parte potentiæ, sed ex parte facultatis supernaturaliter additæ.

Art. 7. Vtrum videntes Deum per essentiam, ipsum comprehendant.

Impossibile est vt videntes Deum per essentiam ipsum comprehendant.

epist. 112. ca. 9. 1. *Ex. Ier. c. 32. & ex Aug.*

2. *Illud comprehenditur quodtantum cognoscitur, quãtum est cognoscibile: sed nullus intellectus creatus potest Deum cognoscere, & cognoscibilis est, quia cognoscitur aliquid, & actu est; Deus autem est ens infinitum. Ergo non poterit cognosci ab intellectu creato, qui cum cognoscat per lucem gloriæ, quod est finitum, non poterit Deum infinite cognoscere.*

Cant. 3. 1 Cor. 9.

† 2. Concl. Comprehenditur Deus à beatis non continendo; sed attingendo & possidendo.

3. Concl. Dicitur Deus incomprehensibilis, non quod aliquid ipsius lateat, cum sit simplicissimus; sed quia non perfecte cognoscitur, vt cognoscibilis est.

4. Concl. Videre Deum totaliter, dicit modum obiecti, non autem modum videntis, id est, cognoscitur quod sit infinite cognoscibilis, sed infinitus modus, non conuenit videnti.

Art. 8. Vtrum videntes Deum per essentiam, omnia in Deo videant.

Concl. diuin. c. 7 lectiõ huius. Nullus intellectus creatus videndo Deum potest cognoscere omnia, quę Deus facit, vel potest facere.

1. *Angeli vident essentiam Dei, & non vident omnia, quia inferiores purgantur a superioribus: nec etiam cognoscunt contingentia, & cogitationes cordis, Ergo.*

2. *Nullus creatus intellectus potest comprehendere essentiam Dei. At si omnia ista cognoscerentur, comprehenderetur, Ergo.*

2. Concl. Eorum quæ Deus facit, aut facere potest, tanto plura creatus intellectus percipit, quo perfectius Deum videt.

Nam quæ cognoscuntur in Deo, cognoscuntur tanquam effectus in causa. Ergo quanto Deus perfectius cognoscitur, tanto plura in eo videbuntur.

† 3. Concl. Lib. 4. dial. cap. 33. Illud Gregorij, *Videntes Deum omnia videre*, intelligitur ex parte Dei, qui in se omnia cõtinet, & potest omnia repræsentare; non tamen quod quisque videat omnia.

4. Concl. Maius est videre Deum, quam alia, tamen maius est sic videre Deum, quod in eo omnia videantur, quam videre sic, vt non omnia videantur.

5. Concl. Videns speculum non videt omnia in speculo, nisi visus speculum comprehendat.

Cognoscere facta, & cogitata, &c. non pertinet ad perfectionem hominis: immo, si solus Deus videretur, sufficeret ad beatitudinem. 6. Concl.

Art. 9. Vtrum ea, quæ videntur in Deo à videntibus diuinam essentiam, per aliquas similitudines videantur.

1. Concl. Videntes Deum non vident alia per species, sed per essentiam intellectui eorum vnitam.

1. *Vna & eadem specie videtur speculum, & quæ in ipso apparent. Sed omnia videntur in Deo, vt in speculo. Ergo, & Deus nõ videtur per speciem, ita nec alia quæ in ipso videntur.*

2. *Aliquid cognoscitur prout eius similitudo est in cognoscente, quod est, vel per speciem propriam, vel per speciem sui similem; vt cognitio hominis in se, sit in sua imagine: sed res sunt in intellectu beatis, prout sunt similitudines in essentia diuina: quia quæ sunt tertio sunt similia, inuicem sunt similia. Sed hæc non cognoscitur per speciem, Ergo nec alia quæ in ipso cognoscuntur, quia sicut cognoscere per se, est cognoscere per suam speciem, sic cognoscere per aliud est cognoscere per speciem illius.*

† 2. Concl. Intellectus assimilatur rebus, quæ videntur in Deo prout vniuntur essentiæ diuinæ, in qua rerum similitudines existunt: & sic intellectus fit similis rei intellectæ.

3. Concl. 2. Cor. 12. Paulus videns essentiam Dei formauit similitudines rerum, quas viderat, & hæc remanserunt: vnde potuit recordari eorũ, quæ vidit; quæ visio fuit alia ab ea, qua res in Deo videntur.

Art. 10. Vtrum videntes Deum per essentiam simul videant omnia quæ in ipso sunt.

1. Concl. Lib. 15. de Trin. c. 16. Omnia, quæ videntur in verbo non successiue, sed simul videntur.

1. *Ex Aug. qui ait Vno simul conspectu videbimus.*

2. *Omnia videntur per essentiam Dei, vt est dictum. Ergo omnia simul videbuntur quia ideo non plura simul intelligimus, quod per plures species intelligimus, & vt corpus non potest variis formis figurari; sta nec intellectus variis speciebus informari: cum ergo omnia videantur vna specie omnia simul videbuntur.*

† 2. Concl. Aristl. lib. 4 top. c. 4. Multa vna specie intellectiua intelligi possunt, vt in specie hominis animal & rationale, & in specie domus, paries, & tectum; & sic scimus plura, licet intelligere sit vnum.

3. Concl. Angeli cognitione naturali non omnia cognoscunt simul. *Quia per varias species cognos-*

cant; vt autem vident in essentia diuina, simul vident.

Art. 11. Vtrum aliquis in hac vita possit videre Deum per essentiam.

1 Concl. Deus non potest per essentiam videri ab homine puro in hac vita mortali.

1. Exod. 33. Non videbit me homo. Gloss. quamdiu hic viuitur.

2. Modus cognoscẽdi sequitur modum essendi: sed anima in hac vita habet esse in materia. Ergo naturaliter nõ cognoscet, nisi quæ habent formam in materia, vel quæ per huiusmodi cognosci possũt. At essentia Dei per naturas rerum non potest cognosci, quia cognitio per similitudinem creatam nõ est visio essentiæ. Ergo.

3 Quanto magis anima abstrahitur à corporib. tanto est aptior ad intelligenda abstracta, vt patet in somnijs. Ergo vt eleuetur ad supremum intelligibile, quod est essentia Dei, non potest esse in hac vita.

Gen. 31.

† 2. Concl. Deus visus est facie ad faciem, in figura, quomodo loquendi demonstratur eminẽtia prophetiæ, seu contemplationis: & ideo non videbatur essentia.

3. Concl. Augustin. 12. Cõfess. c. 15. Moyses & Paulus per dispensationem viderũt essentiam, quia vterque fuit magister; vnus Iudæorum, alter gentium.

4. Concl. Dicũtur omnia à nobis nunc videri in Deo per lumen naturale, quod est participatio diuini luminis, quo omnia cognoscimus, & iudicamus.

5. Concl. Visio intellectus est eorum, quæ sunt in anima, sicut sunt intelligibilia in intellectu, vt est Deus in beatis: in nobis autem nõ est hoc modo, licet sit per essentiam in anima.

Art. 12. Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus.

1. Concl. Possumus in hac vita per rationem naturalem cognoscere Deum, vt est prima causa excellentissima.

1. Rom. 1. Quod notum est Dei, id est, Quod cognoscibile est de Deo, manifestum est illis, &c.

2. Naturalis cognitio oritur à sensu, & extenditur quantum sensibilia manuducunt. Sed sensibilia non sunt adequatus effectus essentiæ diuinæ. Ergo ex eis non potest cognosci tota virtus Dei, & tota essentia; sed cũ sint effectus dependentes à Deo, tanquam à causa, per eos poterit Deus cognosci, vt causa, secundum ea, quæ conueniunt ei, vt causæ excedenti omnia.

Concl. De Deo cognoscimus habitudinẽ ad creaturas, & Deum non esse aliquid eorum, quæ ab ipso causantur; & quod hæc remouentur ab ipso propter ipsius excellentiam.

Non quid sit, sed an sit, cognoscitur de forma simplici, vt est Deus. † 3. Concl.

Deus cognoscitur per phantasmata effectũ sui, id est, per creaturam. 4. Concl.

Cognitio per gratiam conuenit bonis, naturalis etiam malis; qua in re retractauit sententiam Augustini. 5. Concl. Lib. 1. Retr. cap. 4.

Art. 13. Vtrum per gratiam habeatur altior cognitio Dei, quam ea, quæ habetur per rationem naturalem.

Perfectior cognitio de Deo habetur à nobis per gratiam, quam per rationem naturalẽ. 1. Concl.

1. Nam Paulus ait, reuelata nobis fuisse, quæ nemo Principum huius sæculi nouit. 1. Cor. 2.

2. Humana cognitio per gratiam iuuatur quoad lumen intellectus, & phantasmata; quia interdum phantasmata diuinitus formantur, quæ ea, quæ reuelantur, representant, vt patet in baptismo Christi, vbi visus est Spiritus S. in specie columbæ. Ergo perfectior est cognitio, cum cognitio nostra ex his duobus consurgat.

Licet per reuelationem non cognoscatur quidditas Dei, tamen plures perfectiones, & perfectius cognoscuntur. † 2. Concl.

Ex phantasmatibus per reuelationem formatis plenior cognitio habetur ob infusionem diuini luminis. 3. Concl.

Fides dicitur quædam cognitio, vt determinat intellectum ad aliquod cognoscibile, quæ determinatio non procedit ex visione credentis, sed eius, cui creditur, & sic fides deficit à ratione scientiæ. 4. Concl.

Quæst. 13. De nominibus Dei.

Art. 1. Vtrum aliquod nomen Deo conueniat.

Deus potest à nobis nominari ex creaturis: non tamẽ ita, vt nomen explicet diuinam essentiam, vt est. 1. Concl.

1. Exod. 15. Omnipotens nomen eius.

2. Sicut res cognoscitur, sic potest nominari, quia conceptus sunt similitudines rerum, & voces referunt conceptus. Sed in hac vita Deus non cognoscitur, nisi per habitudinem principij, & per modum excellentiæ, & perfectionis, non autem per essentiam. Ergo nominari poterit ex creaturis, sed nomen non exprimat essentiam.

Deus dicitur non habere nomen; quia eius essentia est supra id, quod de ipso intelligimus, & per voces significamus. † 2. Concl.

Deo tribuũtur nomina abstracta, quia est simplex, concreta vero, quia est subsistens, vt 3. Concl.

signi-

ſignificetur ſimplicitas & ſubſiſtẽtia: ſed tam intellectus, quam nomina deficiunt a modo ipſius.

4. Concl. Nomina ſignificantia ſubſtantiã cum qualitate competũt Deo, quia eſt ſimplex & ſubſiſtens: participia cum tempore; quia æternitas continet omne tempus: Demonſtratiua pronomina, quia determinant id, quod intelligimus, non autem quod ſentitur.

Art. 2. Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo ſubſtantialiter.

1. Concl. Lib. 7. de Trin. c. 1. Aliqua nomina dicuntur de Deo ſubſtantialiter, imperfecte tamen.

1. Ex Aug. qui hoc docet.

2. Iſta nomina bonum, ſapiens, &c. ſignificant Deum, prout concipiuntur a nobis ex creaturis, quarum perfectiones, Deus tanquam excellens principium, cuius ſimilitudinem aliqua effectus refert, in ſe prahabet. Ergo cum quæ ſunt in creaturis in Deo, ſint ſubſtantialiter, aliqua nomina dicentur de Deo ſubſtantialiter, ſed imperfecte, cum imperfecte creaturæ Deum repræſentet.

2. Concl. Nomina negatiua & relatiua ad creaturam non ſignificant ſubſtantiam Dei, ſed remotionem, & relationem alicuius ad ipſum. Affirmatiua autem, & abſoluta, non remotionẽ neque habitudinem eius ad creata, vt aliqui dicunt, ita vt viuens dicatur Deus, quod non viuat, vt alia viuentia; vel quia eſt cauſa vitę, ſed vtrumque eſt falſum.

1. Quia etiam ſecundum iſtos non magis vnum nomen, quam alterum de Deo diceretur; & ſic poſſet dici bonum, & corpus, quia eſt cauſa corporis, & caret corpore.

2. Nomina dicta de Deo poſterius dicerẽtur de ipſo, vt ſanum de medicina, quæ facit ſanitatem.

3. Quia eſt contra intentionem loquentium de Deo, qui aliud ſignificare volunt, cum dicunt, Deus viuit, & Deus eſt cauſa vitæ.

† 3. Concl. Iſta nomina non ſignificant quid ſit Deus. *Quia imperfecte ſignificant.*

4. Concl. Nomina interdum aliud ſignificãt, quam id, vnde ſumpta ſunt; & ideo licet nomina Dei ſumpta ſint a proceſſionib. in creaturas, traducuntur tamen ad ſignificandum ipſum creatorem.

5. Concl. Licet Deus non intelligatur à nobis ſecũdum eſſentiam, tamen ſecundum quod eam cognoſcimus per effectus, eam nominare poſſumus.

Art. 3. Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo proprie.

1. Concl. Aliquod nomen proprie, id eſt, non metaphorice dicitur de Deo, quo ad rem ſignificatam, non quo ad modum ſignificandi.

1. Ex Ambr. qui ait, quædam nomina dici proprie de Deo. Lib. 2. de fide.

2. Intellectus noſter cognoſcit Deũ ex perfectionibus creaturarum, quæ in Deo ſunt eminentiore modo, quam in creaturis, & prout eas apprehendit ſignificat. Ergo cum in Deo ſint altiore modo, & magis proprie, proprie dicentur. Verum cum dicantur ſecundum modum, qui competit creaturis, quantum ad modum ſignificandi, non dicentur proprie. Quare in his nominibus attendenda eſt res ſignificata, & modus ſignificandi.

† 2. Concl. Nomina ſignificantia perfectiones participatas, ſi modum, quo imperfecte participantur, includãt, dicuntur de Deo metaphorice, vt lapis, leo, &c. quæ vero non includũt modum participandi, vt bonum, ens, &c. dicuntur proprie.

3 Concl. Dion. c. 2. de cæl. hier. Si hæc nomina negẽtur de Deo, id fit, quia quod ſignificant, non conuenit Deo eo modo, quo ſignificant: ideo dicitur ſuperſubſtantialis, &c.

4. Concl. Nomina, quæ proprie dicuntur, non in ſignificatione, ſed in modo important conditiones corporales: quæ vero metaphorice in ſignificato, importãt conditionẽ corporalẽ.

Art. 4. Vtrum nomina dicta de Deo ſint nomina ſynonyma.

1. Concl. Nomina huiuſmodi dicta de Deo nõ ſunt ſynonyma.

1. Synonyma includũt negationem, at ferẽ. 22. vere de Deo dicitur, fortiſſime, magne, &c. Ergo.

2. Ex modis dicendi refutatis articulo ſecũdo; quia diuerſa ſignificant, iuxta diuerſa negata, & effectus connotatos.

3. Intellectus noſter cognoſcit Deũ ex creaturis Ergo cõceptus de Deo ſunt proportionati perfectionibus communicatis creaturis. Ergo ſunt varij, vnus tamen ſimplici perfectioni reſpondentes. Ergo ſicut multis perfectionibus vnum reſpondet ſimplex principium, ita multis conceptibus vnum omnino ſimplex. Quare, licet vnum rem ſignificent: tamen quia ſub varijs conceptibus ſignificant, non erunt ſynonyma.

† 2. Concl. Synonyma quę vnum ſecundum vnam rationem ſignificant; quæ vero varias rationes vnius rei, nõ ſignificant vnũ primo & per ſe.

2. Concl. Rationes variæ horum nominum nõ ſunt vanæ, cum eis reſpõdeat vnum ſimplex, multipliciter & imperfecte repræſentatum.

3. Concl. Ad perfectam Dei vnitatem pertinet, vt q̃ in alijs ſunt diuiſim, in eo ſint vnitę; & ideo eſt vnus re & multiplex ratione, quæ multi

pliciter eum apprehendit; sicut ipse multipliciter se communicat.

Art. 2. Vtrum ea quæ de Deo dicuntur & creaturis, vniuoce dicantur de ipsis.

.Concl. Nomina communia Deo & creaturis non dicuntur vniuoce.

1. *Quia nō dicuntur secundum eandem rationē: vt sapientia, quæ in Deo est substantia; & mutato genere mutatur etiam ratio.*

2. *Plus differunt creaturæ à Deo, quam distent inuicem: creaturarum autem aliquæ non dicuntur vniuoce, Ergo.*

3. *Creaturæ sunt effectus Dei, qui non recipiūt virtutem causæ secūdum eandem rationem, quia sapientia in homine significat perfectionem distinctam à natura, & finitam; non sic in Deo, Ergo.*

2. Concl. Huiusmodi nomina nō dicuntur de Deo, & de creaturis pure æquiuoce.

8 Phys: 12. Met. Rom. 1. *Quia nihil posset cognosci, & demonstrari de Deo, quod est contra Philosophum, & contra Paulum: nam incideret fallacia æquiuocationis. Ergo.*

3. Concl. Huiusmodi nomina dicūtur secundū analogiam vnius ad alterum, id est, creaturæ ad Deum. Est autem analogia proportionis, vel aliquorum ad alterum, quæ dicitur multorū ad vnum: vt medicinæ & vrinæ ad sanitatem animalis, vel aliquorum inter se, quæ dicitur vnius ad alterum: vt sanum de medicina & animali, & hoc modo aliqua dicuntur de Deo & creaturis.

Quoniam non nominamus Deū, nisi ex creaturis. Ergo nomina dicētur propter ordinem creaturæ ad Deum, & ad causam, in qua præexistūt excellenter omnes perfectiones. Ergo dicuntur ab vno ad vnum, tanquam ad causam.

† 4. Concl. Licet in prædicationibus æquiuoca ad vniuoca oporteat reduci: tamen in actionibus omnia reducūtur ad vnum agens æquiuocū.

Quia vniuocum non facit, nisi particulare sibi simile in specie: quod autem est causa totius speciei, oportet esse æquiuocum, alias esset causa sui ipsius.

5. Concl. Similitudo creaturæ ad Deū est imperfecta.

Quia non repræsentat, nec etiam vllum genus: quare non facit vniuocationem.

6. Concl. Mensura, vt homogenea mensurato, facit vniuocationem: verum Deus nō est mensura proportionata creaturis: vnde non sunt sub eodem genere.

Art. 6. Vtrum nomina per prius dicantur de creaturis, quam de Deo.

..Concl. Huiusmodi nomina, quæ proprie de Deo dicūtur, vt Pater, &c. quoad eam significatā prius de Deo dicuntur, quam de creaturis.

1. *Ad Ephes. 3. A quo omnis paternitas nominatur. Ergo.*

2. *Hæc nomina nō solum significant Deum esse talem causaliter, sed etiam essentialiter, vt est probatum. Ergo per prius dicuntur de Deo, à quo huiusmodi perfectiones manant.*

2. Concl. Quantum ad impositionem, ista nomina prius dicūtur de creaturis; quia eas prius cognoscimus, & quia habent modum significādi, qui conuenit creaturis.

Quæ metaphorice Deo conueniunt, prius dicuntur de creaturis.

3. Concl. *Quia ratio horum nominum dicitur de Deo per similitudinem ad creaturas; & sic nomen leonis, nihil aliud significat, quam quod Deus fortiter agit. Et esset eadem ratio de aliis, si tantum causaliter dicerentur: quia eorum significatio non intelligeretur, nisi per creaturas.*

4. Concl. Quod cognoscamus prius creaturas, solū probat dici prius, quātum ad impositionem.

5. Concl. Nomina translata à creaturis ad Deū, quæ creaturis sunt propria, Deo attribuuntur metaphorice.

6. Concl. Si nomina dicerentur solum de Deo causaliter, prius dicerētur de creaturis: at aliqua dicuntur essentialiter. Quare argumentum primum procedit quātum ad impositionem, alterum de nominib. metaphoricis, tertium si dicerentur tantum causaliter.

Artic. 7. Vtrum nomina quæ important relationem ad creaturas dicantur de Deo ex tempore.

1. Concl. Lib. 1. de Trin. c. 13. Quædam nomina relatiua ad creaturas dicuntur ex tempore de Deo.

1. *Ex August. qui hoc docet.*

2. *Relatio consurgit ex aliqua mutatione facta in creatura, si de hac loquamur. At hæc non est, nisi in tempore. Ergo talia nomina dicentur de Deo ex tempore: quia cum relatio includat duo extrema, non conuenit vni sine altero.*

2. Concl. Relatio est ens reale.

Quia res habet naturalem habitudinem ad inuicem. Ergo & relationem, quæ est habitudo vnius ad alterum.

3. Concl. Relatio vel vtrinque habet terminum rationis, vt in his, quæ insurgunt per actum rationis: vel vtrique realem, vt inter actionem & passionem: vel in vno est rationis, in altero est realis, ex parte cuius fit mutatio, quæ insurgit inter ea, quæ non sunt eiusdem ordinis, & talis est inter Deum & creaturas: vnde creatura realiter refertur ad Deum; Deus vero ad creaturas secundum rationem.

† 4. Concl. Nomina significantia relationem secundū

esse,

esse, significant habitudines ipsas: nomina significantia relatiua secundum dici, significãt prius res ipsas, vt mouens, & motus. Verumq; genus nominum reperitur in Deo, & ex tempore dicitur. Vnde, quę significant habitudinẽ ad creaturas, vt dominus, indirecte significant substantiam Dei; quæ vero primo substantiam, vt creator, consequenter relationẽ.

5. Concl. Vt relationes non sunt in Deo, nisi secundum rationem, ita fieri, & factum esse cum de Deo dicuntur: vt factus est refugium, &c.

6 Concl. Relationes secundum intellectum & voluntatem sunt æternę: quia tales operationes sunt in operante: quæ autem consequuntur istas, vt saluator, &c. sunt temporales.

7. Concl. Deus denominari potest relatione, quę est in creatura, quia ideo refertur ad creaturam, quia creatura refertur ad ipsum.

8. Concl. Cũ relatio subiectionis sit realiter, & vere in creatura; ideo Deus vere dicitur dominus.

9. Concl. Ad cognoscendum an relatiua sint simul natura, non attenduntur res ipsæ, sed significationes relatiuorum: quia si vnum claudit alterum, sunt simul natura; sin aliter, nõ sunt simul: vt pater & filius; scientia & scibile; si non accipiatur in actu: vnde licet Deus sit prior creatura, non tamen est dominus, nisi creatura sit ei subiecta.

Art. 8. Vtrum hoc nomen Deus, sit nomen naturæ.

1. Concl. Deus est nomẽ naturæ, quo ad id, ad quod nomen est impositum: operationis autem, quantum ad id vnde impositum est.

In nominibus rerum, quæ per effectus tantum cognoscuntur, non est idem id, à quo sumitur, & id, quod per ipsa significatur. Ergo cum Deus cognoscatur per effectus, sumentur nomina ab effectibus, & traducentur ad significandam substantiam Dei per effectus cognitam: quæ, vt res cognoscitur, ita nominatur. Ergo nomen, Deus, à prouidentia susceptum, erit nomen operationis: vt autem traducitur ad significandum ipsum prouidentem, erit nomen naturæ; vt Ambros. & Dionysius dicunt.

2. Concl. Lib. 1. de fide ca. 1. Cap. 12 de diuin. nom. In nominibus rerum, quæ sunt notę nobis idem est, a quo sumuntur, & quod significãt: vt ignis, albedo, &c.

† 3. Concl. † Omnes etymologiæ nominis Dei sumũtur ab effectis Dei; sed transferuntur ad significandum ipsum Deum.

4. Concl. Nomẽ Deus non repræsentat nobis essentiam diuinam, nisi eo modo, quo à nobis cognoscitur: qua ratione etiã nominari potest, nimirum per negationem, causalitatem, & eminentiam: quia est principium omnium' remotum ab omnibus.

Art. 9. Vtrum hoc nomen Deus, sit communicabile.

1. Concl. Hoc nomen, *Deus*, proprie est incommunicabile.

1. Sap. 14. Vbi dicitur incommunicabile.

2. Illud nomen communicatur proprie, quod secundum totam significationem applicatur multis, & significat naturam communicabilem multis, eiusmodi non est, nomen, quod significat singulare omnino incommunicabile. Sed nomen, Deus, positum est ad significandam naturam diuinam incommunicabilem: secundum rem, intellige ad extra. Ergo erit nomen incommunicabile.

2. Concl. 2. Nomen, Deus, est communicabile secundum similitudinem, & opinionem; sicuti aliquis per similitudinem diceretur Achilles, vel si quis opinaretur esse plures soles, & ideo qui participãt similitudinem cum Deo, dicuntur diuini; quo nomine etiam vocantur qui opinione censentur Dij.

3. Concl. Si esset aliquod nomen significans Deum non ex parte naturæ, sed suppositi, vt est hoc aliquid, illud esset omnibus modis incomunicabile: vt forte est nomẽ, tetragrammaton: vt si nomen solis significaret, hoc indiuiduum solis.

† 4. Concl. Vt natura diuina nõ est communicabilis, nisi secũdum similitudinem, sic & nomen; & ita accipitur illud, Consortes diuinæ naturæ. 2. Petr. 1.

5. Concl. Nomen *Deus*, est appellatiuum, & nõ proprium, licet Deus secundum rem non sit vniuersalis, nec particularis.

Quia nomina non sequuntur modum essendi, qui est in rebus, sed modum essendi in nostra cogitatione; licet secundum rem sit incommunicabile.

6. Concl. Nomina hęc, *bonus, sapiens*, & similia, significant perfectiones, quæ sunt communicabiles, & ideo communicantur: at nomen Deus, sumitur ab operatione propria Dei.

Art. 10. Vtrum hoc nomen Deus, vniuoce dicatur de Deo per participationem, secundum naturam, & secundum opinionem.

1. Concl. Nomen Deus dicitur de Deo secundũ participationem, naturam, & opinionem non vniuoce, nec æquiuoce, sed analogice.

Quod non vniuoce, patet: quia vniuocorum est eadem ratio. At istorum non est eadem ratio. Ergo. Nec æquiuoce, quia æquiuoca habent rationem omnino diuersam. At Deus dicitur de his secun-

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

dum aliquam similitudinem; quia Deus per participationem habet aliquam similitudinem cum vero Deo, & Deus per opinionem existimatur verus Deus. Ergo Deus de his non dicitur æquiuoce. Ergo analogice.

† 2. Concl. Nominum multiplicitas non attenditur secundum nominis prædicationem sed secundum significationem: & ideo catholicus dicens pagano, idolum non est Deus, ei contradicit, quia vterque sumit pro vero Deo: vnde patet ad duo alia argumenta.

3. Concl. Animal de vero, & picto, non dicitur vere æquiuoce, sic Deus de vero, per participationem: & Philosophus nomine æquiuoci intelligit aliquando analogum.

4. Concl. Naturam Dei secundum se, neque paganus, neque Christianus cognoscit: sed vterque intelligit nomine Dei primum principium secundū causalitatem & excellentiam.

Art. 11. *Vtrum hoc nomen*, qui est *sit maxime nomen Dei proprium.*

1. Concl. Nomen, *qui est*, triplici ratione est maxime proprium Dei.

1. Deus sibi hoc nomen imposuit, Ergo.

Exod. 3. *2. Nomen hoc non significat formam, sed ipsum esse. Ergo significat essentiam solius Dei: quia solius Dei essentia, est esse. Ergo est maxime proprium Dei: quia vnumquodque denominatur à forma.*

3. Alia nomina aliquo modo determinant Deū: quia ab his determinante cognoscitur, & ita deficiunt a modo, quo Deus est in se. Ast hoc nullum modum essendi determinat, sed indeterminate se habet ad omnes modos: significat etiam perfectum substantiæ infinitæ. Ergo erit maxime proprium Dei.

4. Quia significat esse in præsenti.

Ergo erit maxime proprium Dei, cui est maxime propria præsentialitas.

† 2. Concl. Nomen, *qui, est*, est magis proprium Dei, quam nomen *Deus*; quod id, a quo imponitur, scilicet, ab esse, & secundum modum significandi, & consignificandi: sed quantum ad id, ad quod est impositum ad significandum, est magis proprium nomen *Deus*, cum significet essentiam diuinam.

3 Concl. Dion. c. 3 de div. nom. 4. Concl. Nomen, *bonum*. est principale nomen Dei in quantum est causa, sed non simpliciter, cū causa præsupponat esse.

Non est necesse, vt nomina Dei importēt habitudinem ad creaturam; sed sat est, si imponantur à perfectionibus ab eo in creaturam proficiscentibus.

Art. 12. *Vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo.*

1. Concl. Propositiones affirmatiuæ vere de Deo formari possunt.

1. Inter propositiones de fide multæ dantur huiusmodi. Ergo.

2. Omnis propositio affirmativa significat identitatem aliquam prædicati & subiecti, secundum rem, & eorundem distinctionem secundum rationem, quia habet copulam, quæ importat identitatem, & prædicatum & subiectum, quæ important distinctionem extremorum. Sed in propositionibus de Deo inueniuntur istæ duæ conditiones: quia Deus à nobis cognoscitur secundum diuersas conceptiones, & his respondet vna res simplex. Ergo poterunt tales propositiones formari de Deo.

† 2. Concl. Dion. 2. cal. hier. Affirmationes dicuntur inconuenienter de Deo; quatenus nomen conuenit Deo secundum modum significandi.

3. Concl. Intellectus apprehendit formas simplices per modum compositorum, in quib. est subiectum & prædicatum, & ideo de illis format propositiones.

4. Concl. Intelligere simplicia modo composito; sed non quod illa sint composita, non est intelligere rem falso modo.

Quia aliud est modus rei in essendo, aliud in intelligendo.

Quæstio 14. De scientia Dei.

Artic. 1. *Vtrum in Deo sit scientia.*

1. Concl. Rom. 11. IN Deo est scientia perfectissima.

1. Assumendo ait Paul. sapientiæ & scientiæ &c.

2. Immaterialitas est causa cur aliquid sit intelligens, & secundum modum immaterialitatis, est modus cognoscendi. Sed Deus est summe immaterialis. Ergo & perfectissime intelligens. Quod immaterialitas sit causa cognitionis, patet; quia cognoscens debet recipere formam rei cognitæ, in quo differunt cognoscens & non cognoscens. Ergo debet esse minus contractum, & minus materiale. Deinde hanc causam assignauit Arist. quod modus intelligendi sequatur modum immaterialitatis, patet in gradibus cognoscentium in sensu, & in intellectu. Quia, quo aliquid est magis immateriale, perfectius cognoscit. lib. 3. de anima, te 37.

† 2. Concl. Scientia in Deo non est actus, sed substantia: & ideo conuenit Deo ratione perfectionis, remotis imperfectionibus.

3. Concl. Omnes modi cognoscendi, qui sunt in homine, simplici modo, sunt in Deo, qui continet omnes, remotis imperfectionibus. Vnde scientia in Deo non est per modum conclusionis.

Scientia diuina, nec est vniuersalis, nec particularis, nec in habitu, nec in potentia, sed altiore modo se habet, cum sit in sciente per modum ipsius.

Art. 2. Vtrum Deus intelligat se.

Deus intelligit seipsum, per seipsum.

1. *Quæ sunt Dei, ait Paul. non nouit nisi spiritus Dei, Ergo.*

2. *Deus est actus purus, carens omnipotentia? Ergo in eo idem est intellectus & id quod intelligitur. Ergo intelliget seipsum per seipsum: quia cum in actione immanente intellectus vniatur per species, si intellectus & species, & quod intelligitur in Deo non essent vnita, & idem, in ipso esset aliqua potentia, cum tamen nulla sit. Quod si in Deo intelligibile, & species, & intellectus sunt idem, sta & species non sit aliud, quam essentia diuina, Deus intelligit seipsum per seipsum. Nos autem cum intelligimus per speciem distinctam, non cognoscimus nos ipsos per nosipsos.*

Cum sciens intelligit suam essentiam, dicitur redire ad se, ratione sensus, qui cognoscit externa: Deus autem cum sit per se subsistēs, maxime dicitur ad se redire, & se cognoscere.

Moueri, & pati, de intelligere, æquiuoce dicuntur: & perfici, conuenit intellectui in potentia; Deus autem est sua perfectio, & suum intelligere.

Licet nos simus similes Deo secundum intellectum; non tamen in modo intelligendi.

Quia intellectus noster est in potentia, & ideo eget specie: Deus autem est purus actus: proinde se, per se cognoscit.

Art. 3. Vtrum Deus comprehendat seipsum.

Deus perfecte comprehendit seipsum.

1. *Quod intelligit se, comprehendit se. At Deus intelligit se. Ergo.*

2. *Quod intelligit se quantum perfecte cognoscibile est, comprehendit se; quia tunc aliquid comprehenditur, cum venitur ad finem cognitionis eius; at Deus perfecte cognoscit seipsum, & perfecte cognoscibilis est; quia tantum est aliquid cognoscibile, quantum est actu & immateriale, ex Aristot. & quanta est actualitas, tanta est virtus in cognoscendo quæ sequitur separationem à materia. Ergo Deus hac virtute seipsum cognoscet, quantum est cognoscibilis. Ergo se comprehendit.*

Comprehendere proprie est aliud includere, & sic Deus non comprehendit se: vnde locutio illa est exponēda per negationem, nimirum, quod nihil sui eum lateat.

Deus dicitur finitus sibi secūdum proportionem.

Quia sic se habet, vt non excedat intellectum suum, sicuts finitum non excedit intellectum finitū

Art. 4. Vtrum ipsum intelligere Dei sit eius substantia.

Intelligere Dei est eius substantia.

1. *Ex Aug. quia est esse, & sapientem esse, esse idem in Deo Hoc autem est intelligere. Ergo.*

2. *Ex Arist. quia alias Deus se haberet, sicut potentia ad actum, quoniam intelligere est actus, & perfectio At hoc est impossibile in Deo. Ergo.*

3. *Vt esse sequitur formā, sta intelligere sequitur speciem, cum sit actio manēs in operante Ergo. Vt in Deo forma non est aliud ab esse, & species sit idem cum essentia, intelligere idem erit cum substātia, & esse. Quare in Deo intellectus, id quod intelligitur species intelligibiles, & intelligere sunt vnum & idem.*

Intelligere nō est operatio transiens, & ideo potest esse substantia, cum maneat in intelligente.

Intelligere, se intelligere, in nobis, non est quid magnum: at cum intelligere Dei sit subsistens, est aliquid magnum.

Intelligere diuinum est suipsius, & non alterius; ideo non itur in infinitum.

Artic. 5. Vtrum Deus cognoscat alia à se.

Necesse est, vt Deus cognoscat alia à se.

1. *Quoniam omnia nuda & aperta sunt oculis eius.*

2. *Deus perfecte cognoscit se, quia alias esset imperfectus, cum intelligere sit perfectio. Ergo perfecte etiam cognoscit virtutem suam, quæ est idem cum suo esse. Sed virtus non cognoscitur perfecte, nisi cognoscantur ea, ad quæ se extendit. Ergo cognoscet alia à se; quia ad illa Dei virtus se extendit, cum sit prima omnium rerum causa.*

3. *Esse prima causa, est eius intelligere. Ergo ōes effectus præexistentes in illa erunt eius intelligere. Ergo sunt in ea modo intelligibili; quia quodlibet est in altero secundum modum eius, in quo est.*

Deus cognoscit alia à se, non in ipsis, sed in seipso.

Nam Deus videt seipsum, & alia per essentiam suam. Ergo & se, & alia in seipso; quia videre in seipso, est videre per propriam & adæquatam speciem; videre in alio, est videre per speciem alterius, in quo illud est; quo modo homo videt se in speculo. Ergo, cum Deus videat se per propriam speciem, & omnia in se contineat, videbit se, & alia, in seipso.

Deus dicitur nihil extra se intueri.

Quia quæ extra sunt, videt in seipso.

Non perficitur Deus à cognitione aliarum rerum.

Quia nō intelligit per formas & species rerum.

4. Concl.
1. Concl.
1. Cor. 12.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
. Concl.
b. 9. Met. x. 20.
2. Concl.
Concl.
1. Concl. Lib. 7. de Trin. c. 7. 12. Met. tex. 39.
† 2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
1. Concl. Hebr. 4.
2. Concl.
† 3 Concl.
4. Concl.

5 Concl. Si intelligere Dei specificaretur ab obiecto recipiendo species, diceret imperfectionem, sed intelligit per suam essentiam; & ideo non specificatur à rebus.

Art. 6. Vtrum Deus cognoscat alia à se propria cognitione.

1. Concl. Hebr. 4. Deus cognoscit alia à se propria cognitione.

1. *Cognoscere res proprie, est eas cognoscere, & inter se distinguunntur. Deus sic eas cognoscit, quia ex Paul. est discretor cogitationum, Ergo.*

2. *Essentia Dei continet in se perfectiones omnium rerum. Ergo continet etiam id, quo inter se distinguuntur. Ergo cum omnia cognoscat in seipso, cognoscet propria cognitione.*

3. *Propria & minima cuiusq; natura consistit in hoc, quod aliquo modo essentiam Dei participat. Ergo cum Deus se perfecte cognoscat, cognoscet omnes modos, quibus est participabilis: quare cognoscit omnia propria cognitione.*

2. Concl. Fallum est Deum cognoscere alia à se solum in communi.

Quia hæc est imperfecta cognitio, cum sit & universalis, & confusa; unde essentia Dei esset imperfecta; cum intelligere in Deo sit idem, quod essentia.

3. Concl. Qui cognoscit perfectum, cognoscit etiam imperfectum, non solum in communi, sed etiam propria cognitione; vt qui cognoscit hominem, cognoscit etiam animal propria cognitione.

† 4. Concl. Deus non solum cognoscit res in seipsis in communi; sed vt continet eas in propria natura, & eo perfectius, quo habent esse perfectius in Deo.

5. Concl. Essentia diuina ad creaturæ essentiam se habet, vt perfectum ad imperfectum, & ideo per essentiam Dei cognoscitur creatura, & non contra.

6. Concl. Idem potest esse ratio multorum, si illud excedat omnia, quæ illius rationes participant, eiusmodi est essentia diuina.

Art. 7. Vtrum scientia Dei sit discursiua.

1. Concl. Lib. 15. de Trin. c. 14. Scientia Dei nullo modo est discursiua.

1. *Ex Aug. qui ait, Deum omnia videre simul.*

2. *In scientia Dei non est discursus secundum successionem, quia non cognoscit vnum post aliud; nec secundum causalitatem, quia non cognoscit vnum per aliud, Ergo. Consequentia patet à sufficienti enim enatione. Antecedens probatur; quia videt omnia in vno, & non procedit à noto ad ignotum. Ergo non discurrit. Deinde discursus est à causa ad effectum. Sed Deus videt omnes effectus in se. Ergo.*

† 2. Concl. Licet Deus intelligat multa, & vnum habeat intelligere: tamen non discurrit.

Quia intelligit omnia in vno.

3. Concl. Licet Deus cognoscat omnia per essentiã, nõ dicitur cognoscere per causam, cum omnia cognoscat simul, sed in causa.

4. Concl. Cognitio effectus in Deo non causatur ex cognitione causæ, sicut in nobis.

Art. 8. Vtrum scientia Dei sit causa rerum.

Scientia Dei est causa rerum.

1. Concl. Lib. 15. de Trin. c. 13. 1. *Ideo res sunt, ait. Aug. quia Deus nouit eas, Ergo.*

2. *Habet artifex ad opera sua, ita Deus ad sua. Sed artifex facit sua opera per scientiam artis; quia forma est principium operationis; & calor calefactionis. Ergo.*

2. Concl. Scientia Dei non est causa rerum, nisi adiuncta voluntate.

1 *Forma non est principium actionis in agentibus, nisi secundum inclinationem ad effectum. Ergo similiter forma intelligibilis non nominat effectum; nisi cum inclinatione, quæ habetur à voluntate.*

9. Met. tex. 10. 2. *Intellectus est ad opposita, quia scientia est oppositorum. Ergo & agat debet determinari per appetitum. Vnde scientia Dei, prout est causa rerum, conuenit nominari scientia approbationis*

† 3. Concl. Orig. li 7 in ep. ad Rom. Quod quidam dicunt Deum cognoscere aliqua, quia futura sunt, intelligitur secundũ causam consequentiæ, non secundum causam essendi, id est, si futura sunt, sequitur quod Deus ea præsciuit.

4. Concl. Scientia Dei est causa rerũ, prout res sunt in illa, in quã nõ fuerũt, vt essent ab æterno.

5. Concl. Res dicuntur mensura nostræ scientiæ: at scientia Dei, quę est prior, est mẽsura rerum: sicut domus est media inter scientiam artificis; & eum, qui eam cognoscit.

Art. 9. Vtrum Deus habeat scientiam non entium.

1. Concl. Dici potest Deum habere scientiam non entium.

1. *Rom. 4. Qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Ergo.*

2. *Deus scit omnia, quæ sunt quocunque modo, Sed non prohibet, & quæ non sunt simpliciter; aliquo modo sint, & sunt: quæ sunt in potentia Dei, vel creatura, vel potentia opinandi, vel imaginandi. Ergo cognoscit non entia; quia cognoscit, quæ non sunt actu, quæ sunt non entia simpliciter.*

2. Concl. Eorum, quæ non sunt actu, vel fuerunt, vel erunt, Deus habet scientiã visionis eorũ, quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerunt scientiam simplicis intelligentiæ.

Quia illa sunt præsentia Deo, cuius intuitus fertur in omne tempus; hæc vero non ita. Quare non dicuntur videri; sed intelligi, cum sint in sola Dei intelligentia.

† 3. Concl. Quæ non sunt, habent virtutem in potentia, licuti sunt in potentia.

4. Concl. Quæ non sunt, possum sciri per similitudinem, quam participant in illo esse, quod habent in potentia, in esse diuino.

5. Concl. Quoniam scientia Dei est causa rerum, adiuncta voluntate, ideo non omnia quæ scit aliquando fuerunt, vel futura sunt, nisi voluerit illa esse.

Art. 10. *Vtrum Deus cognoscat mala.*

1. Concl. Deus cognoscit mala.

Prou. 15. 1. *Infernus ait scriptura, & perditio coram eo.*

2. *Deus perfectè cognoscit omnia bona. Ergo etiam omnia mala: quia, qui cognoscit perfectè aliquid, cognoscit quidquid potest accidere ei. Sed quædam bona possunt corrumpi per mala, Ergo.*

2. Concl. Deus cognoscit mala per bona.

Dion c. 7. de div. nō. *Quia esse mali est priuatio boni, Ergo*: Sicut per lumen cognoscimus tenebras.

† 3. Concl. Lib. 9. de anim. text. 35. Illud Arist. intellectus, qui non est in potentia non cognoscit priuationem, intelligitur de priuatione, quæ sit in ipso, non de priuatione, quæ sit in alio.

4. Concl. Scientia Dei est causa boni, per quod cognoscitur malum.

5. Concl. Licet malum non opponatur essentiæ diuinæ, neque sit ei simile: tamen opponitur effectibus Dei, quos per essentiam cognoscit.

6. Concl. Non ideo malum imperfectè cognoscitur, quia cognoscitur in alio.

Quoniam non est per se cognoscibile.

Art. 11. *Vtrum Deus cognoscat singularia.*

1. Concl. Deus cognoscit singularia.

Prou. 19. Li. 1. de anim. text. 80. 1. *Omnes viæ hominū, aut scriptura patēt ei, Ergo.*

2. *Omnes perfectiones creaturæ præexistunt in Deo perfectiore modo. Sed cognoscere singularia est perfectio in nobis, Ergo.*

3. *Arist ex sententia Emped. idem probauit.*

4. *Scientia Dei est causa rerum, etiam singularium; quia non solum formam, sed etiam omnem entitatem producit. Ergo eius scientia se extendit ad quæcunq; causalitas.*

2. Concl. Deus cognoscit singularia per suā essentiā.

Deus scit alia à se per suam essentiam, vt est similitudo & causa rerum Ergo essentia erit sufficiens principium cognoscendi omnia; sicuti scientia artificis, si faceret omnia, esset ratio cognoscendi omnia

3. Concl. Non cognoscit particularia per causas vniuersales. *Quia effectus individuantur à materia;* nec cognoscit per applicationē causarū vniuersalium ad particulares. *Quia non cognoscit singularia, nisi præcognoscantur quæ applicantur.*

† 4. Concl. Ideo intellectus noster non cognoscit singularia. *Quia species non est similitudo individuorum:* non sic essentia diuina, per quam Deus cognoscit.

5. Concl. Licet essentia Dei non habeat conditiones individuantes; tamen, quia est causa illarum, potest esse ratio cognoscendi illas.

6. Concl. Materia secundum esse quod habet, est similis Deo, & ideo ab eo cognosci potest.

Artic. 12. *Vtrum Deus possit cognoscere infinita.*

1. Concl. Deus cognoscit infinita.

Lib. 12. de ciu. c. 18. 1. *Ex Aug. quia aut diuina scientia non esse numerum.*

2. *Deus cognoscit non solum quæ sunt actu sed etiam quæ sunt in potentia, vel sua, vel creaturæ. Sed hæc sunt infinita. Ergo.*

2. Concl. Licet mundus non ponatur æternus, nec generatio sit futura æterna, adhuc contra quosdā scientia visionis Deus cognoscit infinita:

Quia cogitationes hominū quas Deus nouit, sunt infinitæ. Ratio autem cur cognoscat infinita per hanc scientiam, est, quia cognitio se extendit pro ratione formæ quæ est principiū cognitionis. Sed essentia diuina, quæ est species, est sufficiens repræsentare omnia possibilia, etiam quantū ad propria. Ergo.

† 3. Concl. Infinitum est ignotum, si cognoscatur per partes: Deus autem cognoscit omnia simul, ideo potest cognoscere infinita.

4. Concl. Scientia Dei non per modum transitus, sed adæquationis & comprehensionis cognoscit infinita.

Cum Deus infinita virtute omnia cōprehendat.

5. Concl. Scientia Dei est mensura rerum, non quantitatiua, sed quia mensurat essentiam, & veritatem rei: & hoc modo est necesse, quod sit finita. Si autem daretur infinitum in aliqua natura, illud mensuraretur scientia Dei, quia esset determinatum in aliqua natura.

Art. 13. *Vtrum scientia Dei sit futurorum contingentium.*

1. Concl. Deus cognoscit futura contingentia.

1. *Psal. 32. qui finxit singillatim, &c.*

2. *Deus cognoscit omnia, quæ sunt in quacunq; potentia. Sed ex his aliqua sunt contingentia. Ergo.*

2. Concl. Contingētia cognoscuntur dupliciter: vel vt sunt in actu, & sic certo cognoscūtur: *Quia sunt præsentia & determinata:* vel vt sunt in suis causis, & sic non subduntur per certitudinem alicui cognitioni. *Quia causa contingēs se habet ad opposita.*

tibus per intellectum. Sed Deus agit per intellectū. Ergo forma, per quam agit, erit idea, quæ nihil aliud est, quam forma præter rem existens.

2. Concl. Forma præter rem existens est necessaria, vel vt exemplar, vel vt principium cognitionis vtroq; modo ponenda est in Deo, vt patet ratione allata.

† 3. Concl. Cap. 7 de div. nom. Deus non intelligit res per ideas extra se existentes: & hoc affirmat Dionysius contra Platonem.

4. Concl. Essentia Dei non habet rationem ideæ respectu sui, sed aliorum.

5. Concl. Idea nihil aliud est, quam essentia diuina, quæ est similitudo rerum omnium: & ita nō ponitur aliud principium operandi in Deo.

Artic. 2. Vtrum sint plures Ideæ.

1. Concl. Necesse est ponere plures ideas in mente diuina.

1. Ex August. qui hoc affirmat.

2. In quolibet opere vltimus finis est intentus à principali agente, qui finis in vniuerso, est ordo ipsius, vt ait Aristot. Ergo est intentus a Deo. Ergo in mente diuina sunt idea istius ordinis. Ergo plures sunt ideæ. Quia si Deus habet in mente ideam ordinis, qui non consurgit, nisi ex variis rebus, habebit etiam varias ideas. Exemplum de ædificante domum, cuius non habet ideam, nisi habeat etiam partium. 12. Met. text. 52.

2. Concl. Pluralitas idearum non tollit simplicitatem diuinæ naturæ.

Quia sunt in Deo vt res intellectæ, nō vt forma, per quas intelligat. At multa intelligere non repugnat simplicitati diuinæ.

3. Concl. Deus cognoscendo essentiam suam participabilem secūdum varios modos similitudinis, format varias ideas.

† 4. Concl. Idea non nominat essentiam, vt sit, sed vt est similitudo, vel ratio huius, vel illius rei: ideo sunt plures ideæ, non ita plures sapiētię.

5. Concl. Ars & sapientia significantur, vt id, quo Deus intelligit; at idea, vt id, quod: Deus autem vno actu non solum intelligit multa, vt sunt in seipsis, sed etiam, vt intellecta sunt, id est, vt sunt plures rationes.

6. Concl. Respectus quibus multiplicantur ideæ, nō causantur à rebus, sed ab intellectu diuino comparante essentiam ad res.

7. Concl. Respect⁹ multiplicantes ideas sunt in Deo, non reales, sed intellecti à Deo.

Art. 3. Vtrum omnium, quæ cognoscit Deus, sint Ideæ.

1. Concl. Ideæ ex Platone sunt principia factionis, & cognitionis: si primo modo sumantur, dicuntur exemplaria, & pertinent ad cognitionem practicam; & sic dantur ideæ omnium, quæ facta sunt, aut fient.

1. Concl. Si sumātur vt principia cognitionis dicuntur rationes, & sic in Deo sunt ideæ omnium possibilium, vt cognoscuntur secūdum propriam rationem per modum speculationis.

Lib. 83. qu. qu. 46. *Nam ideæ ex Aug. sunt rationes in mente diuina. Sed Deus omnium, quæ cognoscit, habet rationes. Ergo omnium habet ideam.*

† 3. Concl. Malum non cognoscitur nisi per bonum, vnde non datur idea ipsius, nec vt ratio, nec vt exemplar.

4. Concl. Eorū quæ non erunt, Deus non habet practicam cognitionem, & ideo solum habet ideam, vt ratio est.

5. Concl. Deus habet ideam materię, non tamen diuersam ab idea compositi.

Quia ex se non habet esse, nec est cognoscibilis.

6. Concl. Generum nō est alia idea, vt exemplar, ab idea specierum, similiter nec accidentium, quæ non reparantur à subiecto. *Quia ista non fiunt sine subiecto*: communium autem accidētium, & singularium habet ideam.

Quæst. 16. De veritate.

Artic. 1. Vtrum Veritas sit tantum in intellectu.

VEritas principaliter est in intellectu.

1. Concl. 6. Met. text. 8. *1. Ex Aristot. dicente Verum & falsum esse in intellectu.*

2. Verum est terminus intellectus sicut bonum est terminus appetitus, quia vt bonum significat id, in quod tendit appetitus; ita verum est id, in quod tendit intellectus. Ergo erit in intellectu: quia cognitio fit secundum quod cognitum est in cognoscente; appetitus autem, vt appetens inclinatur in rem appetitam, à qua dicitur bonus, vel malus.

2. Concl. Veritas secundario est in re, vt habet ordinem ad intellectum. *Quia verum est in intellectu, prout est conforme rei intellectæ. Ergo rationes veri derivantur ab intellectu ad rem, sicut ratio boni à re ad appetitum.*

3. Concl. Vnaquæque res dicitur vera, prout ab intellectu dependet in esse, non autem prout ab eo cognoscitur.

Quia primo modo habet per se ordinem ad intellectum: altero vero per accidens. Ad 1. sum. fit ab eo, quod est per se. Ergo. Vt patet in re artificiali, quæ dicitur vera, quatenus est similis formæ, quæ est in mente artificis: & res naturales, vt sunt conformes intellectui diuino.

4. Concl. Veritas est adæquatio rei & intellect⁹. Quę definitio competit veritati, vt est in intellectu, & in re: secundum quas duas considerationes varie definiri solet.

5. Concl. Cum Augustl. ait, verũ non esse illud quod videtur cognitori, intelligit de vero, vt est in
Lib. 1. solilo. rebus.
Cap. 3.

6. Concl. Res non dicuntur veræ per comparationẽ ad nostrum intellectum, vt volebãt antiqui, sed per comparationem ad intellectum diuinum.

7. Concl. Licet veritas causetur à re, non propterea primo est in re: sicuti sanitas non est in medicina, quæ est sanitatis causa: & ita esse rei nõ est veritas, quã causat, & oratio dicitur vera, non quia res est vera, sed quia res est.

Art. 2. Vtrum veritas sit in intellectu componente & diuidente.

1. Concl. Veritas proprie est in intellectu componente & diuidente.

Lib. 6. Met. tex. 8. 1. *Ex Arist. circa simplicia non est Veritas.*

2. *Tunc intellectus est Verus, cum habet formã Veritatis cognitam: quia quodlibet denominatur a forma, quæ in intellectu est Veritas cognita, cum a Veritate intellecta perficiatur. Sed solum componendo & diuidendo intellectus assequitur hanc formam. Ergo, Nam forma Veritatis est conformitas intellectus cognita, ad rem cognitam, quæ tunc est in intellectu; cum aliquid affirmat, aut negat de subiecto, quod fit componendo & diuidendo, Ergo.*

2. Concl. Veritas non est in sensu, vel in intellectu cognoscente quod quid est. *Quia non cognoscitur conformitas, quæ est inter rem & ipsum sensum, vel intellectum cognoscentem.*

3. Concl. In sensu, & in intellectu simplici est veritas, vt in quadam re vera, non vt cognitũ in cognoscente, quod importat nomen veri.

Quia Verum est perfectio intellectus, vt cognitum: Vnde patet ad obiecta.

Art. 3. Vtrum verum & ens conuertantur.

1. Concl. Verum & ens conuertuntur.

Met. te. 4. 1. *Eadem enim, ex Arist. est dispositio verum in esse, & in Veritate, Ergo.*

2. *Vnumquodque quantum habet de esse, tantum est cognoscibile, vt Arist. ait. Ergo ens & Verum conuertũtur; quia Verum habet ordinem ad cognitionem.*

de anima tex. 7. 3. *A simili de bono: vt bonum habet rationem appetibilis, ita Verum cognoscibilis. Sed illud conuertitur. Ergo & hoc: Et, vt illud addit: entis rationem appetibilis, ita Verum comparationem ad intellectum.*

† 2. Concl. Verum vt est in rebus, conuertitur cum ente secundum substantiam, quod est in intellectu, conuertitur, vt manifestatiuum cum manifestato.

3. Concl. Verum extendatur ad non ens, quod non est cognoscibile, nisi quatenus apprehenditur à ratione, & fit quoddam ens rationis: & ita verum fundatur semper in ente, cum quo conuertitur.

4. Concl. Verum non potest apprehendi non apprehenso, ente. quia ens cadit in ratione veri, nõ contra nam ens intellectum est verum: non tamen intelligẽdo ens intelligitur verum; & ideo non est prius, quam ens.

Art. 4. Vtrum bonum secundum rationem sit prius, quam ens.

1. Concl. Ratio veri absolute est prior, quam ratio boni.

Quia Verum reperitur in mathematicis in quibus non est bonum. Ergo erit prius, cum sit in pluribus.

2. *Verum respicit esse simpliciter, & bonum sequitur ens, vt perfectum, propter quod est appetibile Ergo, Verũ est propinquius enti, & ideo prius.*

3. *Cognitio naturaliter precedit appetitionem. Ergo Verum precedet bonum, quia respicit cognitionem.*

2. Concl. Verum & bonum cum ente conuertuntur, sed ratione differunt, secundum quam vnum dicitur altero prius.

† 3. Concl. In ordine appetibilium, bonum est vt vniuersale, verum, vt particulare: in ordine cognoscibilium contra. Vnde nõ sequitur, bonũ esse prius simpliciter, quamuis verũ sit quoddam bonum.

4. Concl. Licet bonum sit in re, vt verum in intellectu: tamen loquendo de prioritate rationis illud est prius, q̃ prius cadit sub intellectu; cuiusmodi est ens, tum verũ, & postea bonũ.

5. Concl. Veritas, quæ est virtus, est sub bono: at hic non loquimur de tali veritate, sed de ea, quæ est conformitas intellectus ad rem cognitã.

Artic. 5. Vtrum Deus sit veritas.

1. Concl. Non solum in Deo est veritas, sed Deus est ipsa summa & prima veritas.

1. *Ioan 14. Ego sum Via, Veritas, &c.*

2. *Veritas est in intellectu apprehendente rem, vt est, in re & vt est conformis intellectui Sed hoc maxime inuenitur in Deo, quia eius esse, non modo est conforme intellectui, sed est ipsum intelligere, & suum intelligere est mensura, & causa omnis esse. & omnis intellectus & ipse est suum esse, & intelligere. Ergo non solum in ipso erit Veritas, sed*

ipsa

ipsa summa, & prima Veritas.

† 2. Concl. Licet in intellectu Dei non sit compositio: tamen vna simplici cognitione cognoscit omnia complexa.

3 Concl. lib de Vera relig ca. 30. Veritas, quæ dicitur esse similitudo principij, ab Aug non est in essentia diuina, nisi forte, vt veritas appropiatur Filio: vel si essentialiter sumatur, dicitur esse in Deo, quatenus suum esse non est dissorme intellectui suo.

4. Concl. Quamuis totum hoc, *istum fornicari est verum*, sit à Deo, à quo est omne verum, non tamen *istum fornicari*, est à Deo.

Quia priuationes non habent ex se Veritatem, nisi in apprehensione intellectus, quæ sunt à Deo: peccare autem est quædam priuatio.

Art. 6. Vtrum sit vna sola veritas, secundum quam omnia sunt vera.

1. Concl. Veritas quę est in intellectu, est multiplex, etiam in eodem intellectu.

1. Psalm. 11. Diminutæ sunt veritates, &c. Ergo.

2. Veritas prius est in intellectu, quam in reb°, Ergo multiplicatur per multiplicationẽ intellectus: quia ratio ꝓpria in quolibet vniuocato saluari debet: & ita ad multiplicationem intellectus multiplicatur veritas.

2. Concl. Si loquamur de veritate, vt est in rebus, omnes sũt verę vna prima veritate, quę est in intellectu diuino, à qua omnia nominantur vera per similitudinẽ, tanquã ad vnã veritatẽ analogam: & sic est omnium vna veritas.

† 3. Concl. Aug lib. de Trin. c. 8. Veritas dicitur maior anima, quatenus omnia iudicat per primam veritatem quæ in ipsa resultat secundum prima intelligibilia.

4. Concl. Dicitur esse vna veritas omnium veritatũ, quatenus res comparantur ad intellectum diuinum, non humanum.

Art. 7. Vtrum veritas creata sit æterna.

. Concl. Nulla veritas creata est æterna.

1. Quia solus Deus est æternus.

2. Enunciabile formaliter, est in intellectu, in voce vero, vt in signo. Ergo cum nullus intellectus sit æternus, nisi diuinus, veritas creata non erit æterna, sed solum ea, quæ est in mente diuina, quæ est idem cum ipso Deo.

-. 2. Concl. Circuli & aliarum rerum rationes dicuntur æternæ, vt sunt in mente diuina.

. Concl. Vniuersalia dicuntur esse vbique, & semper, quia abstrahunt ab hic, & nunc: vnde non sunt æterna, nisi vt sunt in Deo.

Aug. li. 2. de lib. arb c. 8. Ea quę sunt, fuisse futurum, fuit semper verũ, si spectemus causam primam, quæ est Deus, & sic fuit veritas ab æterno.

. Concl. Veritas euincibilium incepit esse, antequã non erat verum dicere, non esse, nisi ab intellectu diuino; in quo erat idem de eadem dicas, si habitura esset finem: vt si diceres sublata tali veritate, est verum dicere veritatem non esse.

Art. 8. Vtrum veritas sit mutabilis.

1. Concl. Veritas nostri intellectus est mutabilis.

1. Psalm. 11. Diminutæ sunt Veritates, &c.

2. Veritas est conformitas intellectus ad res, à qua Veritate mutabilitas considerãda est, cum res ex sese non dicantur Veræ. Sed hæc conformitas mutatur intellectum mutari potest, vel quia intellectus aliquam opinionem concipit, vel quia res mutatur, Ergo est mutabilis, non quod ipsa sit subiectum mutationis, sed quia intellectus mutatur de Veritate in falsitatem: vnde fit, vt Veritas dicatur mutabilis.

2. Concl. Veritas intellectus diuini, à qua res dicuntur veræ, est omnino immutabilis.

Quia in eo non est alternatio opinionum, & nihil eum subterfugere potest.

† 3. Concl. Lib. 2. de lib. arb. c. 12. Veritas dicitur immutabilis ab Aug. prout est diuina.

4. Concl. Post omnem mutationem veritas dicitur remanere.

Quia hæc vel illa sublata Veritate, nõ tollitur Veritas; quæ nec generatur, nec corrumpitur, sicut nec ens.

5. Concl. Res nõ solum habet veritatem, vt est conformis intellectui diuino, sed etiam à cõformitate intellectus nostri, qua mutata, mutatur hæc veritas; licet non mutetur prima.

6. Concl. Sortes, qui est causa harum propositionũ; Sortes sedet, sedit, & sedebit, nõ eodem modo se habent ad sedere, & sedisse: & ideo veritas ab ista causata non est eadem in his tribus propositionibus.

Quæst. 17. De falsitate.

Art. 1. Vtrum falsitas sit in rebus.

1. Concl. FAlsitas primo reperitur in intellectu.

Quia est opposita Veritati, quæ est in intellectu: opposita autem sunt circa idem, Ergo.

2. Concl. In rebus non est falsitas, nisi per ordinem ad intellectum; & si sit in ordine ad intellectũ à quo dependet, & cui per se comparatur, est falsitas simpliciter: si vero in ordine ad intellectum, à quo non pendet, erit falsitas per accidens; vnde res artificiosa dicitur falsa per se ex ordine ad artem.

3. Concl. In rebus dependentibus ab intellectu diuino, vt sunt res naturales, non est falsitas, nisi forte in voluntarijs.

Quia in illis quidquid accidit, ex ordinatione intellectus diuini accidit: in voluntarijs vero solent homines inducere se ab ordinatione diuina; vnde

4. Concl. peccata dicuntur mendacia. In naturalibus per accidẽs poteſt eſſe falſitas reſpectu noſtri intellectus.

Quia non pendent per ſe ab ipſo; id autem dupliciter contingit. 1. Vt ſignificantur & repræſentantur oratione, vel intellectu falſo; vt ſi dicatur diametrum eſſe commenſurabilem. 2. Per modum cauſæ cum res eſt nata facere opinionem falſam, vt qua habent ſimilitudinem cum vero; quomodo etiam homo dicitur falſus, quatenus amat falſas opiniones; vel locutiones.

† 5. Concl. Aug. lib. 2. ſoliloq. ca. 6. Falſum dicitur non eſſe, ſi id quod eſt, conſideretur in ſe; non autem ſi conſideretur in ordine ad intellectum.

6. Concl. Licet res non oſtendat niſi ſuam ſpeciẽ tamen per accidens fallit propter ſimilẽ ſpeciẽ.

7. Concl. Quamuis res ſimpliciter verę dicantur cõparatæ ad intellectum Dei: tamen per accidens dicuntur falſæ comparatæ ad noſtrum.

8. Concl. Similitudo deficiens non inducit in falſitatem, niſi cum præſtat occaſionem opinionis falſę, ob quam cauſam aliqua dicuntur falſa.

Art. 2. Vtrum ſit falſitas in ſenſu.

1. Concl. In ſenſu eſt falſitas: non tanquam in potẽtia cognoſcente, ſed apprehendente.

Nam hoc etiam modo in eo eſt veritas, dum aliter apprehendit, ac res eſt.

2. Concl. Senſus circa proprium ſenſibile non eſt falſus, niſi per accidens, & in paucioribus.

Quia cognoſcit res, vt earum ſimilitudinem recipit, quæ, vel eſt proprij obiecti, vt ſimilitudo coloris reſpectu viſus quam primo & per ſe recipit; vel eſt communis, quam per ſe, ſed non primo recipit; vt quantitas, & alia ſenſibilia communia: vel eſt per accidens, vt ſimilitudo hominis repræſentata per coloratum. Ergo circa proprium, cum in illud primo feratur, non poterit eſſe falſus, niſi per accidens, propter indiſpoſitionem organi, & circa ſenſibilia communia etiam bene diſpoſitus, poteſt errare; quia non fertur, niſi ex conſequenti in illa.

† 3. Concl. In ſenſu non fallimur quantum ad ipſum ſentire, ſed quantum ad rem apprehenſam, quæ apprehenditur aliter, atque eſt.

4. Concl. Falſitas nõ eſt propria ſenſui, quia non decipitur circa ſenſibile proprium: dicitur autẽ eſſe phantaſiæ, vt repræſentat rem non præſentem: & ideo ſomnia non dicuntur falſa qa nõ ſubſunt res, quarũ habẽtur ſimilitudines.

5. Concl. Falſitas quæ oritur ex compoſitione, non eſt in ſenſu, ſed in intellectu

Art. 3 Vtrum falſitas ſit in intellectu.

1. Concl. Falſitas non eſt in intellectu ſimplici, ſed in intellectu componente, & diuidente.

1. Ex 6. Met. vbi compoſitio, ibi eſt verum & falſum. li. 3. de anim. tex. 51.

2. Vt res naturalis non deficit eſſe quod habetur à forma, ſed ab accidentibus, quæ circumſtant eſſe; ſta virtus cognoſcitiua non deficit circa id quod informat; ſed circa ea, quæ attribuuntur formæ: quia vt res ſe habet ad formam ſuam ſic virtus cognoſcitiua ad ſuam. Sed quidditas eſt forma intellectus ſimplicis, reliqua vero ſunt ſicuti ſenſibilia communia, quæ intellectus attribuit quidditati, vel ab ea remouet. Ergo in intellectu ſimplici non erit falſitas, ſed in componente & diuidente: ſicuti natura non erit in forma hominis, ſed in accidentibus; & ſenſus non decipitur circa proprium ſenſibile, ſed circa commune.

2. Concl. In ſimplici intellectu per accidens eſt falſitas, dum cognoſcit quod quid eſt, in quantum ibi admiſcetur compoſitio, vel attribuendo definitionem, cui non debet: vel circa partes definitionis, vt ſi dicat, animal ratiõale quadrupes. vnde in cognoſcenda quidditate ſimplici, vel intellectus eſt omnino verus, vel nihil intelligit.

3. Concl. Aug. l. 83. q. q. 32. Qui fallitur, dicitur non intelligere id, in quo fallitur in ſimplici operatione, non quod in nulla non poſſit eſſe falſitas.

Quia tunc quis dicitur intelligere, cum quidditas ſcitur.

4. Concl. Intellect' ab Ariſtot. dicitur ſemper rectus; circa principia, quæ per ſe nota ſunt.

Art. 4. Vtrum verum & falſum ſint contraria.

1. Concl. 2. Perih. c. vltim. Verum, & falſum ſunt contraria.

1. *Falſa opinio, aut Ariſt. eſt contraria vera.*

2. *Non opponuntur negatiue, vel priuatiue: quia negatio, nec ponit aliquid, nec determinat ſibi ſubiectum; vt facit priuatio: contrarium vero aliquid in ſubiecto ponit, quod efficit falſum, quod ponit acceptionem inadæquatam rei, ſicuti verum adæquatam. Ergo opponuntur contrarie, vnde definitur.*

4. Met. tex. 7. Falſum eſt ex eo quod dicitur, vel videtur aliquid eſſe, quod non eſt, vel non eſſe, quod eſt.

† 2. Concl. Apprehendere eſſe, & non eſſe habet contrarietatem, non contradictionem: quia veritas, & falſitas ſunt in intellectu: & ideo falſum, & verum non opponuntur, ſicut quod eſt, & quod non eſt.

3. Concl. Falſum nõ fundatur in vero ſibi contrario, licet fundetur in vno; ſicut malum in bono, quod vtrique accidit: quia conuertuntur cum ente.

4. Concl. Falſitas dicitur opponi Deo ſecundum noſtram apprehenſionem, quomodo Idola dicuntur

cuntur Dij falli Deo autem in se considerato nihil est contrarium.

Quæstio 18. De vita Dei.

Art. 1. Vtrum omnium rerum naturalium sit viuere.

1. Concl. Illa proprie dicuntur viuere, quæ se aliqua motus specie mouent; quæ talia non sunt, dicuntur viuere secundum similitudinem.

Nam vita sumenda est à manifestè viuentibus, ex eo, in quo primo manifestatur, & in quo vltimo remanet vita; vt ait Arist. Sed id est mouere se ipsum, sumpto motu etiam, vt ist actum perfecti, vt est sentire, & intelligere: quia ex quo aliquid incipit se mouere, & quamdiu motus in eo apparet, dicitur viuere. Ergo illa proprie erunt viuentia, quæ se mouent quæ vero non dicentur viuere secundum similitudinem.

† 2. Concl. 1. Phys. te. 1. Motus dicitur vita animalium ab Arist. vel propter modum cœli, qui quodammodo est motus naturalium vt modus cordis totius corporis: vel quia motus in communi habet similitudinem cum motu vitali.

. Concl. Inanimata mouentur solum extra locũ suum, & a generãte, vel remouente prohibẽte, ideo non dicuntur sicut plantæ, quæ mouent se secundum augmentum.

.. Concl. Aqua dicitur viua per similitudinem, propter continuum fluxum; & mortua, quia non fluit.

Art. 2. Vtrum vita sit quedam operatio.

. Concl. de anima, tex. 37. Vita proprie est substantia, minus proprie est operatio.

1 *Arist. Viuere viuentibus est esse.*

2. *Illud nomen proprie significat, ad quod significandum est primo impositum. Sed hoc nomen vita est impositum ad significandam substantiam, quæ se primo mouet. Ergo erit nomen substantiæ, & esse significabit, quamuis in abstracto & quia aliquando vsurpatur pro operationibus, à quibus sumitur, impropriè etiam significabit operationem, quo modo Arist. dixit, viuere esse sentire, vel intelligere.*

Eth. c. 9. 2. Concl. Viuere distinguitur per operationes intelligendi, & sentiendi, prout viuere significat principium habens naturã ad sentiendum, & intelligendum.

Concl. Variæ vitæ genera distinguũtur per habitus superadditos naturæ; quibus facile, & delectabiliter homo operatur, & ad eas operationes vitam suam ordinat, vnde alia vita honesta, alia speculatiua, &c. quo etiam modo, cognoscere Deum dicitur vita æterna. Vnde patet ad tertium.

Art. 3. Vtrum Deo conueniat vita.

1. Concl. Vita maxime proprie in Deo est.

Psal. 83. Vbi Deus appellatur viuus.

2. *Es, cui perfecto, & summo modo conuenit mouere se, conuenit vita maxime proprie. Huiusmodi est Deus; quia quod non mouetur ab alio, nec ratione finis, nec ratione formæ, nec ratione excussionis perfecte se mouet; cum ergo Deus sit sibi finis, nec naturaliter terminetur ab aliquo, quo ad formam, vel quo ad exercitium proprie & maxime viuet.*

2. Concl. Rerum quædam habent finem, & formam determinatam à natura, sed mouent se ad operationem, vt plantæ: quædam habent formã à se, vt animalia, quæ sentiũt per speciem acceptã à rebus, & quæ perfectiorem habent sensum, perfectius mouentur: quædã etiã finem sibi præstituunt, quod fit per rationẽ; vt homines, & hæc perfectius se mouent, quia habent sensitiuã virtutẽ, & organa: sed tamẽ habent aliqua præstituta à natura; vt sunt principia, & vltimus finis circa quæ necessario se habent, & ita secundũ quid ab alio mouẽtur. Deus ergo, cui cõuenit perfecta actio, ꝙ est intelligere, & est sua essentia, & ꝙ naturaliter habet, nõ determinatur ab alio, pfecte se mouebit, & summũ gradũ vitæ habebit.

3. Concl. 12. Met. tex. 51. Actio immanens, est actio perfecti id est, existẽtis in actu & sic Deus se mouet intelligendo, vt ait Plato: nõ autem vt motus actus est imperfecti.

4. Concl. Deus est suum viuere, & ideo non habet viuendi principium.

5. Concl. In rebus incorporalibus non est vita vegetatiua.

Quia non egent generatione propter conseruationem speciei, aut augmentatione propter nutrimentum.

Art. 4. Vtrum omnia sint vita in Deo.

1. Concl. Omnia in Deo sunt vita diuina.

1. Joh. 10. In ipso vita erat.

2 *In Deo idem est intellectus, res intellecta, & intelligere. Ergo quidquid in Deo est, vt intellectum, est Dei vita; quia viuere Dei est intelligere. Ergo cũ omnia, quæ ab ipso facta sunt ab ipso sunt intellecta, in ipso vita erunt.*

† 2. Concl. Creaturæ in Deo sunt duobus modis. Primo, vt continentur & conseruantur; & dicũtur esse in Deo, prout sunt in proprijs naturis: quomodo vita & motus dicuntur esse in eo. Secundo, vt cognitæ, & sic sunt in Deo secundum proprias rationes quæ nõ sunt aliud ab essentia Dei, & sic sunt vita in Deo.

3. Concl. Exemplata sunt similia exemplato secundũ

rationem

rationem formæ, non secũdum modũ essendi, & ideo quæ in se nõ viuũt, viuunt in Deo.

4. Concl. Res secundum esse simpliciter, sunt verius in Deo, quam in se.

Quia est esse increatum: at vero secundum esse tale, id est, secundum esse materiale, sunt verius se: patet exemplo domus, quæ est in mente artificis.

5. Concl. Mala nõ sunt in Deo, vt creaturæ, sed p rationes bonorum; & ideo in eo non viuunt.

Quæstio 19. De voluntate Dei.

Art. 1. Vtrum in Deo sit voluntas.

1. Concl. IN Deo est voluntas.

Rom. 1. *1. Vt probetur quæ sit voluntas Dei, ait Paul.*

2. In Deo est intellectus. Ergo & voluntas Nam vt res naturalis est alicui per formam, ita intellectus per speciem intelligibilẽ: sed res quælibet habet habitudinem, & tendit in formam, & in quamcunque perfectionem, si non habet, & quiescit in ea, si habet; quæ habitudo, siue inclinatio est appetitus naturalis. Ergo similiter intellectualis natura appetet & quiescet in sua perfectione, quod ad voluntatem pertinet. Quare, vbi est intellectus, erit voluntas, siue appetitus rationalis, sicuti, vbi est sensus, est appetitus sensitiuus; & vt in Deo intelligere est summe esse, ita & velle.

† 2. Concl. Deus est finis omnis respectu omnium, quæ fiunt ab ipso, & hoc per suam essentiam, per quam est bonus. Vnde nõ habet finem extra.

3. Concl. Voluntas non ponitur in Deo, vt appetat bonum, quod non habet, sed vt amet quod habet, & in eo delectetur.

4 Concl. Voluntas, quæ habet obiectum primum extra se, ab alio mouetur: at voluntas Dei habet pro obiecto essentiam ipsius Dei, & ita non mouetur ab alio.

Artic. 2. Vtrum Deus velit alia à se.

1. Concl. Deus vult alia à se.

1. Thess. 4. *1. Quia Paulus ait, Voluntas Dei sanctificatio vestra.*

2. Res naturales non solum inclinãtur in proprium bonum, & in illo quiescunt, sed etiã diffundunt, quod patet; quia omne agens facit sibi simile. Sed bonum cõmunicari, & possibile est, pertinet ad voluntatem. Ergo inerit etiam voluntati diuinæ: quia ab ea omnis perfectio oritur. Ergo si aliis se communicat, alia à se vult.

2. Concl. Deus vult se & alia; sed se, vt finem, alia, vt ad finẽ; quatenus decet vt alia bonitatem Dei participent.

† 3. Concl. Licet velle Dei sit simul, cum esse tamen ratione differt.

Quia intelligitur, & significatur alio modo, scilicet, cum habitudine ad aliquid. Ideo licet non sit aliud à se, poterit tamen aliud à se velle.

4. Concl. Cum Deus velit res solũ propter seipsum, non est aliud, quod eum moueat, quam sua voluntas.

Quia cum aliquid volumus propter finem, tota ratio volendi est finis.

5. Concl. Et si volũtati diuinæ sufficiat sua bonitas: tamen nõ sequitur, quod nolit alia, sed quod non velit, nisi ratione suæ bonitatis.

6. Concl. Velle diuinum non est nisi vnum.

Quia non vult multa, nisi propter vnum, id est, propter suam bonitatem.

Art. 3. Vtrum quidquid Deus vult, ex necessitate velit.

1. Concl. Non quidquid Deus vult ex necessitate vult.

Nam aliquid vult ex consilio voluntatis, vt ex Paulo patet. Ergo.

2. Concl. Bonitatem suam Deus ex necessitate vult.

Ephes. 1. *Quia Dei voluntas ad hanc habet habitudinem necessariam, vt ad obiectum proprium; vt visus ad colorem, & nostra voluntas ad finem.*

3. Concl. Alia à se non vult necessario, sed vt ordinantur ad suam bonitatem vt ad finem *Quia quæ sunt ad finem, non volumus necessario, nisi finis sine illis haberi non possit. Sed bonitas Dei quæ est eius finis, potest esse sine aliis; quia est perfecta ex se Ergo.*

4. Concl. Deus ex suppositione necessario vult creaturam.

1. Quia posito quod voluerit, non potest non velle. Quoniam voluntas Dei est immutabilis.

5. Concl. Quod Deus velit ab æterno, nõ est necessarium, nisi ex suppositione: & licet velit bonitatem suam necessario, non tamẽ alia, quæ vult propter bonitatẽ suam, quæ est finis omnium, quæ vult & velle alia non est Deo cõnaturale, neque contra naturã, sed voluntariũ. Ex quibus patet ad tria prima argumẽta.

6. Concl. Quod Deus non ex necessitate velit aliquid, nõ est ex defectu voluntatis Dei, ita vt ipsa possit dici contingens, & inderminata; sed ex defectu creaturarũ, sine quibus potest esse perfecta bonitas Dei.

7. Concl. Causa cõtingẽs ex se terminatur ab extrinseco; at voluntas Dei, quæ est necessaria, determinat se ad volitum, ad quod non refertur necessario.

8 Concl. Scire Dei habet ordinem necessarium ad scita, non autem velle, ad valita.

Quia scientia habentur de rebus, & sunt in sciente. At voluntas comparatur ad res & sunt in seipsis; & ideo Deus omnia necessario scit, non autem necessario vult.

Art. 4. Vtrum voluntas Dei sit causa rerum.

1 Concl. Voluntas Dei est causa rerum.

1. Sap. 11. Vbi dicitur nihil permanere sine Voluntate Dei.

2 Physic. 49. 2. Intellectus, & natura agunt propter finem. Ergo agens per naturam debet praedeterminari suum; & media necessaria ad finem ab agente per intellectum, & voluntatem, quod debet esse primo. Cum ergo Deus sit primum agens, per intellectum & Voluntatem aget.

3. Agens per naturam agit vnum & determinatum. Ergo cum esse diuinum sit, indeterminatum, & contineat totam perfectionem essendi non potest agere ex necessitate naturæ, quia crearet infinitum, & indeterminatum: cum ergo effectus sint finiti, erunt à determinatione Voluntatis, & intellectus.

4. Effectus producuntur, vt sunt in causa. Sed in Deo sunt modo intelligibili. Ergo procedunt per modum intellectus, & consequenter per modum Voluntatis, ad quã pertinet inclinatio ad agendũ: quare Voluntas Dei erit causa rerum.

† 2. Concl. Cum Dionys. ait, Deum agere per essentiã, non excludit electionem simpliciter sed secundum quid, quatenus non quibusdam tãtum, sed omnibus se communicat: electio autem discretionem importat.

3 Concl. Quia essentia Dei est velle, & intelligere Dei; ideo agendo per essentiam, agit etiam per intellectum, & voluntatem.

4. Concl. Cum August. ait, quia Deus bonus, nos existimus, intellige, quod bonitas Dei est ratio volendi omnia, non autem quod per naturã agat; quamuis bonitas sit de eius natura.

5. Concl. Scientia est causa effectus, vt dirigens, voluntas, vt imperans, potẽtia vt exequens, quia nominat initiũ, & principiũ operationis.

Artic. 5. Vtrum voluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam.

1. Concl. lib 83. qu. qu. 27. Voluntatis diuinæ nulla est causa.

1. Ex Aug. causa efficiẽs est maior eo quod efficitur. At Voluntate Dei nihil est maius, Ergo.

2. Voluntas quæ eodem actu vult finem, & quæ sunt ad finem, non habet Voluntatem causam; quia idem non est causa sui ipsius, & sic actus volendi non erit sibi causa. At Voluntas Dei est huiusmodi, quoniam Deus vno actu vult omnia in sua bonitate. Ergo.

3. Si intellectus in principio intelligeret conclusiones, scientia non causaretur ex principio quia idem non est causa sui, quia nisi cognosceret principium esse causam conclusionis. Ergo idem dicendum est de Voluntate. Si vno actu vult finem, & media: quia Voluntas sequitur intellectum.

2. Concl. Deus vult ea, quæ sunt ad finem, ordinari in finem, & vult hoc esse propter hoc; sed non propter hoc, vult hoc.

† 3. Concl. Voluntas Dei est rationabilis; non quod aliqua sit causa cur velit; sed quia vult vnum esse propter aliud.

4. Concl. Non est superuacuum, suppositа voluntate Dei, alias causas quærere.

1. Quia, Deus, vult, vt effectus à certis causis proueniant: vnum autem esset quærere aliam primam causam, vel independentem à Dei Voluntate: sic intellige Aug.

5. Concl. Lib. 2. de verm. cap. 2. Primi effectus, vt hominẽ habere manus, intellectum, &c. reducuntur tantum ad voluntatem diuinam: at qui supponunt alios effectus, reducuntur ad causas creatas: vt hominem esse risibilem.

Art. 6. Vtrum voluntas Dei semper impleatur.

Necesse est voluntatẽ Dei semper impleri.

1. Concl. Psal. 113. 1. Deus, ait Dauid, omnia quæcũq; Voluit, fecit.

2. Sicut in formis nihil potest deficere à forma vniuersali, sic in agentibus nihil potest deficere à causa vniuersali v. g. quod deficit à forma hominis, nõ deficit à forma entis & quod est præter causam particularem, non est præter vniuersalem; quia effectus conformatur agenti secundum formam. Sed Voluntas Dei est causa vniuersalissima. Ergo. Potest enim impedire ne effectus producat, vnum effectum, sed quicunque effectus ex causa corporea impediente fiet, reducetur in causam vniuersalem. Vnde quod recedit à Voluntate Dei secundum vnum ordinem, incidit in alterum: vt peccator recedit à Voluntate præcepti, sed incidit in ordinem Voluntatis Dei puntientis.

† 2. Concl. 1. Tim. 2. Illud, *Vult omnes homines saluos fieri*, intelligitur, vel de his, quos vult saluari, vel de omni statu vel de voluntate antecedenti, non autem consequenti: quæ distinctio sumitur ex obiecto, quia Deus vult hominem saluare, hominem vero peccatorẽ damnare: quod autem antecedenter volumus secundũ quid volumus; quod consequenter, simpliciter, quia voluntas comparatur ad res cum omnibus circumstantijs.

3. Concl. Deus intelligit omne verum, non tamen vult omne bonum, nisi in quantum vult se, in quo virtualiter est omne bonum.

4. Concl. Causa prima potest impediri a secũda quãdo ipsa non est vniuersaliter prima, cuiusmodi est Deus.

Art. 7. Vtrum voluntas Dei sit mutabilis.

1. Concl. Voluntas Dei est omnino immutalis.

1. Num. 23. Vbi dicitur Deum non mutari.

2. Mutatio est in voluntate, cum incipit velle, quod alius non volebat, vel cum desinit velle, quod accidat. Vel quia cognoscitur bonum de novo, vel ex mutatione appetentis, cum aliquid incipit ei esse bonum, quod prius non erat, vt adueniente frigore, ignis. Sed in Deo nulla talis potest esse mutatio, quia tam eius substantia, quam scientia est immutabilis. Ergo.

2. Concl. Aliud est mutare voluntatem, aliud velle aliquarum rerum mutationem, & hoc potest velle Deus.

† 3. Concl. Genes. 6. Deum pœnitere dicitur metaphorice, ratione effectus, quia efficit id, quod facit is, quem pœnitet.

4. Concl. Multa possunt fieri per primam causam, quæ si spectes secundas, non sunt futura: & Deus vult fore per secundas quod non est futurum, si spectes primam, & contr. Hinc patet illud Isa. *Dispone domui*, &c.

Cap. 38. 5 Concl. Quod Deus nunc velit aliud fieri, quod postea non vult fieri, solum probat Deum velle mutationem.

6. Concl. Deum velle, non est necessarium absolute, sed ex suppositione propter immutabilitatem voluntatis.

Art. 8. Vtrum voluntas Dei necessitatem rebus volitis imponat.

1. Cor. 3. Voluntas Dei quibusdam volitis necessitatem imponit, non autem omnibus.

1. Quia alias omnia ex necessitate euenirent, cum omnia, quæ fiunt, Deus fieri velit.

2. Quando causa efficacissima, non solum concurrit ad hoc, vt effectus fiat sed etiam ad modum. Voluntas Dei est huiusmodi. Ergo concurrit ad rem, & modum. Ergo aliqua erunt necessario, aliqua contingenter, prout Deus vult, quia vtrumque genus rerum pertinet ad ordinem vniuersi. Ideo ex quibusdam effectibus causas necessarias, quibusdam contingentes optauit Deus.

-Concl. Quod aliqua fint necessaria, & aliqua contingẽtia, nõ est ex eo, quod aliqua producantur p causas necessarias, aliqua p cõtingentes.

1. Quia causa secunda contingens posset impedire effectum Dei.

2. Talis rerum distinctio esset prater voluntatem Dei, si reducerentur ad causas secundas.

† 3. Concl. Necesse est aliquid fieri, si Deus vult nõ absolute, sed conditionaliter vnde volũtas Dei ponit necessitatem conditionalem in rebus.

4. Concl. Ad hoc vt voluntati Dei nihil resistat, requiritur, vt non solum res ab eo fiant; sed etiã eo modo, quo vult, scilicet alia necessario, alia contingenter.

5. Concl. Posteriora habent necessitatem à prioribus secundum modum ipsorum, & quæ sunt a voluntate Dei habent necessitatem, quam Deus vult ea habere *Vnde licet voluntas Dei sit prior, non propterea omnia sunt necessario.*

Artic. 9. Vtrum voluntas Dei sit malorum.

1. Concl. Malum, vt malum nollo appetitu potest appeti, nisi per accidens.

Primum patet, quia contrariatur bono, cuius ratio est appetibile.

Alterum probatur, quia ad aliquod malum sequitur bonũ, vt ad corruptionem formæ. Vnde nec per accidens appeteretur, nisi bonum quod primarius per malum magis appeteretur.

2. Concl. Deus nullo modo vult malum culpæ.

Lib. 83. q. q. 2. *1. Ex Aug. nullo sapiente homine homo fit deterior. Deus autem est sapientissimus &c.*

Quia nihil magis vult, quam bonitatem suam; sed huic bonitati opponitur malum culpæ. Quia primum ordine ad bonum diuinum. Ergo.

3. Concl. Malum autẽ naturæ, seu pœnæ Deus vult per accidens. *Quoniam magis vult vnum bonum, quam alterum: Et ita volendo iustitiam vult pœnam.*

† 4. Concl. Deus non vult mala esse, vel fierit, quia ordinantur ad bona.

Non malũ non per se, sed per accidẽs ordinatur ad bonum: res vero iudicatur ab eo, quod est per se.

5. Concl. Malum per accidens pertinet ad decorem vniuersi.

6. Concl. Deus neque vult fieri malum, neque non fieri, sed permittit.

Artic. 10. Vtrum Deus habeat liberum arbitrium.

1. Concl. Deus habet liberum arbitrium.

1. Amb. lib. 2. de fide, cap 3.

2. Deus non vult ex necessitate alia esse. Ergo respectu istorum habet liberum arbitrium, quod non est eorum, quæ necessario volumus; vt sunt quæ naturalis instinctus volumus.

† 2. Concl. A Deo excluditur liberum arbitrium, quantum ad rationem peccandi, quo modo Hieron. intelligendus est.

3. Concl. Quamuis liberum arbitrium non sit ad malum culpæ: tamen potest esse ad opposita vel bi gratia, potest Deus velle hoc esse, vel non esse.

Art. 11. Vtrum in Deo distinguenda sit voluntas signi.

1. Concl. In Deo distinguenda est voluntas signi à voluntate simpliciter.

1. Quia scriptura ponit in Deo plures voluntates. Ergo: cum in Deo non sit simpliciter, nisi vna voluntas; sta vt interdum voluntas sumatur pro signo voluntatis, quæ dicitur voluntas signi.

2. In Deo signum voluntatis dicitur voluntas, vt cum dicitur. Fiat voluntas tua: & hoc metaphorice, quia est signum voluntatis. Ergo in ipso distinguenda est voluntas signi, & voluntas simpliciter, seu proprie dicta, quæ dicitur beneplaciti. Vnde voluntas beneplaciti, est proprie voluntas, signi vero metaphorice.

† 2. Concl. Scientia non est causa nisi eorum, quæ volumus & ideo signum nõ attribuitur scientiæ, sicut voluntati.

3. Concl. Hæc signa dicuntur voluntates diuinæ, nõ quia sint signa, quod Deus velit; sed quia, quæ in nobis sunt signa volendi, in Deo diuinæ voluntates dicuntur: & sic quia punitio in nobis est signum iræ in Deo dicitur ira.

Art. 12. Vtrum conuenienter ponantur quinque signa circa diuinam voluntatem.

1. Concl. Conuenienter ponuntur quinque signa circa voluntatem Dei.

Nam signum voluntatis Dei dicitur secundum quod nos solemus demonstrare aliquid velle; nos autem directe declaramus voluntatem cum operamur, & sic operatio dicitur signum: vel indirecte, cum non impedimus, & sic est permissio. Ostenditur deinde voluntas per aliud, dum ordinamus illud ad finem, vel necessario faciendum, & sic, præceptum est signum, vel non faciendũ, & sic, prohibitio: vel suadendo, & sic, consilium. Vnde, operatio, permissio, præceptum, prohibitio, & consiliũ, dicuntur voluntas Dei. Vel, permissio mali, & operatio boni referuntur ad præsens: præceptum vero & prohibitio ad futurum: consilium autem est respectu superabundantis boni. Hæc distinctio sumitur ex parte voluntatum, & temporis.

† 2. Concl. Non repugnat aliquem declarare voluntatem suam circa aliquid diuersimode.

Ideo non impedit aliquem subtrahere præcepto, consilio, &c.

3. Concl. De eodem potest esse voluntas beneplaciti, & signi; sed operatio semper est cum voluntate beneplaciti, non autem præceptum; vel consilium.

Quia hæc est de præsenti, illud de futuro.

4. Concl. Circa creaturas irrationales nõ habet locũ, nisi operatio, & permissio: circa rationales etiã alia; quia illæ non sunt dominæ suarum operationum.

5. Concl. Etsi malum culpę multipliciter contingat, tamen in hoc omnia mala culpę conueniunt, vt discordent a voluntate diuina: ideo habẽt tantum vnum signum, quod est prohibitio; at bona diuersimode se habent, ad Deum, & ideo ponuntur plura signa ratione boni.

Quæstio. 20. De amore Dei.

Art. 1. Vtrum in Deo sit amor.

1. Concl. NEcesse est in Deo ponere amorem.

1. Ioan. 4 *1. Nam Deus, vt ait scriptura, charitas est.*

2. Vbi est voluntas, ibi est amor. In Deo est voluntas, vt est dictum. Ergo & amor. Maior patet: quia amor est primus actus voluntatis: nam actus appetitiuæ potentiæ tendit in bonum per se, in malum per accidens; & ideo actus in bonum erit prior, quam actus in malum. Rursus ex actibus, qui sunt in bonum, alij sunt in bonum secundum se, vt est actus amoris: alij in bonum immutatum, vt gaudium, & desiderium, quod est de bono amato. Ergo actus amoris erit prior, quem omnes alij supponunt. Quare vbi est voluntas, erit amor, qui est primus voluntatis actus.

† 2. Concl Actus voluntatis, vt habent mutationem ex parte corporis, non ponuntur in Deo, sed vt sunt in sola voluntate.

3 Concl Inter passiones aliquæ includunt imperfectionem, vt desiderium, tristitia, & ira: quædam non includunt imperfectionẽ, vt amor, & gaudium; & ideo illæ metaphoricè, hæ proprie de Deo dicuntur. Arist. 6. eth. cap. vlt.

4 Concl. Amor semper tendit in duo, scilicet, in bonum, & in eum cui cupitur bonum & ideo dicitur vis vnitiua, etiam in Deo, qui amat suũ bonũ, quod sibi vult: quatenus vero vult alij bonũ, quod ad se refert, dicitur concretiuus.

Art. 2. Vtrum Deus omnia amet.

Deus omnia amat.

1. Concl. *1. Quia, vt ait scriptura,* Diligit omnia quæ sunt. Sap. 11.

2. Amare est bonum alicui velle. Sed Deus omnibus vult bonum, quia voluntas Dei est causa existentiæ rerum, secundũ quam dicuntur bona. Ergo omnib. vult bonũ. & consequenter omnia amat.

2. Concl. Deus non amat res, vt nos amamus: quia nostra voluntas non est causa rerum, sed cõtra: quia bonitas rei nos mouet: at vero Dei amor bonitatem infundit rebus.

† 3. Concl Amor ponit extra se amantem, vt vult bonum amato, pro quo operatur, sicuti & sibi.

4. Concl. Res fuerunt in Deo ab æterno per suas simi-

itudines, per quas eas cognouit, & amauit.

. Concl. Creaturas irrationales Deus amat amore tantum concupiscentiæ; quia eas ordinat & ad creturas rationales & ad se: rationales autem etiã amore amicitiæ, q̃ possũt redamare.

5. Concl. Idem potest amari, & odio haberi diuersa tamen ratione: vnde peccator à Deo amatur, & odio habetur.

Art. 3. Vtrum Deus æqualiter diligat omnia.

1. Concl. Deus ex parte actus amandi æqualiter omnia diligit.

Quia actus diuini amoris non intenditur, nec remittitur; sed vno & simplici modo semper se habet.

2. Concl. Ex parte boni voliti amato, quædam Deus magis amat quam alia.

Tract. 10. in Ioann. *1. Ex Aug. qui ait, Deum amare omnia, & magis creaturas rationales.*

2. Si non magis vnum, quam alterum amaret, vnum non esset melius alio; quod est falsum. Consequentia patet, quia amor Dei est causa bonitatis rerum.

Dicitur, Deum habere æqualem curam omnium, non quia omnia æqualiter amet, sed

† 3 Concl. S. ip. 6. quia æquali sapientia & bonitate gubernat.

4. Concl. Amor vt est Dei essentia, nõ est maior, aut minor; sed ratione boni voliti.

5. Concl. Intelligere & velle dicunt solos actus, & non obiecta, ex parte quorũ potest dici magis, vel minus scire, aut velle,

Art. 4. Vtrum Deus semper magis diligat meliora.

1. Concl. Deus semper magis diligit meliora.

Eccl. 13. *1. Simile diligit simile. 1. Sed inter tantum aliquid est melius, quantum est Deo similius. Ergo meliora magis diliguntur à Deo.*

2. Magis diligere, est maiora velle bona, quia voluntas est causa bonitatis. Ergo ex eo aliqua sunt meliora, quia Deus eis maius bonum vult: ideo meliora plus amat.

† 2. Concl. Quamuis Christus sit datus pro genere humano, tamẽ ex hoc euasit glorioſus: vnde magis Deus amauit Christũ, quã genus humanũ. & quã totã vniuersalitatẽ creaturarũ.

3. Concl. Naturam humanã in Christo magis amat, quam omnes Angelos: quæ natura melior est ratione vnionis, gratiæ, & gloriæ, cum sit mensura omnium: nec Deus assumpsit naturam hominis, quod eã plus diligeret, sed quia plus indigebat: sicuti dominus aliquid dat seruo ægrotanti quod non dat filio sano.

4. Concl. Præsumptuosum videtur velle iudicare, an Christus plus amauerit Petrum quam Ioannem quia spirituum ponderator est dominus: potest tamẽ dici, alterum magis dilexisse secundum quædam signa exteriora. Prou. 16.

Qui habet maiorem gratiam est magis dilectus: & cæteris paribus, magis innocens, q̃ pœnitens. De pœnitentia est maius gaudiũ, Luc. 15. quia lapsi sæpenumero humiliores, & feruẽtiores surgunt: vel quia æqualis gradus gratiæ, plus est comparatus pœnitenti, quam innocenti quia ille dignior est pœna. 5. Concl.

Amor prædestinandus est secundum bonũ dandum ex bonitate diuina, & ideo prædestinatus secundum bonum dandũ est melior præscito, licet secundum tempus, quo est in peccato, sit peior præscito existente in gratia. 6. Concl.

Quæst. 21. De iustitia & misericordia Dei.

Art. 1. Vtrum in Deo sit iustitia.

1. Concl. IN Deo est iustitia distributiua.

1. Psal. 10. Iustus Dominus, &c.

2. Iustitia distributiua est secundum quam datur vnicuique secundum dignitatem suam. Sed talis distributio apparet in ordine vniuersi in naturalibus & voluntarijs. Ergo.

cap. 8 de diuin. nom. *3. Ex Dion. qui ait, Deum tribuere omnibus propria secundum dignitatem.*

2. Concl. In Deo non est iustitia commutatiua.

Quia a nullo accipit, ad Rom. 2.

† 3. Concl. Virtutes, quæ versantur in passionibus, sunt in Deo metaphorice, quæ autẽ in actionibus, & quæ sunt in sola voluntate, sunt in Deo proprie.

4. Concl. Etsi Deus faciat omnia pro sua voluntate: tamen omnia facit iuste.

Quia eius voluntas est regula agẽdi rectẽ; & vult, quod sapientia dictat.

5. Concl. Deus reddit sibi debitũ quatenus res producit ad manifestandam suã bonitatem quod sapientia, & voluntas requirebant: reddit etiam debitũ creaturis, vt vnã ad aliã ordinat, vt ad suum finem & partes, ad totũ: quod debitum oritur ex primo. Nec propterea dicitur debitor, quia omnia ad ipsũ ordinantur, q̃ iustitia dicitur condecentia suæ bonitatis.

6. Concl. Licet iustitia sit actus: tamẽ in Deo est eius essentia, quæ potest esse principium actionis.

Art. 2. Vtrum iustitia Dei sit veritas.

1. Concl. Iustitia Dei conuenienter nominatur veritas.

1. Psal. 84. Misericordia, & veritas.

2. Quamuis, cum intellectus accipit cognitionem à rebus, veritas cõsistat in adæquatione intel-

lectus

lectus ad rem, quia sicuti res est, sic non est, intellectus est verus, sic falsus: tamen, quando intellectus est regula, & mensura rerum, veritas cõsistit in hoc, quod res adæquetur intellectui; quia artifex tunc facit opus verum, quando concordat artificiatum arti. Sed sicuti se habent artificiata ad artem, sic opera iusta ad legem eius concordant. Ergo cũ iustitia Dei constituat ordinem in rebus cõformem rationi sapientiæ suæ, quæ est eius lex, conuenienter nominatur veritas.

† 2. Concl. Iustitia est in voluntate, quantum ad imperium, sed quantum ad legem regulantem est in ratione.

3. Concl. 4. Ethic. c. 7. Veritas quę distinguitur à iustitia, non est conformitas effectus ad causam & regulam, de qua nunc loquimur: sed consistit in conformitate signi ad significatum.

Art. 3. Vtrum misericordia competat Deo.

1. Concl. Misericordia est maxime attribuenda Deo secundum affectum, non tamen secundum passionis effectum.

1. *Psal* 110. *Miserator & misericors, &c.*

2. *Misericors dicitur aliquis quasi habeat miserũ cor, quia afficitur ex miseria alterius per tristitiam, vnde sequitur, quod operetur ad depellendam miseriam alterius, sicuti propriam: & hic est misericordiæ effectus. Sed tristari de miseria alterius, Deo non competit: est tamen maxime competit alterius miseriam repellere, quia hoc non fit, nisi per aliquem bonitatis perfectionem, origo autem bonitatis Deus est. Ergo in eo erit misericordia, sed non vt Passio. Vnde solutur primum.*

2. Concl. Elargiri perfectiones rebus absolute, pertinet ad bonitatem: sed vt dantur secundum earum proportionem, pertinet ad iustitiam: vt dantur tantum propter suam bonitatem, Pertinet ad liberalitatem: vt autem omnem defectum expellunt, ad misericordiam.

† 3. Concl. Deus misericorditer agit, non quidẽ contra iustitiam faciẽdo, sed aliquid supra iustitiam operando: vnde misericordia non tollit iustitiam, sed est quædam iustitię plenitudo.

Art. 4. Vtrum in omnibus operibus Dei sit misericordia, & iustitia.

1. Concl. In quolibet opere Dei, & misericordia, & iustitia inueniuntur.

1. *Psal.* 24. *Omnes viæ domini misericordia & veritas: accipiendo misericordiam pro remotione cuiuscunque defectus.*

2. *Debitum ex diuina iustitia cõtingit, vel Deo, vel creaturæ, vt dictum est. Sed neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti, quia Deus non potest facere aliud, quod non congruat sapientiæ & bonitati ipsius. Ergo in omni opere eius oportet esse iustitiam. Verum opus diuinæ iustitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur, tanquam in prima radice; quia nec procedatur in infinitum, deueniendum est ad aliquid, quod ex sola bonitate diuinæ voluntatis dependeat. Ergo erit etiam misericordia.*

Quædam opera attribuuntur iustitiæ, quædam misericordiæ.

Quia in quibusdam magis apparet iustitia, vt in damnatione reproborum: in qua tamẽ apparet etiam misericordia aliqualiter allenians, dum punit citra condignum: in quibusdam magis misericordia, vt in iustificatione impij, in qua aliquo modo apparet iustitia.

3 Concl. Luc. 7. Rom. 15. Paulus attribuit conuersionem Iudęorum iustitiæ propter promissiones factas patribꝰ.

4. Concl. In hoc quod iusti puniuntur in hoc mundo, apparet iustitia, & misericordia, quatenꝰ aliqua leuia in eis purgantur peccata, & ab effectu terreno in Deum magis eriguntur.

5. Concl. In creatione præsupponitur saltẽ aliquid in Dei cognitione, & sic saluatur ratio iustitiæ, vt producitur res in esse secundum quod conuenit diuinæ sapientiæ: ratio autem misericordiæ, in quantum res de non esse, ad esse mutatur.

Quæst. 22. De Prouidentia Dei.

Art. 5. Vtrum prouidentia Deo conueniat.

1. Concl. NEcesse est ponere prouidentiam in Deo, respectu aliorum.

1. *Sapien.* 14. *Tu autem pater gubernans omnia prouidentia.*

2. *Cum omne bonum quod est in rebus, à Deo creatum sit, oportet vt ordo rerum in vltimum finem, in quo consistit prouidentia, quæ est ratio ordinandorum in finem, sit creatus à Deo, quia bonum quoddam est. Sed cuiuslibet effectus Dei oportet rationem in ipso præexistere, quia est causa rerum per intellectum. Ergo necesse est, quod ratio ordinis rerum in finem, quæ est prouidentia, existat in mente diuina.*

2. Concl. In Deo non est prouidentia respectu sui ipsius.

Quia in ipso nihil est in finem ordinabile, cũ ipse sit vltimus finis.

† 3. Concl. Licet consiliari, vt est inquisitio de rebus dubijs, non competat Deo: tamen præcipere de ordinandis in finem, quorum rectam rationem habet, Deo vtique competit, & sic ei tribuitur ratio prouidentiæ, & prudentiæ, quæ proprie est præceptiua.

6. Eth. c. 6. Ratio ordinis, quæ dicitur prouidẽtia, est 4. Concl. æterna: licet dispositio & executio ordinis,

quæ dicitur gubernatio sit temporalis.

1. Concl. Prouidentia est in intellectu, sed præsupponit voluntatem finis: & licet æqualiter respiceret voluntatem & intellectum, nō ideo derogaret diuinæ simplicitati, quia vtrumq; est idem in Deo.

Art. 2. Vtrum omnia sint subiecta diuinæ prouidentiæ.

1 Concl. Omnia diuinæ prouidentiæ subiacent, nō tātum in vniuersali, sed etiam in particulari.

Sap. 8. 1. *Attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.*

2 Cum omne agens agat propter finem, tātum se extendit ordinatio effectuum in finem, quātum se extendit causalitas primi agentis: nam quodcunque effectum non sit ordinatus in finem; est quia consequitur ex aliqua alia causa præter intentionem agentis. Sed causalitas Dei, qui est primum agens se extendit vsque ad omnia entia, non solum quantum ad principia speciei, sed etiam quantum ad individualia incorruptibilium, & corruptibilium; propterea necesse est quod omnia, quæ habēt, quocunq; modo esse, sint ordinata à Deo in finem: & hoc est diuinæ prouidentiæ subiacere.

3. *Deus omnia cognoscit, etiam particularia, vt artifex eorum. Ergo necesse est, vt omnia subdantur suo ordini: quia omnia artificiata subduntur ordini artis.*

2. Concl. In hoc alij errarunt totaliter prouidētiam negantes, vt Democritus, & Epicurei: alij dicentes prouidentiam solum esse incorruptibilium & corruptibilium secūdum speciem: at Rabbi Moses præter hæc, dixit esse etiam hominum in particulari propter splendorem intellectus.

† 3. Concl. Casus & fortuna dicuntur respectu causæ particularis, quæ potest impediri, à cuius ordine aliquid potest exire: non tamen tolluntur à prouidentia, quæ est causa superioris, cuius ordinem nihil potest subterfugere: vnde, idem est fortuitum respectu causæ particularis: & prouisum respectu vniuersalis.

4. Concl. Deus permittit aliqua mala, quia est prouisor vniuersalis, ad quē pertinet permittere aliquos defectꝰ accidere in particulari, ne impediatur bonū totius: secus de prouisore particulari dicendū est, qui permittere non debet.

5. Concl. Licet prouidentia humana non se extēdat ad necessaria, quæ ex natura proueniunt: tamen prouidentia Dei etiam ad ista se extendit.

Aristot. 6. Ethic. c. 5. 6. Concl. Eccl. 5. Ex hoc quod Deus hominem sibi reliquit, non excluditur à prouidentia, sed ostēditur, quod ei nō præfigitur virtus operatiua ad vtā, sicut rebus naturalibus, quæ aguntur tantum, quasi ab altero directæ ad finem: tamen oportet, vt etiam quæ ex libero arbitrio fiūt, diuinæ prouidentiæ subdantur: quia debent reduci in Deum, sicut in causam: sed iustorū particularem Deus habet prouidentiam.

7. Ethic. c. 6. 1. Cor. 9. Nō quod individua irrationabilium creaturarum ad diuinam prouidentiam non pertineant, dicitur Deo non esse curam de bob⁹, sed vt ostendatur, rationalem creaturam speciali modo prouidentiæ subijci.

Art. 3. Vtrum Deus immediate omnibus prouideat.

1. Concl. Quantum ad rationem ordinis rerum prouisarum in finem, Deus immediate omnibus prouidet.

1. *Iob 34 Quem constituit, &c. Et Greg. in hunc locum.*

2. Deus habet in intellectu suo rationem omnium, etiam minimorum, & causas, quas effectibus præfecit, virtutem ad illos prouidendos dedit. Igitur in sua ratione præhabet ordinem illorum effectuum in finem. Ergo.

2. Concl. Quantum ad executionem huius ordinis Deus per aliqua media prouidet, quæ gubernatio dicitur.

Quia gubernat inferiora per superiora. nō propter defectum suæ virtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis, vt dignitatem causalitatis etiam creaturis cōmunicet. Vnde excluditur opinio. Platonis, qui triplicem prouidentiam ponebat.

† 3. Concl. Greg. Nyss. li 8 de prouid. c. 3. Habere executores suę prouidentiæ pertinet quidem ad dignitatem regis, sed non habere rationem eorum, quæ per eos agenda sunt, & ex defectu ipsius.

4. Concl. Ex eo quod Deus immediate prouidet, nō tolluntur causæ secundæ, quæ sunt executrices huius ordinis.

5. Concl. Nobis melius est non cognoscere mala & vilia.

Quia impedimur à cōsideratione meliorum, & quia pertrahunt aliquando voluntatem, quod non habet locū in Deo, qui simul & in se omnia videt.

Art. 4. Vtrum prouidentia rebus prouisis necessitatem imponat.

1. Concl. Prouidentia diuina quibusdam rebus necessitatem imponit, non autem omnibus.

1. *Diuina prouidentia nō corrumpit naturam rerum. Sed natura quarundam rerum habet, vt sint contingentes. Ergo.*

Dion. c. 4. de div. nō. 2 *Ad prouidentiam Dei pertinet ordinari res in finem, qui post beatitudinem, quæ est finis supernaturalis, est perfectio vniuersi. At perfectio vniuersi requirit, vt omnes gradus entium inueniantur in*

rabus. Ergo quibusdam effectibus præparauit causas necessarias, quibusdam effectibus contingentes, vt contingenter euenirent.

2. Concl. Licet diuina prouidentia nunquam frustretur: tamen id necessario euenit, quod sic disponit euenire, id contingenter, quod diuinę prouidentiæ ratio habet, vt contingenter eueniat.

1. Concl. Immobilitas ordinis diuinæ prouidentiæ in hoc sita est, vt cuncta eueniant eo modo, quo ipse prouidet.

4. Concl. Lib 4. de cons 6. Boëtius intelligendus est, de immutabilitate, respectu certitudinis prouidentiæ, quæ nunquam deficit, non respectu necessitatis effectuum.

Quæst. 23. De Prædestinatione.

Art. 1. Vtrum homines prædestinentur à Deo.

Homines prædestinantur à Deo.

1. Rom. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit.

2. Sicuti in Deo præexistit ratio eorum, quæ fiunt ab ipso, sic in eo præexistit ratio ordinis, aut proprie loquendo transmissionis rationalis creaturæ in finem vltimum finem, quem non potest propriis viribus consequi, cum non sit creata naturæ proportionatus. Sed ratio huius transmissionis est prædestinatio. Ergo in Deo erit prædestinatio: quæ est prouidentia quorundam, quasi in finem supernaturalem ordinantur.

3. Concl. Prædestinatio quãtum ad obiecta, est pars prouidentiæ. *Quia prouidentia diuina subiacent omnia quantum ad finem.*

† 3. Concl. Lib. 3. c. 2. Damasc. nominat prædeterminationem, impositionem necessitatis, quæ est in rebus naturalibus, quam negat respectu nostri: sed non ideo tollitur prædestinatio.

4. Concl. Creaturæ irrationales non dicuntur prædestinari.

Quia non sunt capaces beatitudinis.

5. Concl. Licet Angeli nunquam fuerint miseri: tamen eis competit prædestinari.

Quia motus denominatur à termino ad quem, non a termino à quo.

6. Concl. Non expedit, vt prædestinatio reueletur prædestinatis, ne alij desperent, & securitas in prædestinatis negligentiam pariat.

Art. 2. Vtrum prædestinatio aliquid ponat in prædestinato.

1. Concl. Prædestinatio non est aliquid in prędestinato, sed in prædestinante tantum.

1. Quia prædestinatio est præscientia beneficiorum Dei, ex August. at præscientia non est in præscitis. Ergo. Lib. 2. de bon. pers.

2. Prædestinatio est pars prouidentiæ. Sed prouidentia non est in rebus promissis, cum sit ratio in intellectu promissoris Ergo.

2. Concl. Executio prædestinationis, quæ appellatur vocatio & magnificatio, passiue est in prædestinatis, actiue autem in Deo; sicut patet a simili de gubernatione.

† 3. Concl. Rom. 8. Actiones in exteriorem materiam transeuntes inferunt passionem, sed actiones immanentes nequaquam: huiusmodi est prędestinatio.

4. Concl. Destinatio aliquando sumitur pro reali missione, alicuius ad aliquem terminum, & sic non est, nisi eius quod est; aliquando pro firma conceptione mentis, & sic est etiã eius, quod nõ est: sed prædestinatio ratione antecessionis, quam importat, potest esse eius, ꝙ non est, quomodocunq; eius destinatio sumatur.

5. Concl. Præparatio patientis est in præparato, sed præparatio agentis est in agente: & sic Deus præparauit ab æterno prædestinando, concipiens rationem ordinis aliquorum in salutẽ.

6. Concl. Gratia non ponitur in definitione prædestinationis, quod sit de essentia illius, quia tunc esset quid temporale, sed quia prędestinatio dicit ordinem ad illam, vt causa ad effectum, & actus ad obiectum.

Art. 3. Vtrum Deus aliquem hominem reprobet.

Deus aliquos reprobat.

1. Concl. *1. Malach. 1. Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui.*

2. Ad prouidentiam pertinebit permittere aliquem deficere in illis quæ ei subduntur. Ergo cum per diuinam prouidentiam homines in vitam æternam ordinentur, ad eam. et pertinet, vt permittat aliquos ab isto fine deficere, et hoc dicitur reprobare.

2. Concl. Reprobatio nõ est sola præscientia, sed includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam, & inferẽdi damnationis pœnam: sicut prædestinatio includit volũtatem dandi gratiam, & gloriam.

† 3. Concl. Deus amat omnes creaturas, quatenus omnibus vult aliquod bonũ, non tamẽ quodcumque omnibus. Vnde inquantum aliquibus non vult bonum, quod est vita æterna, dicitur eos reprobare, & odio habere.

4. Concl. Prædestinatio est causa gloriæ, & mediorum, hoc est gratiæ: reprobatio autem nõ est causa culpæ, sed derelictionis à Deo, & pœnæ futuræ: quia culpa est ex libero arbitrio, & ideo peditio est ex nobis.

Quod

5. Concl. Quod reprobus non possit gratiam adipisci, non est intelligendum secundum impossibilitatem absolutam, sed conditionatam.

Quia reprobatio Dei, non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Idem dicendum de prædestinato, quem saluari necesse est.

Art. 4. Vtrum prædestinati eligantur à Deo.

1. Concl. Ephes. 1. Omnes prædestinati sunt electi, & dilecti à Deo.

1. *Elegit nos, ait Paul. in ipso ante mundi constitutionem.*

2. *Prædestinatio est pars prouidentiæ, quæ sicut & prudentia, est ratio in intellectu existens præceptiua ordinationis aliquorum in finem; quod esse non potest, nisi præexistente voluntate finis: vnde prædestinatio supponit Deum velle aliquibus finem. Sed hoc non potest esse sine dilectione, & electione, quia velle alicui bonum, est amare; & velle magis vni, quam alteri, est eligere. Ergo.*

2. Concl. In nobis dilectio causatur ex bono præexistente, & electio dilectionem præcedit: quia eligimus, quem diligamus: in Deo contra, dilectio causat bonum, & præcedit electionẽ.

† 3. Concl. Communicatio bonitatis diuinæ in communi est absq; electione: quia nihil est quod non participet aliquid de bonitate eius: & sic intelligitur Dionys. Sed cõmunicatio istius, vel illius boni, non est sine electione: sic prædestinatio.

Cap. 4. de diu. nom.

4. Concl. Electio nostra est tantum eorum quę sunt; sed electio Dei est etiam eorum quæ nõ sunt: vnde prædestinatio est ab æterno.

5. Concl. Aug. serm. 11. de Verb. Apost. Deus vult omnes homines saluos fieri antecedenter, quod non est nisi velle secundũ quid, non autem consequenter.

Art. 5. Vtrum præscientia meritorum sit causa prædestinationis.

1. Concl. Tit. 3. Præscientia meritorum non est causa prædestinationis.

1. *Non ex operibus iustitiæ, ait Paul. quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.*

2. *Si quid ex parte nostra esset causa prædestinationis, illud non claudеretur sub prædestinationis effectu. Sed totum, quod emergitur in bono vsq; gratiæ, est effectus prædestinationis: quia non est distinctum id, quod est à libero arbitrio, & à prædestinatione. Ergo.*

2. Concl. Non est verum effectum prædestinationis præordinari alicui propter merita præexistẽtia in alia vita, si quis ponat animas ab initio creatas esse.

Nam Rom. 9. dicitur: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni, vel mali.

Similiter errarunt Pelagiani dicentes, merita præexistentia in hac vita, esse rationem & causam effectus prædestinationis.

Quia non sumus sufficientes cogitare, &c. Idem dicas de meritis subsequentibus. 1. Cor. 3.

3. Concl. Nihil prohibet aliquem effectum prędestinationis in particulari esse causam & rationẽ alterius; nimirum posteriorem prioris secundũ rationẽ causæ finalis: priorem vero posterioris secundum rationem causæ meritoriæ.

Quia quoad executionem diuina prouidentia vnum effici per aliud.

4. Concl. Impossibile est totum prædestinationis effectum in cõmuni .i. non secundum aliquam partem habere aliquam causam ex parte nostra, sed solũ habet pro ratione diuinã volũtatem, & vt finem & vt primarium principiũ.

Thren. vlt. *Quia quicquid est in homine ordinans ipsum ad finem comprehenditur sub effectu prædestinationis, etiam ipsa præparatio ad gratiam.*

† 5. Concl. Vsus gratiæ præscitus non est causa collationis gratiæ, nisi secundũ rationem causæ finalis, vt est dictum in 3. Concl.

6. Concl. Ratio prædestinationis ex parte effectus est sola Dei bonitas: in particulari vero vnus effectus est ratio alterius.

7. Concl. Ratio cur Deus hos eligat & illos reprobet, est, vt illi repræsentent ipsius bonitatem per modum misericordiæ, parcendo; isti vero per modum iustitiæ, puniendo. Cur autem in particulari hos eligat, illos reprobet; nulla est ratio in creatura. Nec ideo est iniquitas apud Deũ si inæqualia non inæqualibus præparet.

Quia prædestinationis effectus, non ex debito redditur, sed ex gratia datur.

Art. 6. Vtrum prædestinatio sit certa.

1. Concl. Prædestinatio certissime & infallibiliter consequitur suum effectum, nec propterea necessitatem imponit.

1. *Ex Gloss. super illud, Quos præscinit, &c.*

Rom. 8. 2. *Prædestinatio est pars prouidentiæ. At non omnia quę prouidentiæ subduntur sunt necessaria; sed quædam contingenter eueniunt secundum cõditionem proximarum causarum. & tamen prouidentiæ ordo est infallibilis. Ergo & ordo prædestinationis.*

2. Concl. spec. 3. Iob. 34. Corona dicitur alicuius, vel ex prædestinatione diuina, & sic nullus coronam suam amittit: vel ex merito gratiæ, & hanc potest quis amittere per peccatum mortale sequens: quam alius accipit, quatenus in locum eius subrogatur. *Quia Deus non permittit aliquem cadere, quin alium erigat.*

Secun-

. Concl. Secundum se possibile est prædestinatum posse mori in peccato mortali, sed vt prædestinatus, est impossibile.

4. Concl. Quarto absolute Deus possit prædestinare, & non prædestinare: tamẽ in sensu cõposito non potest nõ prædestinare, quem prædestinauit.

Art. 7. Vtrum numerus prædestinatorum sit certus.

1. Concl. Numerus prædestinatorũ est Deo certus, non solum formaliter, sed etiam materialiter: & nõ solũ ratione cognitionis, sed etiã rationе electionis, & definitionis cuiusdam.

Lib. de corrp. & gra. c. 13. *1. Aug. qui ait, certus est prædestinatorum numerus, &c quoniam alias tolleretur certitudo prædestinationis.*

2. Omne agens intendens facere aliquod finitũ, intendit aliquam determinatam mensuram in effectu, vnde excogitat aliquem numerum in partibus principalibus per se requisitis ad totum. Sed Deus est huiusmodi respectu vniuersi, qui est proprius effectus ipsius. Ergo præordinauit in qua mensura esse debeat, prædefinuit, quis esset conueniens numerus in essentialibus partibus id est, perfectus. Ergo prædefinuit certum numerum prædestinatorum, qui rationales creaturæ beatitudinem consequentes, ad bonum vniuersi præ ceteris creaturis ordinantur, cum sint simpliciter incorruptibiles. At præter speciem humanam numerus individuorum corruptibilium est Deo certus non prædefinitus, sed præcognitus. Idem dicerem de reprobis cum sint in bonum electorum.

2. Concl. De numero, alij dicunt, quod tot homines saluabuntur quot angeli ceciderunt: alij tot, quot Angeli remanserunt, alij tot, quot fuerunt Angeli creati: sed melius dicitur, soli Deo id esse cognitum.

Deut. 1. Illud, addatur ad hunc numerum, &c. intelligitur de præuotatis à Deo respectu præsentis iustitiæ, quorũ numer⁹ augetur, & minuatur.

4. Concl. Ratio cur Deus tot rerum species fecerit, & tot prædestinauerit, sumitur ex proportione partium principalium ad bonum vniuersi.

5. Concl. Pauciores sunt qui saluantur: quia beatitudo æterna excedit communem statum naturæ præsertim vt est destituta gratia per peccatum originale. Et in hoc maxima Dei misericordia apparet, quod aliquos ad illam salutem erigat, à qua plurimi deficiunt.

Art. 5. Vtrum prædestinatio possit iuuari precibus Sanctorum.

1. Concl. Prædestinatio quo ad effectum, iuuatur precibus sanctorum, & alijs bonis operibus.

1. Isaac rogauit Deum pro Rebecca vxore sua, & natus est Iacob, qui prædestinatus fuit. Ergo. Gen. 25

2. Prouidentia non subtrahit causas secundas, & eis ita vtitur, vt sine illis præuisi esse, eius non prouenirent, sicut patet in naturalibus: vnde prædestinatio, quæ est pars prouidentiæ, continet in suo ordine quidquid hominem promouet in salutem: sine sint orationes proprie, sine aliorum, sine bona opera, sine quibus salutem horum non consequitur. Ergo prædestinationis effectum per huiusmodi orationes & opera certitudinaliter impletur. 2. Pet. 1.

2. Concl. Prædestinatio, quo ad ordinationem diuinam, nullo modo iuuatur precibus sanctorũ.

Quia his precibus non fit vt aliquid prædestinetur a Deo.

Vnde soluitur primum argumentum.

3. Concl. Errarunt qui dixerunt, orationes, & alia huiusmodi esse superflua: contra quos sunt omnes admonitiones, & exhortationes sacræ scripturæ.

Errarunt etiam alij dicentes per orationes mutari prædestinationem. Contra quos sunt 1. Reg 15. Rom. 8. auctoritates multæ sacræ scripturæ.

† 4. Concl. Deus adiuuatur per nos, in quantum exequimur suã ordinationem quod non est propter defectũ diuinæ virtutis, sed quia Deus vtitur causis medijs, vt ordinis pulchritudo seruetur, & vt creaturis dignitatem causandi communicet. 1 Cor. 3.

5. Concl. Licet prædestinatio per creaturas possit iuuari, non tamen potest impediri: quia causæ secundæ non possunt egredi ordinem causæ primæ vniuersalis.

Quæstio 24. De libro vitæ.

Artic. 1. Vtrum liber vitæ sit idem quod Prædestinatio.

2. Concl. Liber vitæ est idem quod prædestinatio, siue ipsa Dei notitia, qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam.

1. Glos. super illud, Deleantur &c. Psal. 68.

2. Liber vitæ dicitur metaphorice in Deo secũdum similitudinem ab hominibus acceptam, apud quos, qui ad aliquid eligũntur, conscribuntur in libro, vt milites: Sed omnes prædestinati eliguntur à Deo. Ergo. Nam dicitur etiam metaphorice aliquid conscriptum intellectu alicuius quod firmiter in memoria tenetur. Prou. 3. 2. Tim. 2.

† 2. Cont Liber vitæ potest accipi pro præscriptione eorum, qui sunt electi ad vitã & sic idem est, quod prædestinatio, & pro præscriptione eorum, quæ ducunt ad vitã: vel sicut agendorũ & sic nouum & vetus testamẽtũ dicuntur liber vitæ; vel sicut iam factorum, & sic vis illa

diuina qua fiet, vt cuiuslibet facta reducantur in memoriam, dicitur liber vitæ.

3. Concl. Reprobationi nõ correspondet liber mortis: quia non solent scribi, qui repudiantur.

4. Concl. Liber vitæ differt à prædestinatione secundum rationem; quia importat notitiam prædestinationis.

Art. 2. Vtrum liber vitæ sit solum respectu vitæ gloriæ prædestinatorum.

1. Concl. Liber vitæ est solum respectu vitæ gloriæ prædestinatorum.

1. Hic liber est notitia prædestinationis. Sed prædestinatio non respicit vitam gratiæ, nisi ordinetur ad gloriam. Ergo.

2. Liber vitæ importat conscriptionem quandam, seu notitiam electorum ad vitam. Sed non eligitur aliquis, nisi ad id, quod competit ei, secundum naturam, & ad id, quod eligitur habet rationem finis. Ergo quoniam finis supra naturam existens, est vita gloriæ.

† 2. Concl. Liber vitæ non dicitur respectu vitæ diuinæ, quæ Deo est connaturalis: quia respectu eius non est electio: sicuti nec respectu vitæ naturalis, & ex hoc patet ad secundum.

3. Concl. Qui habent gratiam, & excidunt à gloria, non dicuntur electi simpliciter, nec scripti in libro vitæ simpliciter, sed secundum quid.

Art. 3. Vtrum aliqui deleantur de libro vitæ.

1. Concl. Qui sunt ordinati ad habendam vitam æternam ex prædestinatione diuina, sunt simpliciter scripti in libro vitæ.

2. Concl. *Quia sunt ibi scripti, vt habituri vitam æternã, vt in seipsa. & isti nunquam delentur de libro vitæ.*

Qui sunt ordinati ad vitam æternam non ex prædestinatione diuina, sed solum ex gratia, dicuntur scripti in libro vitæ non simpliciter, sed secundũ quid.

Quia sunt ibi scripti, vt habituri vitam æternã, non in seipsa, sed in sua causa, & tales possunt deleri de libro vitæ: *Quia quicumque gratiam habet ex hoc, ipso est est digna vita æterna, à qua, excidit per peccatum mortale.*

Apoc. 3.

5. Concl. Deleri & non deleri de libro vitæ, non est referendum solum ad hominum opinionem, vt quidã dixerunt; sed intelligendum est secundum rem ipsam: quia id in scriptura promittitur sanctis.

4. Concl. Deletio non refertur ad præscientiam Dei, quasi in Deo sit mutabilitas, quod sciat, & nesciat ipsam.

. Concl. Et si res in Deo sint mutabiliter: tamen in seipsis mutabiles sunt: & ad hoc pertinet deletio de libro vitæ. 6. Concl.

Eo modo, quo aliquis dicitur deleri de libro vitę, potest ẽt dici, quod ibi de nouo scribatur: quatenus incipit de nouo habere ordinem ad vitam æternam.

Quæstio 25. De diuina potentia.

Art. 1. Vtrum in Deo sit potentia.

1. Concl. In Deo maxime est potentia actiua, nullo modo potentia passiua.

1. Psal. 88 Potens es Domine, &c.

2. Deus est actus purus, & simpliciter, ac vniuersaliter perfectus, vt est dictum Ergo ei maxime conuenit potentia actiua, &c. quia vnumquodque agit, vt est actu, & perfectum & patitur, vt est imperfectum: Ratio autem principij actiui conuenit potentiæ actiuæ, quæ est principium agendi in aliud, sicut passiua est principium patiendi ab alio, vt Arist. ait, ergo.

1. Met. tex. 3.

† 2. Concl. Potentia actiua non diuiditur contra actum, sed fundatur in eo: potentia autẽ passiua diuiditur contra actum: vnde hæc potentia passiua excluditur à Deo, quia dicit imperfectionem non autem actiua.

3. Concl. Tunc actus est nobilior potentia, quando est aliud ab ea, quod non accidit in Deo, in quo, tã potẽtia, quã actus est essentia diuina.

4. Concl. In Deo saluatur ratio potentiæ quantum ad hoc, quod est principium effectus, nõ autem quantum ad hoc quod est principium actionis, quæ actio est ipsa diuina essentia.

5. Concl. Potentia non ponitur in Deo, tanquam aliquod distinctum à scientia, & voluntate secundum rem; sed solum secũdum rationem; prout potentia importat rationem principij exequentis, quod voluntas imperat, & ad quod scientia dirigit.

Art. 2. Vtrum potentia Dei sit infinita.

1. Concl. Potentia Dei est infinita.

Lib. 8. de Trin. *1. Deus ait Hilar, est immensa virtutis, &c.*

2. Potentia actiua inuenitur in Deo secundum quod ipse actus est: Sed esse eius est infinitum quia non est limitatum per aliquod recipiens, Ergo. Nã quanto aliquod agens perfectius habet formam per quam agit, tanto maior est eius potentia in agendo. Cum ergo essentia Dei, qua agit, sit infinita, potentia quoque erit infinita.

† 2. Concl. Infinitum ex parte materiæ non determinatæ per formam est imperfectum, & de hoc loquitur Aristoteles. Sed diuina essentia non est talis, & per consequens nec eius potentia.

3. Phys. tex. 63.

3. Concl. Potentia agentis vniuoci tota manifestatur in

tur in suo effectu; non autem potentia agentis non vniuoci, cuiusmodi est Deus: vnde licet nõ producat infinitum effectum, imo etiamsi nullum produceret, non esset frustra: quia frustra est illud, quod ordinatur ad finẽ, quem non attingit; potentia autem Dei non sic ordinatur, sed magis ipsa est finis.

4. Concl. Potentia infinita in corpore, moueret in non tempore: at potentia incorporei motoris cuiusmodi est Deus, non ita.

Art. 3. Vtrum Deus sit omnipotens.

1. Concl. Deus est omnipotens; & sic dicitur, quia potest omnia possibilia absolute, quæ sunt, quorum prædicatum non repugnat subiecto.

Luc. 1. 1. *Notandum est scriptura, impossibile apud Deum omne verbum. Addit communem opinionem.*

2. *Cum vnumquodque agens agat sibi simile, vnicuique potentiæ actiuæ correspondet possibile, vt obiectum proprium secundum rationem illius actiuæ, in quo fundatur potentia actiua; sicut potentiæ calefactiuæ respondet proprium obiectum calefactibile. Sed esse diuinum, super quod ratio diuinæ potentiæ fundatur, est infinitum non limitatum ad aliquod genus entis, sed prohabens in se totum esse perfectionem. Ergo quidquid potest habere rationem entis, continetur sub possibilibus absolutis, respectu quorum Deus dicitur omnipotens. Quare non dicitur omnipotens, quod possit omnia possibilia naturæ, vel quia potest omnia possibilia suæ essentiæ, quia hæc est negatiua.*

2. Concl. Quæ implicant contradictionem diuinæ omnipotentiæ non subduntur, non propter defectũ omnipotentiæ: sed quia non possunt habere possibilitũ siue factibilium rationem: cum sint non entia, quæ repugnant enti. Vnde conuenientius dicitur, quod hęc non sunt factibilia; quam, q̃ Deus non possit ea facere.

† 3. Concl. Deus dicitur omnipotens secundum potentiam actiuam, non secundum passiuam.

4. Concl. Ex hoc ipso, quod Deus est omnipotens, non potest peccare.

4. Top. c. 2. *Quia peccare est posse deficere in agendo, quod repugnat omnipotentiæ.* Illud autem, quod Deus possit praua agere, vel intelligitur sub conditione, cuius antecedẽs sit impossibile, vel secundum gentilium opinionem.

5. Concl. Dei omnipotentia ostenditur maxime in parcendo & miserando, quia per hoc ostenditur Deum habere summam potestatem, q̃ libere peccata dimittit, verum non solum in hoc cernitur eius omnipotentia.

6. Concl. Possibile absolutum, non dicitur secũdum causas superiores, vel inferiores, sed secundũ seipsum. Verũ quæ immediate nata sunt fieri a Deo solo, vt creare, iustificare, & huiusmodi, dicuntur causam superiorem: quæ autem nata sunt fieri à causis inferioribus, dicuntur possibilia secundum causas inferiores: nam secundum conditionem causæ proximæ effectus habet contingentiam, vel necessitatem.

Art. 4. Vtrum Deus possit facere, quod præterita non fuerunt.

1. Concl. Præterita non fuisse, non subiacet diuinæ potentiæ.

1. *Deus, ait Hieron. cum omnia possit, non potest de corrupta facere incorruptam.*

2. *Quidquid contradictionem implicat, non cadit sub omnipotentia Dei, sed præterita non fuisse contradictionem implicat; quia sicut implicat contradictionem dicere. Sortes sedet, & non sedet, sic quod sederit, & non sederit. Ergo. Idem patet ex August. & Aristot.*

Ad Eustochium. Lib. 26. cõtra Faust. c. 5. 6. Ein c 2.

Id quod est præteritum, est quidem impossibile peraccidens, sed si cõsideretur præteritum sub ratione præteriti; ipsum non fuisse, est impossibile per se, & absolute contradictionem implicat: & sic est magis impossibile, quam mortuum resuscitare, quod impossibile dicitur ratione potentiæ naturalis.

† 2. Concl. Si attendatur immutabilitas diuinæ potẽtiæ, quicquid Deus potuit, potest; tamen aliqua olim habuerunt rationem possibilium, dum erant fienda, vt præterita antequam fierent, quam modo non habent, cum facta sunt.

3. Concl. Deus potest omnem corruptionem mentis & corporis remouere a muliere corrupta: hoc tamen quod corrupta non fuerit, remouere non potest.

4. Concl.

Art. 5. Vtrum Deus possit facere, quæ non facit.

1. Concl. Deus potest alia facere, quam quæ facit.

Matthæi 26. An non possum rogare patrem meum, &c.

2. Concl. In hoc aliqui erraruntdicentes, Deum agere quasi ex necessitate naturiæ; & sic non posset alia facere, quã quæ facit, sed hoc improbatum est, cum diximus, esse causam omnium per libetam voluntatem. Errarunt etiam, qui dixerunt, potentiam diuinam determinari ad hũc cursum rerum propter ordinẽ sapientiæ, & iustitiæ suę, sine quo Deus nihil opatur: hac ratione moti, q̃ cum Dei potentia nihil aliud sit, q̃ Dei sapiẽtia, cõuenienter dicitur, quod nihil sit in Dei potentia, q̃ non sit in ordine diuinæ sapientiæ. Sed contra.

Quoniam ordo à diuina sapientia rebus insitus, in quo ratio iustitiæ consistit, non adæquat diuinam sapientiam sic, vt limitetur ad hunc ordinem. *Quia cum tota ratio ordinis, quã sapiens à rebus à se factis imponit, à fine sumatur, quando finis est proportionatus rebus, ob finem factis, tunc sapientia facientis limitatur ad aliquem determinatum ordinem. Sed diuina bonitas est finis importionabiliter excedés res creatas. Ergo diuina sapientia non determinatur ad aliquam ordinem rerum, vt non possit ab ea alius cursus rerum effluere.*

3. Concl. Deus potest alia facere de potentia absoluta, quam quæ præsciuit & præordinauit se facturum: non tamen potest esse quod aliqua faciat, quæ non præsciuerit & præordinauerit se facturum.

Quia ipsum facere subiacet præscientiæ & præordinationi, non autem ipsam esse, quod est naturale.

4. Concl. Deus nihil alicui debet: vnde dicere Deum non posse facere, nisi quod debet, est dicere eum non posse facere, nisi quod est ei conueniens, & iustum: quod non est restringẽdum pro præsentibus, vt sit sensus, Deus non potest facere, nisi quo modo conueniens est, & iustum.

5. Concl. Licet istis rebus, quæ nunc fiunt, nullus alius ordo esset bonus; tamẽ Deus posset alias res facere, & alium eis imponere ordinem.

Art. 6. Vtrum Deus possit meliora facere ea, quæ fecit.

1. Concl. Deus non potest facere aliquam rem meliorem substantialiter, quam ipsa sit.

Quia differentia substantialis se habet vt vnitas in numeris. Sed si vnitas addatur numero, non facit illum maiorem, sed facit aliam numerum. Ergo.

2. Concl. Deus potest res à se factas facere meliores accidentaliter: vt hominem secũdum virtutem, scientiam, &c.

3. Concl. Simpliciter loquendo, Deus potest facere res alias meliores substantialiter, & accidentaliter, quam sint res ab ipso factæ.

† 4. Concl. Si aduerbium, melius, importet modum ex parte faciẽtis, Deus non potest facere melius, quam facit.

Quia non potest facere ex maiore sapientia, & bonitate. Si importet modum ex parte facti, potest facere melius: *Quia potest dare rebus à se factis meliorem modum essendi, quantum ad accidentalia.*

5. Concl. De ratione Filii est, vt æquetur Patri: non autem est de ratione creaturæ, vt non sit melior, quam à Deo facta est.

6. Concl. Vniuersum, suppositis istis rebus, non potest esse melius propter decentissimum ordinem his rebus attributum à Deo, in quo perfectio vniuersi consistit. Sed tamen posset Deus alias res facere, & alias addere, & sic vniuersum esset melius.

7. Concl. Humanitas Christi, quia est vnita Deo, beatitudo creata: quia est fruitio Dei, & Beata Virgo, quia est mater Dei, habẽt dignitatẽ quandam infinitam ex bono infinito, quod est Deus, & ideo non possunt fieri meliora.

Quæst. 26. De diuina Beatitudine.

Art. 1. Vtrum Beatitudo Deo competat.

1. Concl. BEatitudo maxime Deo competit.

1. Tim. 6. 1. *Paulus Deum beatum vocat. Ergo.*

2. *Beatitudo est bonum perfectum intellectualis naturæ, quæ sufficientiam boni, quod habet, cognoscat, & vt ei contingat aliquid bene vel male; ac sit domina suarum operationum. At vtrum q3. nimirum perfectum esse, & esse intelligentem, excellentissime conueniat Deo. Ergo.*

† 2. Concl. Boet. lib. 4. cons. pro. 2 Aggregatio bonorum est in Deo, non per modum compositionis, sed simplicitatis.

3. Concl. Sicut Deus habet esse, quamuis non generetur, ita habet beatitudinem, quamuis non mereatur.

Quia accidat beatitudini, quod sit præmium virtutis.

Art. 2. Vtrum Deus dicatur beatus secundum intellectum.

1. Concl. Beatitudo attribuenda est Deo, secundum intellectum.

Libro 32. Mor. c. 5. 1. *Greg. ait Deum esse gloriosum, & sepso frui. Ergo.*

2. *Beatitudo qua est bonum perfectum intellectualis naturæ, quæ eam naturaliter appetit, cõsistit in eo, quod est perfectissimum in qualibet intellectuali natura. Sed hoc est intellectualis operatio. Ergo cum in Deo non sit aliud esse, & intelligere secundum rem, quamuis non secũdum rationem, ei attribuenda est beatitudo secũdum intellectum, sicut & alij beati, qui per assimilationem ad beatitudinem ipsam dicuntur beati.*

2. Concl. Ex eo quod bonum dicitur in Deo secundum essentiam, sequitur quod Deus sit beatus secundum suam essentiam: non autem q3 beatitudo conueniat ei ratione essentiæ.

3. Concl. Beatitudo est obiectum voluntatis, quod præintelligitur actu potentiæ; & ideo secundum modum intelligendi, prius est beatitudo diuina, quam actus voluntatis: & hoc nõ potest esse, nisi actus intellectus.

. Concl.
lib. 5. conſ. 4.

Art. 3. Vtrum Deus ſit beatitudo cuiuſlibet beati.

Beatitudo formalis in creaturis, non eſt Deus: ſed aliquid creatum, nimirum actꝰ ipſe intellectus.

Nam Beatitudo eſt maior & minor, 1. Cor. 15. Sed in Deo nihil eſt maius & minus. Ergo.

. Concl.

Beatitudo ex parte obiecti, eſt ſolus Deus.

Quia ex hoc ſolo aliquis eſt beatus, ex Aug. quod Deum intelligit, etiam ſi alia ignoret. Ergo.

. Concl.

Deus eſt beatitudo formalis ſuiipſius: quia vt alias eſt dictum, actus intelligẽdi ipſius eſt increatus.

4. Concl.

Beatitudo ex parte obiecti eſt ſummũ bonũ ſimpliciter, ſed quãtum ad actum in creaturis eſt ſummũ bonum, non ſimpliciter, ſed in genere bonorũ participalium a creaturis.

5. Concl.

Deus eſt vltimus finis creaturę rationalis, vt res, id eſt, finis cuius: beatitudo autẽ creata, vt vſus: vel vt fruitio rei, eſt finis quo.

Art. 4. Vtrum in Dei beatitudine omnis beatitudo includatur.

. Concl.

In diuina beatitudine eminentius præexiſtit, quicquid eſt deſiderabile in quacunque beatitudine, tam vera, quam falſa.

Soet. lib. 3. de conſ.

1. Quia de contemplatiua felicitate habet continuam & certiſſimam contemplationem ſui & omnium aliorum: de actiua, gubernationem totius vniuerſi: de terrena, quæ conſiſtit in voluptate, diuitijs, poteſtate, dignitate & fama habet gaudium de ſe, & de omnibus alijs. 2. ni nodam ſufficientiã, omnipotentiam, omnium regimen, & totius creaturæ ad nrationem.

2. Beatitudo eſt perfectio quædam. Sed diuina perfectio omnem perfectionem complectitur. Ergo.

1. Concl.

Beatitudo falſa, vt deficit a ratione veræ beatitudinis, non eſt in Deo, ſed vt habeat de ſimilitudine quantumcunque tenuis beatitudinis.

. Concl.

Bona quę ſunt in creaturis corporaliter, in Deo ſunt ſpiritualiter, ſecũdum modũ ſuum.

TRACT. DE TRINITATE.

Quæſt. 27. De proceſſione diuinarum perſonarum.

Art. 1. Vtrum proceſſio ſit in diuinis.

. Concl.

IN Deo eſt proceſſio ſecundum emanationem intelligibilem.

1. Ioan. 7. Ego ex Deo proceſſi.

2. Sicuti per actionem in materiam exteriorem attenditur proceſſio ad extra: ita attenditur proceſſio quædam ad intra ſecundum actionẽ in manentem, & patet in intellectu, cuius actio manet in intelligente: & ideo quicunq; intelligit ex hoc ipſo quod intelligit, producit aliquid intra ſe ex vi intellectiua proueniens, & ex eius notitia procedens, quod dicitur, verbum cordis. Sed cum Deus ſit ſupra omnia quæ de eo dicuntur, non ſunt intelligẽda ſecundum modum infimarum creaturarum, quæ ſunt corporales, ſed ſecundum ſimilitudinem ſuperiorum, quæ ſunt intellectuales. Ergo proceſſio in Deo non eſt accipienda, vt eſt in corporalib. per motum localem, vel per actionem cauſæ in exteriorem effectum, ſed ſecundum emanationem intelligibilem, & ſic fides catholica proceſſionem ponit in diuinis, vnde ſoluitur primum argumentum.

3. Concl.

Arrius accipit hanc proceſſionem ſecundũ quod effectus procedit à cauſa, dicens filium procedere à Patre tanquam primam creaturam, & Spiritum ſanctum ab vtroque tanquã creaturam vtriuſq;. Vnde nec filius, nec Spiritus ſanctus eſſet verus Deus, ſed contra dicitur de filio. 1. Ioan. vlt. & de Spiritu Sancto. 1. Corinth. 3..

3. Concl.

Sabellius accipit proceſſionẽ, prout cauſa dicitur procedere in effectum, in quãtum vel illum mouet, vel ſimilitudinem ſuam ei imprimit. Vnde ait Deum Patrem vocari filium, quod carnem aſſumpſit, & Spiritum ſanctũ, quia creaturam rationalem ſanctificat, ſed contra hoc dicitur Ioan. 5. Non poteſt facere à ſe filius quicquam, &c.

† 4. Concl

Quod procedit ad extra debet eſſe diuerſum ab eo, à quo procedit: non autem quod procedit ad intra: imo quãto perfectius procedit, tanto magis eſt vnũ cum eo, à quo procedit. Vnde cum diuinum intelligere ſit infinitæ perfectionis, neceſſe eſt, quod verbum diuinum ſit perfecte vnum cum eo, à quo procedit.

5. Concl.

Procedere à principio vt extraneum, & diuerſum repugnat rationi primi principij, ſed vt intimum, & abſq; diuerſitate per modum intelligibilem includitur, in ratione primi principij, quod eſt rerum artifex, in quo eſt conceptio artis..

Art. 2. Vtrum aliqua proceſſio in diuinis generatio dici poſſit.

1. Concl.

Proceſſio verbi in diuinis dicitur generatio. *1. Pſalm. 2. Ego hodie genui te.*

2. Generatio quæ eſt propria viuentibus, eſt origo viuentis à principio viuente coniuncto, ſecundum rationem ſimilitudinis in natura eiuſdem ſpeciei. Sed hæc generationis ratio conuenit proceſſioni verbi in diuinis: quia procedit per modum intelligibilis actionis, quæ eſt operatio viua, & à prin-

obiectū voluntatis: & ideo secundum bonitatem, & alia attributa non accipiuntur aliæ processiones.

4. Concl. Deus simplici actu omnia intelligit, & omnia vult: & ideo non potest esse processio verbi ex verbo, & amoris ex amore, & vt in nobis: sed solum vnum Verbum perfectum, & vnus Amor perfectus: & in hoc eius perfecta manifestatur fœcunditas.

Quæst. 28. De relationibus diuinis.

Art. 1. Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales.

1. Concl. RElationes quædā sunt in diuinis realiter. *1. Si paternitas, & filiationes essent in Deo realiter, sequeretur quod Deus non esset realiter Pater, aut Filius, sed secundum rationem tantum, quod est hæresis Sabelliana.*

2. Hoc supposito, quod solum in his, quæ dicuntur ad aliquid, inueniatur aliquid esse secundum rationem tantum, & non secundum rem: & hoc quia ex sua ratione solum designant respectū vnius ad alterum, qui respectus aliquando est in ipsa rerum natura, vt cum aliquæ res secundum naturam adinuicem ordinatæ sunt, & inclinationem habent; & huiusmodi relationes oportet esse reales. Aliquando respectus est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis vnum alteri. & tunc est relatio rationis tantum. Ex his conficitur secunda ratio: Quando aliquid procedit à principio eiusdem naturæ necesse est, vt procedens, & id, à quo procedit sint eiusdem ordinis, & consequenter quod habeant reales respectus ad inuicem. Sed processiones in diuinis sunt in identitate naturæ. Ergo relationes secundum processiones diuinas sunt reales.

2. Concl. Ad aliquid, dicitur omnino non prædicari in Deo secundum rationem inhęrentiæ, *Quia in Deo non inhæret*: Prædicatur tamen relatio de Deo per modum ad aliud se habentis.

Boet lib. de Trin. Boëtius relationes diuinas assimilat relationi identitatis, quę est solum secundum rationem quantum adhoc, quod per huiusmodi relationes non diuersificantur substantiæ; sicuti nec per relationem identitatis.

4. Concl. In Deo non est realis relatio ad creaturas. *Quia Deus extra ordinem totius creaturæ, quæ à Deo procedit in diuersitate naturę.* At in creaturis est realis relatio ad Deum. *Quia ipsa continentur sub ordine diuino, inearum natura est, quod dependeant à Deo: sed processiones diuinæ sunt in eadem natura: & sic non est similis ratio.*

5. Concl. Relationes, quæ cōsequuntur operationē intellectus, quæ sunt inter verbum intellectualiter procedens, & illud à quo procedit, non sunt relationes rationis tantum, sed rei. *Quia & ipse intellectus & ratio quædam res est. & comparantur realiter ad id quod procedit intellectibiliter.* Vnde paternitas, & filiatio sunt relationes reales in diuinis.

Art. 2. Vtrum relatio in Deo idem sit quod sua essentia.

1. Concl. Relatio realiter existens in Deo est idem essentia secundum rem, & non differunt, nisi secundum rationem.

1. Quia aliàs esset creatura, & non esset adorāda latria, contra Ecclesiæ consuetudinem.

2. Pro quo nota: In quolibet genere accidentis duo sunt: vnum quod est commune omnibus inuisum ineſſe subiecto; alterum est propria ratio cuiuscunque, quæ in omnibus aliis generibus à relatione, accipitur secundum comparationem ad subiectum; sed in relatione non in comparatione ad illud, in quo est, sed ad aliquid extra. quare relationes, sunt assistentes, significantes respectum vnius ad alterum; vt autem accidentia sunt, inhærent subiecto. Tunc, quicquid in rebus creatis habet esse accidentale, translatum in Deum habet esse substantiale; quia in Deo nihil est accidens in subiecto. Ergo relatio in Deo existens habet esse essentiæ. Ergo non differt ab ea realiter. Quod differant ratione, patet, quia relatio importat respectum ad suum oppositum; essentia autem non.

† 2. Concl. Lib. 5. de Trin. c. 6. Verba Aug. nō omne quod dicitur de Deo, dicitur secundum substantiam, &c. non probant paternitatem, vel aliam relationem non esse idem quod diuina essentia; sed quod nō prædicentur secundum modum substantiæ, vt existens in eo de quo dicitur, sed vt ad alterum se habens.

3. Concl. Lib. 5. de Trin. c. 1. Illud etiam quod omnis res quæ relatiue dicitur, est etiam aliquid, excepto relatiuo; solum probat in diuinis essentiam, & relationem differre secundum rationem

4. Concl. Si diuina essentia nihil plus contineret, quam quod significat nomen relatiuum, sequeretur, quod esse eius esset imperfectum: sed diuinę essentiæ perfectio est maior, quam quod aliquo nomine comprehendi possit, comprehendat in se omnium generum perfectiones, vnde non sequitur quod sit imperfecta, quocunque nomine nominetur.

(:)

Art. 3. Vtrum relationes, quæ sunt in Deo, realiter ab inuicem distinguantur.

1. Concl. In Deo est realis distinctio non quidem secundum rem absolutam, quæ est essentia, sed secundum rem relatiuam.

1. Quia relatio in diuinis multiplicat Trinitatem, vt ait Boet. Si ergo relationes non distinguerentur realiter, non esset in diuinis Trinitas realis, quod Sabellius sensit.

Libr de Trin. *2. Vbi sunt relationes, quæ inter se realiter opponuntur, ibi est distinctio realis secundum relationem; quia quod tribuitur alicui, tribuitur ei secundum propriam rationem attributi: & ita cum oppositio relatiua in sua ratione includat distinctionem, vbi sunt relationes reales, erit distinctio realis. Sed in Deo, vt est probatum, sunt relationes reales, Ergo.*

2. Concl. Illud, quæcunque vni & eidem sunt eadē, sibi inuicem sunt eadem, habet veritatem quando illa sunt eadem illi, re & ratione: cuiusmodi non sunt relationes cum essentia.

3. Concl. Bonitas & potentia non distinguuntur. *Quia non important in suis rationibus aliquam oppositionem*; non sic relationes.

4. Concl. Licet relationes, proprie loquendo, non oriantur, aut procedant ab inuicem: tamen, accipitur per oppositum secundum processionem alicuius ab alio.

Art. 4. Vtrum in Deo sint tantum quatuor relationes reales, scilicet, paternitas, filiatio, spiratio, & processio.

Concl. In Deo sunt tantum quatuor relationes reales, scilicet, paternitas, filiatio, spiratio, & processio. Quot sunt processiones in diuinis ad intra, tot sunt ibi in duplo relationes, reales, & non plures.

Quia in quamlibet processione oportet sumere duas relationes oppositas, vnam procedentis à principio, alteram ipsius principij. Sed in diuinis non sunt nisi duæ processiones, nempe Verbi, & Spiritus sancti, quæ attenduntur secundum operationes immanentes, quæ sunt duæ, nec enim Deus secundum emanationem in creaturas realiter refertur, Ergo in illa relatio principij dicitur paternitas relatio procedentis à principio, filiatio: in ista relatio principij spirati, procedentis vero, processio.

5. Concl. In Deo intellectus, & intellectum, voluntas & volitum sunt vnum & idem: vnde inter hæc nō sunt relationes reales, vt possunt esse in nobis.

6. Concl. In nobis actus intelligendi multiplicantur in infinitū, & consequenter relationes intellectæ, quod nō habet locum in Deo, qui vno actu omnia intelligit.

4 Concl. Respectus ideales sunt intellecti à Deo: vnde ex eorum pluralitate non sequitur esse plures relationes in Deo; sed Deum cognoscere plures relationes.

5. Concl. Æqualitas, & similitudo in Deo non sunt relationes reales.

6. Concl. Licet via sit eadem ab vno termino ad alterum, & è conuerso: tamen sunt diuersi respectus; ideo non sequitur quod eadem sit relatio Patris ad Filium & è conuerso. Vnde soluitur argumentum, sed contra: quo probabatur esse pauciores.

Quæstio 29. De personis diuinis.

Art. 1. De definitione personæ.

1. Concl. Libr. de duab. nat. PErsona rectè definitur à Boetio. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia.

Nam licet particulare inueniatur in quolibet genere: tamen specialis quodammodo individuum inuenitur in genere substantiæ, & habet speciale nomen præ aliis, scilicet, hypostasis, vel prima substantia: quia substantia individuatur per seipsam, accidens vero per subiectum. Sed adhuc specialiore, & perfectiore modo individuum inuenitur in substantijs rationabilibus, quæ habent dominium sui actus, & vocatur speciali nomine, persona. Vnde in prædicta definitione ponitur substantia individua, vt significetur singulare in genere substantiæ; & rationalis natura, vt significetur singulare in rationabilibus substantijs.

† 2. Concl. Licet hoc, vel illud singulare non possit definiri: tamen quod pertinet ad communem rationem singularitatis potest definiri.

3. Concl. Substantia in definitione accipitur communiter, vt diuiditur in primam & secundā; & additur, indiuidua, vt supponat pro prima.

4. Concl. Nomen, *individuum*, ponitur in definitione ad designandum modum subsistendi, qui competit substantijs particularibus: & ideo non conuenit quod sit nomen intentionale.

5. Concl. Conuenientius Boet. vsus est nomine personæ, quam essentiæ.

Quia illud desumitur à forma à qua perficitur, hoc autem esse, quod est communissimum.

6. Concl. Anima est pars speciei humanæ, & ideo separata, non potest dici substantia indiuidua, quæ, est hypostasis.

Art. 2. Vtrum persona sit idem quod hypostasis, subsistentia, & essentia.

1. Concl. Persona in genere rationalium substantiarum

rum idem significat, quod hypostasis, subsistentia, & res naturæ in toto genere substantiarum.

Nam substantia quo modo dicitur quidditas rei, quam Græci ousiam, nos essentiam vocamus: alio modo subiectum, vel suppositum, vel quod subsistit in genere substantiæ: & hoc, nomine intentionis, vocatur suppositum; nomine autem rei, secundum quod per se existit, & non in alio subsistentia; secundū quod supponitur naturæ communi, dicitur res naturæ: secundum vero quod supponitur accidentib dicitur hypostasis, vel substantia: & hæc omnia nomine personæ significantur.

† 1. Concl. Hypostasis ex propria significatione significat indiuidum substantiæ; sed ex vsu loquēdi sumitur pro indiuiduo rationalis creaturę.

3. Concl. Sicuti nos dicimus tres psonas & tres subsistentias, ita Græci dicunt tres hypostases: sed quia apud nos hypostasis quandoq; significat essentiā, ideo, ne detur erroris occasio, accipitur tantum pro subsistentia.

4. Concl. Hypostasis, & persona addunt supra rationem essentiæ principia indiuiduantia: nec sunt idem cum essentia in compositis ex materia & forma.

Quia essentia, est quod significatur per definitionem, quæ tantū complectitur principia speciei.

5. Concl. Boët. dicit genera & species subsistere in quantū eorum indiuidua in genere substantiæ subsistunt, non quod species, vel genera subsistant, nisi secundum opinionē Platonis.

6. Concl. Indiuiduum substat accidentibus ex proprietate materiæ; sed quod per se subsistat habet ex proprietate suæ formæ. Vnde hypostasin Boët. attribuit materiæ, cum sit principiū substandi; vltimum, siue subsistentiam formæ, quia est principium subsistendi.

Art. 3. Vtrum nomen personæ sit ponendum in diuinis.

1. Concl. Persona dicitur de Deo excellentiore modo, quam de creaturis. (*tris, &c.*

1. Et Athanas. in symbolo: Alia est persona patris, &c.

2. quidquid est perfectionis in creaturis, Deo excellentiore modo est tribuendum: quia cum essentia contineat omnem perfectionem. Sed persona significat id quod est perfectissimum in tota natura, Ergo.

† 2. Concl. Licet nomen personæ in diuinis scripturis non inueniatur assertum de Deo: tamen sat est quod sit res, ipsa nimirū id quod tale nomen significat, qui est esse per se ens, & perfectissime intelligens: nec est prophana hæc nominum nouitas, quia à scripturarum sensu non dissonat.

3. Concl. Persona non conuenit Deo quantum ad id, à quo impositum est nomen, sed quantum ad id, ad quod significandum imponitur. Idē dicas de nomine hypostasis.

Quia licet non subsistet accidentibus, subsistat tamen per se.

4. Concl. Deus potest dici rationalis natura, vt ratio non importat discursum, sed intelligibilem naturam. Indiuiduum etiam non competit Deo, vt principium indiuiduationis est materia, sed vt dicit incommunicabilitatem: & substantia, vt significat subsistere per se.

Art. 4. Vtrum hoc nomen persona, *significet relationem.*

2. Concl. Persona diuina significat relationem per modum substantię .i. hypostasis, in natura diuina.

1. Ex Boet. Lib. de Trin.

2. Persona significat id, quod est distinctum in qualibet natura, quia significat indiuiduum, quod est indistinctum à se, & distinctum ab alijs. Sed in diuinis distinctio non est, nisi per relationes originis, vt dictum est. Ergo persona diuina significat relationem: & quoniam in diuinis relatio non est sicut accidens inhærens subiecto, sed est ipsa diuina essentia, persona erit subsistens, sicuti diuina essentia: itaque vt deitas est Deus, sic paternitas diuina, est Deus pater.

2. Concl. Aliqui voluerunt nomen, *personæ*, simpliciter ex vi vocabuli, significare essentiam, vt nomen, *Deus*: sed propter instantiam hæreticorum, poni pro relatiuis præcipue in plurali, cum nomine partitiuo: vt cum dicimus, tres personas: vel alia est persona Patris, alia filij: & ꝙ in particulari potest sumi pro absoluto & relatiuo: sed hoc est insufficiens. *Quia sic non esset quæstata hæreticorum calumnia.*

3. Concl. Alij dicunt nomen personæ in diuinis significare simul essentiam & relationem, sed quidam significare essentiam in recto, & relationem in obliquo. *Quia persona, est quasi per se una: Vnitas autem pertinet ad essentiam, & per se implicat relationem in obliquo.* Quidam contra dixerunt nimirum significare relationem in recto, essentiā in obliquo: & hi propinquius, ad veritatem accesserunt. *Quia natura in definitione personæ ponitur in obliquo. Debet autem accipi relata, non vt relata est, sed vt significata per modum hypostasis.*

† 4. Concl. Aug. inquit, personā significare essentiam, prout in Deo essentia est idē cum hypostasi.

Quid, quandoq; quærit naturam: vt quid est homo; quandoque suppositum, vt quis natat in mari? & sic circa illud, tres, sunt qui

† 4. Concl. lib. 7. de tri. ca 6.
1 Concl. 1 Ioan. 5 i. ubi etc.

teſtimonium dant in cælo, quærentibus qui tres: reſponſum eſt, tres perſonæ.

Concl. In diuinis per ſubſtantiam indiuiduam. i. incommunicabilem, ſignificatur relatio.

Concl. Licet nomen perſonæ in Angelis & hominibus non ſignificet relationem: non tamẽ ſequitur, quod æquiuoce dicatur de Deo, & hominibus, quia diuerſa ratio minus cõmunium, non facit æquiuocationẽ in magis communi: vnde colligitur, perſonam in cõmuni non includere relationem.

Quæſtio 30. De pluralitate perſonarum in diuinis.

Art. 1. Vtrum ſint ponendæ plures perſonæ in diuinis.

. Concl. IN diuinis ſunt plures perſonæ.

1. *Athanaſ. alia eſt perſona patris, alia filij, alia Spiritus Sancti.*

n ſymb. 2. *Nomen perſona, in diuinis ſignificat relationem, vt rem ſubſiſtentem in diuina natura.*

Sed plures ſunt relationes reales in diuinis, vt probatum eſt. Ergo.

2. Concl. Subſtantia nõ ponitur in definitione perſonæ, vt ſignificat eſſentiam: ſed vt ſignificat ſuppoſitum: vnde non ſequitur, quod ſi ſunt tres perſonæ, ſint tres eſſentiæ.

3. Concl. Proprietates abſolutæ in diuinis non opponuntur adinuicem, & quamnis ſubſiſtãt, non tamen ſunt plures ſubſiſtentes: at proprietates relatiuæ, & ſubſiſtũt, & opponuntur; ideo realiter diſtinguuntur: & hæ faciunt pluralitatem perſonarum.

4. Concl. A Deo excluditur pluralitas abſolute dictorum, non autem relatiuorum.

5. Concl. Si in diuinis accipiatur numerus abſolute, ſeu abſtracte, nihil prohibet in eo eſſe totũ, & partem: quia huiuſmodi numerus non eſt niſi in intellectu: ſi autem ſumatur numerus, vt eſt in rebus numeratis, ſic in creaturis vnum eſt pars duorum, vt vnus homo duorum: & duo trium, &c. & ſic non eſt in Deo.

Quia tantum eſt Pater, quanta tota Trinitas.

Art. 2. Vtrum in Deo ſint plures perſonæ, quam tres.

1. Concl. Tres tantum ſunt perſonæ in diuinis: Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.

Ioan. 5. lit. ung lib. 7 de trin. c. 4 1. *ſuperabul. Tres ſunt qui teſtimonium, &c. quærentibus quid tres, reſpondetur, tres perſonæ. Ergo.*

2. *Cum plures perſonæ diuinæ ſint plures relationes ſubſiſtentes adinuicem realiter diſtincta ſola oppoſitione relatiua, ſequitur omnes relationes oppoſitas ad diſtinctas perſonas, non oppoſitas ad eandem perſonam pertinere. Ergo cum paternitas & filiatio opponantur, paternitas erit. Perſonæ Patris & filiatio perſona Filij: ſpiratio autem & proceſſio cum ſint oppoſitæ, ad eandem perſonam pertinere non poſſunt: quare vel ambæ; vel vna harum conueniunt vtrique dictarum perſonarũ: ſed eſſe non poteſt, vt proceſſio conueniat patri, & Filio, vel alteri horum; quia ſic proceſſio intellectiua ſecundum quam accipitur generatio, prodiret ex proceſſione amoris, ſecundum quam accipitur ſpiratio & proceſſio: ſi perſona generans & genita, procederent a ſpirante: vnde relinquitur, vt ſpiratio conueniat vtrique, cum nulli opponatur, & quod proceſſio conſtituat aliam perſonam, ſcilicet Spiritum ſanctum. Ergo tantum ſunt tres perſonæ.*

† 2. Concl. Licet ſint quatuor relationes in diuinis; tamen vna earum, ſcilicet, ſpiratio non ſeparatur à perſona Patris, & Filij; ſed cõuenit vtriq; & licet ſit relatio, nõ eſt tamẽ proprietas.

Quia non conuenit vni perſonæ, nec conſtituit perſonam.

3. Concl. In diuinis non debet poni alia proceſſio per modũ intellectus, vt verbum, & alia per modum naturæ, vt *Filius*, quia ipſa proceſſio verbi per modum intellectus, eſt ipſa generatio per modum naturæ. *Quia procedit ſecundum rationem ſimilitudinis.*

4. Concl. Homo habet plures operationes intrinſecas, quam alia animalia. *Quia eius perfectio eſt per modum compoſitionis: ſed in Deo, propter eius ſummam ſimplicitatem, eſt tantum vnica operatio, quæ eſt eius eſſentia: quo autem modo duæ ſint proceſſiones, dictum eſt.*

5. Concl. Spiritus ſanctus per ſuam bonitatem non producit aliam perſonam.

Quia habet eandem numero bonitatem, quam habet Pater: quæ ei conuenit, vt ab alio accepta. Petro autem, vt ei, à quo communicatur alteri. Oppoſitio autem relationis non permittit, vt cum relatione Spiritus ſancti ſit relatio principij reſpectiua diuinæ perſonæ, quia ipſe procedit ab aliis.

6. Concl. Numerus terminatus, vt eſt in intellectu, menſuratur per vnum: ſi vero accipiatur, vt eſt in diuinis perſonis, non menſuratur.

a *Quia ſunt immenſæ.*

Art. 3. Vtrum termini numerales ponant aliquid in diuinis.

1. Concl. Termini numerales in diuinis ſignificant illa, de quibus dicuntur ſolam, negationem addendo.

Li. 4 de tri. Li. 1. de fide. c. 2. 1. *Ex Hilar. & Ambr. qui hoc docent.*

2. *Termini numerales in diuinis non ſumũtur a nume-*

a numero, qui est species quantitatis, sed à multitudine transcendente; quia alias sequeretur, quod non dicerentur de Deo, nisi metaphorice, cum proprietates corporales non dicantur de Deo, nisi per metaphoram. Ergo significant illa, de quibus dicũtur sola negatione addita: quia vnus transcendentaliter addit solam negationem diuisionis: vnus vero predicamentale dicit certum accidens.

2. Concl. Pluralitas duplex est, altera materialis, altera transcendentalis; hæc non est in aliquo genere; illa vero est species quantitatis, & hanc cõsiderantes aliqui, dixerunt terminos numerales non ponere aliquid in diuinis, sed tantum remouere. Alij vero dixerunt numerum in Deo poni secundum propriam rationem numeri, nõ autem secundum rationem sui generis, sicuti scientia.

† 3. Concl. Vnum trãscendens est commune tam substãtiæ, quam relationi: & ideo in diuinis potest stare pro substantia, & pro relatione.

4. Concl. Multitudo ponit aliquid in creatis, *Quia est species quantitatis*; in Deo autem nihil ponit, *Quia est transcendentalis.*

5. Concl. Vnum non est remotiuum multitudinis, sed diuisionis, quæ est prior secundum rationem: Multitudo autem non remouet vnitatem, sed diuisionem circa vnumquodque eorum, ex quibus constat multitudo.

Art. 4. Vtrum nomen persona possit esse commune tribus personis.

1. Concl. Nomen, *persona*, est commune tribus personis diuinis.

Lib. 7. de Trin. 1. *Quia ad interrogationem factam. Quid tres? respondetur, tres personæ, quia commune est eis, ad quod est, persona. ex Aug.*

2. *Esse subsistes distinctum ab alijs, est commune tribus personis diuinis. Sed nomen persona significat rem subsistentem in tali natura distinctam ab alijs. Ergo.*

2. Concl. Hoc nomen nõ est commune, sicut genus vel species, sed vt indiuiduum vagum. *Quia nomina generum & specierum non sunt imposita ad significandas naturas cõmunes*: indiuiduum autem vagum significat naturam communem determinatam, quæ conuenit singularibus.

3. Concl. Ista communitas non est communitas rei, sed secundum rationem: Quoniam alias sequeretur vnam esse personam trium, sicut essentia est vna. Vnde soluitur primum argumentum.

4. Concl. Aliqui dixerunt, esse communitatem negationis; quia in definitione personæ ponitur incommunicabile: alij quod sit communitas intentionis, sed vtrumque tollitur per hoc, quod nomen personæ nõ est nomen negationis, neque intentionis, sed rei.

† 5. Concl. Licet persona sit incommunicabilis: tamẽ ipse modus existendi incommunicabiliter potest communicari.

6. Concl. Quamuis huiusmodi cõmunitas sit rationis, non rei, non tamen sequitur, quod in diuinis sit vniuersale, vel particulare, vel genus, vel species, tum quia nec in humanis rebus communitas personæ est communitas generis vel speciei: tum quia personæ diuinæ habent vnum esse, ac genus & species prædicãtur de pluribus secundum esse differentibus.

Quæstio 31. De his, quæ ad vnitatem, vel pluralitatem pertinent in diuinis.

Artic. 1. De nomine Trinitatis.

1. Concl. TRinitatis nomine in diuinis vtendũ est.

1. *Athanas. in symb. Vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda est.*

2 Hoc idem quod in diuinis significat pluralitas indeterminate, significat hoc nomen, Trinitas, determinate. Sed in diuinis ponitur pluralitas personarum. Ergo.

† 2. Concl. Hoc nomen *Trinitas*, ex etymologia vocabuli videtur significare vnam essentiam triũ personarum, quasi trium vnitas: sed secundũ propietatem vocabuli significat numerũ personarum vnius essentiæ, non autem ipsas reuelationes: vnde Pater non dicitur Trinitas. *Quia non est tres personæ.*

3. Concl. Nomen. *Trinitas*, conuenit cum nominibus collectiuis, vt significant pluritatem suppositorum: differt autem, quia Trinitas importat, non solum vnitatem ordinis sed etiam essentiæ.

4. Concl. Licet in Deo sit Trinitas, quæ dicit numerum ternarium personarum, non tamen est triplicitas, quæ significat proportionem inæqualitatis.

5. Concl. Cum dicimus, *Trinitatem in vnitate*, non ponimus numerum in vnitate essentiæ, sed personas numeratas ponimus in vnitate naturæ.

6. Concl. Econuerso dicimus vnitatem in trinitate, sicuti natura dicitur esse in suis suppositis.

Non potest dici, quod Trinitas sit trina. *Quia sequeretur quod tria essent supposita Trinitatis: sicuti cum dico, Deus trinus, sequitur, quod tria sint supposita Deitatis.*

Art. 2. Vtrum filius sit alius à patre.

1. Concl. Filius est alius à patre.

b. de fid. ad Petr. c. 1.

1. *Ex Auguſt. quis ait, alius eſt Pater, alius eſt Filius, alius eſt Spiritus ſanctus.*

2. Alius, *maſculine ſumptum, non importat, niſi diſtinctionem ſuppoſiti, vel perſonæ. Ergo: patet conſeq. quia Filius eſt aliud ſuppoſitum diuinæ naturæ, cum ſit alia perſona, & hypoſtaſis.*

2. Concl. Cum de Trinitate loquimur, cum cautela, & modeſtia eſt agendum.

1. *Quoniam ex verbis inordinate prolatis, incurritur hereſis.*

Hier. lib. 1. de Trin. c. 3

2. *Quia nullibi periculoſius erratum, vt ait Auguſt.*

3. *Quia oportet duos errores oppoſitos cauere, nimirum Arrij & Sabellij. Propter errorem Arrij debemus vitare nomen diuerſitatis & differentiæ, ne tollatur vnitas eſſentiæ: & debemus vti nomine diſtinctionis, propter oppoſitionem relatiuam.*

Amb. lib. 1. de fide, c. 2. Hilar. li. 7. de Trin.

Rurſus vitandum eſt nomen ſeparationis, & diuiſionis, ne tollatur ſimplicitas, & nomen diſparitatis, ne tollatur æqualitas, atque alienus & diſcrepantis, ne tollatur ſimilitudo.

Ambr. li. 2. de fide, c. 2. Hilar. li. 4. de Trin.

Propter errorem Sabellij debemus vitare ſingularitatem, ne tollatur communicabilitas eſſentiæ: nomen vnici, ne tollatur numerus perſonarum: nomen confuſi, ne tollatur ordo naturæ à perſonis: nomen ſolitarij, ne tollatur conſortium trium perſonarum.

† 3. Concl. Licet Filius ſit alius, non ideo eſt diuerſus à Patre; *quia nomen* alius, *ſe tenet ex parte ſuppoſiti*: ſed diuerſitas requirit diſtinctionem ſubſtantiæ.

4. Concl. Item non quia alius, ideo differens; *quia differentia importat diſtinctionem formæ*: vnde hoc nomen nõ proprie conuenit diuinis. Vbi autem apud probatos auctores inuenitur, ſumitur pro diſtinctione.

5. Concl. Rurſus, non quia alius, ideo alienus; *quia alienum importat extraneum, & diſſimile.*

6. Concl. Per neutrum genus, cum ſit informe, conueniẽter ſignificatur eſſentia communis: per maſculinum autem, cum ſit formatum, ſignificatur aliquod ſuppoſitum: & ideo in diuinis dicitur, Pater eſt alius à Filio, & non aliud: & contra, dicimus quod ſunt vnum, & nõ vnus.

Art. 3. Vtrum dictio excluſiua, ſolus, ſit addenda termino eſſentiali in diuinis.

1. Concl. 1. Tim. 1. *Solus*, ſi ſyncategorematice ſumatur, poteſt addi termino eſſentiali in diuinis.

1. *Regi ſeculorũ immortali, inuiſibili, ſoli Deo, ait Paul.*

2. *Quia poſſunt excludi cætera à conſortio prædicati: vt patet, ſi dicas*: ſolus Deus eſt æternus, *cum nihil præter Deum ſit æternum. Sed hoc facit dictio, ſolus, ſyncategorematice ſumpta, quoniam ſyncategorematica dictio importat ordinem prædicati ad ſubiectum.*

1. Concl. Solus, categorematice, non poteſt addi termino eſſentiali in diuinis.

Quia ſequeretur Deum eſſe ſolitarium: nam dictio categorematica abſolute ponit rem ſignificatam circa aliquod ſuppoſitum, & ſic poneret ſolitudinem in Deo:

† 3. Concl. Conſociatio beatorum non excludit ſolitudinem in diuinis.

Quoniã ſine pluralitate perſonarum Deus eſſet ſolus, vel ſolitarius, quia non tollitur ſolitudo per aſſociationem alicuius, quod eſt extranea naturæ, ſicuti homo dicitur ſolus in horto, licet ſint ibi plátæ.

4. Concl. Aduerbium, *tantum*, poteſt poni ex parte prædicati & ſubiecti, ſed dictio, *ſolus*, proprie loquendo non ponitur ex parte p̃dicati. *Quia reſpicit ſuppoſitum in quãtum excludit aliud ſuppoſitum.* Vnde non proprie dici poteſt, Pater eſt ſolus Deus, niſi ex parte prædicati intelligatur aliqua implicatio.

5. Concl. Cum dicitur, *ſolus Deus eſt Pater*, ſi, *Pater*, prædicet perſonam, ſic eſt vera: ſi prædicet tantum relationem, eſt falſa. *Quia paternitas etiam in alijs inuenitur, licet non vnisoce.* Similiter hæc eſt vera; *ſolus Deus creat*: ſed non ſequitur, Ergo ſolus Pater: ſicuti ſolus homo eſt animal rationale. Ergo ſolus Sortes.

Art. 4. Vtrum dilectio excluſiua poſſit adiungi termino perſonali.

1. Concl. Aug. lib. 6. de trin. c. 7. Dictio, *ſolus*, ſi dicatur, ſolus Pater eſt Deꝰ, ſi accipiatur categorematice, facit ſenſum falſum.

Quia facit patrem ſolitarium.

2. Concl. Si ſumatur ſyncategorematice, & excludat à forma ſubiecti, eſt vera, ſed impropria: & eſt ſenſus, ille cum quo nullus alius eſt pater, Deus.

3. Concl. Si autem ſecundum proprium ſenſum excludat à conſortio prædicati, *aliũ*, maſculine, eſt falſa, ſed ſi excludat, *aliud*, tantũ, eſt vera.

Quia Filius eſt alius à Patre, non aliud.

4. Concl. Quia dictio, *ſolus*, reſpicit proprie ſubiectum, excludendo alium, non aliud, ideo huiuſmodi propoſitiones ſi inueniantur in authentica ſcriptura, non ſunt extendendæ, ſed piè exponendæ.

† 5. Concl. Ioan. 6. Aug. lib. 6. de trin. c. 9. Cum dicitur, *te ſolum Deum verum*, non intelligitur de perſona Patris, ſed de tota Trinitate. Vel dic quod, *ſolus*, non excludit alias perſonas, ſed tantum, *aliud*.

6. Concl. Similiter cum dicitur, *Nemo nouit Filium, niſi Pater*, non excluditur Filius, nec Spiritus ſanctus propter eſſentiæ vnitatem.

7. Concl. Dictio excluſiua non excludit illa, q̃ ſunt de intellectu termini cui adiungitur, ſi non differant ſecundum ſuppoſitum.

8. Concl. Ab Eccleſia non dicitur abſolute, quod ſolus filius ſit altiſſimus, ſed cum Spiritu ſancto in gloria Dei Patris.

Quæſtio 32. De diuinarum perſonarum cognitione.

Artic. 1. Vtrum Trinitas diuinarum perſonarum poſſit per naturalem rationem cognoſci.

1. Concl. Impoſſibile eſt per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis diuinarum perſonarum peruenire.

Lib. de trin. Lib. de fide ad Grat. c. 5. 1. *Non potest homo, ait Hilar. ſua intelligentia ſacramentũ generationis poſſe conſequi. & Ambr. Impoſſibile eſt generationis ſcire decretum, ſed per originem generationis, & proceſſionis diſtinguitur Trinitas in perſonis diuinis. Ergo.*

2. *Homo per rationem naturalem in cognitionem Dei peruenire non poteſt, niſi per creaturas. Sed per creaturas nõ cognoſcimus Deum, niſi vt eſt omnium entium principium, quod pertinet ad vnitatem eſſentiæ, nõ ad diſtinctionem perſonarum, quia creare eſt commune totis Trinitati. Ergo.*

2. Concl. Qui probare nititur trinitatem perſonarũ naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primum quantum ad dignitatem. *Quia de ratione fidei eſt, quod ſit de inuiſibilibus excedentibus rationem humanam.* Deinde quantum ad vtilitatem trahendi alios ad fidem. *Quia cum quis ad probandam fidem inducit rationes non cogentes, cadit in irriſionem infidelium.*

Hebr. 11. 1. Cor. 2.

3. Concl. Quæ ſunt fidei apud fideles, ſunt tractãda per auctoritates: apud alias ſufficit defendere, non eſſe impoſſibile, quod prædicat fides.

4. Concl. Philoſophi non cognouerunt myſterium Trinitatis per propria, quæ ſunt paternitas, filiatio, &c. ſed tãtum cognouerunt quædam eſſentialia attributa, quæ appropriantur perſonis. & Ariſt. ſolum dixit antiquos vſos fuiſſe ternario numero in ſacrificijs propter numeri perfectionem. Cum Plato ait: In principio erat verbum, &c. per verbum non intelligitur Filius, ſed ratio idealis. Et illud Triſmegiſti. Monas monadem genuit, &c. intelligitur de productione mundi.

Dior. c. 7. diuin. nom. Li. 1. de anim. tex. 1.

5. Concl. Rationes de trinitate, quæ adducuntur ab Aug. & alijs, ſunt potius ad manifeſtationem Trinitatis. *Quia trinitate poſita, congruunt huiuſmodi rationes: non tamen ita, quod per eas ſufficienter probetur Trinitas perſonarum.*

6. Concl. Cognitio diuinarum perſonarum fuit nobis neceſſaria dupliciter: Primum, ad recte ſentiendum de creatione rerum. *Quia dicendo Deum creaſſe Verbo ſuo, excluditur error aliquorum dicentium creaſſe ex neceſſitate naturæ: & ponendo proceſſionem amoris, fatemur tãtum propter amorẽ ſuæ bonitatis creaturas produxiſſe.* Deinde ad recte ſentiendum de ſalute generis humani, quę perficitur per filium incarnatum, & per donum Spiritus ſancti.

Artic. 1. Vtrum ſint ponenda notiones in diuinis.

1. Concl. Oportet in diuinis ſignificari in abſtracto, & in concreto nõ ſolum nomina eſſentialia, ſed etiam perſonalia, dicendo patrem, & paternitatem, quę dicuntur proprietates & notiones.

Lib. 3. de fide, c. 5. 1. *Ex Damaſcen. qui vtitur his nominibus abſtractis.*

2. *Ob hæreticorum inſtantiam: quia à confitentibus Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum eſſe vnum Deum, & tres perſonas, oportet reſpõderi interrogãtibus, quo ſunt vnus Deus, & quo vel quibus ſunt tres perſonæ. Ergo oportet dicere, quod deitate ſunt vnum, proprietatibus autem, vt paternitate, filiatione, &c. ſunt plures, quia ſic, tribus interrogationibus, quid, quis, & quo? reddimus tria propria reſponſiua.*

3. *Vna perſona in diuinis refertur ad duas perſonas, vt Pater ad Filium & Spiritum ſanctum, nõ vna relatione, quia alia relationes ex oppoſito reſpondentes eiuſdem eſſent rationis, & ita Filium nõ diſtingueretur à Spiritu Sancto, cum ſola relatio miſceat perſonas. Ergo oportet ſignificare relationes in abſtracto, quæ dicuntur proprietates & notiones, vt in patre diſtinguamus relationes. Nec poteſt dici, quod ſicuti Deus vnica relatione refertur ad creaturas, & creaturæ pluribus referuntur ad Deum: ita etiam Pater, per vnam ad Filiũ, & Spiritum Sanctum, & hæc duæ perſonæ per duas ad patrem.* 1. Nam *cum ratio ſpecifica relatiua conſiſtat in hoc, quod eſt ad aliud ſe habere, vna relationi ſecundum ſpeciem, non poſſunt ex oppoſito correſpondere duæ diuerſæ ſecundum ſpeciem, quia oportet aliam ſpeciem relationis eſſe domini, & aliam patris. Ergo relationibus Filij, & Spiritus ſancti non poteſt correſpondere vna tantum relatio Patris, quamuis omnibus relationibus creaturarum poſſit correſpondere vna relatio ex parte Dei: quia relationes Spiritus ſancti, & Filij, ſunt diuerſarum rationum, creaturarum autem vnius rationis.* 2. Quoniam *hic eſt ſermo de relationibus realibus vtrunque: relatio autem Dei ad creaturas non eſt realis. Ergo.*

2. Concl. Falſum eſt, quod propter ſimplicitatem perſona-

ſonarum non ſint ponendæ proprietates, & notiones in diuinis.

Quia, vt dictum eſt, hoc non derogat ſimplicitati. Nam intellectus noſter ſecundum modum ſuum diuina apprehendit, & ita ratione ſimplicitatis diuina per nomina abſtracta ſignificamus: ratione autem ſubſiſtentiæ & complementi, per nomina concreta.

† 3. Concl. Licet in ſcriptura non fiat mentio de notionibus; fit tamē mentio de perſonis, in quibus intelliguntur notiones.

4. Concl. Notiones ſignificantur in diuinis, non vt res, licet realiter ſint in Deo, ſed vt rationes, quibus cognoſcuntur perſonę. Vnde quæ habent ordinem ad actum aliquem eſſentialem vel perſonalem, non dicuntur de notionibus; vt paternitas creat: ſed eſſentialia quæ non habent ordinem ad actum, & quæ remouent conditiones creaturarum à Deo prędicantur: vt paternitas eſt æterna, &c. & ſimiliter propter identitatem rei, ſubſtantiua perſonalia, vt paternitas eſt Deus.

Art. 3. Vtrum ſint quinque notiones.

1. Concl. Notiones in diuinis ſunt quinque, videlicet innaſcibilitas, paternitas, filiatio, communis ſpiratio, & proceſſio.

Quia cum notio ſit propria ratio cognoſcendi perſonas diuinas, quæ multiplicantur ſecundum originem, oportet, vt attendatur ſecundum hos modos, à quo alius: & qui ab alio. Sed ſic ſunt quinque. Ergo. Nam ex parte perſonæ Patris vt eſt a nullo, eſt innaſcibilitas, vt ab eo alius procedit reſpectu filij, eſt generatio: reſpectu Spiritus Sancti, communis ſpiratio: Ex parte Filij vt eſt ab alio, eſt filiatio vt alius ab ipſo, communis ſpiratio: ex parte Spiritus Sancti, proceſſio. Vnde patet ad primum: quia non eſt par ratio de relationibus.

2. Concl. Harum quatuor ſunt relationes, dempta innaſcibilitate, quæ non eſt relatio, niſi per reductionem, vt dicit negationem, quæ oritur ex proceſſione alterius perſonæ. quatuor ſunt proprietates, dempta communi ſpiratione. *Quia non conueniunt omni perſonæ*: & tres ſunt proprietates perſonales conſtituentes perſonas: paternitas, filiatio, & proceſſio. *Quia innaſcibilitas eſt proprietas perſonæ, ſed non perſonalis.*

3. Concl. Licet Deus dicatur vnus propter vnitatem eſſentiæ, & trinus propter perſonas: non tamen poteſt dici quinus propter quinq; notiones: quia notiones non ſignificantur vt res, ſed vt rationes, vt dictum eſt.

4. Concl. Plures proprietates vnius perſonæ non differunt realiter.

Quia in diuinis ſola oppoſitio relatiua facit pluralitatem realem. Nec prædicantur ad inuicē quia ſignificantur vt diuerſæ rationes perſonarum.

5. Concl. Non poteſt accipi notio ex parte Spiritus S. Ex eo, q; nulla perſona procedat ab ipſo.

Quia hoc nō pertinet ad dignitatem ipſius ſicut pertinet ad auctoritatē patris, quod ſit a nullo.

6. Concl. Filio & Spiritui ſancto non imponitur communis notio.

Quia non conueniunt in vno ſpecialis modo exiſtendi à patre.

Art. 4. Vtrum liceat contrarie opinari de notionibus.

1. Concl. Licet contrarie opinari de notionibus, ſi nihil eſt, aut conſiderentur conſequens contrarium fidei.

1. Articuli fidei non ſunt de notionibus. Ergo.

2. Quoniam non pertinent directe ad fidē Ergo

2. Concl. Ad fidem aliqua pertinent directe, vt Deū eſſe vnum & trinum, Filium eſſe incarnatū, &c. & circa hæc opinari falſum inducit hæreſim, maxime ſi pertinacia adiungatur: aliqua vero indirecte, vt ſunt ea, ex quibus conſequitur aliquid contrarium fidei. Vt ſi quis diceret Samuelem nō fuiſſe filiū Helcanæ, quia ex hoc ſequitur ſcripturam eſſe falſam, & circa hęc abſque hæreſis periculo aliquis poteſt falſum opinari, antequam conſideretur, vel determinatum ſit, quod ex hoc ſequitur aliquid contrarium fidei: nam alias non eſſet abſque hæreſi. Vnde patet ad duo argumenta contraria.

Quæſtio 33. De perſona Patris.

Art. 1. Vtrum competat Patri eſſe principium.

1. Concl. Pater eſt principium.

1. Pater, ait Aug. eſt principiū totius deitatis. Lib. 4. de trī. c 20.

2. Principium eſt a quo aliquid procedit. At a Patre procedit alius, Ergo.

† 2. Concl. Græci indifferenter vtuntur nomine cauſæ, & principij in diuinis: ſed Latini ſolum nomine principij, quia communius eſt, & ideo cōuenientius ſumitur in diuinis. Nomē aūt cauſę videtur importare diuerſitatē ſubſtantię, & dependentiam alicuius ab altero.

3. Concl. Apud Græcos inuenitur de Filio, & Spiritu ſancto dici, quod principientur, non autē apud Latinos: q; licet Patri attribuatur nomen principij, vt demonſtretur origo, nihil tamen ad ſubiectionem, vel minorationem quocunque modo pertinens, attribuitur Filio, aut Spiritui ſancto. Hil. 9. Trin. Donātis auctoritate Patet maior eſt; ſed non eſt minor Filius; cui idem eſſe donatur.

Quam-

4. Concl. Quamuis nomen principij à prioritate sit sumptum: tamen in diuinis non significat prioritatem, sed originem.

Art. 2. Vtrum hoc nomen, pater, sit nomen proprie diuinæ personæ.

1. Concl. Proprium nomen personæ Patris, est hoc nomen, *Pater*, quod significat paternitatem.

1. Ex Psal. Ipse invocabit me, pater meus es tu.

2. Nomen significans id, per quod persona quæcumque distinguitur ab omnibus aliis, est nomen proprium illius. Sed, Pater, significat paternitatem, per quam Pater distinguitur ab omnibus aliis, Ergo.

† 2. Concl. In diuinis relatio est persona subsistens: vnde licet, pater significet relationem, ideo non significat personam.

3. Concl. Generatio significat rem in fieri at paternitas significat complementum generationis, & ideo potius est nomen diuinæ personæ, pater, quam generans.

4. Concl. Verbum nostrum, quia non subsistit, non dicitur proprie filius: at diuinum subsistit & ideo non metaphorice, sed proprie dicitur filius, & eius principium, pater.

5. Concl. Generatio, & paternitas, quantum ad modum significandi, prius dicuntur de creaturis: sed quantum ad rem significatam per prius dicuntur de Deo.

Quia in generatione diuina est eadem forma numero generantis, & geniti.

Art. 3. Vtrum hoc nomen, Pater dicatur in diuinis per prius, secundum quod personaliter sumitur.

1. Concl. Pater per prius dicitur in diuinis personaliter, quam essentialiter.

1. Æternum prius est temporali. Sed Deus ab æterno est pater filij, & ex tempore est pater creaturæ, Ergo.

2. Omne nomen per prius dicitur de illo, in quo saluatur tota ratio nominis perfecte, quam de eo in quo saluatur secundum quid. Vel vt per similitudinem. Sed in Deo Patre inuenitur perfecta ratio paternitatis, & in Deo filio filiationis; cum ipsorum vna sit natura, & gloria; in Deo autem & creatura non nisi secundum aliquam similitudinem, cum creatura non sit eiusdem naturæ cum Deo, Ergo.

2. Concl. Iob. 33. Deus respectu creaturæ aliquorum dicitur Pater, propter similitudinem vestigij tãtum, vt irrationabilium: aliquorum ob similitudinem imaginis, vt intellectualium; aliquorum propter similitudinem gratiæ, & aliquorum propter similitudinem gloriæ.

Dent. 32. 36. Rom. 8. Rom. 5.

† 3. Concl. Cõmunia absolute dicta secundum ordinem intellectus nostri sunt priora, quã propria.

Quia in intellectu personæ Patris, intelligitur Deus: sed communia respectu creaturarum per posterius dicuntur, quam propria: quia persona procedens in diuinis, precedit productionem creaturarum.

4. Concl. Accipere dicitur commune Filio, & creaturæ, sed secundum similitudinem quandam remotã: quomodo etiam dicitur primogenitus omnis creaturæ. Vnde patet ad tertium.

Art. 4. Vtrum esse ingenitum, sit proprium patri.

1. Concl. Esse ingenitum, est proprium Patri.

1. *Ex Hilar. Lib. 4. Trin.*

2. *Cum in diuinis Pater sit primum principiũ, quia non est principium de principio, vt Filius dupliciter potest innotescere: vel vt principium & sic innotescit paternitate, & communi spiratione per respectum ad personas ab ipso procedentes: vel vt principium non de principio, & sic innotescit per hoc, quod non est ab alio. Ad hoc pertinet ad proprietatem innascibilitatis, quæ significat hoc nomen ingenitum, Ergo.*

† 2. Concl. Licet ingenitum, negationem generationis passiue importet; non ideo sequitur, vt non possit esse notio Patris.

Quia prima, & simplicia per negationem significantur.

3. Concl. Ingenitum, est proprium Patris, vt importat negationẽ in genere principij personaliter dicti in diuinis. Vel nomine ingeniti intelligitur, quod nullo modo est ab alio: & sic, nec Spiritui sancto, nec essentiæ cõpetit.

4. Concl. Ingenitum si sumatur pro increato, est nomen substãtiale: vt autem significat id, quod non est genitum, pertinet ad relationem, & sic nõ sequitur quod Pater ingenitus distinguatur à Filio secundum substantiam, sed tãtum secundum relationem, inquantum relatio Filij negatur de Patre.

5. Concl. Quamuis sint plures ab alio procedentes, non tamen sunt plures ab alio non existẽtes.

Quia ponere duos innascibiles in diuinis, est ponere duos Deos, & duas naturas diuinas.

6 Concl. Hilar. Lib. de synod. Proprietas Patris, vt non est ab alio, melius significatur per remotionem natiuitatis, quam spirationis primum.

Quia processio spiritus sancti non habet proprium nomen: deinde, quia præsupponit generationem.

Quæst. 34. De persona Filij.

Art. 1. Vtrum verbum in diuinis sit nomen personale.

1. Concl. Aug. 7. de Trin. c. 1. VErbi nomen proprie sumptum in diuinis est personale, & nullo modo essentiale.

1. Sicut Filius refertur ad Patrem, ita Verbum ad id cuius est Verbum. Sed Filius est nomen personale; quia relative dicitur, Ergo Verbum.

2. Verbum secundum quod proprie dicitur in diuinis, significat cõceptum intellectus de cuius ratione est, vt ab alio procedat, nimirũ à notitia concipientis. Sed hoc pertinet ad rationem nominum personalium in diuinis, cum persona diuina distinguantur secundum originem. Ergo.

2. Concl. Verbum communis in nobis dicitur quod voce profertur, quod habet duo scilicet, vocem & significationem. *Quæ repræsentat conceptum mentis, & imaginationem.* Vnde primo & per se proprie, verbum dicitur, cõceptus mẽtis: secundo vox exterior. tertio imaginatio vocis: quarto figuratiue sumitur pro re significata, vt hoc est verbum Regis.

Dam. lib. 1. de fide, c. 14.

† 3. Concl. Licet quandoque verbum metaphorice de Deo dicatur, tamen dicitur, etiam proprie personaliter, contra Arrianos.

Quia cum Verbum metaphorice non dicatur de alio, nisi ratione manifestationis, necessario præsupponit Verbum proprie dictum.

4. Concl. Ex omnibus, quæ ad intellectum pertinẽt, solum verbũ dicitur personaliter in diuinis: *quia solum Verbum significat aliquid ab alio emanans non sic notitia, mentis*, &c. Cum autem dicitur quod verbum est notitia, accipitur notitia non pro actu, vel habitu: sed pro eo quod intellectus concipit cognoscendo.

5. Concl. Dicere, est personale, sicut Verbum; & cõuenit Patri: *quia importat principaliter habitudinem ad Verbum conceptum, cum dicere nihil aliud sit, quam proferre Verbum.* Dici autem est personale, si sumatur eo modo, quo dicitur verbum: est etiam essentiale, si sumatur eo modo, dicitur res in verbo intellecta.

6. Concl. Psal. 108. Creaturæ dicuntur facere verbum Dei figuratiue, vt exequũtur effectum aliquem, ad quẽ ordinãtur ex verbo concepto diuinæ sapientiæ.

Art. 2. Vtrum Verbum sit proprium nomen filij.

1. Concl. Lib. 6. de Trin. cap. Verbi nomen proprie dictum in diuinis, est proprium nomen personæ Filij.

Ex August. qui ait, Verbũ solus Filius accipitur.

2. Persona, quæ procedit in diuinis secundum emanationem intellectus dicitur Filius, cum huiusmodi processio dicatur generatio. Sed Verbum significat emanationem intellectus. Ergo

2. Concl. Licet in nobis, verbum non sit subsistens; tamen in Deo; in quo est idem esse, & intelligere, est subsistens.

3. Concl. Error Valentini non est damnatus, quia dixit Filium prolatione natum, sed propter varium modum prolationis, quem posuit.

4. Concl. In nomine verbi eadẽ proprietas importatur, quæ in nomine, Filij. Vnde non sequitur, quod sint plures proprietates.

5. Concl. Filio eo modo cõuenit esse intelligentem, vt conuenit esse Deum. *Quia intelligere essentialiter dicitur in diuinis.* Vnde sicuti est Deus genitus, & non Deus generans, ita est intelligens, non vt producens Verbum, sed vt Verbum procedens.

6. Concl. Lib 1. cont. Exmo. Improprie, & figuratiue Basil. vocauit Spiritum sanctum verbum Filij, prout verbum alicuius dici potest omne illud, quod est manifestatiuum eius.

Art. 3. Vtrum in nomine Verbi importetur respectus ad creaturam.

1. Concl. Lib. 83. q. q 63. In nomine Verbi importatur respectus ad creaturam.

1. Ex Aug. qui ait hoc nomine significari respectum non solum ad Patrem, sed etiam ad illa, quæ per Verbum facta sunt.

2. Verbum est repræsentatiuum omnis eius, quod actu intelligitur. Sed Deus vnico actu intelligit se & creaturas. Ergo.

2. Concl. Vnicum Dei Verbum est expressiuum non solum Patris, sed etiam creaturarum.

Quia Deus se & alia vnico actu intelligit.

3. Concl. Dei Verbum, eius, quod est in Patre est expressiuum; creaturarum vero expressiuum, & operatiuum.

Quoniam scientia Dei respectu ipsius est tantũ cognoscitiua, respectu vero creaturarũ est etiam factiua: *Dixit enim, Et facta sunt.*

4. Concl. Psal. 62. Nihil prohibet, vt in significatione nominis personæ contineatur essentia, & importetur respectus ad creaturam. Vnde in nomine Verbi includitur relatio, prout verbum includit essentiam.

5. Concl. Nomine verbi importatur relatio ad creaturam, quæ consequitur actionem non transeuntem in exteriorem effectum, vt creare & gubernare, quæ dicuntur de Deo in tempore; sed actionem manentẽ in agente, vt scire & velle, quæ non dicũtur de Deo in tempore.

6. Concl. Deus nõ accipit cognitionem à creaturis: Vnde Verbum non procedit à creaturis, licet sit expressiuum creaturarum.

7. Concl.

Idea principaliter importat respectum ad creaturas; & ideo pluraliter dicitur in diuinis: nec est nomen personale, vt Verbum, quod principiliter significat relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas.

8. Conclu.

Verbum, entium est expressiuum, & factiuum: non entium vero expressiuum & manifestatiuum.

Quæstio 35. De imagine.

Art. 1. Vtrum nomen Imago in diuinis dicatur personaliter.

1 Concl. Lib 7. de Trin c. 1.

NOmen imago est nomen personale.

1. Ex Aug. qui ait, imaginem non dici ad se.

2. Ad hoc vt vere aliquid sit imago requiritur, vt ex alio procedat similitudine in specie, vel saltem in signo speciei, vt est figura. Sed ea quæ processionem seu originem important in diuinis sunt personalia. Ergo imago erit nomen personale.

† 2. Concl.

Imago proprie dicitur quod procedit ad similitudinem alterius; illud vero ad cuius similitudinem est, dicitur exemplar. Vnde impropriè dixit Aug. vnam esse imaginem Trinitatis, ad quam factus est homo.

3. Concl. Lib. de fide ad Pet. c. 1. Hil. lib. de Syn.

Imago dicitur esse speciei alicuius; sicuti id, quod assimilatur alicui dicitur forma eius, inquantum habet formam illi similem.

4. Concl.

Imitatio in diuinis personis non significat posteritatem, sed solam assimilationem.

Art. 2. Vtrum nomen Imaginis sit proprium Filij.

1. Concl. Lib. 7. de Trin. c. 2.

Licet Doctores Græci communiter dicant Spiritum sanctum esse imaginem Patris, & Filij: tamen Latini soli Filio attribuunt nomen imaginis.

1. Ex Aug. Solus Filius est imago Patris.

2. Quia non inuenitur in canonica scriptura, nisi de Filio.

Colos 1. Heb. 1.

3. Vt Spiritus sanctus sua processione accipit naturam Patris, sicut Filius, & tamen non dicitur natus; ita licet accipiat speciem similem Patris, non dicitur imago: quia Filius tantum procedit; vt verbum de cuius ratione est similitudo speciei, ad id, à quo procedit.

† 2. Concl.

Damasc. cum vocat Spiritum sanctum imaginem, id dicit more Græcorum, qui ita loquuntur.

3. Concl.

Spiritus sanctus est similis Patri & Filio, sed non est imago ob rationem dictam.

4. Concl.

Dupliciter alicuius imago in alio reperitur vel vt in re eiusdem naturæ, vt imago Regis in Filio, & sic filius est imago patris: vel vt in re diuersæ naturæ; vt imago Regis in denario, & sic homo est imago Dei.

Quæstio 36. De persona Spiritus Sancti.

Art. 1. Vtrum hoc nomen, Spiritus sanctus sit proprium nomen alicuius diuinæ personæ.

1. Concl. 1 Ioan. 5. Lib 7. de Trin c. 4. Aug. lib. 1. de trin. c. 11.

HOc nomen, *Spiritus sanctus*, est proprium diuinæ personæ procedentis per modum amoris, ex accommodatione sacræ scripturæ.

1. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S. Sed cum quæritur quid tres, ex Augustin. dicimus tres personæ, Ergo.

2. Ratio autem conuenientiæ duplex est: Altera, quæ sumitur ex ipsa communitate eius, quod dicitur Spiritus S. Nam Pater & Filius, sunt Spiritus S. Ergo conuenienter persona, quæ ab vtroque procedit, id proprie vocatur, quod ambo communiter. Altera, quia nomen Spiritus in rebus corporeis impulsionem, & motionem significat. Sed proprium est amoris, quod moueat & impellat voluntatem amantis in amatum. Ergo cum tertia persona diuina procedat per modum amoris, conuenienter Spiritus sanctus nominatur. Vnde tertia persona non habet proprium nomen, sicuti nec relationes, quæ significant processionem per modum amoris. Nam hoc nomen omnibus diuinis personis ex se competit.

† 2. Concl.

Spiritus sanctus, prout sumitur in virtute duarum dictionum, commune est toti Trinitati, sed si accipiatur in vi vnius, ex vsu Ecclesiæ est accommodatum ad significandum personam, quæ procedit ex vi amoris.

3. Concl.

Licet nomen, *Spiritus sanctus*, relatiue non dicatur, tamen pro relatiuo ponitur, vt est accommodatum ad significandam personam sola relatione ab aliis distinctam.

4. Concl.

In nomine patris, & Spiritus sancti importatur ratio principij, & motiui, ideo potest dici, Pater noster, & Spiritus noster. In nomine autem Filij, solum relatio, quod est à principio ad principium; & ideo non potest dici, Filius noster.

Art. 2. Vtrum Spiritus sanctus procedat à Filio.

1. Concl.

Necesse est dicere Spiritum sanctum à Filio esse.

1. Athan. in symbolo: Spiritus sanctus à patre & filio, &c.

2. Alias non posset ab eo personaliter distingui. Nam cum necesse sit, vt personæ diuinæ solum relationibus distinguantur, quia quæ absolute dicuntur, pertinent ad vnitatem essentiæ; & re

lationes non possint distinguere personas, nisi prout sunt oppositæ oportet, vt Filius, & Spiritus sanctus ad inuicem referantur oppositis relationibus Sed in diuinis non sunt aliæ relationes oppositæ, nisi relationes originis, quæ accipiuntur secundum principium, & secundum quod est a principio Ergo necesse est, vel quod Filius sit a Spiritu sancto, quod non est dicendum, vel quod Spiritus sanctus sit a Filio, quod nos confitemur. Quod relationes distinguentes debeant esse oppositæ constat: quia in vnica persona Patris sunt duæ relationes non distinguentes, cum non sint oppositæ. Ergo si in Filio & Spiritu sancto non essent, nisi duæ relationes non oppositæ, quibus referuntur ad Patrem, sequeretur, quod sicut Pater est vna persona, sic Filius & Spiritus sanctus essent vna persona, quod est hæreticum.

3. *Spiritus sanctus procedit per modum voluntatis, vt amor. Ergo procedit a verbo: quia nihil amamus nisi sit mente præconceptum.*

4. *In materialibus nusquam inuenitur, vt plura ab vno procedere absque ordine. Ergo cum a persona Patre procedant Filius, & Spiritus sanctus, oportet vt habeant aliquem ordinem ad inuicem. Sed non potest esse nisi ordo naturæ, quo vnus est ex alio Ergo.*

2. *Concl.* Etiam Græci aliquem ordinem ponũt, dicentes Spiritum sanctum esse spiritum Filij, esse & a Patre per Filium: negant tamen procedere, quod ex ignorantia vel proteruia faciunt.

† 3. *Concl.* Licet per verba non inueniatur in scriptura, quod Spiritus sanctus procedat a Filio, cũ dicitur: Ille me clarificabit, qui de meo accipiet. Et licet dicatur procedere a Patre, non ideo excluditur Filius, etiamsi adderetur, solus, & hoc in omnibus, præterquam in illis, in quibus Pater, & Filius secundum oppositas relationes distinguuntur.

4. *Concl.* In nostro symbolo, vbi dicitur, *Spiritum S. a Patre Filioq; procedere*, non est additum quid nouum, sed declaratum contra hæreticos id, quod virtute continebatur in prioribus.

. *Concl.* Ex eo quod dicitur, *Spiritus sanctus quiescere in Filio*, non excluditur, quin ab eo procedat.

Quia Filius in Patre manere dicitur, cum tamen ab eo procedat.

. *Concl.* Ex eo quod Spiritus S. procedit a Patre, nõ solum non est superfluum dicere, quod procedat a Filio; sed est omnino necessarium.

Quia vna virtus est Patris & Filij

. *Concl.* Spiritus sanctus personaliter distinguitur a Filio.

Quia origo vnius distinguitur ab origine alterius. sed tamen ipsa differentia originis est, quod Filius est solum a Patre, Spiritus sanctus vero ab vtroque.

Art. 3. Vtrum Spiritus sanctus procedat a Patre per Filium.

Spiritus sanctus procedit a Patre per Filium. 1. *Concl.*

1. *Ex Hilar. lib. 11. de Trin. Conserua hanc, &c.*

2. *Filius habet a Patre quod ab eo procedat Spiritus sanctus. Ergo potest dici, quod Pater spiret per Filium: quia præpositio, per, non solum significat causalitatem respectu actionis secundum quod exit ab agente, vel in genere causæ finalis, vt artifex operatur per lucrum, vel formalis, vt per artem, vel motiua, vt per imperium alterius, sed etiam significat causalitatem actionis secundum quod determinatur ad factum; vt artifex operatur per martellum.*

Respectu virtutis, qua Pater & Filius spirant Spiritum sanctum, non est ibi medium; quia est vnica virtus: sed respectu psonæ immediatę procedit a Patre, vt est ab eo: mediate autem, vt est a Filio, & hoc modo dicitur procedere a Patre per Filium. † 2. *Concl.*

Non magis procedit ab vno, quam ab altero, sed æqualiter ab vtroque. *Quia eadem est virtus:* Licet aliquando dicatur principaliter procedere a Patre, propter hoc, quod Filius habet hanc virtutem a Patre. 3. *Concl.*

Filius non est prius, quam Spiritus sanct⁹: quia sicuti generatio Filij est coæterna generanti, ita principio Spiritus sancti est coæterna sua processio. 4. *Concl.*

Cum aliquis dicitur, per aliquod operari, non semper recipitur cõuersio. Et licet dicatur secundum ordinem suppositorum agentium, quod Rex operatur per balliuum; & secundum ordinem virtutis, ꝙ balliuus opatur per Regem, tamen hoc non accidit in Patre & Filio, inter quos non attenditur ordo, quantum ad virtutem, sed quantum ad suppositа. 5. *Concl.*

Art. 4. Vtrum Pater & Filius sint vnum principium Spiritus sancti.

Pater, & Filius sunt vnum principium Spiritus sancti. 1. *Concl.* *Lib. 7. de Trin. c. 14.*

1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Pater & Filius sunt vnum in omnibus in quibus non distinguuntur relatiua oppositione. Sed in hoc quod sunt principium Spiritus Sancti, non opponuntur relatiue Ergo*

Sicut Pater & Filius sunt vnus Deus, propter vnitatẽ formæ significatę per hoc nomẽ, *Deus*; ita sunt vnum principium propter vnitatẽ proprietatis significatę in hoc nomine, 2. *Concl.*

prin-

principium. *Quia nomen principium, significat proprietatem per modum substantiæ.*

3. Concl. Si considerentur virtus spiratiua, Spiritus S. procedit ab vtroque, vt vnum sunt, virtute spiratiua, quæ significat naturam cum proprietate: cum autem considerentur suppolita, sic procedit ab eis, vt sunt plures. Nec tamen sequitur, quod propter plures proprietates Pater possit dici plura principia, quia implicaretur pluralitas suppositorum.

4. Concl. In diuinis personis non attenditur similitudo, & æqualitas secundum relatiuas proprietates, secundum quas Pater & Spiritus sanctus non sunt vnum principium; sed secundum essentiam.

5. Concl. Cum dicimus, Pater & Filius sunt vnum principium, ly *principium*, nõ habet determinatam suppositionem, sed confusam ꝓ duabus personis simul; & sic potest dici vnum principium, quod est Pater, & vnum principium, quod non est Pater.

6. Concl. Similiter dici potest, vnum principium Spiritus sancti est Pater & Filius.

7. Concl. Rursus Pater & Filius sunt idem principiũ Spiritus sancti, si sumatur confuse principiũ.

8 Conclu Quia spirans est adiectiuum, spirator substantiuum, possumus dicere, Pater & Filius sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositorum, secundum quæ adiectiua nomina habent numerum: non autem duo spiratores propter vnam spirationem.

Quia substantiua habent numerum à seipsis secundum formam significatam. Vnde cum Hilar. vocat auctores, vtitur substantiuo pro adiectiuo.

Quæst. 37. De nomine Spiritus sancti, qui est amor.

Artic. 1. Vtrum amor sit proprium nomen Spiritus sancti.

1. Concl. AMor in diuinis potest sumi essentialiter pro actu amãdi, & sic dicit habitudinem amantis ad rem amatam: aliquando personaliter pro eo, quod procedit per modum amoris, & sic est nomen proprium Spiritus sancti.

1. *Greg hom. 30. in Euang. Ipse Spiritus sanctus amor est.*

2. *Propter inopiam vocabulorum, nomine amoris & dilectionis vtimur ad exprimendum habitudinem eius rei, quæ procedit per modum amoris, ad suum principium, & e conuerso: ita quod per amorem intelligatur amor procedens. & per diligere spirare amorem procedentem: & sic amor est nomen personæ Spiritus sancti, & diligere, vel amare, est verbum notionale: sicuti dicere, vel generare.*

† 2. Concl. Cum Augustin. ait, vnam esse caritatem Patris, & Filij, & Spiritus sancti, loquitur de caritate essentialiter sumpta.

3. Concl. In diuinis, tam verbum, quam amor est subsistens.

Quia sunt actiones manentes in agentibus, important habitudinem quandam ad obiectum. Vnde amor etiam in nobis, sicut & Verbum est aliquid manens in amante, & dicente, cum habitudine ad rem Verbo expressam, vel amatam: & ideo dicitur, Spiritus sanctus est amor Patris in Filium.

4. Concl. Prout in Spiritu sancto, qui est amor, importatur habitudo Patris ad Filium, & è conuerso, vt amantis ad amatum; sic dicitur esse medius nexus duorum: sed secundum originem Spiritus sanctus non est medius, sed certia persona ab vtroque procedens.

5. Concl. Spiritui sancto conuenit amare essentialiter, non autem notionaliter: vnde diligit, vt amor procedens, non tamen, vt à quo procedit amor: & sic non est amor amoris.

Art. 2. Vtrum Pater & Filius diligant se Spiritu Sancto.

1. Concl. Sumendo, diligere notionaliter, Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto.

1. *Ex August. qui hoc dicit.*

Lib. 6. de Trin. c. 5. 2. *Sic diligere nihil aliud est, quam spirare amorem, sicut dicere est producere Verbum, & florere est producere flores. Ergo sicuti dicitur arbor florens floribus; sic quod Pater & Filius diligant se Spiritu sancto: quia contingit aliquid denominari per id, quod ab ipso procedit, non solum sicut agens, actione, sed etiam sicut ipso termino actionis, qui est effectus; quando tamen effectus in intellectiua actionis includitur; vt ignis est calefaciens calefactione.*

2. Concl. Sumendo, diligere, essentialiter, sic Pater, & Filius non diligunt se Spiritu sancto, sed sua essentia ita: Aug.

3. Concl. Lib. 15. de Trin. c. 7. Non potest dici quod Pater sit sapiens, vel intelligens Filio; quia esse sapientem, vel intelligentem in diuinis, nõ sumitur nisi essentialiter: sed diligere sumitur etiam notionaliter, & ideo dicitur quod Pater & Filius diligant se Spiritu sancto.

4. Concl. Non potest dici, quod Pater spiret Spiritu sancto, vel generet Filio; quia in his importatur actus notionalis tantum: dicitur autem Pater, & Filius diligunt se Spiritu sancto.

Quia quando in intellectiua actionis importatur determinatus effectus, potest denominari

principium actionis ab actione, & ab effectu, vt arbor est florens floritione, & floribus.

Concl. Pater diligit Filium, Spiritum sanctum, & creaturas Spiritu sancto.

Quia diligere notionaliter non solum importat diuinæ personæ productionem, sed etiam personam productam per modum amoris, qui habet habitudinem ad rem dilectam. Vnde sicut Pater dicit se, & omnem creaturam Verbo, ita diligit se, & omnem creaturam Spiritu sancto.

Quæst. 38. De nomine Spiritus sancti, quod est donum.

Art. 1. Vtrum donum sit nomen personale.

Diuinæ personæ competit dari, & esse donum.

1. Concl. lib. 15. de Trin. c. 19. *1. Ex Augst. ait donum Spiritus sancti esse Spiritum sanctum.*

2. De ratione doni est, quod sit alicui, vt donatoris, & possit haberi ab eo, cuius est donabile, & quod sit supra vires illius, id est, non debitum illi. Sed diuinæ personæ conuenit esse alicuius per originem, & haberi à creatura rationali sola; quia nulla alia creatura potest habere suæ personæ diuinæ, & vltimum effectum, & hoc non virtute propria. Ergo diuinæ personæ competit dari, & esse donum.*

† 2. Concl. Tripliciter aliquid dicitur esse alicui*, vel per modum identitatis, & sic donum non distinguitur à dante, sed ab eo cui datur, & sic Spiritus S. dat se: vel vt possessio, & sic essentialiter donum distinguitur à date, & ita donum Dei est quid creatū: vel dicitur, hoc esse huius, per originem tantum; & sic Filius est Patris, & Spiritus S. vtriusque; & sic donum distinguitur à dante personaliter, & est nomen personale.

3. Concl. Essentia dicitur donum Patris. *Quia est Patrum per modum identitatis.*

4. Concl. Donum, vt est nomē personale in diuinis, non importat subiectionem, sed originem tantum in comparatione ad dantem.

5. Concl. Ab æterno diuina persona dicitur donum, licet ex tempore detur.

Quia donum non dicitur ex eo, quod actu donetur, sed inquantum habet aptitudinem, vt possit dari: nec per hoc quod importatur respectus ad creaturas oportet quod sit essentiale, sed solū quod aliquid essentiale includatur in suo intellectu, sicuti essentia, in intellectu personæ.

Art. 2. Vtrum donum sit proprium nomen Spiritus sancti.

1. Concl. lib. 4. de Trin. Donum secūdum quod personaliter sumitur in diuinis, est proprium nomen Spiritus S.

1. *Ex Aug. qui ait Spiritum sanctum donum Dei esse & a Patre & Filio procedere.* Trin. c. 20

2. *Cum donum sit datori reddibile, claudit in se rationem gratuitæ donationis, quæ est amor; ideo enim damus aliquid alicui gratis, quia volumus ei bonum. Vnde sequitur amorem habere rationem primi doni per quod omnia dona gratuita donantur. Sed Spiritus sanctus procedit vt amor, vt donum est. Ergo.*

2. Concl. Sicut Filius ex vi suæ originis, quia procedit vt verbum, proprie dicitur imago, quamuis etiam Spiritus S. sit similis, ita Spiritus S. ex vi originis dicitur proprie donum, quamuis etiam Filius detur, quod est ex Patris amore.

3 Concl. Nomine doni importatur proprietas originis Spiritus sancti, & ita significatur proprie.

4. Concl. Donum, quia non importat dationem in actu, non potest dici, quod sit donum hominis, sed donum Dei, quia antequam detur, est tantum dantis, cum autem iam datum est, tunc est hominis.

Quæst. 39. De personis ad essentiam relatis.

Art. 1. Vtrum in diuinis essentia sit idem quod persona.

1. Concl. Persona est idem realiter quod essentia: & tamen ipsæ personæ inter se distinguuntur realiter.

Lib. 7. de Trin. c. 6. *1. Aug. cum dicimus personam Patris, nō aliud dicimus, quam substantiam Patris.*

2. Persona est relatio subsistens in diuina natura. Sed relatio in Deo comparata ad essentiam, nō differt re, sed ratione tantū; comparata autem ad oppositam relationem habet distinctionem realem, virtute oppositionis. Ergo.

2. Concl. Quidam putarunt, essentiam & personam differre, quod relationes essent tantum assistēres, considerantes solum quod ad alterum sunt, & non quod res sunt: quæ in Deo positę non sunt accidens, sed ipsa essentia.

† 3. Concl. In creaturis, in quibus relationes non sunt subsistētes, non potest esse distinctio suppositorum per relationes; sed oportet, vt sit per essentialia principia: non sic in diuinis.

4. Concl. Sufficit distinctio rationis, vt aliquid de persona affirmetur, quod negatur de essentia, & contra.

5. Concl. Diuinæ personæ suppositæ, vt hypostases nominantur, non quod ibi sit aliqua suppositio, vel subiectio secundum rem, sed quia rebus diuinis nomina imponimus secundum modum rerum creatarum.

Art. 2. Vtrum ſit dicendum tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ.

1 Concl. lib. 3. cōtr. Max. c. 14. Dicimus vnam eſſentiam eſſe trium perſonarum, & tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ.

1 *Aug. Homoſion idem ſignificat, quod tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ.*

2. *Cum diuina nominentur à nobis non ſecundum modum ſuum; ſed ſecundum modum in rebus creatis inuentum; ſequitur quod eſſentia diuina ſignificetur, vt forma trium perſonarum quia in ſenſibilibus natur: per materiam indiuiduatur, & ſe habet, vt forma, individuum autem vt ſuppoſitum formæ. Vnde illa forma dicitur eſſe ſuppoſita. & ſuppoſitum formæ, cum additione alicuius adiecti, quod d ſignet illam formam, vt homo eſt perfecte verum. Ergo.*

† 2. Concl. lib. de ſym. ad. Cum Hilar. dicit, quod Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſunt tria per ſubſtantiã; ſumitur ſubſtatia pro hypoſtaſi, nõ pro eſſẽtia.

3. Concl. Licet tres perſonas eſſe vnius eſſentiæ non inueniatur in ſacra ſcriptura per hæc verba; inuenitur tamen quantum ad hunc ſenſum: Vt ego & Pater vnum ſumus: ego in Patre: & Pater in me eſt.

4. Concl. Magis exprimitur vnitas diuina per hoc, quod dicitur, tres pſonas eſſe vnius eſſentiæ, quam ſi diceretur, eſſe vnius naturæ, quia nõ poſſunt dici vnius eſſentiæ, niſi ea, quorum eſt vnum eſſe: ſed vnius naturæ dicuntur, quę conueniunt in aliquo actu, licet eſſe habeant diuerſum: veram, vtrumq; dici poteſt.

5. Concl. Quia diuina eſſentia ſignificatur vt forma, reſpectu perſonæ, conuenienter eſſentia perſonæ dicitur: non autem è conuerſo, niſi aliquid addatur ad deſignationem eſſentiæ.

6. Concl. Dicendo tres perſonas vnius eſſentiæ, non oſtenditur aliud eſſe eſſentiam, quam perſonam, quod eſtẽderetur, ſi diceremus tres perſonas ex eadem eſſentia.

Quia particula ex, ſcl de, deſignat habitudinẽ cauſæ efficientis, ſcl materialis: vnde non eſt dicendum, ex, ſcl de eadem eſſentia.

7. Concl. Hil. lib. de ſyn. Male ſanctis rebus præiudicatur, ſi quia non ſanctæ à quibuſdam habentur, eſſe non dicebant. Vnde cum propoſitio in concione poſita ſit vera, non eſt negãda, licet dare poſſit occaſionem erroris.

Art. 3. Vtrum nomina eſſentialia prædicentur ſingulariter de tribus perſonis.

1. Concl. Nomina ſignificantia diuinam eſſentiam ſubſtantiue, & non pluraliter de tribus perſonis prædicantur; adiectiua vero pluraliter.

1. *Deuteron 6.* Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt: & *Athanaſius in ſymb.*

2. *Cum nomina ſubſtantiua ſignificent per modum ſubſtantiæ, adiectiua vero per modum accidentis, ſequitur quod pluralitas, & ſingularitas ſubſtãtiæ attendatur pro forma ſignificata. Quia ſubſtãtia, ſicut habet eſſe ex ſe, ſic vnitatem & pluralitatem; adiectiui vero penes ſuppoſitum: Quia & accidens non habet eſſe, niſi in ſubiecto, ſic nec vnitatem & pluralitatem, niſi ratione ſubiecti. Sed in diuinis ſubſtãtiua ſignificant eſſentiam per modũ formæ, quæ eſt ſimplex, & maxime vna in tribus perſonis; adiectiua vero reſpiciunt ſuppoſita. Ergo poſſumus dicere, tres perſonæ ſunt vnus Deus, & tres ſapientes, & tres æterni adiectiue.*

† 2. Concl. Poteſt quidem dici Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſunt tres habẽtes deitatem, *quia dicuntur adiectiue:* non tamen poteſt dici, ſunt tres Dij: *Quia Deus dicitur ſubſtantiue.*

3. Concl. Propter pluralitatẽ perſonarum, ſicut Græci dicũt, tres hypoſtaſes, ita Hebræi, elohim in plurali: nos neque Deos, neq; ſubſtantias, pluraliter dicimus, ne pluralitas ad ſubſtantiam referatur.

4. Concl. Res eſt terminus tranſcendens, & prout pertinet ad relationem in diuinis, pluraliter dicitur: vt autem pertinet ad ſubſtantiam, ſingulariter.

5. Concl. Perſona pluraliter prædicatur de tribus.

Quia forma ſignificata per hoc nomen, nõ eſſentia, vt natura, ſed perſonalitas, id eſt, proprietas perſonalis.

Art. 4. Vtrum nomina eſſentialia concreta poſſint ſupponere pro perſona.

1. Concl. Nomina eſſentialia in concreto poſſunt proprie ſupponere pro perſona.

1. *Euſy bio, ibi dicitur, Deus de Deo.*

2. *Ex modo ſignificandi: quia hoc nomen, Deus, ſignificat diuinam eſſentiam, vt habentem ipſam; ſicut hoc nomen, homo, ſignificat humanitatem in ſuppoſito. Ergo.*

2. Concl. Nomen, *Deus*, aliquando ſupponit pro eſſentia; vt cum dicitur, *Deus creat. Quia prædicatum conuenit ſubiecto ratione formæ ſignificatæ, quæ eſt deitas*, quandoq; ſupponit pro pſona, vel vna tantum, vt Deus generat: vel duab. vt Deus ſpirat; vel trib⁹, vt ſoli Deo honor, &c.

3. Concl. In propria locutione non ſolum eſt attendenda res ſignificata, ſed etiam modus ſignificãdi: vnde falſa eſt opinio, quod ideo, *Deus*, ſupponat pro perſona.

Quia ad hoc trahitur ex adiuncto nominis.

Nomen, *Deus*, licet conueniat cum ſingularibus in hoc, quod forma ſignificata non

multiplicatur. tamen conuenit etiam cum terminis communibus in hoc, quod forma significata conuenit pluribus suppositis.

1. Concl. Nomen, *Deus*, per se supponit pro natura communi; sed ex adiuncto determinatur eius suppositio ad personam. Vnde dicendo, *Deus generat*, ratione actus notionalis supponit pro persona Patris: non potest autē dici, *Deus non generat*, nisi aliquid aliud addatur, quod determinet hoc nomen ad personam Filij. Nec ex hoc sequitur quod sint plures Dij.

Quia pater & Filius sunt Vnus Deus.

3. Concl. Falsa est hæc propositio; *Pater genuit se Deū.*

Quia cum, se, *sit reciprocum*, *refert idem suppositum*: hæc etiam, *genuit alium Deum*; *quia*, *y* alium, *refertur ad Deum*. Dicendo autem, *generat alterum se*, *est* impropria locutio: vt sit sensus, alterum simillimum sibi.

7. Concl. *Deus genuit Deum, qui non est Deus Pater*, est vera.

Quia Deus Pater, supponit tantum pro persona Patris. Hæc est falsa, *Deus genuit Deum, qui est Deus Pater.*

Art. 5. Vtrum nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona.

1. Concl. Nomina essentialia abstracta, nō possunt supponere pro persona.

1. *Ex Aug Nulla res generat seipsam. Quod esset, si essentia generaret. Ergo.*

l. 1. de Trin. c. 1. 2. *Ad veritatem propositionis non solum oportet considerare rem significatam, sed etiam modū significandi: & licet Deus & essentia sint idem secundum rem, habent tamen diuersum modum significandi; quia Deus significat diuinam essentiam, vt habentem, & sic potest supponere pro persona. At nomen*, essentia, *significat essentiam diuinam, vt formam abstractam. Ergo quæ sunt propria personarum, quibus persona distinguuntur, non possunt tribui essentiæ, quia significaretur esse distinctionem in essentia, vt est in suppositis quod est falsum.*

2. Concl. In hoc erravit Abbas Ioachimus qui non animaduertit modum significandi: dicens, quod propter diuinam simplicitatem, licut dicitur, *Deus genuit Deum*, ita posset dici, essentia genuit essentiam.

3. Concl. Ad exprimendam vnitatem essentiæ & personæ sancti Doctores aliquando expressius locuti sunt, quam proprietas locutionis patiatur: vt essentia de essentia, sapientia de sapientia: quæ tamen locutiones non sunt extendendæ.

Natura diuina in Filio non generatur, neque per se, neque per accidens. 4. Concl.

Quia Deus genitus eandem naturam numero accepit, quam generans habet

Essentia diuina prædicatur de Patre per modum identitatis: non tamen potest supponere pro Patre propter diuersum modum significandi: cum ratione differant. Vnde patet ad 3. & 4. 5. Concl.

Potest dici quod essentia sit res generans si res supponat pro persona: potest etiam dici, quod essentia sit res non generans, si res supponat pro essentia; & sic non est contradictio. 6. Concl. Aug. lib. 4. de Trin c. 10.

Dicitur patrem esse principium totius deitatis. 7. Concl.

Non quia eam generet, & spiret, sed quia eam generando, & spirando communicat.

Art. 6. Vtrum personæ possint prædicari de nominibus essentialibus.

Nomina personalia, vel notionalia substantiua possunt prædicari de essentia. 1. Concl. Lib. de fide ad Petrum, & serm. 12. de temp.

1. *Ex August. Credimus Vnum Deum, Vnam esse diuinam omnium Trinitatem.*

2 *Essentia diuina non solum idem est realiter cum Vna persona, sed cum tribus; Vnde possumus dicere, essentia est tres personæ: similiter Deus est tres personæ; quia Deus per se supponit pro essentia.*

Nomen, *homo*, per se supponit pro persona; ex adiuncto autem pro natura communi: vnde falsa est, *homo, est omnis homo*: quia de nullo supposito potest verificari: sed tamen, *Deus*, per se habet, vt stet pro essentia: vnde licet de nullo suppositorum sit vera, *Deus est Trinitas*, est tamen vera pro essentia. † 2. Concl.

In diuinis non est vniuersale, & singulare: ideo sicuti ista propositio est per se, *Pater est Deus*, ita & ista, *Deus est Pater*, nec est vllo modo per accidens. 3. Concl.

Art. 7. Vtrum nomina essentialia sint appropriandæ personis

Conueniens fuit ad manifestationem fidei essentialia attributa personis appropriari. 1. Concl.

1. *Prima Cor. 1. Christus Dei virtutem, & Dei sapientiam, &c.*

2. *Quamuis Trinitas personarum demonstratione probari non possit; ita non conuenit vt per aliqua magis manifesta declaretur. Sed essentialia attributa sunt nobis magis manifesta secundum rationem, quam propria personarum, quia ex creaturis possumus deuenire in cognitionem essentialium attributorum, non autem personalium proprietatum; & hæc manifestatio personarum per essentialia attributa, appropriatio nominatur. Ergo*

Mani-

2. Concl. Manifestantur diuinæ personæ per essentialia attributa dupliciter: vel per viam similitudinis; & sic quæ pertinent ad intellectum appropriantur Filio, qui procedit per modū intellectus; vel per modum dissimilitudinis, & sic Patri attribuitur potentia.

Quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo, vt Aug. dixit.

3. Concl. Essentialia attributa non sic appropriantur personis, vt eis esse propria asserantur, sed ad manifestationem ipsarum, quare non sequitur error fidei, sed magis manifestatio veritatis.

4. Concl. Vnde nec etiam sequitur, vnam personam se habere ad aliam per modum formæ, & sic pater nō est sapiens sapientia, quam genuit; sed sapientia, quę est sua essentia: & Filius dicitur sapientia patris, quia est sapientia de Patre.

5 Concl. Licet essentiale attributum secundum rationem propriam sit prius, quam persona secundum modum intelligendi: tamen inquātū habet rationē appropriari nihil prohibet propriū personæ esse prius, quā appropriatū.

Art. 8. *Vtrum conuenienter à sacris doctoribus sint essentialia personis attributa.*

1. Concl. Conuenienter à sanctis doctoribus sunt essentialia personis attributa.

Quia cum intellectus noster consideret Deum secundum modum, quem sumit ex creaturis: sicuti in consideratione creaturarū quatuor occurrunt, nimirum res in se absolute, & ens quoddam, quod sit vna, quod habeat virtutem ad operandum, & quod habeat habitudinem ad causata; ita in consideratione Dei. Vnde ratione primæ considerationis secundum quam Deus absolute consideratur, est appropriatio Hilarij: æternitas tribuitur Patri Quia significat esse non principiatum, & habet similitudinem cum proprio patris, qui est principium non de principio. Species Filio Quia species, siue pulcritudo, quæ requirit perfectionē, integritatem, & claritatem, habet similitudinem cum proprijs Filij, quia dicitur vita, imago, & Verbum vitæ, perfectio, imagini integritas, Verbo claritas respondet: vnus Spiritui sancto. Quia habet similitudinem cū proprijs ipsius, prout vis comprehendit sub se vnū, quod donum quoddam est. Ratione secundæ, Patri appropriatur vnitas, quia absolute dicitur, & nihil aliud præsupponit: Filio æqualitas, quia æquale est, quod habet quantitatem cum aliquo, & Filius est principium de principio. Spiritui sancto connexio; quia importat vnitatem aliquorum duorū

Ratione tertiæ, patri potentia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas, & hæc appropriatio est secundum rationem similitudinis, si consideretur quod in diuinis est, & secundum rationem dissimilitudinis, si consideretur quod est in creaturis. Quia pater in humanis est impotens, filius insciens, & spiritus dicit quandam violentiam. Ratione quartæ, ex quo appropriatur Patri, quia habet virtutem efficiendi: per quem, Filio; quia per ipsum omnia facta sunt: In quo, Spiritui sancto propter conservationem & gubernationem.

2. Concl. Virtus non appropriatur Filio, vel Spiritui sancto, vt dicit potentiam, sed vt dicit id, quod a virtute procedit.

3. Concl. Quamuis veritas approprietur filio; non tamen est proprium eius, cum sit quoddam essentiale.

4. Concl. Liber vitæ, vt dicit notitiam, appropriatur filio: ratione autem vitæ, appropriatur Spiritui sancto. Nomen vero, *quod est*, appropriatur filio, non secundum propriam rationem, sed ratione adiuncti, inquatum in locutione Dei ad Moysem præfigurabatur liberatio generis humani, quæ facta est per filium.

Quæst. 40. *De personis in comparatione ad relationes siue proprietates.*

Art. 1 *Vtrum relatio sit idem, quod persona.*

1. Concl. PRoprietas siue relatio est idem quod persona.

1. In diuinis non differunt, quod est, & quo est. *Sed Pater paternitate est pater. Ergo.*

2. Relatio, secundum quod est quædam res, in diuinis, est ipsa essentia: essentia autem idem est quod persona. Ergo.

2. Concl. Relationes, siue proprietates sunt in diuinis personis.

Nam proprietates significantur in abstracto, vt quædam forme personarum. Sed de ratione formæ est vt sit in eo cuius est forma, Ergo. Sicuti essentia est in Deo, & est Deus. Vnde errarunt dicentes proprietates non esse personas, nec in personis.

† 3. Concl. Proprietas & persona sunt idem re, differūt autem ratione; vnde non oportet, quod multiplicato vno, multiplicetur & alterum.

Vbi notandum est, quod diuina simplicitas excludit compositionem formæ & materiæ, & subiecti, & accidentis, ideo in diuinis est idem abstractum & contretum, vt Deus, & deitas: & quidquid tribuitur Deo, est eius essentia: & secundum hanc duplicem rationem identitatis proprietas in diuinis est idem cum persona.

4. Concl. Proprietates determinant & distinguunt personas, non aūt essentias *Quia in essentia di-*

Artic. 4 Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus.

1. Concl. Origines, siue actus notionales significati simpliciter, præcedunt secundum intellectum proprietates personarum procedentium, etiam personales.

Quoniam hoc modo origines significantur vt via ad personam relatione constitutam.

2. Concl. Ergo actiua prior est secundum intellectum, quam relatio personæ originatæ, quæ non est personalis, sicuti actus notionalis spirationis secundum intellectum præcedit proprietatem relatiuam innominatam communem Patri & Filio.

Nam generatio est operatio personæ Patris. Sed paternitas constituit personam patris. Ergo.

3. Concl. Proprietas personalis Patris, vt est relatio, præsupponit actum notionalem *quia fundatur super eum*: vt autem est constitutiua personæ, sic oportet, quod præintelligatur relatio actui notionali: sicuti persona agens præintelligitur actioni.

4. Concl. Cum Magister dicit, *quod quia Pater generat, est pater*, accipit nomen *Patris*, vt significat relationem tantum, non autem secundum quod significat personam subsistẽtem. *Nam sic, quia Pater est, generat.*

5. Concl. Natiuitas est via ad personam Filij, & ideo secundum intellectum præcedit filiationem, etiam secundum quod est constitutiua personæ Filij: sed generatio actiua significatur, vt actio progrediens à Persona Patris, & ideo eam præsupponit.

Quæst. 41. De personis in comparatione ad actus notionales.

Art. 1. Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

1 Concl. lib. de fid. ad Petr. c 2. Necessarium est attribuere personis actus notionales.

1. *Ex Aug. Proprium Patris est, quod Filium genuit. Sed generatio est actus. Ergo.*

2. *In diuinis personis est distinctio secundum originem. Sed origo non potest conuenienter assignari, nisi per aliquos actus. Ergo.*

† 1. Concl. Actiones quæ attribuuntur Deo ad significandum processum creaturarum ab ipso, ad essentiam pertinent; sed actus designantes ordinem originis vnius personæ ab alia, notionales dicuntur, & sunt habitudines personarum ad inuicem.

3. Concl. Actus notionales sunt omnino idem cum relationibus personarum sed differunt tantum secundum modum significandi.

Quia actio importat originem motus: cum autem in actione diuina non sit motus, actio personalis producentis personam non erit aliud, quam habitudo principij ad personam, qua est à principio: & huiusmodi habitudines sunt ipsa relationes & notiones: sed quia non intelligimus diuina, nisi secundum modum sensibilium, ideo alio modo significamus habitudines per modum actionum, & per modum relationum.

4 Concl. Passiones non ponuntur in diuinis, nisi secundum modum significandi: & ita Filio attribuimus generari.

Art 2. Vtrum actus notionales sint voluntarij.

1 Concl Dupliciter dicitur aliquid esse, vel fieri voluntate: vno modo vt ablatiuus significet concomitantiam tantum: vt ego inca voluntate sum homo; quia volo me esse hominem; & sic potest dici, Pater voluntate genuit Filium: vel vt importet habitudinem principij, vt artifex voluntate operatur; quia eius voluntas est principium operis; & sic Pater non genuit Filium voluntate, sed produxit creaturas.

1. *Ex Hilar. libr. de synod & ex symbolo Sirmiense.*

2. *Naturæ in causando est terminata ad vnum, quia effectus assimilatur formæ naturali, per quam res habet esse: vnde cum forma sit vna agens quale ipsum est, tale faciet. At vero voluntas non est terminata ad vnum, quia forma per quam agit sunt species rationes intellectæ: vnde quod voluntate agitur, non est tale, quale est agens sed quale vult & intelligit esse. Ergo voluntas est principium eorum, quæ possunt sic, vel aliter se habere. Sed persona diuina procul est à sic, & aliter se habere, quod est proprium creaturæ, quia Deus est per se necesse esse, & creatura facta est ex nihilo. Ergo natura non voluntas est principium diuinæ personæ, contra errorem Arrij creatura autem voluntas.*

Illud Hilar. Non naturali necessitate ductus pater genuit Filium, est contra illos, qui negabant concomitantiam voluntatis.

Apostolus nominat Christum Filium dilectionis Dei, inquantum est à Deo super abundanter dilectus, non quod dilectio sit principium generationis Filij.

1.2 Concl. Lib. de synod. 3. Concl. Coloss. 1.

4. concl. Quamuis Spiritus sanctus procedat per modum voluntatis, quia procedit, vt amor; tamen naturaliter procedit, in quantum Deus naturaliter amat seipsum.

5. concl. Quamuis omne verbum procedit à dicente per voluntatem: tamen conceptio verbi est naturalis, prout Deus naturaliter intelligit seipsum.

6. concl. Necessarium est aliquid, vel per se, vel per aliud, & hoc dupliciter; vel per causam agentem simpliciter & cogentem. & est necessarium violentum; vel per causam finalem, siue multipliciter, siue ad bene esse: & nullo horum modorum diuina generatio est necessaria: Per se autem necessarium est id, quod non potest non esse, & sic Deum esse, est necessarium, & diuina generatio.

Art. 3. Vtrũ actus notionales sint de aliquo.

7. concl. Filius est genitus, non ex nihilo, sed de substantia Patris.

1. *Solus Deus, ait Aug. est de sua natura, &c.*

2. *Si esset ex nihilo, sequeretur, quod esset factus: nã sicuti artifex facit aliquid ex materia; ita Deus ex nihilo & sic non esset vere, & proprie filius: quod est contra Io. qui ait:* In vero filio suo: *siquidem, quod est factum, est ex materia exteriore. At generans generat filium ex seipso Ergo non ex nihilo. Vnde oportet, vt sit de substantia patris: quia substãtia cum sit impartibilis, necesse est, vt pater generando non partẽ naturæ in filium transfuderit, vt homines, sed totam communicauerit remanente solum distinctione originis.*

1. concl. Qui ex nihilo à Deo facti sunt, metaphorice filij Dei nominantur, secundum aliquã assimilationem ad eum, qui vere est filius: qui, vt solus est verus, & naturalis Dei filius, dicitur vnigenitus: vt autem per assimilationem ad ipsum alij dicuntur filij adoptiui, q. n. metaphorice, dicitur primogenitus.

Io. 1. Rom. 8.

Cum dicitur Filius natus de Patre, *de*, significat principium generans consubstantiale, non autem materiale, in quo includitur transmutatio, quæ non est in diuinis. In quibus, *de*, semper denotat consubstantialitatem.

3. concl.

4. concl. Dicitur Filius genitus de essentia patris, vt principio formali, inquantum essentia Patris Filio per generationem communicata, in eo subsistit: vnde non sequitur ex hoc, quod essentia generet.

5. concl. Non possumus dicere, tres personæ de essentia diuina. *Quia nõ ponitur aliquid quod importet distinctionem, & ordinem: sicut cũ dicimus, Filius est de essentia Patris.*

6 concl. Eccl. 1. Hil. lib. de symb. Cum dicitur, *sapientia est creata*, potest intelligi non de sapientia, quę est Filius Dei, sed de ea quam Deus infundit creaturis. Vel potest referri ad naturam creatam assumptã a Filio: vt sit sensus: *Ab initio & ante secula creata sum*, i. e. præuisa sum creaturæ vnitã. Vel dicitur Filius simul creatus, & genitus, vt ex creatione accipiatur immutabilitas Patris, & ex generatione vnitas naturæ in Patre, & Filio. Illæ autem auctoritates, quæ loquuntur de Spiritu creato, nõ sunt intelligendæ de Spiritu sancto, sed de Spiritu creato, vt de vento, aere, &c.

Art. 4. Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuum notionalium.

concl. Necesse est in diuinis ponere potentiam respectu actuum notionalium.

lib 4. contra Max c. 2. 1. *Aug. Si Deus pater non potuit generare filium sibi aqualem, vbi est omnipotentia?*

2. *Potentia nihil aliud est, quam principium alicuius actus. Sed in diuinis ponuntur actus generandi & spirandi. Ergo & potentia: quia omne generans generat aliquo & potentia generandi significat id, quo generans generat.*

† 2. concl Potentia ad actus notionales non dicitur in diuinis per respectum ad personam dantem, sed procedentem.

3. concl. In diuinis est possibile, quod continetur sub necessario: non autem illud, quod opponitur necessario.

Quia hoc sequitur potentiam passiuam, quæ non est in diuinis.

4. concl. Respectu illarum actionum, secundum quas aliquæ res procedunt distinctæ à Deo vel essentialiter, vel personaliter, potest Deo attribui potentia, secundum propriam rationem principij, quę est, vt distinctionem importet ab eo, cuius est principium. Vnde sicuti ponimus potentiam creandi in Deo, ita possumus ponere potentiam generandi, & spirandi. Sed respectu intelligere & velle, nõ potest saluari ratio potentiæ, nisi secundum modũ intelligendi, & significandi: quia non sunt tales actus, qui designent processionem alicuius rei a Deo distinctæ: quia in Deo non distinguitur esse, & intelligere.

Art. 5. Vtrum potentia generandi significet relationem, & non essentiam.

1. concl. lib. 1. de fide. c. 8. Potentia generandi significat in recto naturam diuinam, & in obliquo relationem.

Quia potentia generandi est id, quo pater gene-

generat. Sed id quo Pater generat, est diuina natura: quia in ea sibi assimilatur filium; & generatio apud Damas. opus est naturæ, non vt quod, sed vt quo. Ergo.

2. concl. Potentia generandi in diuinis non significat tantum relationem.

Quia illud est potentia generatiua in aliquo generante, in quo genitum similatur generanti. Sed Filius Dei similatur Patri in natura diuina. Ergo.

3. concl. Potentia generandi non significat ex æquo essentiam & relationem.

Quia licet paternitas significetur, vt forma Patris: tamen est proprietas personalis habens se ad personam patris, vt forma indiuidualis ad aliquod individuum creatum sed forma indiuidualis in rebus creatis constituit personam generantem, non autem est id, quo generans generat, quia alias Sortes generaret Sortem. Ergo.

† 4. concl. Potentia est quidem principium agendi, sed non significat ipsam relationem principij: quia sic esset in genere relationis, sed significat principium, non quidem sicut agēs, sed sicut id, quo agens agit; quod est commune generanti, & generato, vel specie, vt in creaturis, vel numero vt in diuinis.

5. concl. Sicuti in diuinis idē est potentia generādi cum generatione, ita essentia diuina cum generatione & paternitate est idem re, sed non ratione: vnde non sequitur, quod si vnum dici relationem, etiam & alterum.

6. concl. Cum dico potentiam generandi. *potentia* significatur in recto, generatio in obliquo: vnde quantum ad essentiam, quæ significatur, potentia generandi communis est tribus personis; quantum autem ad notionem, quę connotatur, propria est personæ Patris

† Artic 6. Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit.

1. concl. In diuinis est tantum vnus Pater, vnus Filius, & vnus Spiritus sanctus.

1. *Quia, cum personæ diuinæ sint ipsæ relationes subsistentes, non possent esse plures patres vel plures Filij, nisi essent plures paternitates, & filiationes. Sed hoc esse nō potest, nisi secundum materialem verum distinctionem cum forma vnius speciei non multiplicetur, nisi secundum materiam, quæ non est in diuinis. Ergo.*

2. *Ex modo processionum: Deus omnia intelligit, & vult vnico simplici actu. Ergo nō potest esse nisi vna persona procedens per modum verbi, quæ est filius, & vna tantum per modum amoris, qui est Spiritus sanctus.*

3. *Personæ procedunt naturaliter. At natura determinatur ad vnum. Ergo.*

4. *Ex hoc est perfectus filius, quod tota filiatio diuina in eo continetur; & quod est tantum vnus filius idem dicendum est de aliis personis.* † 2. Filius non habet potentiam generandi, si sumatur actiue. i. ad generandum. *Quia licet sit idem esse Patris & Filij, non tamen Filio competit esse patrem.* Si autem, generandi, sit gerundium verbi passiui sic potentia generandi est in Filio, i. e. vt generetur. similiter si sit verbi impersonalis, vt sit sensus, potentia generandi. i. quia ab aliqua persona generatur.

2. concl.

3 concl. Cum Aug. ait, Filium non generasse, non quia non potuit, sed quia non oportuit non intendit, quod Filius posse generare Filium; sed quod non est de impotentia Filij, quod non generet.

Lib. 3. contra Max. cap. 12.

4. concl. Quod non sint plures Filij in diuinis, non est ex impotentia Patris, sed quia immaterialitas & perfectio diuina hoc requirit.

Quæstio 42. De æqualitate & similitudine diuinarum personarum ad inuicem.

Art. 1. Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis.

1. concl. Necesse est ponere æqualitatem in diuinis personis.

1. *Ex Athan. in symbolo.*

2. *Vbi non est maius nec minus, ibi est æqualitas: quia ex Arist. æqualitas dicitur per negationem maioris & minoris. Sed in diuinis non est maius & minus, quia cum æqualium non possit esse vna quantitas numero, & quantitas in diuinis personis, non sit nisi essentia, sequeretur in eis non esse vnam essentiam, quod est falsum.*

10. met. te 15.

2. concl. In diuinis non est quantitas molis, sed virtutis, quæ primum attenditur in radice, i. in perfectione formæ, vel naturæ: deinde in effectibus formæ, quarum primus est esse, secundus operatio: & secundum hoc intelligitur æqualitas in Patre, & Filio, & Spiritu sancto; inquantum nullus horum, aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine aut superat potestate.

3. concl. Aequalitas secundum quantitatē virtualem includit in se similitudinem, & aliquid pl°; *quia excludit excessum*: vnde aliqua cō municantia in vna forma q̄ tamen nō equaliter participent, possunt dici similia, & non

æqualia: ideo non solum dicimus Filium esse similem Patri vt excludatur error Eunomij, sed etiam æqualem, vt excludatur error Arij: *quia non solum vna est natura vtriusque, sed etiam æque perfecte est in vtroque.*

4. Concl. Pater dicitur æqualis & similis Filio, non tamen æquari, vel similari Filio: at Filius vtrumq;, quia prior æqualitas significatur per nomina, quæ repræsentant essentiam, quæ non est magis Patris, quã filij: altera, per verba, quæ dicunt aliquid per modum motus, & sic Filius accipit a Patre, & nõ è conuerso.

5. Concl. Æqualitas nõ est tantũ relatio, sed importat etiã distinctionẽ personarum, *quia nihil sibiipsi dicitur æquale*: & vnitatem essentiæ; *quia ex hoc personæ sunt sibi inuicẽ æquales, quod sunt vnius magnitudinis & essentiæ.*

Art. 2. Vtrum persona procedens sit coæterna suo principio, vt Filius, Patri.

Necesse est dicere Filium esse coæternum Patri.

1. Concl.

1. *Athan in symbolo.*

2. *Aliquid ex principio existens potest esse posterius illo, vel quia procedit ab illo voluntarie: vel quia à natura paulatim perfecta, quæ ratione homo à principio generare non potest; vel quia actione successiua. At Pater non generat Filium voluntate, sed natura ab æterno perfecta, & absq; actione successiua. Ergo*: idem dicas de Spiritu sancto.

2. concl. Nullus modus processionis alicuius creaturę perfecte repręsẽtat diuinã generationẽ: sed oportet ex multis modis colligere similitudinẽ, vt quod deest ex vno, suppleatur ex altero. Inter omnia. a. expressius repræsentat processio verbi ab intellectu, quod quidem nõ est posterius eo, à quo procedit, nisi sit talis intellectus, qui exeat de potentia in actum, quod in Deo dici non potest.

3. concl. Æternitas excludit principium durationis, sed non principium originis.

4. concl. Licet Filius generetur, non tamen incipit esse: *quia generatio diuina non est transmutatio*: vnde Pater semper generat, & Filius semper generatur.

5. concl. Generatio Filij non est in nunc temporis, aut in tẽpore; sed in æternitate; ad cuius præsentialitatem, & permanentiam significandã potest dici, quod Filius semper nascitur: sed melius est, quod dicatur, semper natus; vt ly, *semper*, designet permanentiam æternitatis: ly, *natus*, perfectionem geniti; & sic Filius non est imperfectus, neque erat, quando non erat, vt voluit Arrius.

Art. 3. Vtrum in diuinis personis sit ordo naturæ.

Oportet in diuinis esse ordinem secundum originem absque prioritate; qui vocatur ordo naturæ: non quo alter est ex altero. 1. Concl.

1. *Vbi est pluralitas sine ordine, ibi est confusio, sed in diuinis personis non est confusio, ergo.*

2. *Cum ordo semper dicatur per comparationem ad aliquod principium: sicuti dicitur principium, ita & ordo. Sed principium in diuinis dicitur secundum originem, sine prioritate. Ergo.*

Ordo naturæ significat notionem originis in communi, non autem in speciali. 2. concl.

Quamuis in diuinis sit ordo; non tamen vna persona est prior altera, neque ex parte naturæ, neq; ex parte relationis, neq; secundum naturam, neq; secundum intellectum, sicut in creaturis. 3. concl.

Quia ipsæ relationes sunt subsistentes personæ in vna natura.

Dicitur ordo naturæ, non quod ipsa natura ordinetur, sed quod ordo in diuinis personis attẽditur secundum naturalẽ originem. 4. concl.

Melius ordo originis nominatur ordo naturæ, quam ordo essentiæ. 5. concl.

Quia natura quodammodo importat rationem principij, non autem essentia.

Art. 4. Vtrum Filius sit æqualis Patri, secundum magnitudinem.

Necesse est dicere filium æqualem esse patri in magnitudine ab æterno. 1. concl.

1. *Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, ait Paul. de Filio. Ergo.* Phil. 2.

2. *De ratione paternitatis & filiationis est, quod filius accipiat perfectionẽ naturæ, sicut pater quia in diuinis est vere & proprie paternitas & filiatio. Sed magnitudo nihil aliud significat, quam perfectionẽ naturæ. Ergo filius est æqualis patri in magnitudine. Quod ab æterno patet: quia virtus Dei patris non fuit defectiua, nec filius successiue ad perfectionem peruenit, vt accidit in humanis; quo fit, vt filius non statim æquetur patri. Ergo*

Illud, *pater maior me est*, & alia similia intelligenda sunt de Christo, secundum humanam naturam: vel secundum Hilarium: donantis auctoritate pater maior est: sed non est minor Filius cui vnum esse donatur. † 2. concl. Ioan. 14. lib. de syn.

Æqualitas, aut similitudo in diuinis non attenditur secundũ distinctionẽ relationũ sed secundũ essentialia. Vnde licet paternitas sit di- 3. concl.

ſit dignitas Patris; non tamen ſequitur, quod in eo ſit aliqua dignitas, quæ non ſit in Filio.

Quia dignitas eſt abſoluta, & ad eſſentiam pertinet: vnde ſicuti eadem eſſentia, quæ in patre eſt paternitas, in filio eſt filiatio; ita eadem dignitas, quæ in patre eſt paternitas in filio eſt filiatio: nec ſequitur, paternitatem habet pater Ergo paternitatem habet Filius nam mutatur quid, in ad aliquid, quia eadem eſſentia, & dignitas eſt in patre, ſecundum relationem dantis, & in Filio, ſecundum relationem accipientis.

4. *Concl.* Relatio in diuinis non eſt totum vniuerſale, quamuis de ſimilibus relationibus prædicetur.

Quia omnes relationes ſunt vnum ſecundum eſſentiam, & eſſe. At vniuerſale habet partes ſecundum eſſe diſtinctas: vnde omnes relationes non ſunt maius aliquid, quam vna tantum: idem dicas de perſona.

Art. 5. Vtrum Filius ſit in Patre, & è conuerſo.

1. *Concl.* Pater eſt in Filio, & è conuerſo, ſecundum eſſentiam, relationem, & originem. 1. Ioa. 14. Ego in Patre, & Pater in me eſt.

Quod ſit ſecundum eſſentiam pater, quia eſſentia Patris eſt in Filio, & Pater eſt ſua eſſentia, & eam communicauit Filio. Ergo eſt in Filio per eſſentiam: rurſus eſſentia Filii eſt in Patre, & Filius eſt ſua eſſentia. Ergo Quod ſecundum relationem, quia vnum correlatiuum eſt in alio, ſecundum intellectum. Ergo. Quod ſecundum originem, quia proceſſio Verbi intelligibilis, non eſt aliquid extra, ſed manet in dicente, & quod verbo dicitur, in verbo continetur, Ergo.

2. *concl.* Secundum nullum eorum modorũ, quos Philoſophi enumerant, Filius eſt in Patre, & è conuerſo.

Quia quæ in creaturis ſunt, non ſufficienter repræſentant ea, quæ Dei ſunt.

3. *concl.* Exitus Filii a Patre in diuinis, eſt ſecundum ſolam diſtinctionem relationum, non autem ſecundum aliquam eſſentialem diſtantiam.

4. *concl.* Pater & Filius non ſunt oppoſita ſecundum eſſentiam, & ideo vnus poteſt eſſe in alio, & etiam ſecundum relationem, vt eſt dictum.

Art. 6. Vtrum Filius ſit æqualis Patri, ſecundum potentiam.

Neceſſe eſt dicere, quod Filius eſt æqualis Patri in poteſtate. 1. *concl.*

1. *Quia, vt ait ſcriptura, quæcunque Pater facit, hæc & Filius.* *Ioan. 5.*

2. *Potentia agendi ſequitur perfectionem naturæ, quod patet in creaturis. At probatum eſt rationem diuinæ paternitatis & filiationis exigere, quod Filius ſit æqualis Patri in magnitudine, id eſt, in perfectione naturæ Ergo.*

In hoc quod dicitur, *Filius non poteſt à ſe facere quicquam*, non ſubtrahitur Filio aliqua poteſtas, quam habeat Pater; ſed oſtenditur Filium habere poteſtatem à Patre, à quo habet naturam. 2. *concl.* *Ioan. 5.*

In demonſtratione Patris, & auditione Filii non intelligitur, niſi quod Pater communicat ſcientiam Filio, ſicut eſſentiam: idẽ dicas de mandato, quatenus communicat voluntatem, & ſcientiam. Vel potius mandatum Patris refertur ad Chriſtum ſecundum humanam naturam. 3. *concl.* *Ioan. 5. & 14.*

Eadem potentia eſt, qua Pater generat, & qua Filius generatur: vnde quicquid poteſt Pater, poteſt Filius; non tamen ſequitur, quod poſſit generare, ſed mutatur quid in ad aliquid. 4. *concl.*

Quia eandem potentiam Pater habet vt dans, Filius vt recipiens.

Quæſtio 43. De Miſſione diuinarum perſonarum.

Art. 1. Vtrum alicui perſonæ diuinæ conueniat mitti.

Alicui perſonæ diuinæ poteſt conuenire mitti. 1. *concl.*

1. *Non ſum ego ſolus, ſed ego, & qui miſit me Pater.*

2. *Miſſio includit duo, nimirum habitudinem proceſſionis à mittente, vel ſecundum imperium, quomodo dominus mittit ſeruũ, vel ſecundum conſilium, vel ſecundum originem, & habitudinem ad terminum ad quem mittitur; vel quia ibi incipit eſſe ſimpliciter, quia prius ibi non erat, vel nouo modo. Miſſio igitur poteſt diuinæ perſonæ cõpetere, vt importat habitudinem proceſſionis ſecundum originem, & habitudinem inceptionis noui modi eſſendi in alio. Confirmatur, quia de facto Filius eſt miſſus à Patre, vt nouo modo eſſet in mũdo, per carnem aſſumptam.*

Miſſio tunc importat minorationem in 2. *concl.*

eo, qui mittitur, quando est per imperium aut consilium: sed in diuinis non importat, nisi processionem originis, quæ est secundum æqualitatem.

3. concl. Missio diuinæ personæ est sine separatione à mittente, & habet solam distinctionem originis.

Quia persona missa, vt non incipit esse, vbi non erat, ita non desinit esse vbi erat. Sed illud separatur à mittente, quod sic mittitur, vt incipiat esse, vbi prius nullo modo erat, quod fit per motum localem, qui non habet locum in diuinis. Vnde soluitur etiam tertium, quod procedit de motu locali.

Art. 2. Vtrum missio sit æterna, vel temporalis tantum.

1. concl. Missio, & datio in diuinis dicuntur temporaliter tantum.

1. *Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, &c.*

2. *Mittitur aliquid ad hoc, vt sit in aliquo, & datur ad hoc, vt habeatur. Sed personam diuinam haberi ab aliqua creatura, vel esse nouo modo existendi in ea, est quoddam temporale. Ergo.*

2. concl. Generatio, & spiratio solum dicuntur ab æterno. *Quia cum habitudine ad principia determinant terminum æternum.* Processio autem & exitus dicuntur, & æternaliter, & temporaliter; *nam Filius ab æterno processit, vt sit Deus; temporaliter, vt sit etiam homo.*

3. concl. Hom. 26. in Euang. Cum Greg. inquit, *eo mittitur Filius, quo generatur*: loquitur de generatione temporali Filii, non a Patre, sed a matre: vel quia Filius habet quod possit mitti, quia est genitus ab æterno.

4. concl. Diuinam personam esse nouo modo in aliquo, vel ab aliquo haberi temporaliter, nō est propter mutationem diuinæ personæ, sed creaturæ.

5. concl. Missio includit quidem processionem æternam, sed tamen aliquid addit, scilicet effectum temporalem, & ideo temporaliter dicitur.

Artic. 3. Vtrum missio inuisibilis diuina persona sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis.

1. concl. Lib. 3. de Trin. c. 4. Secundum solam gratiam gratum facientem inuisibiliter mittitur, procedit, & datur persona diuina, nimirum Spiritus sanctus.

1. *Ex August. Spiritus sanctus procedit temporaliter ad sanctificandum creaturam. At sanctificatio creaturæ non est, nisi per gratiam gratum facientem*, Ergo.

2. *Præter communem modum, quo Deus est in rebus omnibus per essentiam, potentiã, & præsentiam, est speciali modo in creatura rationali, vt cognitum in cognoscente, & amatum in amante: & quia cognoscendo, & amando creatura rationalis attingit Deum; ideo non solum speciali modo Deus dicitur esse in creatura rationali, sed etiam in ea habitare, sicut in templo suo. Sed nullus effectus potest esse huius rei ratio, nisi gratia gratum faciens. Ergo. Similiter illud solum habere dicimur, quo libere possumus vti, vel frui. Sed habere potestatem fruendi diuina persona, est solum per gratiam gratum facientem. Ergo.*

2. concl. Per donum gratiæ gratum facientis perficitur creatura rationalis, ad hoc, quod nō solum ipso dono creato libere vtatur, sed vt ipsa diuina persona fruatur.

3. concl. Particula, *secundum*, non significat quod gratia gratum faciens sit causa, quod habeatur diuina persona, sed quod disponat animam ad illam habendam.

4. concl. Filius potest quidem cognosci per aliquos effectus, non tamen per aliquos effectus nos inhabitat, vel etiam habetur à nobis sine gratia gratum faciente.

5 concl. 1. Cor. 12. Quælibet gratia gratis data est manifestatio gratiæ gratum facientis. Vnde Apostolus vocat gratiam gratis datam manifestationem spiritus; si autem daretur solum signum gratiæ gratum facientis sine gratia, non diceretur dari simpliciter Spiritus sanctus, sed cum determinatione, vt spiritus prophetiæ.

Art. 4. Vtrum patri conueniat mitti.

1. concl. Patri non conuenit mitti, sed Filio, & Spiritui sancto.

1. *Solus Pater, ait August. nunquam legitur missus.*

Lib. 2 de Trin. c. 5. 2. *Missio in sui ratione importat processionem ab alio, quæ in diuinis est secundum originem. Sed Pater non est ab alio, sicut Filius, & Spiritus sanctus. Ergo.*

† 2. concl. Vt dare importat liberalem communicationem alicuius, sic Pater dat seipsum creaturæ ad fruendum: sed vt importat auctoritatem

tatem dantis respectu eius quod datur, sic dari conuenit tantum personæ, quæ est ab alio, vt mitti.

3. concl. Ideo Pater non dicitur missus; *Quia non est ab alio, licet in nobis inhabitet per gratiam.*

4. conc'. Missio, vt importat processionem à mittente, includit in sui significatione notionē in generali, puta esse ab alio est cōmune duabus personis, & ita non conuenit Patri, licet missio non sit persona, neque notio.

Art. 5. Vtrum Filio conueniat inuisibiliter mitti.

1. concl. Tam Filio, quam Spiritui S conuenit inuisibiliter mitti.

1. *Sap. 9. Mitte illam, id est, sapientiam, de Cœlo, &c.*

2. *Personam diuinam mitti ad aliquem per inuisibilem gratiam significat nouum modum habitandi illius personæ, & originem eius ab alia. Sed hoc conuenit Filio, & Spiritui S tantum, quia quamuis Patri conueniat inhabitare per gratiam, non tamen esse ab alio. Ergo*

2. Concl Licet omnia dona, vt dona sunt, attribuantur Spiritui sancto: tamen aliqua dona secundum proprias rationes attribuuntur per quandam appropriationem Filio, vt quæ pertinent ad intellectum.

3. concl. Missio Spiritus sancti, qui est amor, attenditur secundum modum caritatis: *quia per caritatem anima ei assimilatur:* At Filii missio cum sit verbum spirans amorem, non attenditur secundum quamlibet perfectionem intellectus, sed secundum eam instructionem, qua prorumpat in affectum amoris. Vnde est alia missio ab illa S. Sancti.

4. concl. Si loquamur de missione quantum ad originem; missio Filii distinguitur à missione Spiritus sancti, sicut generatio à processione: quantum autem ad affectum communicant in radice gratiæ, sed distinguuntur in effectibus gratiæ, qui sunt illuminatio intellectus, & inflammatio affectus; & sic patet, quod vna non potest esse sine alia, & quod neutra est superflua.

Art. 6 Vtrum missio inuisibilis fiat ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

1. concl. Missio inuisibilis fit ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

Lib. 4. de Trin. c. 20. 1. *Nam missio inuisibilis fit ad sanctificandam creaturam, ex Augus. Sed omnis creatura habens gratiam sanctificatur* Ergo.

2. *Missio diuinarum personarum requirit, vt qui mittitur incipiat esse nouo quodam modo ibi, vbi prius non fuerat; vnde in eo ad quem fit missio, consideratur inhabitatio gratiæ, & innouatio per gratiam. Ergo ad omnes fit missio inuisibilis, in quibus hæc duo reperiuntur.*

2. concl. Etiam ad patres Veteris Testamenti fuit facta missio inuisibilis. Illud autem, *Nondum erat datus spiritus*, intelligitur de illa datione cum signo visibili.

Aug. lib. 4. de Trin c. 20. Etiam secundum profectum virtutis, & augmentum gratiæ fit missio inuisibilis: sed præcipue circa illud attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum, vel nouum statum gratiæ.

3. concl. Ioan. 7. Ad beatos facta est missio in principio beatitudinis, & deinde fit secundum aliquas reuelationes vsque in diem iudicii. Christo autem facta est missio inuisibilis à principio incarnationis, non postea.

4. concl. Missio diuinæ personæ non fit ad Sacramenta, sed ad eos, qui per sacramenta gratiam suscipiunt.

Quia missio sumitur à termino: in sacramentis autem gratia est instrumentaliter, sicut forma artificiati in instrumentis artis & secundum quendam discursum ab agente in patiens.

Art. 7. Vtrum Spiritui sancto conueniat visibiliter mitti.

1 concl. Conueniens fuit Filium, & Spiritum S. visibiliter mitti.

Quia inuisibilia Dei homini per visibilia manifestari oportuit, cum hic modus sit connaturalis homini, & Deus omnibus prouideat secundum vnicuiusque modum. Ergo sicut seipsum, & æternas processiones per visibilia hominibus quodammodo demonstrauit; ita conueniens fuit, vt inuisibiles missione personarum secundum aliquas visibiles creaturas manifestaret: & hoc est eas visibiliter mitti.

1. concl. Spiritus sanctus mittitur vt sanctificationis donum, Filius autem vt sanctificationis auctor: vnde mittitur in carne, sed Spiritus sanctus in signis, vt sanctificationis indicium

3. concl. Spiritus S. non pōt dici minor Patre propter visibilē creaturā, in qua apparuit. *Quia eā nō assumpsit in vnitate naturæ, vt assumpsit Filium: nec propterea dicēdū est nō mitti*

4. concl. Missio visibilis Spiritus sancti non attēditur secūdum visiones propheticas, quæ fie-

runt

runt imaginariæ, neque secundum signa sacramentalia Veteris, & Noui Testamenti, in quibus res præexistentes assumuntur ad aliquid significandum, ideo dicitur missus in quantum fuit monstratus.

5. concl. Has creaturas tota Trinitas fecit, sed ad demonstrandam specialiter hanc, vel illam personam, quæ vt diuersis nominibus nominantur, ita diuersis rebus significati possunt, licet inter eas non sit diuersitas.

6. concl. Missio visibilis filii debuit fieri secundum naturam rationalem, cuius est agere, & cui competit sanctificari: *quia fuit missus vt sanctificationis author*: non ita Spiritus S. qui mittitur vt sanctificationis indicium, ad quod sufficit quælibet creatura.

7. concl. Illæ creaturæ visibiles fuerunt formatæ ministerio angelorum, non ad significandam ipsorum personam, quia tunc angeli mittebantur, sed Spiritus sancti, qui in illis erat, vt signum in signato: ideo non repræsentabant angelos.

8. concl. Specialiter missio Spiritus sancti debuit fieri ad Christum, & ad Apostolos: *quoniam fit in vtilitatem Ecclesiæ, quæ in illis fundabatur*. Vnde Christo fuit facta missio visibilis ab instanti suæ conceptionis, ad ostendendum inuisibilem missionem. In baptismo sub specie columbæ, ad demonstrandam auctoritatem Christi ad dandam gratiam per spiritualem regenerationem. Ideo Pater dixit: *Hic est filius meus dilectus*. In transfiguratione sub specie nubis lucidę, ad ostendendã exuberantiam doctrinæ, ideo dictũ est: *Ipsum audite*. Ad Apostolos sub specie flatus, ad ostendendam potestatem ministerii in dispensatione sacramentorum. *Quorum remiseritis*, &c. Sub linguis igneis, ad ostendendũ officiũ doctrinę. Vnde *cœperũt loqui*.

9. concl. Ad Patres Veteris Testamenti missio visibilis Spiritus S. fieri non debuit, *quia prius debuit fieri missio visibilis filii*. Quibus tamen factæ fuerunt visibiles apparitiones diuinarum personarum, quæ non possunt dici visibiles missiones, cum non fuerint factę ad ostendendam inhabitationem personarum, vt ait Aug.

Lib. 12. de Trin. c. 17

Art. 8. Vtrum aliqua persona mittatur, nisi ab ea, à qua procedit æternaliter.

1. concl. Si persona mittens, intelligatur esse principium effectuum, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam missam.

1. *Isa.* 48. *Misit me Dominus Deus & spiritus eius*: vbi loquitur de Filio. *Vnde persona mittitur etiam ab ea, à qua non procedit æternaliter; nimirum à Spiritu sancto filius.*

2. *Ex August. qui ait filium mitti, & à se, & à Spiritu sancto.* Lib. 1. de Trin. c. 2. concl.

Si mittens defiguretur, vt principium personæ, quæ mittitur, sic non quælibet persona mittit, sed solum illa cui conuenit esse principium illius personæ. Et sic Filius mittitur à solo Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque, Pater à nullo. Ex quibus soluitur primum ex Aug. sumptum. Similiter secundum, vbi dicitur, eum qui mittit debere habere auctoritatem. Nec potest dici Spiritum sanctum dari ab homine, quamuis non fit ab eo. Lib. 4. de Trin. c. vlt.

Quia nec esse tum gratia potest causare, & ita soluitur tertium. Vnde conciliantur duo modi dicendi inter se diuersi, iuxta duas conclusiones positas.

Quæstio 44. De processione creaturarum à Deo, & de omnium entium prima causa.

Art. 1. Vtrum sit necessarium omne ens esse à creatum à Deo.

1. concl. Omne, quod quocunque modo est, necessario a Deo est.

1. *Rom.* 11. *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.*

2. *Quod est in alio per participationem causatur ab eo, cui id inest, per essentiam, vt calor in ferro ab igne. Sed esse in alio est per participationem, in Deo autem per essentiam quia Deus est suum esse subsistens, quod est tantum vnum, & ita alia à Deo non sunt suum esse, & ideo participant esse. Ergo omnia entia causata sunt à Deo.*

2. *Met.* text. 4. Ex Platone, qui ante multitudinem posuit vnitatem: & Aristot. ait, maxime ens, est causa omnis entis.

2. concl. Habitudo causati ad causam, non est de diffinitione entis, sed consequitur ad ea, quę sunt de eius ratione, cum sit per participationem tale: at esse causatum non est de ratione entis simpliciter, & ideo datur ens non causatum.

3. concl. Necessaria possunt habere causam, vt patet in demonstratione, cuius effectus necessarius est ex principiis, tanquam ex causa.

Mathema-

4 concl. Mathematica abstrahunt ab esse, ratione cuius datur causa efficiens: ideo non definiuntur per causam efficientem, licet producta sint.

Artic. 2. Vtrum materia prima sit creata à Deo.

1 concl. Materia prima causata est ab vniuersali causa entium.

2. confes c 7. 1. *Ex Augst. qui ait Deum fecisse vnum prope nihil, quæ est materia prima.*

2. *Deus est causa rerum non solum vt talia sunt per formam accidentalem, vel essentialem, sed vt entia sunt. Ergo erit causa omnis entitatis: & ideo etiam materiæ, à qua is non habet esse, sed tale esse.*

2. concl. Quod fit, debet fieri ex alio, si de productione particulari loquamur: at quod fit per emanationem ab vniuersali principio essendi, non fit ex alio, à quo modo non excluditur materia prima.

3. concl. Passio est effectus actionis, & ideo prima passio debet esse à primo agente, & proinde etiam primum principium passionum est a primo actiuo.

Quia omne imperfectum causatur à perfecto.

4. concl. Licet materia sit potentia, cui videtur repugnare creari: tamen creatur, sed non sicut actus. Quare cum sit pars compositi, ipsa quoque dicitur creari.

Art. 3. Vtrum causa exemplaris sit aliquid præter Deum.

5. concl. Deus est prima causa exemplaris omnium rerum.

Lib. 83. q 46. 1. *Ideæ ex Aug. sunt formæ, quæ diuina intelligentia continentur, Ergo.*

2. *Causa exemplaris ponitur, vt effectus habeat determinatam formam, quod cernitur in rebus naturalibus. Sed hæc determinatio reducitur ad sapientiam Dei, quæ ordinem in rebus excogitauit, qui in distinctione rerum consistit: & ideo in Deo sunt rationes exemplares, seu Ideæ omnium rerum.*

2. concl. In rebus, quædam sunt exemplaria aliarum.

Quia alia ad aliarum similitudinem, vel secundum eandem speciem, vel secundum analogiam imitationis fiunt.

3. concl. Res repræsentant Deum, & sunt similes Deo secundum repræsentationem rationis; vt domus materialis, domui, quæ est in mente artificis.

Exemplaria rerum non possunt esse separata à rebus. 4. concl.

Quia de ratione specierum est, vt sint in materia, quæ non reducuntur ad aliquid per se existens in eadem specie, vt ait Plato, sed ad speciem superexcedentem.

Non sunt necessaria exemplaria propter scientiam; 5. concl.

Quia satis est, vt natura, quæ definiuntur, & sciuntur, abstrahantur per intellectum.

Dionys. per, *per se vitam*, &c. intelligit ipsum Deum, vel virtutes ipsis rebus datas, non autem res per se subsistentes. 6. concl. Cap. 11. de div. nom.

Art. 4. Vtrum Deus sit causa finalis omnium.

Diuina bonitas est finis omnium rerum. 1. concl.

1. Prou. 6. Vniuersa propter seipsum operatus est Dominus.

2. Finis creaturæ est consecutio suæ perfectionis, quæ consistit in participatione perfectionis Dei.

Quia vt agentis perfecti, cuiusmodi est Deus, finis est sola perfectionis communicatio; ita patientis, eiusdem receptio. Ergo bonitas Dei, quam ipse communicat, erit finis omnium.

Solus Deus est liberalis. 2. concl.

Quia non agit propter vtilitatem suam, vt agentia imperfecta, sed propter bonitatem.

Licet Deus sit agens, tamen est finis, quatenus communicat suam similitudinem, qui est finis agentis, non autem forma ipsa: alias esset nobilius productum, quam producens, cum finis sit nobilior eo, quod est ad finem. 3. concl.

Omnia appetunt Deum, quatenus appetunt quocunque appetitu aliquod bonum, quod est participatio Dei. 4. concl.

Deus est causa finalis, & efficiens, quæ dicuntur esse prius, & posterius in Deo secundum rationem. 5. concl.

Quæstio 45. De modo emanationis rerum à primo principio.

Art. 1. Vtrum creare sit ex nihilo facere.

Creare, est aliquid ex nihilo facere. 6. concl.

Ex Gloss. in Gen. c. primo.

1. *Quod fit emanatione particulari non supponitur. Sed fit ex non ente tali; vt homo ex non homine. Ergo quod procedit per crea-*

tionem, quæ est emanatio totius entis à primo agente, fiet ex non ente simpliciter, i. ex nihilo.

2.concl. Aug. cōt. aduer. leg. c.24. Creatio aliquando sumitur communiter, & creati dicuntur, quæ in melius reformantur.

3.concl. Mutationes sumunt speciem & perfectionem à termino, non à quo, sed ad quem: vnde illa productio erit perfectior & prior, cuius terminus ad quem est prior & nobilior, vt accidit in creatione.

4 Concl. *Ex*, in hac propositione, *ex nihilo*, non materiam, sed ordinem importat: vel sensus est, non ex aliquo, vt importet habitudinem causæ materialis negatæ.

Art. 3. Vtrum Deus possit aliquid creare.

1. Concl. Non solum Deus potest aliquid creare, sed necessarium est ponere omnia à Deo esse creata.

1. *Ex Glos. in Gen cap 1.*

2 *Deus non agit ex præsupposito, quia, vt est dictum, est causa totius entis, Ergo ex nihilo. Erunt igitur omnia creata à Deo, cum omnia sint ab ipso ex nullo præsupposito.*

2.concl. Philosophi loquentes de emanatione particularium causarum, recte dicebant, ex nihilo nihil fit; sed vniuerse non est verum.

Ariſt 1. Phyſ. tex. 43. Creatio non est mutatio, nisi secundum modum intelligendi.

3.concl. *Quia de ratione mutationis est, vt idem quod erat actu, vel potentia, aliter se habeat, nunc, ac prius. At in creatione, idem non se habet aliter, nisi secundum intellectum. Vnde remota mutatione à creatura, sola remanet habitudo inter creantem & creatum: significatur tamen, vt mutatio, quia per modum mutationis intelligitur.*

4.concl. Vbi non est motus, simul est fieri, & factum esse; vt accidit in creatione.

5. concl. Inter nihil, & ens, non est infinitum medium, quamuis ista duo intelligantur tanquam duo termini creationis.

Art. 3. Vtrum creatio sit aliquid in creatura.

1. concl. Creatio est aliquid in creatura.

Quia generatio est aliquid in genito. Ergo & creatio, qua fit aliquid secundum totam substantiam.

2. concl. Creatio in creatura nihil aliud est, quam relatio ad creatorem.

Nam sublato motu ab aliqua productione, non remanet nisi relato. Sed creatio est actio sine motu. Ergo.

3.concl. Creatio activa est essentia diuina cum relatione ad creaturam, quæ est secundum rationem: at relatio creaturæ ad Deum, est realis.

4.concl. Creatio significatur, vt mutatio, & vt medium inter creatorem, & creaturam, quæ in re creata, est creatura: & cum sit relatio, non refertur per aliam relationem, sed per se.

5.concl. Creatura est terminus creationis, vt mutatio est: eadem est subiectum creationis, vt relatio est; quo modo est posterius, quam subiectum: est autem prius, vt dicit respectum ad obiectum, quod est principiū creaturæ.

6.concl. Creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem cum quadam novitate, & inceptione. Vnde non omne, quod habet esse dicitur proprie creari, non autem accidens, cuiusmodi est creatio.

Art. 4. Vtrum creari sit proprium compositorum, & subsistentium.

1. concl. Creatio est proprie subsistentium, & cōpositarum rerum.

1. *Genes. 1. Deus creauit cœlum, quod est subsistens.*

2. *Creari, est fieri, quod ordinatur ad esse Sed esse proprie conuenit subsistentibus, quia forma, & accidentia potius dicuntur coexistere, quam esse, & ideo magis debent dici cōcreata. Ergo.*

2.concl. Esse, dicitur primum creatum.

Quia dicit rationem obiecti creationis, quæ est emanatio totius esse, non talis esse. sicuti color dicitur primum visibile, licet quod videtur sit proprie coloratum.

3.concl. Creari non dicit constitutionem rei ex principiis præexistentibus: vnde compositum dicitur creari.

Quia simul cum omnibus suis principiis in esse producitur.

4. concl. Cum creatio sit productio totius esse, non solū materia, sed etiam totum dicitur creari.

Art. 5. Vtrum solius Dei sit creare.

Creare est propria actio solius Dei.

1. concl. 1. *Ex Aug. qui ait, Angelos non posse esse creatores. Ergo nec alia creatura.*

Lib. 4. de Trin. c.5. 2. *Esse est effectus vniuersalissimus, qui debet referri in vniuersalissimam causam. Sed creare est dare simpliciter esse. Ergo erit effectus solius causæ vniuersalissimæ, vt est Deus.*

2. Concl. Creatura non potest esse instrumentum creationis.

1. Instrumentum concurrit ad effectum disponendo, etiam per propriam virtutem, & ideo varia instrumenta producunt varios effectus. Sed effectum creationis, quod est esse absolute, creatura non potest disponere, cum nihil præexistat. Ergo creatura nulla ratione potest creare.

2. Creatura agit per motum & contactū. Sed in creatione cum nihil præexistat, ista esse non possunt. Ergo. Sed hæc ratio specialiter probat de creatura corporea.

3. Concl. Substantiæ immateriales non possunt producere sibi simile.

Quia ens creatum participat naturam essendi. Ergo illam nō potest producere, quia produceret se ipsum: vt si homo produceret naturam humanam, sed supponit esse, & producit tale esse, seu esse in hoc. At in re immateriali non præcedit aliquid, per quod sit hæc, quia est hæc per suam formam, per quam habet esse, cum sit forma subsistens Ergo non potest producere aliam sibi similem quoad esse, sed quantum ad aliquam perfectionem superadditam.

4. Concl. Ex contrario fit aliquid per accidens, sed ex subiecto in potentia per se: & ita quo minus est potentiæ, eo maior requiritur virtus; & vbi nulla est potentia, multo maior: vnde maior potentia requiritur ad faciendum ex nihilo, quam ex contrario.

5. Concl. Virtus facientis non modo ex facti substantia, sed etiam ex modo faciendi consideratur, ex qua parte creatio requirit virtutem infinitam.

Quia si minor potentia requirit maiorem virtutem; nulla potentia requiret infinitā, quæ non est in creatura.

Art. 6. Vtrum creare sit proprium alicuius personæ.

1. Concl. Cap. 2. de div. nom. Creare non est proprium alicuius personæ, sed commune toti Trinitati. 1. *Dionys. Communia totius Trinitatis, sunt omnia creabilia.* 2. *Creare convenit Deo ratione sui esse, quia effectus creationis, quod est esse, reducendus est in esse Dei, vt in principium. Sed hoc esse, quæ est essentia, est commune toti Trinitati. Ergo.*

2. Concl. Pater ratione intellectus per verbum, qui est Filius, ratione voluntatis per amorem, qui est Spiritus S. creaturas produxit.

†3. Concl. Ideo processiones personarum sunt relationes productionis creaturarum.

Quia includunt attributa essentialia, scilicet intellectum & voluntatem.

4. Concl. Sicuti natura diuina est in tribus personis ordine quodam, ita etiam virtus creandi, quæ in Patre non est ab alio, in Filio, à Patre, &c. & ita Pater dicitur creare per Filium. Tribuuntur etiam personis varii effectus ratione attributorum.

5. Concl. Licet quilibet effectus Dei procedat ex quolibet attributo: tamen quilibet reducitur ad illud attributum, cum quo habet conuenientiam: vt ordinatio ad sapientiam, iustificatio ad misericordiam, & creatio ad potentiam.

Artic. 7. Vtrum in creaturis necesse sit inuenire vestigium Trinitatis.

1. Concl. In omnibus creaturis inuenitur repræsentatio Trinitatis per modum vestigii.

1. *Ex Aug. lib. 6. de Trin. in fine.*

2. *Ibi est repræsentatio vestigii, vbi effectus repræsentat solam causalitatem causæ, non eius formam: vt patet in vestigio animalis. Sed in creaturis hoc modo repræsentatur diuina persona Ergo. Nam in creatura est substantia, & esse, & hoc repræsentat primum principium, & personam Patris; est deinde forma, & hæc Verbum: est ordo, & hic amorem, seu Spiritum S. & ideo dicuntur omnia facta in mensura, numero, & pondere, seu modo, specie, & ordine.* Sap. 11.

2. Concl. In creatura rationali repræsentatur Trinitas per modum imaginis.

Quia ibi est repræsentatio imaginis, vbi repræsentatur causa secundum similitudinem formæ. Sed in hac creatura reperitur talis repræsentatio, quia, vt in diuinis per intellectum producitur Verbum, & per voluntatem amor: ita in hac creatura Ergo.

3. Concl. Repræsentatio vestigii attenditur secundum appropriata, per quem modū ex creaturis in Trinitatem personarum veniri pōt.

4. Concl. Non est necesse vt in qualibet parte creaturæ reperiatur vestigium Trinitatis, sed in tota creatura, quæ est subsistens.

5. Concl. Non solum essentia, sed etiam processiones sunt causa creationis: & ita non modo essentia, sed etiam personæ repræsentantur.

Art. 8. Vtrum creatio admisceatur in operibus naturæ, & artis.

In operibus creaturæ non admiscetur creatio.

1. *Ex Aug. qui distinguit vnum opus ab alio.*

2. *Si admiscerentur, maxime ratione formarum, quas quidam creari dixerunt. At forma non creantur, sed concreantur, cum non subsistãt, quia illud creatur & fit, quod subsistit, vt est compositum, Ergo.*

1. concl. Super Gen. ad lit. c. 14.

Formæ incipiunt esse in actu, factis compositis, & ideo non fiunt per se, sed per accidens.

2. concl.

Qualitates agentis naturalis agunt in virtute subiecti: & ideo possunt producere, non solum qualitates, sed etiam simile in substantia.

3. concl.

Ad generationem animalium imperfectorum sufficit agens vniuersale, id est, virtus cœlestis, cui est similis effectus secundum analogiam: vnde eorum forma est ab agente naturali: perfecta autem requirunt agens vniuocum.

4 concl.

Quæ fiunt per naturã, dicuntur creaturæ. *Quia fiunt ex principiis creatis.*

5. concl.

Quæstio 46. De principio durationis rerum creatarum.

Art. 1. Vtrum vniuersitas creaturarum semper fuerit.

Nihil præter Deum potest esse ab æterno

1. concl.

1. *Ioan. 17. Antequam mũdus fieret, &c. & Prou. 8. Antequam, &c.*

2. *Res habent esse à voluntate diuina, quæ ad productionem se habet libere. Ergo non est necesse, quod Deus voluerit aliquid semper, nisi seipsum, quoniam necessitas effectus sumitur à causa.*

Non potest probari mundũ semper fuisse, nec Arist. id probat.

2. concl. Lib. 1. de cœlo, tex 201.

1. *Quia semper agit contra positiones antiquorum impossibiles.*

2. *Semper inducit testimonia antiquorum, quæ rem probabilem faciunt.*

3. *In Topicis ait esse problema.*

lib. 1. c 9.

Antequam mundus esset, potuit esse, non secundum potentiam passiuam, sed actiuam, & secundum habitudinem terminorum.

3. concl.

Quia non repugnabat.

Incorruptibilia dicuntur non incœpisse esse, per modum naturalem, quæ postquam sunt, dicuntur non habere virtutẽ ad esse, & non esse, sed quæ fuerunt, potuerunt esse.

4. concl.

Materia dicitur ingenita:

Quia non habet contrarium, ex quo generetur: vnde non incœpit per generationem, vt aliqui voluere.

1. concl.

Vacuum non solum requitit, vt ibi nihil sit, sed etiam includit spatium capax corporis, quod non erat ante mundum.

6. concl.

Primus motor semper eodem modo se habet, non autem primum mobile, quod incepit esse, non per mutationem, sed per creationem.

7. concl.

Primum agens agit voluntate, & licet ab æterno voluerit producere, tamen voluit vt effectus sit in tempore sine vlla mutatione ex parte sua: & cum producat & rem, & tempus, ibi non est considerandum prius & posterius, quasi tempus præsupponatur actioni, sed dedit effectui suo tempus, quando voluit.

8. concl.

Supposita æternitate motus, quodlibet momentum in motu est primum, & finis motus: idem dic de nunc temporis, sed nõ ita, cum motus incipit de nouo esse.

9. concl.

Deus est prius quam creatura, non tempore, sed æternitate: vel æternitate temporis imaginati.

10. concl.

Vt effectus procedit à causa naturali, secundum modum suæ formæ; ita à voluntate secundum modum ab ea præfinitum. Vnde licet Deus sit ab æterno causa sufficiens mundi; non tamen ab æterno creat

11. concl.

Posita causa ponitur effectus, sed secundum exigentiam formæ.

12. concl.

Art. 2. Vtrum mundum incepisse sit articulus fidei.

Mundum non semper fuisse, demonstratiue probari non potest, & ita sola fide tenetur.

1. concl.

1. *Quoniam est articulus fidei, sed articuli non demonstrantur, Ergo.*

2. *Nouitas mundi, vel demonstratur ex parte effectus, vel causæ. Sed neutrum dici potest. Ergo: non ex parte mundi, sive effectus, quia demonstrationis principium est definitio rei, quæ abstrahit ab hic, & nunc. Ergo non potest demonstrari quod aliquid. v.g homo semper fuerit. Non ex parte causæ, quia voluntas Dei ratione inuestigari non potest, nisi circa necessario volita. Sed creaturas libere vult. Ergo. Quare solum scitur, quia reuelatum est. Vnde cauendum, qui demonstrare contendunt, ne afferant rationes, quæ dent occasionem videndi.*

Heb. 11. Greg. homil. 11. in Ezec.

Quando actio est instantanea, non est ne

1. concl.

cesse,

ceſſe, vt faciens ſit prius facto dutatione; vt patet in illuminatione Solis.

†3. *concl.* Qui dicerent mundum non eſſe factum de nouo, dicerent factum ex nihilo. 1. Non ex aliqua materia, non quod præceſſerit nihilum.

4. *concl.* Agens per intellectum deliberando, vt homo, non agit, niſi à quodam temporis principio; non ita Deus.

5. *concl.* Ponentes æternitatem mundi dicunt artes, & partes mundi infinities mutatas: ſed ex his non licet colligere nouitatem mundi vt Ariſt. docet.

6. *concl.* Licet mundus ſemper fuiſſet; tamen non parificaretur Deo in æternitate.

Quia eſſe Dei eſt æternum ſine ſucceſſione.

7. *concl.* Tranſitus ſemper eſt à termino ad terminum, & ideo quocunque die præterito aſſignato, ſunt finiti dies, qui pertranſiri poſſunt: quare poſitis terminis, non ſunt media infinita.

†8. *concl.* In cauſis efficientibus per ſe non eſt procedere in infinitum; in cauſis vero per accidens ſubordinatis non impedit: & ſic homo ab homine in infinitum generari poteſt.

9 *concl.* Homo non potuit eſſe ab æterno; quæ ratio eſt particularis: nos autem in communi docemus non eſſe impoſſibile aliquid eſſe ab æterno.

Art. 3. Vtrum creatio rerum fuerit in principio temporis.

1. *concl.* In principio Deus creauit cœlum & terram. Gen. 1. Quæ ſententia tripliciter exponitur. Vel in principio temporis; vt intelligamus mundum, vna cum tempore factum eſſe de nouo: vel in principio. i. in Filio, vt tollantur duo principia; vel in principio. i. ante omnia vt oſtendatur nihil eſſe creatum à rebus ſpiritualibus. Quatuor enim ponuntur ſimul creata, cælum empyreum, materia corporalis, tempus & natura Angelica.

†2. *concl.* Res dicuntur creatæ in principio temporis.

Quia ſimul cum tempore creata ſunt, non quod ſint creata in tempore, quatenus eſt rerum menſura.

3. *concl.* Fieri, quod eſt per motum, habet prius & poſterius; creatio autem nõ eſt motus: ideo fit aliquid creatur, quod prius non creabatur.

4. *concl.* Tempus non poteſt fieri, niſi ſecundum nunc.

Quia non eſt niſi ratione nunc; non quod in eo ſit tempus, ſed ab eo incipit tempus.

Quæſt. 47. De diſtinctione rerum in communi.

Art. 1. Vtrum rerum multitudo, & diſtinctio ſit à Deo.

1. *concl.* Diſtinctio, & multitudo rerum eſt ex intentione primi agentis, quod eſt Deus.

1. *Gen 1. Deus diſtinxit, &c.*

2. *Deus produxit res, vt ſuam bonitatem communicaret creaturis, quæ eam repræſentarent. Ergo produxit multas & diuerſas: quia per vnam non repræſentatur ſufficienter: nam bonitas, quæ in Deo eſt vniformiter, in creaturis eſt diuiſum: quo fit, vt vniuerſum eam magis participet, quam vna tantum creatura.*

2. *concl.* Diſtinctio, & multitudo rerum non eſt à materia.

Cum quia etiam ipſa eſt creata: tum quia eſt propter formam, per quam fit diſtinctio: neque à prima intelligentia; quia eſt creatura: & quia diſtinctio non eſſet ex intentione primi agentis.

3. *concl.* Agens per intellectum poteſt multa producere; *quia multum intelligit*, non ſic agens per naturam.

4. *concl.* Exemplatum, quod perfecte repreſentat, non eſt niſi vnum: at creaturæ imperfecte repræſentant; ideo plures.

5. *concl.* Licet Deus, qui eſt finis creaturarum ſit vnus: tamen creatura non eſt vna.

Quia vna non adæquat finem, vt patet in medijs, quæ ſunt ad finem, quæ multiplicantur, cum vnum non adæquet finem.

Art. 2. Vtrum inæqualitas rerum ſit à Deo.

1. *concl.* Sapientia Dei eſt cauſa inæqualitatis rerum.

1. *Eccl 3. Dies diem ſuperat, &c.*

2. *Sapientia eſt cauſa diſtinctionis formalis, quæ eſt principalis. Ergo etiam inæqualitatis: quia diſtinctio formalis inæqualitatem requirit. Nam forma ſunt ſicut numeri: & vt patet in natura, ſpecies gradatim apparent.*

2. *concl.* Vt ſapientia eſt cauſa diſtinctionis, ita inæqualitatis.

Quia vniuerſum non eſt perfectum, ſi tantum vnus gradus bonitatis inueniretur.

Ergo perfectio vniuersi requirit inæqualitatem. Erit igitur inæqualitas à Deo propter perfectionem vniuersi, sicut distinctio.

3. Concl. Causa diuersitatis rerum non fuit diuersitas peccati animarum, quas Deus æqualiter creauit: sed vt propter diuersitatem peccatorum, diuersis corporibus alligauerit.

Gen. 1. Quia distinctio non esset facta ad ostendendam bonitatem Dei.

†.4. concl. Optimi agentis est facere totum optimũ, non vt omnes partes simpliciter optimas, sed optimas in proportione ad totum.

5. Concl. Ab vnitate primo procedit æqualitas, vt à Patre Filius: potest etiam dici oriri multiplicitatem, ratione creaturarum.

6. Concl. Inæqualitas in vniuerso est propter perfectionem totius; vnde in constitutione rerum non consideratur iustitia, sed in retributione præmij.

Articul. 3. Vtrum sit vnus mundus tantum.

1. Concl. Mundus est tantum vnus, vnitate ordinis.

1. *Ioan. 1 Mundus per ipsum, &c.*

2. *Quæ sunt à Deo, ordinem habent ad inuicem, & ad Deum Ergo omnia ad vnum mundum pertinent: quia mundus dicitur vnus vnitate ordinis: & ideo qui ponebant plures, dicebant esse à casu, non sapientia ordinante.*

† 2. Concl. Ratio cur mundus sit vnus, est, quia omnia debent esse ordinata ad vnum: ideo Arist. ex vnitate ordinis, concludit vnitatem Dei; & Plato ex vnitate exemplaris vnitatem exemplati.

2. Met. tex. 42. 3. Concl. Nullum agens intendit pluralitatem materialem, vt finem.

Quia tendit in infinitum, quod repugnat rationi finis. At si essent plures mundi, esset multiplicatio materiæ, & plura bona materialiter.

4. Concl. Mundus constat ex sua tota materia: vnde non potest esse alia terra.

Quia omnis terra ad hanc naturaliter ferretur: & sic de alijs: vnde non potest multiplicari mundus.

Quæstio 48. De distinctione rerum in speciali.

Art. 1. Vtrum malum sit natura quædam.

1. Concl. Malum est quædam absentia boni,

1. *Dionys. Non est existens, neque bonum. Ergo* Cap. 4. de diu. nom.

2. *Supposito quod malum debet cognosci ex bono, cui est contrarium; omne esse est appetibile; quia sic est bonum, & qualibet res illud appetit. Sed malum non est appetibile. Ergo erit absentia boni & esse.*

† 2. concl. Malum dicitur genus ratione contrariorum; quatenus omnis priuatio habet rationem mali, vt forma rationem boni.

1. Concl. Bonum & malum sunt differentiæ in actionib. humanis, quæ à fine specificantur: sed bonum per se, malum vero vt dicit remotionem boni, ratione cuius dicitur differentia.

4. concl. Inter bonum & malum est medium, sumendo bonum moraliter ratione adiuncti. i. boni remoti: quo etiam fit vt à malo ad bonum fiat reditus.

5. concl. Aliquid agit tripliciter, vel formaliter, & sic albedo facit album; quo modo malum agere dicitur, quia ratione priuationis dicitur corrumpere bonum, cum sit priuatio boni, vel effectiue, vel per modum finis quibus modis malum non agit, nisi vt est annexum bono.

6. concl. Malum nec ad perfectionem, nec ad ordinem vniuersi pertinet per se; sed per accidens, ratione boni adiuncti: quate, ex se non est natura quædam.

Art. 2. Vtrum malum inueniatur in rebus.

Malum inuenitur in rebus, sicut & corruptio. 1. Concl.

1. *Quia si malum non daretur, remouerentur pœnæ, & prohibitiones, quæ non sunt nisi malorum.*

2. *Perfectio vniuersi requirit inæqualitatem; vt omnes bonitatis gradus impleantur. Ergo, vt requirit, vt sint indefectibilia, & incorruptibilia, ita etiam requirit defectibilia & corruptibilia. Ergo malum datur sicuti corruptio, quæ est quoddam malum: quia dantur ipsa deficiunt à bono.*

† 2. concl. Malum distat ab ente simpliciter, & à non ente simpliciter.

Quia est priuatio, & non pura negatio.

3. concl. Ens duo significat: primo entitatem rei, & sic cum re conuertitur: secundo veritatem propositionis, qua respondetur ad quæstionem, an sit, & sic malum est.

4. concl. Deus & natura faciunt quod est melius in toto, non autem in parte: in toto autem melius est aliqua posse deficere.

Quia

Quia Deus potens est ex malo colligere bonum & multa bona tollerentur, si non essent mala. Vnde leo conseruatur, quia asinus occiditur, & iustitia laudatur, quia est iniquitas.

Art. 3. Vtrum malum sit in bono, sicut in subiecto.

1. concl. in ench. c. 14. Malum est in bono, vt in subiecto.

1. *Malum ex Aug. non est nisi in bono. Ergo.*

2. *Malum est remotio boni non negatiue, quia quæ nõ sunt, & quæ sunt, cũ careant bono alterius rei, essent mala. sed priuatiue: remotio boni priuatiua, qua malum dicitur, est in bono, tanquam in subiecto quia forma & priuationis, vt visus & cæcitatis, est idem subiectum, videlicet, ens in actu, vel potentia Sed ens quodcunq; sit, est bonum. Ergo malum erit in bono, vt in subiecto, sicut etiam forma*

† 2. concl. Malum dicitur non esse in rebus, tanquam pars & proprietas.

2. concl. Ens negatiue acceptum non requirit subiectum; at malum est non ens, vt priuatio, ideo requirit.

4. concl. Malum, non est in subiecto, quod ei opponitur, sed in alio; subiectum autem cæcitatis non est vitius, sed animal, bonum autem potest esse cum priuatione alterius boni, cum bonum sit in omni genere: non sic album & nigrum, quæ sunt in determinato genere; de quo intelligitur illa propositio; contrariorum non est idem subiectum.

5. concl. Isa. 5. Ex eo, quod in bono est malum, à quo denominatur, non sequitur aliquid contra Isa. dicentem: *Va vobis qui dicitis bonum malum, &c.*

Artic. 4. Vtrum malum corrumpat totum bonum.

1. Concl. cap. 12. Malum non potest totaliter consumere bonum.

1. *Ex Aug. in enchirid.*

2. *Quia est eius subiectum.*

2. concl. Bonum, vt forma, totaliter tollitur per malum.

Quia est ei oppositum, vt tenebræ lumini.

3. concl. Bonum vt est subiectum, non tollitur per malum, vt aer, qui non tollitur per tenebras.

4. Concl. Bonum, quod est habilitas subiecti ad actum, non tollitur totaliter; sed diminuitur.

Quia non fit per subtractionem partium, sed per remissionem, vt in qualitate propter dispositionem contrariam, qua quo magis augetur, magis habilitas minuitur, non in totum aufertur: quia manet eius subiectum, quod est radix habilitatis: sic in peccatis quodlibet minuit habilitatem ad gratiam, tamen non tollit omnia, cum remaneat substantia animæ.

† 5. Concl. Bonum, quod opponitur malo, totaliter tollitur per malum, sed non alia bona.

6. concl. Habilitas est media inter subiectum & actum: minuitur autem ex parte actus, non ex parte subiecti: & ita solum tollitur bonum, vt comparatur ad actum.

7. concl. Cum habilitas non minuatur per partes proportionales, diminutio non procedit in infinitum, nisi per accidens ratione contrariarum dispositionum, quæ in infinitum augentur: non enim peccata eodem modo minuunt.

Art. 5. Vtrum malum sufficienter diuidatur, per pœnam & culpam.

1. Concl. Omne malum in rebus voluntarijs est pœna, vel culpa.

1. *Malum est quod nocet, tanquam pœna, vel culpa, ait Aug.*

Enchir. c. 12. 2. *Malum est priuatio perfectionis; quæ consistit, vel in actu primo, i. in forma, vel in actu secundo i. in operatione Ergo etiam malum consistet in priuatione formæ, vel operationis, cum vel operatio non fit, vel non debito modo fit Sed cum bonum sit speciatim obiectum voluntatis, malum speciatim reperitur in voluntarijs. Priuatio ergo per subtractionem integritatis rei, vt est à Deo prouidente, contra voluntatem, est malum pœnæ; priuatio vero debitæ operationis est malum culpæ, qua imputatur agenti ex voluntate, cum defecit agendo. Ergo in voluntarijs omne malum est pœna, vel culpa.*

2. concl. Non omnis defectus est vere malum, sed defectus boni, quod debet haberi, cum non sit sola negatio.

3. concl. Pœna & culpa non diuidunt malum simpliciter sed in rebus voluntarijs.

4. concl. Tentatio non est malum culpæ in tentato, si non cadat, sed in tentante.

5. concl. Malum pœnæ nocet agenti in seipso: culpæ vero nocet agenti in sua actione.

Artic. 6. Vtrum habeat plus de ratione mali pœna, quam culpa.

1. concl. Culpa habet plus de ratione mali, quam pœna.

1. *Deus dat pœnas ad vitandam culpam. Ergo est maius malum, quam pœna: quod intel-*

intelligitur de quacunque pœna, vel sensus, vel damni, vel priuatione gratiæ.

2. *Ex malo culpæ fit aliquis malus, non ex malo pœnæ, quia bonũ simpliciter consistit in vltimo actu. i. in operatione, & bonus virorum, & ideo ex bona voluntate bonus, & ex mala malus homo dicitur: quia per voluntatem rebus vtimur per quam etiam bonis abstinemur: pœna autem consistit in priuatione eorum quibus vtitur voluntas. Ergo malum culpæ erit maius.*

3. *Deus est author pœnæ, non autem culpæ, quia illa priuat bono creato, hæc vero increato. Ergo pœna est minus malum*

1. *concl.* Culpa terminatur ad pœnam, vt meritum, ad præmium; tamen culpa non augetur propter pœnam, sed potius contra, quia inducitur, vt vitetur culpa.

3. *concl.* Ordo actionis, qui tollitur per culpam, est maius bonum agentis. *Quia est perfectio secunda*: pœna autem tollit perfectionem primam.

4. *concl.* Non modo per pœnam priuamur bono finis, sed etiam per culpam, qua actio non ordinatur ad debitum finem: immo vtraque priuamur, & fine, & ordine ad finem. Ideo non est maius malum pœnæ, quam culpæ.

Quæst. 49. De causa mali.

Art. 1. Vtrum bonum possit esse causa mali.

Bonum est causa mali.

1. *concl. lib. 1. contra Iul. c. 9.* 1. Ex Aug. Malum non potest oriri, nisi ex bono. Ergo.

2. Malum est defectus boni, quod debet inesse, qui defectus non potest esse nisi a causa impediente. Sed esse cãusam non conuenit, nisi enti, quod est bonum, Ergo.

2. *concl.* Malum non habet causam formalem, nec finalem: non formalem. *Quia est priuatio formæ*: non finalem. *Quia est priuatio ordinis ad finem. Ergo.*

3. *concl.* Bonum est causa malis mali.

Quia vt est dictum, est eius subiectum.

4. *concl* Malum habet causam efficientem per accidens.

Quia omnis defectus, vel est in actione, vel in effectu proprio agentis, vel in re alia. Sed si homines sunt per accidens. Ergo: Minor patet, quia si est in actione agentis primi, vel instrumenti, oritur ex defectu principij actionis: similiter si sit in effectu proprio, qui potest etiam oriri ex defectu materiæ, quæ non recipit actionem; si in re alia oritur ex nimia virtute agentis, vt corruptio formæ contrariæ, quæ fit per accidens ab igne. Sed bono, cui per se agere competit, accidit deficere. Ergo malum habet causam efficientem per accidens.

1. *concl.* Arbor bona & mala, dicitur voluntas: voluntas autem bona non est causa mali actu moralis, qui causatur à creatura rationali quæ est bona, & sic est causa mali. *Matth. 7.*

5 *concl.* Bonum non causat malum, quod est sibi contrarium, sed quoddam aliud. & hoc per accidens: vt homo bonus secundum naturam, causat actum malum secundum mores.

6. *concl.* Malum habet diuersam causam deficientem in naturalibus, & voluntarijs: sibi non eli
7. *concl.* malum, nisi præcedat malum in agente, vt in materia: hic vero, quia actus non subdi- se regulæ, qui defectus non est culpa, sed e- um sequitur, quia cum tali defectu opera- tur.

8. *concl.* Itaque malum non habet causam per se, sed per accidens.

Art. 2. Vtrum Summum bonum, quod est Deus, sit causa mali.

1. *concl.* Malum actionis non reducitur in Deum, vt in causam.

li. 89. q. q. 21. 1 *Deus ait Aug non est causa mali.*

2. *Malum actionis est ex defectu agentis. Deus, non habet defectum, Ergo.*

2 *concl.* Malum in corruptione rerum aliquarum reducitur in Deum, vt in causam per accidens.

Sap. 1. *Deus in est causa ordinis vniuersi, quod requirit quædã defectibilia. Ergo erit causa corruptionis per accidens: quia agens per se producit formam, ad quam sequitur corruptio. Vnde dicitur Deum non fecisse mortem.*

3. *concl.* *Isa. 43.* *Amos 3.* Deus est auctor mali pœnæ, non autem culpæ. Pœnæ quidem. *Quia ordo vniuersi requirit peccatorum punitionem.* Non culpæ. *Quia hoc malum includit defectum actionis. At Deus non deficit. Ergo.*

4. *concl.* Auctoritates scripturæ, quæ in contrarium afferuntur, intelliguntur de malo pœnæ

5 *concl.* Effectus causæ secundæ ratione entitatis reducitur in causam primam, non autem ratione defectus, qui reducitur in causam secundam deficientem: vt claudicatio; quatenus est motus, ad animam, vt defectus ad tibiam obtortam.

Sub-

6.concl. Submersio nauis tribuitur nautæ, qui deficit in gubernando: at DEVS non deest in necessarijs.

Art. 3. Vtrum sit vnum summum malum quod sit causa omnis mali.

1.concl. Non datur vnum summum malum principium omnium malorum, vt datur primum principium omnium bonorum.

1. *Summum bonum est causa omnis entis, Ergo non datur principium ei contrarium quod sit causa malorum.*

2. *Quoniam nihil potest esse per essentiam malum.*

3. *Malum non absumit totum bonum, quia seipsũ destrueret. Ergo non datur summum malum.*

4. *Ratio mali repugnat rationi primi principij, quia causatur ex bono per accidẽs, & ita non est prima causa.*

2.concl. Qui contradixerunt errarunt: quia ignorarunt causam vniuersalem totius entis, & omnia reducebant in causas particulares: & etiam, quia nesciuerunt reducere duas causas particulares contrarias ad causam vniuersalem, sed reduxerunt ad duo principia contraria. Verum iudicium bonitatis rei non est accipiendum secundum ordinem ad aliquid particulare, sed secundum ordinem ad vniuersum, in quo quælibet res suum locum tenet. Similiter omnia contraria reducenda sunt in aliquid commune, vt contrarietas elementorum in cœlum.

† 3.concl. Licet contraria habeant causas particulares: tamen, quia conueniunt in vna ratione essendi & communi, reducenda sunt in causam communem.

4.concl. Et si detur summum bonum: non tamen datur summum malum, quia malum est priuatio boni: vnde malum opponitur solum bono, cui adiungitur potentia, non autem summo bono, vt est Deus: & ita non potest dari summum malum.

5.concl. Bonum dicitur melius per accessum ad summum bonum: at malum per recessum a bono, non per accessum ad malum.

6.concl. Nullum ens dicitur malum per essentiam, sed per priuationem participationis; & ideo non reducitur ad malum per essentiam.

7.concl. Malum non potest reduci ad causam per se; & licet reducatur ad causam per accidens, non sequitur, vt non sit in plurib. hominib. secundum sensum, quem plures homines sequuntur: in natura vero, vt in pauciorib.

8.concl. In malis non datur processus in infinitum, cum reductio fiat ad causam bonam, ex qua est malum per accidens.

Quæstio 50. De substantia Angelorum absolutè.

Artic. 1. Vtrum Angelus sit incorporeus.

1.concl. Necesse est ponere aliquam creaturam incorpoream.

1. *Psal. 103. qui facit Angelos suos spiritus.*

2. *Deus in creaturis intendit assimilationem, ad se, qua attenditur secundum id, quo causa producit effectum. Sed hæc est perfecte in creatura incorporea, quia repræsentat Deum ratione intellectus, & voluntatis, quib. Deus producit omnia. Ergo ad perfectionem vniuersi requiritur creatura incorporea, quia intelligere non est actus corporis: quod intelligentes antiqui dixerunt, solum esse, quæ sensu & imaginatione cognoscuntur.*

† 2.concl. Medium comparatum ad vnum extremum, videtur alterum; & sic Angeli dicuntur materiales à quibusdam respectu Dei.

3.concl. Angelus dicitur substantia semper nobilis.

Quia semper intelligit.

4.concl. Circumscribi terminis essentiæ, est commune omni creato: & sic Angeli sunt circumscripti, non autem ratione corporis.

Artic. 2. Vtrum Angelus sit compositus ex materia & forma.

1.concl. Angelus non est compositus ex materia, & forma.

1. *Primæ creaturæ, ait Dion sunt incorporales. Ergo.* Cap. 4. de div. nom.

2. *Vel enim materia est eiusdem rationis cum materia corporalium, & hoc non; quia forma corporalis & spiritualis non possunt recipi in ead. parte materiæ; quoniam eadem materia numero esset spiritualis, & corporalis: neq; in diuersis partibus; quia materia non diuiditur in partes, nisi vt intelligitur sub quantitate, à qua spiritus abstrahit: vel est alterius rationis, quod esse nõ potest, quia operatio rei est secundum modum substantiæ eius: Sed operatio Angeli est immaterialis, quia solum intelligit abstracta à materia, Ergo caret materia.*

2.concl. Non est necesse, vt quæ distinguuntur per intellectum, sint distincta etiam in rebus, vt dixit Auicebron.

Quia intellectus non apprehendit rem secundum modum rei, sed secundum suum modum intelligendi.

† 3. concl. In rebus immaterialibus non est aliquid determinans & determinatum, vt in materialibus: ideo in illis genus, & differentia sumuntur secundum idem, in quo secundum rationem distinguitur ratio determinantis & determinati.

4. concl. Receptio in intellectu non est receptio, vt in materia.

Quia non recipit formas materiales, sed formas intelligibiles.

5. concl. Angelus non est actus purus.

Nam constat ex actu & potentia, quia nō est suum esse, quod est veluti forma, & natura; vt potentia.

6. concl. Forma, quæ non est in materia, non est infinita, cum eius esse non est absolute subsistens, sed limitatum ad naturam aliquam cui aduenit: licet possit dici per accidens infinita, quia esse non recipitur in materia.

Artic. 3. Vtrum Angeli sint in magno numero.

1. concl. Angeli sunt in quadam maxima multitudine, omnem materialem numerum excedentes.

Cap. 9. cæl. hier. 1. *Dan. 7 millia millium, &c & Dion. ait excedere numerum rerum materialium.*

1. *Quo aliqua sunt perfectiora, eo maiore excessu creata sunt; quia perfectio vniuersi est principaliter intenta, vt patet in corporibus cœlestibus ratione magnitudinis. Sed angeli sunt perfectissimi. Ergo debent superare res materiales ratione multitudinis.*

† 2. concl. In angelis non est numerus causatus ex diuisione continui, sed ex diuisione formarum, qui numerus est transcendens.

3 concl. Ex eo, quod angelus est propinquior Deo, dicitur habere minimum de multitudine compositionis, non autem quod in pauca saluetur.

4. concl. Ratio Arist. sumpta ex numero ex iis num. vt ipse dicit, non est accessaria.

Quia intelligentia non sunt propter res corporales, quare vsus est ratione sumpta à sensibus.

5 concl. Multiplicatio angeli non sumitur ex materia, vel ex corpore, sed ex voluntate Dei qui secundum sapientiam diuersos ordines excogitauit.

Artic. 4. Vtrum Angeli differant specie.

1. concl. Angeli non sunt eiusdem speciei.

1. *In his, quæ sunt vnius speciei non est prius, & posterius. Sed in angelis vnius ordinis sunt primi, medij, & vltimi. Ergo.*

2. *Quæ conueniunt in specie, necessario habent materiam, quia differunt numero per materiam. Sed in angelis nō est materia Ergo & dato quod habeant materiam, secundum diuersitatem potentiarum, non differrent numero: quia huius materiæ diuersitas causat diuersitatem non modo speciei, sed etiam generis.*

2. concl. Angeli non differunt specie per diuersas differentias naturæ intellectualis: sed per diuersos gradus naturæ intellectiuæ.

Vt patet in animalib irrationalibus, quæ differunt secundum varios gradus determinatos naturæ sensitiuæ.

3 concl. Magis & minus si causentur ex intensione & remissione, non variant speciem, sed si ex formis diuersorum graduum, maxime quomodo magis & minus est in angelis.

4. concl. Bonum speciei est melius, quam bonum individui: & ideo est melius multiplicari specie, quam numero

5 concl. Perfecta debent multiplicari specie, non numero.

Quia multitudo specifica intenditur ab agente, non autem numerica, secundum quam potest procedi in infinitum.

Artic. 5 Vtrum Angeli sint incorruptibiles.

1. concl. Angeli secundum suam naturam sunt incorruptibiles.

Cap 5. de diu. nom. 1. *Ex Dion. qui ait eos habere vitam indeficientem.*

2. concl. 1. *Corruptio fit ex eo quod à materia removetur forma, à qua non potest removeri esse, quia conuenit per se, materiæ per aliud At Angelus non habet materiam. Ergo.*

Incorruptibilitas Angeli, quæ oritur ex immaterialitate significatur per eius operationem

Num operatio rei indicat modum essendi eius, siquidem omnia operantur, vt sunt actu. Sed operatio Angeli est æterna, quia obiectum eius est intelligibile, quod est supra tempus & æternum Ergo

†3.concl. Dam.lib. 2.de fide c.3.

Angeli non habent immortalitatem, i. e. immutabilitatem perfectam, quam solus Deus habet, ex sua natura, sed etiam per gratiam assequuntur.

4. concl.

Plato in Timæo, per Deos intelligit corpora cœlestia, quæ putauit esse ex elementis: & ideo dixit conseruari a Deo in esse.

5.concl.

Illud dicitur corruptibile intrinsece, quod in se habet potentiam corruptionis, quam non habent Angeli, qui possunt dici corruptibiles extrinsece; quia cessarent, nisi à Deo conseruarentur.

Quæst. 51. De comparatione Angelorum ad corpora.

Art. 1. Vtrum Angeli habeant corpora naturaliter sibi vnita.

1. concl.

Angeli non habent corpora sibi naturaliter vnita.

Cap. 4. de diu. nom.

1. *Ex Dion. Angeli sunt incorporei. Ergo.*

2. Quod accidit naturæ, non inuenitur vniuersaliter illi, vt habere alas animali. Sed habere corpus accidit naturæ intellectuali; quia intelligere non est actus corporis; & ideo accidit naturæ humanæ vniri corpori; quia est in potentia, in genere intellectualium & vt careat scientia, quam acquirit per corpus. Ergo natura intellectualis ex se non requirit corpus. Tunc datur natura intellectualis imperfecta nimirum humana, egens corpore. Ergo debet dari natura intellectualis perfecta sine corpore; quia si in aliquo genere datur imperfectum, debet dari etiam perfectum.

†2. concl.

Origenes, antiquos secutus, putauit Angelos esse corporeos & Bernart. egere corpore ad aliquid aliud assumpto; non autem naturaliter vnito: & Aug. vocat dæmones aereos, ex aliorum sententia.

3. concl.

Giego. vocat Angelum rationale animal metaphorice, propter similitudinem rationis.

4. concl.

Viuificare simpliciter est perfectio, & conuenit Deo; non autem viuificare informando, & ita Angeli non vniuntur corpori viuificando.

Artic. 2. Vtrum Angeli assumant corpora.

1. concl. Lib. 15. de ciu. c. 29.

Angeli interdum assumunt corpora.

1. *Aug. ait apparuisse in assumptis corporibus. Ergo.*

2. *Quando substantia, quæ non est corpus, nec habet corpus naturaliter vnitum, videtur visione corporali, assumit corpus. At Angeli interdum ita videntur. Ergo.*

2. concl.

Falsum est Angelos non assumere interdum corpus, & eorum visiones intelligendas esse secundum imaginationem; quia est contra intentionem scripturæ: nam quod imaginatione videtur, non indifferenter ab omnib. videtur. Sed scriptura introducit Angelos apparentes, vt videantur ab omnib. Ergo.

†3. concl.

Angeli non assumunt corpus propter se, sed propter nos, vt familiariter conuersando ostendant, intelligibilem societatem futuram: & in veteri lege ostenderunt assumptionem carnis à Verbo faciendam.

4 concl.

Angelo vnitur corpus, non vt formæ, vel vt motori tantum; sed vt motori repræsentato per corpus assumptum.

5. concl.

Assumunt corpora non ex igne, &c. Sed ex aere condensando illum, qui potest colorari, vt patet in nubibus.

Art. 3. Vtrum Angeli in corporibus assumptis, opera vitæ exerceant.

1. concl.

Angeli per corpora assumpta nõ exercent opera, quæ sunt propria viuentium; sed quæ sunt communia cum corporib. non viuentibus: vt sunt motus & locutio, quæ est sonus quidam.

1. *Quia ista corpora non viuunt. Ergo non exercent opera vitæ.*

2. *Eius est potentia cuius est actio, sed Angeli in his corporibus non habent potentiam animæ. Ergo.*

†2. concl.

Non repugnat vt Angeli videantur homines viuentes, & non sint.

Quia ista faciunt, vt per proprietates hominum, ipsorum proprietates intelligantur quod non fieret, si veros homines assumerent.

3. concl.

Licet per organa corporis non sentiant non ideo sunt frustra.

Quia per illa eorum virtutes designantur, vt per oculum, vis intelligendi, &c.

4. concl.

Motus Angeli in corpore, non est opus vitæ.

Quia non est à motore coniuncto, & ideo mouentur per accidens, non tamen ad motũ cœli, quia corpora cœlestia non recedunt à loco, secundum totum: nec eis determinatur aliqua pars orbis, sed solum situs in oriente.

5. concl.

Angeli locutio non est propria, sed similis locutioni, prout formant sonos in aere similes vocibus humanis.

6. concl.

Angeli comestio nõ est vera sed figurativa spiritualis comestionis; *Quia non potuit cõ-*

uerti in substantiam: at illa Christi post passionem fuit vera. *Quia potuit fieri conuersio, licet facta sit in præiacentem materiam.*

7. concl. Siluani & Fauni, quos incubos vocant, extiterunt, & rem cum mulieribus habuerunt, Dæmon incubus aliunde sumit semen, & qui generatur, est filius eius, cuius est semen In Gen. filij Dei sunt Seth: Filiæ hominum, filiæ Cain.

cap. 6.

Quæst. 52. De comparatione Angelorum ad locum.

Artic. 1. Vtrum Angelus sit in loco.

1. concl. Angelo conuenit esse in loco.

Nam Ecclesia dicit eos habitare in templo.

2. concl. Angelo, & corpori, esse in loco æquiuoce conuenit.

Quia corpus est in loco per contactum quantitatis: Angelus vero per contactum virtutis, qua applicatur loco, Ergo æquinocè.

3. concl. Angelus non commensuratur loco, nec habet situm in continuo, nec continetur, sed potius continet locum; sicuti anima continet corpus, Vnde patet ad argumenta.

Artic. 2. Vtrum Angelus possit esse in pluribus locis simul.

1. concl. Angelus non est vbique, nec in pluribus locis, sed in vno tantum.

lib. 2. c. 3. 1. *Angeli dum sunt in cœlo, non sunt in terra, ait Dam.*

2. *Quod non sit vbique, patet, quia est essentia, & virtutis finita. Ergo. consequentia est manifesta, quia est in loco per applicationem virtutis.* Quod non sit in plurib. sed in vno tantum loco, probatur: *quoniam Angelus est in loco per applicationem virtutis: sed hæc est particularis. Erit ergo in particulari loco: nam quod comparatur ad vnam finitam virtutem, debet comparari, vt vnum aliquid; cum ergo Angel. sit in loco sua virtute, locus ei comparabitur, vt vnius.*

2. concl. Falsum est Angelum esse in loco, velut punctum.

Quia punctum habet situm, & est in genere quantitatis. At Angelus non habet situm, quare ei assignandus est locus maior, vel minor, secundum applicationem virtutis, quæ pendet ab eius voluntate.

3. concl. Licet Angelus moueat cœlum, non est tamen vbique.

1. *Quoniam primum applicat virtutem vniparti.*

2. *Quia plures intelligentiæ, secundum Philosophos plures cœlos mouent.*

4. concl. Corpus, Angelus, & Deus non sunt eod modo in loco.

Nam corpus est circumscriptiue, Angelus definitiue. Deus propter infinitam essentiam est vbique.

5. concl. Totum id, cui Angelus applicat virtutem, reputatur vnus locus. Vnde patet ad obiecta

Artic. 3. Vtrum plures Angeli possint esse simul in eodem loco.

1. concl. Plures Angeli non possunt esse simul in eodem loco.

1. *Duæ anima non sunt in eodem corpore Ergo nec Angeli in eodem loco.*

2. *Non possunt esse duæ causæ immediatæ & completæ vnius effectus. Ergo nec plures angeli possunt esse in eodem loco: quia angelum esse in loco, non est aliud, quam continere illud in genere causæ efficientis.*

† 2. conc'. Plures angelos esse in vno loco, non repugnat propter imperfectionem, sed propter causam dictam.

3. concl. Angelus, & corpus non sunt eodem modo in loco: & ideo possunt simul esse in eodem loco.

4. concl. Dæmon & anima non sunt in eod. corpore eodem modo.

Nam anima est, vt forma, dæmon vero vt causa mouens.

Quæstio 53. De motu locali Angelorum.

Art. 1. Vtrum Angelus possit moueri localiter.

1. concl. Angelus beatus potest moueri localiter.

1. *Nam anima beata localiter mouetur, vt patet de anima Christi, Ergo.*

2. concl. 2. Hic motus comparatus motui corporis est æquiuoce motus.

Quoniam motus corporis mensuratur loco, & sit secundum exigentiam eius, quia corpus continetur à loco, & commensuratur loco. At Ang. non continetur, nec commensuratur loco. *Ergo nec eius motus; & ita nõ fiet secundum exigentiam loci; ita vt habeat contuuitatem à loco.*

3. concl. Motus Angeli in loco sunt diuersi contactus diuersorum locorum successiue, & non simul. Siquidem, vt dictum est, non potest esse in pluribus locis simul.

Motus

4. Concl. Motus Angeli potest esse continuus, quia potest assignari locus diuisibilis contactui virtutis ipsius, quem locum successiue dimittere potest, vt patet in corpore. Potest autem simul dimittere locum, & alteri se applicare, & sic non erit continuus.

5. Concl. 6. Phys. text. 32. Cum ait Aristot. quod mouetur debere esse diuisibile, intelligit de diuisibili secundum quantitatem.

Motus autem angeli est partibilis ratione continui, cui applicatur virtus; quæ ratione partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem.

6. Concl. Motus iste angeli non est existentis in potentia, sed in actu, & ideo non est imperfectus.

7. Concl. Motus angeli non est propter indigentiam suam, sed propter nos.

Art. 2. Vtrum angelus transeat per mediũ.

1. Concl. Angelus in motu cõtinuo necessario mouetur per medium.

Quia quando angelus est in termino ad quem, est mutatus. Sed non mutabatur quãdo erat in termino à quo. Ergo dum erat in medio. Ergo mouebatur per medium.

2. Concl. Angelus motu non continuo non potest pertransire omnia media.

Quia inter duo loca sunt infinita media. Sunt enim infinita puncta, quæ solum motu continuo, qui virtute continet infinita puncta, possunt pertransiri. Ergo si mobile non mouetur continue, vel non transiret omnia media, vel transiret actu infinita, quæ sunt impossibilia.

3. Concl. Corpus non potest pertransire extrema, nisi per medium; *Quia corpus mensuratur loco: angelus vero, quia non continetur à loco, nec mensuratur loco*, potest transire a loco ad locum, cum medio, & sine medio.

4. Concl. Locus Angeli dicitur ei æqualis non ratione magnitudinis, sed ratione contactus virtutis, & sic potest esse diuisibilis, & non semper punctalis.

5. Concl. Angelus, dum mouetur, applicatur rebus, non sic anima, cum res aliquas cogitat, sed potius res sunt in ipsa.

6. Concl. Mutatum esse, in motu continuo, est terminus, quem præcessit moueri: in motu nõ continuo, est pars numeri; vnde successio diuersorum locorum constituit talem motum.

Art. 3. Vtrum motus angeli sit in instanti.

1. Concl. Motus angeli est necessario in tempore.

1. *In omni mutatione est prius, & posterius. Sed prius & posterius motus numerantur secundum tempus. Ergo.*

2. *In motu angeli sunt duo nunc, quia in motu est prius & posterius. Ergo, si ibi sunt plura nunc, erit etiam tempus.*

2. Concl. Motus Angeli non est instantaneus, itavt in tempore præcedenti fuerit in termino à quo, in vltimo vero instanti in termino ad quem, ita vt non detur instans medium, vt in generatione, quæ est mutatio instantanea.

Quia de ratione motus est, vt aliter se habeat nunc, *quam*, prius; *cuius contrarium cernitur in quiete. Ergo quod mouetur, aliter se habebit in termino, quam prius se habebat, cum iam habebat formam. Ergo oportet assignare duo*, nunc, *alterum motus præcedentis, alterum termini in quo quieuit. Sed vbi sunt multa*, nunc *successiue est tempus. Ergo motus Angeli non erit instantaneus, cum mutationes instantaneæ sint termini motus continui: motus vero angeli nõ est terminus alterius motus continui, sed est per se nullo alio præcedente.*

3. Concl. Motus angeli continuus est in tempore continuo; motus vero discontinuus, in tempore discreto.

Quoniam tempus habet continuitatem à motu.

4. Conc. Vtrumque tempus mensurans motũ Angeli, aliud est à tempore mensurante motum cœli.

Quoniam motus Angeli non pendet à motu cœli.

† 5. Concl. Velocitas motus angeli non est secundũ quantitatem virtutis, sed secundum determinationem voluntatis: & ideo potest moueri in tempore.

6. Concl. Illuminatio est alteratio, & ideo est terminus motus. At motus Angeli est localis, & non est terminus alterius, ideo non est in instanti.

7. Concl. Tempus motus angeli põt esse non continuum, & continuum: & tunc partim est in vno loco, partim in alio, ratione applicationis virtutis, & ita est partibilis rõe virtutis.

Quæst. 54. De cognitione angelorũ.

Art. 1. Vtrum intelligere angeli sit eius substantia.

1. Concl. Nec intelligere, nec actio cuiuscunque creaturæ est eius substantia.

1. *Esse creaturæ non est eius substantia.*

Ergo nec operatio, quia plus differt operatio, quam esse à substantia.

2. *Solus actus purus est sua actualitas. Solus Deus est actus purus. Ergo solus Deus est sua actualitas. Sed agere est actualitas virtutis, vt esse est actualitas essentiæ. Ergo solus Deus est suum esse & suum agere*

3. *Si intelligere Angeli esset eius substantia, esset subsistens. Sed intelligere subsistens non potest esse nisi vnum, sicut nec aliquid abstractū subsistens. Ergo vnius Angeli substantia non distingueretur à substantia Dei, nec alterius Angeli*

4 *Sequeretur quod non essent plures gradus intelligendi quia tales gradus attenderētur secūdum diuersam participationē ipsius intelligere.*

2. Concl Arist. 3. de anim. tex. 9.

Quando dicitur, intellectus agens est sua actio, est prædicatio, non per essentiam, sed per concomitantiam.

Quia concomitatur substantiam.

5. concl.

Actio intellectus dicitur vita i. operatio vitalis, non quod sit substantia, quæ aliquādo dicitur vita.

4. concl.

Actio, quæ manet in agente, est distincta ab agente, & obiecto secundum modum significandi, & non est medium inter obiectū & agens, sed consequitur illorum vnionem, quasi effectus vtriusque.

Art. 2. Vtrum intelligere Angeli sit eius esse.

1. concl.

Actio Angeli, vel alterius creaturæ non est eius esse.

cap. 4. de diuin. nō.

1. *Intelligere Angeli est motus eius ex Dionys. Ergo.*

2. *Intelligere, vel est actio transiens, vel immanens. Sed neutra est suum esse, quia transiens est fluxus ab agente in actum, esse vero est intra: immanens autē de sui ratione est infinita, vel simpliciter vt velle, & intelligere, quia horum actuum obiecta conuertuntur cum ente, vel secūdum quid, vt sentire. At esse rei est determinatum. Ergo.*

2. concl.

Viuere aliquando sumitur pro esse, aliquando pro operatione, quæ demonstrat aliquid viuere: vnde intelligere est viuere, sed non substantia.

3. concl.

Essentia Angeli est ratio totius esse, non autem est ratio totius intelligere: vnde licet sit eadem forma, qua est, & intelligit; non tamen eadem ratione est principium essendi, & intelligendi.

Art. 3. Vtrum potentia intellectiua Angeli sit eius essentia.

Nec in Angelo, nec in alia creatura virtus operatiua est idem quod sua essentia. 1. concl.

1. *Dionys. distinguit in Angelo substantiam, operationem, & virtutem Ergo.*

2. *Esse & operari in creaturis sunt diuersa. Ergo & essentia, & potentia operatiua: nam esse est actus essentiæ, qua est veluti potentia ad esse; operari vero ad actus potentia: diuersi autem actus proprii arguunt diuersitatem potentiarum, quare si esse & operari non sunt idem, nec potentia & essentia erunt idem.*

Angelus dicitur mens & intellectus, *quia* 2. concl. *eo, a eius cognitio est intellectualis:* at anima cognitio est etiam sensitiua.

Forma simplex est actus, & ideo non re- 3 concl. cipit accidens. *Quia non dicit potentiam, q forma eius esse non est eius essentia, per q sit subiectum accidentis, & una cum eius q consequitur speciē q pertinet ad formam.*

Potentia materiæ est ad esse substantiale 4. concl. & ideo potentia est sua essentia: at potentia operatiua est ad esse accidentale, ideo, &c.

Art. 4. Vtrum in Angelo sit intellectus agens & possibilis.

In Angelo non est intellectus agens nec 1 concl. possibilis.

1. *In nobis datur talis intellectus ob comparationem ad phantasmata, qua ad intellectum possibilem se habēt, vt colores ad visum, ad agentem vt colores ad lumen. Sed hoc non est in angelo. Ergo.*

2. *In nobis ponuntur hi intellectus, quia sumus in potentia ad intelligendum: & ideo est necessarius intellectus possibilis, & cum qua intelliguntur & sunt in potentia: vt intelligantur, cum sint extra animam, debuit dari potentia, qua faceret res intelligibiles actu. Sed hæc necessitas nō est in angelis, quia non sunt intelligibiles tantum in potentia, cum aliqua naturaliter intelligant, & habent intelligibilia actu. Ergo.*

In Angelo non generatur, sed naturaliter 2. concl. est scientia, & ideo non ponuntur isti intellectus.

Intellectus agens non illuminat aliū in- 3. concl. tellectum, sed intelligibile in potentia, quod facit intelligibile actu: ad possibile pertinet esse in potentia respectu cognitionū naturaliū, quæ in angelo sunt æquiuoce, respectu vni⁹ qui illuminat, & alteri⁹, qui illuminatur.

Art. 5. Vtrum in Angelis sit sola intellectiua cognitio.

In an-

1. concl. In Angelis est tota intellectiua cognitio.

1. *Homo, ait Greg sensit cum pecoribus, intelligit cum angelis.*

2 *In Angelis ex animæ virtutibus, sunt solum illa, quæ non sunt actus corporis, cum careant corpore. Ergo est sola intellectiua cognitio.*

3. *Quia ordo vniuersi requirit, vt suprema creatura intellectualis sit totaliter intellectiua.*

2. concl. Qui attribuunt angelis alios actus, intelliguntur secundum opinionem, quæ asserit habere corpus: vel loquuntur secundū proportionem: Dicūtur sentire, quia certe intelligunt. Tribuitur eis experientia, quia et singularia cognoscunt: phantasia, quia habēt æstimationem particularium: memoria, quia habent mentem, non quod sit pars, vt in nobis. Ex quibus patet ad alia tria argumenta.

Quæstio 55. De medio cognitionis angelicæ.

Art. 1. Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam.

1. concl. Angeli non cognoscunt omnia per suam substantiam, quod est solius Dei, sed per virtutes superaddiras

Cap. 4 de diui. nom. 1. *Angeli illuminantur, ait Dionys. rationibus rerum, & ita per rationes cognoscunt.*

2. *Formā qua intellectus intelligit, debet continere omnia ad quæ potentia intelligens se extendit, vt illam perfi iat. Sed essentia angeli, qua est forma naturalis, qua intelligit, non continet omnia, ad quæ se extendit intellectus angeli, quia essentia angeli est determinata, & intellectus est aptus intelligere omnes res. Ergo eget aliis formis, per quas intelligat.*

2 concl. Cap. 7. de diui. nom. Cum Dionys. ait angelum intelligere secundum naturam mentis, particula, *secundum*, non determinat medium cognitionis, sed virtutem cognoscitiuam, quæ ei conuenit secundum suam naturam.

3 concl. Arist. 12. Met. text. 51. Quādo dicitur: in his, *quæ sunt sine materia, idem est intelligens & intellectum*, idē est, ac si diceretur, intellectus est res intellecta in actu.

Quia forma est similitudo intellectus non quod similitudo sit ipse intellectus: ex his enim, vt ex potentia & actu fit vnum.

4. concl. Quæ sunt supra, vel infra angelos, sunt in eo non secundum rationem propriam; vt sunt in Deo, qui est causa eorum vel secundum rationem communem, & ideo non habet de eis cognitionem propriam, licet in eo aliquo modo sint.

Artic. 2. Vtrum Angeli intelligant per species à rebus acceptas.

1. concl. Speeies per quas Angeli intelligunt, sunt eis connaturales, & ita non sunt a rebus.

Cap. 3. de diui. nom. 1 *Angeli non congregant diuinam cognitionem à rebus, ait Dionys. &c*

2. *Sicut in ordine incorporalium inferiora perficiuntur per varias formas, dum materia varias formas suscipit, superiora vero per vnam formam totaliter perficiuntur, vt cœli. ita in ordine spiritualium, sicut anima, quæ est inferior, perficitur varius & nouis formis, ita Angeli, qui sunt superiores, debent perfici per species connaturales. Ergo non accipiunt à rebus.*

3. *Ex modo essendi sumitur modus perfectionis acquirendæ. Ergo si anima, quæ est vnita corpori accipit suam perfectionem à corpore, Angelus, qui est incorporeus, non debet accipere à corpore, sed per influxum à Deo, simul cum intellectuali natura: & ideo Aug. lib. 2. sup. Gen. c. 8. ait quæ fiunt, fieri prius in cognitione rationalis creaturæ, tamen in genere suo.*

2. concl. Species quæ sun: in Angelis, nō sunt causæ rerum, neque causatæ a rebus, sed à Deo, qui est causa rerum.

3. concl. Licet lumen intellectus agētis possit producere species, non tamen intellectus angeli.

Quia non fit transitus ab extremo ad extremum sine medio: & ideo oportet, vt prius reducatur ad esse formale rerum imaginatarum, quod non potest intellectus Angeli, cum careat organo. Et dato, quod posset abstrahere, non est necesse, quia habet species infusas.

4. concl. Cognitio Angeli indifferenter se habet ad distans & propinquum secundum locū nec subita localiter mouetur.

Cum non moueatur ad accipiendam cognitionem, sed ad agendum in loco.

Art. 3. Vtrum superiores Angeli intelligant per species magis vniuersales quam inferiores.

1. concl. Angeli quanto sunt superiores, tanto per species vniuersaliores intelligunt.

Cap. 12. de cæl hier. 1. Ex Dion. qui ait superiores Angelos par-

ticipare

cipare scientiam magis in vniuersali, idem dicitur lib de caus.

2. *Quanto Angelus est superior, eo per paucieres species debet intelligere, vt sit similior Deo, qui per vnam speciem omnia intelligit, cui quæ superiora sunt, similiora esse dicuntur: sed qui per paucioresintelligit, debet intelligere per vniuersaliores, vt omnia intelligat, quia vniuersalieres ad plura se extendunt. Ergo quo angelus est superior, eo per vniuersaliores intelliget species. Id patet exemplo hominum, quorum aliqui propter imbecillitatem ingenii non intelligunt, nisi particulariter omnia exponantur, alii per pauca multa capiunt.*

†2. *concl.* Accidit vniuersali, quod abstrahatur à rebus: vniuersale autem quod ab angelo cognoscitur præcedit, vel secundum ordinem causæ, sicuti ideæ in Deo, vel secundum ordinem naturæ, rationes rerum, quæ sunt in intellectu angeli: quare hoc vniuersale, non dicitur magis, vel minus abstractum, cum non sumatur à rebus.

3. *concl.* Cognoscere in vniuersali secundum rationem vniuersalium naturæ cognitæ, dicit imperfectionem. at cognoscere per medium vniuersale, & secundum propriam cognitionem dicit perfectionem.

4. *concl.* Idem, si sit excellens, potest esse ratio adæquata plurium, & similitudo diuersorum: vt vniuersalis prudentia, quæ est in homine, & ratio prudentiæ, quæ est in leone, ad actus magnanimitatis, & eius quæ est in vulpe, ad actus cautelæ.

Quæstio 56. De cognitione Angelorum ex parte rerum materialium.

Artic. 1. Vtrum angelus cognoscat seipsum.

1. *concl.* Angelus intelligit seipsum per suam substantiam.

2. *Super Gen. ad lit. c. 8.* 1. *Ex Aug. qui ait, angelum cognoscere seipsum in sua confirmatione. i. in illustratione veritatis.*

2. *Si in genere intelligibilium aliquid se habet, vt forma intelligibilis subsistēs intelligit seipsum per suam substantiam. At Angelus est forma immaterialis subsistens actu intelligibilis. Ergo intelligit se per seipsum. Declaratur discursus per conditiones, quas obiectum actu intelligibile requirit. 1. cum intellectio sit actio immanens, obiectum debet vniri potentiæ, vt patet in visione: non sic in actione transeunte.*

3. *Vbi est vnitum, se habet, vt forma & principium actionis; & hæ sunt duæ conditiones per se.*

4. *Debet mouere intellectum, sed id accidit, quatenus intellectus prius erat in potentia.*

5. *Vt inhæreat potentiæ, quod etiam accidit, quatenus species est accidens. Cum ergo Angelus intelligat, & intelligatur, sit q; eius essentia forma subsistens coniuncta; intelliget se per seipsum, non per aliud, sine mutatione, & inhæsione.*

2. *concl.* Angelos ignorare suam virtutē, vt Dion. dixit, intelligitur, quatenus procedit ab ordine diuinæ sapientiæ, quę non comprehenditur ab angelo. *C. 7. cæle hier.*

3. *concl.* Singularia quæ habent materiam nō possunt cognosci: at singularia sine materia sunt actu intelligibilia.

4. *concl.* Moueri & pati conuenit intellectui, vt est in potentia: at Angelus non est in potentia ad se intelligendum.

Art. 2. Vtrum vnus angelus alium cognoscat.

1. *concl* Vnus angelus cognoscit alium per species impressas.

Lib. 2. super Gen. c. 8. 1. *Lib. de can omnis intelligentia sit res, quæ non corrumpun ur.*

2. *Ex Aug. res præcesserunt in Deo, non solum in esse naturali, sed etiam in esse intelligibili in mente angelorum Ergo in angelo sunt rationes etiam rerum spiritualium, per quas potest eas intelligere, quia in verbo Dei præcesserunt etiam rationes rerū spiritualiū.*

2. *concl.* Licet Angeli sint similes naturæ, tamen quia distinguuntur ordine quodam, natura vnius Angeli non prohibet intellectū ipsius, quin cognoscat naturas aliorum.

3. *concl.* Et si vnus angelus non causetur ab alio, propter cuius similitudinem vnus cognoscat alium, tamen habent similitudines ingenitas, per quas se cognoscunt.

4. *concl.* Angelus neque per essentiam suam, neq; per essentiam alterius cognoscit alterum, sed per speciem impressam intellectui, quæ differt ab angelo, cum angelus habeat esse immateriale, & species intentionale tantum.

5. *concl.* Si Deus decreuisset facere alium angelū, aliam speciem indidisset, qua cognosceretur: & ita eadem est ratio, quod creet vnam naturam de nouo, & vnam speciem.

Artic. 3. Vtrum angeli per sua naturalia possint Deum cognoscere.

1. concl. Angeli possunt per sua naturalia aliquam cognitionem habere de Deo.

1. *Quia id potest homo, Rom. 1. Ergo & angeli.*

2. *Imago Dei est impressa naturæ angelicæ. Ergo in seipso tanquam in imagine potest cognoscere Deum.*

2. concl. Angelus per hanc cognitionem non cognoscit essentiam Dei.

Quia nulla similitudo creata repræsentat diuinam essentiam.

3. concl. Tripliciter aliquid cognoscitur, vel per præsentiam essentiæ, & sic angelus se cognoscit; vel per præsentiam similitudinis, vel per speciem nõ propriam, sed à re alia in qua resultat acceptam; vt in speculo. primæ assimilatur Dei cognitio, qua se cognoscit: tertiæ cognitio, qua nos cognoscimus in via: secundæ cognitio, qua Angelus Deum naturaliter cognoscit.

4 concl. Licet angelus infinite distet à Deo, non sequitur quia aliqua ratione eũ cognoscat, sed quod non perfecte cognoscat.

5 concl. Angeli non cognoscunt Deum per essentiam, neque per speculum, sed cognitione media, vt dictum est.

Quæstio 57. De Angelorum cognitione respectu rerum materialium.

Art. 1. Vtrum angeli cognoscant res materiales.

1. concl. Angeli cognoscunt res materiales per species in ipsis existentes.

1. *Intellectus hominis id potest. Ergo & angelicus, quia potentia superior potest, quæ inferior.*

2. *In angelis continentur res materiales secundum esse intelligibile. Ergo eas cognoscunt per species sibi insitas. quod contineantur patet, quia ordo requirit, vt inferiora sint magis vnita & simpliciùs in superioribus, vt omnia sunt in Deo. Sed angeli, cum sint similes Deo, sunt superiores in entibus. Ergo continent inferiora. Quod modo intelligibili patet, quia, quod est in aliquo, est secundum modum eius, in quo est. Sed angelus est intellectualis. Ergo continet res modo intellectuali.*

2. concl. Res immateriales secundum rationes immateriales, quæ sunt in angelo possunt esse perfectio angeli.

Rationes rerum immaterialium sunt in angelo, sicut intellectum in intelligente, & non materialiter: & ideo eorum cognitio non est imaginaria, sed secũdum essentiam. 3. concl.

Si angelus acciperet cognitionem à rebus, deberet materialia facere actu intelligibilia; sed intelligit per species innatas, ideo, &c. 4. concl.

Art. 2. Vtrum angeli cognoscant singularia.

1. concl. Angeli cognoscunt res secundum singularitatem.

1. *Quia custodiunt homines. Ergo cognoscunt eos vt singulares: aliàs non possent custodire.* Psal. 98.

2. *Quæ disperſa sunt in inferioribus debent vniri in superioribus: & ideo sensus cõmunis vnica potentia cognoscit, quæ alii sensus per varias. Sed angelus est superior homine. Ergo, quæ homo cognoscit singulariter per sensum, cognoscet angelus per intellectum. Quo fit vt angelus cognoscat vniuersalia & particularia vna sola vi intellectiua.*

2. concl. Angelus cognoscit singularitates rerum, quæ sunt repræsentationes diuinæ essentiæ per species inditas.

Quia vt Deus producit res secundum suas naturas & singularitates in propriis naturis, ita etiam, vt sint in cognitione angelica. Ergo sicut Deus omnia per suam essentiam cognoscit, cum sit causa omnium; ita angelus per rationes inditas omnia secundũ quod emanant à Deo, cognoscet. Quare derogat fidei dicere angelos non cognoscere singularia. Heb. 1 Omnes sunt, &c. Similiter inconueniens est dicere, cognoscere tantum in causis vniuersalibus. Quia sic cognoscere non est cognoscere ipsum singulare.

3. concl. Licet in angelo non sit potentia sensitiua, quæ dicitur esse singularium: tamen cum non intelligat per species abstractas, sed inditas, potest singularia cognoscere.

4. concl. Inter angelum & singulare est similitudo, quæ est inter superius & inferius, vt inter solem & ignem. Deinde species, quas habet deriuatas à Deo, sunt similitudines rerum creatarum.

5. concl. Species, quibus angelus intelligit, licet sint vniuersales: tamen repræsentant singularia, quantum ad vniuersalitatem, & principia indiuiduationis.

Art. 3. Vtrum angeli cognoscant futura.

1. concl. Futurum, quodcunq; sit, in suo esse consideratum à solo Deo cognoscitur.

Cap. 11. 1. *Quia cognoscere futura est proprium signum diuinitatis, vt Isa. docet.*

2. *Ille intellectus potest cognoscere hoc modo futurum, qui complectitur omne tempus, & uno intuitu fertur in omnia. At solus diuinus hoc potest. Ergo.*

2. Concl. Futura necessaria cognoscuntur ab angelis in suis causis per certitudinem: futura in pluribus per coniecturam, quia etiam homines sic cognoscunt; futura vt in pauciori bus, in sua causa non cognoscuntur, sed hoc modo solus Deus nosci.

3. Concl. Homines non cognoscunt futura, nisi in suis causis, vel Deo reuelante; sic etiam angeli, licet melius.

4. Concl Licet intellectus angeli sit supra tempus, tamen in intellectu angeli est tempus secundum successionem intelligibilium conceptionum, & ideo non sunt omnia ei præsentia.

5. Concl. Licet species angeli æqualiter repræsentent omnia ex se, tamen ex parte rerum; res ipsæ non eodem modo se habent ad rationes, per quas intelliguntur.

6 Concl. Distantia secundum locum participant aliquam speciem cuius similitudo est in angelo; nõ sic forma, ideo illa intelligi possunt, & non ista.

Artic. 4. *Vtrum Angeli cognoscant cogitationes cordium.*

1. Concl. Angeli non cognoscunt cogitationes cordium, vt sunt in intellectu, nec affectiones, vt sunt in voluntate.

1. *Nam id est proprium Dei.*

2. *Quia rationalis creatura voluntati soli Deo subiacet. Ergo Deus solus in eã operatur.*

2. Concl. Angelus cognoscit cogitationes cordis, vt sunt in effectu, vt per vultum, &c. quomodo etiam homines eas cognoscunt. Ergo. Aug libro de diuinat. dæmonum.

3. Concl. Licet in angelis non sit obstaculum crassitiei corporis, tamen est natura voluntatis, quæ non est eis subiecta, ob quam causam post resurrectionem hominum cogitationes videbuntur.

4. concl. Quamuis angelus cognoscat species alterius angeli, tamen non cognoscit qua ratione illis vtatur, & ita non cognoscit cogitationes eius.

5. concl. Angeli cognoscunt affectiones brutorũ. *quia necessario appetunt, & sequuntur impressionem causæ corporalis*; non tamen necessario cognoscunt motus appetitus sensitiui, & apprehensioem phantasticam hominis, vt mouetur à voluntate & ratione; *quia etiam inferior pars animæ participat aliquo modo rationem*; & licet cognoscant quod est in appetitu sensitiuo, non tamen cognoscunt, quod est in voluntate & intellectu; *quia non subiacent appetitui sensitiuo.*

Art. 5. Vtrum Angeli cognoscant mysteria gratiæ.

1. concl. Angeli cognitione naturali per essentias & species non cognoscunt mysteria gratiæ

1. *Nam angeli hæc de nouo discunt, vt Dion dicit, & Isa. 63. habetur.* Cap. 7. de cœlest. hier.

2. *Quoniã ex voluntate Dei pendent, quã non possunt cognoscere sicuti nec humanam*

2. concl. Angeli cognitione beatifica cognoscunt mysteria gratiæ, non omnia, nec æqualiter, 1. Cor. 2. De quibus superiores illuminãt inferiores, & quædam à principio creationis, quædam vero post, pro ratione officii ipsorum.

3. concl. Mysterium incarnationis in generali fuit omnibus angelis reuelatũ à prin i o. *Quia est quoddam generale officium, ad quod omnia ipsorum officia ordinantur.* Quantum vero ad speciales conditiones, non omnes a principio fuit edocti.

4 Concl. Licet angeli videant essentiam diuinam, tamen, cum eam non comprehendant, non cognoscunt omnia in ea.

5. concl. Quamuis Prophetæ per angelos instruãtur, quia ipsis melius reuelata sunt mysteria gratiæ, tamen non omnia cognouerunt, nec angeli, nec Prophetæ.

6. concl. Sed alii plura & melius, alii contra, secundum successionem temporum. Eph. 1.

Quæstio 58. De modo cognitionis Angelica.

Art. 1. Vtrum intellectus angeli aliquando sit in potentia, aliquando in actu.

1. Concl. Angeli respectu eorum, quæ sunt in verbo, semper sunt in actu.

1. *Ex quo creati sunt, ait Aug. contemplatione perfruuntur. Ergo sunt in actu sic contemplantur.*

2. *Quia in hoc est posita eorum beatitudo, qua in actu est.*

2. concl. Ad ea quæ naturaliter cognoscunt, non sunt in potentia respectu habitus, id est, vt ea sciant. Sicuti corpora cœlestia non sunt in potentia, quæ non sit completa per actum; ita nec angelus est in potentia, quæ non sit

completa

completa per ſpecies. At vero reſpectu actus, ſunt in potentia.

Quia non ſemper actu contemplantur.

3. concl. Ad ea, quę habent per reuelationem, ſunt in potentia, quantum ad habitum, i. vt diſcant.

4. Concl. Motus in angelis non eſt actus imperfecti exiſtentis in potentia, ſed perfecti exiſtẽtis in actu.

5. Concl. Deſiderium in angelis eſt reſpectu nouæ reuelationis, vel non excluditrem deſideratam, ſed eius faſtidium.

6. concl. In ſubſtantia Angeli non eſt potentia denudata ab actu, ſimiliter nec in intellectu, ſed ſemper eſt cum aliquo actu.

Art. 2 Vtrum angeli ſimul poſſint multa intelligere.

1. concl Angeli poſſunt ſimul multa intelligere, quæ vna ſpecie repræſentantur.

super Gen ad lit. c. 32 1. Ex *Aug.* qui ait, *omnia quæ volunt facile ſimul comprehendere.*

2. *Poſſunt plura repræſentari & vniri in vna ſpecie, vt in vno eſſe intelligibili. Ergo in illo vno multa poſſunt ſimul intelligi.*

2. concl. Angelus non poteſt ſimul cognoſcere dura, vt ſimul multis ſpeciebus repræſentantur.

Quia ad vnitatem intellectionis requiritur vnitas obiecti, ſicut ad vnitatem motus vnitas termini. Ergo, quæ pluribus ſpeciebus repræſentantur, non poſſunt vna cognitione ſimul cognoſci.

3. Concl. Cognitione beatifica per vnam ſpeciem, quæ eſt diuina eſſentia, omnia ſimul cognoſcunt.

15. de Trin. c. 16. *Quia, vt ait Aug. non ſunt volubiles cogitationes in patria.*

4. Concl. Intelligere multa, vt vnum, eſt quodammodo vnum intelligere: & ita vno intelligere multa ſciuntur.

5. concl. Vna ſpecie poſſunt multa intelligibilia cognoſci, ſicut vnum corpus per vnam figuram poteſt multis corporibus aſſimilari.

Art. 3. Vtrum angeli cognoſcãt diſcurrẽdo

1. Concl. Cap 7. de div. nom. Angeli non cognoſcunt diſcurrendo.

1. Ex *Dion. qui ait non procedere à communi ad ſpecialia.*

2. *Angeli in genere ſpiritualium ſe habẽt, vt cœli reſpectu corporalium. Sed cœli non acquirunt perfectionem per motum, ſicut inferiora corpora. Ergo nec angeli per diſcurſum, vt homines.*

2. Concl. Angeli ſtatim vident in vno principio omnia, quæ in eo continentur, & ideo intellectuales dicuntur

Quia quæ naturaliter apprehenduntur, intelligi dicuntur: at homo dicitur rationalis, quia per exiguum lumen procedit ab vno ad aliud ratiocinando.

1. concl. Diſcurſus proprie dicitur, quando ex vno ad aliud proceditur, non autem quando vnũ per aliud, quomodo Angeli cognoſcũt.

2. Conc. Angeli ſyllogizare poſſunt, non tamen vt per ſyllogiſmum rem cognoſcant.

3. Concl. Experientia eſt in angelis ſecundum ſimilitudinem, quatenus ſenſibilia præſentia cognoſcunt ſine diſcurſu.

Art. 4 Vtrum Angeli intelligant diuidendo, & componendo.

1. Concl. Angeli non cognoſcunt diuidendo, & componendo.

1. *Dion. ait eos ſimpliciter intelligere.*

Cap. 7. de div. nom. 2. *Qui cognoſcit in prima apprehenſione obiecti omnia eius attributa, non componit, nec diuidit, quia cauſa compoſitionis & diuiſionis eſt non cognoſcere omnia. At angelus ſimul apprehendit omnia, cum ſit perfectior intellectu humano, qui ſua imbecillitate ne omnia videt. Ergo.*

2. concl. Angelus cognoſcit compoſitionem & diuiſionem, vt ſyllogiſmum: & ita compoſite ſimpliciter, & mobilia immobiliter, & diſcurſum non diſcurrendo cognoſcit.

3. concl. Licet in angelo ſit multitudo intellectorum, tamen non eſt compoſitio. *Quia omnia, quæ attribui & negari poſſunt, ſtatim videt.*

4. concl. Quidditates in ratione eſſendi magis conueniunt, quam affirmatio & negatio, quæ in ratione cognoſcendi minus diſtant: vnde per varias ſpecies illas cognoſcit, non autem affirmatione & negatione.

5. Concl. Quod angeli loquantur per propoſitiones, eſt ſignum, quod eas cognoſcant, non quod componant.

Art. 5. Vtrum in intellectu angeli poſſit eſſe falſum.

1. Concl lib. 83. q 32. lib. 3. de ani. tex 26. 3. Met. t. 22. In intellectu angeli non poteſt eſſe falſitas per ſe, quoad naturalia.

Ex Aug. nihil intelligitur, niſi verum Sed angeli non cognoſcunt, niſi intelligendo Ergo non cognoſcunt niſi verum.

2. *Intellectus, circa quid quid eſt ſemper eſt verus ex Ariſt. vt ſenſus circa ſuum obiectum; licet per accidens in nobis ratione diuiſionis & cõpoſitionis eſſe poſſit error Sed in*

tellectus angeli intelligit quiddit ates simplices, ex Arist. in quibus non est falsitas, quia vel omnino ignorantur, vel totaliter sciuntur, & sine compositione & diuisione. Ergo in hac cognitione non potest esse falsum, quod est in intellectu diuidente & componente.

1. concl. In intellectu angelico potest esse falsitas, quoad supernaturalia per accidens in angelis naturalis. *Quia per voluntatem peruersam subducunt intellectum à diuersa sapientia, abente iudicando de supernaturalibus secũdum naturalia quæ non sunt apta ad representandum supernaturalia: vt si videant mortuum, iudicent non resurrecturum.* Bonivero non iudicant de supernaturalibus, nisi salua ordinatione diuina. Quare in bonis nullo modo potest esse falsitas. Vnde patet ad argumenta.

Art. 6. Vtrum in angelis sit cognitio matutina & vespertina.

In angelis est cognitio matutina & vespertina.

1. concl. Lib. 4. super Genes. ad lit. c. 22 & lib. 11 de ciu. c. 29. *Ex Aug. qui sex dies, quibus res creatæ dicuntur, vult esse vnum diem, id est, cognitionem angelicam, sex rerum generibus representatam. Prima pars diei est mane, quæ significatur cognitio rerum in verbo, à quo res manant, vt à quodam principio: altera, vt terminus, est vespere, qua significatur cognitio rerum, vt in seipsis sunt: quod esse, est terminus fluxus rerum à verbo.*

2. concl. Talis cognitio ponitur secundum similitudinem principii, & termini, non autem secundum admixtionem tenebrarum, quamuis vespertina possit dici tenebrosa comparata ad cognitionem in verbo.

3. concl. Non ponitur cognitio nocturna: *quia boni angeli omnia cognoscentes ad laudem Dei referunt*: vnde non ponitur nox. Meridiana vero vel continetur sub nomine diei, vel est propria Dei quæ caret principio & fine.

4. concl. Cognitio, qua angelus se cognoscit, continetur sub vespertina, cum sit rei creatæ.

Artic. 7. Vtrum vna sit cognitio matutina & vespertina.

1. concl. Si cognitio vespertina sumatur pro cognitione rerum secundum esse quod habent in sua natura per species innatas, sunt duæ cognitiones: & sic accepit Augustinus qui dixit, multum differre; deinde, quia habent diuersum medium, nimirum species innatas, & rationes rerum in verbo. Si vero sumatur pro cognitione, qua vident res in verbo, est vna cognitio, quod aliquando dixit Aug. *quia dum vident res in verbo, vident etiam proprium esse earum in ipso Verbo*: sicuti etiam Deus easdem in se secundum proprium esse videt.

2. concl. Vt sex dies accipiuntur secundum sex genera rerum ab Angelo cognitarum, ita vnitas diei accipitur secundum vnitatem rei cognitæ, quæ tamen diuersis cognitionibus cognosci potest.

3. concl. Duæ operationes possunt simul esse vnius potentiæ, cum vna ad alteram ordinatur, vt cognitio principiorum: sic vespertina ad matutinam, & ideo possunt esse simul.

4. concl. Vespertina non contrariatur matutinæ. *Quia idem cognoscitur, & in se, & in sua causa, & diuersis mediis*; & ideo matutina perfecta non tollit vespertinam: non sic fides, & visio in patria.

Quæst. 59. De voluntate angelorũ.

Art. 1. Vtrum in angelis sit voluntas.

1. concl. In angelis est voluntas.

Lib. 9. de Trin. c. 11 1 *Ex Aug. qui ait imaginem Dei reperiri secundũ intelligentiam, & voluntatem, & memoriam. At angelus est imago Dei. Ergo.*

2. *Omnia quæ à voluntate Dei cuncta in bonum diriguntur procedunt, appetunt bonũ, vel appetitu naturali, vel appetitu sensitiuo, sine cognitione rationis ipsius boni, vel cũ tali cognitione, qua est propria intellectus, sed angeli habent intellectum. Ergo appetunt bonum sub ratione boni. Sed tale appetitus est voluntas. Ergo.*

2. concl. Aliter transcendit ratio sensum, quam intellectus rationem.

2. de anim. tex. 42. *Quia ratio habet aliud obiectum; intellectus vero idem, licet differat à ratione in modo cognoscendi sine discursu: vnde vbi est intellectus: est etiam voluntas, qua ab Aristo. ibi esse dicitur, vbi ratio est.*

3. concl Licet appetitiua potentia dicta sit ab appetendo quæ non habentur, tamen talis potentia non solum ad ista, sed etiam ad alia se extendit.

4. concl. 3 de anim. tex. 28. Motus voluntatis est actus perfecti, vt ait Arist. & ideo potest esse in angelo.

Artic. 2. Vtrum in angelis voluntas differt ab intellectu.

1. concl. Voluntas Angelorum differt ab intellectu.

1. *Voluntas angeli est tantum bonorum: intellectus autem etiam malorum. Ergo.*

2. *Potentia, quarum altera, quæ sunt extra debet habere in se, altera vero tendit in res extra se, sunt diuersæ. Sed intellectus, quæ sunt extra, in se debet habere, quia cognitio fit ex eo, quod cognitum est in se, voluntas vero per appetitum fertur in res ipsas Ergo.*

2. *concl.* Voluntas angeli differt à natura angeli.

Nam quod se extendit extra rem, non est rei essentia: quia essentia est intra rem; & inclinatio ad esse, non est per aliquid additum essentiæ, sed per potentiam materiæ, quæ idem est cum ipsa, & per formam, quæ continet in esse, inclinatio vero ad extrinsecum, est per aliud superadditum, vt inclinatio ad locum, per grauitatem. At voluntas habet inclinationem ad bonum naturale. Ergo nō est idem quod essentia At in Deo voluntas & essentia sunt idem; cum nihil velit extra se.

† 3. *concl.* Corpus naturale ad esse inclinatur per formam substantialem: ad exterius inclinatur per aliquid additum, i. per essentiam.

4. *Concl.* Diuersitas potentiæ sumitur à diuersa ratione formali obiecti.

5. *Concl.* Vnde bonum cognoscitur ab intellectu vt verum; & à voluntate verum appetitur vt bonum.

Art. 3. Vtrum in angelo sit liberum arbitrium.

1. *Concl.* In angelo est liberum arbitrium.

1. *Quia pertinet ad dignitatem angeli. Ergo cum sit in homine, erit etiam in angelo.*

2. *Qui habet intellectum, habet iudicium liberum, quia cognoscit vniuersalē rationē boni, ex qua potest iudicare hoc, vel illud. Sed angelus habet intellectum. Ergo.*

† 2. *concl.* In angelis est electio non cum consilio; sed per subditam acceptionem veritatis.

3. *Concl.* Vt angelus est indifferens in cognoscendo inferiora se, ita in appetendo: quod non dicit imperfectionem.

Quia imperfectio rei pendet ex inclinatione ad superiora, circa quæ non est indifferēs: & ita circa illa se habet ad vtrumlibet.

4. *Concl.* Liberum arbitrium est nobiliore modo in angelis, quam in inferioribus; non vt dicit priuationem coactionis, quia sic non suscipit magis & minus, sed ratione nobilioris intellectus.

Artic. 4. Vtrum in angelis sit irascibilis & concupiscibilis.

1. *Concl. t. 3. de ani. 41.* Appetitus angelicus non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem.

1. *Quia isti appetitus sunt in parte sensitiua ex Arist. quæ caret angelus.*

2. *Potentia non distinguitur penes distinctionem materialem obiecti, sicuti visus non distinguitur per album & nigrum. Sed ista appetitus distinctio sumitur secundum rationem materialem, seu minus communem boni in quod appetitus rationalis vniuersaliter fertur. Ergo appetitus angeli non distinguitur in hos appetitus, sed remanet indiuisus.*

† 2. *concl* In dæmonibus dicitur esse furor, & concupiscentia metaphorice.

3. *Concl.* Amor & gaudium, vt dicunt simplicem actum, non sunt in appetitu sensitiuo, sed in voluntate, &c.

4. *Concl.* Caritas, & spes sunt in volūtate; ideo sunt in angelis: at temperantia & fortitudo, vt sunt virtutes, sunt in angelis metaphorice, prout Deo se subijciunt, & permanenter ei parent, quæ pro voluntate faciunt.

Quæst. 60. De amore & dilectione angelorum.

Art. 1. Vtrum in angelo sit amor naturalis.

In angelis est amor naturalis:

1. *Concl.* 1. *In angelis est cognitio naturalis. Ergo & dilectio quæ sequitur cognitionem.*

2. *Omni naturæ commune est, vt ex ea fiant inclinatio, ad aliquod secundum modum suum, vel secundum appetitum naturalem: vel sensitiuum, vel rationalem: quæ inclinatio est amor. Ergo etiam in natura angeli dabitur talis inclinatio, quæ est naturalis dilectio.*

† 2. *concl.* Amor intellectualis diuiditur contra naturalem, qui tantum naturalis est: angel. autem cum sit natura, & intellectus, vtrumq; habet.

3. *Concl.* Angelus ratione suæ naturę agitur ab auctore naturæ: sed vt liber, agit etiam se.

4. *concl.* Vt cognitio naturalis est semper vera, ita inclinatio semper recta: & alia est rectitudo naturalis, alia vero caritatis: & ita amor caritatis, non est naturalis.

Artic. 2. Vtrum in angelo sit dilectio electiua.

In angelo est dilectio electiua.

1. Angeli merentur & demerentur. Ergo debent diligere, amore electiuo, cum naturali non mereantur.

2. Appetere aliquid vt finem, quod pertinet ad naturalem dilectionem, & aliquid quod ordinatur ad finem quod est electionis, dicit perfectionem. Ergo non denegabitur angelo; qui est natura intellectiua perfecta.

2. concl. Dilectio naturalis est principiū electiuæ.

1. Quoniam natura est principium in omnibus, vt patet in cognitione; cum naturalis cognitio sit causa cognitionis conclusionis. Ergo etiam amor naturalis aut causa dilectionis elicitæ.

2. Finis respectu voluntatis se habet vt principium, cum voluntas naturaliter ab eo moueatur. Ergo dilectio finis erit causa aliorum, quæ sunt propter finem. Sed ha dicuntur electiua. Ergo naturalis dilectio erit causa electiua.

3. concl. Non habere actu intelligibilia est imperfectio.

Quia res cognita est in cognoscente: non autem est imperfectio non appetere omnia naturaliter. Quia appetitus est ad res, quarū quædam per se, quædam ad aliud appetuntur, & harum est amor electiuus.

† 4. concl. Dilectio Angeli electiua non est rationalis, vt est in homine in quo sequitur discursum, sed per solam acceptionem voluntatis

Secundum patet ex dictis.

Art. 3. Vtrum angelus diligat se dilectione naturali, & electiua.

1. Concl. Angelus diligit se dilectione naturali, & electiua.

lib. 9. Eth. 1. Amicabilia ad alterum veniunt ex amicabilibus ad se, ex Arist. Ergo.

2. Angelus desiderat sibi bonum naturali appetitu, quod est commune omnibus, vt subsistere, & aliquid appetitu elicito, vt perfectionem accidentalem. Ergo amat seipsum vtroque appetitu; quia hoc est amare, bonum nimirum sibi desiderare. Vt ergo naturaliter desiderat sibi bonum, amat se naturaliter: vt vero per electionem bonum sibi desiderat, amat se amore elicito.

† 2. concl. Angelus & homo diligunt se vtraque dilectione non secundum idem, sed secundum diuersa.

3. concl. Amor ad se est magis vnus quam amor ad diuersa: dicitur autem vnitiuus aliorum, vt ad alia se extendit.

4. concl. Amor est actio immanens & ideo resi-

Art. 4. Vtrum vnus angelus naturali dilectione diligat alium sicut seipsum.

1. Conel. Vnus angelus diligit alium, vt seipsum naturaliter.

1. Quia omnia naturaliter diligunt similia. Ergo & angelus diliget naturaliter angelum sibi similem.

2. Omne quod est vnum genere, vel specie cum aliquo naturaliter amat illud, quia est idem cum ipso, & vnum quodq; diligit seipsum. Sed vnus angelus est idem genere cum alio. Ergo naturaliter illum amat.

2. concl. Angelus prout conuenit cum alio non in natura sed in quibusdam aliis, & vt ab ipso differt non diligit eum amore naturali: sicut homo ciuem diligit politica dilectione, consanguineum vero naturali.

† 3. Concl. Vnus angelus cognoscit & diligit alium vt seipsum, ex parte cogniti & dilecti.

Quia vt cognoscit se esse, ita & alium, non autem ex parte cognoscentis & cognitionis: quia se cognoscit sine specie, alium per speciem nec alium amat per voluntatem eius, vt se per suam.

4. concl. Sicut seipsum non intelligitur secundum æqualitatem, sed secundum similitudinem

5. Concl. Dilectio naturalis dicitur finis, non quod illi velimus bonum, sed vt bonum nobis & aliis, vt sunt vnum nobis, quæ etiam in dæmonibus reperitur, qui naturaliter amant alios, vt communicant in natura: sed odio habent, vt diuersificantur secundum iustitiam & iniustitiam.

Art. 5. Vtrum angelus naturali dilectione diligat Deum plusquam seipsum.

1. Concl. Angelus naturali dilectione diligit plus Deum quam se.

1. Quia præceptum de diligendo Deo super omnia, est naturale.

2. Ea, quorum esse est esse ad aliud, magis inclinantur ad illud, quam ad se. Sed cum Angel. sit creatura, cuius esse est esse ad Deum, tanquam ad bonum vniuersale. Ergo naturaliter magis inclinabitur in Deum, quam ad se.

3. Quodlibet naturaliter agitur, vt natum est agi, vt pars ad defensionem totius, & cum ratio imitetur naturam, Angelus, qui est quoddam bonum sub vniuersali bono,

natura-

naturaliter magis inclinabitur in Deum, quam in se.

4. *Alias naturalis dilectio esset perversa: & per charitatem non perficeretur, sed solveretur.*

† 2. *concl.* Quodlibet diligit magis se quam aliud, à quo non habet rationem extendi: at magis illud, à quo eius esse dependet.

3. *concl.* Angelus diligit Deum inquantum est sibi bonum; sed inquantum non dicit finem, sed rationem amoris.

Quia non amaret, nisi penderet à bono, quod Deus est.

4. *concl.* Natura reflectitur non solum in seipsam, quantum ad id, quod ei est singulare, sed etiam quantum ad id, quod est ei commune.

5. *concl.* Deus, vt vniuersale bonum, à quo omnia pendent, naturali dilectione diligitur: vt autem bonum beatificans diligitur caritate.

6. *concl.* Dicuntur aliqui odisse Deum ratione effectus, qui est contrarius suæ voluntati, vt ratione punitionis: diligunt tamen naturali dilectione, vt est vniuersale bonum. At cū beati videant essentiam boni, vno motu dilectionis amant, & non possunt non amare.

Quæstio 61. De productione Angelorum in esse naturæ.

Art. 1. Vtrum Angeli habeant causam sui esse.

1. *Concl.* Angelus habet causam sui esse.

1. *Psal. 148. Angeli dicuntur facti.*

2. *Quod habet esse participatum, est causatum. At Angeli sunt huiusmodi; quia eorum esse non est idem quod essentia. Ergo.*

2. *concl.* In Genesi facta est mentio de Angelis sub nomine cæli, vel lucis: vel prætermissi sunt, ne daretur occasio idololatriæ.

3. *Concl.* Angeli habent causam producentem totam substantiam, non autem causam formalem sui esse, & vnitatis.

Artic. 2. Vtrum sint producti à Deo ab æterno.

1. *Concl.* Solus Deus est ab æterno, & ita Angeli non sunt ab æterno.

1. *Angeli sunt facti, Sap. 8. Ergo.*

2. *Ex fide Catholica, qua docet creaturas factas ex nihilo, id est, postquam nihil fuerat.*

Esse Dei est coniunctum cum voluntate, † 2. *concl.* quæ libere se habet ad producendum, quæ vult, & quando vult.

Licet aliquando Angelus non fuerit: tamen non subiacet tempori, quod est numerus motus cæli, sed est supra: non tamen est supra tempus, quod est numerus successionis esse eius, post non esse; & successionis operationum eius. 3. *Concl.*

Angeli, & anima per naturam, qua sunt capaces veritatis sunt incorruptibiles, sed hanc habuerunt de nouo. 4. *concl.*

Art. 3. Vtrum sint creati ante mundum corporeum.

1. *Concl.* Angeli non sunt creati ante mundum: & contrarium non est probabile.

1. *Genes. 1. In principio Deus creauit cælum, &c. Ergo non erat aliquid ante mundum.*

2. *Nulla pars est perfecta extra suum totum. Sed Angeli sunt pars vniuersi; quia ipsi non faciunt per se vniuersum. Ergo non sunt producti ante, quia non essent perfecti.*

† 1. *Concl.* Contrarium non est putandum erroneum propter auctoritatem Greg. Nazianz. & Hier. qui sentit cum Græcis.

3. *concl.* Deus non est pars vniuersi, sed supra totum: *quia in se totum prahabet*; non sic Angelus, qui est medius inter Deum, & corpoream creaturam.

4. *Concl.* Licet vna natura sit facta ante aliam; non ideo Angelus factus est ante naturam corpoream.

Quia creatis Angelis, non esset vniuersum creatum.

Artic. 4. Vtrum sint creati in cælo empyreo.

1. *Concl.* Angeli sunt creati in cælo empyreo.

1. *Strabus in illud: Creauit cælum, id est, empyreum, quod Angelis est repletum.*

2. *Angeli sunt partes superiores vniuersi habētes ordinem ad creaturam, cui præsunt. Ergo debuerunt creari in supremo loco, cuiusmodi est hoc cælum.*

2. *concl.* Non sunt creati in corpore, quasi ab illo pendentes secundum esse, vel fieri: sed ad ostendendum ordinem eorum ad naturam corpoream, quam suâ virtute contingunt.

3. *Concl.* Cum Aug. ait, *creatus in suprema parte aeris*, vel per aerē, intelligit cælum: vel intelligitur de aliquibus inferioribus Angelis.

Cum

4. concl. Cum Angelus dixit, *ascendam in cælum*; per *cælum* intelligitur sedes sanctissimæ Trinitatis, cui voluit se æquiparare.

Quæst. 62. De perfectione Angelorum in esse gratiæ, & gloriæ.

Art. 1. Vtrum fuerint in sua creatione beati.

2. concl. Angeli non fuerunt in sua creatione beati, beatitudine perfecta.

1. *Hæc beatitudo requirit confirmationem in bono. Sed non fuerunt confirmati in ipsa creatione. Ergo.*

2. *Beatitudo non est aliquid naturæ, sed naturæ finis altior. Ergo non debuerunt habere eam à principio.*

1 concl. Angeli fuerunt creati in beatitudine naturali.

Quia Angelus non acquirit perfectiones naturales per discursum, sed statim: quæ beatitudo consistit in contemplatione Dei. Vnde patet ad primum, ex Aug sumptum.

de eccles. dog c. 59. 3. concl. Creatura corporea non habuit perfectionem, quam per operationes acquirit; quam etiam nec Angelus habet: vnde nec illa fuit omnino perfecta à principio, nisi perfectione essentiali.

4. concl. Cognitio matutina est duplex; altera perfecta per beatitudinem, & hanc non habuit à principio; altera imperfecta, qua cognoscit Verbum, vt repræsentatur in sua natura, & hanc habuit à principio.

Articul. 2. Vtrum indiguerit gratia ad hoc, vt conuerteretur ad Deum.

1. concl. Angelus non potuisset conuerti ad Deum sine auxilio gratiæ.

1. Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna.*

2. *Voluntas non potest in id, quod superat facultatem ipsius, nisi adiuta supernaturali principio; sicut calor non potest carnem producere nisi auxilio animæ. Sed beatitudo vltima excedit facultatem naturæ creatæ. Ergo non potest voluntas habere motum in beatitudinem nisi mota à supernaturali agente, & hoc dicimus auxilium gratiæ.*

† 2. concl. Angelus naturaliter diligit Deum, vt est causa sui esse; non autem vt est beatificans; de quo hic loquimur.

3. concl. Hominem conuerti ad beatitudinem est difficile.

Cum ex impedimento corporis; tum quia tranjcendit ordinem naturæ, Angelo autem solum altero modo.

4. concl. Conuersio est motus voluntatis in Deum: quæ, vel est perfecta, & hæc dicitur gratia consummata; vel est ad merendum, & hæc eget gratia habituali; vel ad præparationem, & hæc eget motione Dei, quæ dicitur gratia auxilij.

Art. 3. Vtrum Angeli sint creati in gratia.

1. concl. Angeli sunt creati in gratia: quod est probabilius, & magis sanctorum dictis consonum.

Lib. 12. de ciuit c. 9. 1. *Augustinus Deum Angelos simul dedisse naturam & gratiam.*

Aug. 1 super Gen. 2. *Quæ processu temporis à Deo facta sunt in prima rerum conditione creantur cum quadam virtute seminali, vt ait Aug. Sed gratia gratum faciens se habet, vt semen ad beatitudinem, Io. 3 Ergo.*

2. concl. Fuerunt Angeli informes à principio quoad formationem gloriæ, non autem gratiæ.

3. concl. Inclinatio formæ est secundum naturam subiecti: & ita licet fuerint creati in gratia; tamen potuerunt recedere à Deo, cum sint natura liberi.

4. concl. Gloria non est simul cum natura, sicuti gratia.

Quia illa est finis, hæc principium; & ideo debuit esse cum natura.

Art. 4. Vtrum Angelus creatus suam beatitudinem meruerit.

1. concl. Angelus per gratiam, quam habuit, meruit beatitudinem.

1. *Apo. 21. Mensura Angeli est mensura hominis in beatitudine. At homo non habet sine merito. Ergo.*

2. *Finis excedens virtutem operantis ad finem non attingitur operatione, sed merito; quia expectatur ex dono alterius. Sed beatitudo excedit naturam Angeli. Ergo eam habet ex merito.*

3. *Vel habuit gratiam post beatitudinem; & hoc non: quia beatitudo est finis, & præmium quod præcedere debet meritum: vel vno & eodem actu fuit beatus & meruit; & hoc non, quia meruisset per liberum arbitrium; quod tamen est insufficiens ad beatitudinem sine gratia, quæ est principium*

merendi,

merendi, cum qua non potest esse gratia perfecta, quæ est principium fruendi: quare habuit gratiam ante, per quam meruit, itaque angelus non fuit beatus per modum naturæ: neq; per operationem ex vi naturali factam; sed per operationes à gratia procedentes, & ita meritum beatitudinem præcessit.

† 2. concl. Difficultas bene operandi in angelo non oritur ex impedimento naturali; sed quia est opus supra vires naturæ.

3. concl. Angelus conuersione naturali non meruit beatitudinem: sed conuersione caritatis, quæ est per gratiam.

Articul. 5. Vtrum Angelus statim post vnum actum meriti, beatitudinem habuerit.

1. concl. Angelus statim post primum actum caritatis, quo beatitudinem meruit, fuit beatus.

1. *Anima à corpore separata statim eam consequitur, nisi sit impedimentum. Ergo & angelus.*

2 *Vt angelus ex sua natura habet ordinem ad perfectionem naturalem, ita ex merito ad gloriam. Sed perfectionem naturalē, vt est dictum, statim acquirit. Ergo etiam statim post meritum gloriam.*

† 2. concl. Meritum beatitudinis, etiam in homine potest esse per vnum actum: sed ei datum est longius tempus ad merendum.

Quia non statim natus acquirit suam perfectionem.

3. concl. Actus meritorius, & beatificus non possunt esse simul, cum differant, vt perfectum & imperfectum: vnde intercesserunt duo instantia, quæ non secundum tempus, sed secundum diuersos actus sumuntur: nec fuerunt necessario multa; quia vno actu meruit altero acquisiuit beatitudinem.

4. concl. Quia angelus statim suam perfectionem acquirit, ideo non requiritur nisi vnus actus meritorius, qui habet rationem medij.

Artic. 6. Vtrum sint consecuti gratiam & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.

1. concl. Angeli, qui habuerunt meliora naturalia, habuerunt plus de gratia, & de gloria.

2. Sen. d. 3. 1. *Ex Magistro, qui hoc docet.*

2. *Deus fecit naturam intellectiuam ad beatitudinem. Ergo diuersos gradus naturæ, ad diuersos gradus gratiæ, & beatitudinis: vt patet in artifice, qui varie præparat lapides ad domum.*

3. *Angelus toto conatu fertur in beatitudinem, quia non habet impedimentum, cum sit natura simplex. Sed gratia & beatitudo dantur secundum conatum, vt patet in homine. Ergo consequitur ista secundum quantitatem naturalium.*

† 2. concl. Vt gratia datur ex voluntate Dei, ita naturæ gradus, quos ordinauit ad gratiam.

3. concl. Videtur quod gratia magis detur secundum gradus naturæ, quam ex operibus.

Cum natura sit immediate à Deo: opera vero à natura.

4. concl. Licet homo ordinetur ad beatitudinem, vt angelus; tamen homini non datur gratia secundum gradum naturalem.

Quia in ipso est aliquid, quod impedit modum naturæ, quod non est in angelo.

Artic. 7. Vtrum in angelis beatis remaneat cognitio naturalis.

1. concl. In angelis beatis remanet cognitio & dilectio naturalis.

1. *Quia beatitudo non tollit naturam; qua manente, manet etiam operatio.*

2 *In beatitudine saluatur natura, quia natura ad beatitudinem se habet, vt primum ad secundum. Ergo saluatur cognitio & dilectio naturalis, quia vt se habent principia operationum inter se, ita & operationes.*

† 2. concl. Per formam tollitur imperfectio opposita, id est, priuatio: at imperfectio naturæ nō est opposita perfectioni beatitudinis, sed substernitur ei, vt potentia formæ; & ideo vtraque operatio manet.

3. concl. Potest angelus simul cognoscere Deum per essentiam Dei; & per essentiam propriam duplici cognitione.

4. concl. Quæ sunt beatitudinis, per se sufficiunt; cum hoc tamen debent manere, quæ sunt naturæ.

5. concl. Quando duæ operationes ita se habēt, vt vna ordinetur ad aliam, vt dilectio naturalis ad supernaturalem, possunt esse simul.

Artic. 8. Vtrum Angelus beatus peccare possit.

Angelus beatus non potest peccare.

1. concl. 1. *Ex Aug. natura, quæ peccare non potest in angelis est.*

2. *Ita se habet angelus beatus ad essentiam Dei, quam videt; vt quilibet non videns Deum ad commune bonum. Sed impossibile est, vt quis velit & operetur aliquid, nisi attendens ad bonum. Ergo nec angelus potest aliquid agere non attendens ad Deum. At qui sic operatur, non potest peccare. Ergo.*

†2. concl. Bonum creatum iunctum creato potest deficere; tamen iunctum perfecte bono increato, non potest.

3. Concl. Virtutes se habent ad opposita in his, ad quæ non se habent naturaliter, vt voluntas ad Deum.

4. concl. Perfectio libertatis arbitrij consistit in eligendis diuersis, seruato ordine finis, vt est in angelis; non autem in eligendo aliquo diuertendo à fine, vt in homine.

Quia hic est defectus libertatis.

Art. 9. Vtrum Angeli beati possint proficere in beatitudine.

1. Concl Angelus beatus non potest proficere in beatitudine.

1. *Mereri & proficere est viatoris. Ergo.*

2. *Omne mobile mouetur in aliquod determinatum ex intentione motoris: quia intentioni, qua est de fine, repugnat infinitas. Sed angel mouetur ad beatitudinem à Deo. Ergo ad determinatum gradum, & ideo non proficit.*

2. concl. Determinatio beatitudinis non est ex parte rei visæ, sed ex parte modi visionis, & secundum gradus diuersos visionis.

Quia creatura non est capax infinitæ visionis.

3. Concl. Caritatis imperfectæ, quæ est in via, est meteri; non autem perfectæ, quæ est in beatis cuius potius est frui.

4. Concl. Dupliciter aliquid est vtile, vel vt medium ad finem, vel vt pars totius: ministeria angelorum sunt vtilia ipsis, vt pars beatitudinis ipsorum; quatenus communicare se est de ratione perfecti,

5. concl. Angelus non est in summa felicitate simpliciter; sed tantum ratione sui pro Dei prædestinatione: & ideo potest ei addi gaudium vsque ad finem mundi, quod est accidentale, ex quo gaudio non meretur.

Quia nemo est simul viator, & comprehensor, vt Christus fuit.

Quæstio 63. De Angelorum malitia quoad culpam.

Art. 1. Vtrum malum culpæ possit esse in angelis.

1. concl. Quæcunque creatura rationalis, si in sua natura consideretur, potest peccare.

1. *Iob 4. in angelis suis reperit prauitatem.*

2. *Sola virtus operatiua, qua est sua regula operandi non potest declinare à rectitudine actus, cuiusmodi est diuina; qua ab alio non regulatur. Sed nulla creata virtus est regula sua operationis, quia regulatur à superiore, vt patet in politia humana. Ergo omnis virtus creata potest declinare à rectitudine actus; quod est peccare; non sic diuina.*

†2. concl. Licet angelus non habeat potentiam ad effectum habet ad operandum, & volendum hoc, vel illud.

3. concl. Cælum ideo non potest errare, quia supra actionem naturalem non habet aliam; non sic Angelus, qui habet actionem liberam vltra naturalem.

4. Concl. Quod angelus conuertatur in Deum, nō est ex amore naturali, sed ex gratuito, à quo amore potest auerti & peccare.

5. Concl. Peccatum in actu liberi arbitrij, vel est, quia quod malum est eligitur vt qui *eligit furtum*; & hoc peccatum procedit, vel ex ignorantia, vel ex errore, *quia aliàs non eligeretur, vt bonum, sub qua ratione appetitur*, & hoc modo non peccat angelus, quia tale peccatum requirit ignorantiam, quæ non fuit in angelo, cum nec passio, nec habitus malus esset in eo, vel est; quia eligitur bonum, non cum debito ordine, vel mensura, vt peccatum solum sit ex parte electionis, & non rei, & hoc peccatum non requirit ignorantiam, sed absentiam considerationis eorum, quæ considerari debent, & sic peccauit angelus conuertēdo se ad suum bonum, absque ordine, ad regulam diuinæ voluntatis.

Art. 2. Vtrum in angelis possit esse tantum peccatum superbiæ & inuidiæ.

1 Concl. Primum peccatum angeli secundum affectum non potest esse nisi superbia, & consequenter inuidia.

1. *Quia, vt ait Aug. est superb. & inuidus.* *Aug. lib. 14 de ciu. c. 3.*

2. *Ange*

2. *Angelus non potest habere affectum deordinatum, nisi circa spiritualia; quia nihil habet affectum nisi ad ea, quæ conueniunt suæ naturæ. Sed talis affectus deordinatus non potest esse nisi superbia; quoniam in angelo non contingit aliter peccare, nisi quia non sequatur superioris regulam; quod est superbia. Ergo in angelo fuit peccatum superbiæ, & consequenter inuidiæ. Quia eiusdem rationis est, quod affectus aliquid appetat, & opposito renitatur: quia inuidus non dolet de bono alterius, nisi vt est impedimentum sui: sed angelus appetiuit suam singularem excellentiam, quæ cessat ex bono alterius. Ergo doluit de excellentia diuina. Ergo fuit inuidus.*

2. concl. In Dæmonibus quantum ad reatum possunt esse omnia peccata.

Quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium reatum incurrunt.

3. concl. Dæmones delectantur de peccatis hominum, vt sunt impeditiua humani boni.

4. concl. Auaritia & arrogantia in dæmonibus non est nisi impropriè, cum careant passione, nec diuitias cupiant.

5. concl. Sub peccato superbiæ, & inuidiæ intelliguntur omnia alia, quæ ab illis oriuntur.

Artic. 3. Vtrum diabolus appetierit esse vt Deus.

concl 9. 9. 11. Angelus peccauit appetendo esse vt Deus. *Isa. 14. Ero similis altissimi; & Aug. lib. 99. vet. testamenti.*

2. concl. Angelus non appetiuit esse, vt Deus per æqualitatem.

1. *Quod esse impossibile cognoscitur, non appetitur ab appetente, cuius virtus cognoscitiua nullo habitu, aut passione impeditur. Sed velle esse vt Deus per æqualitatem respectu primæ electionis angeli, est tale. Ergo.*

2. *Quodlibet naturaliter appetit suum esse. Sed si angelus appetiuisset esse vt Deus, appetiuisset corruptionem sui esse, quoniam cum in Deo non sint quædam accidentalia, vt in creaturis, non potest appetere in Deo, nisi esse Dei, quod non potest consequi, sine sui esse corruptione, sicut asinus non potest appetere esse equi, nisi suum esse tollatur.*

3. concl. Angelus appetiuit esse Deus per similitudinem, non inquantum natus est assimilari, quod non est peccatum, si debito modo appetatur: sed in eo, in quo non erat natus assimilari, & hoc est peccatum.

4. concl. Angeli peccatum, vel fuit, quia id tanquam finem vltimum appetiuit, ad quod naturaliter poterat peruenire, vel quia voluit habere gloriam, non ex gratia, sed quasi suæ naturæ debitam. Ita quæ appetiuit habere beatitudinem per se, quod soli Deo conuenit: & ita appetiuit etiam aliquem principatum super alia. Ex quibus patet ad argumenta.

Art. 4. Vtrum aliqui dæmones sint naturaliter mali.

1. concl. Dæmones non sunt naturaliter mali.

1. *Dion. 4 c. de diu. nom.*

2. *Quod inclinatum est à natura ad bonum vniuersale, non tendit in malum: quia cum sit à principio bono, in bonum tendit. Sed qualibet natura intellectualis habet ordinem in bonum vniuersale. Ergo non possunt naturaliter appetere malum.*

2. concl. Quod tendit ad bonum particulare, potest naturaliter tendere in malũ, nõ per se, sed vt est coniunctum cũ dam bono, vt igni hoc malum contingit, quod alia consumit.

3. concl. Dæmones non natura, sed voluntate sunt fallaces.

4. concl. Natura hominis potest dici mala, vel ex habitu vel ex inclinatione sensus, ratione cuius malitia dicitur naturalis homini.

5. concl. Bruta per se inclinantur ad bonum, & per accidens ad malum: verbi gratia, Vulpes sunt natura sagaces ad quærendum victum; cui adiungitur dolositas; quę non est malum vulpi, sed alijs.

Art. 5. Vtrum diabolus fuerit malus in primo instanti suæ creationis per culpam propriæ voluntatis.

1. concl. Diabolus non peccauit in primo instanti suæ creationis.

1. *Genes. 1. cuncta quæ fecit erant valde bona: Isa. 14. dicitur cecidisse.*

2. *Quia hæc opinio reycitur vt erronea.*

2. concl. Angelus in primo instanti sui esse non potuit peccare.

Quia Deus, qui angelos produxit, non potuit esse causa peccati. Ergo angelus in tali instanti non potuit peccare, quoniam operatio incipiens cum esse rei, tribuitur agenti.

3. concl. Non est verum angelos non potuisse peccare.

Quia duæ operationes non possunt terminari in eod. instanti, i. e. creare Dei, & pec-

care angeli: quia id est verum in successivis, non instantaneis. Nam in eodem instanti sol illuminat lunam, & luna terram: non ita alteratio, & motus localis, si hic sequatur ad illum.

† 4. concl. Ioan. 8. Diabolus dicitur peccasse ab initio, id est, ab initio sui peccati.

Quia nunquam à peccato recessit.

5. concl. Aug li. 2 super Gen. ad lit c 9. Dicitur à principio fuisse distinctas tenebras à luce, non quod diaboli per tenebras significati, à principio peccauerint: sed intelligitur secundum Dei præscientiam.

6. concl Angelus in primo instanti potuit mereri.

Quia meritum est à Deo.

7. concl. Omnes Angeli in primo instanti meruerunt, sed non sunt statim beatificati aliqui.

Quia mortificauerunt meritum præcedens, & ita impedimentum posuerunt.

Artic. 6. Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem, & lapsum angeli.

1 concl. Diabolus post primum instans suæ creationis peccauit.

1. *Ioan. 8 in veritate non stetit.*

2. *Quia hoc magis sanctorum dictis est congruum.*

3. *Angeli fuerunt creati in gratia, cum qua per primum actum liberum meruerunt. Ergo qui lapsi sunt post primum instans ceciderunt: quia alias adepti fuissent beatitudinem, si non ponatur creatos fuisse in gratia, vel non fuisse liberos in primo instanti, ponenda est aliqua mora inter creationem & lapsum.*

† 2. concl. In scriptura per motum corporalem intelligitur motus liberi arbitrij.

3. concl. Quia Angelus habet liberum arbitrium instantaneum post electionem, nisi statim peccasset, fuisset firmatus in bono: vnde non est simile de homine.

4. concl. Inter duo instantia in operatione Angelorum non datur medium: *quia sumuntur penes eorum operationes*. Vnde in prima operatione omnes fuerunt boni: in altera sunt distincti.

Articul. 7. Vtrum Angelus supremus inter peccantes, fuerit supremus inter omnes.

1. concl. Angelus qui peccauit fuit supremus inter omnes.

1. *Ex Greg. hom. de centum ouibus.*

2. *Ille peccauit, in quo fuit maior occasio ad peccandum. Sed hac fuit maior in superioribus; quia non ex pronitate, sed ex libero arbitrio peccato superbia lapsi sunt Ergo.*

1 concl. Non est incongruum dicere inferiores Angelos ministrare inferiora corpora, superiores superiora, & supremos Deo assistere: non tamen corpora per Deum immediate mouentur. Vnde Damascenus dicit eos, qui cecidisse fuisse ex inferioribus, in quibus etiam potuit esse motiuum ad peccandum. lib. 2. de fide c. 4.

† 3. concl. Cherubim significat plenitudinem scientiæ, Seraphim ardorem: & quia peccatum potest stare cum scientia; ideo primus Angelus peccans, vocatus est Cherubim.

4. concl. Intentio diuina non frustratur: nec in peccantibus, nec in saluis Angelis.

Quia dum hos ex bonitate saluat, illos ex iustitia punit, gloriam habet.

5. concl. Inclinatio ad bonum, & si sit maxima; nunquam necessitat liberum arbitrium.

Art. 8. Vtrum peccatum primi Ang. li fuerit alijs causa peccandi.

1 concl. Peccatum primi Angeli fuit alijs causa peccandi, non cogens, sed inducens.

1. *Apoc. 12 Draco traxit secum tertiam partem stellarum.*

2. *Cæteri dæmones sunt subditi primo, Mat. 25. Vt dicuntur Angelicum Ergo eius suggestione peccarunt: quia ordo iustitiæ requirit, vt cuius suggestione quis consentit, ei subdatur. 2. Pet. 2.*

† 2. concl Cum hoc, quod vnus fuit causa peccati aliorum, stat, quod simul peccauerint.

Quoniam non est opus mora ad exhortandum, vel consentiendum.

3 concl. Superbus cæteris paribus mauult esse sub superiore, quam sub inferiore: si tamen excellentiam consequeretur, si esset sub inferiore, hoc magis eligeret: & ideo inferiores alteri se subiecerunt; vt haberent ducem ad consequendam beatitudinem ex sua natura.

4. concl. Non ex eo quod inferiores se subiecerunt alteri Angelo contra Deum magis peccauerunt, quam primus.

Quia peccatum attenditur ex maiore virtute peccandi, quæ maior fuit in superiore.

Artic. 9. Vtrum tot peccauerint, quot permanserunt.

1. concl. Plures Angeli permanserunt, quam peccauerunt.

1. *Nam, 4. Reg. dicitur, plures nobiscum sunt, &c*

2. *Quæ sunt contra naturalem inclinationem accidunt in paucioribus, quia natura, vel semper, vel in pluribus consequitur effectum. At peccatum est huiusmodi. Ergo.*

Aristot. 2. Eth c. 6.

2. *concl.* Bonum in homine est in paucioribus hominibus.

Quia sequuntur sensibilia bona, quæ sunt pluribus notiora, quam bonū rationis, quod non est in Angelis: unde patet ad secundum.

3. *concl.* Secundum eos, qui dicunt primum fuisse ex inferiore ordine, non de quolibet ordine cecidere: secundum alios, qui dicunt fuisse de supremo, est probabile, quod de omnibus sicuti ex hominibus assumuntur, ad singulos ordines, in quo demonstratur maior libertas.

Dæmonib⁹ tribuuntur nomnia, quæ significant ea, quæ possunt esse cum peccato, vt potestates & principatus.

Quæstio 64. De pœna Dæmonum.

Art. 1. Vtrum intellectus dæmonis sit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis.

1. *Concl.* Cognitio naturalis Angeli non est ablata, nec diminuta.

1. *Ex Dion. 4. c. de div. nom.*

2. *Quod consequitur naturam simplicem, non potest tolli. Talis est cognitio naturalis in Angelis. Ergo.*

2. *concl.* Cognitio gratuita, speculatiua fuit diminuta.

lib. 9. de civ. c. 12. *Quia de diuinis secretis tantum eis reuelatur, quantum oportet, vt Aug ait.*

3. *concl.* Cognitio affectiua per gratiam practicā, quæ ducit ad amorem Dei, est totaliter ablata, sicuti & caritas.

4. *concl.* Quanquam Angelus cognoscat seipsum, non propterea est beatus; *quia est cognitio naturalis*: neque etiam homo cognoscendo substantias abstractas est perfecte beatus; *quia beatitudo est in cognitione perfecta prima substantia.*

5. *concl.* Licet dæmones non cognoscant Deum, quod est manifestissimum in natura, cognitione gratuita, quia habent cor immūdum, tamen per suam naturam puram cognoscūt, & melius, quam homo.

6. *Concl.* Etsi per vespertinam cognitionem non laudent Deum, tamen remanet, cum sit naturalis, sed dicitur nocturna.

Dæmones cognouerūt aliquo modo mysterium incarnationis ad ipsorum terrorem: omnes autem Angeli cognouerunt à principio, & magis vbi beatificati sunt, sed non æqualiter: & licet Dæmon hoc modo non cognouerit, non sequitur omnia ignorasse. 7. *Concl.*

Quanuis Angeli dicantur tenebræ, quia carent lumine gratiæ, tamen & per lumen suæ naturæ, & per reuelationem ab Angelis, & per experientiam, dum similitudo speciei inclitæ per singularia completur, aliquid cognoscunt. 8. *concl.*

Art. 2. Vtrum voluntas dæmonum sit obstinata in malo.

Dæmones sunt obstinati in malo. 1. *Concl.*

1. *Psal. 73 Superbia eorū ascendit semper.*

2. *Quod in hominibus est mori, in Angelis est casus. ait Damas. Sed homines post mortem non possunt resipiscere. Ergo.* *lib. 2. de fide c. 4.*

Vt mali confirmati sunt in peccato: ita boni in bono; & ita falsum est, omnem voluntatem posse verti in bonum & in malum, præter Christi voluntatem, vt dicit Origenes. 2. *Concl.*

1. *Quia stabilitas est de ratione beatitudinis, & damnationis.*

2. *Appetitus motus ab apprehensione immobili, est immobilis, quia proportionatur virtuti apprehensiuæ, vt mobile motori. Sed appetitus Angeli mouetur ab eius apprehensione quæ est immobilis, quia fertur in totū bonum sine discursu, vt nos in prima principia. Ergo eius appetitus erit immobilis & in bono, & in malo. Non ita in homine, cum apprehendat discurrendo, & habeat viam procedendi ad vtrumque oppositorum: vnde flecti potest ad oppositum ante, & post electionem; Angelus solum ante.*

Misericordia Dei infinita, non liberat à malitia finita, nisi pœnitentes, cuiusmodi non sunt Dæmones. 3. *Concl.*

In diabolo manet adhuc primum peccatum, quantum ad appetitum; non quod credat se posse amplius obtinere, quod desiderauit, sed si posset, vellet. 4. *concl.*

Non tota ratio cur peccatum hominis sit remissibile, est, quia alio suggerente peccauit, sed propter dauias dictas: idem de Angelis, qui alio suggerente peccarunt. 5. *concl.*

Licet actus naturales in Dæmone possint esse boni, vt dicere veritatem; tamen eis ad malum abutitur: at actus deliberati tempe sunt mali. 6. *Concl.*

Art. 3. Vtrum dolor sit in dæmonibus.

1. concl. In Dæmonibus necessario est dolor, non sensitivus, quia in eis non est sensus, sed vt est simplex actus voluntatis.

Apoc. 18. 1. *Homo punitur dolore Ergo & dæmones, cum grauius peccauerint*

2. *Dæmones multa esse volunt, quæ non sunt, & contra, quia sunt aliorum salutis inuidi, & pœna addicti. de cuius ratione est inuoluntarium. & beatitudine priuantur, & eorum voluntas cohibetur à multis Ergo in eis est dolor, qui nihil aliud est, quam renixus voluntatis ad id, quod est vel non est.*

2. concl. Dolor & gaudium de diuersis, vel de eadem re non sub eadem ratione non sunt opposita: vnde dæmones de aliquo possunt lætari.

3 concl. Dæmon, Iob. 16. dicitur non timere, de timore Dei, cohibente à peccato, & vt dolet de præsenti, ita timet de futuro.

4. concl. Dolere de malo culpæ propter se, est bonum, cui opponitur malum culpæ: at dolere de malo propter pœnam iudicat bonitatem naturæ, cui malum pœnæ opponitur, dæmon non dolet de malo culpæ.

Art. 4. Vtrum iste aer sit locus pœnalis Dæmonum.

1. concl. Angelis malis duplex locus pœnalis debetur, infernus ratione suæ culpæ, aer caliginosus ratione exercitationis humanæ, vsque in diem iudicii.

Cap. 10. 1. *Ex Aug. 3. super Gen ad lit.*

2. *Deus per Angelos cum sint medii gubernat inferiora. Ergo sicut per bonos, vsque ad finem mundi gubernat directe, dum per eos prouocat ad bonum: ita per malos debuit prouocare bonum hominis indirecte, quod ipsi præstant in ligando nos ad malum, ne totaliter per peccatum remouerentur ab vtilitate ordinis vniuersi. Ergo partim in hoc aere remanere debuerunt vsque ad diem iudicii, partim vero mitti ad inferos ad torquendum damnatos, vbi post diem iudicii erunt omnes.*

2. concl. Locus non est pœnalis Angelo alterando naturam, sed afficiens voluntatem contristando, dum videt se esse in loco non sibi conuenienti.

3. Concl. Licet homo minus peccet, & locus pœnalis eius sit infernus, tamen quia dæmon ordine naturæ præfertur hominibus; ideo hic remanet propter causam [illegible]am.

Sicuti gloria Angelorum non minuitur cum ad nos veniunt: ita nec pœna malorum, licet in hoc aere sint; *quia remanet semper apprehensio de loco sibi non conuenienti*: vnde Gloss. ait, Ferre secum ignem gehennalem; quod si aliquando rogarunt Deum, ne mitterentur in abyssum, si fecerit, *quia putarunt sibi pœnam. si excluderentur à loco vbi possunt hominibus nocere* Dicere, quod hic non patiuntur, est error. 4. Concl. Luc. 3. Mat. 8.

Quæstio 65. De opere creationis creaturæ corporalis.

Art. 1. Vtrum creatura corporalis sit à Deo.

Creatura corporalis est a Deo. 1. concl.

1. *Psal. 20. qui fecit cœlum & terram*

2. *Quia est impossibile vt sit creata à malo principio, vt Manichæus voluit Nã quando in diuersis inuenitur aliquod vnũ, oportet vt illud ab vna causa recipiant; cum diuersa secundum se non vniantur Sed in omnibus spiritualibus & corporalibus inuenitur esse Ergo illud recipitur ab vna causa, quæ est Deus. Diabolus autem dicitur esse Deus huius seculi, non creatione, sed quia seculariter viuentes ei seruiunt.* Phil. 3. Eccl. 3.

Omnes creaturæ aliquo modo perseuerant, saltem ratione materiæ, vt inferiora, quæ dicuntur temporanea, vt sunt præmia hominis, quæ temporaliter transeunt. 2. concl.

Nulla creatura ex se est mala: nam quæ nocet vni, alteri, vel sibi prodest. 3. concl. Rom. 1.

Creaturæ ex se ad Deum perducũt: quod auertant est ex culpa vtentium; & etiam secundum quod auertunt, habent aliquid boni, quod est à Deo. Sap. 14. 4. concl.

Art. 2. Vtrum creaturæ corporalis sit facta propter Dei bonitatem.

Diuina bonitas est finis omnium corporalium. 1. concl.

1. Prou. 16. *Vniuersa propter se operatus est, &c.*

2. *Totum vniuersum cum suis partibus ordinatur in Deum, vt in finem. Ergo diuina bonitas est finis omniũ corporalium. Declaratur antecedens, quia partes facta sunt propter suos actus; & pars ignobilior propter nobiliorem, & omnes partes propter perfectionem totius, & totum factum est ad finem extrinsecum, & ita totũ vniuersum factum est vt in eo repræsentetur diuina bo-*

nitas

nitas ad gloriam eius, licet hoc specialiter in creatura rationali cernatur, quæ etiã particulari ratione Deum attingit.

2. Concl. Creaturæ corporales non sunt factę, vt in eis creaturæ spirituales variis pœnis punirentur, vt Orig. voluit.

Primum, quia omnes creaturæ vocatæ sunt bonæ. Gen. 1.

Deinde mundi dispositio esset à casu.

†3. concl. Ex eo quod creatum est repræsentat Dei bonitatẽ, & ita non solum vt sint factæ sunt.

4. concl. Propter finem proximum non tollitur vltimus: & ideo licet corporales creaturæ sint factæ propter spirituales, adhuc etiam factæ sunt propter Deum.

5. concl. Æqualitas non habet locum in creando, sed in retribuendo; in creando autem attenditur bonum vniuersi.

Art. 3. Vtrum creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus Angelis.

1. concl. Creatura corporalis est immediate à Deo prima productione.

1. Gen. 1. Deus creauit cœlum & terram.

2. Creatio est actio impossibilis creaturæ, quia non potest creare materiam, quæ cum sit vniuersalissimus effectus, pertinet ad causam communissimam; quare nec etiam ex nihilo producere, quod est creare. At prima rerum productio est creatio Ergo.

2. concl. Ordo in creaturis non consistit in hoc, vt vna producatur ab alia; sed quod dentur diuersi gradus à diuina sapientia constituti.

3. concl. Cum Deus diuersa cognoscat, diuersa potest efficere: & ideo, licet sit vnus, potuit diuersa & inæqualia producere.

4. Concl. Quantitas virtutis agentis, non ex re facta, sed etiam ex modo agendi cognoscitur: & ideo ad creandum requiritur virtus infinita.

Art. 4. Vtrum formæ corporum sint ab Angelis.

1. concl. Formę corporum in prima creatione sunt immediate productæ à Deo.

1. Quia soli Deo, vt ait Aug. Naturæ corporeæ ad nutum paret. lib. 3. de Trin. c. 8.

2. Deus in singulis operibus dixit, fiat hoc, vel illud. Ergo formæ ab ipso producebantur, cum nihil sit sine forma.

3. In prima productione non præcessit aliqua alteratio, & mutatio de potentia ad actum. Ergo fuerunt productæ immediatè à prima causa, cui materia ad nutum paret.

Formæ, quæ de nouo fiunt, non producuntur per ideas, vel Angelos. 2. concl.

1 Qui contra sentiunt, errant in hoc, quia ponunt causam productionis formæ. At forma nõ producitur, quia id producitur, quod habet esse. At huiusmodi est totum.

2. Simile producitur à suo simili Ergo producuntur à generante, & ab agente compositè: Et cum hoc moueatur à substantia immateriali, & hæc à Deo, potest dici formas produci à substantiis immaterialibus, & à Deo.

Ab Angelis proueniunt formæ, non per influxum, sed per motum: sic Boetius. 3. concl. lib. de Tri.

Formæ participatæ reducuntur ad formas in mente diuina. 4. concl.

Ad cœlum autem, vt ad causam motiuam. 5. Concl.

Quæstio 66. De ordine creationis ad distinctionem.

Artic. 1. Vtrum informitas materiæ tempore præcesserit formationem ipsius.

Informitas materiæ non præcessit tempore eius formationem, id est, non fuit creata sine forma. 1. concl.

1. Quia opus creationis est à Deo, cuius perfecta, vt ait scriptura, sunt opera. Deut. 22.

2. Creatura formatio sit per distinctionem, cui opponitur confusio: quæ præcessisset, vt antiqui dixerũt, si præcesserit informitas.

3 Ex Augus. qui dixit, solum præcessisse ordine naturæ, vel origine: sicuti potentia actum, & pars totum, cum informitas sit materiæ conditio. lib. 1 super Gen. c. 15.

Impossibile fuit præcedere materiã tempore, informationem, seu distinctionem rerum: non informationem, *quia terminus creationis est ens in actu*; quod non est sine forma; non distinctionem, quæ facta sit per diuersas formas; *quia tunc materia habuisset formam communem, & fuisset ens in actu*: vnde adueniente noua forma, non fieret vnum per se, sed esset sola alteratio. 2. concl.

Secundum alios patres informitas præcessit formationem, sumendo formationem pro ornatu & decore rerum, & sic tempore præcessit. Informitas hæc erat, quia cœlo deerat lux; terra erat aquis tecta, & sine plantis: aer sine lumine, &c. 3 concl.

4. concl. Per terram & aquam Aug. intelligit Materiam primam, quam ibi describit Moyses; alii ipsum elementum aquæ, & terræ.

5. concl. Licet natura procedat à potentia ad actũ; non tamen Deus, qui producit ex nihilo.

6. concl. Magis repugnat materiæ esse sine forma, quam accidenti esse sine subiecto; *quia accidens est forma, & actus quidam*; si defendis aliam opinionem, dic, ideo præcessisse, vt Deus ordinate procederet à potentia ad actum, neque præcessit confusio, *quia ibi significatur elementorum distinctio.*

Art. 2. Vtrum vna sit mater informis omnium corporalium.

1. concl. Impossibile est vt eadem sit materia corruptibilium & incorruptibilium.

lib. 1. de gener. tex. 50. *1. Quæ conueniunt in materia, transmutantur inuicem, ex Arist. Sed ista non transmutantur. Ergo.*

2. Alius idem esset corruptibile & incorruptibile, quia materia est in potentia ad omnes formas earum rerum, quarum est materia, & per vnam non sit in actu, nisi ratione illius: & ita remanent in potentia ad alias omnes; neque tollitur potentia per formam nobiliorem, sicuti nec per ignobiliorem. Ergo dum est sub forma incorruptibili habet potentiam ad corruptibilem. Ergo secundum naturam idem erit corruptibile, & incorruptibile.

2. concl. Corpora cœlestia non sunt de natura elementorum: contra Plat.

Patet ex diuersitate motuum, quia in motu cali nõ est contrarietas, vt in elemẽtis.

3. concl. Non est vna materia omnium, quod etiam omnium sit vna forma, vt dixit Auicebron;

Quia nec generatio, nec corruptio per se darentur. Vnde cum nulla remaneat forma in materia, non potest esse vna materia.

4. Concl. Materia cœli non est ipsum corpus cœleste, vt ait Auct. in potentia, non ad esse, sed ad vbi.

Quia quod est, aut est actus, aut habens actum. si actus tantum, erit totum forma, & ideo erit intellectum in actu, quod non potest dici de cælo, quia est sensibile: si habet actum. Ergo & formam.

5. Concl. Cœlum habet materiam in potentia ad suam formam tantum, à qua perficitur, vt non remaneat potentia ad esse, sed ad vbi: vnde non est eadem materia, nisi secundum analogiam.

6. concl. Aug. dicit esse vnam, vnitate ordinis, sicuti omnia corpora sunt vnũ in ordine creaturæ corporeæ.

7. Concl. Corruptibile & incorruptibile conueniunt, non in genere physico, sed logico, propter vnam rationem corporeitatis.

8. concl. Materia cœli dicitur alia propter actum. *Quia est ad alium actum: vt visus & auditus, qui sunt ad diuersos actus.*

Art. 3. Vtrum cœlum empyreum sit concreatum materiæ informi.

1. Concl. Cœlum empyreum est concreatum materiæ informi. *Ita Strabus, qui per cœlum Gen 1. intelligit empyreum, & vna cum Beda ait factum esse, vt vbi sint beati, sed dicunt factum quarto die: Basilius vero primo die, ne videretur Deum incepisse à tenebris: Hoc tamen non impedit, quia tenebræ non sunt creaturæ. Ratio vero melior cur debuit creari à principio est, quia cum duplex expectatur gloria, corporis, videlicet & animæ, vtraque inchoata est à principio mundi: animi in Angelis; corporis in cælo empyreo, quod est lucidum & expers omnis mutationis, vt erunt corpora omnia post iudicium, & ideo dicitur igneum & splendidum.*

2. Concl. Cœlum empyreum non est ad motum, sed ad locum beatorum; vel ad influendum in hæc inferiora, sicut vnus Angelus in alium influit, etiamsi non moueatur.

3. concl. Beatis deputatur locus corporeus propter congruentiam, vt exterior claritas interiori conueniat.

4. Concl. Cœlum empyreum habet lucem, sed non condensatam, vt radios emittat, vt facit Sol, sed subtilem, vel habet claritatem gloriæ diuersam à naturali.

Art. 4. Vtrum tempus sit concreatum materiæ informi.

1. Concl. Tempus est concreatum materiæ informi.

lib 11. confess. c. 12. *Probatur ex Aug. super Genes vbi ait omnem creaturam creatam esse in principio temporis.*

2. Concl. Secundum Aug. solum natura Angelica, & materia corporalium sunt primo creatæ, non autem, vt communiter dicitur, cum his etiam cœlum empyreum, & tempus.

Quia natura Angelica & materia informis præcedunt formationem, non duratione, sed ordine naturæ, secundum Aug. Ergo etiam motum & tempus. Ergo non potest

cum

cum illis numerari. Talis autem enumeratio procedit ex ſententia, quæ dicit informitatem materiæ præceſſiſſe formationem duratione: & ſicut materia fuit informis, ita & tempus.

3. concl. Cum Aug. ait Deum feciſſe Angelum & materiam ſine tempore, intelligit, quod præcedat natura non duratione.

4. concl. Tempus præceſſit informe, poſtea fuit formatum per diſtinctionem diei, & noctis.

5. concl. A principio, vel fuit motus primi mobilis, vel alterius, vel ſecundum corruptionem.

Quia ſine motu, vel ſucceſſione non eſt imaginari tempus.

6. Concl. Inter primo creata computatur etiam tempus, *quia eſt ratio communis menſuræ*, non autem motus, licet ſit prior, cum comparetur ſolum ad ſubiectum mobile.

7. concl. Locus intelligitur creatus in cœlo empyreo omnia continente, & ita eſt creatus totus ſimul, non ita tempus, quia eſt ſucceſſivum, ſed eſt creatum in ſuo principio.

Quæſtio 67. De opere diſtinctionis ſecundum ſe.

Artic. 1. Vtrum lux proprie in ſpiritualibus dicatur.

1. concl. Lux de ſpiritualibus metaphorice dicitur ſecundum primam nominis impoſitionem.

lib. 2. de fide. 1. *Ex Amb. Qui eam reponit in his, quæ de Deo per metaphoram dicuntur.*

2. Quia ſi ſic ſumatur, primo impoſitum eſt hoc nomen ad ſignificandum, quod facit manifeſtationem in ſenſu viſus.

2. concl. Si hoc nomen ſumatur ſecundum vſum, dicitur proprie in ſpiritualibus, & ſignificat omnem manifeſtationem. Vnde patet ad obiecta.

Art. 2. Vtrum lux ſit corpus.

1. concl. Impoſſibile eſt lumen eſſe corpus.

1. *Lumen eſt in aere. Ergo non eſt corpus, quia duo corpora eſſent in eodem loco, & ita repugnat primo ex parte loci.*

2 *Ex parte motus, quia illuminatio eſſet motus localis, qui non poteſt eſſe in inſtanti, vt eſt illuminatio. Deinde omnis motus determinatus eſt ad aliquam partem. At motus illuminationis indifferenter eſt in omnem partem.*

3. *Ex parte generationis & corruptionis, quia quando aer obtenebreſcit, corrumperetur lumen, & eius materia acciperet aliam formam, & ita tenebræ eſſent corpus: nec etiam apparet, ex qua materia tantum corpus quotidie generetur: nec dici poteſt, quod tantum corpus ad abſentiam Solis corrumpatur: nec etiam quod circumferatur cum Sole: datur enim inſtantia, quia ſi ſit candela in domo, & interponatur corpus opacum, pars domus obſcuratur, & non creſcit lumen circa candelam.*

2. concl. lib 3. de lib. arbit. c. 5. Lux interdum ſumitur pro corpore luminoſo, & ſic dixit Aug. tenere primum locum inter corpora.

3. concl. Ariſtoteles lumen vocat ignem in propria materia.

4. concl. Ferri, ſecari, &c. metaphorice de lumine dicuntur.

Art. 3. Vtrum lux ſit qualitas.

1. concl. Lumen non eſt quid intentionale, ſicut ſimilitudo coloris in aere.

1. *Quia denominat aerem. At color non denominat.*

2. *Quoniam habet effectum in natura vt calorem; intentiones vero non producunt effectus in natura.*

2. concl. Impoſſibile eſt, vt lumen ſit forma ſubſtantialis.

1. *Quia eſt ſenſibile per ſe, forma ſubſtantialis non ita.*

2 *Quod eſt forma ſubſtantialis in vno, nõ poteſt eſſe forma accidentalis in alio Sed lumen in aere eſt forma accidentalis: alioquin recedente lumine aer corrumperetur Ergo nec Sole.*

3. concl. Lux eſt qualitas actiua conſequens formam Solis, vel alterius corporis lucentis.

1. *Ex Damaſc. qui vocat qualitatem.*

lib. 2 c. 8. 2. *A ſigno, quoniam radii diuerſarum ſtellarum diuerſos effectus producunt.*

4. concl. Licet lumen ſit qualitas, tamen non remanet remoto Sole.

Quia non ſuſcipitur in aere, vt diſpoſitio ad formam ſubſtantialem: & illuminatio non fit per aliquam diſpoſitionem materiæ.

5. concl. Accidit lumini non habere contrarium.

Quia eſt qualitas primi corporis alterantis remoti à contrarietate.

6. Concl. Vt calor agit in virtute formæ ſubſtantialis; ita lumen virtute corporis cœleſtis ad producendas formas ſubſtantiales.

Artic. 4. Vtrum conuenienter lucis productio prima die ponatur.

1. Concl. Oportuit in prima die lucem fieri.

1. *Dies non potest esse sine luce. Ergo debuit fieri prima die.*

2. *Quia debuit auferri primo infirmitas tenebrarum per lucem, quoniam est qualitas primi corporis: & est communissima, in qua superiora & inferiora communicant. Ordo autem sapientiæ requirit, vt à communioribus procedatur, & per eam omnia alia manifestentur.*

2. Concl. Aug. per lucem intelligit angelos, ne prætermittatur creatio spiritualium: alii dicunt fuisse prætermissam, ne daretur occasio rudi populo existimandi esse plures Deos, si cognouisset dari tales substantias separatas.

3. Concl. Secundum ilios, qui dicunt præcessisse infirmitatem tempore, materia fuit creata cum formis substantialibus: sed postea additæ fuere conditiones quædam accidentales.

4. concl. Lux hæc fuit lux solis, non alterius corporis, quæ prima die erat indeterminata, & quarta die terminata, & formata fuit ad varios effectus, & particulares solis, & distincta à tenebris ratione dierum & noctium.

5. concl. Lux & tenebræ non fuerunt per contractionem, vel diffusionem luminis solis.

Quia ponitur miraculum sine necessitate.

6. concl. In prima die fit mentio distinctionis noctis & diei, quæ causatur à primo mobili, quod primo die factum dicitur: in quarta de diuersitate dierum temporum, & annorum, quæ fit motu aliorum orbium.

7. concl. Secundum Aug. Angeli dicuntur formati per lucis productionem ratione gratiæ perfectæ, per quam distincti sunt à diabolo, qui postea euasit tenebræ.

Quæst. 68. De opere secundæ diei.

Artic. 1. Vtrum firmamentum sit factum secunda die.

1. Concl. Firmamentum factum fuit secunda die. Patet ex Genesi.

2. concl. Hoc firmamentum alii dixerunt esse ex elementis, & propter amicitiam fieri incorruptibile; vt Empedocles. Plato dixit esse elementum ignis; alii quintam substantiam, vt Arist. secundum primam opinionem potuit fieri secundo die; non autem secundum aliam, quia productio elementi & quintæ substantiæ pertinet ad opus creationis, vt patet ex dictis. Firmamentum secundo die dicitur factum, ratione formationis, & perfectionis, vt dicitur de Sole. Si aũt per dies nõ successio, sed cum Aug. ordo naturæ intelligatur, secundum omnes opiniones formatio potest pertinere ad secundum diem; alii intelligunt aerem spissum, in quo densantur nubes, vt Basil. & eam comprobat Aug. & secundum hanc nihil sequitur incommodi.

3. concl. Chrysost. putat omnia simul facta fuisse: sed narrantur ac si per diuersos dies fuissent producta. Vt si dicas, artifex fecit domum, sed primo posuit fundamenta, tum parietes, &c. Cœlum quod bis ponitur, varie exponitur. Aug. ait primum esse naturam angelicã; secundum naturam corporeã; Beda & Strabo, empyreum & sydereum; Damasc. alterũ sine stellis, alterum stellatum: vel cum Aug. alterum sydereum, alterum aer medius.

Nota ex hoc articul. ita exponendam esse scripturam, vt inconcussa maneat; & cum plures habeat sensus non est vni immobiliter adhærendum.

Art. 2. Vtrum aquæ sint supra firmamentum.

1. Concl. Aquæ sunt supra firmamentum.

Gen 1. & August ait certissime ibi esse aquas, sed quales sint nescimus.

2. concl. Origenes ait esse substantias spirituales, quia de eis dicitur laudare Deum; Basilio non placet: dicuntur autem laudare.

Quia dant occasionem laudandi. Erunt ergo corporales.

3. concl. Si firmamentum est ex elementis, ibi erũt veræ aquæ elementales; si sydereum, aquæ non erunt elementales, sed cœlum superius aqueum appellatur propter diaphanicitatem. Si per firmamentum, intelligas aerem spissum, ibi erũt veræ aquę ex vaporib. resolutę.

4. Concl. Dicere quod supra cœlum eleuantur aquæ elementales, est absurdum propter soliditatem cœli, & propter locum non naturalem.

5. Concl. Non potest dici quod ibi aquæ per miraculum detineantur, sed sentiendum est cum duabus vltimis opinionibus; vel cum Aug. dices, per aquam intelligi materiam corporum informem.

6. concl. Aquæ, quæ sunt supra cœlum, sunt quasi glaciales, non fluidæ, & ideo dicitur crystallinum.

7. Conc. Si aquæ sunt ipsum cœlum, concurrunt ad generationem inferiorum: si veræ aquæ,

ponuntur

ponuntur ad contemperandum calorem cęlorum, iuxta varias opiniones.

Art. 3. Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis.

1. *concl.* Firmamentum diuidit aquas ab aquis. Patet ex Gen.

Cap. 1.

2. *Concl.* Posset aliquis dicere, cœlum non continere omnia corpora, & supra ipsum esse infinitum corpus aqueum, quod esset principium omnium; vt quidam de aqua dixere: & ita cœlum diuideret aquas ab aquis: sed hoc est falsum, quia Moses loquens rudi populo, sensibilia posuit; ideo de aqua sensibili, & de terra mentionem fecit; subindicauit etiam aerem, cum de tenebris meminit, quæ sunt in corpore diaphano.

3. *Concl.* Secundum varias opiniones firmamentū distinguit aquas ab aquis, vt cœlum sydereū corpora diaphana superiora ab inferioribus & aeraquas pluuiales, ab elementaribus: illarum locus generationis est aer, quietis vero, maria; & cœlum dicitur diuidere, non effectiue, sed tanquam terminus; qui licet non contingatur vtrinque ab aquis tamen nomine aquæ intelliguntur omnia alia corpora, quæ sunt inuisibilia. Vnde patet ad argumenta.

Artic. 4. Vtrum sit vnum cœlum tantum.

1. *Concl.* Cœlum non est vnum.

1. *Psal.* 150. *Cœli cœlorum Ergo plures*

2. *Ex Basil. & Damasc. qui dicunt esse plures: Chrysost ait esse vnum, quia est aggregatum vnum.*

Hom. 3. in hexa. & 5. in Gen.

2. *Concl.* Cœlum in scriptura, aliquando dicitur proprie, & significat quodlibet corpus sublime luminosum: & sic tres ponuntur; vnum totaliter lucidum, quod dicitur empyreum; alterum totaliter diaphanum, quod dicitur crystallinum; tertium partim diaphanum, & partim lucidum, & dicitur cœlum sydereum, quod in 8. sphæras diuiditur. Aliquãdo per participationem propter proprietates cœli, & sic spatium ab aquis vsque ad orbem Lunæ vocatur cœlum, & dicitur aereum a Damasc. Secundum quem, cælum diuiditur in aereum, sydereū, & aliud superius, adquod raptus fuit Paulus. Et quia hoc spatium sub Luna continet duo elementa, in quibus est superior & inferior regio; à Rabano diuiditur in 4. in igneū, olympiū, ętherei & aereum, & ita erunt septem, cum tribus superioribus. Aliquando metaphorice, & sic Trinitas dicitur cœlum propter sublimitatem & lucē, & spiritualia bona, propter eorum eminentiā. & interdum supernaturalium visio, quæ triplex est, corporalis, imaginaria, & intellectualis, & ad hoc tertium cœlum, ex Aug raptus fuit Paulus.

lib. 2 de fide. c. 7.

3. *concl.* Licet sit vna terra, quia est vnum centrū, tamen circa vnum centrū possunt esse multæ circumferentiæ.

4. *Concl.* Cœlum dicitur vnum, si sumatur pro vnitate creaturarum, quæ participant vnam materiam.

5. *concl.* In omnibus cœlis inuenitur aliqua ratio cōmunis, nempe sublimitas, & luminositas.

Quæst. 69. De opere tertiæ diei.

Art. 5. Vtrum aquarum congregatio sit conuenienter facta.

1. *concl.* Aquarum congregatio conuenienter facta est tertia die. Gen. 1. Congregentur aquæ, &c.

2. *concl.* Secundum Aug. hic locus intelligitur de impressione formarum elementarium, quam informitas ordine naturæ præcessit, per quā sequitur motus ad suum locum. Secundum alios tertia die auferrtur informitas terræ per congregationem aquarum, quia apparuit arida. quæ prius dicta fuit inanis. Vnde prius formatum est cœlum per lumen, tum aqua sub cuius appellatione continentur alia, per distinctionem, & postea terra.

3. *concl.* In hoc opere non adhibetur nomen factionis, Secundum Aug. quia hæc inferiora sunt labilia. secundum alios, quia illa perfectio facta est solo motu locali.

4. *concl.* Secundum Aug. aquæ non cooperiebant terram, sed in tali congregatione fuerunt productæ: secundum alios, vel sunt eleuata in cumulum, vel rariores erant, & sunt condensatæ: vel terra præbuit partes concauas; sed prima opinio est probabilior.

5. *Concl.* Naturaliter aqua circuiret terrā, sed propter commoditatem animalium remanet arida, non autem propter actionem Solis.

6. *Concl.* Per terram primo loco secundum Augustinum intelligitur materia prima: secundo veripsum elementum: secundum Basilium primo loco elementum, secundo vocatur arida à sua proprietate. *Vocauit*, significat, dedit naturam, vel proprietatem, vt sic posset vocari.

Art. 2. Vtrum plantarum productio conuenienter tertia die facta legatur.

1. *concl.* Productio plantarum conuenienter facta est tertia die. 1. Gē. 1. Producat terra, &c. In terra erat duplex informitas, quarum secunda erat, quod esset vacua, quæ auferetur per plantarum productionem.

2. *concl.* Secundum Aug. dicuntur productæ non actu, quia iam erant productæ, sed quantum ad vim producendi, quæ data est terræ ad propagationem: secundum alios prima rerum institutio pertinet ad creationem: at prima similium productio pertinet ad opus administrationis. ideo dicitur, *germinet*, quia prius in sua specie erant productę: deinde simile generant, ex virtute accepta.

3. *concl.* Cum plantæ careant motu & sensu, & terræ immobiliter hæreant: ideo earum productio ponitur quasi quædam formatio, nō autem animalium productio.

4. *concl.* Ante maledictionem erant producti tribuli, sed non ad pœnam.

5. *concl.* Corpora mineralia, cum sint occulta in visceribus terræ, & sint quædam terræ species, non numerantur seorsim.

Quæstio 70. De opere ornatus quarta dici.

Artic. 1. Vtrum luminaria debuerint produci quarta die.

1. *concl.* Luminaria conuenienter producuntur quarta die. Ita docet scriptura.

2. *concl.* In productione mundi triplex consideratur opus creationis, quia omnia creantur informia, & de hoc in primo die fit mentio: opus distinctionis, per quod perficiuntur formis substantialibus, vel accidentalibus, de quo secunda & tertia die facta est mentio, cum vnum distinguitur ab alio: & ornatus, qui pertinet ad ea, quæ sunt extrinseca, vt est motus, & de hoc agitur, cum de bis, quæ mouentur in cœlo, terra, & aquis scribitur; die quarta de luminaribus, quinta de auibus, sexta de animalibus.

3. *concl.* Luminaria secundum Aug. dicuntur esse producta quarta die; quia sunt facta in actu: secundum alios, quia data est noua lux ad determinatos effectus, ideo dicuntur facta quarta die.

4 *concl.* Lux prima die fuit producta, secundum communem lucis naturam: quarta die attributa est luminarib. secūdum varios effectus, ratione quorum dicitur formata. Secundum Aug. facta est de nouo quarto die.

5. *Concl.* Luminaria dicuntur posita in firmamento, non quod ibi prius non essent, sed vt rudi populo declararetur, quomodo ibi essent, cum cœlum, in quo sunt, non cernatur, sicuti luminaria cernuntur.

6. *concl.* Præmittitur productio plantarum productioni luminarium ad excludendum idololatriam, quia luminaria, sicuti agricolæ cooperantur ad productionem rerum: quare pro Diis habita fuissent.

7. *Concl.* Dicuntur duo luminaria magna, non tam quantitate, quam virtute, & efficacia, quia dantur stellæ maiores.

Art. 2. Vtrum conuenienter causa productionis luminarium describatur.

1. *Concl.* Conuenienter causa productionis luminarium describitur. Patet ex scriptura.

2. *concl.* Creatura facta est, vel propter proprium actum, vel propter alias creaturas, vel propter vniuersum, vel propter gloriam Dei: Moyses solum attingit causam ex parte hominis ad tollēdam idololatriæ occasionem: & ideo dixit facta esse ad vsum hominis, cui sunt vtilia luminaria, ad visum, ad vicissitudinem temporum; propterea dicitur, vt sint in annos, &c. ad opportunitatem negotiorum, ideo ait, vt sint in signa.

3 *concl.* Luminaria sunt signa transmutationum corporalium, non autem eorum quæ a libero arbitrio pendent.

4. *concl.* Licet luminaria sint causę, tamen sunt etiam signa, quia causa potest esse signum; vocauit autem signa propter idololatriam.

5. *concl.* In prima die facta est distinctio diei & noctis; hic autem fit distinctio specialis temporum.

6. *Concl.* Non prohibet creaturam nobiliorem factam esse propter ignobiliorem ratione totius vniuersi: deinde in mundo est homo, qui est nobilior luminaribus.

7. *Concl.* Censendum est Lunam factam esse plenam, & tunc vere præest nocti, cum vesperiatur, & mane occidat.

Art. 3. Vtrum luminaria cœli sint animata.

1. *Concl.* Corpora cœlestia non sunt proprie animata.

lib. 2. de fide. c. 6. lib. 2 super Gen. ad lit. c. 15.

1. *Ex Damascen. & Basil. licet Augustin. sit dubius, Hieron. & Origen. videntur affirmare. Anax. dixit cælum esse lapidem ignitum, ob quam causam factus fuit reus apud Athen.*

2. *Animæ cæleſti non conueniunt operationes vegetatiuæ, nec ſenſitiuæ.*

Quia corpus cæleſte cum ſit incorruptibile, caret qualitatibus, quæ ſunt neceſſariæ ad exercendas operationes iſtarum animarum, quæ ſine corpore non fiunt. Ergo huic animæ non poſſunt conuenire, niſi duæ animæ operationes, nimirum mouere, & intelligere. At corpus cæleſte, cum careat ſenſu ad intelligendum, non concurrit, vt patet in homine cui ſenſus ſubminiſtrat phantaſmata. Igitur iſtæ operationes non egent vnione cum corpore: quæ ideo fit, vt anima ſuas operationes poſſit exercere. Ergo ſolum debet vniri corpori ad motũ. Sed ad operationem motus ſatis eſt vnio per contactum virtutis, vt motor mobili. Ergo non vnitur, vt forma: & ita non erunt animata niſi aquinoce: quo modo intelligendi ſunt dicentes eſſe animata.

2. Concl. Cœli non mouentur à natura vt elementa; ſed à ſubſtantia apprehendente. Quia natura non mouet, niſi ad vnum; quo habito quieſcit: at id non apparet in motu cœli. Idem docet Auguſt.

lib. 1. de Trin. c. 4. †. 3. concl. Cæleſtia quantum ad ornatum motus, conueniunt cum ornatu aliorum inferiorum.

Quia mouentur à ſubſtantia viuente, vt animalia.

4. concl. Licet anima ſit nobiliſſima forma, quæ debetur nobiliſſimo corpori; tamen forma cæli in ratione formæ eſt nobilior anima.

5. concl. *Quia perficit totaliter ſuam materiam.*

Motus cæli ex virtute ſui motoris, quia eſt ſubſtantia viuens, vt inſtrumentum, poteſt producere viuentia.

6. Concl. Motus cæli eſt naturalis propter principium, non actiuum, ſed paſſiuum.

Quia habet aptitudinem, vt ab intellectu moueatur.

7. concl. Dicitur cælum mouere ſe, quatenus eſt vnum cum ſuo motore vnione contactus; quo modo motor poteſt dici principium intrinſecum actiuum naturale: vt motus voluntatis in homine.

Quæſtio 71. De opere quintæ diei.

Artic. 1. Vtrum conuenienter deſcribatur.

Conuenienter deſcribitur hoc opus Gen. 1. Hoc die producuntur animalia volatilia & reptilia ex aquis. Quarta dies ornatus reſpõdet primæ diei diſtinctioni, Ergo quinta dies, quæ eſt ſecunda ornatus, debet reſpondere ſecundæ diſtinctioni, in qua facta eſt mentio aquæ, & firmamenti, vt in hac fit. 1. concl.

Secundum Auguſtin. productio animalium, facta eſt potentialiter, ſecundum alios actualiter. 2. concl.

Dicuntur volatilia producta eſſe ex aquis, tanquam ex materia elementari in prima productione ex virtute verbi Dei; non quod aqua habuerit ex ſe hanc virtutẽ. Poſtea vero, vel ex ſemine, vel ex putri materia, ex virtute cæleſti. †3. Concl.

Dicuntur produci ex aqua, licet in eis terra prædominetur, quia in talibus corporib mouentur: & nomine aquæ intelligitur etiam aer, in quo ſunt vapores. 4. Concl.

Aues dicuntur produci ex aquis, cum in aere moueantur; quia aer quoad partem inferiorem conuenit cum aquis cum ſit aqueus, ſicuti ratione ſuperioris, cum cælo: aues vero mouentur in parte inferiore. 5. concl.

Animalia media inter volatilia & reptilia, continentur inter iſta cum quibus communicant: vnde additur, cete grandia, &c. 6. concl.

Productio horum animalium ordinatur potius ſecundum ordinem corporum, quæ iſtis ornantur, quam ſecundum propriam dignitatem: ideo prius de eis, quam de terrestribus agitur. 7. concl.

Quæſtio 72. De opere ſextæ diei.

Artic. 1. Vtrum conuenienter deſcribatur.

Conuenienter deſcribitur hoc opus. 1. Concl.

1. *Ex ſcriptura, quæ ait fuiſſe producta animalia quadrupedia.*

2. *Quia hic dies ornatus vltimi corpori reſpondet tertiæ diei diſtinctioni: in qua de terra facta eſt mentio.*

Secundum Auguſt. animalia producta dicuntur potentia: ſecundum alios actu. 2. concl.

†3. concl. Conuenienter dictum est, *producat animan viuentem*: quia terrestria animalia cõmuniter sunt perfectiora propter distinctionem membrorum, & perfectionem generationis: & ideo vocat animam viuentem: pisces vero reptile animæ viuentis.

4. concl. Conuenienter diuiduntur in iumenta, & bestias: illa sunt domestica, hæc sæua. Reptilia vocantur, quæ serpunt, aut parum eleuantur à terra: quadrupedia, quæ apta sunt ad alia capienda, quæ sub alijs non continentur.

5. Concl. In productione hominis non fit mentio de suo genere vel specie: quia factus est ad similitudinem Dei.

6. concl. Benedictio data in productione auium, intelligitur etiam in productione aliorum: In productione hominis repetitur, quia datur specialis ratio multiplicationis ad replendas sedes electorum, & vt denotetur procreationem esse sine peccato. Plantæ sine benedictione producuntur, quia sine sensu generant.

7. Concl. Quę generantur ex putri materia, potuerunt tunc generari: non autem quę generantur ex corruptione animalium, vel plantarum, nisi in potentia.

8. Concl. Sunt multa in mũdo nociua alijs, sed tamẽ pertinent ad perfectionem vniuersi. Quod si quæ homini nocent, id factum est propter peccatum. Vnde sicut imperitus intrans in officinam, putat multa esse instrumenta otiosa; ita qui videt tot creaturas, in mundo, &c.

Quæstio 73. De his quæ pertinent ad septimum diem.

Articul. 1. Vtrum completio diuinorum operum, debeat septimo diei ascribi.

1. Concl. Prima perfectio vniuersi congrue septimo diei adscribitur.

1. *Ex scriptura, Gen. 2. Complenit Deus die septimo, &c.*

2. *Duplex est rei perfectio. altera prima, qua res in substantia dicitur perfecta, qua habetur à forma totius, & ex integritate partium consurgit: altera secunda, qua est perfectio finis; qui, vel est operatio, vel opus; & prima est causa secunda: quia forma est principium operationis. Vltima autem perfectio quæ est totius vniuersi, est perfectio omnium eorum quæ erit in consummatione seculi: ei prima adscribitur septima dies.*

†2. concl. Ad beatitudinẽ requiritur natura & gratia, cuius perfectio erit in fine mundi: quæ perfectio quantum ad naturam præcessit in prima rerum constitutione: quãtum ad gratiam tempore Christi; in quo fuit consummatio gratiæ: in fine mundi erit consummatio gloriæ.

3. Concl. Vna lectio tribuit consummationem sextæ diei, secundum integritatem rerum: alectа septimæ, quia mouit ad operandum in septima die. Et ex eo quod dicitur cessasse ab omni opere, intelligitur opus consummasse.

4. Concl. Post septimum diem, nihil totaliter de nouo factum est.

Quia Eua existebat materialiter in Adam, & individua erant in causis: sic species, quæ ex commistione oriuntur: quædam præcesserunt secundum similitudinem, vt anima: & incarnationis opus quia Filius factus est homo; & gloria in Angelis, & in cœlo empyreo. Vnde nihil sub Sole nouum. Eccl. 1.

Artic. 2. Vtrum Deus septima die quieuerit ab omni opere suo.

1. Concl Deus septima die quieuit ab omni opere.

1. *Gen. 2. Requieuit die septima ab omni opere.*

2. *Is quiescit, qui cessat ab omni motu; sed Deus hoc die cessauit ab omni motu; quia cum complenisset opera, cessauit à motu operationis; & cum rebus factis non egeat, cessasse dicitur à motu desiderij, cum sit seipso beatus: nec datur alius motus, quam motus operationis, qua res fiunt, & desiderij, quo desiderantur. Quare licet ab æterno in seipso requieuerit: tamen quod post opera condita requieuerit, septima die cessasse dicitur, vt ait Aug.*

†2. concl Super Gen. ad lit. 4. c. 11 3. Concl. Deus vsque modo operatur conseruando & administrando creaturam conditam, non nouam condendo.

4. Concl. Requies hic, non opponitur motui, vel labori, sed productioni & desiderio tendendi in aliud.

Vt Deus in se quiescit, ita facit nos in seipso per beatitudinem quiescere à nostris operibus; & sic potest exponi locus ille, quod fecit nos quiescere [illegible] meliorem vitam ex[illegible] primo.

Artic.

Artic. 3. Vtrum benedictio & sanctificatio debeantur diei septimo.

1. Concl. Benedictio debetur diei septimo.

1. *Patet ex scriptura, Gen. 2.*

2. Concl. 2. *Benedixit Deus diei septimo, &c. In hoc die est quies ab operatione; ita tamen vt incipiat administratio, & quies in seipso. Sed & administrationi, & quieti debetur benedictio: quia administratio requirit multiplicationem, quæ non fit sine benedictione: & quies etiam, quia ea sanctificantur, quæ in Deo quiescunt, Deoque consecrantur. Ergo.*

†3. concl. Sanctificatio conuenit huic diei, quatenus creaturæ aliquid additur ratione multiplicationis.

4. Concl. Potius benedicitur creaturis cum à creatione cessatur, quam cum creantur.

Quia debebant multiplicare & conservare se, quod ad bonitatem pertinet.

5. Concl. Bonum de quo fit mentio in alijs diebus, pertinet ad bonum naturæ, benedictio autem ad propagationem.

Quæst. 74. De omnibus septem diebus in communi.

Articul. 1. Vtrum sufficienter isti dies numerentur.

1. concl. Sex dies sufficienter numerantur.

1. *Quia oportuit prius opera distinguere, tum ordinare; quæ sex dieb. facta sunt. Nam in creatura corporali est aliquid primum, significatum nomine cæli; & hoc distinguitur prima die & ornatur 4. Est aliquid medium significatum nomine aquæ; quod distinguitur 2. die, & ornatur 5. Est aliquid infimum significatum nomine terræ, quod distinguitur tertia die, & ornatur 6. Aug. conuenit in tribus vltimis diebus, in primis non ita: quia in primo fit creatura spiritualis, in secundo corporalis superior: in tertio corporalis inferior. Est hic numerus conueniens, vt perfectio operum Dei respondeat perfectioni senarij numeri, qui consurgit ex partibus aliquotis sumptis, quæ sunt 1. 2. 3. Vna dies formationis creaturæ spiritualis, duæ creationi rerum, id est corporalium, tres ornatui.*

†2. concl. Operi creationis, vel quia est ante tempus, vel quia fit in instanti; non assignatur dies.

3. Concl. Igni & aeri, quia sunt elementa nuda conuenientia cum extremis, & vulgo ignota, non deputatur dies.

4. Concl. In operibus ornatus non attenditur nobilitas animalium, aut eorum conuenientia, & differentia, ita vt varijs generibus & speciebus, debuisset deputari vnus dies, vt auibus, &c. sed attenditur productio animalium secundum quod sunt in ornatum partium mundi.

5. Concl. In prima die facta est lux in aliquo corpore: in quarta addita maior lux corporibus luminaribus; non quod ipsa corpora de nouo sint facta.

6. concl. Septima dies non productioni, sed quieti deputatur, ideo connumeratur.

Art. 2. Vtrum omnes isti dies, sint vnus dies.

1. concl. Secundum August. dies est cognitio angelica, quæ lux dicitur: varij dies sunt variæ cognitiones, angeli rerum, quæ factæ sunt, non secundum successionem cognitionis, sed secundum naturam rerum cognitarum: quia quæ producta sunt, menti angelicæ impressa sunt. Vnde est vnus dies septem rebus diuersis repræsentatus. At secundum alios sunt septem dies diuersi, secundum diuersas successiones temporis, & rerum productarum. Vnde si literam spectes multum distant hæ opiniones: Si vero modum productionis consideres, in duob. differunt.

1. Aug. per terram & aquam materiam informem intelligit, per factionem firmamenti & congregationem aquarum, & apparitionem aridæ, impressionem formarum in materiam corporalem: Alij per aquam & terram intelligunt ipsa elemẽta sub suis formis existentia: per sequentia distinctionem eorundem corporum.

2. Quoad productionem plantarum, &c. Aug. ait esse producta in potentia: alij in actu. At conueniunt in prima rerum productione; quia omnes ponunt materiam cum formis elementorum, & plantas non fuisse productas; sed differunt in quatuor.

1. Secundum alios fuit tempus, in quo non erat lux.

2. In quo non erat firmamentũ formatũ

3. In quo non erat terra discooperta.

4. In quo non erant formata luminaria: non ita in sententia Aug.

†2. concl. Dicitur factum vigultum prima die in potentia secundũ Aug. qui id adscribit tertiæ diei: alij vero primæ rerum institutioni.

Creant

3. concl. Creauit Deus omnia simul, quoad substantiam, non quantum ad formationem per distinctionem, & ornatum.

4. concl. Deus cessauit à creandis rebus, sed non à propagatione.

5. Concl. Vsus est diebus non ex impotentia, sed vt seruaretur ordo in rerum institutione: vt diuersis mundi spatijs diuersi responderent dies.

6. concl. Secundum Augustin. ordo dierum refertur ad ordinem naturalem operum, qui diebus tribuitur.

Art. 3. Vtrum scriptura vtatur conuenientibus verbis ad exprimenda opera sex dierum.

1. concl. In singulis operibus fit mentio diuini Verbi, à quo facta sunt omnia. In creatione, quia dicitur: In principio, id est, Verbo: in distinctione, & ornatu, quia ista fiunt per formam, quæ est in mẽte & Verbo diuino: secundum alios prius debuit produci creatura, tum fieri mentio diuini imperij; quod fit, cum dicitur: *Dixit Deus.*

2. concl. In creatione fit mentio omnium secundum Augustin. *quia fit mentio de creatura spirituali per cælum, & de corporali per terram, quæ erat materia informis.* Secundum alios satis est, vt numerentur extrema, vel nomine terræ intelliguntur omnia elemẽta.

3. concl. In opere creationis ponitur aliquid respondens his verbis, quæ ponuntur in operibus distinctionis & ornatus, *& erant valde bona*, cum dicitur: *spiritus ferebatur*; quia amor artificis fertur super materiam, vt eam formet, vnde ostenditur complacentia in re facta.

4. concl. In creatione ostenditur trinitas: quia Pater creat per Filium, & Spiritus sanctus fertur super re creata. In distinctione: quia Pater dicit Verbo, & complacet amore. In secunda die, non dicitur, & erat valde bonum; *quia opus illud perficitur tertia die, vel quia firmamentum non est de primis partibus mundi.*

5. Concl. Spiritus sanctus dicitur ferri, non propter necessitatem, sed ad demonstrandam excellentiam virtutis, vel formando, vel fouendo aquam, qua significatur vis, qua animalia giguntur: ex quibus etiam regeneratio spiritualis fit.

6. Concl. Dicuntur aliqua facta semel & iterum secundum Augustinum, quia prius producta sunt in mẽte angelica: secundum alios, quia prius fiunt, deinde complentur, & fit ista repetitio, ne quis diceret corporalia facta esse ab angelis.

7. concl. *Vespere & mane* secundum Aug. sunt duæ angeli cognitiones: & ideo non fit mentio de alijs partibus diei: secundum alios sunt veri dies, & fas fuit ponere initia duarum partium diei: & incipit à vespere, quia est terminus lucis, à qua incipit dies, qui terminus primo occurrit.

8. concl. Dicitur dies vnus, & non primus, ad significandam vnitatem diei ex spacio 24. horarum. Vel diceres esse phrasim hebraicam, quæ vnum pro primo ponit.

Quæst. 75. De homine, qui ex spirituali & corporali substantia componitur: & primo quantum ad essentiam animæ.

Articul. 1. Vtrum anima sit corpus.

1. concl. Anima non est corpus, sed corporis actus.

1. *Ex Aug. qui ait, non diffundit per spacium loci.* lib. 6. de trin. c. 6.

2. *Non corpus, sed corporis actus, est primum principium vitæ; quia si id competeret corpori, omne corpus esset viuens, aut vita principium; conuenit tamen tali corpori, esse principium vitæ secundario, vt cordi. Sed anima est principium vitæ, id enim per animam intelligimus. Non erit ergo corpus, sed actus corporis: vt calor, qui est principium caloris, qui non est corpus, sed corporis actus.*

† 2. concl. Anima est mouens motum, non per se, sed per accidens, & ideo non est corpus, neque semper mouet, nec vniformiter, vt Deus.

3. Concl. Cognitum non debet esse actu in cognoscente, sed satis est, vt sit in potentia: & ita, vt anima cognoscat, satis est, vt recipere possit similitudines rerum corporearum.

4. concl. Res corporea attingitur à spirituali tactu virtutis, vt ab ea moueri possit.

Art. 2. Vtrum Anima humana sit aliquid subsistens.

1. concl. Anima humana, quæ dicitur mens & intellectus, est principium incorporeum, & subsistens.

lib. 10. de trin. c. 7. 1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Quod sit incorporea, sic patet. Quod potest cognoscere omnia corporea, nullam habet corpoream naturam; quia impediret cognitionem aliorum; sicut lingua amaro infecta, non percipit dulce. Sed intellectus potest cognoscere omnia corporea. Ergo. Quod sit subsistens, patet. Quod habet propriam operationem per se; ab organo corporeo non pendentem, est subsistens: quia operari est subsistentis. Anima respectu intelligere est hu ujmodi: quia alias organi natura finita impediret cognitionem aliarum rerum: vt color in vitro impedit visionem aliorum colorum. Ergo.*

† 2. *concl.* Anima potest dici hoc aliquid, *vt hoc aliquid* significat, quodcunq; subsistens, non autem, vt significat subsistens completum.

3. *Concl.* Licet anima sit subsistens; tamen non dicitur operari, sed homo; quia est pars, & ita homo per animam intelligit.

4. *Concl.* Corpus ad intelligendum requiritur ratione obiecti, non autem organum; vt color ad visum propter phantasmata.

Art. 3. Vtrum animæ brutorum sint subsistentes.

1 *Concl lib. de eccles. dog. c. 5.* Animæ brutorum non sunt subsistentes.

1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Anima brutorum non per se operantur. quia sensatio est coniuncti & fit cum aliqua mutatione corporis. Ergo non subsistunt: quia, vt res se habet ad esse, ita ad operari. Vnde errarunt, qui dixerunt sensum & intellectum non distingui, & sensationem fieri sine corpore, vt dixit Plato.*

† 2. *Concl* Licet homo in genere conueniat cum anima sensitiua, tamen specie differt, & differentia, non necessario facit generis diuersitatem.

3. *Concl.* Sensus conuenit cum intellectu, quia verque est in potentia: differunt tamen, quia sensus immutatur, & patitur ab excellenti obiecto.

4. *Concl.* Anima sensitiua non mouet sine corpore.

Quia, tam vis appetitiua, quæ mouet, quam vis motiua, quæ exequitur operationem, exercetur per mutationem corporis, & cum corpore.

Articul. 4. Vtrum anima sit homo.

1. *Concl.* Homo non est anima tantum, sed compositum ex anima, & corpore.

lib. 9. de civ. c. 3. 1. *Ita Aug. quid probat ex Varrone.*

2. *Si homo non esset ex anima & corpore, vel homo esset anima, ita vt sola forma esset de ratione speciei, & non materia: & hoc nō Quia ad naturam speciei pertinet id, quod explicatur definitione. Sed in naturalibus definitionibus ponitur etiam materia, non signata, sed materia in communi. Ergo; vel hæc anima esset hic homo, quod posset dici, si sensitiua ex se operaretur, ita vt operationes conuenirent soli anima, ita vt esset homo ille, cui tribuerentur operationes homi-is; sed cum sentire sit etiam operatio corporis, homo non erit anima tantum.*

Dicitur esse interior quidam homo ratione operationis, & ratione partis præstantioris, quæ est anima. † 2. *concl.*

3. *Concl.* Non quælibet substantia subsistens est persona, sed quæ habet naturam completam speciei, & ideo anima non est homo.

Art. 5. Vtrum anima sit compos[illegible] ex materia & forma.

Anima quæcunque illa sit non est composit. ex materia & forma.

1. *Aug super Gen ad lit.*

2. *Anima est forma corporis, aut secundum se totam, & tunc si esset composita, pars eius esset potentia, cui repugnat actus: aut secundum partem sui, & tunc hæc pars diceretur anima, & materia cui vniretur, diceretur primum animatum. Ergo.*

1. *Concl.* Anima rationalis non est ex materia & forma.

1. *Lapis ex granitate cognoscitur ab anima rationali absolute Ergo est in ea absolute. quia vnum quodq; eo modo quo cognoscitur, est in cognoscente. Ergo anima est forma absoluta: nam vnumquodq; recipitur per modum recipientis.*

2. *Alias anima reciperet res, vt individuales, & ita non cognosceret, nisi singulare, vt sensus.*

† 3. *concl.* Potentia intellectiua non est participata à potentia primæ materiæ: quod patet ex vario modo recipiendi: nec eadem est ratio de participatione primi actus, & primæ potentiæ.

Quia primus actus est infinitus, & communicatur per sui diffusionem. At potentia materia est finita, & communicatur per modum partis, cum debeat esse proportionata actui. Ergo.

4. concl. Animæ potentia aliter subijcitur & transmutatur, ac potentia materiæ primæ; & ideo est ab illa diuersa.

5. Concl. Non omnia, quæ habent causam sui esse, habent materiam.

Quia forma subsistens non transit de potentia ad actum per dispositionem materiæ.

6. concl. Forma intellectualis componitur ex actu, & potentia, vel ex eo, quo est, & quod est, & ideo non est infinita, vt Deus.

Artic. 6. Vtrum anima humana sit corruptibilis.

1. concl. c. 4 de diuin. nom. Anima humana est incorruptibilis.

1. *Ex Dion. qui hoc docet.*

2. *Nulla forma subsistens est corruptibilis per accidẽs, quia habet esse per se, & quodlibet corrumpitur, prout habet esse: nec per se; quia forma subsistens non habet esse separabile ab a io. At anima humana est forma subsistens. Ergo.*

2. concl. Dato, quod anima constaret ex materia & forma, non esset corruptibilis.

1. *Ibi est corruptio, vbi est contrarietas, generatio enim & corruptio non sunt sine contrarietate. At in anima non est contrarietas, quia recipit sine contrarietate Ergo.*

2. *Naturale desiderium non potest esse inane. At habens intellectum desiderat esse semper. Ergo substantia intellectualis erit incorruptibilis.*

† 3. Concl. Cum sapiens dicit omnia animalia generari ex simili principio, intelligit ex parte corporis.

4. concl. Licet creaturæ sint ex nihilo: non tamen necesse est, vt redigantur in nihilum, & quod in eis sit potentia ad non esse, quæ dicitur esse in creatore, qui potest eas annihilare.

5. Concl. Intelligere cum phantasmate est proprium animæ, vt est in corpore: at extra habebit alium modum intelligendi.

Artic. 7. Vtrum anima, & angelus sint vnius speciei.

1. concl. c. 7. de diuin. nom. Anima & angelus sunt diuersarum specierum, & naturaliter inæquales.

1. *Quæ habent operationes naturales diuersas, differunt specie. Sed anima & angeli habent diuersas operationes naturales, vt Dion. ait. Ergo.*

2. *Vel ista substantiæ considerantur, vt forma subsistentes sine materia, & tunc ex hoc sunt diuersa specie, & consequenter nu-*

mero: quia vbi non est materia, non est vnitas numerica, quæ habetur à materia. Vnde si albedo esset separata, esset vna species, & ideo inter eas esset diuersitas naturalis; vel considerantur vt compositæ ex materia & forma, & tunc etiam different specie: quia vel diuersitas materiæ oritur ex forma, ad quam materia haberet varias habitudines, & tunc etiam consequitur distinctio secundum speciem naturalem, vel ex parte materiæ, quod non potest esse, nisi propter quantitatem, quæ non reperitur in angelis. Ergo non erunt vnius speciei.

† 2. concl. Illa sunt eiusdem speciei, quæ habent finem proximum naturalem: quod non est in angelis & homine.

3. concl. Esse intellectuale non est nobilissimum.

Quia est indifferens ad multos gradus intellectuales, & ideo non est vna differentia vltima hominis, & angeli.

4. concl. Anima ex se non facit speciem, cum ex se sit vnibilis corpori: licet corpus non sit de essentia animæ: & ideo compositum facit speciem.

Quæst. 76. De vnione animæ ad corpus.

Art. 1. Vtrum intellectiuum principium vniatur corpori vt forma.

1. concl. Necesse est vt intellectus, qui est intelligendi principium, sit humani corporis forma.

1. *Differentia sumitur à forma. 8. Met. sed rationale est differentia hominis. Ergo.*

2. *Id, quo aliquid primo operatur, est forma: quia quodlibet operatur eo quo est in actu, quæ est forma. Sed anima est, quæ homo operatur. Ergo est forma.*

3. *Actio tribuitur alicui, vel secundum totum, vt sanare medico, vel secundum partem, vt videre oculo, vel per accidens, vt album ædificare. Sed intelligere non tribuitur homini per accidens, quia tribuitur ei, vt homo est. non secundum totum; quia solum intellectus esset homo Ergo secundum partem. Ergo intellectus aliquo modo erit vnitus homini Tunc sta vnio, vel sit propter speciem intelligibilem, quæ est in phantasmate, & in intellectu possibili, tanquam in subiecto, vt voluit Auer. & hoc non: quia per talem vnionem actio intelligendi non tribueretur homini, sicuti actio videndi non tribuitur homini, licet eius species sint in oculo; ita nec*

homo per hoc, quod in se habeat species in phantasmate, diceretur intelligere: vel vt motor mobili, & hoc non.

1. *Intellectus mouet corpus per appetitum qui supponit operationem intellectus. Non ergo quia mouetur homo ab intellectu, ideo intelligit, sed quia intelligit, ab intellectu mouetur.*

2. *Intelligere est actio immanens. Ergo non potest tribui homini, quia ab intellectu mouetur.*

1. *de ani.* 1ex. 12. 3. *Quia intelligere tribueretur homini, vt instrumento. At, vt Aristot ait, intelligere non est per instrumentum. Ex quibus sequitur intellectiuum principium vniri corpori tanquam formam.*

4. *Id per quod aliquid in specie constituitur, est illius forma. At per intellectum homo constituitur in sua specie; quia id speciem constituit, quod est proprie operationis principium, quæ in homine est intelligere, cum per hanc distinguatur ab alijs. Ergo.*

2. Concl. Anima humana est vltima in nobilitate formarum.

Nam eo forma est nobilior, quo sua virtute excedit materiam elementarem, vt patet ascendendo à forma elementari ad vegetatiuam, sensitiuam, & humanam, quæ sua virtute exercet aliquam operationem, quæ non communicat cum corpore, & hæc virtus est intellectus.

3. Concl. Si anima esset composita ex materia & forma, non posset esse forma corporis.

Quia forma repugnat potentiæ, quæ est materia intrinseca, & ita non esset pura forma.

†. 4 concl. Anima dicitur separata à materia secundum virtutem intellectiuam, quę non est actus corporis: est tamen in materia, & ideo homo dicitur hominem generare, ab Aristot.

5. concl. Vt homo possit intelligere omnia, & vt intellectus intelligat omnia vniuersalia, sat est vt virtus intellectiua non sit corporis actus.

6. Concl. Licet anima sit actus corporis, tamen cum non sit immersa materiæ, potest habere potentiam, cuius actus non pendeat à materia.

7. concl. Anima communicat suum esse materiæ, vnde fit vnum, & ideo illud esse, quod est totius, est etiam animæ: vnde corrupto corpore remanet in suo esse.

Vt animæ per se conueniat vniri corpori, ita etiam per se remanet in ea inclinatio, vbi seiuncta est à corpore, vt iterum vniatur: sicuti leue, quod est deorsum, habet inclinationem ad locum superiorem. 8. concl.

Artic. 2. Vtrum intellectiuum principium multiplicetur secundum multiplicationem corporum.

Impossibile est intellectum esse vnum omnium hominum. 1. concl.

1. *Non potest esse vna anima diuersarum specierum. Ergo neq; vna diuersorum individuorum.*

3. *Quia secundum Platonem, anima est homo, & ita duo homines essent vnus homo, secundum Arist. quia forma dat esse. At vna non potest dare esse duobus.* lib. 3. de ani. t. 52.

3. *Sequeretur, quod omnes homines essent vnus intelligens: quia vnitas operantis penderet ab vnitate agentis, & vnum numero haberent intelligere, respectu vnius intelligibilis, cum intelligere non fiat per organum neq; diuersificetur per diuersa phantasmata, quia ab illis omnib. abstrahitur vna species intelligibilis, qua fit intellectio.*

Anima sicuti & Angelus non est ex materia, sed tamen est forma materiæ, ratione cuius fit multiplicatio numerica. † 2. concl.

Anima separata à corpore adhuc distinguitur, quia habet esse quod communicat corpori, & ideo corpore destructo, adhuc multiplicatur secundum suum esse. 3. concl.

Individuatio intellectus non impedit cognitionem vniuersalium; sed materialitas cognoscentis & speciei. 4. Concl.

Licet intellectus sint diuersi: tamen plures possunt cognoscere vnum per speciem communem tanquam per medium: & ita vnum erit cognitum, vt quod cognoscitur: ratio vero cognoscendi, nempe species multiplicata. 5. concl.

Falsum est scientiam magistri non posse generare scientiam in discipulo, nisi vnus esset intellectus: quia non est necesse, vt ad numero communicetur. 6. Concl.

Cum Augustin. dicit non esse plures animas, intelligit non esse ita plures, quin vniantur in vna specie. 7. concl. libro de quan. ani. c. 22.

Artic. 3. Vtrum præter animam intellectiuam sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes.

1. *concl.* Eadem numero anima in homine est nutritiua, sensitiua, & intellectiua.

Cap. 15. 1. *Ex Aug lib de eccl. dogmat.*

2. *Alias homo non esset simpliciter vnus: quoniam vnitas habetur simpliciter à forma: neque vniuntur propter corpus; quia corpus à forma habet continentiam & vnitatem.*

3. *Ex modo prædicandi: quia vel illæ formæ non sunt subordinatæ, vt vna sit dispositio ad aliam: & tunc fit prædicatio per accidens: vt cum dicitur, album est dulce: vel sunt subordinatæ, & tunc fiet prædicatio per se, in secundo modo; quo modo dicitur superficies præambula est ad colores: Si ergo est alia forma, à qua homo dicitur animal, & alia, à qua dicitur homo, altero ex his modo animal prædicabitur de homine, quod est falsum: quia animal per se de homine prædicatur, & homo non ponitur in definitione animalis, tanquam subiectum in definitione passionis. Ergo eadem erit forma, qua homo est animal, & homo.*

4. *Quia videmus vnam operationem intensam animæ impedire aliam; quod non esset, si essent diuersæ formæ.*

2. *concl.* Anima est vna, quæ virtute continet inferiores animas; vt vna figura, alias.

† 3 *concl* Anima sensitiua est incorruptibilis, vt continetur in intellectiua.

4. *concl.* Formæ non collocantur in genere, vel specie, sed compositæ, vt homo, &c. & ita homo, qui corruptibilis est non differt genere ab alijs animalibus.

5. *concl.* Embryo dicitur prius animal, quam homo per animam sensitiuam, qua ablata aduenit perfectior, quæ vtranque continet.

6. *concl.* Licet genus dicatur sumi à materia, & differentia, à forma, non sequitur intellectiuam à qua sumitur differentia hominis esse diuersam à sensitiua.

Quia id fit secundum intellectum, qui considerat gradum sensitiuum, vt communem, & quasi materiam respectu gradus intellectiui, qui est perfectior sensitiuo.

Art. 4. Vtrum in homine sit alia forma præter animam intellectiuam.

1. *concl.* In homine nulla alia forma est, nisi anima intellectiua.

1. *Vnius rei est vnum esse substantiale. At forma dat tale esse. Ergo.*

2. *Si præexisteret in homine alia forma substantialis, anima non daret esse simpliciter nec esset forma substantialis; nec aduentus formæ esset generatio simpliciter; quæ sunt falsa. Vnde, vt anima intellectiua virtute continet sensitiuam, ita sensitiua vegetatiuam, &c.*

† 2 *concl.* Anima dicitur actus corporis, non quo corpus habeat actum aliquem sine anima eo scil. modo, quo lumen dicitur actus lucidi. Dicitur autem actus primus, respectu secundi.

3. *concl.* Anima mouet corpus per potentiam motiuam: & sic anima per hanc virtutem est pars mouens, & corpus eadem anima animatum, pars mota.

4. *concl.* Licet sint diuersi gradus formarum in diuersis rebus; tamen in eo, in quo est forma perfectissima, non est necesse, vt sint diuersæ formæ, cum vna contineat omnes quæ immediatæ materiæ vnitur.

5. *concl.* Mixtio, quæ est in corpore humano, quod variis partibus constat, fit per qualitates elementorum, quæ non actu, sed secundum suas qualitates remanent, per quas disponitur corpus ad receptionem formarum.

Art. 5. Vtrum anima intellectiua conuenienter tali corpori vniatur.

1. *concl.* Corpus cui vnitur anima intellectiua oportuit esse mixtum, & magis inter alia adæqualitatem complexionis redactum.

Arist. lib. 2 de ani. t. 1. 1. *Quoniam anima ex Arist est actus corporis organici potentia vitam habentis.*

2. *Id cui vnitur anima debet esse tale, quale requirãt ipsius operationes; si quidem materia est propter formam; sed anima quando habet naturaliter inditam cognitionem veritatis ad intelligendum requirit in corpore organa sensus, quia omnis cognitio habet ortum à sensibus inter quos primus est tactus, qui est fundamentum aliorum, cuius organum debet esse mixtum, & æqualiter complexionatum, cum sit medium inter contraria, quæ tactu sentiuntur: quare corpus cui vnitur anima, vt pro operationes posset exercere, debuit esse mixtum organicum & ad*

æquatitatem redactum. Vnde homo inter alia animalia perfectiorem habet tactum: & qui sunt carne molliores sunt acutiores intellectu.

2. *concl.* Hominis corpus erat incorruptibile ante peccatum, non ex sua natura, sed per gratiã, nec debuit hoc corpus ex se esse incorruptibile, quia anima requirebat tale corpus ad suas operationes exercendas.

3. *concl.* Quamuis anima sit immaterialis, tamen eguit corpore mixto & organico, non autem simplici, propter sensus, qui necessarii sunt ad eius operationes.

4. *concl.* Anima quæ est vna forma nõ vnitur corpori, quod constat pluribus speciebus, cum partes non constituant speciem, sed totum: & ideo organa potius diuersarum complexionum, quam specierum dicuntur.

5. *concl.* Licet sit anima forma nobilissima, & vniatur corpori, quod multis ad defensionẽ, & sustentationem indiget: tamen, quia habet potentiam vniuersalem, & indeterminatam, non potuerunt ista dari corpori humano a natura, sed data est ratio & manus, quæ est organum organorum, quibus omnia sibi pararet.

Art. 6. Vtrum anima intellectiua vniatur corpori med antibus dispositionibus accidentalibus.

1. *concl.* Anima & quælibet forma substantialis recipitur in materia nullo mediante accidente.

1. *Accidens est posterius substantia tempore & ratione, ex Aristot. Ergo nulla forma accidentalis præcedit formam substantialem.*

2. *Quod est in potentia ad actus ordine quodam recipit prius primum quam secundum, & materia quæ est in potentia, primus actus est esse, quod habetur à forma substantiali Ergo non præcedunt dispositiones.*

2. *concl.* Vt præintelligitur materia perfecta antequam intelligantur corporea: ita præintelliguntur accidentia, quæ sunt principia entis ante corporeitatem; & sic præintelligũtur dispositiones in materia ad formam, quæ dicitur recipi in materia disposita.

3. *concl.* Diuersæ formæ vniuntur diuersis partibus materiæ ratione dimensionum quantitatiuarum, quæ sunt accidentia consequẽtia corporeitatem: & sic materia considerat ur, vt distincta in varias partes, ratione quarum accipit diuersas formas.

Substantia spiritualis, quæ vnitur corpori, vt motor, vnitur per potentiam, vel virtutem, at anima vnitur, vt forma per suã ess 4. *Concl.*

Art. 7. Virum anima vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore.

Anima non potest vniri mediante aliquo corpore. 1. *Concl.*

1. *Nam, vt ait Arist. non oportet quærere, si vnum est anima & corpus.* 2. *de ani. t. 7. 8. Met. tex. 15.*

2. *Forma seipsa immediate facit formaliter compositum ex se, & materia ens in actu, quia per essentiam suam ex Aristot. est actus Ergo Quare erraverunt, qui dixerunt vniri per aliquod corpus.*

Anima partes grossiores corporis per subtiliores mouet; vt per spiritus, cum instrumentum virtutis motiuæ sit spiritus; & per hos dixit Aug. animam administrare corpus. †2. *Concl.* *lib. 3. super Gen. c. 5.*

Sublato spiritu tollitur vnio, non quia sit medium, sed quia tollitur dispositio, qua corpus est dispositum ad talem vnionem: est tamen spiritus medium in mouendo. 3. *Concl.*

Si anima & corpus præcise sumantur, & vtrunque haberet esse ex se, multum distarent, & deberent vniri per medium: sed si anima consideretur vt est forma, non habet esse diuersum à corpore, sed per suum esse illi immediate vnitur: idem dicas de aliis formis. 4. *concl.*

Artic. 8. Vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.

Anima est tota in toto, & ita in qualibet parte. 1 *Concl.*

1. *Ex Aug qui hoc docet.* *lib. 6. de Trin. c. 6.*

2. *Quod sit tota in toto patet, quia non vnitur vt motor, vt est dictum: neque est forma accidentalis, vt est figura & ordo in domo, quia ista forma dat esse formale toti, non autem partibus singulis Cum ergo anima vniatur corpori, vt forma substantialis, erit & in toto, & in partibus: cuius signum est, quod anima recedente, nulla pars retinet pristinam operationem nec dicitur manus vel pes, nisi æquiuoce. Quod sit etiam tota in qualibet parte sic demonstratur. Totum, vel est quantitatiuum, quod in partes diuiditur & hoc modo forma esse in toto non conuenit, nisi per accidens, & illis solis formis, quæ habent habitudinem indifferenter ad totum & partes eius, vt albedo respectu superficiei,*

perficiei, at forma, quæ requirit diuersitatè in partibus, vt est anima, & maxime animalium perfectorum non aqualiter se habet ad totum, & partes; & ideo, nec per accidens diuiditur ad diuisionem quantitatis. Vel est totum essentiale, quod comitenitur ex partibus definitionis, vel materiæ & formæ, & hoc conuenit per se formæ: sic anima est tota in toto, & in qualibet parte, quæ etiam ratione albedo est in toto, & totum in partibus. Vel est potenciale, quod diuiditur in partes virtutis: & hoc modo anima non est tota in qualibet parte, quia non secundum quamlibet potentiam est in qualibet parte, quia secundum vnam potentiam est in oculo, secundum aliam in auribus.

2. *concl.* Cum anima requirat partes non eodem modo comparatur ad totum & ad partes: ad totum, vt ad prius, ad partes, vt posterius.

3. *concl.* Dicitur anima non esse in vnaquaque parte, quantum ad potentiam motiuam.

4. *concl.* Anima dicitur esse actus corporis organici, vt primo perfectionis, & consequenter partium.

5. *Concl.* Licet anima sit in partibus, tamen partes non dicuntur animal. Sed totum, in quo est anima, vt in primo perfectibili.

6. *Concl.* Potentiæ animæ vel excedunt omnino corpus, vt intelligere, vel sunt communes etiam corpori; illæ non sunt in aliqua parte corporis; aliæ vero in parte proportionata tali operationi.

7. *concl.* Et quamuis tota sit in omni parte, adhuc vna dicitur prior, & principaliter ratione potentiarum.

Quæstio 77. De his quæ pertinent ad potentias animæ in generali.

Art. 1. Vtrum ipsa essentia animæ sit eius potentia.

1. *concl.* Impossibile est animæ substantiam esse suam potentiam.

Cap. 11. de cæl. hier. 1. *Quia ex Dion. etiam in angelis hoc reperitur.*

2. *Operatio animæ, non est in genere substantiæ, quia id est proprium Dei. Ergo nec potentia operatiua, quoniam potentia est in eodem genere, in quo est actus, cum diuidant idem genus.*

3. *Si essentia animæ esset immediatum principium suæ operationis, semper habens animam haberet actu operatiuam, sicuti semper est viuum, quia anima secundum essentiam est actus. At non semper exercet ipsa opera Ergo*

4. *Anima ex se est terminus generationis. Ergo non ordinatur ad actum secundum, sed id est ineſt ratione potentiæ. Vnde dicitur actus primus potentia vitam habentis.*

2. *concl.* Totũ essentiale dicitur de omnibus partibus seorsum, integrale autem non nisi de omnibus simul, totum vero potentiale dicitur de omnibus secundum totam suam essẽtiam, sed non secundum totam suam virtutem; & ideo potest prædicari de aliqua parte, sed non totum essentiale, & hoc modo *lib. 9 de trin. c. 4.* Aug. dixit omnes potentias esse vnam animæ essentiam.

3. *concl.* Actus ad quem est materia prima, est forma: & ideo eius potentia non est distincta ab ipsa, forma vero est ad agendum.

4. *concl.* Quamuis forma accidentalis sit sua virtus, non tamen forma substantialis, *quia à forma substantiali habetur esse*, per accidentalem vero, quæ sequitur esse, compositum operatur.

5. *concl.* Forma substantialis dicitur principium agendi, sed nõ proximum, cum agat per accidentalem formam.

6. *Concl.* Inter substantiam & accidens, vt diuidũtens, non est medium: si vero sumatur accidens, vt vnum ex quinque vniuersalibus, datur medium, quia passiones fluunt ab essentia; & hac ratione Augustin. ait non esse accidens.

7. *Concl.* Licet anima dicatur simplex: tamen habet aliquid potentialitatis, & ideo potest esse subiectum accidentium.

8. *concl.* Rationale & sensitiuum, vt sunt differentiæ, non sumuntur à potentiis, sed ab essentia animarum. Sumuntur autem potentiæ loco differentiæ, quia differentiæ sunt occultæ.

Art. 2 Vtrum sint plures potentiæ animæ.

1. *concl.* Necesse est ponere in anima plures potentias.

1. *Ex Arist. lib. 2. de anima.*

text. 13. 2. *In inferioribus imperfectiora consequũtur aliquam bonitatem paucioribus motibus: perfectiora vero maius bonum pluribus. In superioribus, quæ vniuersale bonum spectant, quæ paucioribus motibus bonum consequuntur, sunt perfectiora, quæ nullo. optima: sed cum homo sit perfectior inter in-*

feriora, & vltimus inter superiora, egebit pluribus motibus, ac proinde potentius, vt suum bonum consequatur: angelus vero, qui est perfectior, paucioribus, at Deus quia optimus, nullo.

3. *Anima est in confinio corporalium & spiritualium rerum. Ergo habebit vtrarumque potentias.*

2. *concl.* Licet anima sit similis Deo, non tamen vnam habet potentiam.

Quia in hoc est sita similitudo, vt possit attingere perfectam bonitatem, quamuis per multas potentias.

3. *concl.* Virtus vnita tunc dicitur superior, si plura ei subiiciantur: at virtus animæ si esset vnita, non extenderetur.

4. *concl.* Vnius rei est vnum essentiale, sed operationes & potentiæ plures.

Artic. 3. Vtrum potentiæ distinguantur per actus & obiecta.

1. *concl.* Potentię diuersificantur secundum actuũ & obiectorum diuersitatem.

1. *Posteriora distinguuntur per propria. Sed ita se habent actus respectu potentiarũ, & obiecta respectu actuum. Ergo.*

2. *Actus specificatur ex principio & fine, vt patet in calefactione & frigefactione. Ergo etiam potentia, quia potentia, vt sic, est ad actus. Sed obiecta respectu actionis sunt principium & finis, quia omnis actio, vel est potentia actiua, respectu cuius obiectum est terminus, vel finis, vel potentia passiua, respectu cuius obiectum est principium mouẽs. Ergo actus per obiecta distinguetur, & potentia per actus.*

2. *concl.* Quæ sunt per accidens non specificant actum, vel potentiam, sed differentia eius, quod per se potentia respicit.

3. *concl.* Actus est prior in actione vt finis & obiectum, licet sit extra; tamen est principium & finis. Principio autem & fini proportionantur quæ sunt extrinseca rei.

4. *concl.* Quãdo potẽtia per se respicit vnũ contrariorum, vt obiectum; tunc aliud contrariorum pertinet ad aliam potentiam: quando vero potentia respicit communẽ rationem vtriusque contrarii, vt potentiæ animæ; tũc est vna vtriusque.

5. *Concl.* Quod est idem subiecto, potest esse diuersum secundum rationem, & ita vnum obiectum potest pertinere ad varias potentias, vt ad appetitum & rationem.

6. *concl.* Potentia superior respicit rationem vniuersalem obiecti, & diuersa obiecta ad diuersas potentias pollunt pertinere, quæ respectu vniuersalis potentiæ efficiunt vnam rationem obiecti.

Art. 4. Vtrum in potentiis animæ sit ordo.

1. *concl.* In potentiis animæ est ordo.

1. *Ex Arist. qui partes animæ comparat figuris, quæ sunt ordinatæ.* 2. *de ani. t.* 30. & 31.

2. *Ab vno non venitur ad multa sine ordine, quia vbi est pluralitas sine ordine, est confusio. Sed essentia animæ est vna, & potentia plures Ergo.*

2. *concl.* Triplex potest attendi ordo in potentiis: vel ratione dependentiæ, qui est, vel perfectionis, & tunc sic ordinantur, intellectiua sensitiua, vegetatiua; vel generationis, & tunc contrario modo ordinantur: vel ratione obiectorum, & tunc prima est visiua, cum visio communis sit corporibus superioribus; secunda auditus, qui est in aere: tertia odor, qui oritur ex mixtione.

3. *concl.* Species habent prius & posterius, quantum ad esse, vt etiam numeri, sed dicuntur simul esse ratione prædicationis generis, quam simul suscipiunt.

4. *concl.* Ordo non solum est ex parte obiectorũ, sed etiam animæ, quæ secundum ordinem quendam habet habitudinem ad diuersos actus, licet sit vna essentia.

5. *Concl.* Potentiæ secundum duos priores ordines ita se habent, vt actus vnius pendeat ab alia, licet secundum tertium ordinem non ita sit.

Artic. 5. Vtrum omnes potentiæ animæ sint in anima, vt in subiecto.

1. *concl.* Non omnes animæ potentiæ sunt in ipsa, vt in subiecto: sed aliquæ sunt in coniuncto, vt potentiæ organicæ.

1. *Sentire ait Arist. non est proprium animæ, nec corporis sed coniuncti.* *lib. 2. de somno & vig. c. 1.*

2. *Subiectum operatiua potentia est potens operari, quia idem est, quod potest, & quod facit. Ergo ipsum operans erit subiectum potentiarum, quia accidens denominat subiectum. Quare non organica erunt in anima: organica in coniuncto.*

2. *Concl.* Omnes potentiæ dicuntur esse animæ, vt principii, quoniam cõiunctum per animam habet vt possit operari.

3. *Concl.* Omnes potentiæ per prius sunt in anima, quam in coniuncto, non vt in subiecto, sed vt in principio.

Ar. li. 2. de so. c. 1.

4. *Concl.* Aug. dicit animã sentire, quatenus per apprehensionẽ sentit se tristari, & gaudere, &c.

li 12. super Gen ad li. c. 19.

Art

Arti. 6. Vtrum potentiæ animæ fluant ab eius essentia.

1.Concl. Omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia animæ.

7. Met. text. 12. 1. *Potentiæ animæ sunt quædam proprietates naturales ipsius. Sed subiectū ex Arist. est causa propriorum accidentium* Ergo.

2. *Accidens proprium causatur à subiecto, secundum quod est actu, & recipitur in eo secundum esse in potentia. Ergo omnes potentiæ animæ fluunt ab ipsa, quia, vel sunt in sola anima subiectiue, & sic sunt ab ipsa, & in ipsa; aut in composito, & hæ etiam sunt ab anima, quia compositum non est actu, nisi ratione animæ. Qua declaratur antecedens proximi argumenti.*

2.Concl. Forma accidentalis & substantialis, cum sint actus, efficiunt, vt aliquid sit actu, sed substantialis dat esse simpliciter, respectu cuius subiectum est in potentia; accidentalis vero, esse secundum quid, cum supponat subiectum: & ideo actualitas subiecti causat actualitatem accidentis Quare subiectū, vt est actu, producit formam accidentalem; vt potentia, recipit eam.

3. concl. Ab vno simplici possunt multa procedere secundum aliquem ordinem; & similiter ex diuersitate recipientium, nimirum organorum corporalium.

4. concl. Anima est causa passionum, finalis, effectiua, & materialis.

5. concl. Emanatio potentiarum non est per mutationem, sed per naturalem resultationem, vt ex luce color.

Art. 7. Vtrum vna potentia animæ oriatur ab alia.

1.Concl. Vna potentia animæ oritur ab alia.

1. *Actus vnius causatur ex alio, vt actus phantasiæ à sensu. Ergo & vna potentia ab alia.*

2. *In his, quæ naturali ordine procedunt ab vno, vt primum est causa omnium, ita propinquius est aliquo modo causa eorum, quæ sunt remota, quia proportionaliter se habent. Sed anima potentiæ ita procedunt. Ergo.*

2.Concl. In ordine finali & actiuo imperfectiores oriuntur à perfectioribus; in ordine materiali contra; vt intellectus à sensu, qui est prior generatione.

3. concl. Vt ab anima oriuntur sine mutatione per naturalem resultationem, ita vna, ab alia.

4.Concl. Accidens vnum non est subiectum alterius; sed vnum prius altero in substantia recipitur.

5 Concl. Potentiæ opponuntur oppositione perfecti, & imperfecti, vt species numerorum, quæ oppositio non impedit originem vnius ab alio, immo hoc est naturale.

Art. 8. Vtrum omnes potentiæ remaneant in anima à corpore separata.

1. concl. Potentiæ existentes in composito, vtriusubiecto, eo corrupto non remanent in anima, nisi virtualiter.

1. *Ex Aug. lib. de eccles. dog.*

2. *Accidens, & ea, quorum actio non est sine subiecto corrumpuntur corrupto subiecto. Ergo cum istæ potentiæ sint in subiecto, nō remanebunt nisi virtualiter in anima*

2. concl. Liber de Spiritu & anima, nō habet auctoritatem; vel dicitur anima trahere secum potentias cum separatur, in virtute.

3. Concl. Potentiæ quæ separantur ab anima non sunt accidentia propria animæ, sed coniuncti.

4. concl. Potentiæ animæ non dicuntur debilitari debilitato corpore: quia anima, quæ est vniuersale principium potentiarum, manet immobilis.

5. concl. Recordatio est in anima, non vt actus sensitiuæ; sed vt est actus memoriæ intellectiuæ.

6. Concl. 7. Concl. lib. 12 super Gen. ad lit. Tristitia & gaudium sunt in anima, secūdum appetitum intellectiuum.

Aug. dicit animam separatam imaginari, disputando, non asserendo.

Quæstio 78. De potentiis animæ in speciali.

Artic. 1. Vtrum quinque genera potentiarum animæ sint distinguenda.

1.concl. Potentiæ animæ secundum genus sunt quinque.

lib. 2. de anima. 1. *Ex Arist qui enumerat vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundū locum, & intellectiuum.*

2. *Ex parte obiecti: Potentia quæ est altior, & vniuersalius respicit obiectum, quod in triplici ordine consideratur. Vel enim est corpus animæ vnitum, & hoc respicit vegetatiua; vel non est vnitum, vt sunt sensibilia, & bonum vniuersale, sub ratione entis, quæ obiecta non possunt percipi, nisi coniungantur cum potentia: & tunc, vel iungun-*

tur secundum speciem particularem, & hoc respicit sensitiua: vel secundum vniuersalem, & hoc intellectiua; vel vnio fit, quia anima tendit in rem ipsam, tanquam in finē, & hoc respicit appetitiua; vel tendit in rem tanquam ad terminum operationis, & hoc respicit motiua.

2. concl. Tria sunt animarum genera.

Nam diuersa anima distinguuntur secūdum quod anima operatio supergreditur actionem corporalem, quod tripliciter contingit. 1. Cum exercetur actio sine organo, & hoc efficit intellectiua. 2. Cum exercetur per organum, sed non per virtutem corpoream, & talis operatio exercetur à sensitiua. 3. Cū per qualitates corporeas. sed actio excedit operationem naturæ corporeæ, quia est à principio intrinseco, quo anima se mouet, & hæc est à vegetatiua, quæ tamen vtitur qualitatibus elementaribus.

3. concl Tres sunt modi vitæ. Modi viuendi distinguuntur secundum gradum viuentium. In aliquibus est tantum vegetatiuum: in aliquibus sensitiuum, sed non motiuum; in aliquibus vtrunque: in aliquibus etiam intellectiuum. Appetitus non facit aliū gradū, quia reperitur in omnibus, vbi est sensus. Ex his patet ad duo prima argumenta.

4. concl. Appetitus animalis consequitur formam apprehensam, & ideo ad hunc requiritur specialis potentia, & non sufficit solus appetitus naturalis.

5 concl. Sensus & appetitus sunt principia mouētia in animalibus perfectis, vt imperantia: & ideo requiritur vis motiua in aliis partibus corporis, vt exequatur, quod imperatur, vnde si membra essent impedita, sensus & appetitus non satis essent.

Art. 2. Vtrum conuenienter partes vegetatiuæ assignentur.

1. concl. Tres sunt partes vegetatiuæ; generatiua, nutritiua, & augmentatiua.

1. *Ex Arist. lib. 2. de anima.*

2. *Obiectum vegetatiuæ est corpus viuens per animam, cui corpori necessaria est triplex operatio: ad esse, generatio; ad quantitatem debitam augmentatio, ad conseruandum esse & quantitatem nutritio. Ergo ege bis potentiæ generatiua, augmentatiua, & nutritiua.*

2. concl. Istæ potentiæ differunt.

Primum, quia duæ ad proprium corpus pertinent, vt generatiua ad alienum.

Deinde, quia generatiua attingit vim sensitiuam.

Postremo, quia aliæ generatiuæ inseruiunt.

Hæ potentiæ dicuntur naturales, non 3. concl.
quod non sint supra qualitates naturales, sed quia exercentur per qualitates naturales.

Generatio in inanimatis est omnino ab 4 concl.
extrinseco: sed in viuentibus ab intrinseco. ideo debuit poni potentia distincta in animatis quo semen paratetur.

Corpus inanimatum habet totam quan- 5. concl.
titatem à principio, & ideo eadem est vis, qua generatur & augetur; at animatum non habet totam quantitatem, ideo eget potentia augmentatiua diuersa.

Operatio vegetatiuæ fit virtute caloris, 6. Concl.
qui consumit, & ideo opus est nutritiua, quę refaciat substantiam deperditam: propterea distinguitur à vegetatiua, à qua licet habeatur esse, tamen non conseruatio.

Artic. 3. Vtrum conuenienter distinguantur quinque sensus exteriores.

Conuenienter distinguuntur quinque 1. [illegible]
sensus exteriores.

1. *Ex Arist. 2. de anima.* tex. 128.

2. *Sensus est potentia passiua apta immutari ab exteriori sensibili Ergo secundum varias mutationes sumetur varietas sensus: sed ista partim ex parte subiecti, partim ex parte organi fit quinque modu. Ergo Velenim fit per mutationem spiritualem tātum, qua ratione mutatur pupilla per speciem coloris: vnde visus. Vel per mutationem etiam naturalem, qua, vel est ex parte medii per motum localem, & sic sonus mutat aerem & venit ad aures vnde auditus. Vel per alterationem à calore in corpore, vnde olfactus. Vel ex parte organi, vnde tactus & gustus, quia manus madefacta sentit, & lingua humido affecta gustat. Vnde omnes sensus requirunt mutationem spiritualem per speciem, non autem omnes naturalem: alii per medium extraneum, alii per coniunctum. Qui sic ordinantur; visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus.*

Numerus non potest sumi ab organis, 2. concl.
quia organa sunt propter sensus non contra, non ex medio, *quia media sunt accommodata potentiis*: non ex qualitatibus, *quia sensus non percipit qualitates.*

Non omnia accidentia mutant sensus ex 3. concl.

se, sed solæ qualitates tertiæ speciei, secũdum quas contingit alteratio: & ideo solæ sunt obiectum.

4. Concl. Sensibilia communia non mutant sensum ex se, nisi ratione sensibilium qualitatum: omnia autem reducuntur ad quantitatem.

5. Concl. Sensus tactus cum sit diuersarum contrarietatum, est vnus genere; sed cum eius species sint diffusæ per totum corpus, ideo earum distinctio non apparet; Gustus vero cõcomitatur tactum in sola lingua, ideo distinguitur.

6. Concl. Gustus non distinguitur à tactu in genere, sed à tactu secundum varias species in toto corpore, vel distinguitur penes varias mutationes dulcis & amari.

Art. 4. Vtrum interiores sensus conuenienter distinguantur.

1. concl. Non est necesse ponere nisi quatuor vires interiores sensitiuæ partis, scilicet sensum communem, imaginatiuum, æstimatiuum, & memoratiuum.

Nam tot debẽt esse actiones sensitiuæ, quot sufficiunt ad vitam animalis perfecti, cum natura non desit in necessariis: & harum actionum quæ non possunt reduci ad vnum principium requirũt diuersas potentias. Sed ad hoc sufficiunt quatuor. Ergo. Animal enim perfectum non solum debet moueri à re absenti, quam debet apprehendere, alias non moueretur ad eam quærendam, & ideo non solum debuit eius species in parte humidiore recipere; sed etiam in sicciore eas conseruare, quæ duo opera ad diuersa principia reducuntur. Vnde opus est duplici potentia. Rursus animal non solum monetur secundum delectabile & contristabile secundum sensum, sed etiam quærit, vel fugit aliqua conuenientia, vel non conuenientia propter alias commoditates, siue nocumenta. Quomodo ouis fugit lupum, non propter indecentiã coloris, vel figuræ, sed vt inimicum; & auis colligit paleas non propter delectationẽ sensus, sed quia sunt vtiles ad nidificandum. Ideo necesse fuit dari alium sensum, qui perciperet has intentiones, quibus apprehenditur aliquid, vt nocium, vel amicum, quas exterior sensus, & communis non percipiunt. Vnde ad recipiendas formas sensibiles est sensus proprius & communis; ad eas retinendas, phantasia siue imaginatiua: ad apprehendendas intentiones, non sensatas est æstimatiua, ad easdem retinendas memoratiua, quæ recipit intentiones non sensatas præteritas.

2. concl. Quantum ad species sensibiles non est differentia inter bruta & hominem, sed quãtum ad intentiones, quia bruta eas percipiũt instinctu naturæ, homo vero per collationem, per quam huiusmodi intentiones adinuenit, & ideo in ipso æstimatiua, dicitur cogitatiua, cuius organum est media pars capitis. Deinde bruta recordantur subita recordatione: at homo per reminiscentiam inquirendo præteritorum memoriam secũdum indiuiduales intentiones. Auic. ponit aliam potentiam, quæ componat & diuidat formas imaginatas, sed id potest præstare imaginatiua, vt ait Auer.

3. concl. Sensus communis non sic dicitur secundum prædicationem, sed quia est radix & principium sensuum exteriorum, & ita reponitur inter vires intrinsecas.

4. concl. Exterior sensus iudicat de suo obiecto; communis ponit differentiam inter omnes: & ideo debet omnes species aliorum percipere, vt differentiam inter eas ponat.

5. concl. Aristot. lib. de mem. c. 1. Phantasticum & memoratiuum dicuntur passiones primi sensitiui, non quod fundentur in sensu, sed quia sunt in anima mediante sensitiuo.

6. concl. Vt intellectus in re apprehensa multa intelligit, quæ non capit sensus, similiter imaginatiua, sed tamen pauciora, quam intellectus.

7. Conc. Aug. lib. 12. super Gen. ad lit. c. 7. Eminentia cogitatiuæ & memoratiuæ in homine est propter refluentiam ex ratione vniuersali: & ideo non sunt aliæ potentiæ distinctæ à sensitiuis.

8. Concl. Spiritualis visio per sensus exteriores fieri dicitur, quatenus percipiunt rem etiam absentem.

Quæstio 79. De potentiis intellectiuis.

Art. 1. Vtrum intellectus sit aliqua potentia animæ.

1. Concl. Intellectus est potentia animæ, non eius essentia.

2. de ani. tex. 27. 1. *Ex Arist. qui hoc docet.*

2. *Tunc immediatum principium est essentia operantis, quando operatio est eius esse, quia vt se habet potentia ad operationem; ita essentia ad esse. Sed in solo Deo intelligere est suum*

est summe esse. Ergo in ipso solo intellectus est essentia.

1. concl. lib. 9. de trin. c. 4.

Mens dicitur ab Aug. essentia, sicuti sensus interdum dicitur ipsa anima, & intellectus anima intellectiua.

3. concl.

Appetitiuum conuenit cum sensu, quantum ad modum operandi per organum; conuenit etiam cum ratione, quatenus eius apprehensionem sequitur: ideo Aug. dixit esse in mente, & Aristot. in ratione, à qua tamen obiecto differt.

lib. 10. de trin. c. 11. 2. de ani. tex 27.

4. Concl.

Angeli spiritualiter dicuntur mens, & intellectus, quia non habent alias operationes, non sic anima.

5. concl.

Immaterialitas substantiæ intelligentis creatæ, non est eius intellectus; ex ea tamen habet quod intelligat per suam potentiam.

Art. 2. Vtrum intellectus sit potentia passiua.

1. Concl. 2. de ani. tex 13.

Intellectus est in potentia passiua communiter dicta, quatenus pati dicitur etiam id, quod perficitur. Neque enim intelligendo ab eo aliquid remouetur, quod est proprie pati; vel aliquo modo alteratur quod est pati minus proprie.

1. *Arist. ait intelligere, esse quoddam pati, & nos esse intelligentes in potentia.*

2. *Intellectus versatur circa ens uniuersale, cuius quod intellectus creatus, non se habet in actu puro, quia deberet esse infinitus, sicut intellectus diuinus, qui est actus purus, & est idem, quæ essentia, in qua originaliter sunt omnia. Ergo erit in potentia, quæ duplex est: altera semper in actu, vt in cœlo, cui respondet intellectus angeli, qui semper est in actu, quia est propinquior primo enti: altera, quæ aliquando procedit in actum, vt in hu inferioribus, cui similis est intellectus humanus, qui est tanquam tabula rasa, & ideo in potentia.*

†2. Concl.

Non omnis passio est secundum materiam, vt est passio communiter dicta, quomodo etiam res immaterialis dicitur pati.

3. concl.

Intellectus passiuus, non est sensus, vel cogitatiua vis, vt aliqui dixere, sed ipsa vis intelligendi, cuius passio non est corporalis, & ideo est incorruptibilis.

4. Concl.

Agere est nobilius, quam pati, si ad idem referatur: intellectus patitur sicuti & sensus: sed intellectus respectu totius entis, & ideo est nobilior sensu, qui solum ratione alicuius entis patitur.

Art. 3. Vtrum sit ponere intellectum agentem.

1. concl. 3. de ani. tex. 17.

Necesse est ponere intellectum agentem.

1. *Ex Arist. in anima est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid: quo est omnia facere.*

2. *Quod est in potentia non reducitur in actum, nisi per aliquod ens actu. Intellectus est in potentia ad intelligibile. Ergo non reducitur ad actum, nisi per intelligibile in actu. Sed intelligibile in actu quoad quidditatem non reperitur in rebus. Ergo debuit poni potentia quæ faciat intelligibile actu. Vnde intellectus agens est potentia actiua faciens intelligibilia actu per abstractionem specierum à conditionibus materialibus.*

† 2. concl.

Non ponitur sensus agens, quia sensibilia sunt in actu extra animam. Vnde in parte vegetatiua omnes potentiæ sunt actiuæ; in sentitiua nẽs passiuæ, in intellectiua amboæ.

3. Concl.

Intellectus agens assimilatur lumini, non omni ex parte: lumen enim non facit res actu visibiles, sed requiritur ex parte medii: sed sicut lumen est necessarium ad videndum: ita intellectus agens ad intelligẽdum

4 concl.

Non sufficit ad intelligendum immaterialitas intellectus possibilis, nisi sit agens, qui faciat res actu intelligibiles.

Artic. 4. Vtrum intellectus agens sit aliquid animæ.

1. concl. 3. de ani. t. 17.

Intellectus agens est aliquid animæ.

1. *Ab Arist. ponuntur intellectus agens & possibilis vt differentes.*

2. *Quæ ratio supponit dari supra animã vim intellectiuam uniuersalem, à qua intellectus habeant vim suam. 1. Quia vt intellectus est talis per participationem, & ideo reducitur ad id, quod est per se tale. 2. Quia intellectus discurrit & mouetur, & ideo debet dari aliquid immobile. 3. Quoniã non omnia intelligit; & ideo debet dari vn intellectus perfecta. Quare oportet esse altiorem intellectum, quo anima iuuetur ad intelligendum. Aliqui posuerunt hunc intellectum agentem extra animam: sed adhuc oportet ponere in anima intellectum, qui faciat intelligibilia in actu. Nam vt in alijs rebus naturalibus perfectis præter uniuersales causas agentes, sunt propriæ virtutes, per quas operẽtur, ita in hac: sed cũ in his inferioribus nihil sit perfectius anima. Ergo in ea erit virtus communicata à superiore intellectu, qua phan-*

tasmata illustrat. Quod experimur in nobis cum abstrahimus vniuersalia à conditionibus singularibus. Vnde Arist. comparauit lumini, vt Plato Soli: intellectus autem separatus est Deus, à quo anima participat lumen suum.

1. concl. 2 fal. 4. Lux, qua Deus illuminat intellectum est vniuersalis, sed debet poni virtus particularis.

2. concl. 3. de ani. t. 20. Quod aliquando intelligamus, aliquando vero non, dicitur respectu intellectus possibilis, sicuti semper intelligere tribuitur agenti, vel etiã dicitur de intellectu in actu.

4. concl. Licet in anima sit intellectus agens, tamẽ non semper intelligit, quia requiritur dispositio sensuum, & præsentia phantasmatum.

5 concl. 3. de ani t. 19. Anima, vt est in actu, habet intellectum agentem, quo fiunt intelligibilia actu; vt est in potentia ad multas species est receptiua per intell. ctum possibilem.

6. Concl. Phantasmata sunt actu species rerum, sed sunt immaterialia in potentia.

7. Concl. Nihil prohibet intellectum agentẽ fluere ab essentia animæ, cum sit immaterialis, & à supremo intellectu creata.

Art. 5. Vtrum intellectus agens sit vnus in omnibus.

1. concl. 3. de ani t. 18. Intellectus agens, qui est quædam vis animæ, non est vnus in omnibus, sed plures secundum pluralitatem animarum.

1. *Arist ait esse sicut lumen. Sed in diuersis illuminatis non est idem lumen. Ergo.*

2. *Non potest esse vna & eadem virtus diuersorum subiectorum. Ergo.*

2. concl. Si intellectus agens non esset virtus animæ, esset vnus omnium.

3. concl. Arist lib. 3. de an. t. 19. Intellectus agens dicitur separatus, *quia possibilis est separatus, quia agens est patiente nobilius*: possibilis vero dicitur separatus, *quia non est virtus corporis.*

4. concl. Agens dicitur caulare vnum in multis, dum facit vniuersalia; non propterea sequitur, quod debeat esse vnus in omnibus, sed quod sit vnus, qui habeat habitudinem ad omnia, à quibus abstrahit.

5. Concl. Cognoscere prima principia, est actio consequens naturam humanam: propterea omnes conueniunt in virtute, qua ista cognoscuntur, quæ est virtus intellectus agentis, & ideo ista communicatio indicat vnitatem intellectus separati, non vnitatem intellectus agentis.

Art. 6. Vtrum memoria sit in parte intellectiua anima.

Memoria, si sumatur solum pro vi conseruatiua specierũ, est in parte intellectiua. 1. concl. lib. 10. de Trin. c. 12 3. de ani. tex. 8.

1. *Ex August. qui ponit memoriam in mente.*

2. *Ex Arist. intellectus per species intelligibiles fit omnia, & sciens in potentia proxima, id est, potest operari quandocunque vult. Sed id esse non posset nisi in anima esset vis conseruatiua specierum. Ergo.*

3. *Materia prima recipit & retinet formas. Ergo multo magis intellectus recipiet, & conseruabit species, quia est magis stabilis natura, quam materia. Vnde errat Auicen. dicendo species non conseruari in parte intellectiua.*

Si de ratione memoriæ sit solum hoc, vt eius obiectum sit præteritum, vt præteritum, non erit in parte intellectiua, sed in sensitiua tantum. 2. concl.

Quia præteritum, vt sic, includit conditiones particulares, quas sensus apprehendit.

Memoria, vt est conseruatiua specierum intelligibilium est nobis communis cum brutis. 3. concl.

Quia anima est locus specierum.

In actu memoriæ est obiectum præteritum, & cognitio præterita, quæ prius occurrit, quam obiectum: intellectui autem accidit, quantum ad suum intelligere obiectum, præteriisse, *quia rem in se sine differentia temporis intelligit*: at vero respectu actus, necessario actus repræsentatur vt particularis, quatenus fuit hoc, vel illo tempore, & hac ratione saluatur ratio memoriæ in intellectu, quatenus memoria est præteritorũ, *quia intellectus intelligit se olim intellexisse.* 4. concl.

Tunc dicuntur species conseruari in intellectu, cum eas acquisiuit, & actu non contemplatur. 5. concl.

Artic. 7. Vtrum memoria intellectiua sit alia potentia ab intellectu.

Memoria intellectiua non est alia potentia ab intellectu possibili. 1 concl. 3. de ani. t. 6.

1. *De ratione memoriæ est, quod sit thesaurus conseruans species. Sed hoc Arist tribuit intellectui. Ergo.*

2 *Potentiæ distinguuntur secundũ varias rationes obiecti: sed in intellectu respectu sui subiecti, cum sit vniuersale, & ens in com-*

muni non potest esse vlla ratio particularium entium, à quæ c ntrahatur, sed solum diuersificatur, prout obiectum sit in actu, vel vt mouet potentiam passiuam; vnde oritur distinctio intellectus agentis, & possibilis. Ergo nulla potest esse alia differentia potentiarum in intellectu.

3. *Quia eadem potentia passiua recipit, & conseruat.*

† 2. *concl.* *Aug. libr.* 10. *de tri.* c. 11. Memoria interdum sumitur pro retentione specierum, interdum pro actu memorandi; & sic dicitur memoriam esse in mente.

3. *concl.* Præsens, & præteritum possunt esse differentiæ potentiæ sensitiuæ, non autem intellectus, vt est dictum.

4. *concl.* Memoria & intelligentia dicuntur æquari, quatenus intelligẽtia oritur ex memoria, vt actus ex potentia: & sic ei æquatur, non autem, vt potentia, potentiæ, & ita non est alia potentia ab intellectu.

Art. 8. Vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu.

1. *concl.* Intellectus & ratio in homine non sunt duæ potentiæ.

lib. 3. super Genes. ad lit. c. 20.

1. *Ex Aug. qui hoc dicit.*

2. *Vt se habet moueri ad quiescere, ita intelligere, quod est simpliciter veritatem cognoscere, ad ratiocinari, quod est procedere ab vno ad aliud: & vnum est perfecti, alterum imperfecti. Sed quiescere, & moueri, etiam in rebus naturalibus, reducuntur ad vnam potentiam; quia vna & eadem natura in aliquid mouetur, & in loco quiescit. Ergo multo magis homo per vnam & eandem potentiam mouebitur ratiocinando, & quiescet intelligendo: & quia motus incipit ab immobili, ideo ratio humana quærendo à primis principijs per se notis procedit: & ad eandem iudicando reuertitur.*

† 2. *concl* Ratio numeratur inter actus, non inter potentias: & liber de spiritu & anima non est magnæ auctoritatis.

3. *concl.* Intellectus comparatur æternitati, vt mobile immobili: & ratio tempori, vt mobile immobili.

4. *concl.* Vis intelligendi in Angelo & homine differt secundum perfectum & imperfectum: non ita ratio & sensus, qui non attingit veritatem.

* * *

Artic. 9. Vtrum ratio superior & inferior sint duæ potentiæ.

1. *concl.* Ratio superior, & inferior non sunt duæ potentiæ, sed officijs, & habitibus distinguuntur.

2. *de trin. c. 4.*

1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Medium, & conclusio ad eandem potentiam pertinent, licet non ad eundem habitum, vt cognitio principiorum, & conclusionis, ad quam, quasi per medium venimus. Sed obiecta istarum partium se habent, vt medium, & conclusio; quia ratio superior intendit rebus æternis, vel contemplando vel regulas viuendi ab eo sumendo, inferior vero intendit rebus temporalibus, quæ sunt media ad cognoscenda æterna, via intentionis, via vero iudicij per æterna temporalia iudicamus. Ergo vna erit potentia, licet habitus, & officia sint diuersa, cum superiori parti sapientia, inferiori scientia tribuatur.*

† 2. *concl.* Imago Dei dicitur esse in superiore parte, non q. sit distincta potentia, sed vt habet actus diuersos.

3. *concl.* Inferior ducitur, & regitur à superiore, quatenus principijs superioris vtitur, non quod ab illa vt distincta nascatur.

4. *concl.* Scientificum, rationatiuum, & operatiuum dicuntur distingui, sed penes habitus, non ratione potentiarum: quia omnia ista respicit ratio sub ratione veri perfecti, vel imperfecti.

5. *concl.* Opinari est vni parti adhærere cum formidine: diiudicare est mensurare, vel applicare principia ad examinandum aliquid: quę actu, non potentia distinguuntur.

Artic. 10. Vtrum intelligentia sit alia potentia ab intellectu.

1 *concl.* Intelligentia non est alia potentia ab intellectu, sed distinguuntur, vt actus & potentia.

3. *de ani. tex.* 21. *Intelligentia ex Aristot. est indiuisibilium, quæ cognoscere est intellectus, cuius actus dicitur intelligentia, id enim nomine intelligentia significatur. Ergo non erit alia potentia sed intellectus erit potentia, & intelligentia actus.*

2. *concl.* Aristot. ponit quatuor intellectus, scilicet, agentem, & possibilem: qui consideratus, vt est in potentia, dicitur intellectus in

potentia, vt vero est in actu primo, dicitur intellectus in habitu; vt est in actu secundo, dicitur intellectus in actu, vel adeptus.

†3. Concl. Intelligentia diuiditur contra intellectum, vt actus contra potentiam, & sic dicitur, esse supra intellectum, quæ vt transcendit actū rationis, Deo etiam tribuitur: vnde soluitur secundum ex auctoritate Boet.

4. Concl. lib. 5. de consol. prosa 5. Potentia intellectiua varios actus producit: simplex apprehensio dicitur intelligentia: si ordinetur ad cognoscendum, vel agendum dicitur intentio: dum persistitur in cognitione, cogitatio: dum cogitatum examinatur, dicitur scire, vel sapere, id est iudicare: dum cogitatur, qua ratione sit manifestandum, dicitur dispositio interioris sermonis, vnde exterior sermo oritur. Quare hi actus non variant potentias.

Articul. 11. Vtrum intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ.

1. Concl. Intellectus speculatiuus, & practicus non sunt duæ potentiæ.

1. *Ex Arist. speculatiuus fit per extensionem practicus.*

2. *Differentia per accidens obiecti non variant potentias. Sed speculatiuū, & practicum sunt differentia per accidens intellectus, quia accidit intellectui, vt quod apprehendit ordinet ad opus. Ergo: & ideo dicuntur differre fine.*

†2. concl. Practicus non est motiuus, qu. exequens opus, quia tunc esset potentia distincta, sed qu. dirigens ad motum, quod conuenit ex ratione suæ apprehensionis.

3. concl. Practicus cognoscit verum, vt speculatiuus, sed veritatem cognitam ordinat ad opus, & ideo eius obiectum dicitur bonum ordinabile ad opus, sed sub ratione veri.

4. Concl. Licet practicus comparetur imaginatiuæ, & speculatiuus æstimatiuæ: tamen non differunt inter se, vt istæ potentiæ, quæ habent varias differentias.

Artic. 12. Vtrum synderesis sit quædam specialis potentia ab aliis distincta.

1. concl. Synderesis non est potentia, sed naturalis habitus intellectus, respectu principiorum in operabilibus.

1. *Potentia se habent ad opposita At synderesis solum ad bonum inclinat Ergo.*

2. *Cognitio indita principiorum speculabilium non est potentia, sed naturalis habitus intellectus speculatiui. Ergo & synderesis, quæ nihil aliud est quam indita cognitio operabilium, non erit potentia sed habitus, per quem tanquam a principio immobili & indeterminato procedimus ad inueniendum & iudicandum in practicis: quia synderesis dicitur instigare ad bonū, & murmurare de malo: qui actus sunt a principijs naturaliter notis. Ergo. Aliqui dixerunt ejus rationem, vt est a natura: alij esse potentiam ratione altiorem.*

† 2. concl. Diuiditur synderesis contra rationem & potentias, non vt potentia, sed vt actus.

3. concl. Oppositio sensualitatis & synderesis est secundum actus, non secundum potentias.

concl. Prima principia operabilium tribuuntur rationi, vt potentiæ: synderesi, vt habitui.

Artic. 13. Vtrum conscientia sit quædam potentia.

1. concl. Conscientia proprie est actus non habitus, vel potentia.

1. *Conscientia deponi potest, non autem potentia. Ergo.*

2. *Ab etymologia, conscientia dicitur cum alio scientia, i. e applicatio scientiæ ad aliquid, quod actu fit.*

3. *Ex tribus actibus, qui conscientia tribuuntur: quia dicitur testificari de facto, vel non facto, ligare, vel instigare ad faciendum, vel non faciendum: circa bene, vel male factum, iudicando, & sic vel excusat, vel accusat, vel remordet. Vnde iudicatorium, & lux solet applicari.*

† 2. concl. Conscientia dicitur spiritus. *Quia est dictamen mentis, quæ spiritus dicitur.*

3. concl. Inquinatio est conscientia, non vt in subiecto, sed vt in cognoscente.

4. concl. Actus manet in sua causa, & sic dicitur manere in conscientia: & licet multi sint habitus, ex quibus conscientia formatur: omnes tamen ab vna synderesi, quæ specialem conscientia nominatur, & sic est quid simplex.

Quæst. 80. De potentijs appetitiuis in communi.

Art. 1. Vtrum appetitus sit aliqua specialis potentia in anima.

1.concl. Neceſſe eſt ponere aliquam potentiam animæ appetitiuam.

2.de an. t. 27. 1. *Ex Ariſt. qui diſtinguit appetitiuam ab alijs.*

2. *In cognoſcentibus inuenitur forma altiore modo, quam in cognitione carentibus, nimirum ſecundum eſſe intentionale, & interminatum. Ergo etiam inclinatio in eis erit altiore modo, quoniam inclinatio ſequitur formam; hæc autem inclinatio, eſt appetitus. Ergo. Quare vt forma cognoſcentis excedit formam naturalem, ita appetitus, ſeu inclinatio inclinationem naturalem.*

† 2. concl. Appetere accipitur proprie in habentibus cognitionem ſupra modum communem appetendi, & ſic ponitur in anima.

3.concl. Quod cognoſcitur, & appetitur ſunt idē materialiter, ſed non formaliter, vnde duæ potentiæ debent diſtingui.

4.concl. Quælibet res appetitu naturali appetit ſibi conuenienſ: ſed appetitus ſequens apprehenſionem appetit aliquid, vt eſt conueniens animali ſimpliciter.

Artic. 2. Vtrum appetitus ſenſitiuus & intellectiuus ſint diuerſæ potentiæ.

1.concl. Appetitus ſenſitiuus, & intellectiuus ſunt diuerſæ potentiæ.

2.de ani. tex. 57. 1. *Ariſt. ait ſuperiorem appetitum mouere inferiorem. Ergo.*

2. *Paſſiua & mobilia diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem actiuorum & motiuorum, quia mobile eſt proportionatum mouenti, & potentia paſſiua habet ordinem ad actiuam. Sed iſtorum appetituum ſunt diuerſa apprehendentia, & mouentia, quia aliud apprehenditur ſenſu, aliud intellectu. Ergo.*

† 2. concl. Appetibili non accidit eſſe apprehenſum: *quia differentia apprehenſi, ſunt differentia appetibilis:* & ideo varietas apprehenſi variat appetitum.

3.concl. Licet appetitus ex ſe, ſit motus in res ipſas, intellectiuus tamen poteſt ferri in rem, non ſolum ſingularem, ſed etiam vniuerſalem: & ideo eſt alius à ſenſitiuo.

4.concl. Quamuis in homine nō ſit potentia motiua, quæ conſequatur intellectum: *quia appetitus ſuperior mouet, mediante inferiore appetitu, ſine quo non fit motus:* tamen datur appetitiuum, ſequens apprehenſiuum.

Quæſt. 81. De ſenſualitate.

Art. 1. Vtrum Senſualitas ſit ſolum appetitiua.

1. concl. Senſualitas eſt nomen appetitus ſenſitiui.

1. *Quoniam dicitur eſſe appetitus rerum ad corpus pertinentium.*

2. *Per motum ſenſualem intelligitur motus appetitus ſenſitiui; quia actus appetitiua habet magis rationem motus, cum feratur in obiectum, quam virtus apprehenſiua, quæ res in ſe continet. Ergo ſenſualitas eſt nomen appetitus ſenſitiui, quod à motu ſenſualiſſimi videtur.*

† 2. concl. Corporis ſenſus pertinent ad ſenſualitatem animæ, quaſi præambuli, non tamen continentur ſub ſenſualitate.

3. Concl. Senſualitas diuiditur contra rationem ſuperiorem, & inferiorem, quatenus communicat in actu motionis, vis cognoſcitiua eſt motiua, quatenus apprehendit, ad quam ſenſualitas pertinet.

4. concl. Serpens non ſolum propoſuit, ſed etiam inclinat ad peccandum, ideo ſenſualitas ſerpenti comparatur.

Artic. 2. Vtrum appetitus ſenſitiuus diſtinguatur in iraſcibilem & concupiſcibilem.

1.concl. Appetitus ſenſitiuus diuiditur in iraſcibilem & concupiſcibilem.

lib. philoſ. cap. 8. 1. *Greg. Nyſ. & Dam. hoc docent.*

lib. 12. de fide c. 12. 2. *In naturalibus eſt inclinatio per formam ad ſequendum conuenientia, fugiendum nociua, & ad reſiſtendum contrarijs. Ergo etiam in appetitu ſenſitiuo, qui ſequitur formam apprehenſam debet eſſe talis inclinatio. Ergo eſt duplex vis appetitiua, altera qua ſequatur conueniens, & fugiat nocium per concupiſcibilem, altera qua reſiſtat per iraſcibilem.*

† 1. concl. Senſualitas diuiditur in has partes, vt genus in ſpecies.

1. *Quoniam habent diuerſa obiecta, nēpe bonum ſine difficultate, in quod tendit concupiſcibilis: & bonum arduum, in quod tendit iraſcibilis.*

2. *Paſſiones harum potentiarum ſunt cōtrariæ, quia concupiſcentia accenſa minuit iram, & hac concupiſcentiam.*

3. Ira-

3. *Irascibilis est propugnatrix concupiscibilis, dum insurgit aduersus impedientia. Et ideo passiones irascibilis incipiunt à passionibus concupiscibilis, & in eas terminantur.*

† 3. *concl.* Vis concupiscibilis est contrariorum, sed irascibilis ponitur ad resistendum contrario.

4. *concl.* Sensualitas respicit bonum in vniuersali. vt conuenit animali: concupiscibilis autem bonum particulare cum delectatione sensus: & ideo distinguuntur.

5. *Concl.* Odium simpliciter pertinet ad concupiscibilem; sed ratione impugnationis causatæ ex odio potest pertinere ad irascibilem.

Art. 3. Vtrum irascibilis, & concupiscibilis obediant rationi.

1. *concl.* Irascibilis & concupiscibilis obediunt superiori parti; & quoad rationem in actibus interioribus, & quoad voluntatem, quantum ad exteriorem motum.

lib. 3. de fide c. 2. *Patet primum ex Dam.*

Deinde appetitus mouetur à cogitatiua, quæ in homine est ratio particularis. Sed ratio particularis mouetur à ratione vniuersali, quia conclusio particularis non infertur sine aliquo vniuersali. Ergo sensitiuus appetitus mouebitur à ratione, & consequenter irascibilis, & concupiscibilis; quod patet. Nam si applicetur ratio vniuersalis mitigatur ira, vel timor, quod obediebat voluntati.

1. *Ex differentia, quæ continetur in homine & brutis, bruta vbi apprehendunt statim mouentur; quod in illis non est superior appetitus repugnans: at in homine expectatur imperium voluntatis. Ergo appetitus in executione paret voluntati.*

2. *Quia potentia subordinata, vt est appetitus sensitiuus, non mouet, nisi mota à superiore, quam Arist. comparauit primæ sphæræ.*

† 2. *concl. lib 3. de anima cap. 57. Aug. lib 12. de trin. c. 13. 3. concl.* Sensualitas comparatur serpenti quantum ad id, quod est sibi proprium ex parte sensitiuæ partis, & sic non obedit rationi, sicuti serpens: at concupiscibilis & irascibilis nominatur sensitiuum, ex parte actus, ad quem inducuntur à ratione.

Anima in corpus habet dominium despoticum, quo perfecte inferior obedit superiori: & ideo corpus semper obedit: ratio vero erga appetitum sensitiuum, dominium politicum, quo inferior potest repugnare superiori: & hoc non semper patet; quia non solum a cogitatiua, sed etiam ab imaginatiua & sensitiua mouetur.

4. *concl.* Sensus mouetur ab obiectis externis, quæ sunt in nostra potestate: ideo non paret rationi: at vis appetitiua, & apprehensiua interior non egent exterioribus rebus, & ideo subduntur rationi.

Quæst. 82. De voluntate.

Art. 1. Vtrum voluntas aliquid necessario appetat.

1. *concl.* Voluntas nihil potest velle necessitate coactionis simpliciter.

1. *Violentum est contra inclinationem eius, quod cogitur. Sed velle non potest esse contra inclinationem voluntatis, quia ipse motus voluntatis est inclinatio illius ad aliquid. Ergo.*

2. *Vt se habet naturale ad naturæ inclinationem; ita voluntarium ad voluntatis inclinationem. Ergo vt nihil potest esse simul naturale & violentum; ita nec voluntarium, & coactum simpliciter.*

2. *concl.* Voluntas potest velle aliquid necessitate finis, vel ex suppositione.

Quia quando vno tantum medio ad finem peruenire potest, ad illud necessitatur.

3. *Concl.* Voluntas aliquid vult necessitate naturali.

13. de trin. c. 4. *Beatitudinem, ait Aug. omnes vna voluntate appetunt.*

2. *Voluntas necessitate naturali vult vltimum finem; quia, vt intellectus habet primis principijs; ita voluntas vltimo fini, fundamentum enim aliorum inest naturaliter, & omnis motus est ab aliquo immobili. Ergo voluntas naturali necessitate aliquid vult.*

† 4. *concl.* Necessitas coactionis repugnat voluntario, non autem necessitas naturalis: & sic necessarium potest esse voluntarium.

5. *concl.* Vt voluntas necessario aliquid vult, est similis intellectui ratione primorum principiorum: vt autem se habet ad oppositum, est similis rationi.

6. *concl.* Homo est solum dominus suorum actuum circa media; ideo appetitus finis est eorum, quæ necessario volumus.

Art. 2. Vtrum voluntas ex necessitate velit quæcunque vult.

1. *concl. lib. 1. retr. c. 9.* Voluntas non omnia vult ex necessitate.

1. *Aug. Voluntas est, qua peccatur, & recte viuitur. Ergo se habet ad opposita.*

2. Vt

2. *Vt intellectus se habet ad principia & conclusiones; ita voluntas ad finem & media Sed intellectus necessario adhæret principijs & conclusionibus, quæ necessario connexa sunt cum principijs, remotis vero contingit. Ergo similiter voluntas necessario vult finem, & quæ cum eo sunt immediate, & necessario connexa, alia vero libere.*

†2. *Concl.* Voluntas necessario dicitur velle bonum, *quia nihil appetit, nisi sub ratione boni:* & cum bonum sit multiplex, non necessitatur ad vnum.

3. *Concl.* Mouens tunc necessario mouet mobile, cum ei omnino mobile subditur: cuiusmodi non est bonum particulare, sed vniuersale respectu voluntatis; & ita bonum non mouet semper necessario voluntatem.

4. *Concl.* Quoniam vis appetitiua non est collatiua multorum; ideo vnum simpliciter appetit, & secundum vnum mouet: at ratio plura apprehendit, & ideo ad plura potest mouere.

Artic. 3. Vtrum intellectus sit altior potentia quam voluntas.

1. *Concl.* Intellectus simpliciter est nobilior, quam voluntas.

li. 10 eth c. 7. 1. *Arist ponit altissimam potentiam intellectum.*

2. *Obiectum intellectus est simpliciter nobilius obiecto voluntatis, cum sit simplicius & magis abstractum, nempe ipsa ratio boni quod est obiectum voluntatis; ratio autem est absolutior eo, cuius est ratio. Ergo: siquidem ratio potentiæ sumitur ab obiecto.*

2. *Concl.* Voluntas est interdum nobilior secundum quid.

Quoniam obiectum voluntatis interdum reperitur in re altiore, quam sit intellectus: nam voluntas fertur in res ipsas; intellectus autem in res, vt in ipsomet sunt per species. Ergo cum obiectum erit anima perfectius, nobilior erit actus voluntatis, quam intellectus; vt amare Deum, nobilius est, quam illum cognoscere.

3. *Concl.* Licet bonum & finis, qui est nobilissima causarum, sint obiectum voluntatis: tamen continetur sub vero, quod etiã est quoddã bonum & finis intellectus, qui finis est excellentior inter fines.

4. *Concl.* Quod est prius generatione, & tempõre est imperfectius; quod autem est prius simpliciter & secundum naturæ ordinem est perfectius, vt motiuum mobili: & sic intellectus est prior, quia mouet voluntatem.

5 *Concl.* Licet caritas sit nobilior habitus, quã habitus intellectus: tamen hoc solum probat esse perfectiorem secundum quid, quia fit comparatio in his, quæ sunt supra animam.

Artic. 4. Vtrum voluntas moueat intellectum.

1. *Concl.* Voluntas mouet intellectum & omnes vires animæ præter vegetatiuas, effectiue.

li. 2. de fide c. 16. 1. *Damasc. Nos percipimus, quæ volumus. Sed intellectu percipimus. Ergo quia voluntas mouet, intellectus percipit.*

2. *In potentijs actiuis ordinatis: quæ respicit vniuersalem finem mouet actiue, eam quæ respicit finem particularem, vt patet in naturalibus, & politicis. Sed voluntas & alia vires animæ ita se habent: quia voluntas respicit vniuersale bonum, cætera vero particulare. Ergo.*

2. *Concl.* Intellectus mouet voluntatem finaliter. Quoniam bonum intellectum est obiectũ voluntatis mouens eam, vt finis. Vnde soluitur primum; quia mouent se diuerso modo.

†3. *Concl.* Si hæ duæ potentiæ comparentur ratione communitatis obiectorum, simpliciter nobilior est intellectus, vt est dictum; si ratione obiecti, & vt tales potentiæ sunt, & habent tales actus, adhuc intellectus est nobilior, *quia sub ratione veri continentur voluntas, obiectum, & actus eius: cum sint quid verum.* Si comparetur intellectus, vt est quædam potentia cum voluntate respectu sui obiecti, sic intellectus obiectum & actus eius continentur sub obiecto voluntatis; *quia sunt bona, & sic altior est voluntas, & mouere potest, quia vult eum intelligere.* Vnde hæ potentiæ suis actibus inuicem se includunt.

4. *Concl.* Omnem voluntatis motum præcedit apprehensum, sed non contra: & ita non proceditur in infinitũ, *quia sistitur in intellectu.* Primum autem principium cõsiliandi & intelligendi, est aliquid altius nostro intellectu, nempe Deus.

Art. 5. Vtrum irascibilis & concupiscibilis distingui debeant in appetitu superiore.

1. *Concl.* Voluntas non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem.

l. 4. de vi- 1. *Ex Greg. Nyss & Arist.*

ribus ani. c.9.3.de a ni.tex.42

2. *Potentia ordinata ad commune bonum, secundum rationem, non diuersificatur secundum rationes particulares illius. Sed voluntas est huiusmodi, quia eius obiectum est bonum vniuersale. Ergo non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem, quæ distinguunt rationes particulares boni, vt est dictum.*

† 2. concl

Concupiscentia aliquando sumitur communiter pro omni affectu, & sic voluntas dicitur concupiscere sapientiam.

3. Concl.

Voluntas potest dici irascibilis, prout vult impugnare malum ex iudicio rationis; & cõcupiscibilis propter desiderium boni: & ideo spes dicitur esse in irascibili, & caritas in concupiscibili.

Quæst. 83. De libero arbitrio.

Art. 1. Vtrum homo sit liberi arbitrij.

1. Concl. Eccl. 15.

Homo est liberi arbitrij.

1. *Reliquit Deus hominem in manu consilij sui, id est, liberi arbitrij.*

2. *Alias frustra essent consilia, præcepta, &c.*

3. *Quod se habet ad opposita, & non est determinatum ad vnum, est liberi arbitrij Sed homo in particularibus agibilibus, ita se habet, quia sunt contingentia, & de illis ex collatione iudicat, & proinde potest in diuersa ferri. Ergo.*

2. concl.

Quædam sine vllo iudicio agunt, vt lapis: quædam cum iudicio, sed non libero, non per collationem mediorum, sed naturæ instinctu, vt bruta: quædam etiam conferendo media, vt homo, cuius iudicium est de operibus particularibus.

† 3. concl. Rom. 7. Rom. 9.

Homo dicitur non facere quod vult, quia appetitus repugnat: dicitur non esse volens, &c. Quia non sufficit liberum arbitrium ad gloriam.

4. Concl.

Liberum arbitrium mouetur à seipso: nec excluditur quin Deus concurrat, quia mouet omnes secundum suas naturas.

5. concl. Ierem. 10.

Viæ hominis non sunt in homine, quantum ad executionem: quia impediri potest, non quantũ ad electiones, quæ sunt in ipso.

6. Concl.

Qualitas naturalis ex parte animi afficit, vt homo naturaliter appetat beatitudinem: qualitas vero naturalis, quę se tenet ex parte corporis, ita afficit, vt qualis homo est, talis finis appetat: quia ex tali qualitate inclinatur ad hoc, vel illud, sed non necessario, cum subijciatur libero arbitrio: sicuti etiã qualitates supueniẽtes, vt habitus. Vnde nõ sequitur, vt ex qualitate necessario homo appetat.

Art. 2. Vtrum liberum arbitriũ sit potentia.

1. Conc.

Liberum arbitrium est potentia.

1. *Quia in eo est habitus gratiæ. At habitus non est, nisi in potentijs. Ergo.*

2. *Aut est habitus, aut potentia, aut potẽtia cum habitu, quia principium actus est aliquid horum. Sed non est habitus nec potentia cum habitu, quia sic esset habitus naturalis, cum liberum arbitrium sit à natura. At naturalitas cum determinet ad vnũ, est contra libertatẽ. Ergo. Deinde libero arbitrio indifferentes sumus ad bene, vel male eligendum, habitu autem determinati sumus ad alterum. Erit ergo potentia qua eliciuntur actus liberi, quomodo hic sumitur liberum arbitrium.*

2. Concl.

Consuetum est potentias nominare nomine actus: & sic per actum arbitrij nominatur potentia: alias non maneret liberum arbitrium semper actu.

3. Concl.

Facultas nominat potestatem expeditam ad operandum, quæ est etiam in potentia, qua etiam ratione vocatur habitus.

Quia potentia habet facultatem operandi vt habitus.

4. Concl.

Homo dicitur perdidisse liberum arbitrium per peccatum, non quantum ad naturalem libertatem, sed quantum ad libertatem, quæ est à culpa, & à miseria.

Art. 3. Vtrum liberum arbitrium sit potentia appetitiua.

1. Concl.

Liberum arbitrium est potentia appetitiua

1. *Electio ex Arist. est desiderium, quod est actus appetitiuæ: electio autem est liberum arbitrium. Erit ergo virtus appetitiua.*

2. *Electio est actio liberi arbitrij: quod in hoc est positum, vt vnum eligatur, aliud recusetur: sed electio est appetitiuæ potentiæ, ex Arist. Quia. vt ad eligendum opus est potentia cognoscitiua, qua per consilium inquiritur de eligendo, ita opus est appetitiua, qua illud acceptetur: acceptatur autem quod est ad finem, & habet rationem boni. Ergo liberum arbitrium, à quo est electio, erit potentia appetitiua.*

† 2. concl.

Liberum arbitrium dicitur concomitari rationem.

Quia appetitiua potentia concomitatur apprehensiuam.

Libe-

1. Concl. Liberum arbitrium dicitur quasi liberum iudicium.

Quia consilium, vel iudicium terminatur per acceptationem appetitus, cuius potentia est liberum arbitrium.

4. Concl. Electio non pertinet ad potentiam cognoscitiuam, licet importet collationem, quã includit ratione consilij præcedentis, dum voum præ alio optat.

Artic. 4. Vtrum liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate.

1. conel. Voluntas, & liberum arbitrium, sunt vna potentia.

lib 3. de fide. 1. *Liberum arbitrium est voluntas, ait Damas.*

2. *Vt se habet intellectus ad rationem, ita voluntas ad liberum arbitrium; quia appetitiua potentia sunt proportionata apprehẽsiui, & intelligere est simplex, sicut velle, & ratiocinari ac discurrere, cui est simile eligere: & sicuti intelligere est principiorum, & ratiocinari conclusionum; ita velle est finis, & eligere mediorum. Sed illa sunt vnapotentia. Ergo & ista.*

† 2. concl. Voluntas & liberum arbitrium non differunt potentia, sed actibus diuersis.

3. concl. Electio & velle, seu voluntas, differunt ratione actuum: sed pertinent ad vnam potentiam, vt intelligere, & ratiocinari.

4. Concl. Intellectus comparatur ad voluntatem, vt mouens, & ideo in voluntate, non oportet distinguere voluntatem in agentem, & possibilem vt distinguitur intellectus.

Quæst 84. Quomodo anima coniuncta intelligat corporalia, quæ sunt infra ipsam.

Art. 1. Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum.

1. Concl. Anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali & necessaria.

Nam alias sequeretur non dari scientiam physicam, quæ est de corpore mobili, cum scientia sit in solo intellectu.

2. concl. Primi philosophi putantes non dari nisi corpora, & videntes corpora esse in perpetuo fluxu, nullam putarunt dari scientiam.

3. Concl. Plato posuit ideas, quę sunt immateriales rerum formæ, & harum dixit esse scientiam sed contra.

1. *Quia materia, & motus à quibus abstrahuntur hæ ideæ excluderentur à scientia physica.*

2. *Quia nõ possumus quærere scientiã notorũ per ignota. At corpora sũt nota, idea vero ignota. Ergo non possumus per eas cognoscere.*

4. Concl. Fundamentum Platonis fuit, quia putauit eod. modo debere existere formas in rebus, vt sunt in intellectu, 1. immaterialiter, & immobiliter, quod non est necessarium

Quia in similib. non est necesse vt sit similitudo in modo essendi; vt patet in formis sensibilib. albedo n. in vno est remissior quam in alio, & in vno est cum dulcedine, in alio non. Similiter in sensu forma aliter est, quam in sensato. Sic species corporum sunt in intellectu immaterialiter; & immobiliter secundum modum suum.

5. conel. In solil. lib. 2. c. 4. Corpora, vt ait Aug. in intellectu comprehendi non possunt per materiales similitudines, sed per immateriales possunt.

6. concl. Licet sensus cognoscat sola corporalia, non tamen intellectus sola spiritualia.

Quia superior potentia potest, quæ inferior, & excellentiore modo.

7. Concl. Licet corpora sint mobilia: tamen eorum passiones sunt necessariæ & perpetuæ, & immobiliter veræ.

Artic 2. Vtrum anima per suam essentiam corporalia intelligat.

1. Concl. lib. 9. de trin. c. 3. Solus Deꝰ cognoscit omnia per suã essentiã.

1. *Ex Aug anima cognoscit per sensus corporis, corpora non. Ergo per suam essentiam.*

2. *Intellectus, qui per suam essentiam intelligit omnia, oportet vt in sua essentia immaterialiter contineat omnia, vt dicetur in secunda concl. Sed sola essentia Dei continet omnia immaterialiter. Ergo.*

2. concl. Cognitum debet esse in cognoscente immaterialiter.

1. *Non possunt esse materialiter, vt probabitur. Ergo immaterialiter.*

2. *Per actum cognitionis cognoscens se extendit ad alia extra se, quia cognoscit externa. Ergo non cognoscit per materiam, quia materia determinat ad vnum.*

3. *Quia quæ recipiunt tantũ formas materiales non intelligunt, vt planta.*

4. *Ex gradibus cognoscentium, quia quo quis recipit formam magis immaterialem, eo perfectius cognoscit, vt patet in visu, & aliis sensibus, & in variis intellectibus.*

3. Concl. Omnes philosophi existimarunt simile simili cognosci. Sed quidam dixerũt formam

cogniti esse in cognoscente, vt in cognito. Ideo qui dixerunt omnia esse corporalia, dicebant omnia esse in anima materialiter, & habere naturam communem cum omnibus & proinde cognoscere res per suam essentiam, sed contra.

1. *In principio materiali, de quo isti loquuntur, non sunt res nisi in potentia. At quod cognoscitur, debet esse actu, ex Aristot. Ergo.*

2. *Sequeretur etiam inanimata posse cognoscere, eò in se habeant formas rerum materialiter, & sicut anima cognoscit ignem, ita ignis cognosceret animam. Ergo res debent esse in cognoscente immaterialiter.*

†4 concl. o. de tri. c 5. Anima dicitur ab Aug. dare aliquid de sua substantia imaginibus, quas formar, quatenus fit subiectum formarum, quæ fiunt per imagines corporum.

5. Concl. 3. de an. t. 37. Aristo. dicit animam esse omnia, quodam modo, vt est in potentia ad omnia sensibilia, & intelligibilia.

6. concl. Licet anima sit superior corporalibus, tamen cum sit determinata species, non continet complete similitudinem eorum.

Art. 3. Vtrum anima intelligat omnia per species naturaliter inditas.

1. Concl. lib. 9. de mate. 14. Anima non intelligit per species inditas.

1. *Arist. ait esse tabulam rasam. Ergo.*

2. *Homo secundum sensum, & secundum intellectū quandoq; est in potentia tantum. Ergo est in potentia ad similitudines quæ sūt principia sentiendi, & intelligendi, quia eodem modo, quis se habet in potentia ad actionem, & ad formam, quæ est principium actionis. Ergo non habet species inditas.*

2. concl. Plato dixit dari species inditas, sed animā non posse intelligere actu propter vnionem cum corpore, ex qua nascitur obliuio: cōtra:

1 *Non videtur possibile quod omniū obliniscatur, cum naturaliter cognoscat, vt patet de primis principijs naturaliter cognitis.*

2. *Cum vnio ista sit naturalis, non debet impedire quod naturaliter est inditum.*

3. *Quia deficiente sensu deficit scientia eorum quæ sensu percipiuntur; quod non esset, si species essent naturaliter inditæ.*

†3. concl. Licet homo conueniat cum angelo in intelligendo: differt tamen in modo, & etiā quia est in potentia, vt corpora inferiora.

4. concl. Etsi anima est nobilior, quam materia, non propterea debuit creari cum speciebus quia sunt formæ accidentales.

5. Concl. Si quis ordinate interrogetur poterit respondere, & dicere, quæ prius nesciebat, sed ex communibus principijs, non ex reminiscentia.

Art. 4. Vtrum species effluāt in animam ab aliquibus formis separatis.

Species intelligibiles, quib. anima intelligit non effluunt à formis separatis.

1. Concl. 1. *Non egeremus sensibus ad intelligendum; quod est falsum, vt patet.*

2. *Quia non effluunt ab ideis, quæ vniuntur intellectui immobiliter, vt ait Plato, neque ab intellectibus separatis, à quibus ordinatim & mutabiliter effluant vsque ad vltimum intellectum, vt Auic. quoniam secundum hanc doctrinam, non posset assignari sufficiens ratio, quare anima corpori vniretur, cum solum vniatur propter operationes, quas data ista doctrina, sine corpore posset exercere: si diceres necessarios esse sensus, vt anima excitetur ad intelligendum species receptas cum Platone, iam non iuuaret ad intelligendum, sed ad tollendum impedimentum ex corpore proueniens: vel vt anima conuertat se ad intelligentiam species infundentem, vt Auic. quia interdum posset excitare inclinatione naturali, & per vnū sensum ad recipiendas species alicuius sensus, quo caret, vt cæcus ad scientiam de coloribus.*

†2. concl. Species intelligibiles reducuntur ad Deum, vt ad primam causam, à quo procedunt per formas rerum sensibilium.

3. concl. Res materiales secundum esse quod habent extra animam possunt esse sensibiles actu, non autem intelligibiles. Quamuis ergo sensibilia sint causa specierum sensibilium, non tamen intelligibilia sunt causa specierum intelligibilium.

4. Concl. Intellectus possibilis reducitur ad actum per intellectum agentem, non per intellectum abstractum nisi forte remote.

Art. 5. Vtrum anima cognoscat res immateriales in rationibus æternis.

1. Concl. lib. 12. conf. c. 25. Anima humana omnia cognoscit in rationibus æternis, quę sunt in mente diuina causaliter, tanquam in principio cognitionis, vt si dicetes, videri in Sole ea, quæ videntur per Solem.

lib. 83 q. q. 46. 1. *Ex Aug. qui hoc dicit.*

2 *Omnia cognoscūtur lumine naturali. Ergo rationib. æternis: quia naturale lumē, vt Ps 4. dicitur, est participatio luminis æterni.*

Non

Non per ſolam participationem æternarum rationum habemus rerum ſcientiam, vt Plato voluit.

1. *Quia præter lumen requiritur ſpecies à rebus accepta.*

2. *Auguſt ait, id ſolum contingere beatis. Itaque anima in hac vita non poteſt cognoſcere omnia in rationibus æternis, vt in obiecto, ſed ſolum id habet anima beata. Quare quæ dixit Plato de ideis, traduxit Aug. ad religionem noſtram: ſed opinio Platonis, q. a ponit ideas ſeparatas, eſt aliena à fide. Ex his patet ad argumenta.*

Artic. 6. Vtrum intellectiua cognitio acquiratur à rebus ſenſibilibus.

1. Concl. Intellectualis cognitio fit aliqua ratione à re ſenſibili.

1. *Ex Ariſt. qui ait, principium noſtræ cognitionis eſſe à ſenſu.*

2. *Intellectio non fit ſine phantaſmatibus, Sed hæc fiunt à ſenſu; non enim eſt inconueniens, vt ſenſibilia cauſent aliquid in coniuncto, cui actio ſenſitiua tribuitur. Ergo.*

2. Concl. 2 met. c. 2. Intellectualis cognitio non eſt à ſenſibus, vt à principio actiuo, ſed potius ſuppeditant materiam, quatenus phantaſmata producunt.

Quia nihil corporeum agit in rem incorpoream. Ergo non ſat eſt impreſſio corporea. Ergo erit opus cauſa ſuperiore qua phãtaſmata fiant actu intelligibilia; videlicet intellectu agente, cui cognitio ſenſitiua materiam præbet.

3. Concl. Democ. putauit fieri à ſolis ſenſibilibus influentibus idola in anima, quam non diſtinguebat à ſenſu. Plato contra dixit fieri ſola participatione formarũ: quauis cognitio ſenſitiua excitet ad intelligendum. At Ariſt. cum Democ. conceſſit ſenſum concurrere: & cum Platone poſuit vim efficientem cognitionem hanc, vt principium agens: ſed non ſeiunctum à coniuncto. 2. de anim. tex. 150.

4. Concl. Cum Aug. ait, veritatem non eſſe exp&andam à ſenſibus, oſtendit veritatem non eſſe omnino à ſenſibus vt dictum eſt.

5. Concl. lib. 8 3. q. q. 29 li. 12 Super Gen ad lit c. 16 Cum Aug. ait, imaginem non fieri à corpore, ſed à ſpiritu in ſeipſo, id aſſerit, quia ſenſibilia non ingerunt tales imagines. ſed anima ipſas format: vel quia multæ dantur, quæ formantur à ſola anima componendo, & diuidendo.

6 Concl. Ideo intellectiua cognitio vlterius ſe extẽdit, quam ſenſitiua, quia ſenſitiua non eſt totalis cauſa intellectus.

Artic. 7. Vtrum intellectus poſſit actu intelligere per ſpecies intelligibiles non conuertendo ſe ad phantaſmata.

1. Concl. Intellectus coniunctus corpori paſſibili non poteſt intelligere niſi conuertendo ſe ad phantaſmata.

1. *Ex Ariſt. qui dicit nihil intelligi ſine phantaſmate.* 3. de an. t. 30.

2. *Facta læſione organi non impeditur actus, non ſolum acquirendo, ſed etiam vtendo ſcientia acquiſita.*

3. *Experientia, cum aliquid cognoſcere, vel docere volumus, formamus phantaſmata, & vtimur exemplis materialibus.*

4. *Proprium obiectum intellectus eſt natura habens eſſe in ſingulari ſenſibili. Ergo vt cognoſcat ſuum obiectum, debet ſe conuertere ad phantaſmata: quia potentia cognoſcitiua eſt proportionata ſuo cognoſcibili. Cum ergo obiectum intellectus ſit in re particulari, quæ ſenſu & imaginatione apprehenditur, debebit, conuertere ad phantaſmata, vt rerum naturas ſpeculetur.*

2. Concl. Species ſunt in intellectu habitualiter tantum, quod non ſufficit ad actualiter intelligendum, & ideo opus eſt conuerſione ad phantaſmata, cum natura ſit in re materiali.

3. Concl. Ideo phantaſia non eget obiecto præſenti, quia phantaſma eſt ſimilitudo rei particularis: non ſic ſpecies, quæ vniuerſaliter repræſentat, ideo eget præſentia phantaſmatis.

4. Concl Ea quorum non ſunt phantaſmata, intelliguntur per comparationem ad ſenſibilia, ex quibus formantur de illis phantaſmata.

Articul. 8 Vtrum iudicium intellectus impediatur per ligamentum ſenſus.

1. Concl. Iudicium intellectus impeditur ligato ſenſu.

1. *Ex Aug. quæ contingunt circa illicitos mores dormiendo non ſunt peccatũ, quia impeditur vſus rationis à ſenſu. Ergo* 22. de Gẽ. 4. ad lit. c. 15.

2. *Ignorata pertinentibus ad rẽ, & præcipue fine ſen. termino ind. cij, oportet iudicium impediri. Sed ligato ſenſu hoc accidit;*

quia ignoratur particulare: quod est terminus iudicii, oportet, vt ait Aristote. & quæ cognoscimus discernimus in ordine ad sensitiua. Ergo, &c.

3. de cal. tex. 61.

Sensus ligantur propter euaporationem. & fumositates, secundum magis & minus. Quando sunt multæ, non solum sensus, sed etiam imaginatio ligatur, ita vt nullum phantasma appareat, vt patet in bene potis. Si autem motus vaporum fuerit remissior, apparent phantasmata, sed distorta, & inordinata, vt patet in febricitantibus. Si fuerit magis sedatus, apparent ordinata, vt in fine dormitionis, in sobrijs, & in habentibus fortem imaginationem. Si vero fuerit modicus, imaginatio remanet libera, vt sensus communis, ex parte soluitur: vnde interdū dormiendo iudicat ea esse somnia: quasi iudicans inter res & rerum similitudines, sed non soluitur toraliter: vnde qui dormientes syllogizati sunt, cum excitantur, vident se aliquo modo erasse.

2. Concl.

3. Concl. Licet intellectus sit superior sensu, dependet tamen à sensu aliquo modo, cum eius obiectum in sensibilibus fundetur.

Quæstio 85. De modo & ordine intelligendi.

Articul. 1. Vtrum intellectus noster intelligat res corporeas. & materiales per abstractionem à phantasmatibus.

1. Concl. Intellectus noster intelligit materialia abstrahendo à phantasmatibus.

tex. 11. 1. *Ex Arist. 3. de an ma.*

2. *Intellectus noster licet non sit actus corporis: est tamen virtus anima existentis in corpore. Ergo proprium eius est cognoscere formam in materia indiuiduali, non prout est in hac, vel illa, & hoc est abstrahere à phantasmatibus Ergo, &c. obiectū enim proportionatur potentiæ.*

2. Concl. Triplex est potentia cognoscitiua, alia sensus, qui est actus corporis, cuius obiectū est forma in materia corporali: & quia materia est indiuiduationis principiū, ideo nō cognoscit, nisi particularia. Secunda, quæ non est actus corporis, neque aliquo modo materiæ coniuncta, vt intellectus angeli, cuius obiectum est forma subsistens sine materia. Tertia media, vt noster intellectus, cuius obiectum est forma, sed in materia, non vt in hac materia, & hoc est abstrahere, quæ pertinet ad intellectum possibilem.

3. Concl. Abstrahere rem aliter ac se habet componendo, vel negando, non est sine falsitate: at abstrahere considerando vnum sine alio, non ita: vt patet in visu, qui percepto colore, relinquit saporem, & sic abstrahitur vniuersale; dum natura sine indiuiduis conditionibus consideratur: & sic species dicitur abstrahere à phantasmatibus: nec propterea dicitur res intelligi aliter, ac se habet, si referatur ad rem ipsam, & non ad modum intelligendi.

4. Concl. Licet intellectus abstrahat à phantasmatibus, non propterea male intelligit res physicas, quæ in sui definitione includunt materiam, quia abstrahit tantum à materia indiuiduali, non à materia in communi. Mathem. abstrahit etiam à materia communi, sed non à materia intelligibili.

5. Concl. Ideo sensus non eget abstractione, quia species possunt in ipsum agere, cum sint singulares & particulares, vt sensus ipse: at phantasmata non possunt agere in intellectum possibilem, cum sit vniuersalis & immaterialis. Vnde opus est intellectu agente, qui conuertitur ad phantasmata, ex quibus lumine suo producit speciem similem soli naturæ, & sic dicitur abstrahere, non quod id, quod erat in phantasmate transferatur in intellectum.

6. Concl. Intellectus non se habet tantum, vt lumen ad colorem, quia etiam abstrahit similitudinem rei intellectæ.

7. Concl. Dicitur intellectus intelligere species in phantasmatibus, quia non potest intelligere ea, quorum species habet, nisi se conuertat ad phantasmata.

Articul. 2. Vtrum species intelligibiles à phantasmatibus abstractæ se habeant ad intellectum sicut id, quod intelligitur.

1. Concl. Species est id, quo intellectus intelligit.

1. *Quia se habet, vt species sensibilis, quæ non sentitur, sed est id, quo sentitur.*

2. *Intellectio est actio immanens Ergo fit secundum aliquam formam Ergo secundum similitudinem obiecti, sicuti in actione transeunti forma est similitudo obiectī actionis, vt calor calefaciens, est similitudo calefacti, similiter forma actionis immanentis*

est

est similitudo obiecti. Ideoque dicitur, simile non cognoscitur, nisi simili.

2. concl. Species est id, quod secundario intelligitur, quod fit per reflexionem intellectus.

3. Concl. lib. 3. de anim. t. 38. Res, cuius est species intelligibilis & similitudo, est quod primo intelligitur, ex Arist. Vnde erraverunt, qui dixerunt vires cognoscitiuas nõ cognoscere, nisi proprias passiones, vt sensus passiones sui organi, quo fieret, vt intellectus solas species, vt quod, intelligeret.

1. Quia solum esset scientia de speciebus: eorum enim est scientia, quæ intelliguntur.

2. Omnia, quæ viderentur, essent vera, etiam contradictoria, vt patet in agroto, qui iudicat dulce esse amarum, quod esset per eos verum.

4. concl. Quod intelligitur, est in intellectu per suam similitudinem, & ideo non sequitur, quod similitudo ipsa intelligatur, licet ipsa in intellectu sit.

5. concl. Quod intelligitur, debet esse in intelligẽte, & cum non sit vt particulare, est vt vniuersale, quatenus intelligitur separatum à singularibus. Vnde res, quæ intelligitur, est in singularibus: sed quod sit separata à conditionibus habet ex hoc, quod est apprehensa ab intellectu; & sic dicitur esse in intellectu, sicut color visus separatus à sapore in oculo.

6. concl. In sensu est vna operatio, qua recipitur species per passionem à sensibili, altera, qua formantur & componuntur species per vim imaginatiuam; & vtraque operatio coniungitur in intellectu, qui primo recipit species, tum componit & iudicat de rebus, quæ iudicia exponit per voces, quæ sunt signa istarum passionum, id est, notionum, non autem specierum, quæ sunt in intellectu.

Art. 3. Vtrum magis vniuersalia sint priora in nostra cognitione intellectuali.

1. concl. 1. Phys. tex. 4. Cognitio magis communis est prior notitia minus communi.

1. Ex Arist. dicente ex vniuersalioribus in singularia oportere devenire.

2. Quod procedit de potentia ad actum, prius venit ad actum incompletum medium inter potentiam, quæ est notitia incompleta, & indistincta, qua res sub confusione cognoscitur, quam ad perfectum, quæ est scientia perfecta, qua res distincte, & determinate cognoscitur. Sed talis est notitia communioris respectu minus communis. Ergo. Nam cognoscere rem in se, in quo multa continentur, est cognoscere in potentia, & confuse, vt si in toto partes cognoscerem, quæ cognitio, cum sit in potentia, est imperfecta. Cognoscere vero rem, vt est minus communis, est cognoscere eam distincte, vt talis est, & hæc est notitia perfecta, cum sit distincta, vt scire hominem in animali, vel in seipso.

1. concl. Idem accidit in cognitione sensitiua, quia etiam ipsa exit de potentia ad actum, Verg. Si secundum locum corpus à longe videtur, prius discernimus animal, quam hominem. Et secundum tempus, in puero, qui non discernit parentes à principio.

3. Concl. Cognitio singularium quoad nos est prior cognitione vniuersalium.

Quia cognitio intellectus incipit aliquo modo à sensu.

4. Concl. Vniuersale secundum intentionem vniuersalitatis est posterius; si autem secundum se ordinetur ordine generationis, est prius magis vniuersale, cum sit imperfectũ, & in potentia; at ordine intentionis naturæ, & perfectionis est prius minus vniuersale.

5. concl. Magis commune, & minus commune comparantur, vt totum & pars: & sic animal potest esse prius homine, vt totum; posterius vero, vt pars hominis, qui hoc modo est prius.

6. concl. Quæ definiunt, absolute considerata, sunt notiora definito, sed secundum quod sunt partes definitionis, sunt posterius nota; sed tamen prius cognoscimus definitum, quam partes definitionis, cognitione confusa.

7. Concl. Vniuersalia non sunt principia essendi, quæ sunt ignotiora, sed cognoscendi: neque est necesse, vt quod est principium essendi, sit principium cognoscendi, vt patet, cum effectus primo cognoscitur.

Art. 4. Vtrum possimus multa simul intelligere.

1. concl. Intellectus non põt intelligere multa, per modum multorũ, sed vnius, i. vnius speciei.

2. top. c. 4. *1. Intelligere, ait Aristo est vnum solum: scire, multa.*

2. Impossibile est idem subiectum simul perfici pluribus formis eiusdem generis, vt corpus variis figuris. Sed oẽs species intelligibiles sunt eiusdem generis, quia omnes sunt perfectiones potentiæ intellectiuæ. Ergo.

2. Concl. Quicunq; intellectus põt vna specie cognoscere, illa omnia potest simul intelligere.

Quia modus actionis consequitur formam

mam, quæ est principium actionis.

3. concl. In intellectu, licet non subiaciatur tempori est prius & posterius propter vicissitudinem specierum, vnde oritur discursus.

4. Concl. Non solum oppositæ formæ non possunt esse in eodem subiecto, sed nec etiam, quæ sunt eiusdem generis, vt est dictum.

5. concl. Partes in toto confuse cognoscuntur, sed distincte per suam speciem, & sic non cognoscuntur simul.

6. Concl. Quando intellectus cognoscit ea, quæ differunt, vel quæ compatantur, cognoscit ea sub ratione comparationis, & differentiæ, sicut partes sub ratione totius, & ita sub ratione vnius.

Art. 5. Vtrum intellectus noster intelligat componendo, & diuidendo.

1. Concl. Intellectus noster intelligit componendo, & diuidendo.

lib. 1. perihermen. c. 1. 1. *Patet ex vocibus, in quibus est compositio, quæ ostendit compositionem mentis.*

2. *Quia intellectus exit de potentia ad actum sicuti, quæ generantur, & prius apprehendit vnum, quam aliud. Ergo necesse est, vt vnum cum altero componat, vel ab altero diuidat, & ab vna compositione ad alteram procedat.*

3. *Ex differentia intellectus angelici, qui licet cognoscat compositionem, & diuisionem, & discursum, non tamen discurrendo, sed simplici cognitione.*

2. Concl. Intellectus dum componit, intelligit multa eo modo, quo cognoscit ea, quæ componit, vel quæ differunt.

3 concl. Quatenus intellectus intelligendo conuertit se ad phantasmata, compositio & diuisio includunt tempus, a quo intellectus ex se abstrahit.

4. concl. Compositioni, quæ est in intellectu, respondet aliquid ex parte rei, sed non eodem modo. Compositioni ex materia & forma, genus & differentia, compositioni accidentali respondet prædicatio accidentalis. Differt compositio realis ab intellectuali, quia quæ componuntur in re sunt diuersa; compositio autem intellectus est signum identitatis eorum, quæ componuntur. Vnde animal significat, quod habet naturam sensitiuam, &c. & secundum hanc identitatis rationem intellectus componit.

Art. 6. Vtrum intellectus possit esse falsus.

1. Concl. Intellectus circa quod quid est, per se nõ fallitur

1. *Ex Arist. qui hoc docet.* 3. de ani. tex. 41.

2. *Intellectus quoad veritatem & falsitatem est similis sensui. Sed sensus circa proprium obiectum, ex se, non decipitur. Ergo neq; intellectus circa suum proprium obiectum, quod est quidditas rei, & similiter nec in primis principiis. Nam potentia ad proprium obiectum ordinatur secundum quod ipsa: sed quæ hoc modo se habent, nunquam deficiunt. Ergo.*

2. concl. Intellectus circa ea, quæ circũstant essentiam componendo, diuidendo, & discurrendo, sicuti sensus circa communia sensibilia, & sensibilia per accidens, potest decipi, dum componit & diuidit. Similiter, circa quod quid est, in rebus compositis; non ex parte organi, sed compositionis, quæ intercenit in definiendo. In simplicibus, in quorum definitionibus non est compositio, non decipitur, quia totaliter errat non attingendo. Arist. 8. Met. tex. 28.

Falsitas dicitur esse in mente secundum compositionem & diuisionem, non autem ex sua natura: & hinc soluuntur alia duo argumenta. 13. concl.

Art. 7. Vtrum vnum & eadem rem vnus melius alio possit cognoscere.

1. Concl. Idem ex parte cognoscentis potest melius ab vno, quam ab alio cognosci.

1. *Experientia: vnus enim quod intelligit, reducet in causas primas, alius non ita.*

2. *Vnus est ornatus perfectiore intellectu, quam alius, vt patet etiam inuisu, quod nascitur ex corpore melius disposito, & ex parte potentiarum sensitiuarum, vt cogitatiua & sensitiua.* Arist. 2. de ani. tex. 94.

2. concl. Ex parte rei intellectæ vnus non potest intelligere melius alio.

Quia si intelligeretur melius, vel peius, non intelligeretur. Ex quibus patet ad duo argumenta.

3. Concl. Diuersitas formæ proueniens ex dispositione materiæ, non facit diuersitatem specificam, sed numericam; sunt enim diuersorum diuersæ formæ, secundum materiam.

Artic. 8. Vtrum intellectus prius intelligat indiuisibile, quam diuisibile.

1. Concl. Indiuisibile actu & potentia posterius cognoscitur, quam diuisibile.

lib. 3. de ani. tex. 12. 1. *Ex Arist. indiuisibile monstratur, vt priuatio. At hæc posterius cognoscitur. Ergo.*

2. *A simili de puncto qui negatiue definitur, & de vnitate.*

3. *Quia habet oppositionem ad rem corpoream, quæ est proprium obiectum intellectus.*

2. Concl. Indiuisibile vt continuum, quod est indiuisum actu, est notius, quam eius diuisio: *quia cognitio confusa est prior, quam distincta, quæ habetur per cognitionem partium.* Similiter indiuisibile secundum speciem, quo modo ratio hominis dicitur indiuisibilis: quia prius apprehendimus, quam diuidamus.

Ratio totius compositionis est: quia homo duplex indiuisibile intellectus ex se intelligit sicuti proprium obiectum. Vnde ordo cognoscendi indiuisibile à nobis debet sumi ex habitudine, ad quidditatem sensibilem: cum hæc sit primo cognita: & ideo ex appropinquatione ad ipsam aliquid erit prius notū.

†3. Concl. In cognitione non semper principia sunt primo cognita, sed aliquando etiam effectus.

4. Concl. Punctum solum ponitur in definitione lineæ rectæ & finitæ: & ideo non sequitur, vt sit notius absolute, quam linea: similiter vnitas in definitione numeri, cuius est mẽsura; non autem in definitione diuisi.

5. Concl. Licet indiuisibile sit magis simile intellectui, non ideo prius cognoscitur.

Quia aliquid dicitur prius cognitum, non ex parte potentiæ, sed obiecti.

Quæstio 86. Quid intellectus in rebus materialibus cognoscat.

Artic. 1. Vtrum intellectus noster cognoscat singularia.

1. Concl. Intellectus non potest primo & directe cognoscere singulare, & materiale.

li. 1. Physc. tex. 49. 1. *Singulare enim ex Arist. notum est secundum sensum.*

2. *Intellectus intelligit abstrahendo à materia singulari. Ergo vniuersale directe intelligitur, non singulare: quia quod est abstractum, est vniuersale.*

2. Concl. Intellectus potest intelligere singulare indirecte.

Quia non intelligit, nisi per conuersionem ad phantasmata, quibus res representatur, vt singularis: vnde formar hanc propositionem, Sortes est homo: ex his patet ad primū.

†3. Concl. In syllogismo practico sumitur minor particularis, quæ cognoscitur à parte sensitiua.

Singulare, vt sic, non repugnat intellectui: 4. Concl.
sed vt materiale.

Quia nihil intelligitur, nisi immaterialiter.

Quod potest virtus inferior, potest etiam superior, sed nobiliore modo: & ideo 5. Concl.
quod sensus materialiter, intellectus immaterialiter & vniuersaliter cognoscit.

Artic. 2. Vtrum intellectus noster possit cognoscere infinita.

1. Concl. Intellectus noster potest intelligere infinita in potentia.

Nam eius obiectum est infinitum in potentia; est enim quidditas rei materialis, quæ habet infinitatem in potentia, ex Arist. Ergo. Namque eodem modo se habet intellectus ad infinitum, vt & eius obiectum. 3. Phys. tex. 56.

Intellectus non potest cognoscere infinitum actu. 2 Concl.

1. *Ex Arist. Infinitum, vt sic, est ignotum.* 1. Phys. tex. 35.

2. *Infinitum non habet vnam speciem; alias enim haberet rationem totius & perfecti, & ideo intelligitur per plures accipiendo partem post partem. At intellectus non potest actu intelligere, nisi per vnam speciem Ergo.*

Intellectus non potest intelligere infinita habitu. 3. Concl.

Quoniam habitualis cognitio sumitur ex actuali, quæ non potest esse infinita, cum non possimus habere habitum infinitorum secundum distinctam cognitionem, nisi numerando infinita, quod est impossibile.

Deus est infinitus ratione formæ, & actus, ideo potest cognosci. At infinitum in rebus 4 Concl.
est infinitum per priuationem formæ, ideo non potest cognosci; & licet Deus in alia vita cognoscatur, non tamen totaliter.

Intellectus non cognoscit, nisi per phantasmata, & ideo species numerorũ, quas aliquis non est imaginatus, non potest cognoscere nisi in potentia, vel in genere, quæ cognitio est confusa. 5. Concl.

Vna species prohibet alteram, cum successiue recipiantur in intellectu; & ideo non possunt esse simul. 6. Concl.

Quamuis intellectus non sit vnitus materiæ; tamen non est virtus infinita, nisi in potentia, cum non terminetur ad vnum. 7. Concl.

Artic. 3. Vtrum intellectus cognoscat contingentia.

1 concl. Contingentia, vt habent aliquid necessitatis, directe cognoscuntur ab intellectu.

1. *Quia dantur scientia de contingentibus, vt moralis, & scientia de generabilib. & corruptibilibus.*

2. *Vniuersalia directe ab intellectu cognoscuntur Sed contingentia, vt necessaria, sunt vniuersalia. Ergo.*

2 concl. Contingentia, vt sic, directe sensu cognoscuntur, indirecte intellectu.

Nam individua materialia hoc modo cognoscuntur. Sed contingentia sunt huiusmodi; ead. enim materia est principium individuationis, & contingentia, quæ oritur ex potentia contradictionis.

3. concl. Si attendantur rationes vniuersales sensibilium, omnes scientiæ sunt de necessarijs, quorum necessitas oritur ex forma: si autem res ipsæ, quædam de necessarijs, quædam de contingentibus sunt. Vnde patet ad argumenta.

Artic. 4. Vtrum intellectus noster cognoscat futura.

Futura, vt sic, non cognoscuntur ab intellectu, nisi reflexe.

1. concl. Eccl. 8. 1 *Homo enim futura nullo potest scire nuncio.*

2. *Futura, vt sic, sunt singularia, quia substant tempori At singularia non cognoscuntur, nisi reflexe. Ergo.*

2. Concl. De ratione futurorum potest esse scientia.

Quia rationes futurorum possunt esse vniuersales.

3. concl. Futura, vt sunt in seipsis, à solo Deo cognoscuntur: etenim Deo sunt omnia præsentia: vt sunt in causis, etiam à nobis: si sunt necessario in causa, certo sciuntur, si contingenter, per coniecturam, prout causa est inclinata ad talem effectum.

† 4. concl. Anima alienata à sensibus, est aptior ad recipiendum impressiones causarum spiritualium, cum sit illis propinquior, & quietior, ac etiam corporum superiorum, quæ sunt aliquorum futurorum causa, & in inferiora agunt, quibus immutantur phantasia, & imaginatiua: & ita per somnium potest quo modo aliquid futurum prædicere.

5. concl. Bruta, cum non habeant potentiam supra phantasiam, totaliter mouentur ab impressione cælestium, ideo ex eorum motibus aliquid melius prænoscitur. Vnde, vt ait Philosophus, aliqui imprudentissimi sunt maxime prouidentes: quia eorum mens, quæ non est curis affecta, facilius à mouente ducitur. *li. de som. & vig. c. 2.*

Quæstio 87. Quomodo anima seipsam, & ea, quæ sunt in ipsa, cognoscat.

Art. 1. Vtrum anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam.

Anima non intelligit se per suam essentiam, sed per suum actum.

1 concl. *lib. de anim. tex. 55.* 1. *Ex Arist. Anima intelligit se, vt alia. Sed alia non intelligit per essentiam eorum. Ergo nec se per suam.*

2. *Intellectus noster in genere intelligibilium se habet, vt ens in potentia tantum: & ita licet sit in potentia vt intelligat, non tamen potest intelligi, nisi fiat actu. Ergo non potest se intelligere per suam essentiam, sed per actum, quia nihil ex Aristot. intelligitur, nisi vt actu est. Et patet in sensu & intellectu, quia non cognoscunt, nisi actu existentia: & in substantijs abstractis secundum quod vnaquæque est in actu per essentiam, sic etiam per eam se intelligit: vt Angelus, qui per essentiam se cognoscit, licet non omnia, vt facit Deus, qui est actus purus. At cum hominis intellectus, in hoc genere, sit in potentia tantum, sicut materia in genere sensibilium, non poterit, vel alia, vel se intelligere per suam essentiam. Ergo per actus: cum non intelligat per participationem intelligibilem, vt voluit Plato, sed per conuersionem ad phantasmata; quatenus ex illis formantur species, quibus fit actu.* 9 *Met. tex. 20.*

1. concl. Anima cognoscit se per actum, vel in particulari, dum quis aduertit se intelligere, vel in vniuersali, prout naturam humanæ mentis ex actu intellectus consideramus: sed vis ad id cognoscendum deriuatur à participatione intellectus diuini. Prima cognitio habetur ex sola præsentia mentis, quæ est principium actus, & sic dicitur cognoscere seipsam: altera per inquisitionem: & ideo multi errarunt in cognitione essentiæ animæ.

† 3. concl. Aug. 9. de Trin. c. 3.

Anima dicitur cognoscere seipsam, quia non per aliud, sed per suum actum se cognoscit.

1. concl.

Essentia Angeli est, vt actus in genere intelligibilium, ideo per essentiam se cognoscit, & se habet vt intelligens & intellectum. at intellectus noster non ita: qui vel est in potentia ad omnia intelligibilia ratione intellectus possibilis, vel est actus intelligibilium, quæ abstrahuntur, vt intellectus agens.

5. concl. 3. de ani. t. 15.

Illud Aristot. *in abstractis à materia idem est intelligens, & intellectum*, est vniuersaliter verum in omni intellectu, in nostro id est verum ratione speciei, per quam fit in actu, & per eandem intelligit, vt per formam suam Auer dicit habere veritatem solum in abstractis.

Art. 2. Vtrum intellectus cognoscat habitus animæ per essentiam eorum.

1. concl.

Habitus non cognoscitur per seipsum, sed per actus.

2. de ani tex. 37.

1. *Quia eadem est ratio de potentijs, & habitibus. Sed illa cognoscuntur per actus: quia ex Arist sunt priores secundum rationem. Ergo.*

2. *Quod non est actus, non cognoscitur, nisi per actum Sed habitus non est actus, quia est medium inter potentiam & actum, Ergo cognoscetur per actus, vel dum quis percipit se habere actum per præsentiam habitus, vel dum speculatur naturam habitus ex consideratione actus.*

† 2. concl.

Fides cognoscitur per actus interiores, dum quis percipit se credere: idem dic de alijs habitibus, qui per motus corporis non cognoscuntur.

3. Concl.

Habitus sunt præsentes intellectui, non obiecta, quia obiectum debet esse materiale in hac vita, sed vt quibus intellectus intelligit.

4. concl.

Propositio illa: *propter quod vnumquodque*, &c. non valet quando res sunt diuersi ordinis; & ideo licet per habitum cognoscatur obiectum: non tamen ideo magis cognoscitur habitus, quia non est de genere obiectorum.

Art. 3. Vtrum intellectus cognoscat proprium actum.

1. concl.

Intellectus cognoscit suum actum, id est, suum intelligere, & id est, quod primum intelligitur.

1. *Ex Augst. qui ait, intelligo me intelligere.* 10. de tri. c. 10.

2. *Intellectus est actu simpliciter per intelligere, quia intelligere est vltima ipsius perfectio, cum sit actio immanens. Ergo quod primum de eo intelligitur est suus actus: cum quodlibet intelligatur, prout est actu.*

2. concl

In Deo idem est intelligere, & essentia: & ideo idem est intelligere vnum, & aliud: in Angelo eodem actu essentia, & intelligere suum intelligitur: quia primum obiectum intelligere Angeli est essentia, cum qua simul intelligatur actus, cum sit perfectio essentiæ; quoniam simul intelligitur res, & eius perfectio. In nostro intellectu cum primum obiectum sit aliquid extra, & materiale hoc primo cognoscitur, tum actus, & tandem intellectus. Ideo ait Aristot. obiecta præcognosci actibus, & actus potentijs. 3. de ani. c. 33.

3. concl.

Licet actus differat ab obiecto in quod fertur; tamen vt ens est, continetur sub obiecto intellectus.

4. concl

Quamuis actus per actum cognoscatur, tamen non est processus in infinitum, nisi potentia.

5. Concl.

Sensus non cognoscit seipsum, quia immutatur ab alio: at intellectus non intelligit per materialem mutationem, ideo potest intelligere suum actum.

Artic. 4. Vtrum intellectu intelligat actum voluntatis.

1. concl.

Actus voluntatis cognoscitur ab intellectu.

ib. 10. de tri. c. 10.

1. *Intelligo me velle, ait Aug.*

2. *Actus voluntatis est inclinatio sequens formam intellectam, vt sic. Ergo est in intelligente intelligibiliter, sicut appetitus sequens formam sensatam est sensibiliter in sentiente, tanquam in suo principio & subiecto: & Aristot. dixit voluntatem esse in ratione. Ergo ista inclinatio intelligetur ab ea.* 3. de ani. t. 42.

2. concl.

Actus voluntatis intelligitur dum quis percipit se velle, & vt quis cognoscit naturam huius actus, & consequenter habitus & potentiæ, quæ est principium eius.

† 3. concl

Actus voluntatis est præsens intellectui, cum voluntas & intellectus sint potentiæ radicatæ in anima, & vna sit quodammodo principium alterius.

4. concl.

Verum & bonum ita se habẽt, vt vnũ in

cludat aliud : & ideo quod cadit sub voluntate, cadit etiam sub intellectu, & contra, sic & actus.

5. concl. Affectus animæ non sunt in ea secundum similitudinem, vel secundum præsentiam, vt in subiecto, sed vt principatum in principio, in quo cognoscitur principatum.

Quæst. 88. Quo modo anima humana cognoscat ea, quæ supra se sunt.

Artic. 1. Vtrum anima humana secundum statum vitæ præsentis possit intelligere substantias immateriales per seipsas.

1. concl. Substantias immateriales in hoc statu, non possumus per se primo intelligere.

Matt. 18. 1. *Sap. 9. Quæ in cælis sunt, quis inuestigauit? Angeli sunt in cælo. Ergo.*

in 3. de ani. com. 86. 2. *Intellectus noster primum respicit sensibilia, cum sine phantasmate non intelligat. Ergo non cognoscit primo immateriale, ex Arist. erat enim Plato, qui voluit ista primo intelligi.*

2. concl. Auer. de hac re ita sentit. 1. Datur intellectus agens, qui est substantia separata naturaliter intelligens alias.

2. Per intellecta speculata intellectus agens vnitur nobis, vt forma, subiecto, & vt agens & perficiens perfectibili, & eo magis, quo plura intelligimus

3. Cum facta est perfecta vnio, intellectus noster intelligit omnia, quæ agens.

4. In hac vnione consistit vltima nostra beatitudo.

Sed contra. 1. Intellectio non fit per formam separatam: quia id, quo agens agit est forma ipsius.

2. Solum lumen huius intellectus communicaretur, non ipsius substantia, vt lumen Solis, cum videmus colores.

3. Intellectis omnibus materialibus, non sic vnitur iste intellectus, vt possimus intelligere substantias abstractas quia multo plꝰ est intelligere substantias abstractas, quam omnia materialia.

1. Eth. c. 9. 10. Eth. 4. Pauci cognoscunt omnia materialia abstracta, & ita pauci ad felicitatem peruenirent, contra Arist. & cõtra naturã speciei.

5. Arist. ponit in cognitione rerum immaterialium, sed vt haberi potest, non in ista vnione.

6. In nobis est intellectus possibilis. Ergo & agens, & vterque se extendit ad materialia.

† 3 concl. Ex cognitione sui ipsius anima venit in cognitionem substantiarum abstractarum, eo modo, quo potest: ita intelligendus est Augustt.

4. concl. lib. 9. de trin. c. 3. Ad cognitionem non sat est quælibet similitudo, sed vt similitudo, fit in cognoscente, vt forma ipsius. Intellectus autem nõ est aptus informari, nisi forma à phantasmate abstracta.

5. concl. Licet istæ substantiæ sint maxime intelligibiles, tamẽ sunt improportionatæ pro hac vita.

6. concl. Et quamuis non intelligantur à nobis, nõ ideo sunt otiosæ, vt ait Auer. quia intelligũt seipsas: deinde ipsarum finis non est, vt à nobis intelligantur.

7. concl. Etsi visus potest videre omnia corpora, quia eodem modo immutatur ab omnibus non ita intellectus omnia, cum non possit immutari nisi per phantasmata.

Artic. 2. Vtrum intellectus noster per cognitionem materialium possit peruenire ad intelligendas substantias immateriales.

1. concl. Per substantias materiales nõ possumus perfecte cognoscere substantias immateriales.

Cap. 1 de div. nom. 1. *Corporibus ait Dion. incorporalia apprehendi non possunt.*

2. *Quidditas alterius rationis à quidditate rei materialis, nõ potest cognosci per res materiales, quantacunque fiat abstractio à materia, quia nunquam veniretur ad aliquid simile substantiæ immaterialis, vt falso voluit Auempace: quod esse posset, si substantiæ materialis forma essent separatæ à materia, vt voluit Plato. Sed substantiæ immateriales habent quidditatem alterius rationis à reb. materialibus. Ergo per substantias materiales nõ poterimur perfecte cognosci.*

† 2. concl. Ex rebus materialibus possumus ascendere ad cognitionem immaterialium, non perfectam, & hoc dicit Dion.

3. concl. Istæ substantiæ definiuntur, sed per remotionem proprietatum inferiorum: & ita non cognoscuntur perfecte.

4. concl. Licet anima se intelligat per suos effectus tamen nullus est effectus per quem immaterialia perfecte cognosci queant.

5. concl. Angeli in genere naturalium non conueniunt cum materialibus, sed in genere logico, ideo per res materiales secundum quæ-

dam communia cognoſcuntur, non autem in ratione ſpeciei, licet non infinite diſtent à creaturis.

Art. 3. Vtrum Deus ſit primum, quod ab humana mente cognoſcitur.

1. *Concl.* Deus non eſt primum, quod à nobis cognoſcitur.

1. *Ioan 1. Deum nemo vidit, &c.*

2. *Subſtantiæ materiales non poſſunt prime cognoſci. Ergo nec Deus.*

3. *Deus cognoſcitur per creaturas, Rom. 1. Ergo non primo.*

2. *concl. Aug. de vera reli. c. 3.* Primum cognitum à nobis eſt quidditas materialis.

Quia eſt proprium obiectum intellectus.

3. *concl.* Omnia cognoſcimus in luce primæ veritatis, quatenus noſter intellectus eſt participatio luminis diuini: & ideo lumen diuinum eſt id quo, non id, quod primo intelligitur.

4. *concl.* Per Deum cognoſcimus alia, non tanquam per primum cognitum, ſed tanquam per primam virtutis cognoſcitiuæ cauſam.

5 *concl.* Si in nobis eſſet perfecta imago Dei, vt eſt in Filio, poſſet Deus à nobis per noſtram imaginem cognoſci, ſed non eſt ita.

Quæſtio 89. De cognitione animæ ſeparatæ.

Artic. 1. Vtrum anima ſeparata à corpore intelligere poſſit.

1. *concl.* Anima ſeparata a corpore aliquid intelligit.

3. *de ani. t. 13.* 1 *Ariſt. ait habere operationem propriã, quæ eſt intelligere. Ergo ſeparata eam exercere poteſt*

2. *Modus operandi ſequitur modum eſſendi. Sed anima habet vnum modum eſſendi, cum vnitur corpori propter quem naturali er intelligit per conuerſionem ad phantaſmata: alterum vero, vt eſt extra corpus, manente eius natura, vt manet natura ignis, cum eſt extra ſuum locum. Ergo habebit alium modum intelligendi per conuerſionem ad ſimpliciter intelligibilia, quia conuenit cum alijs ſubſtantijs ſeparatis.*

2. *concl.* Intelligere per phantaſiam eſt animæ naturale, ſicuti & vniri corpori: at eſſe ſeparatam, & intelligere ſine phantaſmate, eſt ei præter naturam. Nec obſtat, ſi dicas, melius erat, vt anima intelligeret ſine phantaſmate, quia licet modus ſit nobilior, tamen prout erat animæ poſſibilis, erat imperfectior.

Quia quo magis creatura intellectualis diſtat à Deo, magis diuiditur lumen, & ita ſubſtantiæ inferiores intelligunt per plures formas, & minus vniuerſales, ac minus efficaces. Si ergo inferiores ſubſtantiæ intelligerent per formas in illa vniuerſalitate, qua ſuperiores, cum non habeant tantam vim, non acciperent cognitionem imperfectam de rebus, niſi vniuerſaliter. Quare cum anima ſit inferioris ordinis, imperfecte cognoſceret per ſpecies. Fuit igitur melius vt uniretur corpori, & cognoſceret per phantaſmata, à quibus ſpecies proprias abſtraheret, vt melius cognoſceret.

3. *concl.* 1. *de ani. t. 66.* Cum Ariſt. dicit, *intelligere corrumpi*, loquitur de intelligere per phantaſmata: vel vt eſt quidam motus coniuncti, vt ſentire.

4. *concl.* Anima ſeparata non intelligit per ſpecies innatas, nec conſeruatas, ſed per ſpecies diuinitus infuſas à Deo, ad quem ſe conuertit.

Artic. 2. Vtrum anima ſeparata cognoſcat ſubſtantias ſeparatas.

1. *concl.* Anima ſeparata cognoſcit alias animas ſeparatas

Luc. 16. 1. *Patet ex diuite Epulone, qui cognouit Lazarum.*

2. *Anima ſeparata intelligit ſeipſam per ſeipſam, quia non intelligit per phantaſmata. Ergo cognoſcet etiam alias, quia commune eſt omni ſubſtantiæ ſeparatæ vt intelligat, quæ ſupra ſe vel infra ſe ſunt, ſecundum modum ſuæ ſubſtantiæ. Sed omnes animæ in modo eſſendi ſunt conformes. Ergo poterit perfecte cognoſcere animas ſeparatas, non autem Angelos, quia ſuperant modum eſſendi ſuæ naturæ: & hoc intelligitur de cognitione naturali, non de cognitione gloriæ.*

† 2. *concl.* Licet anima ſeparata ſit imperfectior, tamen quo ad modum intelligendi eſt liberior: ideo poteſt cognoſcere ſeparata, quæ non cognoſcit vnita corpori.

3. *concl.* Intelligit Angelos per ſimilitudines impreſſas à Deo, quæ non repræſentant perfecte propter imbecillitatem animæ, quæ eſt inferior.

4. *concl.* In cognitione ſubſtantiarum ſeparatarũ, etiam ſi perfecte cognoſcerentur, non eſſet ſita hominis fælicitas, vt Philoſophi dixere.

Articul. 3. Vtrum anima ſeparata omnia naturalia cognoſcat.

1.Concl. Anima separata cognoscit omnia naturalia in communi, & confuse.

Cognoscit enim per species infusas, vt Angeli; qui modus Angelus est naturalis: anima vero non ita. Ergo sicuti Angelus per has species ob vim suam perfecte naturas cognoscit: ita anima cum sit Angelo inferior imperfecte, id est, communiter, & confuse per easdem cognoscet.

†2. concl. Licet anima cognoscat substantias separatas, non proinde cognoscet naturas rerum in illis.

Quia Angeli non cognoscunt eas per suam essentiam.

3. concl. Et vt non perfecte cognoscit substantias separatas, ita nec naturalia.

4. concl. Angeli & dæmones dicuntur cognoscere naturalia respectu futurorum, quæ non cognoscunt, nisi in causis, vel per reuelationem.

5. concl. Non est frustra studium cognoscendi res in hac vita, quamuis statim in alia cognoscantur, quia ista cognitio non est propria, & perfecta, vt hæc.

Art. 4. Vtrum anima separata cognoscat singularia.

1. concl. Anima separata cognoscit aliqua singularia, sed non omnia, quamuis præsentia.

Luc. 16. 1. *Dives in inferno dixit, habeo fratres quinque.*

2. *Anima intelligit ista per species, quæ sunt participationes diuinæ essentiæ aptæ repræsentare singularia, per quas confuse res cognoscit. Ergo solum ea singularia intelliget, ad quæ aliquo modo est determinata, vel per præcedentem cognitionem, vel per affectionem, vel per naturalem habitudinem, vel diuinam ordinationem: quia, quod recipitur in aliquo, recipitur per modum recipientis. At vero Angelus propter suam vim, non solum naturas vniuersales, sed etiam singularia perfecte cognoscit.*

†2. concl. Ex his patet ad tria obiecta, quia non cognoscit per abstractionem, vt quando est in corpore; & illa cognoscit, ad quæ aliquo modo determinatur; & ideo non æqualiter se habet ad omnia, quo fit vt non cognoscat omnia.

Artic. 5. Vtrum habitus scientiæ acquisiti remaneant in anima separata.

Habitus scientiæ secundum quod est in intellectu manet in anima separata. 1. concl

1. *Discamus, ait Hieron. in terris, quorum scientia perseueret in cœlo.* Epist. ad Paul.

2. *Non corrumpitur per accidens ad corruptionem subiecti, quia intellectus in quo est scientia est incorruptibilis: non à suo contrario, quia intentioni intelligibili, maxime simplici, qua cognoscitur, quod quid est, non est contrarium; compositioni tamen contrariatur deceptio per falsam rationem, & oblitio, qua non possunt esse in anima separata. Ergo nulla ratione potest habitus tolli. Quare solum cessabit habitus, quantum ad dispositionem, quam habebat ex parte potentiarum sensitiuarum, à quibus pendet, sicuti & actus per quos habitus acquiruntur. Si vero, vt aliqui volunt, habitus essent in potentia sensitiua, omnino tollerentur.*

Cum Paulus ait, *scientia destruetur*, intelligitur quantum ad cognitionis actum. † 2. concl ..Cor.:3.

Non repugnat, vt aliquis minus bonus in patria habeat aliquem habitum scientiæ, quem non habebit melior. 3. concl.

Quia hoc parum quid est, ratione aliarum prærogatiuarum, quas habet.

Scientia per illuminationem Dei, est ab acquisita diuersa, ideo possunt esse simul. 4.concl.

Mors non tollit habitum, nisi ea ratione, qua pendet à sensu. 5. Concl.

Artic. 6. Vtrum actus scientiæ his acquisitæ maneat in anima separata.

In anima separata manet actus scientiæ acquisitæ, sed non eodem modo. 1.concl.

1. *Luca 16. Recordare, &c.*

2. *Species intelligibiles manent in anima; statu vero mutatur. Ergo remanet actus mutato modo, quia actus pensatur ex obiecto, cuius similitudo est species; modo vero actus ex virtute agentis. Quare intelliget, sed non per conuersionem ad phantasmata.*

Non remanet reminiscentia in anima, quatenus pertinet ad partē sensitiuam, quo modo intelligitur Aristot. sed vt pertinet ad intellectum. † 2. concl 1. de ani. t. 66.

Diuersus modus intelligendi non ex specie, sed ex statu prouenit, propter quem non erit necessaria conuersio ad phantasmata. 3. concl.

Vt actus causati ab habitu, & qui causant 4. concl.

actum,

actum, sunt eiusdem speciei, licet ratione modi differant; sic actus, qui conueniunt animæ in hac vita possunt conuenire in alia, cum solo modo differant.

Art. 7. Vtrum distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ.

1. concl. Distantia localis nullo modo impedit animæ separatæ cognitionem.

1. *Luc.* 16. *Dives vidit Abraham à longe.*

2. *Anima separata intelligit per lumen diuinum, quod eodem modo se habet ad propinquum, & distans. Ergo.*

2 concl. Impossibile est vt intelligat per species abstractas.

Quia ista abstractio fit per potentias sensitiuas, quibus anima separata caret: quod si esset, distantia localis impediret, quia vel sensibilia in animam, vel anima in sensibilia ageret, ad quod requiritur certa præsentia.

† 3. concl. lib. de cura pro mor. c. 13. Cum Augustin. dicit, *animam nescire, quæ hic aguntur*, id non attribuit distantiæ, sed accidit ob alias causas, vt articulo 8. dicitur,

4. concl. Si Augustin. contra sentit, loquitur secũdum alios, qui dicunt Angelos esse corporeos, quorum opinionem potius recitat, quam sequatur.

5. Concl. Non est eadem ratio de remotis, & futuris, quia futura ita distant vt non sint.

Art. 8. Vtrum animæ separatæ cognoscant, quæ hic aguntur.

1. concl. Animæ separatæ nesciunt naturaliter, quę hic aguntur.

1. *Iob* 14. *Sine fuerint, &c.*

2. *Anima per diuinam ordinationem sunt segregata à conuersatione nostra, & coniuncta spiritualibus, quia habent aliam modum essendi. Ergo ignorant nostra, quia non cognoscunt singularia, nisi per vestigium, aut affectum, quæ non sunt ad omnia: vel per ordinem diuinum, qui pertinet ad alium statum. Ergo.*

12. Mor. c. 13. lib. de cura mort. c. 13. 3. Ex Gregor. & August. *dum loquuntur de animabus mortuorum: De animis beatorum Gregor. ait cognoscere omnia. Augustin. negat: sed illud probabilius, quia beati æquantur Angelis. At Angeli cognoscunt. Ergo. Nec tamen tristantur, nec rebus nostris ingerunt, nisi vt Deus disponit.*

Animæ defunctæ possunt habere curam viuentium, etiamsi statum ignorent, vt nos illarum. Possunt autem nostra scire per Angelos, & dæmones, & reuelationem Dei. 2. concl. Luc. 16.

Quod nobis appareant, est miraculum ex Dei dispositione: Vel id fit Angelorum, & dæmonum operatione ipsis ignorantibus. Samuel autem apparuit reuelatione diuina 3. Concl. Eccl. 46.

Ista ignorantia non est propter distantiam, sed ob causam dictam. 4. concl.

Quæstio 90. De prima hominis productione quantum ad animam.

Artic. 1. Vtrum anima sit facta, vel sit de substantia Dei.

Anima non est substantia Dei, sed facta. 1. concl.

1. *Ex Aug. qui hoc docet.* Cap. 3. & 4. de orig. ani.

2. *Anima est in potentia & accipit scientiam à rebus, & habet diuersas potentias. Ergo. Deitas enim nõ habet potentiam, &c.* 2. concl.

Error contrarius habet duplicem radicẽ; alteram, quia aliqui putarũt Deum esse corporeum, ex cuius natura dicebant esse animam: alteram, quia alii dixerunt, nihil esse, nisi in corpore; & ideo affirmarunt Deum esse animam mundi, cuius partem dixere esse animam nostram.

Inspiranit Deus spiraculum vitæ, id est, spiritum fecit, non emittendo aliquid de sua natura. † 3. concl. Gen. 2.

Anima est quædam forma simplex, sed non actus purus, vt Deus. 4. concl.

Ibi quæritur differentia, vbi est conuenientia: & licet omne differens sit diuersum, non tamen contra, quia simplicia seipsis sunt diuersa. 5. concl.

Art. 2. Vtrum anima sit producta in esse per creationem.

Anima rationalis non potest fieri, nisi per creationem, quod non est verum de aliis formis. . concl.

1. Gen. 1. *Creauit Deus, &c.*

2. *Illud fit, cui competit esse, quia fieri est via ad esse. Sed id solum conuenit animæ, cum sit forma subsistens: aliis vero, quæ sunt in alio non ita, quia potius, quæ subsistunt dicuntur fieri. Ergo sola anima fit, & cum non fiat ex materia, siue corporea, quia esset mater alia, siue spirituali, quia substantiæ spirituales inuicem transmutarentur, si ibi esset materia Ergo fiet per creationem.*

Materia-

†2. Concl. Materiale in anima est ipsa simplex essentia: formale vero est esse participatum: non autem habet aliquid materiale, ex quo fiat.

3. concl. Quamuis anima sit actus materiæ, non tamen educitur ex materia.

Quia cum habeat esse subsistens, excedit esse materiæ.

4. Concl. Non est simile de anima rationali, & aliis formis.

Quia cum alia sint in alio, non fiunt.

Art. 3. Vtrum anima rationalis sit producta à Deo immediate.

1. concl. Anima fit à Deo immediate.

1. *Gen. 1. ipse Deus inspirauit, &c.*

2. *Anima non fit per transmutationem, sed per creationem. Ergo fit à Deo immediate, quia primum agens nihil præsupponit, alia vero supponunt aliquid, in quod agunt transmutando. Est ergo impossibile creari ab angelis in virtute Dei, & à fide alienum. Vnde patet ad argumenta contraria. Nam quod corpora superiora producant inferiora vel æqualia, & quod inferiora reducantur ad superiora, totum provenit ex transmutatione.*

Art. 4. Vtrum anima humana fuerit producta ante corpus.

2. concl. Anima producta est simul cum corpore.

1. *Actus fit una cum potentia. Anima est actus corporis. Ergo.*

2. *Deus fecit res in statu perfecto suæ naturæ. Sed anima non habet naturalem perfectionem, nisi in corpore. Ergo.*

Sancti communiter dicunt productã fuisse sexta die una cum corpore, vnde non placet opinio Orig. qui dicit omnes animas fuisse creatas vna cum angelis, & Aug. solam animam primi hominis, licet non asserendo id dicat.

Super Genes ad lit. c. 24.

† 2. concl. Si anima esset species per se, in principio debuisset creari, & similiter debuisset cum angelis creari; vnde patet ad duo argumenta.

3. concl. Animam remanere post corpus accidit, ob defectũ corporis, qui defectus est mors; qui in principio creationis esse non debuit.

Quæstio 91. De productione corporis primi hominis.

Art. 1. Vtrum corpus primi hominis sit de limo terræ.

Conuenienter homo dicitur formatus de limo terræ, i. de terra aquæ permixta. 1. concl.

1. *Gen. 1. Deus formauit, &c.*

2. *Cum Deus sit perfectus, omnia in se continet, & ab eo omnis perfectio in res secundũ modum ipsarum emanat, quia ipsius opera perfecta sunt: cum ergo ista Dei perfectio deriuasset in angelos per modum cognitionis, quia omnia sunt in eorum cognitione, quæ sunt à Deo in natura producta, debuit homini, qui non omnia cognoscit, inferiore modo omnia per compositionem communicare, vt esset ex rebus omnibus quodammodo cõpositus. Vnde cum angelis conuenit ratione animæ, cum cœlis ratione complexionis, per quam cum sit æqualis separatur à contrariis. Elementa continet quantum ad substantiam: sed superiora ignem, & aerem quantum ad virtutem; cum vita in calido & humido consistat: inferiora vero abundant quantum ad substantiam & quantitatem, quia sunt minoris virtutis: & ideo dicitur factum ex limo terræ, id est, ex terra aqua permixta. Quare cum omnia contineat, dicitur minor mundus.*

†2. concl. Potentia Dei manifestata est in creatione hominis, cum eius materia est creatione producta.

Quia debuit constare elementis, vt conueniret cum inferioribus, quasi medium quiddam inter superiora & inferiora.

3 concl. Licet corpus cœli sit nobilius, tamen non fuit capta materia hominis, qui debebat per sensus intelligere: sensus autem ex mixtione conficiuntur.

4. concl. Si aer & ignis abundarent in corpore, nõ posset fieri æqualitas commixtionis, quę est necessaria ad sensus.

5. Concl. De cęteris elementis non fit mentio, quia minus abundant secundum quantitatem: & quia in creatione etiam de eis nihil dictum fuit.

Art. 2. Vtrum humanum corpus sit immediate à Deo productum.

1. Concl. Necesse fuit vt primum corpus hominis formaretur à Deo.

1. *Eccl. 7. Deus de terra creauit hominem.*

2. *Corpus hominis non potest produci, nisi à Deo immediate, vel à semine humano, via generationis. Sed in prima formatione non præcessit homo, à quo posset formari. Ergo Neque enim potuit produci à forma immateriali, quia sicuti compositum sit, &*

non

non formata, sed compositum. & non forma producit Deus autem quamuis sit immaterialis, tamen virtute sua, solus potest, & formam & materiam producere: Vnde nec Angeli transmutant formas, nisi adhibendo actiua passiua.

† 2. Concl. Vtitur Deus interdum Angelis ad administranda corpora, sed aliqua sine Angelis in corporibus operatur; vt resuscitare, &c.

3. Concl. Animalia perfecta, quæ ex semine generantur non possunt generari sola virtute cœlesti, vt Auic. finxit; plura enim requiruntur ad generationem perfecti, quam imperfecti: imperfecta tamen possunt.

4. Concl. Motus cœli non est causa omnium transmutationum, nisi naturalium, vt patet in miraculis.

5. Concl. Corpus præcessit secũdum rationes causales in potentia passiua tãtum, secundum Aug.

Art. 3. Vtrum corpus hominis habuerit conuenientem dispositionem.

1. Concl. Deus instituit corpus humanum in optima dispositione, conueniente animæ rationali & operibus eius.

1. Eccl 7. Fecit hominem rectum.

2. Artifex dat effectui dispositionem optimam, non simpliciter, sed vt requiritur ad finem rei, quam efficit. Ergo cum Deus sit artifex omnium debuit corpori humano dare dispositionem aptam ad recipiendam animam rationalem, & ad eius opera: quia finis proprius talis corporis est anima, finis enim materiæ est forma, & finis instrumentorum operatio. Quod si quæ in corpore reperiuntur imperfectio, ista sequitur materiam, quæ debet esse proportionata animæ ad eius operationes.

† 2. Concl. Quod aliqua animalia sint velociora, & perfectius odorent, id factum est, quia in homine debuit esse complexio æqualis & tactus, qui est fundamentum aliorum, debuit esse perfectior & cum præcedat alia animalia quoad vires interiores, debuit habere maximum cerebrum, & ad operationes intellectus, & vt eius frigiditas temperaret calorem cordis.

3. Concl. Quod plura desint humano corpori, quam alijs; vt pili, vngues, &c. id factum est ratione materiæ; ista enim arguunt terrestrem materiam. At loco istorum homini datæ sunt manus, & anima, quibus instrumenta sibi pararet.

4. Concl. Licet in statura conueniat cum plantis, tamen id factum est conuenienter.

1. Quia sensus dati sunt etiam ad cognoscendum: sensibilia autem magis in facie vigent, vnde non debuit sensus esse prona facie.

2. Quia cerebrum, quo vires aliæ perficiuntur, non debuit esse depressum, vt aliæ vires liberius operarentur.

3. Alias manibus incederet, & ita multa operationes impedirentur.

4. Alias habuisset os longum, labra dura, & grossa; ne lederentur ab exterioribus: & ita impediretur locutio hominis maxime necessaria: differt tamen à plantis quia habet superius sui, id est caput versus superius mundi: & inferius, id est, pedes versus inferius mundi: planta contra. Bruta medio modo se habent, in quibus superius est id, quo accipiunt cibum, inferius quo emittunt.

Art. 4. Vtrum corporis humani productio conuenienter explicetur.

1. Concl. Conuenienter corporis humani productio describitur, dum speciali modo narratur.

1. Gen. 1. vbi describitur talis productio.

2. Non præeminet homo alijs rebus, quod à Deo factus sit, sed quod sit ad similitudinem Dei factus, & quia alia facta sunt propter ipsum. Ergo particulariter modo eius productio debuit explicari; nam principaliter inuenta maiore cum deliberatione facimus; quod explicari debuit. Vt de patet ad primum: cur non dixerit tantum: fiat.

† 2. Concl. *Faciamus*, non refertur ad angelos; sed ad pluralitatem personarum diuinarum, quarum imago est in homine.

3. Concl. *Inspiranit*, non refertur ad inspirationem gratiæ, sed ad creationem animæ, vt ista verba explicent antecedentia; *formauit hominem &c.*

4. Concl. Dicitur spirasse in faciem, nõ in cor, quod est fons vitæ; quia in facie magis apparent operationes vitæ.

Quæst. 92. De productione mulieris.

Art. 1. Vtrum mulier debuerit produci in prima rerum productione.

1. Concl. NEcessarium fuit fœminam fieri à principio in adiutorium viri, non ad opera, quia ad quodlibet opus melius iuuatur per alium virum; sed ad generationem.

1. Gen. 2. Non est bonum, &c. & erunt duo, in carne vna, ad generationis opus.

2. In viuentibus, quo viuens est perfectius, & ad perfectiores operationes ordinatur, eo vis generandi passiua debet esse magis distincta ab actiua. Vt exerceantur operationes perfectiores, ipsa gene-

ratione. Sed homo est viuens & animal perfectissimum, & ad nobilissimam operationem ordinatur, quæ est intelligere. Ergo debuit habere vim passiuã generandi à se distinctam, cum qua certo tempore ad opus generationis coniungeretur. Maior patet ex modo generationis viuentium. 1. Quædam *viuentia non habent in se vim nisi passiuam, & ab actiua extrinseca producuntur: vt quæ generantur sine semine vllo.* 2. Quædam *vtramq; in se coniunctam semper habent, vt plantas in quibus nulla est operatio, generatione præstantior.* 3. Quædam *habent vtramque secundum sexum distinctam, vt in animalibus perfectis: quæ virtutes tempore certo coniunguntur. Vnde in homine cum sit perfectius agens, maiore distinctione opus fuit.*

† 2. Concl. Fœmina respectu agentis particularis est occasionata, quia virtus agentis intendit simile: at respectu institutoris naturæ, & vniuersi, non ita: & ita à principio debuit fieri: quod autem generetur, fit propter debilitatẽ virtutis agentis, dispositionem materiæ, & trãsmutationem ab extrinseco, id est, à ventis frigidis, & australibus.

3. Concl. Subiectio duplex est, altera seruilis ad propriam vtilitatem: altera politica ad aliorum commodum, & hæc fuisset, si Adam non peccasset, qua ratione mulier debuit esse subiecta viro, qui sapientior est.

4. Concl. Quæ possunt esse occasio peccandi, fiunt à Deo: tum quia alias mundus non esset perfectus, si illa tollerẽtur, tum etiam, quod Deus ex malo colligit bonum.

Artic. 2. *Vtrum mulier debuerit fieri ex viro.*

1. Concl. Act. 17. Conueniens fuit, vt mulier ex viro formaretur, magis quam in alijs animalibus.

1. *Eccles. 17. Creauit, &c.*

2. *Ex parte dignitatis viri, vt esset similis Deo, vt sicuti Deus est principium totius vniuersi, ita homo totius speciei.*

Gen. 2. Arist. 8. Eth. c. 12. Ephes. 5. 3. *Vt vir magis mulieri adhæreret, quia per totã vitam coniunctus manent non sic alia animalia.*

4. *Quia coniunguntur non solum ad generationem, sed ad vitam domesticam, in qua vir est caput.*

5. *Ratione figuræ, quia significata fuit formatio Ecclesiæ ex Christo. Vnde patet ad primum.*

† . Concl. Dei virtus ex quacunque materia potest formare quodlibet, & ideo non fuit necesse eam formare ex limo.

3. Concl. Non potuit dici filia Adæ, nec potuit impedire generatio, quia propinquitas solum contrahitur per carnalem generationem.

Art. 3. *Vtrum mulier debuerit formari de costa viri.*

1. Concl. Conueniens fuit mulierem formari de costa viri.

1. *Gen. 2. Ædificauit, &c.*

2. *Ob speciem coniunctionem: & ideo non est formata ex capite, quia non debuit dominari viro: non ex pedibus, quia non debuit despici.*

3. *Ob sacramentum, quia de latere Christi fluxerunt sacramenta, quæ in Ecclesia est instituta.*

† 2. Concl. Materia illa aucta fuit per additionem, vel per creationem, vel per conuersionem alimẽti, vt ex vno grano multa grana. Per multiplicationem impossibile fuit id fieri.

3. Concl. Costa illa fuit de perfectione viri, non vt individuum, sed vt principium speciei, vt est semen: & sicuti semen sine dolore resoluitur, ita Deus sine dolore potuit auferre costam.

Art. 4. *Vtrum mulier fuerit immediate formata à Deo.*

1. Concl. Cap. 15. Solus Deus potuit formare mulierem de costa viri.

1. *Ex Augustino lib. 9. super Genes.*

2. *Solus auctor Naturæ potest res præter naturæ ordinem producere. Ergo cum naturaliter homo ex semine producatur, solus Deus potuit formare mulierem ex costa: Quod patet ad primum.*

† 2. Concl. Vt corpus viri nõ fuit formatum ministerio Angelorum, ita nec corpus mulieris.

3. Concl. Præextitit mulier in potentia passiua secundum rationes causales, non autem secundum actiuam, vt potuerit fieri, sed virtute creatoris.

Quæstio 93. *De fine, siue termino productionis hominis.*

Art. 1. *Vtrum imago Dei sit in homine.*

1. Concl. IN homine est imago Dei imperfecta.

1. *Genes. 1. Faciamus hominem ad, &c. quia particula ad, ostendit accessum, & distantiam, & ita similitudinem imperfectam.*

Aug. lib. 83. qu. q. 5. 2. *Imago est similitudo ex alia expressa, ad imitationem illius, licet non perfecte repræsentet. Sed in homine est aliquid, quod deducitur à Deo, vt ab exemplari, licet non secundum æqualitatem, quia infinite à Deo distat. Ergo in eo erit imperfecta imago Dei.*

† 2. Concl. Deus ipse sibi posuit imaginem spiritualem in homine.

3. Concl. Filius est perfecta Dei imago: ideo, non dicitur, ad imaginem: id autem non potest esse sine idẽtitate naturæ. Vnde imago in illo est,

vt in

vt in filio Regis: in homine, vt in moneta.

4. Concl. Creatura & Deus conueniunt in vnitate analogiæ, & sic potest intercedere imago aliqua.

Art. 2. Vtrum imago reperiatur in creaturis irrationalibus.

1. Concl. cap. 12. Solæ creaturæ intellectuales propriæ sunt ad imaginem Dei.

1. *Ex Augustin. 6 super Genes.*

2. *Imago non est quamuis similitudo expressa, sed debet esse secundum speciem, vel aliquid accidens proprium, & maxime figuram: ideo vermis non dicitur imago hominis, quamuis ex ipso exprimatur. Sed solæ creaturæ intellectuales, ajunt illustrantur Deo proprie, quia sapiunt vt Deus: alia vero communiter, vt ens: vel viuunt. Ergo.*

† 2. Concl. Omnia participant aliquid de ratione imaginis, sed imperfecte.

Radius solaris est maxime similis Deo, vt Dionys. ait, ratione causalitatis, non naturæ, secundum quam attenditur imago.

3. Concl. 4. Concl. Vniuersum est simile Deo ratione partis, id est, hominis: est autem perfectius homine extensiue, non intensiue, qua ratione homo est perfectior: qui etiam est capax Dei.

5. Concl. Totus mundus est ad imaginem Dei, ratione ideæ: quæ imaginis ratio, non est propria, cum nõ sumatur à similitudine naturæ.

Art. 3. Vtrum Angelus sit magis ad similitudinem Dei, quam homo.

1. Concl. Angelus simpliciter est magis ad similitudinem Dei, quam homo.

1. *Ex Gregor. homil. 34. in Euang.*

2. *Imago attenditur ratione naturæ. Sed ista perfectior est in Angelis. Ergo*

2. Concl. Homo secundum quid est similior Deo, quam Angelus; prout homo generat hominem, vt Deus Deum; & vt anima est in toto corpore, & tota in partibus, vt Deus in toto mundo, & partibus: quæ non efficiunt hominem ex se similem Deo, nisi suppositâ similitudine in natura, secundum quam est minus similis.

† 3. Concl. Cum Augustin. ait, solum hominem esse ad imaginem Dei, non excludit Angelos, sed alias creaturas.

4. Concl. Cum idem dicit nihil esse coniũctius Deo, quam homo, non tollitur, quod Angelus sit magis similis Deo, quia in eodem genere est magis & minus.

5. Concl. Licet substãtia non suscipiat magis & minus; tamen potest vna esse perfectior alia, in diuersis speciebus.

Art. 4. Vtrum imago Dei inueniatur in quolibet homine.

1. Concl. Imago creationis est in omnibus hominibus.

1. *Psalm. 38 & Gloss. in 4. Psalm.*

2. *Ista imago attenditur secundum aptitudinẽ mentis ad amandum, & intelligendum Deum. Sed ista aptitudo est in omnibus. Ergo.*

2. Concl. Imago recreationis est in solis iustis.

Quia ista consistit in actu, vel habitu, quo amatur Deus in perfecte, quod non est nisi in iustis.

3. Concl. Imago similitudinis secundum conformitatem gloriæ reperitur in beatis.

Quia ista attenditur secundum actum perfectũ amandi Deum, quod est in solis beatis.

† 4. Concl. Imago, vt attẽditur in natura, est etiam in muliere, quæ dicitur imago viri; quia vir est principium, & finis mulieris, cum sit creata propter ipsum.

5. Concl. Quæ in secundo & tertio argumento obijciuntur, intelliguntur de conformitate gratiæ & gloriæ.

Art. 5. Vtrum in homine sit imago Dei, quoad Trinitatem personarum.

1. Concl. Imago naturæ nõ excludit imaginem personarum, sed potius infert illam.

Nam distinctio personarum est secundum originem, vel secundum relationes originis. Ergo est secundum quod conuenit naturæ diuinæ: quia ino duo origine variatur, prout requirit natura; aliter enim producuntur inanimata, quam animata. Ergo in ratione naturæ non excludit, sed potius causat imitationem personarum.

2. Concl. lib. 4. de Trin. In homine est imago quantum ad naturã, & Trinitatem personarum.

1. *Ex Hilar. qui hoc docet.*

2. *Quia in Deo existit vna natura in trib. personis. Vnde patet ad duo prima argumenta.*

† 3. Concl. Si in homine esset perfecta Dei imago, posset cognoscendo se cognoscere Deum. Sed non ita est.

4. Concl. Licet Filius dicatur imago: tamen homo est factus ad imaginem totius Trinitatis, cuius essentia abusiue imago dicitur pro ipso exemplari.

Art. 6. Vtrum imago Dei sit in homine solum secundum mentem.

1. Concl. In homine est similitudo Dei per modum imaginis secundum mentem; secundum alias partes, per modum vestigij.

1. *Ephes. 4 Renouamini spiritu mentis vestræ, Gloss. ibi.*

2. Imago repræsentat per modum ſpeciei, veſtigium vero per modum effectus, qui ſimilitudinem ſpeciei non attingit, vt poteſt de veſtigio animalis, & ignis. Ergo imago in ſola creatura intellectuali inuenitur; veſtigium vero in alijs: quia cum in omnibus creaturis ſit aliqua ſimilitudo Dei, ſola intellectualis attingit ſimilitudinem quaſi ſpecificam Dei, quatenus Deum repræſentat intelligendo: alię vero ſunt veſtigium intelligentię: deinde repræſentat ſimilitudinem Trinitatis per proceſſionem verbi, & amoris: alię vero repræſentant per modum veſtigij; quia ratione ſubſtantiæ ſimplices indicant eſſe ab aliquo principio: ratione ſpeciei indicant formam facientis, id eſt, verbum: ratione ordinis, amorem producentis. Ergo imago reperitur in homine, ſecundum mentem: ſecundum vero alias partes, veſtigium.

2. Concl. Vitiatur imago Dei, non ſecundum totum, ſed ratione mentis, vt nummus imago Cæſaris ratione formæ.

1 Concl. Imago non eſt ſecundum diſtinctionem ſexus, ſed ſecundum mentem, quæ eſt communis mari, & fœminæ.

4 Concl. Licet imago non attendatur ſecundum figuram corporis: tamen corpus ratione veſtigij repræſentat maxime Deum, prout eſt ad contemplandum cœlum aptius.

5. Concl. In viſione corporali, & imaginaria eſt aliqua imago, quatenus eſt ibi ſpecies, viſio, & voluntas applicans viſum, ſed tamen vtraq; eſt imperfecta.

Art. 7. Vtrum imago Dei inueniatur in anima ſecundum actus.

1 Concl. Imago Trinitatis attenditur primo ſecundum actus verbi, & amoris.

Lib. 9 de Trin c. 2. 1. Ex Auguſtino qui hoc docet.

2. Imago eſt repræſentatiua ſpeciei: ſed hoc competit menti, ratione actus, quia dum cogitat, producit verbum, ex hoc in amorem prorumpit; non enim poteſt eſſe verbum, cui non eſt cognitio, & ita repræſentat proceſſionem verbi à dicente, & amoris connectentis vtrumque. Ergo.

2. Concl. Secundario imago poteſt attendi ſecundũ potentias, & maxime ſecundum habitus, vt in eis actus exiſtunt.

Aug. 11. de Trin. c. 26. Quia quodlibet eſt virtualiter in ſuo principio.

† 3. Concl In nobis dicitur eſſe imago Dei, ſecundum quod ſumus, inquantum hoc eſſe conuenit nobis, ratione mentis, per quam nobis conuenit ratio imaginis.

4. Concl. Et quia mẽs eſt quodammodo ignota, accipitur etiam ſecundum tres potentias, ſcilicet intelligentiam, voluntatem & memoriã, quæ ſunt notiores.

Ponitur tamen magis in actibus ab Auguſtino. 5. Concl.

Quia verbum non eſt ſine cogitatione, & amor ſine dilectione.

Imago Trinitatis eſt ſemper in anima, non actualiter, ſed habitualiter. 6. Concl.

Art. 8. Vtrum imago diuinæ Trinitatis ſit in anima ſolum per comparationem ad obiectum, quod eſt Deus.

Imago Trinitatis attenditur in anima ſecundũ quod fertur, at nata eſt ferri in Deum notitia, & amore. 1. Concl.

1. Ex Auguſt. qui hoc docet. Lib. 14. de Trin. c. 11.

2. Imago Trinitatis debet eſſe in anima, & repræſentat ſecũdum ſpeciem diuinas perſonas, quia imago repræſentatiua ſecundum ſpeciem. Sed id non fit, niſi vt anima nata eſt ferri in Deum: quia verbum naſcitur de Deo, ſecundum notitiam ipſius, & amor procedit, vt ſeipſum amat. Ergo verbum & amor attenduntur in anima ſecũdum verbum conceptum de Dei notitia, & ſecundum amorem inde deriuatum: vnitas enim ſumitur ab obiecto.

Anima fertur in Deum immediate, dum ipſum ſpeculatur: & mediate dum ſe intelligit, vt eſt viſio rei in ſe, & in ſpeculo. 2. Concl.

† 3. Concl. Ad rationem imaginis, non ſolum attenditur, quod aliquid procedat ab aliquo, ſed etiam quid, & a quo procedat, ſcilicet quod verbum Dei procedat à notitia de Deo, non autem à quocunque alio obiecto.

4. Concl. Aug. 12. de Trin. c. 4. Etſi in illa parte rationis, quæ deriuatur à parte temporalium Trinitas inueniri poſſit: non tamen imago Dei, quia huiuſmodi temporalium notitia aduentitia eſt animę, & habitus, quibus temporalia cognoſcuntur, non ſemper adſunt.

5. Concl. Cognitio & dilectio Dei non ſunt meritoria, niſi per gratiam: tamen eſt aliqua cognitio & dilectio naturalis, & ſecundum hanc eſt in homine imago Dei ſecũdum naturam: ſiue hæc imago ita ſit abdita, quaſi obumbrata, vt in carentibus vſu rationis, ſiue ſit obſcura, & diffor mis, vt in peccatoribus, ſiue clara & pulchra, vt in iuſtis.

6. Concl. Temporalium viſio in gloria ad Dei imaginem pertinebit, quia ſecundum viſionem gloriæ temporalia videbuntur in Deo.

Art. 9. Vtrum ſimilitudo ab imagine conuenienter diſtinguatur.

Similitudo diſtinguitur ab imagine. 1. Concl.

Quia, vt ait Aug. ſi vna res eſſent, non eſſet ali-

ud

Lib.83. qu. qu.15. 2. Concl.

dum ad imaginem, & similitudinem, sed vnum non sufficere potuisset.

Dupliciter potest similitudo distingui ab imagine. Vno modo, vt præambula ad ipsam; altero modo, vt sequens, & perficiens ipsam.

12 Met. text. 20.

Quia cũ similitudo ex Arist. sequatur vnum, quod in qualitate similitudinem causat, potest omnibus adaptari, vt bonum, & verum: sed bonum alicui rei particulari potest comparari, vt præambulum ad ipsam. & vt subsequens inquantum designat aliquam perfectionem ipsius. Ergo ita dicendum est de comparatione similitudinis ad imaginem: quia consideratur, vt præambulum ad imaginem, inquantum est communior, quam imago. & vt sequens, prout significat imaginis perfectionem: nam dicimus imaginem alicuius esse similem, vel non similem ei, cuius est imago, prout perfecte, vel imperfecte representat ipsum.

3. Concl.

Similitudo, vt præambula attenditur secũdum communes proprietates naturæ intellectualis, secundum quas proprie attenditur imago: & sic spiritus, id est, mens dicitur factus ad similitudinem Dei, vel similitudo attenditur quatenus est immortalis.

Lib.83 qu. q.51.

4. Concl. li. de quæst. anim.c.2.

Similitudo, vt subsequens, & vt dicit imaginis perfectionem ex Damas. dicitur secundum virtutem, & dilectionem.

5. Concl.

Similitudo non distinguitur ab imagine secundum communem rationem similitudinis, quia sic includitur in ratione imaginis: sed secundum quod aliqua similitudo deficit à ratione imaginis, vel etiam est imaginis perfectiua.

6. Concl.

Essentia animæ ptinet ad imaginem, prout repræsentat diuinam essentiam, tantum secundum ea, quæ sunt propria intellectualis naturæ, non autem secundum simplicitatem.

7. Concl.

Naturaliter insunt animæ quædam virtutes secundum earum semina, secundum quas attendi potest similitudo naturalis. Vnde dicimus, quod imago attenditur secũdum memoriam, intelligentiam, & voluntatem, similitudo autem secundum innocentiam, & iustitiam.

8. Concl.

Dilectio verbi, quod est amata notitia, pertinet ad rationem imaginis: sed dilectio virtutis pertinet ad similitudinem, sicut virtus.

Quæstio 94. De statu, & conditione primi hominis, quantum ad intellectum.

Art. 1. Vtrum primus homo per essentiam Deum viderit.

PRimus homo non vidit Deum per essentiam secundum communem statum illius vitæ. 1. Concl.

1. Non primus, aut Paulus, quod spirituale est sed quod animale. Sed videre essentiam Dei est maxime spirituale. Ergo. 1. Cor. 1.

2. Cum homo ex necessitate velit beatitudinem, oportet videntes diuinam essentiam ita esse stabilitos in amore, vt non possint peccare; quia essentia est ipsa beatitudo, & peccare est auertere se à Deo. Sed Adam peccauit. Ergo.

Posset fortasse dici vidisse eum in raptu, quando Deus misit soporem in Adam. 2. Concl.

Primus homo cognoscebat Deum altiore cognitione, quam nos, scilicet cognitione media inter cognitionem patriæ, & huius exilij. 3. Concl. Gen. 2.

Quia cognitio plena & lucida Dei in effectibus intelligibilibus est altior cognitione eius per effectus sensibiles: & quanto magis creatura est altior, & Deo propinquior, tanto eius cognitio est clarior, & altior. Ergo cognitio primi hominis fuit altior nostra: quia nos distrahimur à sensibilibus, & circa ea occupamur, fuit tamen inferior cognitione patriæ, quæ à cognitione Dei per creaturas distinguitur. Talis ergo cognitio conueniebat primo homini, qui non impedicbatur per res exteriores, à clara & firma contemplatione intelligibilium effectuum.

Primus homo in Paradiso fuit bonus, non visione diuinæ essentiæ, sed quodammodo propter integritatem, & perfectionem quandam naturalem. † 4. Concl. Aug. 14. de trin. c. 10.

Quamuis primo homini nihil defuerit, quod bona voluntas desideraret, nõ ideo vidit diuinam essentiam. 5. Concl.

Quia non fuisset eius voluntas ordinata, si in statu erasi habere voluisset, quod ei proponebatur in præmium.

Licet Adam vidisset Deum sine medio, per cuius notitiam in aliquid ignotum deuenimus: tamen non vidit sine medio, in quo simul videtur, quod per medium videri dicitur: vt cum homo videt se in speculo: Similiter ænigma accipiatur pro obscuritate creaturæ in comparatione diuinæ claritatis, sic Adam vidit Deum in ænigmate; si autem pro obscuritate, quæ consecuta est ex peccato, non ita. 6. Concl.

Art. 2. Vtrum Adam in statu innocentiæ Angelos per essentiam viderit.

. Concl. Primus homo non potuit videre Angelos per essentiam.

1. *Anima Adæ fuit eiusdem naturæ cum nostra sed nostra non cognoscunt Angelos per essentiam. Ergo.*

2. *Licet distinguatur status animæ secundum integritatem in statu innocentiæ, quia corpus erat omnino animæ subiectum: tamen, quia tunc anima erat forma corporis secundum animalem vitam, vt nunc est; ideo vt animæ nostræ intelligunt per phantasmata, ita anima primi hominis. Sed per phantasmata non potest anima Angelum sufficienter cognoscere. Ergo. Si quidem anima sic intelligendo mouetur secundum tres gradus: primus est à rebus exterioribus ad seipsam: secundus ad Angelum: tertius ad Deum. In primo processu perficitur anima operatio, quia habet naturalem ordinem ad ea, quæ sunt extra, per quorum cognitionem potest anima operatio cognosci, sicut actus per obiectum; ac etiam per ipsam intellectionem perfecte potest cognosci humanus intellectus; sicuti potentia per proprium actum. In secundo processu non est perfecta cognitio; quia cum Angelus non cognoscat per phantasmata, sed excellentiore modo, prædictus modus cognoscendi, quo anima cognoscit seipsam, non sufficienter ducit in cognitionem Angeli; & multo minus in cognitionem Dei. Ergo.*

2. Concl. Primus homo habebat excellentiorem cognoscendi modum de Angelis, quam nos.

Quia eius cognitio erat magis certa, & fixa circa interiora intelligibilia. Vnde patet ad primum.

3. Concl. Anima primi hominis deficiebat ab intellectu substantiarum separatarum, non ex aggravatione corporis, sed ex hoc, quod obiectum ei connaturale erat, deficiens ab excellentia substantiarum separatarum.

4. Concl. Iam dictum est, ex cognitione suæ animæ primum hominem non potuisse venire in cognitionem Angeli.

Art. 3. Vtrum primus homo habuerit scientiam omnium.

. Concl. Primus homo habuit scientiam omnium naturaliter scibilium; supernaturalium vero quantum opus erat ad vitæ regimen: alia autem nesciebat.

1. *Quia imposuit nomina rebus. Sed nomina debent naturæ congruere. Ergo.*

2. *Res primitus à Deo institutæ sunt, non solum vt in se ipsis essent, sed vt ex eis aliorum principia; & ideo produci debuerunt in statum perfectionis, in quo statim esse possent. At homo non solum erat esse principium alterius per generationem corporalem; sed etiam per institutionem & gubernationem. Ergo vt primus homo institutus fuit in statu perfecto quantum ad corpus, vt posset statim generare, sic institutus fuit in statu perfecto quantum ad animam, vt statim posset instruere, & gubernare; sed ad hoc est necessaria cognitio omnium, quæ naturaliter possunt cognosci, supernaturalium quantum sufficit ad gubernationem vitæ humanæ: quia homines ordinantur ad finem supernaturalem. Ergo.*

† 3. Concl. Primus homo habuit scientiam omnium per species infusas; quæ non fuit alterius rationis a nostra, sicuti nec oculi cæco nato à Christo restituti.

3. Concl. Adam vt erat primus homo, debebat habere aliquid perfectionis, quod cæteris hominibus non competit.

4. Concl. Adam in scientia naturalium scibilium non profecisset quantum ad numerum scitorum, sed quantum ad modum sciendi, quia eadem sciuisset postea per experimentum. In cognitione autem supernaturalium profecisset etiam quantum ad numerum per novas revelationes.

Art. 4. Vtrum homo in primo statu decipi potuisset.

1. Concl. Lib. 4. de civ. c. 10. Primus homo nullo modo decipi poterat, tam respectu scitorum, quam respectu nescitorum.

1. *Aug. approbare vera pro falsis non est naturæ integritati hominis, sed pœnæ.*

Arist. Lib. 6. Eth. 2. *In illo statu nullum malum esse poterat ex Aug. Ergo eius intellectui non poterat inesse falsum; quod falsum est malum intellectus, sicuti verum est eius bonum. Deinde & in membris primi hominis erat quidem carentia alicuius perfectionis debiti charismatis, &c. non tamen aliquod malum inesse poterat, ita in intellectu poterat esse carentia notitiæ alicuius non tamen aliqua existimatio falsi.*

3. *Quandiu anima erat subdita Deo, inferiora hominis erant subdita superioribus absq; omni perturbatione: Vnde inferiora intellectui erant illi subdita. Ergo non poterat decipi. Quia intellectus semper est verus circa proprium obiectum, & non decipitur, nisi ab aliquo inferiore, vt à phantasia. Idco videmus per dispositiones non decipi, nisi quando indicativum est ligatum, vt dormientibus.*

† 2. Concl. Et si mulieris seductio non præcessit peccatum operis, subsecuta tamen est peccatum propriæ elationis, vt docet Aug.

3. Concl. Etiam si aliquid repugnet vni sensui, aut phantasiæ primi hominis aliter quam

sit in rerum natura, non tamen deceptus fuisset; sed per rationem dijudicasset:

4. Concl. Quod accidit in somnis, non imputatur homini quia tunc non habet vsum rationis.

5. Concl. Dicenti falsum de contingentibus futuris, & de cogitationibus, homo in statu innocentiæ non credidisset ita esse, sed quod esset possibile, vel duininitus ei subuentum fuisset ne deciperetur: quod non fuit in tentatione, quia iam præcesserat peccatum in animo.

Quæstio 95. De his quæ attinent ad voluntatem primi hominis de gratia scilicet & iustitia.

Art. 1. Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia.

1. Concl. PRimus homo fuit creatus in gratia

Lib. 12. de ciu. c. 9. *1. Homo & Angelus æqua ter ordinantur ad gratiam. Sed Angelus fuit creatus in gratia, ex Aug. Ergo.*

2. In primo homine erat rectitudo, quatenus ratio subdebatur Deo, & rationi vires inferiores, & anima corpus, & prima subiectio erat causa secundæ, & hæc tertiæ, vt ait Aug. Sed subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non poterat esse naturalis, alioqui post peccatum non cessisset vt in Dæmonibus naturalia mānsrunt. Ergo fuit secundum supernaturale donum gratiæ: quod patet quia amissa gratia, vt inquit Aug. illud amiserunt. Ergo.

† 2. Concl. Dicitur Adam factus in animam viuentē.

Quia non fuit spiritualis secundum corpus, vnde non sequitur, quod non fuerit spiritualis secundum animam.

3. Concl. lib. 9 no. & Vet. q. 123. lib. de Cor & grat. ca. 10. Augustin. non negat in primo homine fuisse spiritum sanctum, sed solum docet non fuisse eo modo, sicut nunc est in fidelibus; similiter ex alio loco, non habetur, quod Angelus, vel homo prius fuerit creatus in naturali libertate arbitrij, quam habuisset gratiam, sed quod ostendit quid in eis posset liberum arb. ante confirmationem, & quid postea consecuti essent per auxilium gratiæ confirmantis.

4. Concl. Nihil prohibet etiam in instanti creationis primum hominem gratiæ consensisse: cum motus voluntatis non sit continuus.

5. Concl. Licet in homine gratia præcedat gloriam; non tamen natura præcedit gratiam.

Quia gloria acquiritur per actum gratiæ, non autem gratia per actum naturæ.

Art. 2. Vtrum in primo homine fuerint animæ passiones.

1. Concl. Passiones circa malum non erant in statu innocentiæ, nec etiam circa bonum non habitum, & non habendum.

Quia in illo statu nullum aderat, vel imminebat malum, nec aliquod bonum aderat, quod cuperet bona voluntas pro tempore illo habendum.

† 2. Concl. Passiones quæ possunt esse boni præsentis, vt gaudium & amor; & quæ sunt boni futuri in suo tempore habēdi, vt desiderium & spes non affligens erant in illo statu, aliter tamen quam in nobis.

Nam in nobis aliquando præueniunt & impedimnt iudicium rationis: quoniam sensus, in quo sunt non totaliter subest rationi; sed est in eo statu: non erant nisi ex rationis iudicio consequentes: quia tunc inferior appetitus erat rationi totaliter subiectus. Vnde soluitur primum.

3. Concl. Corpus Adæ erat impassibile quantum ad passiones, qua remouent dispositionem naturalem: & sic anima, quantum ad passiones tantum, quæ impediunt rationem.

4. Concl. Perfecta virtus moralis non totaliter tollit passiones, sed ordinat eas. Vnde licet fuerit in Adam, non ideo sunt ab eo remouendæ passiones.

Art. 3. Vtrum Adam habuerit omnes virtutes.

1. Concl. Conc. ad Car. ca. 2. Homo in statu innocentiæ aliqualiter habuit omnes virtutes.

1. Ex Aug. qui aliquot numerat primi hominis virtutes.

2. In illo statu ratio hominis erat subiecta Deo, & inferiores vires rationi. Sed virtutes nihil aliud sunt, quam perfectiones subdentes superiora Deo & inferiora rationi. Ergo. Quod haberet aliqualiter declaratur. *Nam virtutes, quæ nulla imperfectionem continent, vt iustitia & quæ imperfectionem continent, vel ex parte actus, vel ex parte obiecti, sed non repugnantem perfectioni primi status, vt fides, & spes in primo homine erant secundum habitum & actum. Virtutes autem continentes imperfectionem repugnantem perfectioni illius status, vt pœnitentia, misericordia, &c. erant secundum habitum tantum.*

† 2. Concl. Licet in statu innocentiæ non esset moderantia passionum: tamen erat fortitudo, & temperantia.

Quoniam in hoc accidit vt superabundantiam passionum repellant.

3. Concl. Quæ sunt circa passiones respicientes ma-

hum

lum in eodem subiecto erant in illo statu secundum habitum, sed quæ sunt circa passiones respicientes malum in altero, poterant etiam esse secundum actum.

Quia poterat homo habere odio malitiam Dæmonum, sicut diligere bonitatem Dei.

4. Concl. Perseuerantia, vt est virtus, dicit habitum, quo quis eligit perseuerare in bono, & sic erat in Adam, vt autem significat continuationem virtutis absque interruptione, est circumstantia & sic non fuit.

Art. 4. Vtrum opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quam opera nostra.

1. Concl. Efficaciora fuissent hominis opera ad merendum in illo statu, quam post peccatum, si attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ, quæ tunc copiosior fuisset, nullo obstaculo in natura inuento; & hæc quantitas respondet præmio essentiali; similiter si consideretur quantitas absoluta operis, quia homo fuisset maioris virtutis, & ideo maiora opera fecisset: sed si consideretur quantitas proportionalis maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter hominis imbecillitatem, quia magis excedit paruũ opus potestatem eius, qui cum difficultate operatur illud, quã opus magnum, potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

† 2. Concl. Homo post peccatũ indiget gratia ad plura, vt ad peccati remissionem, &c. q̃ ante peccatum, sed non magis: quia etiam ante peccatum indigebat gratia ad vitam æternam consequendam; & hæc est præcipua necessitas gratiæ.

3. Concl. Difficultas pertinet ad quantitatem meriti; secundum quãtitatem operis proportionalem, quomodo efficaciora sunt opera nostra.

4. Concl. Difficultas actualis prout est pœnalis, habet etiam quod sit satisfactoria pro peccato.

5. Concl. Magis in illo statu poterat homo resistere tentationi sine gratia, quam modo quia tunc nihil erat interius pelliens ad malum, vt modo est.

Quæstio 96. De dominio, quod homini in statu innocentiæ competebat.

Art. 1. Vtrum Adam in statu innocentiæ animalibus dominaretur.

1. Concl. Adam in statu innocentiæ animalib. dominabatur.

1. *Vt præsit, aut scriptura, pisibus maris, & volatilibus cæli.*

2. *Homini ante inobedientiam, quæ subiecta est in eius pœnam, nihil repugnabat, quod naturaliter ei deberet esse subiectum. Sed omnia animalia naturaliter sunt homini subiecta. Ergo: minor patet.* 1. Ex processu naturæ; *nam imperfectiora subduntur perfectis quidditatiue, & virtualiter.* 2. Ex ordine diuinæ prouidentiæ, *quia inferiora per superiora gubernãtur. Sed homo est supra cætera animalia. Ergo* 3. Omne *per participationem subditur ei, quod est per essentiam tale. Sed in animalibus inuenitur quædam participata prudentia; in homine autem prudentia vniuersalis. Ergo.*

† 2. Concl. lib. 9. super Gen. ad lit. c. 14. Quod animalia congregarentur ad Adam; fuit factum ministerio Angelorum, ex Aug. non quod homo non dominaretur illis; sed quod in subiecto multa potest facere superior potestas, quæ non potest inferior.

3. Concl. Naturalis discordia, quæ in statu illo fuisset inter quædam animalia, non impediebat dominium hominis; sicut nec nunc propter hoc subtrahuntur à dominio Dei, cuius prouidentia hoc totum dispensatur.

4. Concl. Quamuis homo tunc non egeret animalibus ad cibum, tegumentum, &c. tamen egebat ad experimentalem cognitionem de naturis eorum.

5. Concl. Etsi animalia non habeant rationem, habent tamen quandam participationem prudentiæ, secũdum æstimationem naturalem, & sic homini omnia obediuissent, vt nunc quædam domestica ei obediunt.

Art. 2. Vtrum Homo habuisset dominium super omnes alias creaturas.

1. Concl. Homo in statu innocentiæ non dominabatur Angelis, sed animalibus imperando, plantis, & inanimatis vtendo absque impedimento.

Quia homini competit dominari aliis secundum eundem modum, quo dominatur his, quæ in ipso sunt; cum in ipso sint quodam modo omnia: sed in homine est ratio, secundum quam conuenit cum Angelis; & ideo non dominatur Angelis, cum ratio in homine habeat locum dominantis: Sunt vires sensitiuæ, secundum quas conuenit cum animalibus, quibus dominatur animam per imperium, & ideo hoc modo homo dominatur animalibus: sunt vires naturales, & corpus secundum quæ conuenit cum plantis, & inanimatis, quibus dominatur vtendo. Ideo dictum est, Vt præsit omni terræ. Vide patet ad obiecta.

Art. 3. Vtrum homines in statu innocentiæ fuissent æquales.

1. Concl. Lib. 19. de civ. c. 13. Necessario in statu innocentiæ inter homines aliqua fuisset disparitas.

Nam quæ à Deo sunt, ordinata sunt, Rom. 13. sed ordo maxime in disparitate consistit, ex Aug. Ergo.

2. Concl. Hæc disparitas fuisset hoc modo.

1. Quantum ad sexum, quia ibi generatio fuisset, & quantum ad statum.

2 Quantum ad animam, ratione iustitiæ, scientiæ, & libere arbitrij, quoniam unusquisque potuisset magis, & minus se applicare ad sciendum, & ad operandum.

3. Quantum ad corpus, ratione melioris complexionis, pulchritudinis, robustioris &c. Quia corpus hominis participasset magis, & minus, vel talem vel talis influxum, vel tales naturæ causas

3. Concl. Ita fuisset inæqualitas, vt in illis qui excederentur, nullus esset defectus, siue peccatum, nec in anima, nec in corpore.

† 4. Concl. Cum Greg. ait, *Ibi non delinquimus, omnes pares sumus*, excludit disparitatem, quæ est secundum differentiam iustitiæ, & peccati.

5. Concl. Æqualitas est causa, vt dilectio sit æqualis: sed tamen inter inæquales potest esse maior dilectio, quam in aliis.

6. Concl. Causa disparitatis poterat esse, tum ex parte Dei.

Quia quosdam plures, quosdam minus sublimasset; propter ordinis pulchritudinem: tum ex parte naturæ; vt dictum est.

Artic. 4. Vtrum homo in statu innocentiæ hominis dominabatur.

1. Concl. Dominium secũdum quod opponitur seruituti, non erat in statu innocentiæ.

Quia cum hoc dominium importet ordinationem serui ad bonum domini, non potest esse sine pœna subiectorum: Vnicuique enim contristabile est, si bonum quod deberet esse suum, cedat solum in commoditatem alterius. Sed in statu illo nulla erat pœna, Ergo

2. Concl. In isto statu erat dominium hominis ad hominem secundum quod cõmuniter refertur ad subiectum qualitercunque, & est ad proprium bonũ eius, qui dirigitur, vel cõmune.

1. Conditio hominis in illo statu non erat melior quam conditio Angelorum. Sed inter angelos, aliqui aliis dominantur. Ergo.

2. Homo naturaliter est animal sociabile. Sed vita socialis multorum esse non potest: nisi aliquis præsideret, qui bonum commune intenderet. Ergo.

3. Inconueniens fuisset, si quis præfuisset scientia, & iustitia, his Virtutibus, in aliorum vtilitatem, non esset fuissent. Vnde patet ad tria argumenta, quæ procedunt de dominio primo modo sumpto.

Quæst. 97. De his quæ pertinent ad statum primi hominis quantum ad individui conservationem.

Art. 1. Vtrum homo in statu innocentiæ esset immortalis.

1. Concl. Rom. 5. Homo in statu innocentiæ fuisset incorruptibilis, & immortalis.

Nam, vt ait Paulus, per peccatum intrauit mors in mundum, Ergo.

2. Concl. Non fuisset immortalis ex parte materiæ, vel quia eam non habuisset, vel quia materia fuisset tantum in potentia ad vnam formam, neque ex parte formæ, quia habuisset aliquã dispositionem, per quam totaliter à corruptione liberaretur, quæ est incorruptibilitas gloriæ, sed ex parte causæ efficientis.

1 Ex Aug. qui ait, quod fuisset immortalis per Dei donum dictum. Lib. 5. no. & Vet. test. 4. 19.

2 Quia cum anima rationalis excedat proportionem corporalis materiæ, conueniens fuit, vt in principio haberet Virtutem, per quam corpus conseruaret supra naturam corporalis materiæ. Primum, & secundum argumentum procedunt de immortalitate per naturam.

† 3. Concl. Vis illa præseruandi à corruptione erat per donũ gratiæ. Et quamuis homo recuperauerit gratiam ad remissionem culpę, & meritum gloriæ; non tamen ad amissæ immortalitatis effectum.

4. Concl. Apoc. 21. Licet homo non fuerit conditus in statu præmij, adhuc erat immortalis; quia illa immortalitas non est ea, quæ promittitur in præmium.

Art. 2. Vtrum homo in statu innocentiæ fuisset passibilis.

1. Concl. Si passio sumatur proprie prout pati dicitur, quod à sua naturali dispositione remouetur: homo in statu innocẽtiæ impassibilis erat, & secundũ animam, & secundũ corpus.

1 Quia si fuisset passibilis, fuisset corruptibilis.

2. Quia virtute animæ poterat prohibere, passionem, sicut & mortem.

2. Concl Passione cõmuniter dicta, homo in statu innocentiæ erat passibilis; & secundum animam, & secundum corpus, quia sub hac ratione sentire, intelligere, dormire, &c. Passiones dicuntur: vnde soluuntur duo arg.

† 3. Concl. Cotta sumpta fuit ex corpore Adę sine passione.

Quia erat in eo, vt erat principium humani generis, sicut semen in homine, prout est principium per generationem, & sicut decisio seminis est sine passione sic, &c.

4. Concl. Licet corpus hominis in illo statu esset molle: tamen præseruatum fuisset a passione alicuius duri, vel propria virtute, vel diuina prouidentia.

Art. 3. *Vtrum homo in statu innocentiæ indigebat cibis.*

1. Concl. Gen. 2. Homo in statu innocentiæ habuit vitam animalem cibis indigentem.

1 *De omni ligno comedetis, &c.*

2. *Anima, quæ est in homine facit corpus animale, cum ei vitam tribuat. At principium vitæ in istis inferioribus est anima vegetabilis, cum eius opera sunt, alimento vti, augeri, &c. Ergo.*

2. Concl. Post resurrectionem homo habebit vitam spiritualem cibis non indigentem.

Nam anima qua homo vivit, non solum dat vitam corpori, in quo conuenit cum aliis animalibus, sed etiam ab aliis differt, quatenus habet vim intellectiuam & immaterialem, secundum quam dicitur spiritus. Ergo sicuti in primo statu communicat corpori, quod est animale, ita in altero communicabit, quæ sibi propria sunt, nimirum vitam spiritualem, quæ non egebit cibis, & immortalitatem quantum ad omnes: quantum ad beatos etiam impassibilitatem, & gloriam.

† 3. Concl. Immortalitas in illo statu non erat per aliquam dispositionum corpori inhærentem. Vnde per actionem caloris aliquid de humido poterat deperdi, & ne omnino consumeretur, egebat cibis.

4. Concl. In nutritione, passio est ex parte alimenti, quod conuertitur in substantiam alti: vnde non propter hoc corpus hominis tunc fuisset passibile: quamuis sit passio ad perfectionem naturæ.

5. Concl. Cibus etiam in illo statu erat necessarius ad vitæ conseruationem: & ita si illicm homo non sumpsisset, peccasset, cum id ei præceptum fuerit.

6. Concl. Etiam in illo statu oportebat superfluitates ciborum emitti, sed diuina prouidentia factum esset, vt nulla ex hac indecentia esset.

Art. 4. *Vtrum homo in statu innocentiæ per lignum vitæ immortalitatem consecutus fuisset.*

1. Concl. Lignum vitæ quodam modo immortalitatem causabat, non simpliciter.

Nam duo remedia data sunt homini in primo statu contra duos defectus, quorum primus erat deperditio humidi naturalis, ex actione naturalis caloris; & huic subueniebatur per esum omnium lignorum. Secundus erat ex commixtione extranei nutrimenti cum caido, seu humido naturali ex cuius admixtione naturalis virtus speciei debilitatur: vt vinum ex admixtione aquæ; & huic defectui subueniebatur per esum ligni vitæ. Vnde Aug. cibus aderat homini, ne esuriret; potus, ne sitiret: lignum vitæ, ne illum senectus dissolueret. Ideo dicitur. Ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. Sed non causabat immortalitatem simpliciter, quia nec virtus quæ inerat animæ ad conseruandum corpus, causabatur ex ligno vitæ; nec poterat immortalitatis dispositionem corpori præstare, ne vnquam dissolueretur: quia virtus ligni vitæ erat finita; vnde semel sumptum præseruabat ad tempus, quo finito, vel homo transiuit fuisset ad spiritualem vitam: vel iterum lignum sumere oportuisset. Ex hu patet conclusio, & responsio ad rationes in vtranque partem.

Aristot. lib. de gen. tex. 32.

Lib. 14. de ciu. c. 26.

Gen. 3.

Quæst. 98. De pertinentibus ad conseruationem speciei.

Artic. 1. *Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio.*

1. Concl. In statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem generis humani.

1. *Genes. 1. Crescite & multiplicamini. Sed hoc non esset sine generatione. Ergo.*

2. *Alias peccatum fuisset valde necessarium propter tantum bonum, cuiusmodi est humana propagatio.*

3. *Homini, & secundum corpus, & secundum animam competit generatio. Ergo Natis incorruptibilibus bonum speciei est de principali intentione naturæ, quæ intendit perpetuum: perpetuum autem in rebus corruptibilibus non est nisi species, ad cuius conseruationem ordinatur generatio: in incorruptibilibus etiam ipsa individua sunt intenta, cum etiam ipsa sunt perpetua. Quare cum homo sit medium inter corruptibilia, & incorruptibilia, cum eius anima sit naturaliter incorruptibilis, & corpus corruptibile habuit, &c.*

Aristot. 2. de anim.

† 2. Concl. Licet in illo statu corpus fuisset incorruptibile: quia potuisset præseruari per animam: tamen debuit esse generatio, quæ corruptibilibus debetur.

3. Concl. Quæ generatio etsi non fuisset propter conseruationem speciei, fuisset tamen propter multiplicationem individuorum.

In sta-

4. Concl. In ſtatu innocentiæ fuiſſent voluntates hominum ſic ordinatæ, quod abſque omni periculo diſcordiæ communiter vti fuiſſent rebus, quæ eorum dominio ſubdebantur, ſecundum quod vnicuique conueniebat.

Art. 2. Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſet generatio per coitum.

1. Concl. Generatio in ſtatu innocentiæ fuiſſet per coitum, quoad coniunctionem maris & fœminæ.

1. Deus nihil facit fruſtra: ſed fecit in illo ſtatu maſculum, & fœminam, Ergo.

2. Mulier fuit facta in adiutorium viri. Sed nō ad illud, niſi ad generationem, quæ fit per coitum: nam ad alia opera conuenientius poterat vir iuuari per virum, Ergo.

3. Generatio fuiſſet per applicationem virtutis actiuæ & paſſiuæ. Ergo per commixtionem maris, & fœminæ: quia ibi eſt diſtinctio ſexus, virtus actiua eſt in mare, paſſiua in fœmina.

2. Concl. Hæc generatio fuiſſet ſine deformitate immoderatæ concupiſcentiæ.

In illo ſtatu viri ſuperiores omnino ſubdebantur rationi. Ergo non fuiſſet coitus, quantum ad immoderatam concupiſcentiam. Ablit, *ait Aug.* vt ſuſpicemur non potuiſſe proles fieri ſine libidinis morbo. Lib. 14. de ciu. c. 24.

3. Concl. Greg. Mſ. li de homine. Aliqui opinati ſunt, quod propter concupiſcentiæ fœditatem in illo ſtatu non fuiſſet generatio per coitum, ſed humanum fuiſſet multiplicatum, vt Angeli, & quod Deus fecit maſculum, & fœminam reſpiciens modum generationis futurum poſt peccatum. Sed contra.

Quia quæ ſunt homini naturalia, neque ſubtrahuntur, neque dantur propter peccatum. *Sed generare per coitum, eſt homini naturale, quod patet ex membris ad hoc naturaliter deputatis. Ergo*

Matt. 22. † 4. Concl. Poſt reſurrectionem homo erit vt Angelus, & ſecundum animam, & ſecundum corpus: in ſtatu autem innocentiæ ſecundum mentem tãtum erat ei ſimilis; licet ergo poſt reſurrectionem non ſit futura generatio: tamen in primo ſtatu fuiſſet.

5. Concl. Aug. lib. ſuper Gen. ad li. c. 4. Primi parentes in paradiſo non coierunt vel quia formata muliere, poſt modicum de paradiſo eiecti ſunt: vel quia expectabant diuinam auctoritatem ad determinandum tempus commixtionis.

6. Concl. Nunc homo in coitu fit ſimilis beſtijs.

Quia delectationem, & feruorem concupiſcentiæ moderare nequit: quod non fuiſſet in illo ſtatu; vnde Aug. ab illo ſtatu non excludit magnitudinem delectationis, ſed libidinis ardorem. Quare in illo ſtatu continentia non fuiſſet laudabilis; quia modo laudatur, non ob defectum ſecundæ tantum; ſed propter remotionem inordinatæ libidinis. Aug. 14. de ciu. c.

7. Concl. In illo ſtatu nulla corruptione integritatis, mulier viri ſemen excepiſſet: ſicuti modo ſalua integritate menſtruus cruor emittitur.

Quæſtio 99. De conditione prolis generandæ, quantum ad corpus.

Art. 1. Vtrum Pueri in ſtatu innocentiæ mox nati virtutem perfectam habuiſſent ad motum membrorum.

1. Concl. Pueri mox nati non habuiſſent virtutem motiuam membrorum ſufficientem, ad quoslibet actus.

1. Omne generatum prius eſt imperfectum, quam perficiatur: Sed pueri in illo ſtatu fuiſſent per generationem producti. Ergo.

In omnibus eſſentialibus ſequi debemus naturam rerum, præterquam in his, quæ auctoritate diuina traduntur. Sed naturale eſt, & pueri mox nati non haberent ſufficienter virtutem ad mouendum membra; quia ex magnitudine cerebri propter eius humiditatem nerui in pueris non ſunt idonei ad mouendum membra Ergo.

2. Concl. Habuiſſent vim ſufficientem ad actus conuenientes pueritiæ.

Nam in primo ſtatu non poterat eſſe in membris aliquid repugnans hominis voluntati ordinatæ: quia rectitudo in qua homo eſt formatus, conſiſtit in ſubiectione corporis ad animam: ſed voluntas hominis ordinata eſt, quæ tendit in actus ſibi conuenientes. Ergo pueri mox nati, &c.

† 3. Concl. Aug. loquitur de infirmitate, quæ nunc in pueris apparet, etiam quantum ad actus eorum pueritiæ conuenientes, quæ non fuiſſet in primo ſtatu. Lib 4. de baptiſ. c.

4. Concl. Quod aliqua animalia ſtatim nata habeãt vſum membrorum, non eſt propter eorum nobilitatem, ſed ex ſicitate cerebri, & quia eorum actus ſunt imperfecti, ad quos parua virtus requiritur. Pueri in illo ſtatu non appetiuiſſent niſi ex ordinata voluntate, & ita non deſideraſſent, quæ non potuiſſent conſequi.

5. Concl. Homo in illo ſtatu fuiſſet generatus, non autem corruptus: & ideo in eo poterant eſſe defectus pueriles, qui ſequuntur generationem, non autem ſeniles, qui ordinantur ad corruptionem. loc. cit. de ciu.

Artic. 2. Vtrum in primo ſtatu fœmina nata fuiſſent.

Concl. In ſtatu innocentiæ vterque ſexus per generationem fuiſſet productus.

1. Sic natura proceſſiſſet in generando, & eam Deus inſtituit. Sed Deus inſtituit marem & fœminam in natura humana Ergo.

2. Nihil eorum, quæ ad complementum humanæ naturæ pertinent, ibi defuiſſet Sed diuerſitas ſexuum eſt de perfectione humanæ naturæ. Ergo.

2. Concl. Fœmina dicitur mas occaſionatus.

in 1. lib. 2. sent. anim. *Quia eſt præter intentionem naturæ particularis: non tamen præter intentionem naturæ vniuerſalis.*

2. Concl. Generatio fœminæ non ſolum contingit ex defectu virtutis actiuæ, vel indiſpoſitione materiæ, ſed etiam ex aliquo accidente extrinſeco, ex Ariſtot. & præcipue ex cõceptione animæ, ad quam de facili immutatur corpus, quod maxime fuiſſet in illo ſtatu, vt ſcilicet ſecũdum voluntatem generantis diſtingueretur ſexus in prole.

lib. 4. de gen. an. c. 2. 4. Concl. Conueniebat proles vt non ſolum primi parentes, ſed omnes generarent.

Quia eſſet genita vitam vitæ animali, ad quam vt pertinet alimento vti, ita generare. Vnde tot eſſent fœminæ, quot mares.

Quæſt. 100. De conditione prolis generandæ quantum ad iuſtitiam.

Art. 1. Vtrum homines fuiſſent nati cum iuſtitia.

1. Concl. lib. de corrig. c. 10. HOmines fuiſſent nati cum iuſtitia.

1. Quia ſimul, vt ait Anſel. cum rationalem haberent animam iuſti eſſent, quos generaret homo, ſi non peccaret.

2. Cum homo generet ſibi ſimile in omnibus accidentibus, quæ conſequuntur naturam ſpeciei, oportet vt ſui aſſimilentur parentibus niſi ſit error in operatione, qui in illo ſtatu non fuiſſet. Sed iuſtitia originalis, in qua primus homo conditus fuit, erat accidens naturæ, nõ tanquam ex principijs naturæ cauſatum, ſed ſicut quoddam donum ſimul datum ſeti naturæ, vt peccatum originale eius oppoſitum dicitur peccatum naturæ, quod tranſfunditur in poſteros. Ergo.

2. Concl. lib. de fact. art. 6. c. 23. Quod Hugo ait: *primi parentis filij non eſſent paternæ iuſtitiæ hæredes* intelligendum eſt, nõ quantum ad habitum iuſtitiæ, ſed quantum ad executionem actus.

Concl. Licet pueri nati fuiſſent in originali iuſtitia cum gratia: non tamen propter hoc fuiſſet gratia naturalis.

Quia non fuiſſet tranſfuſa per virtutem ſeminis, ſed collata homini ſtatim cum habuiſſet animam rationalem.

Art. 2. Vtrum pueri in ſtatu innocentiæ nati, fuiſſent in iuſtitia confirmati.

1. Concl. Non videtur poſſibile, quod pueri in ſtatu innocentiæ naſcerentur in iuſtitia confirmati.

Lib. 14. de ciu. c. 10. *1. Ex Aug. qui docet, quod filij primorum parentum potuiſſent peccare.*

2. Pueri in ſua natiuitate non haberent plus perfectionis, quam eorum parentes in ſtatu generationis; ſed parentes quamdiu generaſſent non fuiſſent confirmati in iuſtitia: quia creatura rationalis ex hoc confirmatur in iuſtitia, quod efficitur beata per apertam Dei viſionem, cui non poteſt nõ inhærere, cum ſit eſſentia bonitatis. Sed cum homo ad hoc peruenieſſet, efficeretur ſpiritualis, animæ & corpore, & animalis vita ceſſaret, in qua ſola generationis vſus fuiſſet Ergo.

† 2. Concl. Hom. 33. in Euang. Cum Gregorius ait, *ſi Adam non peccaſſet, nõ generaſſet filios gehennæ*, ſolum probat, quod ab ipſo non contraxiſſet peccatum, quod eſt cauſa gehennæ: poſſet tamen peccare per liberum arbit. Et Anſel. nihil contra aſſeuerat, qui ait, Videtur.

3. Concl. Lib. 1. cur Deus homo c. 18. Per peccatum primi parentis non ita eius poſteri neceſſitatem peccandi incurrunt, vt ad iuſtitiam redire non poſſint. Vnde etiam ſi Adam tentatus non peccaſſet, non ita neceſſitatem non peccandi tranſmiſiſſet ad poſteros, quod omnino peccare nõ poſſent, quod pertinet ad confirmationem.

4. Concl. Licet Angelus adhærens Deo ſtatim confirmatus ſit: non tamen homo, quia habet liberum arbitrium vertibile, & ante electionem, & poſt, non ſic Angelus.

Quæſt. 101. De conditione prolis generandæ quantum ad ſcientiam.

Art. 1. Vtrum in ſtatu innocẽtiæ pueri nati fuiſſent in ſcientia perfecti.

1. Concl. PVeri in ſtatu innocentiæ non naſcerentur perfecti in ſcientia, ſed eam in proceſſu temporis abſque difficultate acquiſiuiſſent inueniendo, vel diſcendo.

1. Anima noſtra per naturam eſt ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt ſcriptum. Sed eadem animæ natura eſt modo, quæ tunc fuiſſet. Ergo.

2. Vbi auctoritas deficit, ſequi debemus naturæ conditionem Sed naturale eſt homini, vt ſcientiã per ſenſus acquirat; ideo enim anima vnitur corpori

pori, quia indiget eo ad ſuam propriam operationem. Ergo.

† 2. Concl. Eſſe perfectum in ſcientia fuit indiuiduale accidens primi parentis: ideo quantum ad hoc non generabat filios ſimiles: ſed ſolum quantum ad accidentia naturalia, & gratuita totius naturæ.

3 Concl. Ignorantia eſt priuatio ſcientiæ, quæ debet haberi pro tempore, quæ in pueris mox natis non fuiſſet, quia ſemiſſent conuenientia ſecundum tempus illud.

4. Concl. Ex eo quod pueri habuiſſent iuſtitiã mox nati, ſequitur tantum, quod habuiſſent ſufficientem ſcientiam ad dirigendum ſe in operibus iuſtitiæ.

Art. 2. Vtrum pueri mox nati habuiſſent perfectum vſum rationis.

1. Concl. Pueri in ſtatu innocentiæ non habuiſſent perfectum vſum rationis.

1. Natura præcedit ab imperfecto ad perfectum in omnibus generatis. Ergo.

2. Ligato ſenſu, & in pedibus inferioribus viribus homo perfectum vſum rationis non habet. Sed in pueris eſt impedimentum harum virium propter nimiam humiditatem cerebri, quæ impedit eorum organa & proinde actus. Ergo.

2. Concl. Habuiſſent vſum rationis idoneum ad opera puerilia.

Quoniam habuiſſent vſum membrorum ad actus puerorum. Ergo & vſum rationis.

† 3. Concl Aggrauatio ex corruptione corporis accidit ex hoc, quod vſus rationis impeditur etiã quantum ad ea, quæ pertinent ad hominem ſecundum quamcumque ætatem, quod non fuiſſet in primo ſtatu.

4. Concl. Etiam animalia non habent ita perfectum vſum naturalis inductiæ ſtatim à principio, vt poſtea. Verum in homine eſt ſpeciale impedimentum propter humiditatem cerebri.

Quæſtio 102. De loco hominis, qui eſt Paradiſus.

Artic. 1. Vtrum Paradiſus ſit locus corporeus.

1. Concl. PAradiſus eſt locus in Orientis partibus conſtitutus.

Lib 8 ſuper gen. ad lit. 14. etÿ c. 1. 8. *1. Ex Auguſtino & Iſidoro.*

2. Quod ſit locus, patet: quia quæ de Paradiſo in Scriptura dicuntur per modum narrationis, & hiſtoriæ dicũtur. Ergo. Quod ſit in oriente probatur: *Quia credendum eſt in nobiliſſimo loco terræ fuiſſe conſtitutum. Sed Oriens cum ſit dextra cœli, eſt nobilior pars Ergo.*

Cum Beda, inquit, *Paradiſum pertingere & ſque ad lunare firmamentum*, debet exponi, non ſecundum ſitus eminentiam, ſed ſecundum ſimilitudinem.

Quia eſt ibi perpetua aeris temperies, vt Iſidor. dicit. Lib. 14 c. 1.

Flumina quæ dicuntur naſci ex paradiſo, habẽt alibi manifeſtas origines: quia ſub terras, & poſt tractus prolixarum regionum aliis in locis eruperunt. 3. Concl.

Scriptores de paradiſo mentionem non faciunt, quia eſt ſecluſus a noſtra habitatione aliquibus impedimentis, vel montium, vel maris, &c. 4. Concl.

Lignũ vitæ eſt arbor materialis, cuius fructus habent virtutem conſeruandi vitam: ſignificabat etiam aliquid ſpirituale, ſicut etiam petra in deſerto. 5. Concl.

Omnes plantæ productæ ſunt tertio die in actu, & etiam ligna paradiſi. Quod autem dicitur de plantatione lignorum poſt opera ſex dierum, intelligitur per recapitulationem. 6. Concl.

Art. 2. Vtrum paradiſus fuerit locus conueniens habitationi humanæ.

1. Concl. Paradiſus eſt locus conueniens habitationi humanæ ſecundum primæ immortalitatis ſtatum. Lib. 2. de fide. c. 11.

1. Paradiſus eſt, ait Damaſcen. diuina regio, & dignacesse, qui ſecundum imaginem Dei erat, conſeruatio.

2. Cum homo poſſit corrumpi, vel ab interiore contrario per conſumptionem humidi, & per ſenectutem, & huic occurritur per eſum ciborum, vel ab exteriore, & præcipue ob intemperatum aerem, & huic occurritur per aeris temperiem. Sed in paradiſo vtrumque invenitur ex Damaſc. Ergo. libro cit.

† 2. Concl. Locus beatitudinis, id eſt, cœlum empyræum conuenit Angelo ſecundum naturam ſuam, non autem homini.

Cum non præſideat loco corporali creatura per modum gubernationis, vt Angelus. Ideo non fuit ibi poſita à principio, ſed transferendus illuc erat ad beatitudinem.

3. Concl. Paradiſus terreſtris erat locus congruens homini, & quantum ad animam, & quantum ad corpus, prout in anima erat vis præſeruãdi corpus a corruptione.

4. Concl Nec ideo locus ille eſt fruſtra, quamuis nõ ſit hominum habitatio poſt peccatum: ſicuti nec fruſtra fuit homini attributa immortalitas quædam, quam conſeruaturus non eſſet, ſed vt dicitur, Enoch, & Elias ibi ſunt.

5. Concl Siue paradiſus ſit ſub æquinoctiali, ſiue

alibi credendum est esse in loco temperatissimo.

Art. 3. Vtrum homo sit positus in Paradiso, vt operaretur & custodiret illum.

Cenebrs. lib. 8. de Gen. ad lit. c.

Secundum Augustinum illud Gen. 2. *Tulit Dominus Deus hominem, & posuit illum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum,* potest habere duplicem sensum, vel quod posuit hominem in paradiso, vt ipse Deus operaretur, & custodiret hominem, iustificando ipsum, &c. Vel quod homo operaretur, & custodiret paradisum, quæ operatio non fuisset laboriosa, sicut post peccatum. Sed iucunda propter experientiam virtutis naturæ: & custodia nõ fuisset contra inuasorem, sed quod custodiret, ne ipsum peccando amitteret, q̃ totum in bonum hominis cedebat. Vnde patet ad tria argumenta.

Artic. 4. Vtrum homo factus fuerit in paradiso.

1 Concl. Homo est factus extra paradisum, & deinde positus in eo, transferendus post vitam animalem in cœlum.

1. Gen. 2. Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiso.

2. Paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ, quantum ad incorruptionem primi status. Sed illa incorruptio non erat homini secundum naturam: sed ex supernaturali dono. Ergo vt hoc ostenderetur, Deus hominem extra paradisum fecit, & postea in paradiso collocauit.

† 2. Concl. Cœlum empyræum est locus congruus Angelis secundum suam naturam: & ideo ibi sunt creati: non ita paradisus respectu hominis, & ob eandem rationem grossibilia in terra, & pisces in aquis creata sunt. Vnde soluitur secundum.

3. Concl. Mulier fuit facta in paradiso non propter dignitatem suam, sed propter dignitatem principij, ex quo corpus eius formabatur.

Quæstio 103. De gubernatione rerum in communi.

1 Artic. 1. Vtrum mundus gubernetur ab aliquo.

1. Concl. Loer. li. 3. de conf. metro. 9. AD diuinam bonitatem pertinet, vt sicuti produxit res in esse, ita etiam, vt eas ad finem perducat, quod est gubernare.

1. Sap. 14 Tu autem pater gubernas omnia, &c.

2. Cum in rebus naturalib. semper ant in pluribus sequatur melius, necesse est, vt ab aliqua prouidentia dirigantur ad finem bonu. Sed hoc est gubernare. Ergo.

3. Diuinæ bonitatis est res productas ad perfectionem ducere, quæ optime est, optima producere. Sed optima perfectio vniuersi quæ est in consecutione finis. Ergo.

† 2. Concl. Quæ ratione carent, dicuntur operari, & moueri in finem ab alio, quod non tollit gubernationem; sed certus iste cursus naturalium rerum cognitione carẽtium, manifeste declarat mundum ratione aliqua gubernari.

3 Concl. Non solum quæ mouentur, sed etiam id, q̃ est stabile gubernatione indiget: quia in nihilum decideret, cum ex nihilo factum sit, nisi manu gubernatoris seruaretur.

4. Concl. Etiam ipsa necessitas naturalis inhærẽs rebus, qua determinatur ad vnum, est impressio quædam Dei dirigentis ad finem.

Art. 2. Vtrum finis gubernationis mundi sit aliquid extra mundum.

1. Concl. Prou. 16. Bonum quod est finis totius vniuersi, oportet quod sit extrinsecum à toto vniuerso.

1. Vniuersa propter se operatum est Dominus. Ad ipse est extra ordinem vniuersi. Ergo

2. Finis debet respondere principio. Sed principium rerum est aliquid extrinsecum à toto vniuerso, nimirum Deus. Ergo.

3. Finis vniuersalis omnium rerum est bonum vniuersale, quod est per se, & per suam essentiam bonum. Sed in tota vniuersitate creaturarum nullum est bonum, quod non sit participatiue bonum. Ergo.

† 2. Concl. Non solum consequimur bonum aliquod per modum formæ in nobis existentis, vt sanitatem, vel vt aliquid per nos operatum: sed etiam, vt aliquid bonum habitum, vel possessum. Vnde nihil prohibet, quod finis vniuersi sit aliquid extrinsecum.

3. Concl. Lib. 1. Eth. c. 1. Cum Arist. inquit, *quod fines sunt operationes, & operata*, loquitur de finibus artium. Verum contingit aliquid esse finem extrinsecum, nõ solum vt operatum, sed vt habitum, siue possessum, siue repræsentatũ: sicuti Hercules est finis imaginis: & hac ratione bonũ extrinsecum est finis vniuersi.

4. Concl. Ordo non est finis vltimus vniuersi, sed ad illud ordinatur, vt ordo exercitus ad ducem.

Artic. 3. Vtrum mundus gubernetur ab vno.

1. Concl. Necesse est dicere, quod mundus ab vno gubernetur.

1. Confitemur vnum Deũ, & vnum Dominũ

quo

quorum vtrumq; ad gubernationẽ pertinet; quia Domini est gubernare subditos, & Dei nomen ex prouidentia sumitur. Ergo.

2. Cum finis gubernationis mundi sit quod est essentialiter bonum, quod est optimum, necesse est quod gubernatio sit optima. Sed optima gubernatio est, quæ fit per vnum. Ergo minor patet. 1. Id ad quod *fertur intentio gubernantis multitudinem, est vnitas, seu pax. Sed vnitatis causa per se, est vnum; nam plures non possunt multitudinem vnire, & concordare, nisi aliquo modo vniantur. Ergo optima gubernatio est quæ fit per vnum vnū, quia conuenientius vnum est causa vnitatis, quàm multa vnia. 2.* Gubernatio est *directio gubernatorum in finem, qui bonum quoddam est. Sed ratione boni est vnitas; quia, vt omnia appetunt bonum, ita vnitatem, cuius signum est, quod cuncta repugnant diuisioni, quantum possunt Ergo.*

† 2. Concl. Diuersitas motuum est ex diuersitate mobilium, quæ requirit perfectio vniuersi; non autem ex diuersitate gubernantium.

3. Concl. Etsi contraria dissentiant quantum in finẽ proximum; conueniunt tamen in finem vltimum: Vnde nihil prohibet quin gubernentur ab vno.

4. Concl. In particularibus bonis duo; sunt meliora, quam vnum: nihil enim fieri bonitatis additio.

Art. 4. *Vtrum gubernationis effectus sit vnus tantum, & non plures.*

1. Concl. cap. 12. de diuin. nom. Gubernationis diuinæ sunt aliqui effectus.

Nam, vt ait Dionys. Deitas prouidentia & bonitate perfecta omnia complet. At gubernatio ad prouidentiam pertinet Ergo.

2. Concl. Effectus diuinæ gubernationis est vnus.

Quia est vnumquodque iudicandum ex fine. cum per operationes attingatur finis. Sed finis gubernationis diuinæ est vnum, nimirum bonum essentiale, ad cuius participationem omnia tendunt. Ergo ex parte finis vnus erit effectus, nimirum assimilans summo bono.

3. Concl. Effectus diuinæ gubernationis in generali sunt duo.

Siquidem, tot sunt isti effectus, quot sunt ea per quæ creatura gubernata ad Dei similitudinem perducitur. Sed ista sunt duo, nimirum, quod Deo assimiletur, in hoc, quod ipsa sit bona & quodammodo moueat ad bonitatem, quæ duo reperiuntur in Deo. Ergo duo erunt effectus diuinæ gubernationis, conseruatio rerum in bono, & motio earum ad bonum. Ergo &c.

4. Concl. Effectus diuinæ gubernationis in particulari sunt nobis innumerabiles.

Quia vnumquodque assimilatur secundum modum suum.

† 5. Conc. Ordo vniuersi non solum includit conseruationem rerum, sed etiam motionem illarum.

Quia attenditur non solum vt vna res sit melior altera, sed etiam prout vna mouetur ab alia: Vnde non inuenitur, vt secundum diuersa diuersi fines effectus. Alia duo soluuntur ex dictis.

Art. 5. *Vtrum omnia diuinæ gubernationi subdantur.*

1. Concl. lib 5. de conc. c. 11. Omnia diuinæ gubernationi subduntur.

1. *Ex Aug. qui ait, Deum etiam minima gubernare*

2. *Secundum eandem rationem competit Deo esse verum gubernatorem & creatorem; quia eiusdem est rem producere, & perfectionem ei dare. Sed Deus est causa totius entis. Ergo sicut nihil est, quod non sit creatum à Deo; ita nihil potest esse, quod ab eo non gubernetur.*

Tantum alicuius gubernatio se extendit, quantum se extendere potest finis gubernationis. Sed finis gubernationis est ipsa diuina bonitas, ad quam nihil est, quod non ordinetur, vt in finem. Ergo.

† 2. Concl. Hoc ipsum quod aliquod casuale inuenitur in his rebus, quæ sub sole sunt, quæ secundum ortum solis generantur, & corrumpuntur, demonstrat ea alicuius gubernationi esse subiecta.

Quia nisi ab aliquo gubernarentur, nihil intenderent, maxime quæ cognitione carent.

3. Concl. Cum Pau. ait, *Deo non est cura de bobus*, non totaliter subtrahit boues à cura diuina, sed solum quantum ad modum, quo mouet rationalem creaturam; quæ non solum mouetur à Deo interius operante; sed etiam inducitur ad bonum, & retrahitur à malo per præcepta.

4. Concl. Vltra gubernationẽ, qua homo gubernat seipsum, vt dominus sui actus; indiget gubernatione diuina, cum operetur intellectu, & voluntate; quæ debent à Deo dirigi.

Art. 6. *Vtrum omnia immediate gubernentur à Deo.*

1. Concl. Quantum ad rationem gubernationis quæ est ipsa prouidentia, Deus immediate omnia gubernat.

Nam cum Deus sit ipsa essentia bonitatis, vnũquodque attribuendum est ei secundum sui optimum. Sed optimum in omni genere vel ratione, vel cognitione practica, qualis est ratio gubernationis, in hoc consistit, vt particularia, in qui-

bus

bus est actus, cognoscantur; vt patet in optimo medico qui minima singularia considerat. Ergo.

2. Concl. Quantum ad executionem gubernationis Deus quadam mediantibus alijs gubernat.

Nam tanto melior est gubernatio, quanto maior perfectio à gubernante rebus gubernatis communicatur. Sed maior perfectio est, quod aliquid in se sit bonum; & sit etiam alijs causa bonitatis, quam si esset solum modo in se bonum. Ergo Deus sic gubernat res, vt quosdam alios in causas instituat: idem patet ex Arg.

† 3. Concl. lib. 3. de Trin. c. 4. Errauit Plato in hac re, dicendo, Deum non immediate gubernare, etiam quantum ad rationem gubernationis.

4. Concl. Non esset melius, si solus Deus gubernaret.

Quia subtraheretur perfectio causalis à rebus.

5. Concl. Non pertinet ad imperfectionem, sed ad Regis dignitatem, vt executorem habeat suę voluntatis.

Quia ordine ministrorum potestas Regis praeclarior redditur.

Art. 7. Vtrum aliquid præter ordinem diuinæ gubernationis contingere possit.

1. Concl. Impossibile est vt aliquid contingat, præter ordinem diuinæ gubernationis.

1. *Ister 13 Domine Deus rex, &c.*

2. *Nullus effectus potest prouenire praeter ordinem causæ vniuersalis; cum tantum causa particularis possit impedire. Sed diuina gubernatio est vniuersalis causa, non vno genere, sed ratione totius entis. Ergo.*

2. Concl. Quod videtur ex vna parte exire ab ordine prouidentiæ considerato secundum vnam particularem causam, in eundem ordinem relabitur secundum aliam.

† 3. Concl. Etiam malum subiacet diuinæ gubernationi.

Quia fundatur semper in bono: nec aliquid inuenitur quod sit totaliter malum.

4. Concl. Casualia dicuntur respectu causæ particularis; sed respectu prouidentiæ diuinæ nihil fit casu.

5. Concl. Similiter contingentia dicuntur in comparationem ad proximas causas, quæ possunt deficere; non autem quod aliquid fieri possit extra ordinem gubernationis diuinæ.

Art. 8. Vtrum aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis diuinæ.

Nihil contra nititur ordini diuinæ gubernationis in vniuersali, vt progreditur a causa gubernatiua totius. 1. Concl.

1. *Ex Boetio: Non est aliquid quod summo bono velit, vel possit obsistere & Sap. c. 1. p. 8.* lib. 3. de cōs. prof. 12.

2. *Ordo diuinæ sapientiæ totaliter tendit in bonum, & vnaquæque res in sua operatione, & commota solum tendit in bonum; nullius enim respiciens ad malum operatur Ergo.*

3. *Omnis inclinatio cuiuscunque rei, vel naturalis, vel voluntaria nihil aliud est quam quaedam impressio à primo mouente. Ergo omnia quæ aguntur, vel naturaliter, vel voluntarie, quasi propria sponte proueniunt in id, ad quod diuinitus ordinantur.* Dionys.

Ordini diuinæ gubernationis, vt progreditur à causa particulari executiua aliquid contra nititur. 2. Concl.

† 3. Concl. Dicuntur aliqui, vel cogitare vel loqui, vel agere contra Deum; non quod totaliter reniti ordini diuinæ gubernationis.

Quia etiam peccantes intendunt aliquod bonum, sed quia cōtra nituntur cuidam determinato bono sibi conuenienti. Vnde patet etiam ad secundum.

4. Concl. Quod aliqua res alteri contra pugnet, ostendit aliquid reniti posse ordini, qui est ex causa particulari, non vniuersali totius entis.

Quæstio 104. De effectibus diuinæ gubernationis in speciali.

Art. 1. Vtrum creaturæ indigeant vt à Deo conseruentur.

1. Concl. NEcesse est dicere, & secundum fidem, & secundum rationem, quod omnes creaturæ conseruãtur in esse a Deo per se directe, quod est quando illud, quod conseruatur, dependet à conseruante, vt sine eo esse non possit.

1. *Ad Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.*

2. *Effectus alicuius causæ, non solum in fieri, sed etiam in esse egent conseruari directe ab illa; quia omnis effectus dependet a sua causa secundum quod est causa eius. Sed omnis creatura est effectus dependens a Deo in fieri, & est ratio huius Dionysij per essentiam. Ergo.* Pro huius rationis explicatione nota, *quod quædam agentia sunt causa sui effectus secundum pertinentiam, sed non directe secundum eius esse, vt fabricator est causa domus, quantum ad fieri directe, sed non quantum ad esse: quia esse dependet ab eius forma, quæ est*

compositio & ordo: quæ quidem forma consequuntur naturalem virtutem quarundam rerum Idem in rebus naturalibus dicas. Rursus, si duo sint contrariæ species, unum non potest esse causa formæ alterius per se, vt est talis forma; quia sic esset causa formæ propriæ: potest tamen esse causa formæ, vt est in materia, id est vt materia talem formam recipiat. Vnde quando naturalis effectus est natus impressionem agentis recipere secundum eandem rationem, vt est in agente; tunc ab agente dependet tantum in fieri: Sed quando non est natus recipere impressionem agentis secundum eandem rationem, quo pacto cælestia corpora sunt causa inferiorum, tunc tale agens potest esse causa formæ, vt est talis forma, & sic non solum est causa fiendi, sed etiam essendi. Hinc patet cur aqua calefacta retineat calorem cessante actione ignis non autem aer remaneat illuminatus cessante actione Solis; quia materia aquæ est susceptiua formæ ignis, secundum eandem rationem eam recipit, secundum quam est in igne; aer autem nullo modo natus est recipere formam luminis secundum eandem rationem, vt est in Sole. Sed ita se habet omnis creatura ad Deum sicuti aer ad Solem illuminantem; quia non recipiunt esse secundum eandem rationem, vt est in Deo; sed per participationem, vt aer, lumen. Ergo. Idem docet Aug

2. Concl. lib. 4. super. Gen. ad lit. c. 2. & li. 8.

Dicitur, Deus conseruat aliqua, sed non omnia indirecte, & per accidens, quomodo aliquid conseruari dicitur, dum remouetur corrumpens.

Quia quædam sunt quæ non habent corrumpentia, quæ necesse sit remouere ad rei conseruationem. Vnde soluitur tertium argumentum.

† 3. Concl.

Potentia ad non esse in spiritualibus creaturis, & cœlis magis est in Deo, qui potest subtrahere suum influxum, quam in forma, vel in materia talium creaturarum.

Quia esse per se consequitur formam creaturæ, supposito tamen influxu Dei; sicut lumen sequitur diaphanum aeris supposito influxu Solis.

4. Concl.

Deus non potest creaturæ communicare, vt conseruetur in esse, sua actione cessante; sicut non potest ei communicare, quod non sit causa illius.

5. Concl.

Conseruatio rerum à Deo non est per aliquam nouam actionem, sed per continuationem actionis, qua dat esse, quę est sine motu & tempore.

Art. 2. Vtrum Deus immediate omnem creaturam conseruet.

1. Concl.

Deus conseruat res quasdam in esse, tam directe, quam indirecte, mediantibus aliquibus causis.

1. Per idem conseruatur res; per quod habet esse Sed Deus dat esse rebus mediantibus aliquibus causis Ergo.

2. Indirecte quidem, quia in rebus corporalibus multa sunt, quæ impedunt actiones corrumpentium, vt sal respectu carnium, &c. directe autem, quia cum ab aliqua creatura dependeat aliquis effectus secundum suum esse, sequitur quod multæ sint causæ essentialiter ordinatæ. Ergo idem effectus dependet in esse, primario quidem a Deo, secundario ab alijs causis, & tanto magis, quanto causa est proximior primæ. Vnde etiam superioribus causis in corporalibus, attribuitur conseruatio & permanentia rerum.

† 2. Concl. Arist. 12. Met. tex. 34.

Licet Deus immediate omnia creauerit; non tamen omnia conseruat.

Quia in ipsa rerum creatione ordinem in rebus instituit, vt quædam ab alijs in esse conseruarentur.

3. Concl.

Quamuis creaturæ non possit communicari, quod conseruet seipsam; potest tamen communicari, quod conseruet aliam.

Quia nulli effectui præstari potest, vt sit causa sui ipsius; sed bene vt sit causa alterius.

4. Concl.

Etsi nulla creatura possit esse causa alterius ad hoc, vt acquirat nouam formam, vel dispositionem, nisi per modum alicuius mutationis: tamen postquam formam, vel dispositionem induxit in effectum, absque alia mutatione effectus, eam conseruat.

Art. 3. Vtrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.

1. Cor. 1.

Deus potest omnia in nihilum redigere.

1. Ieremiæ 10. Corripe me, &c ne forte ad nihilum redigas me.

2. Quod Deus creaturæ esse communicet ex eius voluntate est, nec aliter in esse conseruat, nisi quantum ei continue influit esse. Ergo sicuti antequam res essent, potuit eis non communicare esse; ita postquam factæ sunt, potest eis non influere esse, & sic esse desistere ut, quod est in nihilum redigi.

2. Concl.

Aliqui dixerunt, Deum non posse rem aliquam in nihilum redigere; *quia res produxit agendo ex necessitate naturæ: sed est contra fidem: quia, Omnia quæcunque voluit fecit.*

† 3. Concl.

Deus per se non potest esse causa tendendi in nõ ens, sed hoc habet creatura ex seipsa,

in quantum est de nihilo: sed Deus per accidens potest esse causa, vt res in nihilum redigantur, subtrahendo suam actionem.

1. Concl. Diuina bonitas est causa rerum per liberã voluntatem; Vnde sicut Deus potuisset sine præiudicio suę bonitatis, non producere res, 3. Concl. ita nunc potest non conseruare. Si redigeret aliquid in nihilum, hoc non esset per aliquam actionem, sed per hoc, quod ab agendo cessaret.

Artic. 4. Vtrum aliquid in nihilum redigatur.

1. Concl. Nihil omnino in nihilum redigetur.

1. Eccles. 3. Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseverant in æternum.

2. Quæ à Deo fiunt, quædam proueniunt secundum naturalem cursum rerum, quædam miraculose. Vnde quæ facturus est Deus primo modo, cõsiderari debent ex ipsis rerum naturis: quæ altero modo ordinantur ad gratiæ manifestationem. Sed naturæ creaturarum demonstrant nullam earum in nihilum redigi: quia, Sei sunt immateriales, & sic in eas non est potentia ad non esse: Sei sunt materiales; & sic saltem remanet materia, quæ est ingenerabilis, & incorruptibilis. Nec redigere aliquid in nihilum pertinet ad gratiæ manifestationem, quia magis diuina potentia, & bonitas ostenditur, si Deus conseruet res in esse. Ergo.

† 2. Concl. Licet res sint productæ ex nihilo, non tamen redigentur in nihilum.

Quia illud declarat potentiam Dei, hoc illius manifestationem impediret.

3. Concl. Potentia creaturę ad essendum est receptiua tantum; potentia autem actiua est ipsius Dei, à quo est fluxus essendi. Vnde quod in infinitum res durent, sequitur ex infinitate diuinæ virtutis. Aliquæ tamen sunt determinato tempore.

Quæ possunt impediri ab aliquo contrario agente, cui finita virtus non potest resistere tempore infinito.

4. Concl. Forma & accidentia non sunt etiam completa, cum non subsistent & tamen eo modo, quo sunt. Non omnino redigunturin nihilum; sed remanent in potentia materiæ, vel subiecti.

Quæstio 105. De mutatione creaturarum à Deo.

Art. 1. Vtrum Deus possit immediate mouere materiam ad formam.

1. Concl. Deus immediate potest mouere materiam ad formam.

1. Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

2. Ens in potentia passiua potest immediate reduci in actum à potentia actiua, quæ eam sub sua potestate continet. Sed materia continetur sub potestate diuina. Ergo ab ea potest reduci in actum, quod est eam mouere ad formam.

† 2. Concl. Cum effectus causæ agenti similetur secũdum totum illud, ad quod se extendit virtus agentis, & cum virtus Dei se extendat ad formam & materiam, sequitur, vt compositum, quod generatur, similetur Deo secũdum virtualem continentiam; quo modo, quę in terris gignuntur, similantur soli, sicuti similantur composito generanti per similitudinem speciei. Vnde sicuti compositum generãs potest mouere materiam ad formam generando compositum sibi simile, ita & Deus. Verum dæmones & Angeli operantur circa hęc visibilia, non imprimendo formas, sed adhibendo corporalia semina.

3. Concl. Licet Deus sit causa vniuersalis: tamẽ quia est causa libera, & non solum cognoscit vniuersales rationes, sed etiam ꝓprias omnium formarum, hinc est, quod potest determinate hanc vel illam formam materiæ imprimere.

4. Concl. Hoc ipsum, quod causæ secundæ determinentur ad determinatos effectus, est illis à Deo: vnde tanto magis poterit per seipsum Deus illos producere.

Art. 2. Vtrum Deus possit immediate mouere aliquod corpus.

1. Concl. Deus potest immediate mouere secundum quemcumque motum quodcunque corpus.

1. Deus immediate fecit sex dierum opera, in quibus continetur motus corporum: Congregentur aquæ, &c. Ergo. Gen. 1.

2. Erroneum est dicere Deum non posse facere per seipsum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcunque causam creatam. Sed corpora mouentur immediate à causis creatis. Ergo.

3. Omnis motus vel sit via ad formam, vel cõsequatur ipsam, debet esse ab eodem, à quo est forma, quia eiusdem est imprimere formam, & disponere ad formam, & dare motum ad consequentem formam. Sed Deus potest immediate formam materiæ imprimere. Ergo.

† 2. Concl. Deus mouet creaturas per contactum non coporalem, sed virtualem; sed ipse non tangitur à creatura: & sic intelligitur Dionysius, quod non est tactus Dei, id est, vt tangatur. Cap. 1. de diu. nom.

3. Concl. Non oportet, vt Deus semper moueat, sicut desi-

ut desideratum, & intellectum ab eo, quod mouetur: sed sicut desideratum, & motum à seipso.

Quia omnia operatur propter suam bonitatem.

4. Concl. Non sequitur, *quod si corpus moueretur à Deo immediate, moueretur in instanti*; quia licet virtus Dei sit infinita; non tamen est in magnitudine, sed est virtus alicuius intelligentis, qui operatur in effectibus, secundum quod eis conuenit. Vnde non concludit ratio sumpta ex Aristotele. 8. Phys. tex. 79.

Art. 3. Vtrum Deus moueat immediate intellectum creatum.

1. Concl. Deus mouet intellectum creatum.

Nam docens mouet intellectum discentis. Sed Deus docet hominem scientiam. Psalm. 118. Ergo.

2. Concl. Deus mouet intellectum creatum, dando ei vim intelligendi.

Quia cum Deus sit primum ens immateriale, est primum intelligens, intellectualitas enim sequitur immaterialitatem, erit causa omnis virtutis intelligendi; quia primum in quolibet ordine est causa aliorum, quæ sunt in illo ordine.

3. Concl. Deus mouet intellectum creatum dando species intelligibiles.

Quoniam cum omnia entia præexistãt in eo, sicut in prima causa, oportet vt sint in eo intelligibiliter secundum modum suum. Ergo omnes rationes rerum intelligibilium primum existunt in Deo, & deinde ab ipso derivantur in alios intellectus.

† 4. Concl. Operatio intellectualis est quidem ab intellectu, in quo est: sed sicut à causa secunda, à Deo autem sicut à causa prima.

5. Concl. Similiter lumen intellectuale cum similitudine rei intellectæ est sufficiens principiũ, sed secundarium.

6. Concl. Deus mouet intellectum creatum, imprimendo ei similitudines: intelligibile enim mouet, prout suam similitudinem imprimit, quæ tamẽ non sufficiunt, vt eum cognoscant per essentiam.

Art. 4. Vtrum Deus possit mouere voluntatem creatam.

1. Concl. Proprium est Dei mouere sufficienter voluntatem, vt obiectum.

Nam licet voluntas à quocunque bono, vt ab obiecto possit moueri, tamen sufficienter, & efficaciter à solo Deo. Non enim sufficienter aliquid potest moueri aliquid mobile, nisi virtus actiua mouentis excedat, vel saltem adæquet virtutem passiuam mobilis. Sed virtus passiua voluntatis se extendit ad bonum vniuersale, quod est eius obiectum, & solus Deus est bonum vniuersale, quia quodlibet bonum creatum est particulare. Ergo.

Est maxime proprium Dei mouere voluntatem interius, eam inclinando. 2. Concl. Phil. 2.

1. Quia Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere.

2. Inclinare in bonum vniuersale est primi mouentis, cui proportionatur vltimus finis, sicut in rebus hu manis, dirigere ad bonũ commune est eius, qui præest multitudini. At solus Deus est primum mouens Ergo.

Deus mouendo voluntatem, non cogit ipsam. † 3. Concl.

Quia dat ei suam propriam inclinationem. † 4. Concl.

Moueri ex se, id est, à principio intrinseco, non repugnat ei, quod mouetur ab alio.

Quia illud principium potest esse ab alio principio extrinseco.

Licet voluntas moueatur ab alio; non ideo excluditur, quin etiam moueatur ex se: vnde non tollitur ratio meriti, vel demeriti. 5. Concl.

Artic. 5. Vtrum Deus operetur in omni operante.

Deus operatur in quolibet operante: ita tamen quod res ipsæ propriam habeant operationem; contradicentes, Deum solum operari in omnibus, & nullam aliam virtutem operari aliquid. 1. Concl.

Primum patet ex Isaia dicente: Omnia opera nostra operatus es in nobis Deus. Alterum sic probatur. Cap. 26.

1. *Si solus Deus operaretur, subtraheretur ordo causæ & causati à rebus, quod pertinet ad impotentiam creantis, cuius est suo effectui dare virtutem agendi. Ergo.*

2. *Virtutes operatiuæ frustra essent rebus tributæ; quia virtus ordinatur ad actus, imo ipsæ res essent frustra conditæ, si propriis operationes non haberent, quia vnumquodque est propter suam operationem: sicut materia propter formam, & imperfectum propter perfectum.*

Deus in quolibet operante operatur ratione finis, agentis & formæ. Ratione finis, *quia omnis operatio est propter aliquod bonum, vel verum, vel apparens: sed nihil est, vel apparet bonum, nisi secundum quod participat aliquam similitudinem summi boni, quod est Deus. Ergo.* Ratione agentis. *Primum agens mouet secundum ad agẽdum. Ergo omnia agunt virtute ipsius Dei.* Ratione formæ, *quia non solũ Deus mouet res ad operãdum, quasi applicando formas, & virtutes rerũ ad operationem, sed etiam dat formas agentibus, & eas tenet in esse, vnde est causa operationum* 2. Concl.

Et dans, & applicans: & conseruans formas, quæ sunt principia actionum. Ergo est causa omnium operantium, secundum formam.

3. Concl. Deus intime operatur in omnibus.

Quia forma rerum est intra rem, & eo magis, quo est prior & vniuersalior. Sed Deus est proprie causa ipsius esse vniuersalis, quod inter omnia est magis intimum rebus. Ergo. Et hinc est, quod operatur tribuuntur Deo.

† 4. Concl. Deus sufficienter operatur in nobis, sed ad modũ primi agentis: nec propter hoc superfluit operatio secundorum agentium.

5. Concl. Vna operatio non procedit simul à duobus agentibus, si sint vnius ordinis; sed nihil prohibet, si procedat à primo, & à secundo agẽte. Tertium soluitur ex ratione, qua probatum est, esse causam in ratione formæ.

Art. 6. Vtrum Deus possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

1. Concl. Lib. 2. contra Faus. c. 3 Deus potest facere præter ordinem rerum, si ordo consideretur, vt dependet a quauis secunda causa.

1. Deus aliquando facit aliquid cõtra solitum cursum naturæ, ait Augustin.

2. Cum causa superior non subijciatur ordini inferiori, sed è conuerso; sequitur, quod talis ordo Deo subijciatur, vt procedens ab eo per liberum arbitrium, quia potuisset alium ordinem instituere. Ergo.

2. Concl. Deus nõ potest facere contra ordinem rerum, vt non dependeat à prima causa.

Quia faceret contra præscientiam suam, quod est impossibile.

† 3. Concl. Quod contingit in rebus præter naturam inditam, tũc est contra naturam, cum est per actionem agentis, quod inclinationem naturalem non dedit; vt cum homo mouet lapidem sursum, sed quando est per actionem agentis, à quo depẽdet actio naturalis, vt est Deus, non est contra naturam; licet sit præter ordinem naturæ. Vt patet in fluxu & refluxu maris.

Aug. li. 26 cont. Faust c. 3.

4. Concl. Deus non potest facere contra ordinem iustitiæ.

Quia talis ordo habet rationem ad causam primam, quæ est regula omnis iustitiæ.

5. Concl. Cum Deus præter hunc ordinem agit, non mutatur.

Quia sic rebus certum ordinem indidit, vt sibi reseruaret aliquando aliter se facturum.

Art. 7. Vtrum omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum sint miracula.

Illa quæ fiũt à Deo præter causas nobis notas, miracula dicuntur.

1. Concl. Lib. 26 cõt. Faust. c. 3. *1. Ex Aug. Deus facit aliquid præter cognitum nobis cursum, &c.*

2. Miraculum dicitur quasi admiratione plenum, quia habet causam simpliciter, & omnib occultam: tunc enim mirantur, cum causam ignorant. Sed hoc est Deus. Ergo quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicentur. Aristot. 1. Met. 2.

2. Concl. Potest aliquid esse mirum vni, & non alteri.

Quia vnus potest cognoscere causam, quæ alium latet.

† 3. Concl. Etsi creatio, iustificatio, &c. à solo Deo fiant: non tamen proprie dicuntur miracula.

Quia non contingunt præter ordinem naturæ.

4. Concl. Arduum dicitur miraculum, non propter dignitatem rei, in qua fit; sed quia excedit facultatem naturæ simpliciter: insolitum, non quod non frequenter eueniat, sed quia præter consuetudinem naturæ.

Nam supra facultatem naturæ dicitur aliquid non solum propter substantiam facti, sed propter ordinem & modum faciendi.

5. Concl. Quamuis scientia Apostolorum ex se non fuerit manifesta: manifestabatur tamen in effectibus, ex quibus mirabilis apparebat.

Artic. 8. Vtrum vnum miraculum sit maius alio.

Conclusio. Vnum miraculum est maius alio.

1. Ioan. 14. Opera quæ facio, ipse faciet, & maiora faciet.

2. Miraculum non dicitur in comparatione diuinæ potentiæ, cuius respectu quodlibet est minimum, sed per comparationem ad naturam, quam excedit: vnde secundum quod aliquid magis excedit facultatem naturæ, maius miraculum dicitur. Facultas autem naturæ exceditur, vel secundum substantiam facti, vt quod duo corpora sint simul, &c. vel quantum ad id, in quo fit, vt resuscitatio mortuorum; quia natura potest dare vitam, sed non mortuo, vel quantum ad medium, & ordinem faciendi, vt cum statim quis a febre curatur. Ergo. Quæ omnia habet diuersos gradus. Et per hoc soluuntur duo argumenta, quæ procedunt ex parte potentiæ Dei.

Quæst. 106. Quomodo vna creatura moueat aliam.

Art. 1. Vtrum vnus Angelus illuminet alium.

1. Concl. Vnus Angelus illuminat alium.

Cap. 8 cæleſt hier.

1. *Ex Dion qui ait: Cunctum Angelum illuminare, & purgare alium per Angelos Ergo.*

2. *Illuminare nihil eſt aliud, quam manifeſtationem cognitæ Veritatis alij tradere, ex Paul. Sed Omnis Angelus poteſt alteri Veritatem manifeſtare. Ergo. Primum quidem fortificando Virtutem intellectiuam eius; quia ſicut Virtus imperfectioris corporis confortatur ex ſituali propinquitate corporis perfectioris; vt minus calidum creſcit in calore ad præſentiam magis calidi: ita Virtus intellectiua inferioris angeli confortatur ex conuerſione ſuperioris angeli ad ipſam: nam quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis: facit in ſpiritualibus ordo conuerſionis. Ergo. Deinde ratione ſpeciei, ex parte ſimilitudinis, quia Angelus ſuperior Veritatem quam velociter in Vniuerſalis quadam conceptione cōcepit, quodam modo diſtinguit, vt ab inferiore capi poſſit, cui connaturale eſt, vt Veritatem magis particulariter accipiat, vt Dion. inquit. Ergo.*

Ephes 3. & 5.

† 3. Concl.

Prout omnes Angeli immediate vident eſſentiam Dei, vnus non docet alium, & ſic intelligitur illud: Non docebit vir fratem ſuum. Sed rationes diuinorum operum tanto plures vnusquiſque cognoſcit in Deo quanto eum perfectius videt, & ſic ſuperior. Angelus, quia plura cognoſcit poteſt illuminare inferiorem.

Hier. 31.

Dion. c. 4. de div. nō.

4. Concl.

Vnus Angelus non illuminat alium tradēdo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ; ſed confortando lumen naturale, & manifeſtando veritatem de his, quæ pertinent ad ſtatum naturæ, & gratiæ & gloriæ.

5. Concl.

Mens rationalis formatur quidem immediate à Deo tanquam à forma vltima completiua. Verum aliæ illuminationes, quæ ſunt ab homine, vel ab Angelo, ſunt quaſi diſpoſitiones ad vltimam formam.

Art. 2. Vtrum vnus Angelus poſſit mouere voluntatem alterius.

1. Concl.

Vnus Angelus voluntatem alterius mouere non poteſt.

1. Eius eſt immutare Voluntatem, cuius eſt iuſtificare, cum iuſtitia ſit rectitudo Voluntatis. Sed hoc eſt ſolius Dei. Ergo.

2. Voluntas vel mouetur ex parte obiecti, vel ex parte potentiæ. Sed neutro modo poteſt moueri ab Angelo. Ergo: non primo; quia ſolum bonum vniuerſale mouet ſufficienter Voluntatem obiective. Sed hoc ſolus Deus oſtendit, vt ſcilicet per eſſentiam videatur à beatis. Ergo. Non ſecundo, quia operatio Voluntatis eſt inclinatio quædam Volentis in Volitum. Sed hanc inclinationem ſolus ille immutare poteſt, qui Virtutem Volendi creauit, qui eſt ſolus Deus. Ergo.

Exod. 33.

2. Concl.

Angelus poteſt inclinare voluntatem, vt amabile quoddam, & vt manifeſtans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem; & ſic poteſt inclinare ad amorē creaturæ, vel Dei, per modum ſuadentis.

† 3. Concl.

Purgatio Angeli non eſt à defectu voluntatis, ſed intellectus, id eſt, à neſcientia: perfectio etiam eſt conſummatio in finem intellectus, qui eſt veritas cognita.

4. Concl.

Cum Ariſtoteles inquit, *appetitum ſuperiorem mouere inferiorem*, loquitur de appetitu inferiore ſenſitiuo, qui poteſt moueri à ſuperiore intellectiuo, quod in Angelis non accidit.

Art. 3. Vtrum Angelus inferior ſuperiorem illuminare poſſit.

1. Concl.

Inferiores Angeli nunquam illuminant ſuperiores, ſed ab eis illuminantur.

Cap. 5 Eccl. hierarch.

1. Eſt enim ex Dion. Lex diuinitatis immobiliter firmata, vt inferiora reducantur in Deum per ſuperiora.

2. Cum ordo contineatur ſub ordine, ſicut cauſa continetur ſub cauſa, ſequitur, vt ſicut ordinatur cauſa ad cauſam, ita ordo ad ordinē. Sed prætermiſſio ordinis inferiorum cauſarum nunquam fit à Deo, niſi per miraculum, ad ordinandum homines in eius cognitionem. Ergo ordo, qui conuenit ſpiritualibus ſubſtantijs, nunquam à Deo prætermittitur, quia eius prætermiſſio in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum. Vnde patet ad ſecundum.

† 2. Concl.

Eccleſiaſtica hierarchia imitatur cœleſtem, ſed non perfectè.

Quia in cœleſti tota ratio ordinis eſt ex propinquitate ad Deum; & ideo qui ſunt Deo propinquiores, ſunt & gradu ſublimiores, & ſcientia clariores: vnde nunquam ſuperiores ab inferioribus illuminantur. At in Eccleſia interdum, qui ſanctitate ſunt Deo propinquiores, ſcientia ſunt infimi.

3. Concl.

Licet Angelus voluntate conuertatur ad illuminandum alium: non tamen poteſt ſupremus infimum illuminare prætermiſſis mediis: vnde ille poſtea illuminet ſuperiores. Voluntas enim Angeli ſemper regulatur lege diuina, quæ ordinem in Angelis inſtituit.

Art. 4. Vtrum Angelus ſuperior illuminet inferiorem.

1. Concl. Ho. de 10 ordibus.

Angeli ſuperiores illuminant inferiores de omnibus, quæ norunt.

1. *Ex Greg. & Dion. qui hoc docet.*

a.15. Eccl. 12 rach.

2. Cum omnes creaturæ ex diuina bonitate participent, & bonum, quod habent in alia diffundant, cum id sit de ratione boni, sequitur, & quanto aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tanto magis perfectiones suas nituntur in alios transfundere. Sed Angeli sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis. Ergo.

2. Concl. Licet superiores quidquid à Deo percipiunt, inferioribus impertiantur; tamen semper remanent in altiore ordine, perfectiorem scientiam habendo: quia inferiores non percipiunt ita excellenter.

† 3. Concl. Scientia superiorum Angelorum dicitur esse vniuersalior, non quod plura sciant, quæ non communicent: sed quantum ad eminentiorem modum intelligendi.

4. Concl. 2 senten. dist. 2. Cum Magister ait, *superiores Angelos, & non inferiores à seculis, cognouisse incarnationis mysterium*, intellige, quod non ita plene cognouerunt, vt superiores.

Vsque ad diem iudicij semper diuinitus supremis Angelis aliquid noui reuelatur, pertinens ad dispositionem mundi, & ad salutem electorum: vnde semper habent, quod illuminent.

Quæst. 107. De locutionibus Angelorum.

Art. 1. Vtrum vnus Angelus alteri loquitur.

1. Concl. 2. Cor. 13. IN Angelis est aliqua locutio.

1. *Scriptum hominum, aut Paul. & Angelorum loquar. Ergo.*

2. *Nihil aliud est loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare. Sed hoc est in Angelis, quia ex hoc, quod conceptus mentis Angeli ordinatur per voluntatem ad manifestandum aliquid alteri, conceptus suus innotescit alteri. Ergo.*

Pro declaratione minoris nota, *intelligibile triplicter esse in intellectu, vel habituáliter, vel vt actu consideratum, vel vt ad alterum relatum, scilicet ad faciendum, vel manifestandum aliquid. Et quia voluntatis est mouere intellectum ad operandum; ideo* ad placitum *potest intellectus imperare, vt alteri conceptum suum manifestet.*

† 2. Concl. In nobis propter grossitiem corporis, cum voluntas ordinat conceptum mentis, vt manifestetur alteri, non statim cognoscitur ab alio, nisi sensibili signo. Quod non est in Angelo, qui statim ac vult manifestare suum conceptum, alius cognoscit.

3. Concl. Angelo conuenit solum locutio interior ad quam non solum pertinet, quod loquatur sibi interius concipiendo, sed etiam vt per voluntatem conceptum alteri manifestet. Vnde lingua in Angelis metaphorice dicitur ipsa virtus, qua conceptum manifestant.

4. Concl. Vt per signum sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens Angeli ad attendendum.

Quia vt se habet sensus ad sensibile, sic intellectus ad intelligibile.

Art. 2. Vtrum inferior Angelus superiori loquatur.

1. Concl. ca. 7. cæles. hierarch. Angeli inferiores superioribus loqui possunt.

1. *Ex Dionys. Inferiores Angeli superioribus dixerunt: Quis est iste rex gloriæ &c.*

2. *Omnis illuminatio in Angelis est locutio, non contra: Angelum autem Angelo loqui, est suum conceptum manifestare; qui conceptus, non solum potest ordinari ad Deum, qui est regula veritatis, & ista manifestatio dicitur locutio, & illuminatio, quæ non fit, nisi per superiores ad inferiores; sed etiam ad voluntatem intelligentis, & sic est tantum locutio; quia non pertinet ad perfectionem vnius cognoscere quid alter velit, vel sciat, secundum quod illud à sua voluntate dependet: quia voluntas creata non est veritatis mensura; & sic inferiores possunt loqui superioribus: cum non omnis locutio sit illuminatio, quæ pendeat à Deo tanquam à principio, ratione cuius aliqui dicuntur superiores: & ideo illis competit illuminatio: at respectu voluntatis Angelus est primus: Vnde solumuntur duo argumenta.*

† 2. Concl. Omnis Dei locutio ad Angelos est illuminatio.

Quia, cum voluntas Dei sit regula veritatis, scire quid ipse velit, pertinet ad illuminationem mentis creatæ, non sic de Angelo.

Art. 3. Vtrum Angelus Deo loquatur.

1. Concl. Angelus loquitur Deo, vt ab eo aliquid accipiat, vel consultando diuinam voluntatem de agendis, vel eius excellentiam admirando.

Zach. c. 2. Respondet Angelus Deo & dixit, Domine, &c. & ex Greg. Angeli loquuntur Deo, cum per hoc, quod super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt. lib 2. mor. cap. 1.

2. Concl. Angelus nullo modo loquitur Deo, prout conceptio mentis ordinatur ad alterum: ad hoc vt cõmunicet alteri; quo modo Magister loquitur discipulo.

Quia

Quia Deus est principium omnis voluntatis, & veritatis.

† 3. Concl. Locutio non semper est ad manifestandū aliquid alteri; sed quandoque vt loquenti aliquid manifestetur.

4. Concl. Angeli semper cum Deo loquuntur laudātes ipsum, & admirantes; sed non consulentes semper de agendis.

Art. 4. Vtrum localis distantia operetur aliquid in locutione angelica.

1. Concl. Luc. 6. In locutione Angeli nullum impedimentum facit distantia loci.

1. Dives in inferno loquebatur Abrahæ non impediente locorum distantia. Ergo.

2. Locutio Angeli consistit in intellectuali operatione. Sed intellectualis operatio abstrahit a loco, & tempore, Ergo.

† 2. Concl. Licet Angelus ibi sit, vbi operatur: tamen, sicut distantia localis non impedit, quin vnus Angelus alium videre possit: ita etiam non impedit, quin percipiat, quod in eo ad se ordinatur, quod est eius locutionem percipere.

3. Concl. Quod vnus Angelus clamet ad alterum, non fit propter distantiam loci; sed significat magnitudinem affectus, vel rei, quæ dicitur.

Art. 5. Vtrum locutionem vnius Angeli ad alterum omnes cognoscant.

1. Concl. Locutionem vnius Angeli ad alium non omnes percipiunt.

1. Vnus homo potest alteri soli loqui. Ergo multo magis Angelus.

2. Conceptus mentis vnius Angeli percipi potest ab altero per hoc, quod ille cuius est conceptus sua voluntate, ordinat ipsum ad alterum; Sed potest ex aliqua causa ordinari aliquid ad vnum, & non ad alterum, Ergo.

† 2. Concl. Locutionem vnius Angeli percipit vnus, & non alij, non impedienti distantia, sed voluntaria ordinatione: vnde patet ad secūdum.

3. Concl. Licet ordinationes sint communes; quia emanant à prima regula veritatis: non tamen semper locutiones, quæ possunt esse de his, quæ ordinantur ad principium voluntatis creatæ, quod est proprium cuique Angelo.

Quæstio. 108. De ordinatione, Angelorum secundum hierarchias, & ordines.

Art. 1. Vtrum omnes Angeli sint vnius hierarchiæ.

1. Concl. Angeli non sunt vnius hierarchiæ cum hominibus ex parte multitudinis ordinatæ.

Nam vnitas principatus ex parte multitudinis est ex vnitate modi passiue gubernationis à Principe, & pluralitas ex pluralitate. Sed homines & Angeli diuersis modis a Deo gubernantur, quia illuminationibus; homines vero sub sensibilium signorum velatione. Ergo.

2. Concl. Angeli non sunt vnius hierarchiæ inter se: sed tres constituunt hierarchias.

1. Ex Dionys. qui distinguit tres Angelorum hierarchias.

ca. 6. celest. hierarch. *2. Quia non eodem modo illuminantur, & gubernantur à Deo; cum superiores vniuersalius lumen, quam inferiores percipiant, Ergo. Siquidem rationes rerum, quibus Angeli illuminantur, possunt considerari, vel vt procedunt à primo principio vniuersali, id est, à Deo; & iste modus conuenit primæ hierarchiæ: vel vt prodeunt ab vniuersalibus causis creatis, & hic modus convenit secundæ: vel vt applicantur singulis rebus, prout dependent à propriis causis; & hic modus conuenit infimæ.*

3. Concl. Errant, & contra intentionem Dionysij loquuntur, ponentes hierarchiam in diuinis personis.

Quia ex Dionys. ordo hierarchiæ est, alios quidem purgare, illuminare, & perficere: alios autem purgare, illuminare & perficere. Sed hoc proculest a diuinis Ergo

4. Concl. Omnes Angeli, immo omnes creaturæ rationales sunt vnius hierarchiæ ex parte Principis.

Quia Princeps omnium, qui possunt sacrorum esse participes, est vnus solus Deus,

† 5. Concl. Prout omnes vno modo Deum vident, scilicet per essentiam, nō distinguuntur hierarchiæ, sed quantum ad rationem rerum creatarum.

6. Concl. Homines sunt vnius hierarchiæ: quia vnus est modus intelligendi eis connaturalis: non sic in Angelis.

Art. 2. Vtrum in vna hierarchia sint plures ordines.

1. Concl. In qualibet hierarchia sunt diuersi ordines.

Ephes. c. 1. De cal. hier. c. 7. 8 & 9 *1. Deus constituit Christum hominem, aut Paul. supra omnem principatum, &c. idem patet ex Dion.*

2. Quælibet hierarchia est multitudo ordinata,

vno mo-

uno modo sub Principis gubernatione. Sed non esset multitudo ordinata, si non haberet diuersos ordines. Ergo.

2. Concl. In qualibet hierarchia ponuntur tres ordines.

Quia diuersitas ordinum secundum diuersa officia, & actus consideratur. Sed omnis ista diuersitas ad tria reducitur, scilicet ad summum, medium, & infimum, vt patet in politia humana, in qua sunt optimates, viri honorabiles, & populus. Ergo.

† 3. Concl. Ordo aliquando dicitur ordinatio comprehendens sub se diuersos gradus, & sic hierarchia dicitur ordo: aliquando dicitur ordo, gradus vnus, & sic dicuntur plures ordines vnius hierarchiæ.

4. Concl. Licet in societate Angelorum omnia possideantur communiter: tamen quædam excellentius habentur à quibusdam, quam ab alijs; vnde diuersa officia & actus, secundum quos attenditur diuersitas graduum.

5. Concl. Cælestes ordines non distinguntur secundum distinctionem actionum, scilicet, purgandi, illuminandi, &c. sicut in Ecclesiastica hierarchia: sed secundum alias differentias actionum.

Art. 3. Vtrum in vno ordine sint plures Angeli.

1. Concl. Multi Angeli sub vno ordine continentur secundum modum nostrum intelligendi.

1. Isaiæ 6. Seraphim clamabant, alter ad alterum, Ergo sunt plures in illo ordine.

2. Qui cognoscit res imperfecte, non potest eas distinguere, nisi in communi; quia distinctio fit per puncta; sicuti qui imperfecte cognoscit res naturales, eas distinguit per quædam genera communia. Sed nos imperfecte cognoscimus Angelos, & eorum officia cognoscimus, vt Dionysius dicit. Ergo.

Cap. 6.

2. Concl. Quilibet Angelus habet proprium ordinem.

Nam quælibet stella habet suum. Ergo multo magis quilibet Angelus: sed nobis est incognitus.

† 3. Concl. Angeli vnius ordinis sunt aliquo modo æquales secundum communem similitudinem ordinis; licet non simpliciter.

4. Concl. Specialis distinctio ordinis, & officiorum secundum quam quilibet Angelus habet proprium officium, & ordinem, est nobis ignota; vnde non potest dici, quod sufficienter fiat per vnum Angelum, id quod pertinet ad vnum officium angelicum.

5. Concl. Duo Angeli, qui sunt in terminis duorum ordinum magis secum cõueniunt secundum propinquitatem naturæ, quam vnus eorum cum aliquibus alijs sui ordinis; sed minus secundum idoneitatem ad similia officia, quæ idoneitas vsque ad certum terminum protenditur.

Art. 4. Vtrum distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura in Angelis.

1. Concl. Distinctio ordinum in Angelis non solum secundum dona gratuita, sed etiam secundum naturalia attenditur.

2. Sc. d. 9. *1. Aliquo munere, aut Mag. gratiæ sanctificantur. & naturalium donorum participatione connectuntur. Ergo.*

2. Ordo multitudinis principaliter attenditur per respectum ad finem, qui in Angelis potest attendi, vel secundum facultatem naturæ, vt cognoscunt, & amant Deum, & sic distinguuntur ordines Angelorum secundum naturalia dona: vel secundum facultatem supernaturalem, qui ordo consistit in visione essentiæ Dei ad quam sola gratia pertingunt; & secundum hunc respectum ordines distinguuntur completiue secundum dona gratuita, dispositiue secundum naturalia: quia Angelis data sunt dona gratuita secundum capacitatem naturalem, Ergo.

2. Concl. In hominibus distinguuntur ordines secundum dona gratuita.

Quia eis non sunt data dona gratuita secundum naturam. Vide patet ad tria argumenta.

Art. 5. Vtrum ordines Angelorum conuenienter nominentur.

1. Concl. Ordines Angelorum conuenienter nominantur, Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubini, & Seraphini. His enim nominibus eos scriptura nominare solet. Hæc nomina Dionysius exponit secundum conuenientia ad spirituales perfectiones eorum.

ca. 7. de cel. hierar. *Circa quæ notandum est, in rebus ordinatis tribus modis aliquid esse, vel per proprietatem, vt id quod res ex propria natura adæquate, & proprie conuenit: vel per excessum, vt perfectiones creaturarum Deo: vel per participationem, vt deitas creaturis. Et quia Angelorum nomina eorum proprietates significant, non debent nominari ab eo, quod imperfecte participant, neque ab eo, quod excedenter habent; sed ab eo, quod eis adæquate, & proprie conuenit. Spirituales autem perfectiones Angelorum habent diuersos gradus; licet omnes sint omnibus Angelis communes: quia superior perfectio conuenit ordini superiori per proprietatem, inferiori vero per participationem, inferior autem perfectio inferiori per proprietatem, superiori per excessum. Et hinc sumitur ratio as-*

signa-

Hom. 14. in Ioan.

significationis istorum nominum, secundum Dionys. At vero Gregor. in expositione horum nominum magis attendit exteriora ministeria. Angeli dicuntur, quia minima nũciant: Archangeli, quia summa. Virtutes, per quas miracula fiunt: Potestates, quibus potestates aduersæ arcentur: Principatus, quia bonis ordinibus præsunt, &c.

†2. Concl. Licet omnes cœlestes spiritus, vt sunt manifestatores diuinorum, communiter Angeli vocentur: tamen infimus ordo specialiter dicitur Angelorum, vt immediate annunciant. Virtus etiam si accipiatur communiter secũdum quod est media inter essentiam & operationem, omnes cœlestes spiritus sunt cœlestes virtutes. Sed si accipiatur, vt quod importat excellum quendam fortitudinis, est proprium nomen ordinis.

1. Concl. *Psal. 99. Dion. c. 12. de diu. nõ. Dionys. c. 8. cæl. hierar.* Dominatio laudatur in Deo singulariter per quendam excellum: verum per participationẽ diuina scriptura vocat dominos principaliores ordinatus, per quos inferiores ex donis eius accipiunt. Ideo hæc nomina non tribuũtur, inconuenientẽr tribus ordinibus: similiter dicendum est de alijs, quia quodlibet nomen eorum significat participationem eius, quod est in Deo.

4. Concl. Nomẽ Dominationis, Potestatis & Principat⁹, pertinet quidem ad gubernationem, sed diuersimode: & ideo non inconuenienter sunt ista tria nomina. Domini solum est præcipere de agendis: nomen potestatis ordinationem quandam designat: principari est inter reliquos priorem existere; quasi principatus primi sint in executione eorum, quæ imperantur.

5. Concl. Archangeli, secundum Greg. dicuntur ex eo, quod principantur soli ordini Angelorũ, quasi magna nunciantes. Principatus dicuntur ex eo, quod principantur omnibus cœlestibus virtutibus diuinas iussiones explentibus. vnde patet, quod neutrum est frustra.

6. Concl. Nomen Seraphim non imponitur à caritate, quæ est communis omnibus; sed à caritatis excessu, quem importat nomen ardoris, vel incendij: Sic etiam nomen Cherubin non imponitur a scientia, sed à scientiæ excessu: vnde interpretatur plenitudo scientiæ.

7. Concl. Throni, quorum est immediate rationes rerum in Deo cognoscere, distinguuntur à Seraphim, & Cherubim.

Quia licet in excellentijs horum includatur tertia; non tamen in illa Thronorum illæ duæ includuntur. Quoniam excellentia inferioris continetur in excellentia superioris, & non è conuerso.

Art. 3. Vtrum gradus ordinis conuenienter assignentur.

1. Concl. Conuenienter gradus ordinis assignantur. Dionys. ponit in prima hierarchia Seraphim, vt primos, Cherubim, vt medios. Thronos vt vltimos, in secunda, siue media Dominationes, Virtutes & Potestates: In vltima Principatus, Archangelos, & Angelos: quæ positio fundatur super auctoritate Apost. ad Coloss. 1. At Gregor. ponit Principatus in medio Dominationum, & Potestatum; Virtutes in medio Potestatum, & Angelorum: & fundatur super illud Pauli, *Super omnem Principatum, &c.* *Ephes. 1.*

Vt intelligas assignationem Dionys. nota, quod prima hierarchia accipit rationes rerũ a Deo; secunda cognoscit in causis vniuersalibus; tertia secundum determinationem ad speciales effectus. Et cum Deus sit finis totiꝰ creaturæ, ad primam hierarchiam pertinet consideratio finis, ad mediam dispositio vniuersalis de agendis, ad vltimam operis executio. Vnde Dionys. ex nominibus ordinum proprietatem illorum considerans, illos ordines in prima hierarchia posuit, quorũ nomina imponuntur per respectum ad Deum: in secunda, quæ designant communem quãdam gubernationem; in tertia, quæ designãt operis executionem. In respectu ad finẽ tria considerantur; primum aliquis considerat finem: deinde perfectam finis cognitionem accipit: postremo intẽtionem suam in finem defigit. Hinc oritur dispositio ordinis primæ hierarchiæ. Throni in hoc eleuantur, quod immediate in Deo rationes rerum cognoscere possunt: Cherubim supereminenter diuina secreta cognoscunt: Seraphim excellunt in hoc, quod est Deo vniti. In gubernatione etiam tria sunt: primum distinctio eorum, quæ agenda sunt; quod est proprium Dominationum: secundum præbere facultatem ad implendum, quod pertinet ad virtutes: tertium ordinare, vt præcepta perficiantur; quod pertinet ad potestates. In executione alij sunt quasi incipientes actiones, vt Principat⁹: alij simpliciter exequuntur, vt Angeli: alij medio modo se habẽt, vt Archangeli. Quæ assignatio est congrua, quia semper summum superioris ordinis habet affinitatem cum vltimo superioris, Gregorij quoq; positio congrua est: quia cum Dominationes sint deferentes, & percipientes ea, quæ ad diuina mysteria pertinent; ordines eis subiecti disponentur, secũdum dispositionem eorum, in quos diuina

mysteria exercentur. Vnde primus ordo post Dominationes dicitur Principatuum, qui etiam omnis spiritibus principatur: deinde potestates, per quas arcetur malus spiritus: Postea virtutes, quæ habent potestatem miraculorum, post quas sunt Angeli, & Archangeli, q nunciant hominibus vel magna, vel parua.

2. Concl. In Angelis potius est, quod subijciamur Deo, quam quod inferioribus præsideant: & ideo ordines, quia à prælatione nominantur, non sunt supremi.

3. Concl. Ordo Thronorum non est altissimus: quia illa propinquitas ad Deum, quæ designatur nomine Thronorum, conuenit etiam Cherubim, & Seraphim, & excellentius.

4. Concl. Inferiorum cognitio præeminet dilectioni: sed superiorum dilectio, & præcipue Dei præeminet cognitioni, & ideo altior est ordo Seraphim.

Art. 7. Vtrum ordines remanebunt post diem iudicij.

1. Concl. Ordines remanebunt, quo ad distinctionem graduum, post diem iudicij.

1. *Iudic. 5. Stellæ manentes in cursu suo, quod exponitur de Angelis.*

2. *Distinctio graduum inest à differenti gratia & natura. Sed differentia naturæ & gratiæ semper erit, quia tolli non potest, nisi natura corrupta. Ergo.*

2. Concl. Ordines, quo ad executionem officiorum partim remanebunt, partim non.

Quia remanebunt vt in fine, cessabunt, vt ad finem: sicut alia sunt officia militarium ordinum in pugna, alia in triumpho.

† 3. Concl. 1. Cor. 5. Illud Apost. *Quod Christus euacuabit omnem principatũ*, intelligitur quantum ad hoc, quod alios ad finem perducant.

Quia adepto fine non est necessarium tendere in finem.

4. Concl. Post diem iudicij inferiores non proficiẽt in cognitione per illuminationem superiorum, a quorum tamen lumine non solum ſẽdet noua acquisitio scientiæ in inferioribus, sed etiam conseruatio, ob quam causam remanebit ordo.

5. Concl. Post diem iudicij homines non perducentur ad salutem, sed qui salutẽm erunt adepti, aliquam illustrationem per Angelos habebunt.

Art. 8. Vtrum homines assumantur ad ordines Angelorum.

. Concl. Homines indifferenter ad ordines Angelorum assumuntur, quo ad gradum gloriæ.

1. *Matth. 22. Erunt sicut Angeli Dei.*

2. *Homines tantam gloriam merere possunt, vt Angelis æquentur, secundum singulos Angelorum gradus Ergo. Vnde errarunt contrarium, dicentes, quod patet ex promissione Christi, Luca 20. Filij resurrectionis, &c. Errarunt etiam dicentes, solum assumendas esse Virgines, & perfectos. Nam vt Aug. ait: Non erunt duæ societates hominum, & Angelorum.* Lib. 12. de cant. 2. 2. Concl.

Homines non possunt assumi ad ordines Angelorum quoad gradum naturæ.

Quia semper remanebit naturarum distinctio.

† 3. Concl. Vt Angeli inferiores non possunt transferri ad naturalem gradum superiorum, ita nec ad gratuitum: *Quia illis datur gratia secundum proportionem naturalium*, non sic hominibus: vnde possunt ad gratuitum conscendere, licet non ad naturalem.

4. Concl. Custodire, miracula facere, &c. conueniũt Angelis, qa ex naturę ordine sunt medij inter Deum & nos. Ideo communi lege per eos administrantur res humanæ, & omnia corporalia. Quod non conuenit hominibus sanctis, nisi ex speciali dispẽsatione. Nec inde sequitur, quod non assumantur ad Angelorum ordines.

5. Concl. Affirmare homines trãsferri ad pœnas dæmonum, non est erroneum. Errarunt tamen, qui dixerunt, dæmones non esse, nisi animas defunctorum, quod reprobat Chrysost.

Quæstio 109. De ordine Angelorum malorum.

Artic. 1. Vtrum ordines sint in dæmonibus.

1. Concl. Ephes. 6. lect. cap. 4. de div. nom. DÆmones secundum conditionem naturæ adhuc sunt in ordinibus.

1. *Colligitur ex Paulo, cum ait, esse nobis colluctationem aduersus principes, &c.*

2. *Quia & Dionysius ait, data naturalia non amiserunt.*

2. Concl. Dæmones neque sunt, neq; fuerunt in ordinibus secundum statum Angelorum gloriæ.

3. Concl. Dæmones non sunt, sed fuerunt in ordinibus secundum statum gratiæ imperfectæ & meritoriæ.

Quia omnes Angeli creati fuerunt in gratia.

† 4. Concl. Licet ordo pertineat ad rationem boni, nõ ideo debet tolli à dæmonibus, cum habeant naturam bonam.

5. Concl. Ordinatio dæmonũ ex parte Dei est sacra, quia eis vtitur propter seipsum: sed ex parte volun-

voluntatis ipsorum, non est sacra, cum abuntur sua natura ad malum.

6. Concl. Nomen Seraphim imponitur ab ardore caritatis, Thronorum ab inhabitatione diuina, & dominationum importat libertatem quandam: qua omnia opponuntur peccato, & ideo non conueniunt Dæmonibus.

Art. 2. Vtrum in dæmonibus sit prælatio.

In dæmonibus est prælatio.

1. Concl. 1. Cor. 15. 1. *Quandiu, ait Gloss. durat mundus Angeli Angelis, homines hominibus, dæmones dæmonibus præsunt.*

2. Cum actio sequatur naturam rei, eorum actiones erunt subordinatæ: quorum naturæ subordinatæ sunt. Sed dæmonum alij naturali ordine sub alijs constituuntur. Ergo & eorum actiones: & hoc est, quod ratione prælationis facit.

3. Id conuenit diuinæ sapientiæ, quæ nihil inordinatum relinquit.

† 2. Concl. S. ep. 8. Prælatio dæmonum fundatur super iustitiam Dei cuncta ordinantis.

3. Concl. Concordia dæmonum, qua quidam alijs obediunt, non est ex amicitia: sed ex communi nequitia, qua homines oderunt; & Dei iustitiæ repugnant.

4. Concl. In dæmonibus est naturalis prælatio; *quia non sunt æquales secundum naturam*: non sic homines. Et quod aliqui præsint, non est ad bonum ipsorum, *cum præesse in malis sit miserum.*

Art. 3. Vtrum in dæmonibus sit illuminatio.

1. Concl. In dæmonibus non est illuminatio proprie.

1. *Illuminatio est cum purgatione. At hoc non conuenit dæmonibus, quia ab immundo nihil immundatur. Ergo.*

Eccl. 35. 2. *Illuminatio propria est manifestatio veritatis in ordine ad Deum. Sed peruersitas dæmonum habet, vt vnus non ordinet alium ad Deum, sed magis abducat. Ergo.*

2. Concl. Potest tamen vnus alij suum conceptum manifestare per modum locutionis.

† 3. Concl. Non quælibet manifestatio veritatis est illuminatio, vt est dictum.

4. Concl. Maior plenitudo luminis naturalis, quæ est in superioribus dæmonibus non potest esse ratio illuminationis.

Quia & angeli, & dæmones à principio suæ conditionis omnia cognouerunt, quæ ad naturalem cognitionem pertinent.

Art. 4. Vtrum boni Angeli habeant prælationem super malos.

1. Concl. Lib. 3. de Trin. c. 4. Hom. 14. in Euang. Boni Angeli, super malos prælationem habent, & per eos reguntur.

1. Ex Augustino, & Gregorio, qui propositam conclusionem docent.

2. Ille creaturæ in alias influentiam habent, quæ sunt perfectiores, & Deo propinquiores: quia totus ordo prælationis primo, & originaliter est in Deo, & participatur à creaturis, secundum quod Deo magis propinquant. Sed maxima perfectio, per quam maxime Deo appropinquatur, est visio Dei, qua angeli fruuntur. Ergo.

2. Concl. Per angelos multa diuina mysteria dæmonibus reuelantur.

Quia Dei institua exigit, & per Dæmones aliqua fiant, vel ad punitionem malorum, vel ad exercitationem bonorum, quæ reuelationes respectu Angelorum sunt illuminationes; quia eas ordinant ad Deum sed non respectu dæmonum cum eas ad expletionem propriæ iniquitatis, ordinent.

3. Concl. Angeli non ideo sunt negligentes, quia non totaliter cohibent, malos a nocendo, cum sint ministri sapientiæ Dei permittentis aliquà mala fieri propter bona, quæ ex eis elicit.

4. Concl. Angelus inferior ordine naturæ, præest dæmonibus ordine naturæ superioribus.

Quia virtus diuina iustitiæ; cui inhærent boni Angeli potior est; quam virtus naturalis dæmonum.

Quæst. 110. De præsidentia Angelorum super creaturam corporalem.

Artic. 1. Vtrum creatura corporalis administretur per Angelos.

1. Concl. Lib. 3. de Trin. c. 8. OMnia corporalia reguntur per Angelos.

1. Ex aug. & Greg. qui hoc docent.

2. Omnis potestas particularis regitur per vniuersalem, vt patet in hominibus & Angelis, in quibus superiores præsunt inferioribus. Sed virtus corporea est particularis, quia est individuata per materiam; virtus vero Angeli est vniuersalis; quia est absoluta, & intellectualis. Ergo.

2 Concl. Licet res corporales habeant determinatas actiones: tamen eas non exercent, nisi secundum quod mouentur à spirituali, & ideo oportet vt à spirituali moueantur.

3. Concl. Nos ponim⁹ multa in corporib. inferioribus fieri præter naturales actiones corporum quod non cognouit Arist. ad quæ non sufficiunt

ciunt virtutes cęlestium corporum. Ideo dicendum est Angelos habere immediatā præsidentiam, non solum supra cælestia, sed etiam supra inferiora corpora.

4. Concl. Quamuis creaturę corporales administrētur per Angelos; non tamen sequitur esse plures ordines Angelorum, quam nouem: quia ordines distinguuntur secundum generalia officia. Vnde ex Greg. ad ordines potestatum pertinent omnes Angeli qui habent præsidentiam super dæmones; ad virtutem ordinem, qui præsidentiam habent super res corporeas.

Art. 2. Vtrum materia corporalis obediat Angelis ad nutum.

1. Concl. Omnis informatio materiæ, vel est à Deo immediate, vel ab agente corporali, non autem immediate ab Angelo.

Lib. 3. de Trin. c. 3. *1. Non est putandum, ait Aug. istis transgressoribus Angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam.*

2. Omne quod fit, fit à simili. Ergo quod facit res naturales, habet similitudinem cum composito; vel quia est compositum, sicut ignis generat ignem, vel quia totum compositum, quantum ad materiam, & formam, est in virtute ipsius, quod est proprium Dei.

2. Concl. Errarunt Plato & Auicen. dicentes formas materiales causari ex immaterialibus formis. Errarunt autem putantes formam esse quasi aliquid per se factum.

lib. 7. Met. tex. 26. & 27. *Nam ex Arist. quod proprie fit, est compositum. Illius enim est fieri, cuius est esse, cum sit subsistens; forma vera non est ens, quasi ipsa sit, sed sicut quo aliquid est, Ergo.*

† 3. Concl. Anima est forma corporis, & ideo non est mirum si corpus formaliter transmutatur ex conceptione ipsius. Angelus autem non sic se habet ad corpora naturalia.

4. Concl. Quod potest virtus inferior, potest superior; non tamen eodem, sed excellentiore modo: & sic Angelus, nobiliori modo transmutat materiam, mouendo agentia corporalia, vt causa superior.

5. Concl. Nihil prohibet ex virtute Angelorum aliquos effectus sequi, in natura, ad quæ agentia corporalia non sufficerent: sed hoc non est Angelo obedire materiam ad nutum.

Art. 3. Vtrum corpora obediant Angelis ad motum localem.

1. Concl. Natura corporalis nata est moueri immediate à natura spirituali secundum locum.

1. Ex Aug. Angeli adhibent semina corporalia ad aliquos effectus producendos: Sed hoc non possunt facere, nisi localiter mouendo, Ergo.

Lib. 3. de Trin. c. 3. *2. Cum diuina sapientia coniungat fines primorum, principijs secundorum, ex Dion. sequitur quod natura inferior in sui supremo attingatur à natura superiore. Sed natura corporalis est infra naturam spiritualem, & inter omnes motus perfectior est motus localis, ex Aristotel. quia mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum, Ergo.*

Cap. 7. de diu. nom. 3. Phys. tex. 57. *3. Ex auctoritate Philosophorum, dicentium suprema corpora moueri localiter à substantijs abstractis: & etiam quia videmus quod anima mouet corpus principaliter motu locali.*

† 2. Concl. In corporibus sunt alij motus locales præter eos, qui consequuntur formas, vt fluxus & refluxus maris, qui consequitur virtutem Lunæ: & multo magis aliqui motus locales possunt consequi vim Angeli.

3. Concl. Angeli causando motum localem, tanquā priorem, per eum causare possunt alios motus, adhibendo agentia corporalia.

4. Concl. Virtus motiua animæ contrahitur ad corpus vnitum, quo mediante alia potest mouere: sed virtus Angeli non est contracta ad corpus; vnde potest corpora non coniuncta localiter mouere.

Art. 4. Vtrum Angeli possint facere miracula.

1. Concl. Solus Deus miracula facere potest.

1. Psalm. 135. Qui facit mirabilia magna solus.

2. Miraculum proprie dicitur, cum fit aliquid præter ordinem, non particularis, sed totius naturæ creatæ. Sed hoc solus Deus potest. Ergo. Nam quidquid facit quæuis creatura virtute propria, fit secundum ordinem naturæ creatæ.

† 2. Concl. Aliqui Angeli dicuntur miracula facere, vel quia ad eorum desiderium Deus miracula facit; vel quia aliquod ministerium exhibent in miraculis.

3. Concl. Angeli, & dæmones dicuntur facere miracula, non simpliciter, sed quo ad nos. *Quia cum aliquid fit præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ per virtutem creatam nobis ignotam dicitur miraculum quoad nos. Et sic Magi per dæmones miracula faciunt.* Boni Christiani dicūtur facere miracula propter publicam iustitiam: quando ea faciunt per diuinam iustitiam. Mali autem per signa publicæ iustitiæ inuocando nomen Christi, vel exhibendo aliqua sacramenta.

4. Concl. Spirituales potestates possunt facere, quæ visibiliter fiunt in hoc mundo, adhibendo

corpo-

corporalia semina per motum localem; sed non est miraculum.

5. Concl. Etsi Angeli possint facere aliquid: præter ordinem naturæ corporalis; non tamen præter ordinem totius creaturæ, quod exigitur ad rationem miraculi.

Quæstio III. De actione Angelorum in homines.

Artic. I. Vtrum Angelus possit illuminare hominem.

1. Concl. ca. 4 cæles. hierarch. HOmines illuminantur per Angelos.

1. Reuelationes diuinorum, aut Dicuntur peruenire ad homines mediantibus Angelis. Sed hæ sunt illuminationes. Ergo.

2. Ordo prouidentiæ habet, vt actionibus superiorum inferiora subdantur. Ergo vt inferiores Angeli illuminantur per superiores; ita homines per Angelos, quibus sunt inferiores.

2. Concl. Modus vtriusque illuminationis est partim similis, partim diuersus. Similis quidem, *quia illuminatio in omnibus attenditur secundum quod intellectus inferior confortatur per actionem intellectus superioris, & proponuntur intellectui inferiori species intelligibiles superioris ita vt capi possint.* Diuersus, *quia id in Angelis fit prout superior veritatem vniuersaliter conceptam diuidit, secundum capacitatem inferioris. Sed Angeli hominibus veritatem proponunt sub similitudinibus sensibilium: cum eis naturale sit, per phantasmata speculari. Intellectus autem fortificatur per actionem intellectus Angelici.*

†3. Concl ca. 4 cæles. hierarch. Duo requiruntur ad fidem, primum habitus quo intellectus disponitur ad obediendum voluntati tendendi in diuinam veritatem, & sic fides est a solo Deo: alterum vt credibilia proponantur credenti; & hoc fit per hominem: & sic fides est ex auditu, & per Angelos, per quos nobis reuelantur diuina.

Rom. 10. Qui etiam illuminant circa agenda.

4. Concl. Ratio naturalis, quæ est immediate à Deo potest per Angelum confortari: iuuatur etiam homo per Angelos. vt Deum ex creaturis perfectius cognoscat.

5. Concl. Illuminatio potest considerari, vel ex parte rei intellectæ, & sic quicunque illuminatur, intelligit se illuminari: vel ex parte principij, & sic non quicunque illuminatur ab Angelo, cognoscit se ab Angelo illuminari.

Art. 2. Vtrum Angeli possint immutare voluntatem hominis.

1. Concl. prom. 13. Voluntas ab interiore, à solo Deo potest immutari.

1. Cor Regis, aut scriptura, in manu Domini, &c.

2. Cum motus voluntatis non sit aliud, quam inclinatio voluntatis in rem volitam, illius tantum est immutare voluntatem, qui dat naturæ intellectuali virtutem talis inclinationis. Sed hoc est solius Dei. Ergo.

2. Concl. Solus Deus mouet voluntatem ab exteriore, seu obiectiue efficaci sufficientia. Angelus vero, & homo per modum suadentis tantum.

3. Concl. Angeli, & homines possunt immutare voluntatem ex parte passionum; non tamen necessitate.

Quia possunt concitare huiusmodi passiones; Verum voluntas semper remanet libera.

gl. in c. 1 ad Heb. †4. Concl. Angeli, vel homines dicuntur vrere vitia & inflammare ad virtutes per modum persuasionis. Sic etiam diabolus dicitur incensor cogitationum, prout incitat ad cogitandum, vel appetendum cogitata per modum persuadentis, vel passionem concitantis.

5. Concl. Licet intellectus humanus secundum præsentem statum non possit intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata; tamen voluntas potest velle ex iudicio rationis nõ sequendo passionẽ appetitus sensitiui, & ideo quamuis Angelus possit illuminare intellectum, non tamen potest mouere voluntatẽ.

Art. 3. Vtrum Angelus possit immutare imaginationem hominis.

1. Concl. Angelus tam bonus, quam malus virtute suæ naturæ potest mouere imaginationem hominis.

Mat. 1. & 2 *1. Quæ apparent in somnijs videntur imaginaria visione, sed Angeli reuelant aliquid in somnijs, Ergo.*

2. Cum natura corporalis obediat Angelo ad motum localem, sequitur; Si quæ ex motu locali corporum possunt causari, subsint virtuti Angelorum. Sed apparitiones imaginarie causantur interdum in nobis ex locali mutatione corporalium spirituum, & humorum, vt patet in dormientibus, Ergo.

2. Concl Arist. li. de som. & vig. cap. 3. Licet principium phantasiæ sit à sensu secundum actum; quia non possumus imaginari, quæ nullo modo sentimus: tamen aliquando imaginatio informatur, vt actus phantastici motus consurgat ab impressionibus interius conseruatis.

3. Concl. Angelus transmutat imaginationem, non quidem imprimendo formam nullo modo prius per sensum acceptam, sed per motum localem spirituum, & humorum.

4. Concl. Commistio spiritus Angelici ad imagina-

ionem, non est per essentiam, sed per effectum, quem in imaginatione facit, cui demonstrat quæ ipse nouit, sed non eodem modo, quo ipse nouit.

5. Concl. Angelus causans imaginariam visionem interdum simul intellectui illuminat, vt cognoscat, quid per huiusmodi similitudines significetur; & tunc nulla est deceptio: interdum tantum facit, vt similitudines rerum appareant imaginationi; & tunc si causatur deceptio, est ex defectu intellectus recipientis.

Art. 4. Vtrum Angelus possit immutare sensum humanum.

1 Concl. Angelus & ab interiori, & ab exteriori, potest immutare sensum hominis, sua naturali virtute.

Gen 19. 4. Reg. 6. *1. Nam Angeli percusserunt Sodomitas caecitate.*

2. Quia potest angelus opponere exterius sensibile aliquod sensus, vel à natura, vel de nouo formatum. Similiter potest interius commouere spiritus, & humores, ex quibus sensus diuersimode immutetur, Ergo

† 2. Concl. Et si principium sensitiuæ operationis, non possit esse absque principio interiore, id est, absque potentia sensitiua: tamen illud interius principium potest multipliciter ab exteriore principio commoueri.

3. Concl. Angelus per commotionem interiorem spirituum, & humorum potest aliquid operari ad immutandum actum etiam potentiæ nutritiuæ.

4. Concl. Angelus singulari modo potest immutare sensum præter ordinem communem.

Quia potest facere præter ordinem particularis naturæ, cum ea, non subdatur.

Quæstio 112. De missione Angelorum.

Art. 1. Vtrum Angeli in ministerium mittantur.

1. Concl. Exod. 23. Aliqui Angeli mittuntur à Deo in ministerium.

1. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat.

2. Ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab alio procedit, & incipiat esse vbi prius non erat, vel vbi prius erat, per aliquem modum. Sed Angelus procedit ab alio, vt incipiat esse, vbi prius non erat, Ergo Quia cum Angelus corpora moueat, habeatque virtutem finitam, sic attingit vnum, vt non attingat alium, ideo aliquando hic, vt non sit alibi. Ergo cum aliquid efficit de nouo applicat suam virtutem, & incipit ibi esse. Et quia totum hoc est ex imperio diuino, & propter Deum, tanquam in finem, Angelus erit Dei ministri, & eius operationes erunt ministeria.

† 2. Concl. Actio intellectualis, si sic dicatur, quasi in intellectu consistens; vt contemplatio, non determinat sibi locum: si autem quia ab aliquo intellectu est regulata, & imperata, sic aliquando determinat sibi locum.

3. Concl. Cœlum empyreum pertinet ad dignitatem Angeli secundum congruentiam cum Angelus nihil dignitatis accipiat ab illo: vnde nihil derogat, si non sit ibi actu.

4. Concl. Actiones exteriores Angeli, quæ regulantur per solam intellectualem operationem nō impediunt eius contemplationem: quia duarum actionum, quarum vna est regula, alterius vna non impedit, sed iuuat alteram: in nobis secus accidit, quia actioni insistimus, secundum sensitiuas vires.

5. Concl. Angeli in suis exterioribus actionibus ministrant principaliter Deo, deinde nobis; non quod simus illis superiores simpliciter loquendo, sed prout vnusquisque adhærendo Deo, fit vnus spiritus cum eo, & est superior omni creatura.

Art. 2. Vtrum omnes Angeli in ministerium mittantur.

1. Concl. Hom. 34. in Euangel. Simpliciter dicendum est, quod superiores Angeli nunquam ad exterius ministerium mittuntur.

Ita Greg. ex sententia Dion. superiora agmina ipsum exterioris ministerij nequaquam habent.

2. Concl. Aliqui dixerunt Angelos inferiores tantum mitti de lege communi, superiores vero ex diuina dispensatione, quod tamen irrationabile videtur.

Nam supposito ordinem diuinæ sapientiæ, non solum in Angelis sed etiam in toto vniuerso habere, & inferiora per superiora administrentur a quo ordine non recedunt, nisi ex dispensatione propter aliquem ordinem, scilicet gratiæ, ad eum manifestationem, & in resurrectione Lazari factum est, talis opinio sic repellitur

1. Ordo Angelorum est secundum diuinas gratias rum: Sed hic ordo non habet aliquem superiorem ordinem, propter quem præterm ittendus deberet, sicut ordo naturæ præterm ittitur propter ordinem gratiæ. Ergo.

2. Ordo naturæ in operatione miraculorum præterm ittitur propter fidei confirmationem: sed ad fidem nihil valeret, si præterm itteretur ordo ange-

lucis: quia hoc à nobis percipi non potest, Ergo.

3. Quia nihil est tam magnum, quod per inferiores exerceri non queat, vt patet in annunciatione incarnationis, quæ facta fuit per Archangelum, ex Greger e.

† 2. Concl. Quod dicitur omnes esse administratores spiritus, &c. intelligendum est de missione secundum spirituales effectus, prout vnus Angelus illuminat alium; & sic omnes mittuntur; non autem missione exteriori.

Heb. 1.

3. Concl. Isa. 6. Angelus, qui missus est ad purgandum labia prophetæ secundum Dionys. fuit de inferioribus: sed dictus est Seraphin æquiuoce.

Quia venerat ad incendendum labia prophetæ.

4. Concl. Nihil prohibet inæquales Angelos ad ministeria mitti; ita tamen, vt superiores mittantur ad altiora.

Art. 3. Vtrum Angeli qui mittuntur assistant.

1. Concl. lib. 17. Mor. c. 7. Omnes Angeli ministrantes, assistunt quoad visionem Dei.

1. Quia omnes immediate vident essentiam Dei, vt ait Gregorius.

2. Quoad perceptionem diuinorum mysteriorum in Deo, solis superiores primæ hierarchiæ assistunt: quia illorum, vt inquit Dion. proprium est a Deo illuminari immediate. Idem docet Greg. Assistunt, inquit, illæ potestates, quæ ad quædam hominibus nunciandæ non exeunt. Vnde patet ad duo argumenta.

cap 7. cel. hierarch.

† 2. Concl. lib. 2. Mor. cap. 3. Satan Iob. c. 1. non dicitur astitisse, sed inter assistentes astitisse describitur.

Quia vt inquit Greg. & si beatitudinem perdidit, naturam tamen angelicam non amisit.

3. Concl. Totius primæ hierarchiæ proprium esse dicitur immediate illuminari a Deo; sed superiores eorum plura recipiunt: vnde omnes assistentes aliquid immediate vident.

Art. 4. Vtrum angeli secundæ hierarchiæ omnes mittantur.

1. Concl Ca 8. cæleſt. hier. Non omnes Angeli secundæ hierarchiæ mittuntur.

1. Ex Dion. Dominationes sunt maiores omni subiectione. Sed missio ministerium ad subiectionem pertinet, Ergo.

2. Angeli illorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur ex quorum nominibus aliqua executio diuinorum mysteriorum datur intelligi. Sed in nomine dominationum non importatur aliqua executio, sed sola dispositio & imperium de agendis: importatur autem in nominibus inferiorum ordinum, cum angeli & Archangeli denominentur à denunciando, & virtutes, ac potestates per respectum ad aliquem actum, Ergo.

† 2. Concl. Dominationes computantur inter angelos ministrantes, non tanquam exequentes ministerium, sed sicut disponentes, & mandantes quid per alios fieri debeat.

3. Concl. Secundum Greg. plures sunt ministrantes, quam assistentes.

Hom. 34 in Euangel. Dionys. cap. 8. ca. hierar. Nam ex Platone, quo aliqua sunt vni primo principio propinquiora, eo sunt minoris multitudinis. Sed secundum alios, cum assistentes sint superiores ministrantibus, plures erunt; quia quod est melius; est magis à Deo intentum, & multiplicatum.

Quæst. 113. De custodia Angelorum, & impugnatione malorum.

Art. 1. Vtrum homines custodiantur ab angelis.

1. Concl. NEcessarium fuit vt hominibus angeli ad custodiam deputarentur.

1. Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te.

2. Secundum rationem diuinæ prouidentiæ omnia mobilia & variabilia per immobilia, & inuariabilia mouentur, & regulantur, vt corporalia per substantias spirituales immobiles, & inferiora corpora per superiora inuariabilia, secundum substantiam. Sed homines secundum cognitionem, & affectionem sunt multipliciter variabiles à bono. Ergo oportet eos regulari per Angelos, qui sunt inuariabiles.

† 2. Concl. Homo per liberum arbit. potest aliqualiter malum vitare, sed non sufficienter: sicut vniuersalis cognitio naturalis legis dirigit hominem ad bonum: sed non sufficienter; & ideo indiget custodia.

3. Concl. Ad bonum operandum duo requiruntur, primum vt affectus inclinetur ad bonum, quod fit per habitum virtutis, & quantum ad hoc Deus immediate custodit hominem infundendo ei gratiam, & virtutes. Secundo vt ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonum virtutis, & sic Deus custodit hominem, sicuti vniuersalis instructor: cuius instructio peruenit ad hominem per angelos.

4. Concl. Quod homines pereant, non est imputandum negligentiæ Angelorum, sed malitiæ hominum. Quod autem angeli aliquando præter legem communem hominibus appareant, est ex speciali Dei gratia.

Art. 2. Vtrum singuli homines à singulis angelis custodiantur.

1. Concl. Singulis hominibus singuli Angeli ad custodiam deputantur.

14 Mat. c. 18. 1. *Hiero Magna dignitas animarum; & vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum.*

Hom. 34 in Euang. 2. *Cum prouidentia diuina sit specialiter, & directe circa res immortales & perpetuas, oportet vt sicut se habet corruptibilium genera & species, sic se habeat ad incorruptibilium individua, sed ex Greg. diuersi ordines deputantur diuersis rerum generibus; & probabile est, quod diuersis speciebus rerum diuersi Angeli eiusdem ordinis præficiantur. Ergo rationabile est, quod diuersis hominibus diuersi Angeli ad custodiam deputentur: cum Angelorum custodia sit quædam executio diuinæ prouidentiæ.*

† 2. Concl. Si homo consideretur secundum se, sic vni homini debetur vnus custos, si autem vt est pars ciuitatis, vel collegij, sic vnus potest esse custos plurimorum: verum singulis hominibus singuli deputantur: quia eorum custodia se extendit, quantum ad inuisibilia, & occulta, quæ pertinent ad salutem singulorum, secundum seipsos.

3. Concl. Sicut aliquis infimus Angel⁹ illuminatur, quantum ad quædam ab aliquo supremo, & quantum ad aliqua ab eo, qui immediate ei præfertur; ita possibile est vt aliquis Angelus immediate illuminet hominem; qui tamen habeat aliquos Angelos sub se, quos illuminet.

4. Concl. Licet homines natura sint pares: tamen inuenitur in eis inæqualitas, secundum quod ex diuina prouidentia quidam ordinantur ad maius, & quidam ad minus.

Art. 3. Vtrum custodire hominem pertineat solum ad infimum ordinem angelorum.

1. Concl. Custodia particularis hominis pertinet ad infimum gradum Angelorum.

1. *Nam Psal. 90. Custodia hominis attribuitur Angelis, quorum ordo est infimus.*

Ho. 34. in Euang. 2. *Minima, secundum Greg. pertinent ad infimũ ordinem. Sed procurare, quæ ad vnius hominis salutem pertinent, minimum est in officijs Angelorum. Ergo.*

3. Concl. Custodia vniuersalis hominis, multiplicatur secundum diuersos ordines. Quia quanto agens fuerit vniuersalius, tanto est superius: & sic custodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinem Principatuum, vel forte ad Archangelos. Virtutes super naturas omnes corporales potestates habent & potestates super dæmones.

† 3. Concl. Hom. 60. in Matt. cap. 4. cæl. hierarch. Cum Chrys. ait, supremos curam habere, intelligitur de supremis in ordine infimo Angelorum.

Quia cum in quolibet ordine ex Dion sint primi, medij, & vltimi, probabile est, maiores deputari ad custodiam eorum, qui sunt futuri superiores.

4. Concl. Non omnes Angeli qui mittuntur, habent particularem custodiam super singulos homines; sed aliqui vniuersalem.

5. Concl. Inferiores Angeli exercent officia superiorum, in quãtum aliquid de dono eorum participant, vnde possunt arcere dæmones, & miracula facere.

Art. 4. Vtrum omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur.

1. Concl. cap. 18. in Mat. Psal. 12. Omnes homines in statu vitæ habent Angelos custodes.

1. *Ex Hieron. Magna est dignitas animarum, &c.*

2. *Constitutis in via, in qua multa imminent pericula, dantur custodes. Sed omnib hominibus in statu huius vitæ imminent pericula tum ab interiore, tum ab exteriore. Ergo.*

2. Concl. Cum homo ad terminum vitæ peruenerit, iam non habebit Angelum custodem sed vel in regno conregnãtem, vel in inferno dæmonem punientem.

† 3. Concl. Christus vt homo immediate regulabatur à Verbo, & ideo non indigebat custodia Angelorum.

4. Concl. Etiam in statu innocentiæ homo indigebat Angelorum custodia.

Quia licet ei non imminueret periculum ab interiore, vbi omnia erant ordinata: imminebat tamen ab exteriore propter insidias dæmonum.

5. Concl. Præsciti, infideles, & Antichristus, vt non priuantur interiore auxilio naturalis rationis, ita non priuantur exteriore auxilio naturæ humanæ concesso, custodia scilicet Angelorum; quibus saltem iuuantur, prout ab aliquo malo retrahuntur.

Art. 5. Vtrum Angelus deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate.

1. Concl. Statim à natiuitate habet homo Angelum ad sui custodiam deputatum.

Patet ex Hieron. in Matt. c. 18. Vnde reijcitur opinio dicentium, quod à tempore baptismi. Quia ea tantum beneficia, quæ dantur homini ex eo,

quod

quod est Christianum, incipiunt à tempore baptismi. Sed quæ homini dantur, vt habeat naturam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accipit: at talis est custodia Angelorum. Ergo.

† 2. Concl. Angeli mittuntur in ministerium, efficaciter quidem propter eos solos, qui hæreditatem capiunt salutis, si consideretur vltimus effectus custodiæ; tamen alijs eorum ministerium non subtrahitur.

3. Concl. Officium custodiæ ordinatur quidem ad illuminationem doctrinæ, vt ad vltimum, & principalem effectum: tamen habet multos alios effectus, qui pueris competunt: vt arcere dæmones, &c.

4. Concl. Puer quandiu est in materno vtero: nõ est totaliter a matre separatus, sed est aliquid eius, vt fructus pendens in arbore: vnde dici potest custodiri ab Angelo matris.

Art. 6. Vtrum Angelus custos quandoque deserat hominem.

1. Concl. Angelus custos nunquam totaliter dimittit hominem.

1. Pet. 5. *1. Dæmones nos semper impugnant, vt ait Petrus. Ergo multo magis boni Angeli nos semper custodiunt.*

2. Custodia Angeli est executio quædam diuinæ prouidentiæ, circa hominem. Sed nec homo, nec illa res totaliter diuinæ prouidentiæ subtrahitur; quia prout aliquid participat de ente, subditur vniuersali prouidentiæ entium. Ergo.

2. Concl. Interdum Angelus dicitur custodiam dimittere, prout non impedit, ne homo subdatur tribulationi, vel cadat in peccatũ. Vnde patet ad duo argumenta.

† 3. Concl. Etsi Angelus interdum derelinquat hominem loco; non tamen eum derelinquit, quãtum ad effectum custodiæ: quia etiam cũ est in cœlo cognoscit, quid circa hominem agatur, & statim potest adesse.

Art. 7. Vtrum Angeli doleant de malis eorum, quos custodiunt.

1. Concl. Angeli non dolent, neque de peccatis, neque de pœnis hominum.

lib. 14. de ciu. cap. 7. *1. Vbi est tristitia & dolor, ibi non est perfecta felicitas. Sed Angeli sunt perfecte beati. Ergo.*

2. Tristitia, & dolor, ex Aug. non sunt, nisi de his, quæ contrariantur voluntati. Sed nihil accidit, quod sit contrarium voluntati Angelorum; quia eorum voluntas totaliter inhæret diuinæ iustitiæ, per quam omnia fiunt, vel permittuntur. Ergo.

2. Concl. Angeli, absolute loquendo, non volunt peccata & pœnas hominum; volunt tamen in hoc diuinam iustitiam seruari, secundum quam quidam pœnis subduntur & peccare permittuntur.

3. Concl. Cap. 38. Illud Isa. *Angeli pacis amare flebunt*, si exponatur de Angelis bonis, erit metaphorica locutio ad designãdum; quod angeli volunt in vniuersali hominum salutem. Secundum soluitur ex dictis.

4. Concl. Tam in pœnitentia, quam in peccato, manet vna ratio gaudij in Angelis, scilicet impletio ordinis diuinæ prouidentiæ.

5. Concl. Angeli dicuntur in iudicium pro peccatis hominum, non quasi rei, sed quasi testes ad conuincendum homines de eorum ignauia.

Art. 8. Vtrum inter Angelos possit esse pugna, seu discordia.

1. Concl. lib. 17. Mor. 7 in hunc locum. Inter Angelos est pugna.

Daniel 10. Princeps Regni Persarum, id est, Angelus custos illius Regni, vt exponit Greg. licet Hieron. per principem intelligat aliquem dæmonem, qui populum ad peccandum ducebat, opponebat, se Danielis precibus, quas Gabriel Deo offerebat. Ergo cum resisteret alij, & sic inter eos erat pugna.

2. Concl. Pugna ista non est ex contrarietate voluntatum.

Quia omnes Angeli conueniunt in hoc, vt Dei sententia impleatur.

3. Concl. Angeli dicuntur pugnare, *quia ea, de quibus Deum consulunt, sunt repugnantia.* Nam cum Dei iudicia circa regna, & homines per Angelos exerceãtur, & in suis actionibus Angeli per diuinam sententiam regulentur; si accidat, vt propter diuersa merita, vel demerita vnus alteri subdatur, vel præsit; & Angeli quid ordo diuinæ sapientiæ in hoc requirat ignorent nisi Deus, reuelet; Deum cõsulunt. Quare in quantum de contrarijs meritis diuinam consulunt voluntatem, sibi inuicem resistere dicuntur. Vnde patet ad tria obiecta.

Quæstio 114. De dæmonum impugnatione.

Art. 1. Vtrum homines impugnentur à dæmonibus.

1. Concl. Homines impugnantur à dæmonibus.

Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio, ait Paul. aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus Principes &c.*

2. Concl. Ipsa impugnatio est ex malitia dæmonum

Quia ex inuidia hominis profectum impedire nituntur; & propter superbiam, diuinæ potestatis similitudinem usurpant, deputando ministros daemoniacos ad hominum impugnationem.

5. Concl. Ordo impugnationis est a Deo, qui ordinate nouit vti malis, ea ad bona ordinando.

4. Concl. Tam custodia; quam ordo custodię Angelorum reducitur in Deum, vt primum auctorem.

5. Concl. Dæmones, vt inducunt ad peccandum, non mittuntur a Deo; licet aliquando Deus permittat: mittuntur tamen a Deo vt impugnant homines eos puniendo.

6. Concl. Ad hoc, vt sit æqualis conditio pugnæ fit ex parte hominis recompensatio, principaliter per auxilium gratiæ, secundario per custodiam Angelorum.

7. Concl. Infirmitati humanæ, sufficeret ad exercitium impugnatio carnis, & mundi: sed malitiæ dæmonum non sufficit. Totum autem prouenit ex diuina ordinatione ad gloriam electorum.

Art. 2. Vtrum tentare sit proprium diaboli.

1. Concl. Tentare ad nocendum, in peccatum præcipitando, est proprium diaboli.

1. Thes. 3. *1. Ex Glos. super illud. Ne forte tentauerit eos, qui tentat, id est, diabolus, cuius officium est tentare.*

2. Proximus finis tentantis, est cognitio, quia tentare proprie est experimentum de aliquo sumere, vt aliquid de ipso sciatur: ex cognitione autem potest intendi finis, vel bonus, vel malus. Sed diabolus semper intendit finem malum, Ergo.

2. Concl. Homo vel tentat, vt iuuet, vel vt sciat, & si hac ratione, Deum tentat, vt velit eius virtutem experiri, peccat; si vero tentat, vt noceat, id efficit tanquam minister diaboli.

3. Concl. Deus dicitur tentare, vt sciat, id est, vt faciat alios scire.

4. Concl. Caro & mundus dicuntur tentare instrumentaliter, seu materialiter.

Con. 22. Diabolus tentat explorando interiorem hominis conditionem, quam ignorat, vt de illo vitio tentet, ad quod homo magis pronus est.

. Concl. Licet dæmon non possit immutare hominis voluntatem potest tamen aliqualiter immutare inferiores vires, ex quibus voluntas inclinatur.

Art. 3. Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione diaboli.

Non omnia peccata hominum causantur directe à dæmone. 1. Concl.

1. Non omnes cogitationes nostræ malæ à diabolo excitantur, ait Aug. Sed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione mergunt. lib. de eccles. dog. c. 52.

2. Etiamsi diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, &c. circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationem ordinentur, Ergo.

Omnia peccata hominum causantur à dæmone indirecte. 2. Concl.

Quia instigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato; consecuta est in genere humano promitas ad omnia peccata; & sic intelligit Dion. & Damasc. Vnde solutur primum. ca. 4. de diu. nom.

Per omnia peccata fiunt homines filij diaboli, non quod omnia eius instinctu perpetrentur; sed quia ipsum primo peccantem imitantur. † 3. Concl. Ioan. 8.

Ad omnia bona nostra cooperantur Angeli: sed non omnia nostra peccata procedunt ex dæmonum suggestione: peccare enim ex nobis possumus, sed non mereri, absque Dei auxilio per Angelos exhibito. 4. Concl.

Art. 4. Vtrum dæmones possint homines seducere.

Dæmones possunt miracula facere, si miraculum large sumatur. 1. Concl.

1. Magicis artibus, ait Aug. Fiunt miracula, plerumque similia illis miraculis, quæ fiunt per seruos Dei. lib. 83. q. q. 70.

2. Possunt facere, quæ homines mirantur, prout eorum facultatem, & cognitionem excedunt: quæ licet ad veram rationem miraculi non pertingant, sunt tamen quandoque res veræ: vt quæ fecerunt Magi Pharaonis.

Si miraculum proprie accipiatur, dæmones miracula facere non possunt; quia miraculum proprie dicitur quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ. 2. Concl.

Opera Antichristi ab Apostolo vocantur signa mendacij; vel quia mortales sensus per phantasmata decepturus est, vt quæ non facit, videatur facere, vel quia si sint vera prodigia, ad mendacium tamen protrahendi credituros. † 3. Concl.

Etsi dæmones non possint transmutare materiam de forma, in formam; possunt tamen adhibere quædam semina, ad huiusmodi effectus complendos. Vnde transmutationes, quæ fiunt per virtutes naturales, possunt 4. Concl.

fieri per dæmones adhibitis feminibus. Quare cum faciunt, quæ vi naturali non possunt fieri, ea non sunt vera, sed apparentia. Vel enim mutant hominis phantasiam, vel ex aere aliquod corpus formant.

5. Concl. Magi miracula faciunt quærentes gloriam suam, & per quædam priuata commercia: Sancti autem quærentes gloriam Dei, & publica administratione, & iussu Dei.

Art. 5. Vtrum Dæmon, qui superatur ab aliquo, propter hoc ab impugnatione arceatur.

1. Concl. Aliqui dicunt, quod dæmon superatus nullum hominem potest de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato. Alij, quod potest alios tentare, sed non eundem: quod probabilius est, si intelligatur vsque ad aliquod tempus, secundum illud Luc. 4. quod consummata omni tentatione Diabolus recessit à Christo, vsque ad tempus.

Hom. 20. oper. imperfec. *1. Sumitur ratio ex parte diuinæ clementiæ: quia, vt inquit Chrys. non tandiu Diabolus homines tentat, quandiu vult; sed quandiu Deus permittit; qui permittit pati ipsos, postea repellit propter infirmam naturam.*

2. Ex astutia Diaboli. Vnde Amb. Diabolus instare formidat; quia frequentius refugit triumphari. Quod autem reuertat ad eum, quem dimisit, patet Matth. 12. Reuertar in domum meam, &c. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 115. De actione corporalis creaturæ.

Art. 1. Vtrum aliquod corpus sit actiuum.

1. Concl. c. 15. cel. literar. SEnsibiliter apparet aliqua corpora esse actiua, vt Dion. inquit de igne. Agit autem corpus secundum quod est actu in aliud corpus, secundum quod est in potentia: vt patebit ex confutatione opinionum.

2. Concl. Auicebrō totaliter regnauit actionem, dicendo nullū corpus agere, sed omnes actiones, quæ videntur esse corporum, esse eiusdē virtutis spiritualis, quæ omnia penetrat. Quæ opinio videtur sumpta a Platone dicēte, omnes formas materiales esse participatas, & determinatas, ad hanc materiam; separatas vero esse absolutas & vniuersales, & causa illarum, quæ sunt in materia. Ait ergo Auicebron a quantitate, vt est indiuiduationis principium, retineri formam corporalem ne possit agendo extendere se in aliam materiam. Quæ ratio solum concludit formam hanc non esse agens vniuersale. *Quia vnumquodque quantum participat de aliquo, tantum etiam participatur de illius proprio; sed proprium actus est agere, Ergo corpus secundum quod est actu, actiuum est, & sic forma ex eo, quod est determinata ad hanc materiam, habet quod sit agens contractum, & particulare.* Erraut etiam Auicenna dicendo agentia corporalia agere secundum formas accidentales disponendo materiam ad formam substantialem; sed vltimam perfectionem haberi à principio immateriali. Democritus etiam posuit actionem esse per effluxionem atomorum à corpore agente, & passionem per receptionem eorundem.

3. Concl. Aristot. lib. 1. de gen. an. tex. 57. Cum Aug. ait, quod in rebus est aliquid agens non actum, id est, Deus aliquid agens & actum, id est, spirituales substantiæ: aliquid actum tantum, vt corpus; intelligit de tota corporali natura simul accepta. sic enim nihil est ea inferius, nec est subiectum iuhea, quod eius actionem capere possit.

4 Concl. Quamuis necesse sit dari aliquod mixtum & patiens tantum: tamen hoc est materia prima, quæ est pura potentia, non autem corpus, quod componitur ex actu & potentia, ideo est agens, & patiens.

5. Concl. Quantitas non impedit omnino formam corporalem ab actione; sed tantum ne sit agens vniuersale.

6. Concl. Corpus non est id quod maxime distat à primo agente, cum participet aliquid de similitudine diuini esse secūdum formam; sed materia prima, quæ nullo modo est agens.

7. Concl. Corpus agit ad formam substantialem, & accidentalem.

Quia qualitas actiua, vt calor, licet sit accidens, agit tamen virtute formæ substantialis; & ideo producit formam substantialem. Nec est contra rationem accidentis, vt excedat suum subiectum in agendo, sed quod excedat in essendo.

Art. 2. Vtrum in materia corporali sint aliquæ rationes seminales.

1. Concl. Rationes seminales, quæ sunt virtutes actiuæ, & passiuæ rerum, sunt in corporali materia multipliciter.

1. Secundum Aug. habent esse principaliter, & originaliter in ipso Verbo Dei, secundum rationes ideales, & possunt dici rationes causales non autem seminales.

2. Sunt in elementis mundi, & hi à principio producti sunt, sicut in vniuersalibus causis.

3. In his, quæ ab illis producuntur; vt in hac planta, in hoc animali, & in particularibus causis

4. In seminibus, quæ ex animalibus & plantis, producuntur.

2. Concl. Lib. de Trin. c. 8. Conuenienter Aug. omnes virtutes actiuas, & passiuas, quę sunt principia generationum, & motuum naturalium seminales rationes vocat.

Nam conuenienter à corporibus viuentibus sit denominatio cæterorum, quia sunt perfectiora inter omnia naturalia; denominatio enim debet fieri à perfectiore, Sed semina sunt actiua & passiua principia generationis viuentium. Ergo.

3. Concl. Arist. 2. de anim. text. 49. Huiusmodi virtutes actiuæ & passiuæ, licet non possint dici rationes, vt sunt in materia; possunt tamen dici sic, vt deducuntur à rationibus idealibus.

4. Concl. Quæ per motum localem adhibentur; sunt quidem corpora, sed quia in illis sunt huiusmodi virtutes, ideo dicuntur seminales rationes adhiberi per dæmones per motum localem.

5. Concl. Sub semine comprehendi possunt virtutes actiuæ & passiuæ.

Quia tam dicitur semen maris, quod est principium actiuum, quam fœmina, quod est passiuum.

6. Concl. Rationes seminales sunt rationes causales, sicut semen est quædam causa. Verum rationes ideales possunt dici causales, non tamen seminales, quia semen non est principium separatum: & præter huiusmodi rationes non fiunt miracula.

Artic. 3. Vtrum corpora cœlestia sint causa eorum, quæ hic in inferioribus fiunt.

1. Concl. Lib. 3. de Trin. c. 4. Motus inferiorum corporum causatur à corporibus cœlestibus.

1. Ex Aug. corpora crassiora, & inferiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine regũtur.

2. Cum vnitas sit causa multitudinis, oportet vt omnis motus ab immobili procedat: nam quod est immobile, vno modo se habet, & quod mouetur multipliciter: vnde quanto aliqua sunt immobilia, tanto sunt causa eorum, quæ sunt magis mobilia. Sed corpora cœlestia sunt inter alia corpora magis immobilia, quia tantum mouentur motu locali. Ergo.

† 1. Concl. Lib. 2. c. 7. Cum Damasc. ait, corpora cœlestia nõ esse causam generationis, &c. intellige quod non sunt prima causa: sicut dicebant ponẽtes corpora cœlestia esse Deos.

3. Concl. 2. Phys. tex. 26. Materia, & quidquid in istis inferioribus generat & mouet ad speciem, est sicut instrumentum cœlestis corporis, ex Arist. *quæ à superiora non sufficiunt.* Vnde oportet ponere aliquod principium actiuum mobile, quod per suam abundantiã causet varietatem circa generationem.

4. Concl. 2. de Gen. text. 56. Corpora cœlestia non sunt similia corporibus inferioribus similitudine specifica, sed vt sua vniuersali virtute cõtinent, quidquid in inferioribus generatur.

5. Concl. Quod duorum geminorum, sub vna constellatione natorum, vnus sit masculus, & alter fœmina, denotat, quod effectus astrorum variatur in rebus corporeis secundum diuersam materię dispositionem; non autem quod corpora cœlestia non sint causa horum inferiorum.

Art. 4. Vtrum corpora cœlestia sint causa humanorum actuum.

1. Concl. Lib. 2. de fide, c 7. Impossibile est, quod corpora cœlestia sint causa humanorum actuum.

1. Ex Damasc. qui hoc affirmat.

2. Sequeretur intellectum & voluntatem esse actus organorum corporeorum, & quod nõ differrent à sensibus, quod est falsum.

2. Concl. Cœlestia corpora imprimunt in corpora directe, & per se; in vires autem animæ, quæ sunt actus organorum nõ directe, sed per accidens, quia huiusmodi actus impediuntur secundum impedimenta organorum. Vnde ex sententia eorum, qui ponunt intellectum & voluntatem esse vires organis alligatas, sequeretur eas nõ differre à sensu, & hominem agere naturali instinctu, & non esse liberi arbit. quia corpora cœlestia essent causa actuũ humanorum, quod est falsum.

3. Concl. Indirecte, & per accidẽs impressiones corporum cœlestium pertinere possunt ad intellectum & voluntatem, prout accipiunt ab inferiorib. viribus, quæ corporeis organis sunt alligatæ, sed minus ad volũtatem: quia intellect⁹ ex necessitate accipit à sensibus, sed voluntas nõ necessario sequitur inclinationem appetitus inferioris.

† 4. Concl. Spirituales substantiæ mouentes cœlestia corpora, mediantibus illis agunt in corporalia, sed in intellectum humanum agunt immediate, illuminando. Voluntatem autem immutare non possunt.

5. Concl. Multiformitas actuum, qui sunt ab intellectu & voluntate, reducitur in principium vniforme, id est, in intellectum & voluntatem diuinam, non in cœlestia corpora.

6. Concl. Astrologi, vt in pluribus vera prædicere possunt, & maxime in communi: quia plures hominum sequũtur passiones, quæ sunt motus sensituui appetitus, ad quas cooperari possunt corpora cœlestia. Sed sapiens dominatur

tur astris, quatenus dominatur suis passionibus.

Art. 5. Vtrum corpora cœlestia possint imprimere in ipsos dæmones.

1. Concl. Dęmones non subduntur actioni cœlestiũ corporum, nec per se, nec per accidẽs, nec directe, nec indirecte.

Quoniam Dæmones sunt superiores ordine naturæ, quam corpora cœlestia. Sed agens debet esse superimpatiente. Ergo.

2. Concl. Peripatetici existimarunt Dæmones non esse, & quæ attribuuntur Dæmonibus fieri virtute cœlestium corporum, vt refert Aug. super Gen. ad lit. c. 16. sed cõtra: quia experimento scitur multa fieri per Dæmones, ad quæ non sufficeret virtus cœlestium corporum, vt quod arreptitij loquantur, lingua ignota recitent versus & auctoritates, quas nunquam sciuerunt, statuæ loquantur, &c. Ex quibus moti Platonici posuerunt Dęmones esse animalia corporea aërea animo pessima, & secundum hos Dæmones subduntur corporibus cœlestibus, vt homines, quod falsum est. Quoniam dæmones sunt substantiæ intellectuales corporibus vnitæ.

† 3. Concl. Quod dęmones secundum certa augmenta lunæ homines vexent cõtingit, non ex eo, quod ipsi subdantur cœlesti corpori; sed vel, vt infamẽt creaturam Dei, nimirum Lunam, vel quia, cum non possint operari, nisi per virtutes naturales in suis operibus considerant rerũ aptitudines affectus intentos: quod maxime contingit in quibusdam augmentis Lunæ.

4. Concl. Dæmones aduocati in certis constellationibus propter duo veniunt.

1. Vt homines in hunc errorem inducant, quod credant aliquod numen esse in stellis.

2. Quia tunc materia corporalis magis est dispoita ad effectus, pro quibus aduocantur.

5. Concl. Dæmones alliciuntur per varia genera lapidum, herbarum, carminum &c. non, vt animalia cibis, sed vt Spiritus signis, inquantum hæc eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius sunt cupidi.

Art. 6. Vtrum corpora cœlestia imponant necessitatem his, quæ eorum actioni subduntur.

1. Concl. Non omnes effectus cœlestium corporum sunt ex necessitate, non solum in homine, & in his, ad quæ hominum operatio se extẽdit, quia nihil prohibet per voluntariã actionem impediri effectum cœlestium corporum, sed etiam in alijs rebus naturalibus.

1. Ex Arist. lib. de somno & vigilia, neq; eorum, quæ in corporibus, &c.

2. Quia non posita quacunque causa ex necessitate, sequitur effectus: sed aliquæ sunt, quæ ordinantur ad effectus vt in pluribus, quæ quandoque deficiunt in minore parte, per aliquam causam impedientem.

Quod autem qui contra sentiunt, dicunt tale impedimentum ex necessitate peruenire, falsum est: *Quia huiusmodi causa impediens occurrit interdum per accidens, sed quod est per accidens non habet causam, quia non est vere ens, cum non sit vere vnum. Ergo ex. gra. album habet causam, quia est ens per se, similiter & musicum: sed album musicum nullam habet causam, & sic patet, quod quæ sunt per accidens, nõ possunt reduci ad aliquam causam, ex quæ ex necessitate sequantur.*

† 2. Concl. Corpora cœlestia sunt sufficiens causa inferiorum effectuum, sed mediantibus inferioribus, quæ deficere possunt.

3. Concl. Virtus cœlestis corporis non est infinita, vnde requirit determinatam dispositionem in materia ad producendum suum effectum, & quantum ad distantiam loci, & quantum ad alias conditiones, quæ si non sufficienter adsunt, possũt impedire effectum cœlestium corporum.

4. Concl. Licet causa impediẽs reducatur ad aliquod cœleste corpus, sicut in causam: tamen concursus duarũ causarum, cum sit per accidens, non reducitur in causam cœlestem.

Quæstio 116. De Fato.

Art. 1. Vtrum Fatum sit aliquid.

FAtum poni potest, pro prouidentia diuina præordinante omnia.

1. Concl. Lib. 4. de cons. pros. 4. *1. Ex Boet. Fatum est inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam prouidentia suis quæque nectit ordinibus. Et ex Augus. si propterea quisque res humanas fato Deo tribuit, quia ipsam Dei voluntatem vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, &c.*

2. Cum in his inferioribus multa casu & fortuna fiant, nihil prohibet, quin reducantur in aliquam causam, cui omnia subijciantur, præordinantem ista, vt si inuentionem thesauri reuocares in eum, qui nouisset thesaurum, & effodi iussisset; talis autem causa, in quæ omnes effectus fortuiti possunt reuocari, est diuina mens & prouidentia, ratione cuius nihil accidit, sed omnia præordinat in suos fines. Ergo potest poni fatum, quamuis Sancti recusauerint, hoc vocabulo vti, vt errorem vi-

tarent, vt Augustin. & Greg. qui fatum esse negat, vnde patet ad primum.

2. Concl. Quidam fatum negarũt & prouidentiam, vt recitat Augustin. de Tullio: sed hoc improbatum est quæst. de prouidentia.

. Concl. Alij dixerunt, fatum nihil aliud esse, quam dispositionem siderum, in qua quisque conceptus est, vel natus: *Quia omnia reducebant in superiorem causam, id est, in cœlestia corpora, quod falsum est.*

1. Quantum ad actus humanos, *qui non subduntur actioni corporum cœlestium, nisi indirecte, & per accidens: causa autem fatalis, necesse est vt sit directe, & per se causa eius quod agitur. Ergo.*

2. Quantum ad omnia, quæ per accidens aguntur: *Quia corpus cœleste agit per modum naturalis principij, vnde effectus eius in hoc mundo sunt naturales. Ergo impossibile est, quod aliqua virtus actiua cœlestis corporis sit causa eorum, quæ hic aguntur per accidens, siue à casu, siue à fortuna.*

† 4. Concl. Casus & fortuna dicuntur per comparationem ad causas primas, non autem ad prouidentiam diuinam, secundum quam nihil temere fit.

Artic. 2. Vtrum fatum sit in rebus creatis.

1. Concl. Fatum est in ipsis causis creatis, inquãtum sunt ordinatæ à Deo ad effectus producendos.

1. Ex Boet. Fatum est dispositio, &c.

2. *Cum diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequatur, sequitur vt ista ordinatio effectuum possit dupliciter considerari; vel vt est in ipso Deo, & sic vocatur prouidentia; vel vt est in mediis causis à Deo ordinatis ad aliquos effectus, & sic habet rationem fati ex Boet. Ergo.*

† 2. Concl. Fatum essentialiter est ipsa dispositio & ordo secundarum causarum; sed causaliter Dei voluntas potest dici fatum, prout ipsa ordinatio causarum non potest dici fatum, nisi secundum quod dependet a Deo.

3. Concl. Fatum in tantum habet rationem causæ, inquantum & ipsæ causæ secundæ, quarum ordinatio fatum dicitur.

4. Concl. Fatum dicitur dispositio, non quæ est in genere qualitatis, sed vt designat ordinem, qui non est substantia, sed relatio, qui ordo, si consideretur per comparationem ad suum principium est vnus, & sic dicitur vnum fatum: si per relationem ad effectus, sic multiplicatur.

Art. 3. Vtrum fatum sit immobile.

1. Concl. Fatum, vt est in causis secundarijs, absolute est mobile, vt est à diuina prouidentia, est immobile, non necessitate absoluta, sed conditionali.

Patet ex Boetio, fatum est immobilis dispositio, &c.

2. Concl. Aliqui posuerunt dispositionem causarum esse secũdum se necessariam, ita quod omnia ex necessitate contingerent. Fundamentum eorum est, quia quilibet effectus habet suam causam. At posita causa necessario est effectus. Ergo. Sed hoc iam improbatum est.

3. Concl. Alij contra posuerunt fatum esse mobile, etiam secundum quod à diuina prouidentia dependet, vt Ægyptij, quod etiam improbatum est supra: quia immobilitati diuinæ prouidentiæ repugnat. Vnde patet ad tria obiecta.

Art. 4. Vtrum omnia fato subdantur.

Non omnia subduntur fato.

1. Concl. 1. *Quædam ait Boet. sunt, quæ sub prouidentia locata fatis seriem superant.*

2. *Ea tantum, quæ secundis causis subduntur, subduntur fato, quia fatum est ordinatio secundarum causarum. Sed quædam fiunt immediate à Deo, quæ non subduntur secundis causis, vt creatio, glorificatio, &c. Ergo. Vnde soluitur primum: quia non omnia fiunt per secundas causas. Ergo.*

† 2. Concl. Fatum refertur ad voluntatem & potestatem Dei, sicut ad primum principium: ideo non oportet, vt quidquid subijcitur voluntati diuinæ, subijciatur fato.

3. Pet. 5. Licet omnes creaturæ sint mutabiles: tamen aliquæ earum non procedunt a causis creatis mutabilibus, & ideo non subijciuntur fato.

Quæst. 117. De his, quæ pertinent ad actionem hominis.

Art. 1. Vtrum vnus homo possit alium docere.

1. Concl. VNus homo potest alium docere.

1. Tim. 1. *Patet ex Paulo, In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & doctor gentium.*

2. Concl. Docens causat scientiam in addiscente reducendo ipsum de potentia in actum.

8. Phys. tex. 23. 1. *Ex Aristotele, qui hoc docet.*

2. *Effectus qui potest fieri à natura, & ab arte, eodem modo fit, quo fieret à natura: quia ars imitatur naturam, vt patet in sanitate, quæ causatur à natura, & ab arte eodem modo, alterando expellendo, &c. Sed scientia à natura fit reducendo*

seipsum de potentia ad actu, quia sic scire nostrum est per inuentionem, & fit procedendo a principiis naturaliter notis ad conclusiones ignotas, quod est procedere de potentia ad actum. Ergo etiam à doctore fit reducendo alium de potentia ad actum scientiæ. Non quod Doctor sit causa principalis, sed vt minister naturæ & coadiuuans.

3. Concl. Magister dupliciter ducit discipulum ex præcognitis in cognitionem ignotorum; primum proponendo ei auxilia, vel instrumenta, quibus vtatur ad scientiam acquirendam: vt cum proponit aliquas propositiones minus vniuersales, vel sensibilia exempla, vel similia, vel opposita: secundo confortando intellectum addiscentis; non aliqua virtute actiua, quasi superioris naturæ; vt diximus de Angelis, sed proponendo discipulo ordinem principiorum ad conclusionem.

4. Concl. Auer. Quia posuit vnum intellectum possibilem omnium hominum, & easdem species intelligibiles differentes quantum ad diuersa phantasmata, dixit magistrum docere discipulum communicando eandem scientiam, per hoc quod mouet eum ad ordinandum phantasmata conuenienter. Quæ opinio est vera quãtum ad hoc, quod eadem est scientia in magistro, & in discipulo, si consideretur identitas ex parte rei scitæ: quãtum ad reliqua falsa, vt alibi probatum est.

5. Concl. Plato dixit, docere nihil aliud esse, quam exercitare hominem ad considerandum ea, quorum scientia habet: vt addiscere nihil aliud sit, quam reminisci; quia posuit scientiam in esse à principio animabus nostris per participationem formarũ separatarum: quod supra improbatum est.

† 6. Concl. Deus docet hominem scientiam, & est vnus magister, inquantum lumen vultus sui super nos signatur, per quod nobis omnia ostenduntur.

7. Concl. Doctor non causat scientiam in discipulo per modum agentis naturalis: vnde non oportet quod scientia sit qualitas actiua: sed est principium quo aliquis dirigitur ad operandum.

Arist. li. 3. de anim. tex. 5.

8. Concl. Licet Magister non causet in discipulo lumen intelligibile, nec directe species intelligibiles: tamen mouet discipulum per suam doctrinam ad hoc, quod ipse per virtutem sui intellectus formet intelligibiles conceptiones, quarum signa ei proponit exterius: quæ signa sunt rerum notarum in vniuersali, sub quadam confusione, sed ignotarum in particulari, & sub quadam distinctione. Quare cum quis per se discit, non est sui magister, quia in eo non præcedit suam perfectam.

Art. 2. Vtrum homo possit docere Angelos.

1. Concl. De rebus diuinis nunquam Angeli ad hominibus illuminantur. Ca. 4. de diu. nom.

1. Ex Dion. qui ait omnes diuinas illuminationes perferri ad homines per angelos. Ergo.

2 Quia supremi homines se habent ad infimos Angelos, sicuti Angeli inferiores ad superiores, Matth. 11 Inter natos mulierum non surrexit maior Ioa. baptista; sed qui minor est in regno cælorum, maior est illo. Sed inferiores nunquam illuminant superiores. Ergo.

2. Concl. Possunt homines manifestare angelis suas cogitationes cordis per modum locutionis.

Quoniam inferiores alloquuntur superiores.

† 3. Concl. Ephes. 3. Illud Pauli, vt innotescat principibus, &c. per Ecclesiam, non probat quod homines doceant Angelos, sed quod Angeli multa cognouerunt, quæ antea eis erant ignota, per ministeria Christi, & Ecclesiæ, quæ per Apostolos impleta sunt; quod non inconuenit.

4. Concl. Apostoli non instruebantur immediate à Verbo Dei secundum diuinitatem; sed prout humanitas loquebatur eis.

5. Concl. Aliqui homines possunt esse maiores in hac vita aliquibus Angelis, non actu; sed virtute inquantum habent tantum caritatis, vt possint maiorem beatitudinis gradum promereri.

Art. 3. Vtrum homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare.

1. Concl. Anima sua naturali virtute non potest immutare materiam corporalem, nisi mediantibus aliquibus corporibus.

1. Quia materia corporalis à solo Deo, & compositio ex materia, & forma potest immediate immutari, ex Aug. Ergo. li 3. de trin cap. 8.

2 Hoc non possunt Angeli sine corpore. Ergo nec animæ.

† 2. Concl Sancti miracula faciunt, ex potestate gratiæ, non naturæ.

3. Concl. Causa fascinationis non est, quod virtus animæ possit materiam corporalem immutare; sed quia ex forti imaginatione animæ immutantur spiritus coniuncti; quæ immutatio maxime fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus proueniunt. Oculi autem inficiunt aerem, vsque ad determinatum spacium

Vnde aër infectus est noxius, maxime pueris qui habent corpus tenerum. Potest etiam in hoc facto permittere Deus cooperari dæmonem.

4. Concl. Anima corpori humanitus vnitur vt forma & appetitus sensitiuus, obedit aliqualiter rationi. Vnde oportet, quod ad apprehensionem animæ commoueatur appetitus sensitiuus, cum aliqua operatione corporali. Ad mouenda corpora externa hoc non sat est, nisi adsit immutatio proprij corporis, vt dictum est ad secundum.

Art. 4. Vtrum anima hominis separata, possit corpora saltem localiter mouere.

1. Concl. l. 2. de anim. tex. 26. Anima separata sua naturali virtute, non potest mouere aliquod corpus.

1. Ex Aristot. non potest mouere nisi proprium corpus, Ergo.

2. Cum anima est corpori vnita non mouet corpus, nisi vnificatum; vt patet si membrum aliquod mortificetur. Sed separata nullum corpus vnificat, Ergo.

† 2. Concl. Substantijs spiritualibus, quę non sunt determinatæ, ad aliqua corpora, possunt diuersa corpora obedire ad motum: at anima, quia ex sua natura determinatur ad mouendum corpus, cuius est forma separata, nullum mouere potest.

3. Concl. Dicitur Simonem Magum habuisse animam interfecti pueri, quod fiebat illusione dæmonum, qui frequenter simulant se esse animas mortuorum, ad confirmandum errorem eorum, qui id credunt.

Quæstio 118. De traductione hominis ex homine, quantum ad animam.

Art. 1. Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine.

1. Concl. ANima sensitiua causatur ab anima generantis principaliter, & à semine instrumentaliter.

Ita se habet virtus, quæ est in semine ad animalia, quæ semine generantur; sicut se habet virtus, quæ est in elementis mundi ad animalia, quæ ex illis producuntur. Sed in istis animæ producuntur ex virtute, quæ est in elementis. Ergo & in illis ex virtute, quæ est in semine. Quantum ad illam partem, principaliter, sic probatur. *Forma, quæ solum existit, quæ inest composito, debet fieri ab agente corporeo, vnumquodque enim sit sibi simile. Sed anima sensitiua est huiusmodi. Ergo.*

Quæ ad alteram partem, quod à semine, &c. *Inter agentia, quo agens est potentius, eo magis potest suam actionem diffundere ad magis distans. Sed corpora non viventia generant per se sibi simile, & non per media. Ergo viventia tanquam potentiora possunt agere ad producendum simile, & sine medio, & cum medio: sine medio vt in opere nutritionis, caro enim generat carnem; cum medio, vt in actu generationis ex semine Ergo.*

2. Concl. Falsum est animas sensitiuas à Deo creari.

Nam sequeretur eas habere esse & operationem per se, & non corrumpi corrupto corpore.

† 3. Concl. Etsi anima sensitiua moueat corpus: non tamen est substantia per se subsistens, quod requiritur ad hoc, vt aliquid fit per creationem.

4. Concl. Virtus generatiua non solum generat virtute propria, quia sic non generaret animam sensitiuam, quæ est altioris ordinis, sed virtute totius animæ quæ quo est perfectior, eo eius virtus generatiua ordinatur ad perfectionem effectuum.

5. Concl. Virtus actiua seminis ex anima generantis deriuata, est quasi quædam motio animæ generantis: nec est anima, nec pars animæ, nisi virtute: & fundatur in spiritu incluso, in semine; in quo etiam est quidam calor ex virtute cælestium corporum. Ideo dicitur, *Sol & homo generant hominem.*

6. Concl. In animalibus perfectis, quæ generantur ex coitu virtus actiua est in semine maris, vt in semine fœminæ materia; in qua statim à principio est anima vegetabilis secundum actum primum, postea cum incipit attrahere alimentum, secundum actum secundum. Materia autem transmutatur à virtute seminis maris, quo vsque perducatur in actum animæ sensitiuæ ex virtute quę erat in semine: non quod ipsa virtus fiat anima sensitiua; quia idem esset generans & generatum. Producta anima sensitiua, in generato quantum ad aliquam partem principalem, incipit operari ad complementum proprij corporis per modum nutritionis, & augmenti: & tunc virtus actiua, quæ erat in semine, esse desinit, dissoluto semine: nec id inconuenit, cum sit agens instrumentale, cuius virtus cessat, effectu iam producto.

Art. 2. Vtrum anima intellectiua causetur ex semine.

1. Concl. Hæreticum est dicere animam intellectiuam traduci cum semine.

1. Anima rationales non seminantur per coitum, ait Augustin. l. 3 de eccl. dogm.

2. *Virtus materialis non potest terminare actionem in effectum supernaturalem. At virtus seminis est materialis, anima intellectiua immaterialis, Ergo.*

3. *Virtus seminis agit in virtute animæ generantis, prout est actus corporis, quo vtitur in sua operatione: sed in operatione intellectus, quia sine corpore subsistit, debetur esse, & fieri per solam creationem. Vnde ponere eam a generante causari, est ponere eam non subsistentem, & incorruptibilem, quod est hæreticum.*

† 2. Concl. Gen 46. Cum dicitur animas egressas esse de femore, sumitur anima, pro toto homine.

3. Concl. Licet in homine eadem anima sit sensitiua, & intellectiua, non tamen hæc generatur ex semine, vt illa: sed producitur a Deo in fine generationis humanæ corruptis prioribus formis.

Quia cum generatio vnius sit semper corruptio alterius, necesse est dicere, tam in homine, quam in animalibus aliis, perfectiore forma adueniente, corrumpi priorem: ita tamen, quod sequens forma habeat quidquid habebat præcedens, & aliquid amplius.

4 Concl. Nihil prohibet, formationem corporis fieri à virtute corporali, animam autem intellectiuam à solo Deo: quia cum sint multa agentia ordinata, nihil prohibet virtutem superioris agentis attingere vltimam formam: inferioris vero solum aliquam materiæ dispositionem.

5. Concl. Homo generat sibi simile, inquantum virtute sui seminis disponit materiam ad susceptionem talis formæ.

6. Concl. In actione adulterorum, id quod est naturæ, bonum est, ad quod cooperatur Deus quod vero est inordinatæ voluptatis, non est a Deo.

Art. 3. Vtrum animæ humanæ fuerint creatæ simul à principio mundi.

1. Concl. Animæ non sunt creatæ ante corpora, sed simul creantur, & corporibus infunduntur. Patebit hæc conclusio ex sequentibus, & habetur lib. de Ecclesiast. dogm.

† 2. Concl Cap. 13. Aliqui posuerunt animas hominum simul cum Angelis creatas: putantes animæ intellectiuæ accidere vniri corpori, & esse eiusdē conditionis cum substantijs spiritualibus, quod falsum est.

1. Quia hoc modo anima accidentaliter vniretur corpori, vnde sequeretur hominem, qui ex tali vnione consurgit, esse ens per accidens, & animam esse hominem. Quod anima non sit eiusdem naturæ cum Angelis, patet ex diuerso modo intelligendi: quia anima intelligit per sensus, & per conuersionem ad phantasmata: non sic Angeli.

2. Cum anima naturale sit corpori vniri; esset sine corpore esset ei contra naturam, nec haberet suæ naturæ perfectionem. Sed non fuit conueniens, quod Deus ab imperfectis, & ab his, quæ sunt præter naturam suum opus inchoaret. Nec potest dici non esse naturale animæ vniri corpori; quia vel hoc factum esset eius voluntate, quod est inconueniens.

1. Quia hæc voluntas esset irrationalis, si non indigeret: si autem indigeret, esset ei naturale vniri corpori, quia natura non deficit in necessarijs.

2. Non esset ratio quare anima a principio creata voluntas accessiri post tot tempora corpori vniri cum ipsa sit supra tempus.

3. Esset a casu, vt huic corpori vniretur; quia requiritur concursus duarum voluntatum, scilicet animæ aduenientis, & hominis generantis. Vel vniretur corpori præter suam voluntatem, quod non esset, nisi ex causa violentiam inferente, & ei esset penale, & triste, quod est errorpenentium animas incorporari propter pœnam peccati.

†3. Concl. Dicitur Deus cessasse die septimo, non ab omni opere; sed à nouis rerum generibus, & speciebus condendis. Vnde animæ, quę creātur præextiterunt, in specie in primis operibus.

4. Concl. Perfectioni vniuersi, quantum ad numerum individuorum, quotidie potest addi, nō autem quantum ad numerum specierum.

5. Concl. Quod anima remaneat sine corpore, contingit ex corporis corruptione, quę consecuta est ex peccato.

Quæstio 119. De propagatione hominis, quantum ad corpus.

Art. 1. Vtrum aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ.

1. Concl. ALimentum vere conuertitur in veritatē humanæ naturæ, in quantum vere accipit speciem carnis, & ossis.

lib. de Ver. relig. c. 40. *1. Ita docet Aug. & Arist dixit alimentum esse potentia carnem. patebit etiam ex sequentibus.*

Notandum ergo est illud pertinere ad veritatem naturæ, quod est de constitutione ipsius: & sicut ad veritatem naturæ in communi cōsiderata, pertinent materia, & forma in communi; ita ad veritatem naturæ in hoc particulari, pertinent materia signata, & forma per materiam individuata. Aliqui posuerunt ad veritatem humanæ naturæ pertinere tantum illam materiam, quæ est primo formata in primo homine, & quod multiplicatur in

tem in ipsa, & sic in omnes denaturat. Inde dicunt alimentum non fieri vt conuertatur in veritatem naturæ, sed vt fomentum naturæ ad resistendum consumpto. Sicut plumbum argento mistum, non conuertitur per ignem. Quæ omnia falsa sunt.

Et quod vna materia possit informari, sic probatur. Eiusdem rationis est aliquam formam posse fieri in aliqua materia, & posse propriam in eamdem desinere: sed forma humana potest deferre ab hac materia, alias corpus esset incorruptibile. Ergo.

2. In omnib. quoru materia inuenitur tota sub vno indiuiduo non est nisi vnū indiuiduū in vna specie, vt patet in Sole, quod in humana specie est falsum. Ergo.

Illud de multiplicatione non sic refellitur. Multiplicatio materiæ, aut est per rarefactionem, aut per conseruationem, aut creationem: nō per rarefactionem; quia corpora hominum perfectæ ætatis essent imperfectiora: nec per creationem, quia omnium materia creata est simul ex Greg. Ergo per conuersionem alimēti Maior patet: quia multiplicatio materiæ, aut attenditur penes quantitatem tantum, & sic est rarefactio; aut penes ipsam substantiam materiæ, & tunc aut omnino penes eandem, & hoc non; quia multiplicatio sine diuisione intelligi nequit, & eiusdem ad seipsum non est diuisio: aut penes aliam, & tunc, vel per conuersionem, vel per creationem; nec enim est alius modus. Ergo. Deinde cum homo non differat ab animalibus, & plantis secundum animam vegetabilem, sequeretur corpora animalium & plantarum non multiplicari per conuersionem alimenti, sed per quandam multiplicationem, quæ non posset esse naturalis; & sic totum opus generatiuæ, & nutritiuæ, esset miraculosum.

Alij de hac re ita senserunt.

1. Anima humana vniuersaliter sumpta in communi non habet vnam certam numero materiam.

2. Hæc anima materiam illam cui primo imprimitur in generatione huius indiuidui nequit vsque ad mortem deserere.

3. Sola illa materia, cui primo anima imprimitur pertinet ad veritatem humanæ naturæ principaliter.

4. Alimentum conuersum in substantiam aliti pertinet ad veritatem naturæ secundario, quia talis substantia est necessaria propter quantitatem.

5. Quidquid ex alimento aduenit, non est de veritate humanæ naturæ.

Sed tertium & quartum dictum sic impugnantur.

1. Si alimentum nō conuerteretur in substantiam, viuentia non possent generare sibi simile in indiuiduo: nam ista generatio non fit, nisi ex conuersione alimenti; & sic nihil adderetur viuētibus supra inanimata ex virtute nutritiua, cum in generando sibi simile communicent, quo est inconueniens.

2. Anima est maioris virtutis, quā virtus, quæ est in semine. Sed ex virtute seminis vere allamit aliqua materia formam humanæ naturæ. Ergo multo magis anima in nutrimētum conuersam potent veram formam naturæ imprimere.

3. Cum alimentum non solum sit ad augēdum, sed etiam ad restaurandum, oportet vt succedat loco deperditi. Sed deperditum erat de veritate naturæ humanæ. Ergo.

Dominus non dixit, totum quod in os intrat per secessum emitti, sed de quolibet cibo aliquid. † 2. *Concl. Mat. 5.*

Arist. distinxit carnem secūdum speciem, & secundum materiam, quæ aduenit & recedit, intellige si consideretur caro secundum speciem id est secundū formale, semper manet; quia semper manet natura carnis: at secundum materiam non manet, sed consumitur, & restauratur. 3. *Concl. li 1. de Generat. text. 35.*

Medici dicūt, si humidum radicale deperdatur non posse restitui. *Quia ad humidum radicale pertinet totum id, in quo fundatur virtus speciei: & ideo non potest restitui: non secus, ac si amputaretur manus:* non humidum nutrimētale; *quia eo subtracto remanet virtus speciei in radice.* 4. *Concl.*

Virtus in corpore passibili per continuam actionem debilitatur: vnde virtus cōuersiua a principio est fortis ad restaurationem deperditi, & ad augmentum: deinde tantum sufficit ad restaurationem postea paulatim minuitur, qua deficiente animal moritur. 5. *Concl.* 6. *Concl.*

Licet homo diu viueret, per hanc tamen reparationem non tolleretur quin esset idem numero: vt patet in igne, cum paulatim combusto vno ligno, aliud substituitur, qui remanet idem numero.

Art. 2. Virum semen sit de superfluo alimenti.

Semen est superfluum alimentum. 1. *Concl.*

1. *Ex Aristotele quia multo rationabilius id prouenit.* *1. de Gener. text. 19.*

2. *Semen est superfluum, & impotentia tollitur ab anima derivatur.*

tur.

tam. Sed quod eſt huiuſmodi generatur de alimẽto antequam conuertatur in ſubſtantiam membrorum. Ergo.

3 Quia hac ratione optime ſaluatur, quod nutritiua differt a generatiua.

Ex ſigno, quia animalia multo egentia nutrimento ſunt parui ſeminis, vt homines magne ſtature & pinguis.

Pro explicatione nota, quod alimentum poteſt ſumi, vel vt eſt in communi potentia proxima ad omnes partes, vel vt eſt determinatum ad hanc partem. Nam cum natura humana ſit communicatiua ſui etiam in proprio individuo, oportet vt alimentum in principio ſit diſſimile, in fine vero ſimile, ergo in medio eſt in potentia proxima ad finem, cum procedatur de potentia ad actum.

1. Concl. Semen non reſoluitur ex alimento determinato iam ad membra. *Quia, aut reſolueretur ex alimento determinato ad aliquam partem, aut ad omnia membra*, non primum, *quia id fieret, aut retinendo naturam illius partis, aut recedendo ab illa*: non recedendo; *quia tunc iam eſſet recedens a natura generantis, quaſi in via corruptionis exiſtens, & non haberet virtutem conuertendi aliud in ſimilem naturam*: non retinendo, *quia ſic eſſet contractum ad determinatam partem nec haberet virtutem mouendi ad naturam totius.* Non alterum; *tum quia ſemen eſſet paruum animal in actu: tum quia generatio non eſſet, niſi ſegregatio.*

3. Concl. Generatio eſt etiam ſubſtantia generantis in animalibus, & plantis, in quantum ſemen habet virtutem ex forma generantis, & eſt in potentia ad ſubſtantiam ipſius.

4. Concl. Aſſimilatio generantis ad genitum non fit propter materiam ſed propter formam agentis. Vnde vt aliquis aſſimiletur auo, non oportet vt materia corporalis ſeminis fuerit in auo, ſed vt ſit in ſemine virtus deriuata ab anima aui, mediante patre. Similiter affinitas non attenditur ſecundum materiam, ſed magis ſecundum deriuationem formæ.

5. Concl. Auguſtinus, non eſt intelligendus, quod in Adam actu fuerit, aut ſeminalis ratio huius hominis propinqua, aut corpulenta eius ſubſtantia, ſed quod vtrumque fuit in illo ſecundum originem. Chriſtus dicitur fuiſſe in Adam ſecundum corpulentam ſubſtantiam, non ſecundum ſeminalem rationem.

Lib. 10. ſuper Gen. ad lit. c. 9.

Quia materia corporis eius ſubminiſtrata à matre Virgine derinata eſt ab Adam, non autẽ virtus actiua, cum eius corpus non fuerit formatum virtute virilis ſeminis, ſed operatione Spiritus S. ſicut decebat eum, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.

Finis Primæ Partis.

COMPENDIVM ABSOLVTISSIMVM PRIMÆ SECVNDÆ SVMMÆ THEOLOGIÆ

D. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

QVÆSTIO PRIMA.

De vltimo Fine hominis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homini conueniat agere propter finem.

1. Concl. OMNES actiones humanæ sunt propter finem.

1. Quæ sunt in aliquo genere, deriuantur à principio illius generis. Sed finis est principium in operabilibus, vt ait Aristot. Ergo.

2. Actiones, quæ procedunt à potentia, cuius obiectum est bonum & finis, sunt propter finem, quia actio causatur à potentia secundum rationem sui obiecti. Sed actiones humanæ procedunt à tali potentia, quoniam actiones humanæ proprie dicuntur, quæ conueniunt homini, vt homo est, per quæ differt ab alijs agentibus, vt illa, quæ à voluntate, cuius obiectum est bonum & finis, procedunt, & quarum ipse est Dominus. Ergo istæ erunt propter finem.

2. Concl. Humanæ actiones sunt, quæ à deliberata ratione proueniunt; at quæ non proueniunt, sunt quidem hominis, sed non humanæ, cum istarum non sit Dominus.

† 3. Concl. Finis est prius in intentione, & sic habet rationem causæ, licet sit posterior in executione.

4. Concl. Actus à voluntate elicitus non potest esse vltimus finis. Sicut enim obiectum primum visus non est ipsum videre, ita obiectum primum voluntatis non est ipsum velle: &, vt videre est alicuius visibilis, ita velle alicuius appetibilis. Vnde actio humana non est hominis finis, qui aliquando in actione esse dicitur, quia saltem ipsum velle, est propter finem.

5. Concl. Actiones, quæ fiunt non ex deliberata ratione, si habent finem, non est a ratione, sed ab imaginatione præstitutus. Vt si quis fricaret barbam, alijs rebus intentus.

Art. 2. Vtrum agere propter finem sit proprium rationalis naturæ.

Omnia agentia agunt propter finem.

1. Concl. 2. Phys. tex. 49. *1. Natura, vt ait Aristotel. agit propter finem. Ergo.*

2. Cessante prima causa, & bene est causarum subordinatio alia cessant. Sed finis est prima causa: agens enim non mouetur, nisi a fine, à quo etiam, cum est indifferens, determinatur. Ergo omnia ex fine agunt. Determinatio in homine fit ab appetitu rationali, in alijs ab inclinatione naturali, quæ dicitur appetitus naturalis.

2. Concl. Non eodem modo homo & alia agentia tendunt in finem. Homo enim mouet se in finem, alia mouentur ab alio.

Quia alia non apprehendunt finem sub ratione finis id est, & est ratio mediorum, sicut homo, qui cognoscit finem sub tali ratione; & ideo potest se, & sua ordinare in finem.

3. Concl. Proprium est creaturæ rationalis, vt tendat in finem, quasi agendo, & mouendo se.

Nam alia ducuntur, & mouentur ab alio: bruta à fine apprehenso vel qua non à fine cognito, sed ab inclinatione naturali.

4. Concl. Cum homo imperio alterius mouetur, non est opus, vt finem præcognoscat; vt patet in his, quæ ratione carent.

5. Concl. Ordinare in finem est eius qui cognoscit finem: non autem ordinari.

6. Concl. Voluntas non est in his, quæ ratione carẽt.

Quia eius obiectum est bonum vniuersale, in quod sola ratio fertur. Quare, quæ ratione carent, mouentur in fines suos particulares à voluntate rationali, id est, a voluntate Dei.

Art. 3. Vtrum actus hominis recipiant speciem à fine.

1. Concl. Actus humani, siue sint actiones, siue passiones specificantur a fine.

lib. 2 de mor. eccl. c 13. 1. *Vt Ioan. Damascenus, aut Aug ita & nostra opera Deo.*

2. *Actio est actiones specificãtur à termino & principio, passio; a principio, actio. Sed finis est principium & terminus actionum humanarum; quia procedunt à voluntate, cuius obiectum, seu principium est finis, in quem voluntas tendit, vt in terminum. Ergo.*

2. Concl. Quodlibet sortitur speciem ab actu, id est, à forma. In compositis patet: *quia forma est, quæ dat speciem.* In ente imperfecto, vt in motu; *quoniam actio ab actu, qui est principium agendi, & passio a termino, qui est actus, specificantur: vt patet in calefactione, quæ est motus à calore, ad calorem.* Quare cum homo moueat se, & moueatur à se in finem, eius actus, vt passiones, & actiones specificabuntur à fine. *Vnde patet maior secundæ rationis.*

3. Concl. Actus morales specificantur à fine.

Nam ex Amb. mores dicuntur actus humani. Sed hi specificantur a fine. Ergo.

† 4. Concl. Finis non est omnino extrinsecus ab actu, cum sit eius principium & terminus: est enim de ratione actus, vt sit ab aliquo, in aliud.

5. Concl. Finis, vt est prius in intentione, pertinet ad voluntatem, & hoc modo dat speciem actui humano.

6. Concl. Vnus act⁹ in genere entis, potest esse multiplex in genere motis, si ad plures fines ordinetur. Sed finis multiplex accidit naturali. Vnde vnus actus potest esse in pluribus speciebus.

Art. 4. Vtrum sit aliquis vltimus finis humanæ vitæ.

1. Concl. Impossibile est in finibus subordinatis dari processum infinitum; vnde datur vltimus finis.

2. Metaph. tex 8. 3. Phys tex. 34. 1. *Qui ponit infinitum, tollit rationem boni, ex Arist. Sed bonum habet rationem finis. Ergo.*

2. *Si non daretur vltimus finis, homo nihil appeteret, nam vbi non est primus finis, qui moueat, alij non possunt mouere, vt patet in causis efficientibus. Quare si nullus finis moueret, nulla esset appetitio.*

3. *Actio humana non haberet terminum cum finis sit ipsius terminus.*

4. *Nunquam quiesceret intentio, si vnus finis esset propter alium successiue.*

2. Concl. In executione finis, datur primum medium.

1. *Si non daretur, nunquam inciperet operatio, quæ à primo medio incipit.*

2. *Consilium quod est de medijs, non terminaret. Quare secundum ordinem intentionis datur vltimus finis, & secundum ordinem executionis primum medium.*

3. Concl. Fines accidentaliter subordinati possunt procedere in infinitum.

Quoniam causæ per accidens sunt indeterminatæ in omni genere.

† 4. Concl. Licet Deus sit summa bonitas, cuius est se communicare: tamen, quia cum ratione se communicat, datur terminus in bonis.

5. Concl. De ratione boni est, vt alia sint ab ipso, & vt se communicet, non autem vt ipsum sit ab alio.

6. Concl. In his, quæ sunt per se, ratio procedit à notis, & habet terminum, vt patet in demonstrationibus: in his, quæ sunt per accidens, non ita.

7 Concl. In multiplicatione actionum voluntatis potest esse processus in infinitum, quatenus potest pluries velle vnum, & in se reflectere, quæ multiplicatio est per accidens.

Art. 5. Vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines.

1. Concl. Impossibile est, quod voluntas vnius hominis simul se habeat ad diuersa, sicut ad vltimos fines. Mat. 7.

1. *Id in quo homo quiescit, ei dominatur. Sed nemo potest seruire duobus dominis non subordinatis. Ergo non potest habere plures fines per se vltimos.*

2. *Ratio finis est perficere & explere appetitum. Ergo non possunt esse plures fines perfecti: qui-*

omnibus aliquid deesset, & sic non perficeretur ex se, quod est contra rationem finis.

3. In ratione est aliquid, quod naturaliter cognoscitur, quod est vnum & determinatum: quia natura est determinata ad vnum. Ergo etiam in voluntate erit vnum, quod naturaliter appetitur.

4. Omnia appetibilia sunt vnius generis, quia specificantur à fine. Ergo dabitur vnus finis generis, à quo sument vnitatem generis & sic finis erit vnus.

5. In omni genere est vnum principium. At finis est principium. Ergo vnum.

1. Concl. Vnius hominis est vnus finis, nō solum in genere, sed etiam in specie: ita vt vni rei inhæreat tanquam vltimo fini.

Quia sic se habet vnus vltimus finis ad genus humanum, sic vltimus finis ad hūc hominem. Sed ille finis est vnus. Ergo & iste.

3. Concl. Licet plures à pluribus ponantur fines materiales: tamen omnes sunt vnus sub vna ratione perfecti.

4. Concl. Bono perfecto repugnat, vt sit aliquid de perfectione rei, extra ipsam; & ideo excluduntur alia bona à ratione finis.

5. Concl. Voluntas nō potest facere, vt opposita sint simul, quod faceret, si posset tēdere in disparata, vt in vltimos fines, vnde non potest sibi multos fines constituere.

Art. 6. Vtrum homo omnia quæ vult, velit propter vltimum finem.

Necesse est, quod omnia, quę homo appetit, appetat propter vltimum finem.

1. Ex Augst. Illud est finis boni nostri, propter quod amantur cetera.

2. Quicquid homo appetit, appetit vt bonum, quod si non appetatur, vt bonum perfectum, cuiusmodi est finis, appetitur, vt tendens in perfectum, vt medium ad finem. Ergo omnia appetet propter vltimum finem, qui est perfectus.

3. Vt secundæ causæ non mouent sine prima, ita secunda appetibilia non mouent sine primo. Ergo omnia appetuntur propter primum, id est, propter finem.

Concl. Actio iudicra, & scientia speculativa non ordinantur ad finem extrinsecum, sed ad bonum agentis, quod continetur sub fine & bono perfecto hominis. Vnde patet ad duo prima argumenta.

3. Concl Non est necesse, vt agens semper cogitet de vltimo fine, cum aliquid appetit, sed sat est prima intentio, qua in illum fertur, cuius vi singula appetit, vt patet in eo, qui iter facit, qui non semper de termino cogitat.

Art. 7. Vtrum sit vnus vltimus finis omnium hominum.

1. Concl. Lib 13. de Trin. c. 3. & 4. Omnium hominum vnus est vltimus finis formaliter.

1. Ex Aug. qui ait, omnes conuenire in appetitione vltimi finis.

2. Omnes appetunt suam perfectionem. Ergo si in vltimum finem quia hæc est ratio vltimi finis propria scilicet perfectio.

2. Concl. In appetitione finis materialis non omnes conueniunt.

1. Quia licet omnes vnum in vna, alium in alia re suam perfectionem quærere.

2. Ad sanit. omnibus placet dulce, sed alij in melle, alij in vino dulcedinem quærunt.

3. Concl. Illud est bonum, perfectum & vltimum, quod appetit is, qui habet affectum bene dispositum, sicut illud est perfectum dulce, in quo maxime delectatur, qui habet optimum gustum: ita id est perfectum, quod recta ratio probat, & bonus appetitus sequitur.

† 4. Concl. Peccantes auertunt se à Deo, in quo est ratio summi boni; non tamen à ratione formali boni, quam quærunt, vbi non est.

5. Concl. Diuersa hominum studia oriuntur ex diuersitate rerum, in quib. homines summum bonum quærunt.

6 Concl. Licet actiones sint singulariū: tamen principium agendi est natura, quæ tendit in vnū; & ideo omnes appetunt vnum bonum.

Art. 8. Vtrum in illo vltimo fine alia creaturæ conueniant.

1. Concl Si loquamur de vltimo fine hominis quantum ad rem ipsam, quæ est finis, qui dicitur finis eius, sic in vltimo fine hominis omnia alia conueniunt.

Quia Deus est vltimus finis hominis, & omnium aliarum rerum.

2. Concl. Si loquamur de vltimo fine hominis quātum ad consecutionem, qui appellatur finis quo, in hoc hominis fine non communicant aliæ creaturæ irrationales.

1. Finis hominis vltimus est beatitudo, quam omnes appetunt, ex Aug. at bruta non possunt esse beata, ex eodem Aug. Ergo.

Lib. 19. de ciu. c. 1. Lib 8. 3. q. 9. 5. 2. Creaturæ rationales consequuntur finem cognoscendo, & amando Deum, quod non competit aliis creaturis, quæ assequuntur finem participando aliquam similitudinem Dei, prout vel sunt, vel viuunt, vel etiam cognoscunt. Ergo.

Vnde patet ad tria argumenta. Quia beatitudo nominat adeptionem finis.

Que-

Quæstio 2. De his, in quibus hominis beatitudo consistit.

Art. 1. Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitijs.

1. Conc. Lr. 2. de cōs. 1. Prosp 2 Polst. Lib. 2. c. 6.

IMpossibile est beatitudinem, quæ est vltimus finis hominis in diuitijs consistere.

1. Beatitudo consistit in ipsa mente & rationo, vt dicitarum quæ est in dando, vt ait Boet. Ergo.

Psalm. 8.

2. Diuitiæ ex Aristotele vel sunt naturales, per quas naturalibus necessitatibus subuenimus vel artificiales, quæ ad illas in commodiorem comparantur. Sed omnes propter homines quæruntur. Ergo. Ideo non dicuntur esse subiecta homini.

† 2. Conc. Eccl. 10.

Dicuntur omnia obedire pecuniæ, ex lenten ia stultorem, qui sola temporalia agnoscunt, quæ pecunijs patantur.

3. Concl. Prou. 17.

Beatitudo est status omnium bonorū, sed pecunijs nō possidentur omnia: cum illis non possimus emere sapientiam.

4. Concl. Eccl. 24.

Appetitus diuitiarum naturalium est finitus, *quia natura contenta est paucis*, artificialium non ita, *quia sequitur concupiscentiam, non obedientem rationi*. Appetitus summi boni est infinitus, non sic diuitiarum: *quia illud, quo plus habetur, plus amatur, ea plus contemnuntur, & alia quæruntur.*

Art. 2. Vtrum beatitudo hominis consistat in honoribus.

1. Concl.

Impossibile est beatitudinem consistere in honore.

1. Beatitudo est in beato. At honor non est in honorato, ex Arist. Ergo.

2. Honor est signum excellentiæ cognitæ in alio, quæ excellentia consistit in beatitudine, & eius partibus, quibus aliquid beatitudinis participatur. Ergo potius honor beatitudinem sequitur, quam sit ipsa beatitudo.

2. Concl.

Honori on est præmium virtutis, propter quod homo operatur, quia esset ambitiosus; datur tamen virtuti, quia non habemus aliquid maius.

3. Concl.

Honor debetur Deo & excellentibus, in testimonium excellentiæ, sed non facit homines excellentes.

4. Concl

Ex appetitione beatitudinis, quæ naturaliter appetitur, homines appetunt honores: & ideo volunt honorari abijs, qui excellentiam & beatitudinem norunt. Vnde desiderantur propter aliud, scilicet vt homo habeatur beatus.

Art. 3. Vtrum beatitudo hominis consistat in fama, siue gloria.

1. Conc. Lib. consist. of

Impossibile est hominis beatitudinem cōsistere in fama, siue gloria.

1. Beatitudo est bonum verum hominis. Sed ista sæpe sunt falsa, vt ait Boet. Ergo.

2. Gloria est clara notitia cum laude, vt ait Ambr. At ista notitia in humana mente producitur a beatitudine: cognitio enim humana causatur a rebus. Ergo non erit ipsa beatitudo.

2. Concl. Psalm. 9

Gloria vel fama, quæ est apud Deum, est causa beatitudinis hominis.

1. Ideo ait. Ergo iuuabo eum, & glorificabo eum.

2. Notitia Dei falli non potest. Ergo erit vera, & ille probatus erit, quem Deus commendat. Quare dici potest, beatitudinem consistere in ea fama, quæ habetur apud Deum.

1. Cor. 10. Rom. 8.

Gloria q̃ reuelabitur in nobis, non est gloria humana, sed illa, q̃ est a Deo, corā angelis.

3. Concl.

Fama vel est vera, & sic supponit beatitudinem, saltem inchoatam, vel falsa, & tunc beatitudo non erit in laudato.

† 4. Conc. Mat. 8.

Fama dicitur immortalis, sed non vere, quia facili rumore perditur: si perseueret, est per accidens, at beatitudo debet esse stabilis per se.

5. Concl. Boet. l. 3. a cos pros 2.

Art. 4. Vtrum beatitudo hominis consistat in potestate.

1 Concl. Lib. 3. de cos pros 5.

Impossibile est hominis beatitudinem in potestate consistere.

1. Potestas humana est plena timoris, ex Boet quē homo vitare nequit. At beatitudo caret omni timore. Ergo

2. Potestas habet rationem principij, quia per potestatem aliquid facimus. At beatitudo rationem finis. Ergo.

3. Potestas est ad bonum & malum. Beatitudo vero tantum ad bonum. Potius ergo consistet in bono quam potestate.

Confirmantur quatuor allatæ conclusiones his rationibus communibus.

1. Omnia dicta bona possunt esse in bonis & malis: beatitudo vero tantum in bonis.

2. Beatitudo est bonum per se sufficiens, ista vero non ita.

3. Beatitudo est bonum perfectum, ex quo nullum potest oriri malum, vt existis.

4. Homo ordinatur ad beatitudinem per interna principia. At ista bona sunt etiam a causa extrinseca, & a fortuna

† 2. Con

Diuina potestas est sua bonitas, quo fit, vt ea non possit abuti: & ita homo non est similis Deo in potestate.

5. Concl.

Vt est optimum in regno, si quis bene vtatur

pote-

potestate; ita pessimum si male: ad quod indifferenter se habet potestas.

4. Concl. Seruitus est impedimentum boni vsus potestatis, propterea eam fugimus: non quod in potestate sit beatitudo.

Art. 5. Vtrum beatitudo consistat in aliquo corporis bono.

1. Concl. Impossibile est, vt hominis beatitudo in bonis corporis consistat.

1. Homo beatitudine excellit omnia animalia. At in bonis corporis exceditur à multis, vt in dexteritate, fortitudine, &c. Ergo.

2. Conseruatio rei, quæ ordinatur in finem non potest esse finis; sicuti conseruatio nauis, quæ committitur nautæ ad nauigandum. Sed homo ordinatur ad aliquid, vt ad finem; quia ipse non est summum bonum. Ergo conseruatio esse hominis non erit finis.

2. Concl. Posito, hominis beatitudinem consistere in eius esse perpetuo, adhuc finis hominis nõ esset aliquod bonum corporis.

1. Quia esse corporis ordinatur ad animam, à qua pendet.

2. Bona corporis ordinantur ad bona animæ, tanquam eius instrumenta.

† 3. Concl. Bonum corporis recte præfertur bonis externis, quia referuntur ad bonum corporis; & ideo dicitur, non est census supra censum salutis corporis. Verum bonum animæ præfertur omnibus bonis corporis.

Eccl. 30.

4. Concl. Esse, vt includit omnem rationem essendi, est melius vita: sed vt est quid participatum non est melius, quia vita superadditi ipsi esse participato.

5. Concl. Primum principium essendi, id est, Deus est vltimus finis; cuius similitudinem omnia appetunt secundum proportionem, vel vt sunt, vel viuunt, vel intelligunt: & ita beatitudo non consistit in esse, cum in eo non sit tota perfectio.

Art. 6. Vtrum beatitudo hominis consistat in voluptate.

1. Concl. In nulla voluptate, etiam si sequatur bonum perfectum, consistit principaliter beatitudo.

Nam in nullo quod est accidens alicuius rei consistit principaliter res ipsa; vt patet de risibilitate respectu hominis. Sed delectatio est accidens consequens beatitudinem, vel partem eius; quia ex eo quis delectatur, quod adeptus est bonum, vel re, vel spe, vel memoria, quod bonum vel est perfectum, & est beatitudo ipsa: vel est imperfectum, & est beatitudo participata, vel propinqua vel remota, vel apparens. Ergo delectatio non est ipsa beatitudo; sed si sequatur bonum perfectum, est accidens proprium beatitudinis.

2. Concl. lib. 3. de cons. prosa 7. Delectatio corporalis, quæ, quia notior est, assumpsit nomen voluptatis, nec est ipsa beatitudo, nec per se accidens beatitudinis.

1. Vt ait Boetius, talis voluptas tristes habet exitus.

2. Quoniam consequitur bonum imperfectum bonum enim sensus non est perfectum bonum hominis, quia homo ratione anima cognoscit bonum abstractum à materia. At bonum sensus, cum ipse sit in materia, est particulare & imperfectum. Ergo.

† 3. Concl. Eiusdem rationis est, appetere bonum, & delectationem boni, quæ est quietatio in ipso bono: sicuti eadem vi lapis mouetur, & quiescit. Quare delectatio, vt dicit causam finalem, est per se appetibilis, vt ipsum bonum. Vt autem mouet, appetitur propter aliud, id est, propter bonum, quod est delectationis obiectum, à quo etiam recipit formam, cum sit quies in bono.

4. Concl. Vehemens appetitus delectationis sensus oritur ex hoc, quod operationes sensus magis percipiuntur, & ideo magis appetuntur.

5. Concl. Licet omnes appetant delectationem, tamen eam appetunt ratione boni, & non è cõuerso. Vnde non sequitur quod sit maxime bonum, sed quod consequatur bonum.

Art. 7. Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono animæ.

1. Concl. Si finis sumatur pro re, impossibile est quod vltimus finis hominis sit anima.

1. Id in quo consistit beata vita, est per se diligendum; vt ait Aug. Sed quidquid est in homine diligendum est propter Deum. Ergo.

lib. 1. de doct. Ch. c. 3.

2. Quod est in potentia, vt perficiatur, non potest esse vltimus finis; quia hic finis dicit vltimam perfectionem. Sed anima est in potentia ad perfectionem, quia fit studiosa & sciens, & potentia est propter actum. Ergo.

2. Concl. Nihil quod sit in anima potest esse vltimus finis, modo, dicto, siue sit potentia, siue actus, siue habitus.

Quia vltimus finis est bonum perfectum complens appetitum, qui respicit bonum vniuersale. At quidquid est in anima, est bonum particulare. Ergo.

3. Concl. Si finis sumatur pro consecutione, vel vsu finis, vltimus finis pertinet ad aliquid ex parte animæ.

Quia per animam homo assequitur beatitudinem

dinem. Quare beatitudo, pro re, est aliquid extra animam, & pro adeptione est aliquid in anima

† 4. Concl. Beatitudo dicitur consistere in bonis animæ, quatenus per animam attingitur id, in quo est beatitudo.

5. Concl. Cum dicitur, magis amatur id cui volumus bonum, quam bonum ipsum, vt magis amicus, quam pecuniæ, quas ei cupimus; non sequitur hominem magis amare se, quã omne aliud bonum.

Quia beatitudo amatur, & bonum commune, & nos ipsos amamus tanquam id, cui bonum concupiscimus. Vnde non est eadem vtrinque amoris ratio

6. Concl. Beatitudo est aliquid eius, quod perficitur, si sumatur formaliter; sed pro re, est aliquid extra animam.

Art. 8. *Vtrum hominis beatitudo consistat in aliquo bono creato.*

1. Concl. lib. 19 de ciu. c. 26. Psal. 134. Impossibile est beatitudinem hominis esse in aliquo bono creato.

1. *Ex Aug. Beata vita hominis, Deus est: & Psal. Beatus populus, &c.*

2. *Beatitudo est bonum perfectum, quod totaliter quietat appetitum, alias non esset vltimus finis. Sed nullum bonum creatum potest id præstare; quia appetitus hominis tendit in bonum vniuersale, quæ ratio non reperitur in bono creato, cum sit participatum Ergo.*

2 Concl. Psal. 102. Beatitudo hominis consistit in solo Deo.

Quia cum contineat omne bonum, ipse solus potest explere hominis appetitum, vt ait David.

† 3. Concl. Coniungit Deus supremum inferioris cũ infimo superioris, naturæ scilicet hominem cum Angelo, per quandam similitudinem: sed non ibi sistit homo, cum ad vniuersale bonum, vt ad finem transcendat.

4. Concl. Si totum sit ad aliquem finem, finis partis non est totum, sed aliquid aliud: quo fit vt vniuersus mundus non sit hominis finis, licet homo sit pars mũdi, quia mundus est propter Deum.

5. Concl. Bonum creatum non est minus, quam bonum, cuius homo est capax, si loquamur de bono inhærente id est, de actu, quo attingit bonum: est tamen minus, quam bonum, cuius est capax, vt obiecti.

Quæstio 3. Quid sit Beatitudo.

Art. 1. Vtrum Beatitudo sit aliquid creatum.

1. Concl. Si Beatitudo sumatur pro possessione, siue vsu vltimi finis, est aliquid creatum in ipso homine, scilicet fruitio finis.

Nam, vt ait Aug. Illa rebus fruendum est, quæ nos beatos faciunt. Lib. 1. de doct. c. 5.

2. Concl. Si beatitudo sumatur pro re, quam cupimus, siue pro obiecto & causa beatitudinis, est aliquid increatum, scilicet Deus.

Quia sola bonitas Dei infinita, potest satiare hominis voluntatem.

† 3. Concl. Deus est beatus per suam essentiam; ideo in eo eadem est beatitudo essentialis & formalis: at homo est beatus per participationem, quæ est aliquid creatum.

4. Concl. Beatitudo dicitur summum bonum hominis, quia est adeptio summi boni: non quod ipsa formaliter sit summum bonum.

5. Concl. Voluntas tendit in vltimum finem tanquam in beatitudinem, quæ dicitur finis vltimus, id est, adeptio finis vltimi.

Art. 2. Vtrum beatitudo sit operatio.

1. Concl. Beatitudo, vt est aliquid in homine existens, necessario est hominis operatio.

1. Eth. c. 7. 1. *Ex Arist. Felicitas est operatio secundum virtutem.*

2. Beatitudo consistit in vltimo hominis actu, cum sit vltima perfectio, quæ consistit in actu. At operatio est vltimus actus, quia esse & forma sunt propter operationem. Ergo consistet in operatione; tanquam in vltimo, & perfecto actu.

† 2. Concl. Rom. 6. Cum beatitudo dicitur vita æterna, vita non sumitur pro esse, sed pro operatione.

3. Concl. Cum Boet. dixit, *beatitudinem esse statum*, &c. Sumpsit beatitudinem secundum rationem communem, quæ est vt sit bonum perfectum; & sic beatus dicitur esse in statu boni perfecti. At Arist. docuit per quid homo sit in hoc statu.

4. Concl. Beatitudo non est operatio immanens, ideo est aliquid in beato, & ita non perficitur ab aliquo extrinseco.

5. Concl. Varij sunt gradus beatitudinis; primus Dei, qui est beatus sua essentia, cum eius operatio sit eius esse: secundus Angeli, qui est beatus per vnam operationem perpetuam: tertius hominis, qui est beatus per operationem, sed non continuam in hac vita, ideo non est beatitudo perfecta. Potest tamen dici continua, quia homo potest eam continuare. Vita actiua habet minus de beatitudine, quam speculatiua; quia hæc est magis continua, & vna. Vnde argumenta probant: quod debeat permanere quod sit vna, & non sit interrupta.

Art. 3. Vtrum Beatitudo sit operatio sensitiue partis intellectiua tantum.

. Concl. Operatio sensus non potest essentialiter pertinere ad beatitudinem.

1. *In hac homo communicat cum brutis, non autem in beatitudine, Ergo.*

2. *Beatitudo consistit in coniunctione cum bono increato. At per hanc operationem nemo coniungitur cum tali bono; quia hæc operatio versatur circa sensibilia in quibus non est sita beatitudo. Ergo.*

:. Concl. Operationes sensus pertinent ad beatitudinem imperfectam antecedenter: *quia in hac vita operatio intellectus præexigit operationem sensus*: ad perfectam in alia vita pertinebunt consequenter: *nam assumpto corpore redundabit beatitudo animæ in corpus, vt ait Aug. non tamen humana mens tunc à sensu pendebit.* Epist. 56. Itaque ad beatitudinem aliquid potest pertinere, vel essentialiter, vel antecedenter, vel consequenter. Vnde soluitur primum, quod procedit de imperfecta, & antecedenter.

† 3. Concl. In beatitudine perfecta habentur omnia bona per cõiunctionem ad fontem omnium bonorum, imperfecta vero requirit aggregationem omnium bonorum, secundum sufficientiam.

4. Concl. In beatitudine perfecta perficitur totus homo, & ab animo redundat in corpus: in imperfecta contra, à perfectione inferioris partis proceditur ad perfectionem superioris.

Art. 4. Vtrum si beatitudo est intellectiuæ partis sit operatio intellectus an voluntatis.

. Concl. Impossibile est vt essentialis beatitudo cõsistat in actu voluntatis.

1. *Beatitudo est Vita æterna. At Vita æterna est Deum cognoscere. Ioan. 17. Ergo.*

2. *Beatitudo est consecutio vltimi finis, quia consistit in coniunctione cum fine. At illa consecutio, & coniunctio non fit per actum voluntatis, quia actus voluntatis, vel est desiderium, quod est boni absentis, &c. delectatio, quæ est de fine iam præsente: fit autem præsens per actum intellectus. Et consecutio bonorum externorum, per apprehensionem manus, Ergo.*

. Concl. Ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinem consequens. Ita Augustin. qui ait esse gaudium de veritate, prout gaudium est consummatio beatitudinis.

5. 10 conf. 23. Pars pertinet ad beatitudinem antecedenter, & consequenter, prout remouet impedimenta, & prout adepto fine, homo desiderio quiescit.

4. Concl. Primum obiectum voluntatis non est actus ipsius: & ideo ex hoc, quod beatitudo pertinet ad voluntatem, tanquam ad obiectũ eius; non pertinet ad ipsam, vt sit actus ipsius.

5. Concl. Et si motus ad finem incipiat à voluntate tamen prius attingitur finis ab intellectu, quam à voluntate; cui debetur, quod beatitudinem sequitur; scilicet gaudium, & fruitio.

6. Concl. Præcedit quidem voluntas in mouendo, non in attingendo: quia non diligitur incognitum: quare intelligibilem finem prius per intellectum attingimus. Aug. li. 10. de trin. c. 1. & 2.

7. Concl. Beatus habet quæ vult per intellectum: & quod nihil mali velit est dispositio ad beatitudinem. Vnde bona voluntas est inclinatio ad beatitudinem, sed non ipsamet essentialis beatitudo.

Art. 5. Vtrum beatitudo sit operatio intellectus speculatiui an practici.

1. Concl. Beatitudo perfecta in alia vita, magis consistit in operatione intellectus speculatiui, quam practici. li. 1. de trin. c. 10.

1 *Ex Augustin. qui ait contemplationem esse finem omnium actionum.* lib. 9. Eth. c. 4. & 8.

2. *Beatitudo est perfecta hominis operatio: quia est quid optimum. At speculatio est talis, quia est optima operatio, optima potentiæ, optimi obiecti. Vnde sequitur esse maxime delectabilem, Ergo: nam vnumquodque videtur esse id, quod est optimum in eo.* lib. 10. c. 7.

3. *Beatitudo quæritur propter seipsam: talis est actus speculatiuus, actus vero intellectus practici, sunt propter operationem, Ergo.*

4. *Ex Vita contemplatiua, qua homo communicat cum Deo, & Angelis, actiua vero aliquo modo, etiam cum alijs rebus.*

2. Concl. Beatitudo imperfecta in hac vita, primo & principaliter consistit in speculatione, secũdario in operatione practica intellectus, qua ordinantur actiones & passiones, ex Aristotele.

† 3. Concl. Deus respectu sui primi & principalis cogniti scilicet suæ essentiæ, habet tantum cognitionem speculatiuam, secundum quam sumus ei similes, magis quam secundum practicam. lib. 10. Eth. c. 7. & 8.

4. Concl. Licet secundum operationem intellectus practici dicamur boni: tamen hoc bonum est extra intellectum practicum. At intellectus speculatiuus habet bonum in seipso, scilicet

licet

licet veritatis speculationem, & si hoc bonum sit perfectum, ex eo totus homo dicitur perfectus & bonus: quod intellectus practicus non habet ex se, sed ad aliud ordinat.

5. Concl. Si homo esset sibi finis, beatitudo magis consisteret in praxi, qua se ordinaret: at habet finem, extra quem speculando attingit.

Art. 6. Vtrum beatitudo consistat in cognitione scientiarum speculatiuarum.

1. Concl. Perfecta beatitudo in cognitione scientiarum speculatiuarum consistere non potest.

Cap. 9. 1. *Non glorietur sapiens in sapientia sua, ait Iere. qui de hac sapientia loquitur.*

2. *Talis scientia habetur per sensus, & non se extendit nisi ad ea, quæ sensus subministrat; scientia enim tota virtualiter continetur in suis principijs. Sed in cognitione sensibilium non est ista hominis beatitudo, quæ est eius perfectio; quoniam sensibiles sunt inferiores homine, & inferius non perficit superius, Ergo.*

3. *Per cognitionem sensibilium homo non potest peruenire in cognitionem rerum à materia separatarum, quæ sunt supra intellectum, in quarum rerum cognitione consistit vltima hominis perfectio, Ergo.*

2. Concl. Beatitudo participata cõsistit in cognitione scientiarum speculatiuarum.

Quia vt res sensibiles sunt participationes rerum abstractarum, ita rerum cognitio erit participatio quædam cognitionis earum rerum, quarum notitia est perfecta beatitudo. Patet etiam à simili, de prudentia, quæ est in homine, quæ est perfecta, & de ea, quæ est in brutis, in quibus est particularium instinctus ad quædam opera, & de hac intelligitur Arist. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl. lib. 10 Eth. c. 7. Homo non solum desiderat naturaliter beatitudinem perfectam, sed etiam imperfectam, quæ est participatio perfectæ.

4. Concl. Per scientias speculatiuas non perficitur intellectus vltimate; sed aliquo modo, quatenus per has reducitur ad quendam actum, &c.

Art. 7. Vtrum beatitudo consistat in cognitione substantiarum separatarum scilicet angelorum.

1. Concl. Ierem. 9. Beatitudo hominis perfecta non consistit in cognitione substantiarum abstractarum, sed Dei.

1. *In hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me, ait Deus, Ergo.*

2. *Quod habet veritatem participatam, si cognoscatur, non facit omnino perfectum intellectum, quia obiectum intellectus a quo perficitur, est verum, quod si sit participatum, non potest omnino perficere, cum eadem sit dispositio rerum in esse & in cognitione, ex Aristot. Sed substantia separata habent esse & veritatem participatam, cum solus Deus sit suum esse, ac proinde veritas per essentiam. Ergo sola Dei contemplatio facit perfecte beatum.* 2. Met. tex. 4.

2. Concl. Beatitudo imperfecta, maior tamen, quam quæ habetur ex cognitione scientiarum speculatiuarum, potest haberi ex contemplatione angelorum.

† 3. Concl. Gre ho. 26. in Euang. Pectis angelorum, quibus interesse videtur beatitudo ipsa, non solum eos contemplando, sed etiam cum ipsis Deum cognoscendo, interetimus.

4. Concl. Si anima crearetur ab angelo, conueniens angelorum cognitio diceretur hominis beatitudo, *quia per eam consummaretur cum suo auctore: sed non est ita.* Quod si angeli nos illuminant, id faciunt tanquam ministri.

5. Concl. Dion. c. 4. de div. nom. Naturam superiorem attingi ab inferiore, contingit, vel secundum gradum potentiæ participantis, & sic vltima perfectio hominis erit vt attingat contemplationem, vt angeli: vel sicut obiectum attingitur à potentia, & hoc modo vltima perfectio cuiusque est attingere id, in quo plene inuenitur ratio sui obiecti.

Art. 8. Vtrum beatitudo hominis sit in visione diuinæ essentiæ.

1. Concl. 1. Ioan. 3. Vltima & perfecta beatitudo non potest esse nisi in visione diuinæ essentiæ.

1. *Cum apparuerit, similes erimus, & videbimus eum sicuti est.*

2. *Vt hæc ratio percipiatur, hæc supponunt. Beato nihil restat desiderandum, potentiæ perfectio attenditur secundum rationem sui obiecti: obiectum intellectus est res essentia, tunc talis est ratio Intellectus humanus per creaturas cognoscit de prima causa solum an sit. Sed per hanc cognitionem non perficitur neque quiescit, quia cognita existentia rei, desideramus cognoscere quidditatem, quæ est proprium obiectum. Ergo ad perfectam beatitudinem debet intellectus humanus pertingere essentiam primæ causæ, & per cognitionem eius frui.*

† 2. Concl. Coniungitur homo in hac vita cum Deo per cognitionem, sed imperfectam: & ideo per eam non est beatus, donec essentiam videat: quia tunc Deus erit omnino notus.

3. Concl. Beatitudo sumpta pro re, est eadem omnium rerum, sed pro consecutione, est diuersa, iuxta diuersas naturas. Vnde alia est beatitudo Dei, alia angeli, alia hominis.

Quæst. 4. De his, quæ ad beatitudinem requiruntur.

Artic. 1. Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

AD beatitudinem requiritur delectatio, vt quid concomitans.

1. Concl. Lib. 10. cõf. 23.

1. Beatitudo ex Auguſt. eſt gaudium de veritate. Ergo.

2. Nam cum aliquid requiratur ad beatitudinem, vel vt præparans, vel vt perficiens, vel vt coadiuuans extrinſecus, vel vt concomitans, delectatio ſe habet hoc modo. Quoniam beatitudo eſt adeptio ſummi boni. Sed ad hanc ſequitur delectatio, qua cauſatur ex quiete appetitus in bono adepto. Ergo.

† 2. Concl. Lib. 1. de Trin. c. 8.

Viſio ab Aug. dicitur tota merces, in qua voluntas quieſcit, & delectatur, & ita delectatio eſt merces concomitans.

3. Concl.

Qui Deum videt, non eget aliquo alio bono, ſeu delectatione extrinſeca.

Quia ad ipſam beatitudinem conſequitur delectatio, qua non addatur vt quid extrinſecum.

4. Concl.

Delectatio, conſequens viſionem non impedit viſionẽ, ſed magis eam confortat: *Quia quæ cum delectatione facimus, attentius facimus.* At delectatio externa impedit, vel ob diſtractionem, vel continuationem.

Art. 2. Vtrum in beatitudine ſit principalior viſio, quam delectatio.

1. Concl.

Viſio in beatitudine eſt potior delectatione.

1. Cauſa eſt potior ſuo effectu. At delectatio eſt effectus viſionis. Ergo.

2. Delectatio conſiſtit in quadam quietatione voluntatis. Quod autem voluntas in aliquo quietetur, eſt propter bonitatem eius, in quo quieſcit. Ergo potior erit viſio, quam quies, cum naſcatur ex bonitate viſionis.

2. Concl.

Voluntas non quærit bonum propter delectationem, ſed delectationem & operationem, vt in ea quieſcat, cum ſit eius bonum. Alias enim actus voluntatis eſſet finis, contra iam dicta.

† 3. Concl.

Delectatio eſt perfectio concomitans viſionem accidentaliter: & ideo non dat ei eſſe ſpecificum, id eſt, vt ſit beatitudo.

4. Concl.

Deus applicuit delectationem operationibus propter ipſas operationes, propter quas homo quærit delectationem; bruta vero, cõtra, quia feruntur in bonum particulare, delectabile. In quibus poteſt dici delectationẽ eſſe ob operationem, quia ſic Deus inſtituit, cuius ordinatio eſt attendenda.

5. Concl.

Caritas non quærit bonum dilectum propter delectationem, ſed conſequitur delectatio: & ita in beatitudine non reſpondet ei delectatio, ſed viſio, qua bonum fit præſens.

Art. 3. Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehenſio.

Ad beatitudinem requiritur comprehenſio.

1. Concl. 1. Cor. 9.

1. Sic currite, ait Paul. vt comprehendatis. At ſpirituales curſus terminatur in beatitudine. Ergo.

2. Beatitudo conſiſtit in conſecutione finis. Sed hæc habetur per comprehenſionem, qua nihil aliud importat, quam præſentiam finis. Ergo.

Ad beatitudinem requiruntur neceſſario tria, viſio, comprehenſio, & delectatio.

2. Concl.

Ratio ſumitur ex ordine hominis ad finem, ad quem ordinatur per intellectum cognoſcẽdo ſaltem imperfecte: per voluntatem primum amando, deinde per realem habitudinem amantis ad amatũ, quod ſi eſt præſens, vel non poteſt acquiri, non quæritur. Si poteſt acquiri, ſed ſit ſupra vires, tunc per ſſem tenditur in illud, & inquiritur: & his tribus reſpondet aliquid in ipſa beatitudine. Perfecta cognitio, quæ dicitur viſio cognitionis imperfectæ; præſentia finis, qua habetur per comprehenſionem; motus ſſeu delectatio, ſeu fruitio amoris.

† 3. Concl.

Comprehenſio aliquando ſumitur p conclusione rei, quę habetur, aliquando pro tentione rei præſentis, vt hoc loco. Quare qui ſic tenent Deum, non comprehendunt ipſum.

4. Concl.

Vt ad voluptatem pertinet ſpes & amor, ita etiam comprehenſio & delectatio, quia eiuſdem eſt habere aliquid, & quieſcere in illo. Quare etiam voluntas comprehendit.

5. Concl.

Comprehenſio non eſt aliqua opatio præter viſionem, ſed quædam habitudo ad finem iam habitum. Viſio dicitur vt manifeſtat obiectum, comprehenſio, vt illud facit præſens. Vnde obiectum comprehenſionis dicitur viſio, ſeu res viſa; non autem verum vel bonum, quæ intellectui & voluntati reſpondent.

Art. 4. Vtrum ad beatitudinem requiratur rectitudo voluntatis.

Beatitudo non poteſt eſſe ſine rectitudine voluntatis antecedenter & conſequenter.

1. Concl. Matth. 5. Hebr. 12.

1. Quia antecedenter requirit mundiciam cordis, conſequenter vero pacem ſcript.

2. Quod requiratur rectitudo antecedenter patet, quia beatitudo eſt finis, qui eſt voluntis forma,

reſpectu

respectu eorum, quæ sunt ad finem. Sed forma requirit debitam dispositionem. Ergo Voluntas non potest assequi finem, nisi sit debite ordinata ad finem, quæ dispositio consistit in recta Voluntate. Quod consequenter, *quia Voluntas videntis Deum quidquid amat, necessario propter Deum amat; & Voluntas non videntis, omnia amat propter bonum in communi. Sed ex tali amore efficitur recta. Ergo.*

† 2. Conc. Voluntas mala potest scire verum, quod non est essentia bonitatis, quo modo est intelligendus. Augustin.

3. Concl. Lib. 1. de verr. c. 14. Omnis actus voluntatis procedit ab aliquo actu intellectus: aliquis tamen actus voluntatis est prior actu aliquo intellectus: & ideo, cum voluntas tendat in actum intellectus, vt in finem, debet esse inclinata in illum.

4. Concl. Id cessat adueniente fine, quod habet rationem imperfecti, cuiusmodi non est rectitudo voluntatis, ideo remanet in patria.

Art. 5. Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.

1. Concl. Ad beatitudinem huius vitæ necessario requiritur corpus.

Quia hæc beatitudo est operatio intellectus speculativi, vel practici. Sed talis operatio non potest esse sine phantasmate, & hoc non sine corpore. Ergo ista beatitudo aliquo modo pendet à corpore.

2. Concl. Beatitudo perfecta animæ, quæ consistit in visione diuinæ essentiæ, non requirit corpus: contra dicentes animas non esse beatas, antequam reassumant corpus.

1. Cor. 15. 1. *Ex Paulo, qui ait, nos per speculum in ænigmate videmus per fidem, & non per speciem: vt simus præsentes Deo, &c. quare sanctorum animæ post hanc vitam sunt Deo præsentes, & videntes per speciem, id est, claram visionem, Apoc. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*

2. *Intellectus non eget corpore, nisi ob phantasmata. Sed Deus non videtur per phantasmata. Ergo sine corpore anima potest esse beata, cum beatitudo consistat in visione Dei.*

3. Concl. Ad beatitudinem pfectam requiritur corpus ad bene esse, sicut pulchritudo ad esse hominis.

1. *Operatio pendet ex natura rei, quæ quo est perfectior, etiam operatio perfectior est. Sed anima vnita corpori erit perfectior in sua natura. Ergo.*

lib. 12. super Gen. ad lit. c. 35. 2. *Ex Augustin. Animæ inest naturalis appetitus administrandi corpus. Ergo.*

Beatitudo conuenit animæ ratione intellectus, per quem transcendit corpus organa, non autem vt est corporis forma. Vnde in ea remanet pfectio naturalis, secundum quam ei inest beatitudo: licet non remaneat naturalis perfectio, quatenus est forma. † 4. Conc.

5. Concl. Animæ remanet esse compositi, post compositi corruptionem.

Quia idem est esse formæ & materiæ: & quia remanet in suo esse, potest perfecte operari, licet non remaneat perfecta natura.

6. Concl. Nõ retardatur anima à beatitudine ob carentiam corporis, tanquam à contrario, sed per modum defectus.

Quia habet omnimodam perfectionem, quæ non repugnat operationi fœlicitatis. Appetit ergo frui Deo, & vt fruitio redundet in corpus, prout est possibile.

7 Concl. Beatitudo reassumpto corpore crescet solum extensiue.

Nam licet quiescat ex parte appetibilis, quia appetit, quod sibi sufficit: tamen ex parte appetentis non omnino quiescit, quia non possidet omni modo, quo vellet.

8. Conclu Lib. 2 super Gen. ad lit. c. 35. Quod ait Augustin. animam non æquari angelis, non intelligitur quantum ad gradum beatitudinis, quia multi beati assumuntur ad gradus angelorum, sed quãtum ad hoc, quod illi habent omnia, quæ habere possunt, non sic sancti.

Artic. 6. Vtrum ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis.

1. Concl. Ad beatitudinem imperfectam, qualis haberi potest in hac vita, requiritur perfectio corporis.

Quoniam consistit in operatione virtutis perfecta. Sed per malam valetudinem homo impeditur à perfecta operatione Ergo.

2. Concl. Ad pfectam beatitudinem requiritur perfecta dispositio corporis, & antecedenter, & consequenter.

Quod requiratur talis pfectio, patet; *Quia anima naturale est vnire corpori. Ergo perfectio animæ, quæ habetur per beatitudinem non excludit hanc naturalem perfectionem.* Quod antecedenter, *patet ex Augustino, quia corpus corruptibile impedit animam.* Quod consequenter, *probatur ex eisdem, dum ait, beatitudinem animæ redundare in corpus. Et Isa. ossa vestra quasi herba germinabunt: & Ioann. 13. Beati eritis, &c.* Lib. 12. super Gen. c. 35. Epist 56 c. fit.

Quamuis in bono corporeo, vt in obiecto † 3. Concl.

non consistat beatitudo, tamen hoc bonum potest requiri ad decorem & perfectionem beatitudinis.

Concl. Et si corpus non conferat ad operationem intellectus, tamen potest eam impedire, quare ista perfectio requiritur, non vt intendatur beatudo, sed ne impediatur.

2. Concl. Ad perfectam intellectionem requitur abstractio a corpore mortali, sed non a corpore spirituali totaliter animæ subiecto.

Art. 7. *Vtrum ad beatitudinem requirantur aliqua exteriora bona.*

1 Concl. Ad beatitudinem imperfectam, qualis in hac vita potest haberi, requiruntur externa bona, non quod sint de essentia, sed quasi instrumenta beatitudinis, quę consistit in operatione virtutis.

Lib. 1. Eth. 8. 1. *Ex Aristotele 1. Ethicorum 7. capite 2. Homo indiget his bonis ad sustentandum corpus ad exercendas operationes contemplationis, & actionis. Ergo.*

2. Concl. Ad beatitudinem perfectam, quæ in visione Dei consistit, nullo modo ista bona requiruntur.

1. *Psal. 72. Quid enim mihi est in cælo, &c. mihi adhærere Deo bonum est.*

2. *Bona ista requiruntur ad sustentandum vitam animalem, & ad exercidas operationes quas facimus per corpus animale. At in patria anima fruetur corpore spirituali. Ergo.*

3. Concl. Fœlicitas cõtemplatiua huius vitæ minus eget his bonis, quam actiua. *Quia magis accedit ad perfectam beatitudinem, ex dictis Ergo.*

4. Concl. Promissiones bonorum corporalium, factæ in scriptura, metaphorice intelliguntur, quatenus significant bona spiritualia.

5. Concl. In perfecta beatitudine erit omnium bonorum congregatio.

Quia quicquid est boni in his inferioribus, totum habebitur in summo fonte bonorum.

6. Concl. Locus corporeus non est omnino necessarius beatis, sed erit ad congruentiam & decorem.

Art. 8. *Vtrum ad beatitudinem requiratur societas amicorum.*

7. Concl. Fœlicitas præsentis vitæ indiget amicis, nõ propter vtilitatem, quia est sibi sufficiens, non propter delectationem, quia in se habet perfectam delectationem ex operatione virtutis, sed vt eis beneficiat, & vt ab eis iuuetur ad operationem vtriusque vitæ.

8. Concl. Ad beatitudinem perfectam nõ requiritur societas amicorum de necessitate.

Quia homo habebit tota plenitudinem suæ perfectionis in Deo. Requiritur ergo societas ad bene esse. *Ita Augustin. qui totam 3. partem huius concl. docet.* Li. 8. super Gen ad lit. c. 25.

Beatitudo essentialis designatur in scriptura nomine gloriæ, quæ gloria habetur apud Deum, non apud homines. † 3. Concl.

Non est possessio boni iucunda sine socio, quando id, quod possidetur, est bonum imperfectum, cuiusmodi non est Dei visio. 4. Concl.

Caritas est de essentia beatitudinis respectu Dei: posito tamen proximo, concomitãter se habet eius amicita ad beatitudinem. 5. Concl.

Quæst. 5. De adeptione beatitudinis.

Art. 1. *Vtrum homo possit consequi beatitudinem.*

1. Concl. HOmo potest beatitudinem adipisci.

1. *Psalm. 93. Beatus homo, quem tu erudieris Domine.*

2. *Quia est capax perfecti boni, potest ad beatitudinem peruenire, nec enim aliud est beatitudo, quam adeptio perfecti boni. Sed homo est capax talis boni, quia per intellectum potest cognoscere velle bonum, & per voluntatem appetere illud. Ergo. Rursus homo est capax visionis diuinæ essentiæ in qua est perfecta beatitudo. Ergo.*

† 2. Concl. Rationalis natura excedit sentitiuam in obiecto, quia percipit vniuersale: at intellectualis natura excedit rationalem solum in modo cognoscendi, quia statim cognoscit. Vnde rationalis potest attingere obiectum intellectualis, licet non eodem modo. & ita non est par ratio de homine & bruto, & de angelo & homine.

3. Concl. In hac vita modus intelligendi per phantasmata est naturalis: at in alia erit alius intelligendi modus.

4. Concl. Licet homo non possit transcendere gradum naturæ angeli: potest tamen intelligere aliquid supra angelum, in quo beetur.

Art. 2. *Vtrum Vnus homo possit esse beatior altero.*

1. Concl. Si sumatur beatitudo pro adeptione, & fruitione boni, vnus est beatior altero.

Tract. 63. 1. *Ioann. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et Augustin. in Ioann.*

2. *Quo magis aliquis fruitur, eo est beatior. Sed vnus magis altero fruitur: quia vnus est magis dispositus, vel ordinatus ad Dei fruitionem. Ergo.*

2. Concl. Si beatitudo sumatur pro bono, quod est obiectum & causa beatitudinis, non est vnus alio beatior.

Quia

Quia non est, nisi vnum bonum, quo omnes beantur. Ergo.

3. Concl. Vnitas denarij apud Matth. designat vnitatem boni & obiecti; diuersitas mansionum, diuersitatem graduum.

4. Concl. Beatitudo dicitur summum bonum, prout est summi boni perfecta fruitio.

5. Concl. Cap. 2. Nulli beato deest aliquod bonum desiderandum; *Quia habet infinitum bonum: & id propter quod solum potest esse beatus.* Vnde alia bona non addunt beatitudini: dicitur tamen vnus alio beatior, ex diuersa eiusdem boni participatione.

Art. 3. Vtrum aliquis in hac vita possit esse beatus.

1. Concl. Iob 14. Impossibile est, vt perfecta beatitudo habeatur in hac vita.

1. Quia homo in hac vita repletur multis miseriis.

2. Beatitudo est perfectum bonũ excludens omne malum, & implens omne desiderium. At in hac vita non potest tolli omne malum, cum multa mala vitari nequeant: ex parte intellectus ignorantia, ex parte voluntatis inordinatæ affectiones, ex parte corporis pœnalitates: similiter boni desiderium non satiatur, bona quæ habentur, transeunt, & maxime vita, quæ naturaliter desideratur. Ergo.

Aug lib. 19. de ciu. 5. 6. 7. & 8.

3. Beatitudo specialiter consistit in visione diuinæ essentiæ, quæ non potest homini prouenire in hac vita. Ergo.

2. Concl. Aliqua participatio beatitudinis in hac vita haberi potest.

3. Concl. Dicuntur aliqui in hac vita beati, propter spem beatitudinis. *Et ex loco, vbi scriptura multos vocat beatos, probatur 2. conclusio.*

4. Concl. Participatio beatitudinis est imperfecta, vel ex parte obiecti, quia non videtur; & hæc tollit rationẽ beatitudinis: vel ex parte participantis, quia non attingit modum, quo Deus seipso fruitur, & hæc non tollit beatitudinem.

Quia beatitudo cõsideratur ex obiecto, quod dat speciem actui non ex subiecto.

5. Concl. Homines putantes in hac vita se esse beatos, non omnino decipiuntur, propter participationem, vel similitudinem beatitudinis.

Artic. 4. Vtrum Beatitudo habita possit amitti.

1. Concl. Beatitudo perfecta alterius vitæ non potest amitti.

1. Matth 25. Ibunt in vitam æternam. Sed ista est beatitudo sanctorum. Ergo.

2. De ratione beatitudinis in communi est, vt excludat omne malum. At si posset amitti, adesset timor amittendi, qui timor est malum. Ergo beatus debet habere opinionem, quod non possit amittere: quæ opinio si esset falsa, in beato esset aliquid malum; nam falsum est malum intellectus: si vera, non amitteret.

3. Beatitudo perfecta est in visione Dei. Sed hæc non potest amitti. Ergo. Nam si posset, vel quia videns nollet videre, aut quia bonum non est sufficiens & hoc non, quia satiat, & omnia bona secum affert: aut propter fastidium, & hoc non, quia nil habet amaritudinem, nec tædium. Vel quia Deus subtraheret, & hoc non, quia esset quædam pœna, quæ non infligitur, nisi ob culpam, quæ non potest esse in beato. Vel denique, quia aliud remoueret, & hoc non, quia mens coniuncta Deo supra omnia elleuatur. Ergo. Vnde damnantur dicentes, beatitudinem posse variari.

Lib. 6. Eth. c. 2. & 7. Psal. 62. Sap. 5. Sap. 8.

2. Concl. Beatitudo imperfecta speculatiua potest mutari per obliuionem, ægritudines, occupationes, &c. practica etiam, quia homo ex bono fit malus: & potest impediri & perturbari, licet non tollatur.

Lib. 1. Eth. c. 10.

†3. Concl. Quamuis beatitudo sit in homine mutabili: tamen quia est perfectio consummata, & participatio æternitatis, redditur inuariabilis ex virtute diuina.

4. Concl. Voluntas circa finem non est ad contraria: quia homo non vult, non esse beatus, itaque est necessario volita.

5. Concl. Quamuis beatitudo habeat principium ex parte participantis: tamen ex parte participati caret fine: & ita ab alio habet initium, ab alio vero quod fine careat.

Art. 5. Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

1. Concl. Nec homo nec vlla creatura potest consequi beatitudinem vltimam per sua naturalia.

1. Homo est principium actuum suarum operationum per intellectum & voluntatem. Sed beatitudo excedit hanc sententiam, ex Paulo. Ergo.

1. Cor. 2.

2. Beatitudo consistit in visione Dei. Sed creatura non potest naturaliter videre Deum. Ergo. Cognitio enim est secundum modum substantiæ. At visio substantiæ creatæ deficit à visione essentiæ diuinæ, quæ excedit in infinitum omnem substantiam creatam, & modum eius. Ergo.

1. Concl. Beatitudo imperfecta potest acquiri ab homine per sua naturalia, eo modo, quo potest acquiri virtus, in cuius operatione consistit.

†3. Concl. Licet homo ex se non acquirat beatitudinem, Deus non defuit ei, quia dedit id, quo posset

Arist. 3. Eth. c. 3

posset beatitudinem assequi, scilicet liberum arbitrium, quo ad Deum se conuerteret, qui eum beatum faceret: & quæ per amicos possumus, per nosipsos possumus.

4. Concl.

Nobilior est natura, quæ consequitur perfectum bonum, quamuis per alium, quã quæ bonum imperfectum per se, vt bruta, &c.

5. Concl. Ab. Aue. et. tex. 60.

Quod potest imperfectum, potest etiam perfectum, quando sunt eiusdem speciei. Vnde licet imperfecta operatio sit in potestate hominis, non tamen perfecta, qualis est beatitudo.

Art. 6. Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ.

1. Concl.

Si loquamur de beatitudine perfecta, homo fit beatus solo Deo agente, & impossibile est, vt beatitudo conferatur per actionem alicuius creaturæ.

1. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus.

2. *Quod excedit naturam creatam, non potest fieri à creatura; quia omnis creatura est legibus naturæ subiecta, & sic quod excedit naturam, debet fieri virtute Dei. Sed beatitudo est bonum excedens naturam creatam, vt est dictum. Ergo.*

2. Concl.

Si loquamur de beatitudine imperfecta, quæ in virtute consistit, eadem est ratio, ac de virtute.

† 3. Concl

In potentijs actiuis ordinatis ad supremam potentiam plerunque pertinet perducere ad vltimum finem: ad quod inferiores iuuant: & sic Angeli iuuant hominem, secundum aliqua præcedentia, at vltimum finem habet à primo agente.

4. Concl.

Si forma sit in aliquo naturaliter, & perfecte potest esse initium actionis in alterum; si inest imperfecte, non ita. Vt calor in igne, & intentio coloris in pupilla: lumen gloriæ secundo modo se habet ad videndum Deum, cum non possit communicari primo modo. Vnde licet Angelus sit beatus, tamen non potest causare suam beatitudinem in alio, cum participet lumen imperfecte.

. Concl.

Angelus illuminare potest alium Angelũ vel hominem, non quantum ad visionem essentiæ Dei, sed quoad alia.

Art. 7. Vtrum requirantur aliqua opera bona ad hoc, quod homo beatitudinem consequatur à Deo.

. Concl.

Nulla pura creatura conuenienter consequitur beatitudinem, nisi per modum seu bonam operationem in ipsam.

1 Ioan. 13. Si hæc fecerimus, beati eritis, &c.

2. Beatitudo excedit naturam creaturæ. Ergo non est conueniens, vt eam naturaliter habeat, sed debet per motum ad ipsam tendere. Vnde Philosophus vocauit beatitudinem premium studiosarum operationum. l. 1. Ethic. c. 9. lib. 10. c. 6 & 7.

Deus posset simul disponere voluntatem ad finem per rectitudinem, & eam vnire fini; & ita non requiritur necessitio motus. Vnde 1. conclusio procedit ex conuenientia, & in adultis. 2. Concl.

Nam Deus potest simul disponere, & informare materiã. Ergo etiam simul facere voluntatem rectam, & eam vnire fini.

Proprium est Dei habere beatitudinem sine motu: quia hoc ei competit naturaliter. Angelus, vno motu operationis meritoriæ, homo pluribus beatitudinem assequitur. Ideo Arist. dixit, quod est natum habere bonum perfectum, aliud habet sine motu, aliud vno, aliud pluribus. 3. Concl. lib. 2. de cæl. tex. 64. & 65.

† 4. Concl.

Requiritur operatio ad beatitudinem non ob insufficientiam virtutis Dei, sed propter ordinem sapientiæ.

5. Concl. Heb. 2.

Specialiter data fuit Christo beatitudo sine præuia dispositione. Quia eius beatitudo debebat ad alios dimanari. Sicuti etiam Deus prima rerum individua sine motu produxit. Pueris datur ex meritis Christi, cuius sunt membra.

6. Concl. Rom. 4.

Beatitudo spei, quæ habetur per gratiam, non datur per media præcedentia: quia non est terminus. sed potius principium motus: & de hac intelligitur Paulus, cum dicit dari sine operibus.

Art. 8. Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

1. Concl. Lib. 13. de trin. c. 4.

Si beatitudo sumatur secundum rationem communem, id est, vt dicit bonum perfectũ, necesse est quod omnis homo beatitudinem velit.

1. Ex August. Quia aut omnes beatos esse velle.

2. Appetere beatitudinem hac ratione, est appetere id, quo voluntas satiatur. Sed hoc omnes volunt; quia bonum est obiectum voluntatis; & si sit perfectum totaliter satiat. Ergo qui beatitudinem appetit, cupit satiari.

2. Concl.

Beatitudo specialis, id est, bonum in quo beatitudo consistit, non appetitur ab omnibus; vnde non omnes eam volunt.

Quia non omnes eam hoc modo cognoscunt; cũ ignorent cui applicetur ratio communis beatitudinis.

Omnes

† 3. Concl. Omnes norunt quid sit beatum esse, omnes velint: sed non materialiter: quo fit vt vno modo necessario eam appetant altero vero non, & vt in appetendo conueniant, & differant.

4. Concl. Idem secundum rem, potest esse diuersum secundum rationem; ideo voluntas quæ rationem sequitur, potest idem vno modo appetere, alio modo non. Quare licet aliquis putet Deum non posse a nobis clare videri, & propterea eum non appetat: potest tamen sub ratione finalis boni appetere.

5. Concl. Lib. 13. de Trin. c. 4. Beatus is dicitur ab Aug. qui habet omnia, quæ vult naturali appetitu, quem sola beatitudo satiat, vnde non intelligitur de omnibus, quæ potest per rationem apprehendere, quia sic potest etiam velle, quæ miserum faciunt: Ideo addit, & nihil mali vult.

Quæstio 6. De voluntario & inuoluntario.

Art. 1. Vtrum in humanis actibus inueniatur voluntarium.

1. Concl. lib. 2. c. 21. In actibus humanis est voluntarium.

1. *Ex Damasc. Voluntarium est actus, qui est operatio rationalis. Sed in homine reperitur talis operatio. Ergo.*

2. *Hæc ratio supponit hæc fundamenta.*

Primum, quorundam actuum principium est in agente, quorundam extra: vt patet si lapis moueatur deorsum, vel sursum: voluntarium requirit principium ad intra.

Secundum, quæ habent principium motus intra; quædam mouent seipsa: vt homo quædam dicuntur potius moueri ab alio, vt lapis, qui dicitur moueri a generante.

Tertium illa perfecte mouent seipsa, quæ habent in se principium, quo se moueant in finem, & agant propter finem, cum omnis actio, & passio sit propter finem, ad quod requiritur cognitio finis. Vnde sequitur, vt quæ non cognoscunt finem, non dicantur se mouere, sed potius moueri, cum in se non habeant principium agendi propter finem, quod est in alio, a quo imprimitur eis principium ad agendum in finem. Et hoc etiam requirit actus voluntarius. Tunc conficitur ratio. *Actus voluntarius est, cuius principium est intra cum cognitione finis:* sic enim definitur voluntarium ab Aristotele, Gregorio, Nysseno, & Damasceno. Sed homo maxime cognoscit finem tui operis, & mouet seipsum. Ergo in humanis actibus sunt voluntarium. Vel illi actus sunt voluntarij, qui procedunt, &c. Actus humani sunt huiusmodi. Ergo.

† 2. Concl. Non est de ratione voluntarij, vt primum principium simpliciter sit intra, sed quod sit primum in hoc genere, quod est vis cognoscitiua, & appetitiua. Vnde homo potest moueri ab aliquo extrinseco: vt cœlum, quod est primum principium alterans, & tamen mouetur a superiore agente, motu locali.

3. Concl. Motus animalis nouus præuenitur ab aliquo exteriore motu, vel quatenus repræsentat obiectum, vel quatenus immutat corpus; vnde per accidens mutatur appetitus. Quæ motiones non sunt contra rationem voluntarij, cum sint alterius generis, vt secunda conclusione, dictum est.

4. Concl. Deus mouet voluntatem non solum proponendo, vel immutando, sed etiam vt mouens ipsam.

Quia omnis motus est a primo mouente: et patet in motibus naturalibus, qui sunt etiam a principio intrinseco.

Art. 2. Vtrum voluntarium inueniatur in animalibus brutis.

1. Concl. lib 3. Ethic. c. 4. lib. 5. c. 4. lib. 2. c. 4. Brutis sicut etiam pueris competit imperfecta ratio voluntarij.

1. *Ex Aug. Gregor. Nyss & Damasc.*

2. *Supposita ratione voluntarij: Et cui competit perfecta cognitio finis, quæ in voluntario requiritur, competit voluntarium imperfecte. At brutis & pueris competit imperfecta cognitio finis. Ergo. Nam tunc perfecte cognoscitur finis cum non solum apprehenditur, sed cognoscitur, vt finis est, ad est, vt est ratio mediorum, & vt media sunt proportionata fini. Sed hæc cognitio non competit brutis & pueris, quia ad solam finis apprehensionem operantur, sine deliberatione. Ergo.*

2. Concl. Ratio perfecta voluntarij solum conuenit creaturæ vsum rationis habenti.

Quia hæc sola apprehendit finem sub ratione finis; quo apprehenso, non statim operatur, sed de his deliberat, quæ sunt ad finem.

3. Concl. Voluntas nominat rationalem appetitum, & ideo non est in his quæ ratione carent. Voluntarium autem a voluntate dictum attribuitur brutis quatenus per cognitionem aliquam mouentur in finem.

4. Concl. Lib. 3. Eth. c. 1. Ex eo quod homo potest deliberare habet dominium sui actus, quod est in brutis.

5. Concl. Laus & vituperium sequuntur voluntarium secundum perfectam rationem.

Art. 3. Vtrum voluntarium possit esse absque omni actu.

1. Concl. Voluntarium indirecte, quod est, quando sequitur effectus, homine non operante, vt submersio nauis, cum non gubernatur, potest esse sine vllo actu interiore & exteriore, vel existente solo interiore, quando vult, sed non operatur, verbi gratia, ad nauis submersionem.

Nam voluntarium, id est, cuius nos sumus domini. Sed nos sumus domini eius, quod est agere & non agere, velle & non velle. Ergo sicuti agere est voluntarij, ita non agere.

2. Concl. Voluntarium directe, quod procedit ab aliquo, vt est agens, requirit actum voluntatis internum & externum, vt velle submergere, & submergere.

3. Concl. Voluntarium indirecte quod sequitur defectum actionis, non tribuitur alicui, nisi cũ potest, & debet agere. Tunc ergo effectus sequens tribuitur voluntati, cum potest & debet impedire, & non impedit.

† 4. Concl. Voluntarium nõ solum dicitur, quod procedit à voluntate agente, sed etiam à non agente, quod est indirectum.

5. Concl. *Nolle*, vel sumitur prout sunt duæ dictiones, vt sit infinitiuum verbi, *nolo*: vt nolle legere, sit velle non legere, & sic causat inuoluntarium: vel sumitur in vi orationis, prout nõ affirmat actum voluntatis, & tale *nolle*, non causat inuoluntarium.

6. Concl. Eo modo ad actum voluntarium requiritur actus cognitionis, sicuti actus volũtatis, id est, vt sit in potestate cogitare, sicuti & velle; & ita non considerare, quando est tempus causat voluntarium, sicuti non agere.

Art. 4. Vtrum violentia voluntati possit inferri.

1. Concl. Aug. lib. 15. de ciu. c. 10. Voluntas quantum ad actus elicitos, qui sunt ij, quos ipsa producit, non potest cogi.

1. Si quid fit ex voluntate, non est ex necessitate. At omne coactum est ex necessitate. Ergo.

2. Actus elicit prodeuntur ex inclinatione voluntatis à principio intrinseco cognoscente. Sed coactum est a principio extrinseco Ergo est contra naturam actus voluntatis, quod sit coactus, sicuti est contra inclinationem lapidis, quod sursum tendat.

3. Concl. Volũtas quoad actus imperatos, qui sunt, quos mediante alia potẽtia exercet, vt loqui, ambulare, &c. potest cogi.

Quoniam hos actus exercet per exteriora membra, quæ per violentiam possunt impedire, ne voluntatis imperium exequantur, verbi gr. ne quis loquatur, &c. Prou. 20.

† 3. Concl. Deus potest quidem mouere voluntatem quocunque voluerit, sed si fiat per violẽtiam, iam non esset cum actu voluntatis, nec ipsa voluntas moueretur, sed aliquid contra voluntatem.

4. Concl. Tunc est violentia, quando *passum*, mouetur contra suam inclinationem; vnde quando voluntas mouetur ab appetibili, non est actus violentus, quia est inclinata ad talem motum.

5. Concl. Licet id, in quod voluntas peccando tendit, sit malum contra rationalem naturam: tamen apprehenditur, vt bonum secundum sensum, vel secundum habitum corruptum.

Artic. 3. Vtrum violentia causet inuoluntarium.

1. Concl. Violentia causat inuoluntarium.

3. Eth. c. 1. *1. Ex Aristot. & Damasc. qui dicunt, aliquid esse inuoluntarium propter violentum.*

2. Vt in naturalibus violentia facit aliquid cõtra naturam, ita in cognoscentibus facit contra voluntatem, quia naturale & voluntario commune est, vt sint à principio intrinseco; violentum autem vtriusque principio opponitur, cum sit extra. Sed quod est contra voluntatem, est inuoluntarium, sicuti quod est contra naturam, innaturale. Ergo.

† 2. Concl. Voluntati quoad actus elicitos non infertur violentia, sed quoad imperatos, & sic inuoluntarium opponitur voluntario.

3. Concl. Vt naturale dicitur secundum principium actiuum, & passiuum, ita voluntarium; quatenus aliquis vult agere, vel pati ab alio, & licet nihil conferat agendo, confert tamen patiendo: vnde non potest dici inuoluntarium.

4. Concl. Violentum, quod infertur membro, est violentum secundum partem, non secundum totum hominem; & ita est contra naturam secundum quid. Vnde si quis volens, sursum toliat pedem, est violentum secundum quid.

Art. 6. Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.

1. Concl. Loc. citat. Quæ per metum fiunt, sunt magis voluntaria, quam inuoluntaria.

1. Ex Gregorio, Nysseno, & Aristotele.

2. Vnum quodque dicitur esse tale, prout est in actu, non vt est in sola apprehensione, secundum quam dicitur esse secundum quid. Sed quæ metu

fiunt,

fiunt, sunt huiusmodi: quia actus humani sunt singulares, & considerantur secundum circumstantias, hic, & nunc, ut quæ ex gr proijcit merces, hic, & nec vult proijcere, quamuis secundum apprehensionem extra hunc casum vellet retinere. Ergo cum in tali casu velit proijcere propter maius bonum, cum principium huius actus sit intra, erit sic pacter voluntarium.

2. Concl. Quæ fiunt ex metu, dicuntur mixta.

Quia quod metus sit, secundum se cõsideratum, est involuntarium, sed in tali casu est voluntariũ, ac simpliciter voluntarium.

† 3. Concl. Quæ per vim fiunt ab his, quæ per metum, non tolum differunt secundum præsens & futurum: sed & quod in illis voluntas non consentit, in his maxime, quia in his volũtas fertur in id, quod fit, licet non per se, sed vt remoueatur malum voluntarium, non solum est id, quod volumus tanquam finem, sed etiam quod volumus propter finem.

4. Concl. Absoluta in hoc differunt à relatiuis, quod illa non mutantur propter aliquid additum; hæc maxime scilicet per comparationem ad diuersa. Voluntarium autem non solum dicitur aliquid per se, sed etiam relatiue. Vnde licet procedat secundum se non sit voluntaria propter aliud, tamen est voluntaria.

5. Concl. Quod metu fit, est voluntarium absque conditione: inuoluntarium vero sub conditione, id est. Si non esset talis metus, non proiicerem.

Art. 7. Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium.

1. Concl. Lib. 2. c. 4. Concupiscentia non causat inuoluntariũ, sed magis facit aliquid voluntarium.

1. Inuoluntarium, ait Damasc. est misericordia, vel indulgentia dignum, & cum tristitia agitur. Sed neutrum competit ei, quod per concupiscentiam fit. Ergo.

2. Dicitur aliquid voluntarium ex eo, quod voluntas in illud fertur. Sed per concupiscentiam inclinatur homo ad id, quod concupiscit. Ergo.

† 2. Concl. Magis habet timor, quod causet inuoluntarium, quam concupiscentia.

Quia concupiscentia respicit bonum, quod est voluntati consonum, timor vero malum.

3. Concl. In agente per metum remanet repugnantia ad id, quod agitur secundum se consideratum: in agente per incontinentiam non remanet prior voluntas, quæ repudiabat, quod concupiscitur, sed mutatur ad volendum, quod prius repudiabat, & ideo concupiscentia nunquam causat inuoluntarium.

. Concl. Si concupiscentia omnino cognitionem tolleret, quod ex incontinentia fieret, est inuoluntarium, sed improprie.

Quia non tollitur potestas cognoscendi, sed consideratio actualis in particulari agibilis: Vnde si potest adesse cognitio, est voluntarium.

Artic. 8. Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.

. Concl. Ignorantia habet causare inuoluntarium

ib 2. c 24 1. *Ex Damasceno & Aristotele.*

. Eth c. 1. 2. *Quia potest priuare cognitione, quæ requiritur ad voluntarium: verum non quælibet ignorantia id efficit.*

2. Concl. Ignorantia concomitans, quæ est de eo quod si sciretur, adhuc fieret, non facit inuoluntarium; facit tamen non voluntarium, id est, non volitum.

Quod non faciat inuoluntarium, patet, *quia nihil causat repugnans voluntati, nam si sciret, adhuc faceret.*

tertii loco stat. Quod faciat non voluntarium, *patet, quia non potest esse volitum quod est ignotum.*

3. Concl. Ignorantia consequens, quæ est, cum homo vult ignorare, vt excuset peccatum, quæ dupliciter se habet, vel quod ipsa sit volita & intenta per se, vel quod non sit intenta, nisi indirecte, cum quis prætermittit scire, quod poterat & debeat scire: & hæc quocunq; modo facit voluntarium simpliciter.

Quia cum sit volita, non potest causare inuolũtarium, nisi secũdum quid: siquidem præcedit motum voluntatis ad agendum, qui non esset, si adesset scientia, quia si consideraret hunc actum esse malum, non operaretur illum.

4. Concl. Ignorantia antecedens, quæ est quando quis ignorat, quę non tenebatur, aut non potuit scire, & est causa; cur quis velit id, quod si sciret, nollet, causat inuoluntarium simpliciter. Quod non probatur, cum sit certissimum. Vnde patet ad tria argum. probantia, non causare inuoluntarium.

Quæst. 7. De circumstantiis humanorum actuum.

Art. 1. Vtrum circumstantia sit accidens humani actus.

1. Concl. Lib. 3. Eth c. 1. Circumstantia est quod est extra substantiam, & tamen illam aliquo modo attingit. Vnde circumstantiæ sunt humanorum actuum accidentia.

2. Actus dicuntur humani, quia sunt voluntarij. Sed hoc præcipuè habent ex fine, qui finis mouet voluntatem, & ita illa erit præcipua circumstantia, quæ attingit actum ex parte finis: & secundario, quæ attingit substantiam actus, scilicet, quid fecit, & ita consequenter, quæ magis attingunt, erunt magis principales.

† 2. Concl. l. 3. Eth. c. 1. Cum autem Aristoteles, ea in quibus est operatio, non intelligitur de loco, & tempore, sed de obiecto, id est quid agitur, vt exposuit Gregorius.

3. Concl. Licet finis non sit de substantia actus, est tamen causa principalissima, quatenus mouet.

4. Concl. Persona agens est causa actus, prout mouetur à fine: vnde non est causa prima. Similiter & aliæ conditiones personæ. Modus etiam non est substantialis forma actus, qui attenditur secundum obiectum & finem, sed est quædam qualitas accidentalis.

Quæstio 8. De voluntate, quorum sit, vt volitorum.

Artic. 1. Vtrum voluntas sit tantum boni.

1. Concl. Cap. 4. de diu. nom. Arist. lib. 1. Eth. c. 1. NEcesse est voluntatem esse solum in bonum.

1. Quia, vt ait Dionys. malum est præter voluntatem, & omnia appetunt bonum.

2. Appetitus non est nisi boni, quia appetitus nihil aliud est, quam inclinatio appetentis, & nihil inclinatur, nisi in finem, & conueniens. Sed voluntas est quidam appetitus rationalis. Ergo.

2. Concl. Vt voluntas dicatur inclinari in bonum satis est, quod sit bonum apparens.

1. Vt appetitus naturalis sequitur formam in natura existentem, ita sensitiuus & rationalis formam apprehensam, & sicut ille tendit in bonum existens in re, ita isti duo in bonum apprehensum. Ergo satis est, vt aliquid apprehendatur in ratione boni, vt appetitus in illud tendat.

la. 12. Phys. *2. Ex Arist. quidam: finis est bonum, vel apparens bonum.*

† 3. Concl. Eadem potentia est oppositorum, sed non eodem modo: vnde voluntas est ad bonum appetendum, & ad malum fugiendum. Fuga vero mali potius dicitur voluntas, seu non voluntas.

4. Concl. Potentia rationalis vt sic se habet ad quælibet opposita [illegible] obiecto communiter accepto. Licita autem [illegible] boni, vt tacere, non tacere, moueri & quiescere.

5. Concl. Non ens in natura accipi potest, vt ens in ratione, quo modo priuationes sunt entia, & futura apprehenduntur, vt entia sub ratione boni. Et carere malo habet rationem boni. Arist. 5. Eth. c. 1.

Art. 2. Vtrum voluntas sit tantum finis, an etiam eorum, quæ sunt ad finem.

1. Concl. Si voluntas sumatur pro potentia, se extendit ad finem, & ad ea, quæ sunt ad finem.

1. Eadem potentia pertransit medium, & attingit finem. Sed quæ sunt ad finem, sunt media. Ergo si est voluntas finis erit & mediorum.

2. Potentia se extendit ad omnia, in quibus est ratio sui obiecti, vt visus ad omnes colores. Sed in medijs, est ratio boni. Ergo.

2. Concl. Si voluntas sumatur pro actu proprie loquendo, est solum finis.

1. Actus denominatus à potentia nominat simplicem actum illius potentiæ, sicut intelligere nominat simplicem actum intellectus. Sed simplex actus voluntatis est in obiectum, propter se bonum & volitum, cuiusmodi est finis, cum media non sint volita, propter finem. Ergo voluntas erit solum finis.

2. A simili, intelligere est solum eorum, quæ per se cognoscuntur, vt sunt principia. Eorum vero, quæ per principia intelliguntur, nomen est intelligentia, nisi quatenus in ea principia considerantur. Ergo.

Lib. 3. Eth. *3. Ex Arist. voluntas est finis, vt electio mediorum, vnde solutur prunum.*

† 3. Concl. Quæ sunt diuersa genere requirunt diuersas potentias: vnde eadem voluntas fertur in bonum honestum, & vtile, quæ se habet vt secundum se, & secundum alterum, sicuti visus in colorem & lucem.

4. Concl. Nõ quidquid diuersificat habitum, diuersificat potentias, quia habitus sunt determinationes quorundam actuum potentiæ. Vnde potest esse diuersus habitus circa media & finem.

Art. 3. Vtrum voluntas eodem actu moueatur in finem, & id, quod est ad finem.

1. Concl. Voluntas potest ferri in finem absque eo, quod feratur in ea, quæ sunt ad finem.

Nam cum finis sit per se volitus, non pendebit à voluntate alterius.

3. Concl. Non potest ferri voluntas in media, vt media sunt, nisi feratur in finem.

Quia media, & sic, non sunt volita nisi propter finem. Vnde voluntas dupliciter fertur in finem, & absolute, & vt est ratio mediorum.

3. Concl. Vnus & idem est actus volũtatis, quo fertur in media & finem vt est ratio mediorum: sed alius est actus quo absolute vult finem, qui aliquando est prior tempore. Vt si quis primo velit sanitatem, & postea media.

Patet à simili: & simul probatur altera pars conclusionis intellectus, qui aliquando prius intelligit principia in se, & postea eadem in conclusionibus, quibus consentit propter principia. Similiter in lumine & colore: lumen quandoque ex se videtur, sed eodem actu videtur lumen & color.

† 4. Concl. Cum philosophus ait, *Cui vnum est propter alterum, ibi est vnum tantum:* intelligitur quatenus voluntas fertur in finem, vt est ratio mediorum.

5. Concl. Quod eodem actu videatur lumen & color, probat tertia concl.

6. Concl. Licet in executione prius sint media, in quibus quandoque sistitur, & non peruenitur ad finem, tamen in volendo contra accidit.

7. Concl. Vtile & honestum, non sunt duæ species boni, sed se habent, vt per se, & propter aliud. Vnde voluntas potest ferri in vnum, & non in alterum, non contra. Et sic solues argumentum, sed contra, quo probabatur esse duos actus.

Quæstio 9. De motiuo voluntatis.

Art. 1. Vtrum voluntas moueatur ab intellectu.

1. Concl. QVod est in potentia ad plura, debet moueri ab alio.

Quia cum sit indifferens, debet ab aliquo, quod est in actu determinari & hoc est moueri.

2. Concl. Indeterminatio potentiæ, vel est quoad exercitum actus ex parte subiecti, siue agentis, quod modo operatur, modo non: vel quoad determinationẽ actus, ratione obiecti, & sic determinatur à fine.

Quia motio subiecti est ab agente, quod agit propter finem. Ergo principium motionis est a fine. Vnde quod ars ad quam pertinet finis, semper monet artes inferiores.

† 3. Concl. Voluntas mouet omnes alias potentias ad suos actus.

Nam illius potentiæ est monere, ad quam pertinet finis vniuersalis, vt patet exemplo imperatoris in exercitu, sed vniuersalis finis, id est, bonum pertinet ad voluntatem, quia obiecta aliarum potentiarum continentur sub obiecto voluntatis, tanquam particularia, & illis vtimur quando volumus. Ergo.

4. Concl. Obiectum mouet voluntatem quoad specificationem actus. Finis vero quoad exercitium.

Et hoc patet ex 2. Concl.

Alterum probatur: Obiectum mouet determinando volutis principium formale. Sed a principio formali in naturalibus habetur specificatio, Ergo

5. Concl. Intellectus mouet voluntatem quoad determinationem actus per modum proponentis finem & obiectum.

1. Ex Arist. appetibile intellectum, est mouens, non motum. At voluntas est, mouens, non motum Ergo.

2. Primum principium determinans est ens verum, sub quo est ratio boni. Sed illud apprehenditur ab intellectu, Ergo.

6. Concl. Voluntas mouet intellectum quoad exercitium actus.

Quia verum, quod est perfectio intellectus continetur sub vniuersali bono, quod mouet ad exercitium actus, & est obiectum voluntatis Ergo

7. Concl. Quod intellectus procedat, & effectus interdum non sequatur, solum ostendit intellectum non mouere necessario.

8. Concl. Sicuti imaginatio formæ sine æstimatione conuenientis, vel contra, non mouet appetitum sensitiuum, ita nec apprehensio veri, sine ratione boni, & ideo intellectus speculatiuus non mouet voluntatem.

9. Concl. Ex tertio colligitur 6. Concl. & licet voluntas moueat, potest etiam moueri Arg. sed contra probat. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum voluntas moueatur ab appetitu sensitiuo.

1 Concl. Appetitus sensitiuus mouet voluntatem ex parte obiecti, seu obiectiue.

1 Iac c 3. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus.

2. Quod facit, vt aliquid apprehendatur sub ratione conuenientis, vel contrarij mouet voluntatem, quia voluntas non mouetur, nisi a conuenienti apprehenso. Sed hoc fit ab appetitu sensitiuo quia vt aliquid appareat bonum est ex conditionibus, quæ proponitur, & cum ea proponitur. Sic homo ex appetitu sensitiuo immutatur ad aliquam conditionem, vel dispositionem. Ergo appetitus sensitiuus mouet. Maior patet, quia bonum dicitur relatiue Ergo pendet ex vtroque extremo, & altero mutato, mutatur conueniens, vt patet in gustu vario disposito. Vnde, qualis quisque est, talis finis videtur. Ex his colligitur appetitum hunc indirecte mouere voluntatem.

trifor.

Nihil

† 2. Concl. Nihil prohibet vt voluntas, quæ est præstantior moueatur ab appetitu sensitiuo, quatenus subiacet passioni.

3. Concl. Quia actus & passiones sunt circa singularia, ideo appetitus sensitiuus, quæ est virtus particularis, habet vim magnam, vt disponat ad volendum sic, vel sic.

4. Concl. Arist. lib. 1. pol. c. 3. Ratio in qua est voluntas mouet partes appetitus dominio politico, non despotico, id est, sicut gubernator homines liberos: & ideo non semper parent voluntati.

Artic. 3. Vtrum voluntas moueat seipsam.

1. Concl. Voluntas mouet seipsam secundum aliquem actum.

Quoniam est Domina suorum actuum, & ipsa est velle & nolle, quod nō esset, nisi moueret se.

2. Concl. Voluntas ex volitione finis mouet seipsam ad volendum, quæ sunt ad finem.

Quia, vt se habet finis in appetibilibus, ita se habet principium in intelligibilibus. Sed intellectus ex cognitione principiorum reducit se ad actum, quo ad cognitionem conclusionum, & hoc modo se monet. Ergo etiam voluntas, ex cognitione finis, &c.

† 3. Concl Voluntas non est secundum idem in actu & potentia: in actu est respectu finis, in potentia est ratione mediorum.

4. Concl. Voluntas est semper sibi præsens, sed non semper se mouet, quia actus quo vult finem per quem se mouet, non est semper præsens.

5. Concl. Mouetur quidem ab intellectu secundum rationem obiecti; sed à seipsa, quantum ad exercitium actus, secundum rationem finis voliti.

Art. 4. Vtrum voluntas moueatur ab aliquo exteriori principio.

1. Concl. Voluntas per modum obiecti potest moueri ab aliquo exteriore.

Nam vt est dictum, voluntas monetur ab obiecto. At hoc potest esse aliquid extrinsecum. Ergo.

2. Concl. Quantum ad exercitium actus oportet voluntatem ab aliquo moueri.

Quia quod aliquando agit, aliquando non agit, debet ab aliquo moueri. Sed voluntas incipit aliquando velle, cum prius nollet, Ergo. Et quantum ad media, monetur à fine: quia qui vult sanari, necesse est, vt consulat de medijs, & ea velit propter finem. Quantum vero ad finem monetur ab aliquo exteriore. Nam, cum non semper homo velit finem, necesse est vt voluntas incipiat velle, & moueri non à seipsa, quia hoc faceret ex consilio. quod supponit aliam voluntatem, & sic procederetur in infinitum. Ergo monetur instinctu alicuius extrinseci monentis, vt ait Aristot.

Voluntarium habet principium intra: sed non est necesse, vt hoc sit primum principium non motum. † 1. Concl. Ex quo patet quomodo voluntas moueat seipsam.

Non sat est ad rationem violenti, vt principium sit extra, sed passum nihil debet conferre: quod non accidit cum voluntas ab extrinseco mouetur. 3. Concl.

Voluntas mouet se vt agens proximum, sed non quoad omnia, & ideo debet moueri ab aliquo, vt à primo mouente. 5. Concl.

Art. 5. Vtrum voluntas moueatur à corpore cœlesti.

1. Concl. Corpora cœlestia, nec directe, nec indirecte possunt agere in voluntatem mouendo ipsam.

1. Ex Damasc. Cœlum non est causa nostrorum actuum. Ergo non agit in voluntatem, quæ est principium horum actuum. lib. 2. c. 7.

2. Impossibile est, vt corporale agat in spirituale, sed potius contra. At potentiæ animæ sunt spirituales. Ergo.

2. Concl. Cœli indirecte mouent appetitum sensitiuum.

Quia cum sint actus organi, & cœli agant in corpus, indirecte etiam agunt in sensum.

3. Concl. Per accidens & indirecte cœlum potest mouere voluntatem per modum obiecti, tribus modis.

1. Ex parte obiecti exterioris, quia alterat obiecta exteriora.

2. Ex parte appetitus sensitiui, quem per accidens mouet, quem homines sequuntur.

3. Quatenus per se alterant organa corporea, quæ potentijs animæ inseruiunt.

† 4. Concl. Multiformis motus voluntatis reducitur in causam vniformem, scilicet in voluntatem alicuius substantiæ immaterialis, non in cœlos.

5. Concl. Motus corporales humani reducuntur in motum cœlorum, prout modis dictis voluntas incipit velle, vel nolle ex eorum concursu: quæ motio est ex parte obiecti.

6. Concl. Ex impressione cœlorum aliqui sunt habiles ad iram, & ad alias passiones, quas homines sequuntur: ob quam causam Astrologi, vt in plurimum vera dicunt. Sed sapiens dominabitur astris. Quando, ait Augustin. vera dicuntur; instinctu occultissimo dicuntur, quem nescientes humanæ mentes patiuntur, & spirituum immundorum operatio est. Ptol. in cēt. lib. 2 super Gen. c. 17.

Art. 6. Vtrum voluntas moueatur à Deo solo sicut ab exteriori principio.

1. Concl. Voluntas à solo Deo, tanquam ab exterio re prin-

ic principio efficiente poteſt moueri quoad exercitium actus.

1. Nam Deus eſt, qui operatur in nobis velle & perficere.

2. Illud poteſt mouere motu naturali aliquam naturam; quod eſt cauſa illius, vt patet de motu grauium, qui eſt à generante. Sed ſolus Deus eſt cauſa voluntatis, quia eſt potentia immaterialis, quæ eſt à ſolo Deo; & quia voluntas habet ordinem ad vniuerſale bonum, & ideo à ſolo Deo eſt, qui in ſe continet omne bonum; ideo nec materia prima quæ appetit omnes formas poteſt produci ab agente particulari. Ergo.

Angelus non eſt ita ſupra hominem, vt ſit cauſa voluntatis eius, vt corpora cælestia ſunt cauſa formarum: & ita ſolum poſſunt mouere obiectiue vt alii res: vnde ſoluitur ſecundum.

Deus vt vniuerſalis motor mouet voluntatem ad vniuerſale bonum; ſine qua motione homo nihil poſſet velle: per rationem autem determinat ſe ad hoc, vel illud bonum, verum, vel apparens. Deus etiam interdum mouet ad determinate volendum.

Quæſtio. 10. De modo, quo voluntas mouetur.

Art. 1. Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter mouetur.

VOluntas vult aliquid naturaliter.

1. Voluntas ſequitur actum intellectus. Sed intellectus aliquid naturaliter intelligit. Ergo & voluntas vult.

2. Suppoſito naturam ſumi non pro principio motus, & quietis, ſed pro quolibet ente, & tunc dicitur aliquid naturale quod per ſe ineſt. Omne quod non ineſt per ſe alicui, reducitur ad aliquid quod ineſt per ſe, & propterea naturaliter. Ergo voluntas dicetur velle aliquid naturaliter; Nã ſicut in intellectu principia ſunt naturaliter cognita, ſic principium motuum omnium voluntariorum debet eſſe naturaliter volitum.

Tria ſunt, quæ voluntas naturaliter vult.

1. Bonum in communi: *quia eſt finis obiectum, in quod potentia naturaliter fertur. Ergo.*

2. Finem, *quia finis eſt principium, & principia ſunt naturaliter volita.*

3. Bona aliarum potentiarum: *quia naturaliter appetit, quæ pertinent ad totum hominem: vt eſſe, viuere, veram cognitionem, &c.* Quæ omnia bona continentur ſub obiecto voluntatis, vt particularia bona.

Voluntas diuiditur contra naturam, vt vna cauſa contra aliam, prout quædam naturaliter, quæ dar[illegible] ... quia voluntas fundatur [illegible], et conuenit prius [illegible], tum talis natura, [illegible].

Q[illegible] eſt [illegible] quitur materiam, v. omnis [illegible], non ſemper eſt in actu. Et cum [illegible] potentiæ, non ſempe. vo[illegible].

Semper natum eſt, ondet aliquid proportionatum, vel genere, vel ſpecie, vel numero; ſi natura ſit vel generica, &c. Voluntas vt eſt vis immaterialis, reſpondet commune bonum, ſub quo ſunt bona particularia, ac quæ voluntas non eſt determinata.

Art. 2. Vtrum voluntas moueatur de neceſſitate à ſuo obiecto.

Voluntas quantum ad exercitium actus a nullo obiecto exteriore neceſſario mouetur.

1. Potentiæ rationales ex ariſt ſunt ad contradictionem: At voluntas eſt talis. Ergo.

2. Poteſt homo de nullo obiecto cogitare. Ergo poteſt non velle actu; quia incognitum volumus non Ergo non cogitur.

Quoad ſpecificationem actus ab aliquo obiecto neceſſitatur, ab aliquo non.

Nam in quolibet motu potentiæ conſideratur ratio, qua ipſa mouetur, vt oculus à colorato. Sed obiecta voluntatis habent aliquãdo rationem perfectam, qua voluntatem moueant; aliquando non. Ergo.

Illud bonum, cui nihil deeſt, vt eſt beatitudo, neceſſario mouet voluntatem, reliqua non ita.

Quoniam in illo non poteſt conſiderari aliqua ratio non boni, vt in aliis. Ergo ſi proponatur, neceſſario mouebit.

Sufficiens motiuum potentiæ eſt, quod habet omnem rationem motiui: & ideo ſi quid deficiat non neceſſario mouet.

Intellectus neceſſario mouetur ab obiecto, quod eſt ſemper de neceſſitate verum, non ab e●, quod poteſt eſſe falſum.

Non ſolum finis neceſſario mouet voluntatem, ſed etiam alia ſine quibus finis non poteſt haberi, vt eſt viuere, & eſſe alia nõ ita

Art. 3. Vtrum voluntas de neceſſitate moueatur ab inferiori appetitu.

Quando non abſorbetur totaliter ratio a paſſione, voluntas non neceſſitatur ab appetitu ſenſitiuo.

1. *Geneſ. 3. Subter te erit appetitus tuus, &c.*

2. *Poſito remanere rationem liberam: vel*

manc.

1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
5. Concl.
6. Concl.
7. Concl.
8. Concl.
9. Concl.
10. Concl.
11. Concl.
12. Concl.
13. Concl.
14. Concl.
15. Concl.
16. Concl.
17. Concl.
18. Concl.
19. Concl.
20. Concl.
21. Concl.
22. Concl.
23. Concl.
24. Concl.
25. Concl.
26. Concl.
27. Concl.
28. Concl.
29. Concl.
30. Concl.
31. Concl.
32. Concl.
33. Concl.
34. Concl.
35. Concl.
36. Concl.
37. Concl.
38. Concl.
39. Concl.
40. Concl.
41. Concl.
42. Concl.
43. Concl.
44. Concl.
45. Concl.
46. Concl.
47. Concl.
48. Concl.
49. Concl.
50. Concl.
51. Concl.
52. Concl.
53. Concl.
54. Concl.
55. Concl.
56. Concl.
57. Concl.
58. Concl.
59. Concl.
60. Concl.
61. Concl.
62. Concl.
63. Concl.
64. Concl.
65. Concl.
66. Concl.
67. Concl.
68. Concl.
69. Concl.
70. Concl.
71. Concl.
72. Concl.
73. Concl.
74. Concl.
75. Concl.
76. Concl.
77. Concl.
78. Concl.
79. Concl.
80. Concl.
81. Concl.
82. Concl.
83. Concl.
84. Concl.
85. Concl.
86. Concl.
87. Concl.
88. Concl.
89. Concl.
90. Concl.
91. Concl.
92. Concl.
93. Concl.
94. Concl.
95. Concl.
96. Concl.
97. Concl.
98. Concl.
99. Concl.
100. Concl.

manet libera. Ergo & motus voluntatis: quia sapposito manet, nisi quatenus trahit ad iudicandum bonum, ad quod assent, quod alias non iudicaret.

2. Conc. Quando totaliter ratio absorbetur, vt accidit in vehementi motu passionis, vt in his, quæ per concupiscentiam furiosi, vel amentes faciunt, quæ mutationes non fiunt sine corporali mutatione, voluntas necessario mouetur a passione, sicuti & bruta.

Nam si non manet rationis vsus. Ergo nec libertas: non enim mouetur voluntas sine iudicio rationis.

† 3. Concl. Rom. 5. Licet voluntas non possit facere, quin motus passionis insurgat; potest tamen non consentire; ideo, &c.

4. Concl. Homo interdum est aliqualis totaliter secundum rationem interdum contra, vt patet in amentibus aliquando medio modo se habet, cum ratio obnubilatur a passione, sed nõ obruitur, & tũc potest repellere & cõsentire.

5. Concl. Voluntas non solum mouetur à bono vniuersali apprehenso à ratione, sed etiam a particulari apprehenso a sensu, & ita potest moueri ad particulare bonum, sine passione sensitiui appetitus.

Art. 4. Vtrum voluntas moueatur de necessitate ab exteriori motu, quod est Deus.

1. Concl. Cap. 4. de diu. nom. Deus mouet voluntatem ita, vt non necessario eam determinet ad vnum, nisi in his, ad quæ naturaliter mouetur.

1. Eccl. 5. Reliquit eum in manu consilij sui.

2. Deus mouet res secundum earum conditionem, vt ait Dionys. Sed voluntas est principium actuum indifferens ad multa, intellige de voluntate, vt libera, non vt natura. Ergo Deus eam mouendo non terminat ad vnum.

† 2. Concl. Voluntas diuina non solum se extendit ad hoc, vt aliquid fiat per causam, quam mouet: sed vt fiat, eo modo, qui cõuenit naturæ causæ licet eius voluntati nihil resistat.

3. Concl. Naturale est cuiq; rei à Deo moueri, sed iuxta modum suum. Vnde naturaliter Deus mouet, sed non determinate. Et non omne quod Deus vult fieri in rebus, est naturale eis: vt quod mortui resurgant.

4. Concl. Posito Deum mouere voluntatem ad aliquid, impossibile est, vt voluntas nolit, seu non impossibile simpliciter. Vnde non sequitur, quod de necessitate moueatur.

Quæstio 11. De fruitione, quæ est actus voluntatis.

Art. 1. Vtrum frui sit actus appetitiuæ potentiæ.

1. Concl. lib. 1. de doc. c. 10. FRui est actus appetitiuæ potentiæ.

1. Frui est amore inhærere alicui rei, propter ipsam. ex Aug. Sed amor pertinet ad appetitiuam. Ergo.

2. Quæ ratio supponit frui dictum esse à fruĉtibus sensibilibus, vt per nota ignota cognoscamus. Et is est obiectum appetitiuæ potentiæ. Sed frui hic pertinet ad amorem vel delectationem habitam de vltimo fine, quia fruĉtus sensibilis est quod vltimo expectatur, & cum suauitate percipitur. Ergo fruitio pertinet, &c. Cum ergo fruitio derimatur a fruĉtibus, erit suauitas quædam de vltimo fine.

† 2. Concl. Visio Dei, vt visio pertinet ad intellectum, vt bonum finis ad voluntatem, & ita est eius fruitio: quem finem consequitur intellectus, tanquam potentia agens, voluntas tanquam mouens ad finem, & fruens ipso.

3. Concl. Finis & perfectio cuiuscunq; potẽtiæ continetur sub obiecto appetitiuæ: & ideo fines omnium potentiarum, vt bonum sunt, ad ipsam pertinent. Vnde mouet alias ad finem, & ipsa consequitur finem, eoque fruitur, cum aliæ attingunt suum.

4. Concl. In delectatione perceptio conuenientiæ pertinet ad apprehensiuam, at complacentia in re conuenienti ad appetitiuam, in quo ita est ratio delectationis.

Art. 2. Vtrum fruitio conueniat tantum rationali creaturæ, an etiam animalibus brutis.

1. Concl. Fruitio finis non est in his, quæ cognitione carent, licet attingant finem.

Nam frui non est potentiæ pertinentis ad finẽ, sed imperantis executionem, quia mouet alias ad suos fines. Sed in his quæ carent cognitione, non est potentia imperans, quia non mouent se ad fines. Ergo.

2. Concl. Brutis conuenit fruitio finis, sed imperfecta, ex instinctu naturæ.

Quia multo est imperfecta cognitio finis, & habent potentiam imperatiuam imperfectæ. Ergo & fruitionem imperfectam. Et sic est accipiendus Aug. in arg. sed contra, qui ponit fruitionem in brutis. Alibi, vt citatur in primo argumento, loquitur de perfecta. lib. 83. q. 30. lib. 1. de doc. c. 3.

3. Concl. Rationali creaturæ cõuenit pfecta fruitio.

Quia perfecte cognoscit finem, & habet potentiam imperantem liberam: his quæ cognitione carent nullo modo.

† 4. Concl. Non est necesse, vt fruitio sit vltimi finis simpliciter, sed eius quod habetur pro vltimo fine ab vnoquoque.

5. Concl. Non sequitur fruitio ad quemcunque appetitum, nisi adsit cognitio.

Artic. 3. Vtrum fruitio sit tantum vltimi finis.

1 Concl. Fructus & fruitio simpliciter dicuntur de vltimo fine, qui non ordinatur ab alio.

lib 10. de Trin. c. 11. & 10. *1. Nam, vt ait Augst. Frumur solum his, quæ per se voluntas appetit. Sed hoc solum vltimo fini competit. Ergo. Alibi dixit, nos frui his, in quibus voluntas delectata quiescit; cuiusmodi est solus vltimus finis.*

2. Ad rationem fructus, requiritur vt sit de re vltima, & quod voluntas in eo quiescat. Sed hæc in solo vltimo fine inueniuntur. Ergo.

2. Concl. Fruitio nullo modo potest esse de eo, quod nullam habet delectationem, & tãquam propter aliud expetitur.

Quia non quiescimus, nisi in eo, quod habet aliquam rationem finis.

3. Concl. De eo, quod habet aliquam delectationẽ, etiam si non sit vltimum, potest esse aliqua fruitio, & si non propria; vt de virtute.

Quia non perfecte quiescit appetitus, sed suspensus manet.

† 4. Concl. Cum Paulus ait, *te fruar in Domino*; terminus est Deus; vt sensus est. Fruar Domino in te, vel per te:

5. Concl. Fructus spiritus sancti dicuntur, non quod in illis quiescere debeamus, sed quia habent in se vnde nobis placere debeant; vel quia sunt effectus Spiritus sancti.

6. Conclu. Finis vt res, & vt adeptio, non sunt duo fines, sed vnus alteri vnitus: Deus est vltimus finis vt res, fruitio vt adeptio, & fruitio Dei, & illa qua fruimur diuina fruitione vna est.

Art. 4. Vtrum fruitio sit solum finis habiti.

1. Concl. Fruitio perfecta est solum finis habiti in re; imperfecta vero solum finis non habiti.

Nam frui importat comparationem quandam voluntatis ad vltimum finem, prout voluntas habet aliquid pro vltimo fine. Sed finis perfecte habetur, quando habetur in re, imperfecte quando habetur in intentione tantum. Ergo perfecta est, &c.

lib. 1. de doc. c. 4. lib. 10. de trin. c. 11. Et quod possit esse finis non habiti, patet ex definitione, *frui: quia amore possemus inhærere rei non præsenti: ita Aug. in argumento, sed contra, quæ alibi intelligitur de perfecta, vnde patet ad primum.*

† 2. Concl. Dupliciter impeditur quies volũtatis, vel ex parte obiecti, cum non est vltimus finis, vel ex parte appetentis, qui nondum adeptus est. Vnde fruitio de obiecto non fruibili est impropria: de vero, non habito, vera, sed imperfecta.

3. Concl. Finis haberi dicitur & secundũ rem, & secundum intentionem: vnde duplex fruitio.

Quæstio 12. De intentione.

Art. 1. Vtrum intentio sit actus intellectus vel voluntatis.

1. Concl. lib. 10 de trin. c. 7. INtentio proprie est actus voluntatis.

1. Ex Aug. qui eam appellat actum voluntatis.

2. Intentio primo & principaliter pertinet ad illud, quod mouet ad finem; quia intendere, est in aliud tendere, quod illud mouens, cui solemne tribuere intentionem ad finem, vt architectio, & princip. Sed voluntas mouet omnes potentias ad finem. Ergo.

† 2. Concl. Matt. 6. Oculus, dicitur intentio metaphorice.

Quia intentio præsupponit aciem, id est, cognitionem.

3. Concl. Dicitur lumen, quia est manifesta intendenti: & opera tenebræ, quia homo scit quid intendat, sed non quid inde sequatur.

4. Concl. Voluntas non ordinat, sed tẽdit in aliquid ex ordine rationis. Vnde intentio nominat actum voluntatis supposita ratione.

5. Concl. Intentio est voluntatis respectu finis: voluntas autem tripliciter respicit finem. 1. Absolute, & sic dicitur voluntas. 2. Vt in eo quiescit, & sic fruitio respicit finem. 3. At est terminus, & sic intentio respicit finem. Vnde nõ intenditur sanitas quia volita, sed quia ad ipsam per aliud volumus peruenire.

Art. 2. Vtrum intentio sit tantum vltimi finis.

1. Concl. Quamuis intentio sit finis, non tamen est semper finis vltimi.

1. Finis vltimus est vnus. Ergo non essent plures intentiones, quod est falsum.

2. Intentio respicit finem, vt est terminus voluntatis. Sed non solum vltimus finis est terminus, sed etiam medius, quia in motu attenditur terminus, vel simpliciter respectu totius motus, vel respectu medij, quod est terminus vnius & principium alterius, & vtrumque potest esse intentio. Ergo. Quod sit finis, patet ex. 1. Art.

† 2. Concl. Intentio cordis dicitur clamor ad Deum, quia Deus est cognitor intentionis, nõ quod sit terminus vel quia cũ oramus intentionẽ, quæ habet vim clamoris, ad Deũ dirigimus.

3. Concl. Terminus habet rationem finis, sed non semper vltimi, sed aliquando partis alicuius.

Concl. Fruitio importat quietem in fine, intentio motum, qui potest esse non vltimus, vnde non est par vtriusque ratio.

Artic. 3. Vtrum aliquis possit simul duo intendere.

1. Concl. Si duo, vel plura fuerint sub ordinata, potest homo plura simul intendere.

Nam intentio non solum est vltimus finis, sed etiam medij, & proximi. Sed aliquis potest hos duos intendere. Ergo.

2. Concl. Homo potest intendere plura etiam non subordinata.

1. Ars imitatur naturam. Sed hæc plura intendit, vt per linguam, gustum, & loquelam. Ergo.

2. Potest homo aliquid alteri præcipere, ex eo, quod ad plura valet. Ergo potest simul plura, modo dicto, intendere; quia plura velle cõsequi per aliud, est plura intendere.

† 3. Concl. Duo tanquam vltimi fines, non possunt simul intendi, vt Deus & mundus; sic intellige Aug.

4. Concl. lib. 2. de ser. Dom. c. 21. Quod non est vnum secundum rem, potest concipi vt vnum ratione; & ideo intentio, quæ est motus voluntatis secundum rationẽ potest plura, vt vnum sunt, intendere.

Vel quia aliqua concurrunt ad integrandum vnum, vt ad sanitatem calor & frigus, vel quia sub vno communi continentur, vt acquisitio vini & vestis sub lucro. Vnde patet ad. 5. Contingit enim simul plura intelligere, vt sunt vnum.

Art. 4. Vtrum intentio finis sit idem actu cum voluntate eius, quod est ad finem.

1. Concl. Si motus voluntatis consideretur vt fertur in id, quod est ad finem propter finem, est vnus motus re in finem, & in id quod est ad finem.

1. Id quod est ad finem, se habet vt medium ad terminum. Sed idem est motus qui transit per medium ad terminum. Ergo, &c.

2. Ex modo loquendi, cum dicimus, Volo medicinam propter sanitatem, non designatur nisi vnus motus.

3. Idem actus cadit super obiectum & rationẽ obiecti. Sed finis est ratio volendi medium. Ergo.

4. Intellectus, vno actu assentitur conclusioni & principijs. Ergo.

2. Concl. Si voluntas consideretur vt fertur in vtrunque absolute, sunt duo motus in vtrunque.

Quia sunt duo obiecta distincta, & hoc probat 3. Arg. & patet à simili de intellectu in cognitione principiorum & conclusionis, & sic intellige Aug. in primo Arg.

† 3. Concl. lib. 2 de trin. c. 7. Finis vt est quid diuersum à medio est aliud obiectum voluntatis, vt vero est ratio eius, est idem obiectum.

4. Concl. Licet electio & intentio non sunt idem: tamen idem potest esse motus medij & finis, sicuti est idem motus, qui secundum principium & finem ratione differt. Est enim electio, vt est in media propter finem, vt est in finem qui acquiritur per media, intentio. 3. Physic. tex. 2.

Art. 5. Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

1. Concl. Bruta non habent intentionem, vt mouentis in finem.

1. Finis intentio importat ordinationem alicuius in finem. Sed hoc fit ratione, quæ bruta carent. Ergo.

2. Intendere hoc modo, est se, vel alium mouere in finem. Sed hoc non competit brutis, quia ad hoc opus est ratione. Ergo.

2. Concl. Brutis conuenit intentio finis vt moti.

Quia hoc modo natura dicitur intendere finem, vt mota à Deo. Ergo idem est dicendum de brutis, quæ naturali instinctu ad aliquid mouentur. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl. Fruitio non importat ordinationem, sicut intentio, sed absolutam quietem: vnde fruitio competit brutis, & non intentio.

4. Concl. Bruta non mouentur ad finem, quasi considerantia per illum motum posse consequi finem, sed quasi concupiscentia finem naturali instinctu ab alio mota.

Quæstio 13. De electione, quæ est actus voluntatis respectu eorum, quæ sunt ad finem.

Artic. 1. Vtrum electio sit actus voluntatis vel rationis.

1. Concl. lib. 6. Eth. c. 2. lib. 3 c. 4. Electio includit aliquid pertinens ad rationem, & ad voluntatem.

Nam Arist. eam vocat appetitiuum intellectum, & Greg. Nyss. ait constare ex appetitu & consilio. Vnde continet aliquid materiale, & aliquid formale, cum ex duobus constet.

2. Concl. Si electio consideretur, vt actus ordinatus à ratione, id est, vt tenditin aliquid propositum, vt bonum; ratione formaliter est actus rationis, materialiter voluntatis.

Nam actus, qui essentialiter est vnius potentiæ, vel habitus recipit formam à potentia superiore ordinante: vt si quis fortiter agat propter Deum, formaliter est caritatis actus, materialiter fortitudinis. Sed sta se habet ratio ad voluntatem, quia eius actus ordinat, cum apprehensiua præstet obiectum appetitiuæ. Ergo.

Concl. Electio substantialiter est actus volũtatis

1. Electio non consistit in sola ordinatione, se

perficitur in quodam motu animæ in bonum electum. At hoc est Voluntatis. Ergo.

Lib 3. Eth 3. 2. *Ex Arist. Electio est desiderium eorum, quæ sunt in nobis. Ergo. Desiderare enim est Voluntatis actus.*

† 4. Concl. Electio importat collationem quandam præcedentem, sed non est ipsa collatio.

5. Concl. Conclusio, quæ fit in discursu de operabilibus dicitur iudicium, vel sententia, quam sequitur electio, quæ dicitur conclusio consequenter.

6. Conclu. Ignorantia dicitur electionis, non quod electio sit scientia, sed quia ignoratur, quid sit eligendum.

Art. 2. Vtrum electio conueniat brutis animalibus.

1. Concl. Lib. 5. c. 4. Electio non est in brutis.

1. *Ex Gregor. Nyss. quia ait pueros, & quæ ratione carent Voluntarie facere, sed non eligere.*

2. *Quæ sunt determinata ad vnum, non possunt eligere, quia electio est præacceptio vnius respectu alterius. At bruta sunt ad vnum terminata. Ergo.*

3. *Electio non est appetitus sensitiui, quia non est determinata ad vnum, sed intellectus, id est, Voluntatis, quæ non est determinata ad bonum particulare. At in brutis est tantum appetitus sensitiuus. Ergo.*

† 2. Concl. Non omnis appetitus propter finem est electio, sed appetitus cum quadam discretione vnius ab alio, quæ non est, nisi vbi est indifferentia ad plura.

3. Concl. Brutum accipit vnum præ alio, quia est naturaliter terminatum ad vnum: & facta apprehensione, necessario mouetur.

4. Concl. In omnibus quæ mouentur à ratione, apparet ordo rationis, licet quæ cum ratione mouentur, ratione careant: vt patet in lagitta, & horologio. *Quoniam motus est actus mouentis in mobili, & ideo virtus mouentis apparet in actu mobilis. Vnde sagacitas & prudentia in brutis relicta est à primo motore.*

Art. 3. Vtrum electio sit solum eorum, quæ sunt ad finem, vel etiam quandoque ipsius finis.

1. Concl. Vltimus finis nullo modo sub electione cadit.

1. *Ex Arist. Voluntas est finis, electio mediorum.*

2. *Illud cadit sub electione, quod se habet, vt cõclusio in syllogismo operatiuo, quia electio sequitur iudicium. Sed finis ex Arist. se habet, vt principium in agibilibus. Ergo.*

Lib. 3. Eth. 3. Concl. Quod est in vna operatione, vt finis, in alia potest cadere sub electione, prout potest ordinari ad alium finem.

1. Hoc accidit in speculatiuis, vt quod est principium in vna demonstratione, fit conclusio in alia.

2. Sanitas respectu medici est finis, respectu alterius potest esse medium, si referatur ad bene agendum. Quo fit, vt finis, vt mediũ, possit cadere sub electione, non autem finis vltimus.

† 3. Concl. Finium virtutum potest esse electio: quia ordinantur ad beatitudinem.

4. Concl. Cum concurrunt plures fines, qui ordinãtur ad vltimum eorum potest esse electio, vltimi simpliciter non ita.

Artic. 4. Vtrum electio sit tantum eorum, quæ per nos aguntur.

1. Concl. Lib. 3. Eth. Electio semper est humanorum actuum.

1. *Nemo, aut vix eligit, nisi ea, quæ existimat fieri per ipsum.*

2. *Vt intentio est finis, sic electio mediorum. Ergo vt finis vel est res, ad quam concurrit actio humana, vel faciendo illam, vt patet in sanitate, vel est actio humana, quomodo attingitur fecunditas in his, quæ sunt ad finem, quorum est electio, vel erit res aliqua, quæ humana actione fit, vel aliquem ipse. Consequentia pendet ex proportione inter obiecta intentionis, quæ est finis, & electionis, quæ est mediorum.*

† 2. Concl. Organa ordinantur ad finem ratione vsus, qua ratione includunt actum.

3. Concl. In contemplatione est aliquis actus intellectus assentientis huic opinioni, vel illi, ideo potest ibi esse electio, quæ non diuiditur contra contemplationem, sed actio exterior est, quæ contra diuiditur.

4. Concl. Cum quis eligit alium ad dignitatem, eligit nominare ipsum in talem actionem: *Quia si eius actui ad electionem nihil faceret, non oporteret exire actu.* Sic quãdo aliqua res præeligitur, intercedit aliqua operatio eligentis.

Artic. 5. Vtrum electio sit solum possibilium.

1. Concl. Lib. 3. Eth. Electio est solum possibilium.

1. *Electio non est impossibilium, ait Aristot.*

2. *Electiones referũtur ad operationes nostras. Sed hæc sunt possibilium. Ergo.*

3. *Ideo eligimus, vt finem consequamur. Sed per impossibile nihil contingit fieri, vade cum venitur ad impossibile, cessat. Ergo.*

4. *Finis conclusio possibilis non sequitur ex principio impossibili. Ergo non potest, nisi præ possibilis, & medium impossibile: quia nemo tendit ad*

impossi-

ut possibile, & ita non tenditur ad finem, nisi per media possibile.

† 2. Concl. Voluntas quandoque est impossibilium, electio vero nunquam.

Nam electio supponit voluntatem perfectam. Sed hæc non est nisi possibilium, quia cum voluntas sit media inter intellectum & operationem exteriorē, eius perfectio non solum attenditur per respectum ad rationem, quæ interdum proponit impossibile, sed etiam ad operationem, quæ motus voluntatis est ab anima ad res. Sed bonum alicui, non est, nisi quod est illi possibile. Ergo voluntas completa non est nisi de possibili bono. Vnde electio nominat actum voluntatis determinatum ad id, quod est huic agendum.

3. Concl. Electio potest esse impossibilium, sed quæ homo existimat possibilia: sicuti potest esse de bono, quod non est vere bonum.

4. Concl. An aliquid sit possibile, non debet seruus definire: sed stare debet iudicio superioris: ideo B. Benedictus dixit, si impossibile præcipiat, tentandum est.

Artic. 6. Vtrum homo ex necessitate eligat vel deliberet.

1. Concl. 9. Met t. 3. Homo non necessario eligit, sed libere.

1. Electio est actus rationalis potentiæ, quæ se habet ad opposita, ex Arist. Ergo.

2. Quod possibile est non esse, non est necessario. Sed possibile est hominem non eligere, quia potest suspendere actum, & hoc vel illud eligere. Ergo.

Quod illa duo possit, probatur. *Quod ratio potest apprehendere, potest voluntas velle. Sed ratio potest apprehendere, velle & agere, & nolle & non agere. Ergo & voluntas appetere. Vnde oritur libertas contradictionis.*

Quod possit velle hoc, vel aliud patet. *In omni bono particulari potest ratio invenire defectum. Ergo in eo invenitur ratio eligibilis, & fugibilis. Sed electio est circa bonum particulare. Ergo hoc bonum non necessario appetitur: vnde oritur libertas contrarietatis.*

2. Concl. Bonum ex omni parte perfectum, vt est beatitudo necessario appetitur.

Quia ibi non reperitur imperfectum, & proinde ratio non appetendi.

† 3. Concl. Licet finis necessario appetatur; non tamen necessario media appetuntur.

Quia non omne quod est ad finem, est tale, vt sine eo finis haberi non possit, & si est, non semper, vt tale, consideratur. Ex principiis autem, tunc infertur conclus. necessaria, cum non possunt esse vera nisi sit vera concl.

4. Concl. Consilium est circa contingentia, ex quibus conclus. non necessario infertur, nisi ex suppositione.

5. Concl. Voluntas duobus propositis, potest aliud eligere: quia in vno potest considerari aliqua conditio propter quam alteri emineat, & per quam voluntas magis in illud flectatur.

Quæstio 14. De consilio, quod electionem præcedit.

Art. 4. Vtrum consilium sit inquisitio.

1. Concl. lib. 3. c. Consilium est inquisitio.

1. Ex Gregor. Nyss. Omne consilium est quæstio. At quæstio est inquisitio. Ergo.

2. Ad electionem, quæ sequitur iudicium rationis circa contingentia, est necessaria inquisitio, quia electio ex Arist. est appetitus præconsiliati. Sed hæc est consilium; nam per consilium venitur ad iudicium. Ergo.

3. Eth c. † 2. Conc. lib. 2. ca 2. Consilium formaliter est actus intellectus, materialiter vero voluntatis; & ideo Damas. vocat appetitum inquisitiuum. Homo enim consilium capit de his, quæ vult facere: & vnus actus definitur per alterum, quia potentiæ sunt subordinatæ.

3. Concl. Consilium dicitur de Deo ratione certitudinis sententiæ, & iudicij, sed non vt includit inquisitionem.

4. Concl. Consilium datur de rebus certis secundum sapientes, quæ tamen sunt ignotæ secundum vulgus.

Art. 2. Vtrum consilium sit de fine, vel solum de his quæ sunt ad finem.

1. Concl. lib. 3. ca. 5. De fine non est consilium, sed de his, quæ sunt ad finem.

1. Ex Greg. Nyss. qui hoc docet.

2. Principium non cadit sub quæstione, sed supponitur. At finis est principium in moralibus. Ergo nō est de fine, & per consequens erit de his, quæ sunt ad finem.

2. Concl. Licet de fine formaliter sumpto non sit cōsilium, tamen si materialiter sumatur esse potest.

Quia quod est finis aliquorum interdum ordinatur ad alia.

† 3. Concl. Quod accipitur tanquam finis, est determinatum: & quandiu aliquid habetur, vt dubium, non habetur vt finis, & ita de eo esse poterit consilium.

4. Concl. De operationibus habetur consilium, prout sunt ad finem: & si quæ erit finis, de ea non erit consilium.

Art. 3. Vtrum consilium sit solum de ijs, quæ à nobis aguntur.

1. Concl. Consilium proprie est de his, quæ à nobis aguntur, & in nostra sunt potestate.

Lib. 5. c. 5. 1. *Ex Greg. Nyss. qui ponit hanc concl.*

2. *Inquisitio consilij proprie pertinet ad singularia, quia consilium importat collationem habitam inter multos, quæ est de singularibus contingentibus propter varias circumstantias, quæ non possunt ab vno cognosci. Sed cognitio veritatis in his non quæritur, nisi propter operationem. Ergo. Et quoniam cognitio necessariorum & vniuersalium est simplicior, ad cuius considerationem vnus sufficere potest, de ea non est proprie consilium.*

† 2. Concl. Consilium nõ est quæuis collatio, sed collatio de rebus agendis.

3. Concl. Consilium est de his, quæ lege statuuntur.

Quia ista pertinent ad dirigendas operationes humanas.

4. Concl. Consilium non solum est de agendis, sed etiam de his, quę ordinãtur ad operationem: vnde consultatio fit de futuris contingentib. vt per futuros euentus cognitos homo dirigatur ad agendum.

5. Concl. Est etiam de alienis factis, quatenus alij sunt vnum nobiscum: Vnde amicus de his, quæ sunt amici, &c.

Art. 4. Vtrum consilium sit de omnibus, quæ à nobis aguntur.

1. Concl. Loco cit. Consilium non est de omnibus, quæ à nobis aguntur.

5. Eth. c. 2. 1. *De rebus, quæ ad disciplinam & artem pertinent, non est consilium; similiter de rebus claris, parum & determinatis, vt Gregorius & Aristot. dicunt.*

De his est consilium, de quibus potest esse dubitatio, quia consilium est inquisitio. Sed non omnium est dubium, vt patet in allatis exemplis: vel quia sunt determinata, vel parum refert, quo modo agantur. Ergo.

2. Concl. In artibus coniecturalibus potest esse consilium, vt in medicina, ex Gregor.

† 3. Concl. Loco cit. Electio supponit iudicium, quando iudicium vel sententia non est manifesta.

4. Concl. Ratio in manifestis non inquirit, sed statim iudicat, &c.

5. Concl. Quãdo aliquid potest fieri per vnum, multis modis opus est consilio; quando vero est vnus modus determinatus, non ita.

Art. 5. Vtrum consilium procedit ordine resolutiuo.

Concl. Inquisitio consilij est resolutiua.

1. *Consilium, ait Aristot. videtur quærere, & resolvere.* Lib. 3. Eth.

2. *In inquisitione incipitur ab aliquo principio, quod si est prius in cognitione, & posterius in esse, processus est compositionis: vt cum à causis procedimus ad effectum; si contra, est resolutionis, vt cum ab effectis ad causas. Sed in consilio principium est finis, qui se habet secundo modo, quia finis est posterior in esse; & sic in cõsilio incipimus a fine, & procedimus ad media, quæ sunt prius in esse, & ab eo quod futurum est, ad id, quod statim erit.*

† 2. Concl. Ordo ratiocinandi est contrarius ordini exequendi.

3 Concl. Et ratio incipit à priore secundum rationem, & non semper ab eo, quo est prius tempore.

4. Concl. De eo, quod est agendum propter finem prius quæritur, an sit congruum, deinde an sit possibile. Vnde ab illo incipit inquisitio.

Artic. 6. Vtrum consilium procedat in infinitum.

1. Concl. Lib. 1. de cæl. c. 33. Inquisitio consilij est finita actu.

1. *Nihil mouetur ad id, ad quod nõ potest pertransire. Sed infinita inquisitio est impertransibilis. Ergo nemo inciperet consiliari.*

2. *Inquisitio consilij habet determinatum principium, & terminum. Ergo. Nam consilij initium vel sumitur ex genere operationis, & hoc est finis, de quo non est consilium: vel ex alio genere, & id vel per sensum, vt quod hoc sit panis, vel vinum: vel per aliquam scientiam practicam, vel speculatiuam. Vt quod maechari sit prohibitum, & quod non potest viui sine nutrimento: & de his no inquirit consiliator, sed supponuntur. Terminus est id, quod statim est in potestate nostra, quod se habet, vt concessio vltima. Ergo cum principium & terminus sint finita, non est processus infinitus.*

2. Concl. In potentia cõsilium potest esse infinitum.

Quia possunt occurrere infinita circa consilio agenda.

† 3. Concl Singularia non sunt infinita actu, sed potentia: Vnde potest sumi ratio pro vtraque conclusione.

4. Concl. Licet actio humana semper possit impediri: nõ tamen semper est paratum impedimentum, vnde non semper est opus consilio.

5. Concl. In singularibus contingentibus potest accipi aliquid certum, vt nunc prout assumitur in operatione, vt Sortem federe.

Quæst. 15. De consensu, qui est actus voluntatis in comparatione eorum, quæ sunt ad finem.

Art. 1. Vtrum consensus sit actus appetitiuæ vel apprehensiuæ virtutis.

1. Concl. Lib. 2. ca. 2. Consentire est actus voluntatis, quæ in aliquid inclinata inhæret.

1. Si quis, ait Damasc. iudicet, & non deligat, non est sententia, id est, consensus. Sed deligere est appetitus. Ergo.

2. Consentire importat applicationem sensus ad aliquid, vt in re est: In hoc enim differt sensus ab aliis potentijs cognoscitiuis, vt ab imaginatiua & intellectiua, quod hæ ferantur in rem etiam absentem: ille vero in rem præsentem sequi illi finit. Sed actus appetitiuæ est inclinatio quædam in rem ipsam, & ex eo quod eius habet, accipit non ex sensu, quasi experientiam de re sumens. Ergo.

2. Concl. Lib. 12. de Trin. c 11. Cum Aug. attribuit consensum rationi, accipit rationem, quatenus in ea concluditur voluntas, quia voluntas est in ratione.

3. Concl. Sentire proprie pertinet ad apprehensiuam, & secundum quandam experientiam.

4. Concl. Assentire sicut, & consentire pertinent ad cognitionem, sed illud importat quasi distantiam, hoc coniunctionem; & quia voluntas tendit in rem, ideo dicitur consentire, intellectus vero potius assentire, quia non fertur in rem præsentem.

Art. 2. Vtrum consensus conueniat brutis animalibus.

1. Concl. Lib. 2. c. 22. Bruta non dicuntur proprie consentire.

1. Consensus ex Dam. non est sine consilio, quod non est in brutis.

2. Cõsensus importat applicationem motus appetitus ad agendum, quod conuenit ei, in cuius potestate est motus. Sed bruta quamuis appetant, tamen non applicant motum appetitiuum ad agendum quia mouentur instinctu naturæ. Ergo.

2. Concl. Consentire est proprium rationalis naturæ. *Quia hoc habet in potestate motum appetitus.*

† 3. Concl. Consensus magis dicit determinationem actiuam, quã passiuam; hæc est in brutis, quæ passiue sunt determinata, illa in homine.

4. Concl. Remoto priore tollitur posterius, si ex illo tantum sequatur nisi: secus, non ita: executio autem operis non solum ex consensu, sed etiam ex impetuoso appetitu sequitur.

5. Concl. Homines, qui ex passione agunt, possunt non sequi illam, non sic bruta vnde, &c.

Art. 3. Vtrum consensus sit de fine, vel de his, quæ sunt ad finem.

1. Concl. Loco citat. Consensus proprie non est, nisi de his, quę sunt ad finem.

1. Consensus ex Damasceno est de his, quæ consilio iudicata sunt. Sed consilium est de mediis tantum. Ergo.

2. De his est consensus, quibus potest fieri applicatio motus appetitus, ex potestate applicantis. Sed hæc applicatio fit his, quæ sunt ad finem, quia cadunt sub consilio, & quod consilio iudicatum est cadit sub nostra potestate, ac proinde potest ei fieri libera applicatio, quod est consentire. Ergo

2. Concl. Applicatio motus appetitus in vltimum finem, non habet rationem consensus, sed magis simplicis voluntatis & velle.

Quia consensus est applicatio in potestate applicantis. At appetitus finis non est in nostra potestate, cum appetatur naturaliter. Ergo eius appetitus erit simplex velle. Itaque primum est apprehensio finis, deinde eius appetitus; postea consilium, postremo applicatio eorum, quæ sunt ad finem.

† 3. Concl. Consentimus quidem propter finem, sed consensus non est finis, sed quid maius, sicuti intellectus, qui est quid maius scientia conclusionum.

4. Concl. Intemperatus habet pro fine nõ actum, cui consentit, sed delectationem, & ita consensus non est finis.

5. Concl. Cõsensus interdum sola ratione differt ab electione, vt cum ex medijs vnum tãtum placet: & vnicus actus dicitur consensus, vt acceptat, electio vt præfert alijs, quæ non placent, interdum re differunt, vt cum sunt plura media, quæ placent.

Art. 4. Vtrum consensus in actum pertineat solum ad superiorem animæ partem.

1. Concl. Lib. 12. de Trin. c. 13. Consensus in actum ptinet ad superiorem partem rationis, prout in ratione voluntas includitur. (*intentio cedat. &c.*

1. Quia Aug. ait peccatum non esse, nisi mentis

2. Consensus est finalis sententia ad agendum. Sed hæc pertinet ad partem superiorem: quia ratio superior iudicat de omnibus, & vt de sensibilibus iudicamus per rationẽ, ita de humanis per rationes diuinas, quæ pertinent ad rationem superiorẽ: & quia nihil fit, donec iudicatur de re proposita, & iudicio lato datur finalis sententia. Idco. &c.

† 2. Concl. Consensus in delectationem operis pertinet ad rationem superiorem: consensus vero in delectationem cogitationis, ad rationem inferiorem, sicuti & ipsum cogitare de quo, tanquam de actu iudicat ratio superior, sicut etiam de delectatione consequente: sed vt ad aliam actionem refertur, pertinet ad rationem inferiorem.

3. Concl. Actiones dicuntur voluntariç, quia eis cõsentimus, & ita fat est, vt cõsensus sit volũtatis, à qua dicitur voluntariũ, q̃ est in ratione.

1. Concl.

Ratio inferior dicitur consentire, non solum quod secundum rationes æternas semper moueat, sed quia secundum eas dem non dissentit.

Quæstio 16. De vsu, qui est actus voluntatis, in comparatione ad ea quæ sunt ad finem.

Art. 1. Vtrum Vti sit actus voluntatis.

1. Concl.

VTi proprie est actus voluntatis.

1. Quia ex Aug. est assumere aliquid ad facultatem voluntatis.

lib. 10. de trin. c. 11.

2. Vsus rei importat applicationem eius ad operationē, & ideo operatio dicitur vsus. Sed voluntas tanquam primus motor mouet omnes potentias ad operationem, & ideo voluntati adscribitur operatio, tanquam primo motori. Ergo.

2. Concl.

Vsus conuenit alijs potentijs secundario, rationi tanquam dirigenti, alijs vero tanquam exequentibus: quæ se habent ad voluntatem, vt instrumentum ad principale agens.

† 3. Concl.

Ratio est, quæ in aliud refert, sed voluntas est quæ tendit in id, quod est relatum in aliud: & secundum hoc vti dicitur referre aliquid in aliud.

4. Concl. lib. 2 c. 22.

Dam. intelligendus est de vsu, vt pertinet ad executiuas potentias.

5. Concl.

Ratio speculatiua applicatur ad opus à voluntate, & sic intellectus speculatiuus dicitur vti, vt est à voluntate motus.

Art. 2. Vtrum vti conueniat brutis animalibus.

1. Concl. lib. 83. q. q. 30.

Vti non competit brutis.

1. Vti ait Aug. non potest, nisi animal rationis capax.

2. Vti, est applicare aliquid in finem, id est potentiam ad operationem, sicuti consentire est applicare motum appetitiuum, ad appetendum. Sed hoc non conuenit brutis, quia ista applicatio requirit libertatem supra id, quod applicatur, & rationem qua refertur in finem, quibus carent bruta. Ergo.

† 2. Concl.

Frui in ratione obiecti est præstantius, quá vti, quia respicit absolute finem: sed si considerentur quoad rationem apprehensiuam præcedentem, nobilius est vti; quia requirit rationis ordinationem, frui vero solam apprehensionem, quæ est in sensu.

3. Concl.

Bruta agunt per sua organa naturæ instinctu, & non cognoscunt ordinem membrorum ad operationem, & ita non proprie applicant, nec vtuntur.

Art. 3. Vtrum vsus possit esse etiam vltimi finis.

Vti semper est eius, quod est ad finem, & ita non est vltimi finis proprie.

1. Concl. loco cit.

1. Deo ait Aug. nullus recte vtitur. Sed Deus est vltimus finis. Ergo.

2. Vti importat applicationē alicuius ad aliud. Sed quod applicatur habet rationem eius, quod est ad finem. Ergo.

3. Vtilia dicuntur, quæ sunt ad finem. Ergo vsus erit eorum, quæ sunt ad finem.

2. Concl.

Cum finis sumatur, vel simpliciter, vel quoad aliquem, & pro re, & pro adeptione rei, vltimi finis pro re, potest esse vsus, sed non proprie: quo modo auarus refert pecunias, ad possessionem: quia quærit pecuniam: vt eam habeat, & ita vtitur re cum tamen finis simpliciter res ipsa dicatur.

† 3. Concl.

Vsus communiter sumptus potest esse vltimus finis, quatenus refertur ad fruitionem, quę est vltimus finis; quo modo accepit aliquando Augustin.

lib. 10. de trin. c. 11.

Assumit quidem voluntas finem, sed vt in illo quiescat, & non vt referat ad aliam rem, quæ alio refertur, quod est proprie vti.

5. Concl. Hilar. lib. 2. de trin.

Vsus accipitur interdum pro quiete in vltimo fine, id est, pro fruitione.

Art. 4. Vtrum vsus præcedat electionem.

1. Concl.

Vsus sequitur electionem, si sumatur prout voluntas vtitur potentia executiua mouendo ipsam.

Electio ait Damas. facit impetum ad operationem, & postea vtitur. Ergo.

2. Quæ ratio suppenit voluntatem habere duplicem habitudinem ad volitum: alteram prout est in voluntate per proportionem ad ipsum, quo modo conuenientia proportionata fini, dicitur illum naturaliter appetere per desiderium & amorem: & hæc est imperfecta: alteram realem, quando realiter appetit, & vult volitum, quæ non solum est finis, sed etiam eorum, quæ sunt ad finem, & ad hanc ordinatur prima. Tunc, electio pertinet ad priorem habitudinem, prout volitum seu finis, sine medium est in voluntate imperfecte, & sua autem ad posteriorem. Ergo.

2. Concl.

Si vsus sumatur pro applicatione intellectus ad media inquirenda, est prior electione.

Quia ista applicatio est immediate post intentionem, & per hanc fit consilium, per quod eligitur, quod est ad finem.

† 3. Concl.

Vsus est medius inter electionem, & executionem.

Quia ante executionem præcedit motum voluntatis, quæ monet ad exequendum. Quare executio non est status post electionem.

Quod

4. Concl. Quod est per essentiam relatum, est posterius absoluto, sed id cui attribuuntur relationes non est necesse, vt sit posterius: immo quo causa est potior, eo plures habet relationes ad plures effectus. Vnde licet vsus vnam tantum habeat relationem, & electio duas, non sequitur, quod sit prior.

1. Concl. Electio præcedit vsum, si referatur ad idē: si ad diuersa, vsus potest præcedere: quia actus voluntatis reflectuntur in se, & ita potest esse electio, consensus, & vsus.

Quæstio 17. De actionibus imperatis à voluntate.

Art. 1. Vtrum imperare sit actus rationis, vel voluntatis.

1. Concl. IMperare est actus rationis essentialiter.

1. Appetitus ex Greg. & Arist. obedit rationi, Ergo ratio imperat.

2. Imperans ordinat eum, cui imperat ad agendum, aliquid intimando, vel absolute per verbum indicatiuum, vt faciendum est, vel mouendo per imperatiuum; fac hoc, & hæc intimatio, est imperium. Sed sic ordinare est rationis. Ergo.

2. Concl. Ratio non imperat, nisi supposito actu voluntatis, in cuius virtute mouet.

Quia mouens, non mouet nisi virtute primi. At primum mouens quoad exercitium est voluntas. Ergo.

Deinde actus isti se inuicem includunt.

Quia sunt potentiæ essentialiter subordinatæ, & virtus actus prioris remanet in sequenti. At aliquis actus voluntatis est prior actu rationis. Quia sunt actus, qui reflectunt super se inuicem, vt patet in vsu & electione. Ergo imperare est actus rationis, supposito actu voluntatis, in cuius virtute ratio monet per imperium ad exercitium actus.

† 3. Concl. Imperare non est mouere quocunque modo, sed cum intimatione denunciatiua ad alterum.

4. Concl. Radix libertatis est voluntas, sicut subiectum: sed sicut causa, est ratio.

Nam ideo voluntas potest ad diuersa ferri, quia ratio potest diuersa concipere. Vnde liberum arbitrium est liberum de ratione iudicium: quasi ratio sit causa libertatis.

5. Concl. Imperium non est actus rationis absolute sed cum quadam motione, ideo sequitur actus.

Art. 2. Vtrum imperare pertineat ad animalia bruta.

1. Concl. Impossibile est quod in brutis sit aliquo modo imperium.

1. Imperium est actus rationis. At in brutis non est ratio. Ergo.

2. Imperare est ordinare ad agendū cum quadam intimatione. At ordinare est proprius actus rationis. Ergo.

† 2. Concl. Appetitiua vis dicitur imperare, prout mouet rationem imperantem. Vnde in brutis non est vis imperatiua, nisi largo modo: vt si sumatur pro motiua.

3. Concl. In brutis corpus habet vnde obediat, sed anima non habet vnde imperet: & ita est eis solum ratio mouentis & moti, non autem imperantis.

4. Concl. In brutis fit impetus instinctu naturæ: in homine vero per ordinationem rationis.

Art. 3. Vtrum vsus præcedat imperium.

1. Concl. Imperium præcedit vsum, si sumatur vsus eius, quod est ad finem, quod subditur potentiæ executiuæ.

1. Ex Damas. impetus ad operandum præcedit vsum. Sed ille fit per imperium. Ergo.

2. Vsus scientiæ conuenit eius cum actu eius, quo quis vtitur. Verbi gratia nemo vtitur baculo, nisi simul eo aliquid operetur. Sed imperium non est simul cū actu eius cui imperatur, quia prius est vel natura, vel tempore imperare, quam imperio obedire. Ergo.

2. Concl. Vsus eius quod est ad finem, prout est in ratione referente ipsum ad finem, præcedit electionem, & multo magis imperium, quod est posterius electione.

† 3. Concl. Licet vsus sit actus voluntatis à qua pendet imperium, tamen non omnis actus voluntatis est prior hoc actu rationis, quod est imperare sed aliquis præcedit vt electio, aliqs sequitur, vt vsus. Est ergo primus consilij decretū, tum electio, tū imperium, tandē vsus.

4. Concl. Ex eo, quod imperium est eorum, quæ sunt ad finem, sequitur esse prius vsu, cum nō sit de vsu, vt de obiecto, sed de medijs, circa quæ est etiam vsus.

5. Concl. Vt voluntas vtitur ratione ad imperium, quomodo vsus præcedit ita vsum voluntatis præcedit aliquod rationis imperium.

Art. 4. Vtrum imperium & actus imperatus sint vnus actus vel diuersi.

1. Concl. Imperium & actus imperatus sunt vnus actus humanus, sicut quoddam totum, sed secundum partes, multa. Probabitur hæc concl. duobus suppositis.

1. Aliqua possunt esse secundum quid multa, & secundum quid vnum; immo omnia multa sunt secundum quid vnum, vt ait Dionys.

2. Quædam sunt multa simpliciter, & secun- Cap. 5. de diuin. nom.

dum quid vnum, & contra. Quæ secundum substantiam sunt vnum, simpliciter, sunt vnum multa secundum quid: quia vnum dicitur secundum ens: sed ens simpliciter dicitur de substantia, secundum quid de accidente & ente rationis. Ergo: Quæ antea sunt diuersa sunt vnum secundum quid, plura simpliciter, vt multi lapides vnus acernus.

1. To. c. 2. *Probatur* modo con. 1. *Ex Arist. vbi est vnum propter alterum, ibi est vnum sed actus imperatus est propter imperium, Ergo.*

2. *In naturalibus, vbi est id quod habet rationem materiæ, & formæ, est vnum. Sed actus imperatus in moralibus est veluti materia ad imperium, quia actus superioris mouentis, se habet vt forma ad actum instrumenti, id est, mouentis moti. Sed imperium mouet actum imperatum, Ergo est illius forma. Vnde patet tota concl.*

† 2. Concl. Arist. 3. Physic. tex. 20. Quando potentiæ non sunt, subordinatæ, earum actus non faciunt vnum, quando vero sunt subordinatæ faciunt vnum, sicut actus mouentis & moti.

3. Concl. Quod isti actus possint separari, colligitur esse multa partibus, quod conceditur.

4. Concl. Vnde etiam sequitur quod vnus potest esse prius altero, sicut anima aliquo modo est prius corpore.

Art. 5. Vtrum actus voluntatis imperetur.

1. Concl. Actus voluntatis potest esse imperatus.

1. *Omne quod est in nostra potestate subiacet imperio. Sed actus voluntatis sunt in nostra potestate. Ergo.*

2. *Imperium est actus rationis ordinantis cum quadam ratione. Sed ratio potest ordinare actum voluntatis, quia sicut ratio potest iudicare quod bonum sit velle, sic & imperare, quod velit, Ergo.*

† 2. Concl. Quando animus perfecte imperat sibi, vt velit, tunc iam vult, sed quod aliquando imperet, & non velit, est quia imperfecte imperat: vt contingit, cũ ratio inter varia fluctuat.

3. Concl. Vt in corpore vnum membrum sibi & alijs operatur, ita intellectus sibi & alijs intelligit, & voluntas vult. Ideo homo vt intelligens, & volens imperat sibi actus voluntatis.

4. Concl. Primus actus voluntatis non est ex ordine rationis, sed ex instinctu naturæ, vel superioris causæ. Vnde non est processus in infinitũ.

Art. 6. Vtrum actus rationis imperetur.

1. Concl. lib. 2. c. 21. Actus rationis potest esse imperatus.

1. *Talis actus ex Damasc. exercetur per liberum arb. Ergo.*

2. *Vt ratio ordinat alios actus, ita & suos, quia supra se reflectitur. Ergo etiam suos imperat: imperare enim est ordinare.*

2. Concl. Actus rationis imperatur quoad exercitium.

Patet experientia cum inducitur alicui, vt attendat & ratione vtatur.

3. Concl. Ratio respectu sui obiecti, quoad apprehẽsionem veritatis eius, non potest imperari.

Nam quantum ad hoc non est in nostra potestate, quia hoc habet a lumine naturali, vel supernaturali, quæ non sunt in nostra potestate, ex quibus oritur veritatis cognitio. Ergo.

4. Concl. Neque quantum ad assensum primorum principiorum est sub imperio, ob eandem rationem, cum talis actus sit naturalis.

5. Concl. Ratio respectu eorum, quæ apprehensa nõ conuincunt, est sub imperio.

Quia consensus istorum est in nostra potestate, cum intellectus possit dissentire, vel actum suspendere, Ergo.

† 6. Concl. Ratio imperat sibi ipsi, vt voluntas se mouet, ob reflexionem in se.

7. Concl. Potentia cui imperatur, dicitur ratio per participationem; nec repugnat rationem seipsam participare, propter diuersitatem obiectorum, quæ rationi subijciuntur. Tertium soluitur ex quinta conclu.

Art. 7. Vtrum actus appetitus sensitiui imperentur.

1. Concl. lib. 4. c. 8. Actus appetitus sensitiui, qua parte pendent ab anima, subsunt imperio rationis.

1. *Ex Greg. Nyss. Obediens rationi dicitur in desiderativum, & irascitivum.*

2. *Supposito hos actus esse potentiæ organicæ, & partim pendere ab anima, partim a corpore: tunc, quod sequitur imaginationem, est in potestate animæ, quia imaginatio est apprehensio particularis, quæ subsunt rationi vniuersali, a qua regulatur. Sed talis est appetitus sensitiuus, vt respicit animam; quia vis appetitiua non habet actum, nisi mediante apprehensione. Ergo si apprehensio est in potestate rationis, erit etiam appetitus.*

2. Concl. Actus huius appetitus, vt pendet a corpore, non subsunt rationi.

Quia qualitas & dispositio corporis non subsunt rationi Ergo nec motus, qui naturaliter sequitur.

3. Concl. Motus appetitus sensitiui, qua parte sequũtur imaginationem, non semper subsunt imperio rationis.

1. *Quia hic motus, quandoque subito concitat ad apprehensionem imaginationis, vel sensus. Ergo non sunt in potestate, cum præueniant rationem.*

1. Pol. c. 3. 2. *Ex Arist. qui ait rationem habere dominium politicum, & non despoticum respectu huius appetitus.*

† 4. Concl. Appetitus sensitiuus subtrahitur ab imperio

rio propter corporis dispositionem vel propter subitum motum.

5. Concl. Qualitas corporalis se habent ad corpus, vel antecedenter, quæ vel est à natura, vel ex alia motione, vel consequenter sequendo imperium rationis, quæ sequitur modum localem cordis, quod diuersimode mouetur, secudum actus appetitus, & hæc subiacet rationi, non prima.

6. Conclu. Apprehensio sensibilis rei non est in nostra potestate, nisi præsente sensibili; at apprehẽsio per imaginationem maxime.

Art. 8. Vtrum actus animæ vegetabilis imperentur.

Actus vegetatiuæ non subduntur imperio.

1. Concl. lib. 4. c. 15. *1. Ex Greg. Nyss. nutritiuum, & augmentatiuum non persuadentur à ratione.*

2. Illi actus imperantur, qui procedunt ab appetitu rationali, qui imperat per modum apprehensionis, quam non sequitur motus naturalis: tales sunt huiusmodi actus vegetatiuæ, Ergo.

† 2. Concl. Quo actus est immaterialior, eo est nobilior & rationi subiectior, propterea vires sensitiuæ subduntur, licet sint nobiliores.

3. Concl. Cum dicitur, vt Deus mouet mundum, ita anima corpus, similitudo non tenet quantum ad omnia.

Quia corpus non totaliter subditur animæ, vt mundus Deo.

4. Concl. Laus & vituperium non debentur actibus vegetatiuæ, sed sensitiuæ ordinantis secundum rationem actus vegetatiuæ, vt in delectatione cibi, & venereorum.

Art. 9. Vtrum actus exteriorum membrorum imperentur.

1. Concl. lib. 8. conf. Omnes motus membrorũ, quæ mouentur à potentijs sensitiuis subduntur rationi, non autem motus, qui sequuntur vires naturales.

1. *Imperat anima, ait Augustin. vt moueatur manus.*

2. Eo modo, quo habent se potentiæ animæ ad obediendum rationi, eodem & organa, quia sunt instrumenta potentiarum. Sed sensitiuæ potentiæ obediunt, non autem naturales, Ergo.

† 2. Concl. Membra non mouent se, sed mouentur à potẽtijs, quarum aliquæ sunt viciniores animæ, aliæ remotiores.

3. Concl. Greg. lib. 4. c. 15. Motus cordis, licet sit principium motus animalis, tamen non subest voluntati, qa sequitur vitam ex vnione animæ, & corporis.

4. Concl. 14. de ciu. c. 16. Motus genitalium ex Aug. non subest imperio, ex pœna peccati.

Vel quia talis motus sequitur aliquam alterationem caliditatis, & frigiditatis: vel quia cor & semen sunt principia naturalia, ideo habent motus naturales.

Quæstio 18. De bonitate & malitia humanorum actuum in generali.

Art. 1. Vtrum omnis humana actio sit bona, vel aliqua mala.

1. Concl. NOn omnis actio humana est bona.

1. Ioan. 3 Omnis qui male agit, odit lucem, Ergo est aliqua mala actio.

2. Malum consurgit ex defectu alicuius esse, quod debebat inesse, quia cum ens & bonum conuertantur, malum & bonum iudicanda sunt secũdum esse. Sed actioni humanæ aliquando deest, quod erat debitum inesse, cum creatura recipiat esse, secundum quas perfectiones, quarum aliqua deesse potest. Ergo.

2. Concl. Actio humana inquantum habet de esse, habet de bonitate, in quantum ei deficit de plenitudine essendi, quæ ei debetur, dicetur mala.

Quia de ratione boni est plenitudo essendi, & de ratione mali eiusdem defectus, cum ens & bonum conuertantur. Ergo prout participat esse, erit bona, prout deficit, mala.

3. Concl. Id cui aliquid deest, est malum simpliciter, bonum secundum quid.

Quia bonum simpliciter dicitur à plenitudine essendi: dicetur tamen ens simpliciter non ens secundum quid.

† 4. Concl. Malum agit in virtute boni deficientis: *quia si non esset bonum, non esset ens, nec actio*; & ita nõ habet causam efficientem, sed deficientẽ, *quia si non esset defectus, non esset malum.* Vnde actio causata est quoddam bonum deficiens, simpliciter tamen malum.

5. Concl. Non prohibet aliquid esse, secundũ quid, vnde agere potest: & secundum quid priuari actu; vnde deficientem producat actionem. Vt cæcus ambulans, virtute progressiua potest ambulare, sed defectu cæcitatis ambulat palpitando.

6. Concl. Actio mala, qua parte bona est, potest habere effectũ per se. v. g. adulterium, vt actio naturalis potest filium producere.

Art. 2. Vtrum actio hominis habeat bonitatem vel malitiam ex obiecto.

1. Concl. Actio humana primam bonitatem, vel malitiam sumit ab obiecto conuenienti, vel non conuenienti.

1. Ose. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt, Sed homo fit abominabilis per malitiam operationis. Ergo.

2. Primum bonum, vel malum actionis est ab eo, quod dat speciem, quia ista sumuntur à plenitudine esse, quod habetur ab eo, specificat & in naturalibus primum malum est non assequi formam. Sed obiectum dat formam, & speciem, quia conuenienter dicitur malum ex obiecto, esse ex genere, sumendo genus pro specie. Ergo.

2. Concl. Bonitas & malitia sumpta ex obiecto faciũt actũ bonum, vel malũ ex genere, i. ex specie.

† 3. Concl. Licet res exteriores sint semper bonæ: tamen non habent semper debitam proportionem ad rationem, seu actiones humanas, quatum sunt obiecta.

4. Concl. Obiectum non est materia ex qua; sed circa quã, & vt dat speciẽ habet rationẽ formæ.

5. Concl. Potentia appetitiua non facit suum obiectum: sed ab eo mouetur, non mere passiue: sed actiue: & ideo licet obiectum non sit effectus actionis, est tamen terminus, propterea specificat, & licet bonitas actionis non causetur à bonitate effectus: tamen proportio actionis ad effectum est ratio bonitatis ipsius.

Art. 3. Vtrum actio hominis sit bona vel mala ex circunstantia.

1. Concl. Actio humana si carcat debita circonstantia, erit mala.

2. Eth. c. 6. *Virtuosus ex Aristot. operatur secundum circonstantias. Ergo vitiosus non secundum circonstantias. Ergo, &c.*

2. In naturalibus non habetur tota perfectio à forma, sed etiam ab accidentibus. Ergo nec in moralibus habetur tota perfectio ab obiecto. Ergo etiam à circonstantijs, quæ sunt veluti accidentia.

† 2. Concl. Circonstãtiæ sunt extra actionem, quatenus non sunt de essentia, sed sunt in ipsa, veluti accidentia.

3. Concl. Non omnia accidentia se habent per accidens ad substantiam, sed quædam per se, quæ considerantur ab arte.

4. Concl. Bonum conuertitur cum ente: sicut ens dicitur secundum substantiam & accidens, ita est bonum.

Art. 4. Vtrum actio humana sit bona vel mala ex fine.

1. Concl. Actio hamana habet bonitatem ex fine.

1. Cuius finis est bonum, & ipsum bonum, ait Boet. Ergo.

2. Ea, quorum esse pendet ab alio, præter bonitatem absolutam quam habent à forma habent aliam à causa, à qua pendent, quia eadem est ratio esse, & bonitatis: & ideo diuinæ personæ, quæ non habent bonitatem ex fine. Sed actiones humanæ, habent bonitatem ab alio dependentem. Ergo.

2. Concl. In actione morali est quadruplex bonitas.

1. Entis quatenus est actio, & quantum habet de actione tantum de bonitate.

2. Ex obiecto conuenienti.

3. A circonstantijs, quasi ab accidentibus.

4. A fine, quasi à causa bonitatis.

† 3. Concl. Bonum propter quod homo operatur aliquãdo est verum, aliquando apparens; & secundum hoc ex fine sequitur actio mala.

4. Concl. Quanuis finis sit causa extrinseca: tamen eius relatio & proportio actioni inhæret.

5. Concl. Ex his bonitatibus potest deesse vna, & ita actio bona ratione vnius, potest esse mala defectu alterius, sed non est bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant, nam Cap. 4. de diu. nom. bonũ causatur ex integra causa, vt ait Dionys.

Art. 5. Vtrum aliqua actio hominis sit bona, vel mala in sua specie.

1. Concl. Bonum & malum constituunt diuersas species actuum humanorum.

lib. 2. Eth. c. 1. *1. Similes habitus similes actus reddunt ex Arist. Sed habitus bonus & malus specie differunt. Ergo & actus.*

2. Id, quo variatur principium à quo sumitur species rei variat eius speciem, nam differentia per accidens non facit differri potentiam, vel principiũ, sed differentia per se, & qua per se, se habet ad vnum, potest se habere per accidens ad alterum: vt color & sonus ad sensus, qua faciunt differre potentias non autem in ordine ad intellectum. Sed bonum & malum variant obiectum, à quo sumitur species actus, quia variant obiectum in ordine ad rationem à qua essentialiter pendet actio humana, nam bonum facit obiectum conueniens rationi, malum non conueniens. Ergo.

† 2. Concl. In natura bonum secundum naturam & malum contra naturam mutant species. vt patet in corpore viuo, & mortuo; vnde confirmatur allata concl.

3. Concl. Malum vt est res habens annexam priuationem ordinis rationis, potest constituere speciem mali actus: vt res aliena in furto.

4. Concl. Adulterium est actus coniugalis, vt actus naturalis non differunt specie, sed in genere moris: & ita primo modo habent vnum effectum: altero vero laudem, & vituperium.

5. Concl. Circonstantia, vt differẽtia essentialis obiecti, secundum quod cõparatur ad rationem dat speciem actui morali, id est, quod sit bonus, vel malus.

Art. 6. Vtrum actus habeat speciem boni vel mali ex fine.

1. Concl. Actus humanꝰ interior specificatur à fine.

1. Actus humani specificantur a fine. Ergo bonum & malum acceptum ex fine diuersificant speciem actuum.

2. Suppositio actum interiorem & exteriorem habere obiectum actus: exterior specificatur ab obiecto, in quo versatur. Ergo actus interior à fine: quia finis est obiectum actus interioris, nimirum voluntatis, quæ tendit in finem. At vere exterior specificatur ab obiecto, in quod terminatur.

2. Concl. Actus humanus comprehendens vtrumque formaliter a fine, materialiter ab obiecto specificatur.

1. Voluntas vtitur potentijs tanquam instrumentis, & quod est ex parte voluntatis, est vt forma. Sed finis se tenet ex parte voluntatis. Ergo.

2. Exterior actus non habet, quod sit moralis, nisi a voluntate. Ergo.

3. Qui furatur vt adulteretur, est magis adulter, ait Aristot.

5. Eth. c. 2. †3. Concl. Finis respectu actus interioris non est extra rationem obiecti.

4. Concl. Et si ordinari ad talem finem accidat actui exteriori, interiori tamen non accidit.

5. Concl. Quando multi actus exteriores ordinantur ad vnum finem, sunt eiusdem speciei ex parte actus interioris.

Art. 7. Vtrum species, quæ est ex fine, contineatur sub specie, quæ est ex obiecto, sicut sub genere, vel è conuerso.

1. Concl. Supposito, obiectum se habere ad finem, vel per se, vt repugnare ad victoriam, vel per accidẽs, vt rapere ad eleemosynã, est 1. concl. Quando nõ ordinatur per se ad talem finem, sunt duæ species, & vna non continetur sub alia.

1. Actus ex obiecto potest ordinari ad mille fines. Ergo species ex fine in tali casu non continetur ab ea, quæ est ex obiecto.

7. Met. tex. 44. *2. Differentiæ dividentes genus, & constituentes species sunt per se, ex Aristot. Sed quando actus ita se habẽt, differentia ex obiecto non est per se determinatiua eius, quod est ex fine, & contra, quia qui furatur, vt fornicetur, committit duas culpas. Ergo.*

2. Concl. Quando actus per se est ordinabilis in finem, vna species continetur sub alia, & vna est bonitas, quia vna est per se determinatiua alterius, verbi gratia, agere fortiter, includit finem fortitudinis.

3. Concl. Quando est vna species ex fine & obiecto, ratio ex fine est superior, ratio ex obiecto inferior.

1. Quia illa est magis vniuersalis, hæc magis particularis, & specifica.

2. Quis agens est vniuersalius, eo forma est communior.

3. Quo finis est posterior, tanto respondet agenti vniuersaliori: finis autem est obiectum voluntatis, quæ respicit vniuersale bonum. Ergo.

†4. Concl. Secundum substantiam nihil potest esse in diuersis speciebus, secundum accidentia maxime.

5. Concl. Finis est prior in intentione secundum quã attenduntur humani actus.

6. Concl. Differẽtia est forma generis, vt facit ipsum esse in actu: genus autem, prout est quid vniuersalius, est causa formalis speciei, & sic species ex fine non continetur sub ea, quę ex obiecto.

Art. 8. Vtrum aliquis actus sit indifferens secundum suam speciem.

1. Concl. Actus qui non includunt aliquid pertinẽs ad ordinem rationis sunt indifferentes.

Li. 2. de ser. dom. c. 21. *1. Sunt, ait August. quædam facta media, quæ possunt bono & malo animo fieri.*

2. Si obiectum actus includat aliquid conueniens, vel repugnãs rationi erit actus bonus, vel malus, si nihil tale, erit indifferens: quia vt actus in communi habet speciem ab obiecto, ita actus moralis ab obiecto relato ad rationem. Sed accidit, vt obiectum nihil includat pertinens ad rationem, vt si quis leuet festucam. Ergo.

†2. Concl. Priuatio, quæ consistit in priuato esse, vt cæcitas totum aufert; non autem, quæ consistit in priuari, vt ægritudo: ibi nõ est aliquid medium, hic maxime, & hoc modo malum est priuatio boni, & ideo potest esse medium inter bonum & malum.

3. Concl. Quamuis obiectum & finis semper habeant bonitatem naturalem, non tamen moralem, cum non semper importent ordinem ad rationem.

4. Concl. Non quidquid habet actus, pertinet ad eius speciem; vnde si in ratione suæ speciei nõ contineatur, quidquid pertinet ad bonitatis plenitudinem, non ideo est ex sua specie malus, nec bonus. Vt homo secundum suam speciem, nec est studiosus, nec vitiosus.

Art. 9. Vtrum aliquis sit actus indifferens secundum individuum.

1. Concl. Contingit actum esse indifferentem secũdum speciem, qui tamen erit bonus, vel malus secundum circumstantias.

1. Quia nõ solum est bonus ex obiecto, sed etiam ex circumstantijs. Ergo: potest enim habere bonitatem ex obiecto, & malitiam ex circumstantia.

2. A simili, quia aliquid conueniens individuo se-

cundum accidentia, quod non conuenit ſpeciei

2. Concl. Actus hominis a ratione procedens in individuo neceſſario erit bonus, vel malus.

Hom. 1 in Euang. 1. *Ex Gregor. Verbum otioſum eſt, quod caret reſtitudine, vel neceſſitate, vel vtilitate. Sed tale verbum eſt malum, Matth. 12. Si autem non caret, eſt bonum. Ergo.*

2. *Actus debet habere circumſtantias, quæ vel erunt conformes rationi, vel non, ſaltem reſpectu intentionis. Ergo eum trahent ad bonitatem, vel malitiam. Nam vel eſt ordinatus ad finem debitum, & ſic erit bonus, vel non, & ſic erit malus: ſiquidem actus in individuo procedit à ratione, cuius eſt ordinare in finem, & ſi non eſt ordinatus, eſt malus.*

3. Concl. Quando actus non procedit à ratione deliberata, non eſt malus, ſed indifferens, quaſi extra genus moris, vt fricare barbam, eximaginatione, &c.

† 4. Concl. Actus poteſt dici indifferens, vel ex ſua ſpecie, & hoc eſt verum, vel quod non poſſit eſſe bonus, vel malus, & hoc nō: quia omnis actus poteſt ordinari in finem bonum, vel malum.

Concl. Vocat Ariſt. aliquos non malos, quia alijs lib. 4. Eth. non nocent, ſed ſibi tantum, vt prodigi. c. 1.

Omnis finis deliberate intentus pertinet ad rationem alicuius virtutis, vel vitij, vt dormire ad ſuſtentationem corporis, &c.

Art. 10. *Vtrum aliqua circumſtantia conſtituat actum moralem in ſpecie boni vel mali.*

1. Concl. Illa circumſtantia, quæ reſpicit ſpecialem ordinem rationis pro, vel cōtra, dat ſpeciem actui in genere boni, vel mali.

1. *Locus eſt circumſtantia. Sed tribuit ſpeciem actus, vt furari in loco ſacro. Ergo.*

2. *Vt ſpecies naturales conſtituuntur ex formis naturalibus, ita morales ex formis ratione conceptis. Sed aliqua circumſtantia poteſt cōcipi, vt forma moralis actus, prout importat conuenientiam, vel contra, quia licet in naturalibus accidens non accipiatur, vt forma; in moralibus tamen circumſtantia poteſt accipi, vt principalis conditio obiecti determinantis ſpeciem. Ergo, &c. Antecedens patet, quia in naturalibus non datur proceſſus in infinitum, & ita deueniendum eſt ad formam ſpecificam: At vero proceſſus rationis non eſt terminatus ad vnum. Ergo vna ſpecies ex obiecto poteſt ſupervenire ſpecies ex circumſtantia.*

2. Concl. Circumſtantia, vt dat ſpeciem actui, conſideratur, vt conditio principalis obiecti rationi repugnans, & quaſi quædam eius differentia ſpecifica.

3. Concl. Circumſtantia manens circumſtantia, nō dat ſpeciem, quia manet in ratione accidentis, ſed vt eſt noua conditio obiecti.

4. Concl. Licet multæ ſint circumſtantiæ actus; non tamen plures ſunt ſpecies, quia non omnes important nouam deordinationem: nec inconuenit vnum actum moralem eſſe in pluribus ſpeciebus.

Art. 11. *Vtrum omnis circumſtantia augens bonitatem, vel malitiam conſtituat actum moralem in ſpecie boni vel mali.*

1. Concl. Non omnis circumſtantia augens bonitatem, vel malitiam priorem actus, variat ſpeciem.

1. *Magis & minus non mutant ſpeciem. Sed circumſtantia addens dat magis & minus. Ergo.*

2. *Tunc circumſtantia dat ſpeciem, cum includit ſpecialem ordinem rationis, vt eſt dictum. Sed aliquando non dicit ſpecialem ordinem, niſi ſuppoſita alia conditione, a qua habeat malitiam, vel bonitatem, v.g. furari 10. vel 20. niſi ſupponatur alienum, vnde habetur ratio mali. Ergo.*

† 2. Concl. In his, quæ intenduntur, intenſio & remiſſio non mutant ſpeciem, quo modo ſe habent circumſtantiæ iſtæ.

3. Concl. Circumſtātia augens aggrauat peccatum, vel auget virtutem, & hoc non per ſe, ſed per ordinem ad aliam conditionem actus: auget autem bonitatem vel malitiam, qua eſt ex alia conditione actus.

4. Concl. Non quælibet circumſtantia inducit particularem defectum ex ſe, ſed ſecundum ordinem ad aliquid aliud; & ita licet augeat, non tamen mutat ſpeciem.

Quæſt. 19. *De bonitate & malitia actus interioris voluntatis.*

Art. 1. *Vtrum bonitas voluntatis dependeat ex obiecto.*

1. Concl. Ariſtot. 5. Eth. c. 1. BOnitas & malitia interioris actus voluntatis pendet ab obiecto.

1. *Vt iuſtitia eſt ſecundum quam aliquis vult iuſta, ita virtus ſecundum quam aliquis vult bona. Sed bona voluntas eſt, qua eſt ſecundum virtutem. Ergo bonitas voluntatis pendet ex hoc, quod velit bonum.*

2. *Bonum & malum ſunt differentiæ actus voluntatis, vt patet a ſimili, de vero & falſo reſpectu intellectus. Sed bonum & malum ſumuntur ex obiecto. Ergo.*

† 2. Concl. Actus voluntatis non eſt ſemper bonus.

Quia voluntas vult etiam bonū apparens, quod non eſt ſimpliciter conueniens.

Aliquis

3. Concl. Aliquis actus hominis potest esse vltimus finis eius, secundum aliquem modum, sed talis actus non est actus voluntatis.

4. Concl. Bonum, vt cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris, & causat bonitatem in voluntate: ratio enim est principium humanorum actuum.

Art. 2. Vtrum bonitas voluntatis dependeat ex solo obiecto.

1. Concl. Bonitas voluntatis ex solo obiecto pẽdet.

1. Circumstantia vt sic, actus nõ sumit speciem boni & mali. Sed bonum & malum sunt differentia actus. Ergo.

2. Bonitas moralis attenditur secundum aliquid vnum; licet exterioris actus bonitas secũdum diuersa attendi possit: quia prima in aliquo genere sunt aliquo modo simplicia, & in vno consistũt. Sed principium humanorum actuum est ex actu voluntatis, voluntas est principium bonitatis actus exterioris. Ergo cum bonitas attendetur secundum aliquod vnum, quod est obiectum. Nam primum in aliquo genere non debet esse per accidens, sed per se. Sed obiectum est per se, circumstantia per accidens. Ergo prima bonitas sumitur ex obiecto

† 2. Concl. Quoad actum voluntatis non differt bonitas ex obiecto & ex fine, vt in alijs actibus, nili forte per accidens, prout finis pendet à fine, & voluntas a voluntate; quia finis est obiectum voluntatis.

3. Concl. Supposito voluntatem esse boni, nulla circumstantia potest eam facere malam.

Quia vel circumstantia illa refertur ad volitũ: v.gr. velle bonum, quando non debet; tunc voluntas non erit boni, vel ad actum volendi, & tunc est impossibile, quod velit bonum, quando non debet, quia semper debet velle bonum: nisi forte per accidens. vt si quis impediretur, ne vellet hoc bonum debitum, idem dicas de alijs.

4. Concl. Ignorantia circumstantiæ excusat malitiã volũtatis, prout se tenet ex parte voliti, cum ignorat circumstantiam actus, quem vult.

Art. 3. Vtrum bonitas voluntatis dependeat à ratione.

1. Concl. Bonitas actus pendet à ratione, eo modo, quo ab electo, id est, in genere causæ specificantis.

1. Inordinata est illa voluntas, quæ rationi non subijcitur, ait Hilar. Sed bonitas voluntatis in hoc est sita, vt non sit inordinata. Ergo.

2. Bonitas voluntatis pendet ex obiecto. Sed hoc proponitur à ratione, quia bonũ, sensibile & imaginarium nõ proportionatur voluntati, sed bonum intellectum, cum voluntas ferat in vnumquodque bonum, vel in id, quod ratio proponit Ergo.

† 2. Conc Bonum, vt sic prius pertinet ad voluntatem, quam ad rationem, sed sub ratione veri prius ad rationem: *Quia voluntas non fertur, nisi supponat rectam apprehensionem, quæ fit per rationem.* Et sic bonitas intellectus practici pendet ab appetitu recto. Lib. 6. Et c. 6.

3. Concl. Voluntas mouet rationem quoad exercitium, & ratio voluntatem obiectiue.

Art. 4. Vtrum bonitas voluntatis pendeat à lege æterna.

1. Concl. Bonitas voluntatis magis pendet à lege æterna, quam à ratione humana.

1. Peccatum est cõtra legem æternam, ex Aug. Sed malitia voluntatis est radix peccati Ergo. Lib. 22 cõtra Faust.

2. In causis subordinatis magis effectus pendet à prima, quam à secunda, quia hæc agit virtute primæ. Sed ratio nostra, à qua pendet bonitas actus, est subordinata æternæ, cum humana ratio habeat vt sit singula à ratione æterna, Psalm. 5. Signatum est, &c. Ergo.

2. Concl. Vnius rei non sunt plures mensuræ proximæ, sed plures subordinatæ esse possunt.

3. Concl. Mensura proxima est homogenea mensurato, non autem remota, vt patet de motu inferiorũ, q mensuratur motu cœli, & æternitate.

4. Concl. Lex æterna, vt est in se, est nobis ignota, sed per rationem & reuelationem innotescit. Vnde cum ratio humana deficit, recurrendum est ad diuinam.

Art. 5. Vtrum voluntas discordans à ratione errante sit mala.

1. Concl. Omnis voluntas discordans à ratione, siue recta, siue errante semper est mala, seu conscientia errans obligat.

1. Conscientia est applicatio scientiæ ad actum. Sed scientia est in ratione. Ergo voluntas discordans à ratione errat. Sed omnis talis voluntas est mala. Rom. 14. Quod non est ex fide, id est, conscientia, malum est Ergo.

2. Voluntas discordans à ratione erronea in indifferentibus est mala, non propter naturam obiecti, sed quia illud vt bonum vel malum proponitur. Vt hoc idem contingat in per se malis, & per se bonis quorum vnum potest poni pro altero. Ergo eodem modo erit bona vel mala voluntas in indifferentibus, & bonis, & malis obiectis: quia non consideratur, quod est, sed quod proponitur. Vnde errant, qui dicunt in indifferentibus obligare, in alijs vero vt præcipiendo mala, & prohibendo bona, non obligare, cum sit in omnibus eadem ratio.

Ratio errãs proponit bonum vt verum, & † 2. Co

consequenter vt deriuatum à Deo, à quo est omnis veritas. Vnde confirmatur concl. posita.

1. Concl. Quando homo cognosceret id, quod ratio errans proponit esse contra legem Dei, non debet eam sequi, quia tunc est totaliter errãs.

4. Concl. Cum ratio apprehendit aliquid vt malum, semper apprehendit sub aliqua ratione mali, vel quia est contra legem Dei, vel quia est scandalum, & tunc talis mala voluntas reducitur ad talem speciem malitiæ.

Art. 6. Vtrum voluntas concordans rationi erranti sit bona.

1. Concl. Voluntas concordans rationi errant in his, quæ tenetur & potuit quis scire, est mala, seu conscientia erronea non excusat.

1. Occidentes Apostolos errabant, & tamen eorum voluntas concordabat rationi erranti. Ioan. 16. Veniet hora, &c.

2 Quia ignorantia aliquo modo volita, non causat inuoluntarium. Ergo.

2. Concl. Voluntas concordans rationi in his, quæ homo non tenetur, aut non potest scire, non est mala.

Quia iusta ignorantia efficit inuoluntarium.

† 3. Concl. Voluntas concordans rationi erranti non est bona.

Quia voluntas bona est ex integra causa ex bono in se, & ex dictamine rationis. At hic deest bonum in se; Ergo.

4. Concl. Voluntas concordans rationi humanæ, nõ semper est recta, nec semper est concordans rationi æternæ.

Quia lex aeterna non potest errare, & ratio humana.

5. Concl. In aliquo casu conformare se dictamini rationis, est malum, & non conformare similiter: nec ideo homo est perplexus; quia voluntarie in tali errore se constituit, & potest errorem relinquere.

Art. 7. Vtrum bonitas voluntatis in his, quæ sunt ad finem dependeat ex intentione finis.

1. Concl. ub. 9. conf. Bonitas voluntatis pendet à bonitate intentionis antecedentis actum.

1. Intentio remuneratur à Deo, ait Aug. Sed remuneratio fit ob bonitatem. Ergo.

2. Bonitas voluntatis pendet ab obiecto, & maxime à ratione formali obiecti, sed intentio antecedens, est forma obiecti, quia eum qui ex. g. vult iejunare propter Deum, ista intentio est forma & ratio volita. Ergo.

2. Concl. Bonitas voluntatis non pendet ab intentione sequente, nisi quatenus iteratur, intentio: Vt si quis voluit facere aliquid & postea dixit, se velle facere propter Deum, porbatur vt prima.

† 3. Concl. Quando intentio est causa volendi, ordo ad finem accipitur vt ratio quædam bonitatis obiecti: & ideo non distinguuntur finis & obiectum.

4. Concl. Volitio non potest esse bona, si intentio mala sit causa volendi: si vero fuit cõsequens, prima volitio fuit bona, & malus est actus voluntatis qui iteratur.

5. Concl. Voluntas bona debet esse boni sub ratione boni, altero deficiente, erit mala.

Art. 8. Vtrum quantitas bonitatis, vel malitiæ in voluntate sequatur quantitatem boni vel mali in intentione.

Quantitas actus vel interioris, vel exterioris, elicit nimirum & imperati, potest sumi vel ex parte obiecti, vel operantis ex intentione, & remissione actus ipsius, hoc posito est

1. Concl. Quantitas vtriusque actus non sequitur quantitatẽ intentionis materialiter loquẽdo.

Nam ex parte exterioris est impedimentum, & quia obiectum ordinatum ad finem, non est ei proportionatum, vt qui intenderet emere. 10. quod valet 100. vel ob impedimenta supernenientia, quæ non possunt toll, vt si quis vellet Romam ire, & impederetur. At ex parte interioris non est impedimentum nisi primo modo. Quare absolute loquendo non est tanta bonitas voluntatis, quanta est bonitas intentionis.

2. Concl. Quantitas intentionis redundat in voluntatem formaliter, id est, Actus voluntatis per redundantiam intentionis finis, est ita bonus, vt intentio.

Quia intentio est ratio voluntatis, ergo pertinet ad eius actum.

3. Concl. Hæc conclusio est de quantitate intensionis, intentionis & voluntatis. Intensio intentionis in vtrumque actum redundat formaliter sumpta intentione, id est, vt est ratio actus voluntatis, non materialiter.

Quia tunc existente intentione intensa actus volendi potest esse remissus. v. g. quis potest intense velle sanitatem, sed non medicinam, vnde patet secunda pars. Prima probatur, quia intentio est ratio vtriusque actus. Ergo intensio eius redundat in vtrumque.

4. Concl. Intensio vt obiectum, id est, vt volita, in neutrum actum redundat.

Quia quantitas boni intensiui sequitur bonitas actus, vt patet ex prima conclus.

Non

5. Concl. Non quantum quis intendit mereri, tantum meretur.

Quoniam quantitas meriti sequitur intensionem actus.

† 6. Concl. Bonitas intentionis redũdat quodammodo in bonitatem voluntatis, quæ facit etiam exteriorem actum apud Deum meritorium.

7. Concl. Bonitas intentionis non est totalis causa bonę voluntatis; sola tamen malitia eius sufficit ad actum malum. Vnde quanta est malitia intentionis, tanta est voluntatis, non ita de bonitate.

Art. 9. *Vtrum bonitas voluntatis dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam.*

1. Concl. Bonitas voluntatis pendet ex conformitate ad voluntatem diuinam.

Contion. 1. in Ps 32. 1. Matth. 26. *Nõ vt ego volo, sed vt tu vis. quia vult hominem esse rectum, vt ait August. sed rectitudo voluntatis est eius bonitas. Ergo.*

2. *Bonitas rei sumitur ex cõformitate ad suam mensuram. Sed mensura nostræ voluntatis est voluntas diuina, quia nostra est bona ex eo, quod est ordinata ad vltimum finẽ, quod est summum bonum. At ad hoc bonum diuina voluntas est prima. Ergo erit mensura cæterarum, ac proinde nostra erit bona, quæ illi est conformis.*

† 2. Concl. Bonitas voluntatis nostræ per conformitatem ad diuinam non est per æquiparationẽ, sed per imitationem agendo, quæ sunt congruentia rationi. Vnde soluuntur alia duo argumenta.

Art. 10. *Vtrum necessarium sit voluntatem humanam conformari voluntati diuinæ in volito ad hoc quod sit bona.*

1. Concl. Potest esse, vt idem sit volitum ab vna, & volitum ab alia, & vt vtraq; voluntas sit bona.

Quia voluntas fertur in bonum propositum a ratione. Sed potest proponi sub diuersis rationibus bonis Ergo.

2. Concl. Potest bona voluntas aliquid velle, quod Deus non vult.

Quia potest apprehendi sub diuersis rationibus a Deo sub ratione boni vniuersi, quia Deus tendit in bonum vniuersale, ab homine sub bono particulari. Rursus diuersæ hominum voluntates hoc possunt. Ergo etiam voluntas Dei & hominum. cum sint rationes minus diuersæ.

3. Concl. Non est recta voluntas hominis particularis, nisi referatur in bonum commune, vt in finem.

Quoniam voluntas non est recta, nisi a ratione formali boni. Sed hæc forma habetur a bono finis, & communi: quia appetitus naturaliter tendit in finem, vnde bonum particulare est volitum materialiter, & vniuersale formaliter. Ergo.

4. Concl. Humana voluntas tenetur conformare se diuinæ in bono formaliter, sed non materialiter, vtraquè pars patet ex suppositis.

5. Concl. Voluntas discordans in volito conformatur diuinæ in ratione formali, id est, quia vult propter bonum, & in ratione causæ efficientis: quia hanc inclinationem, vt velit bonum particulare, habet a Deo, & ita vult, quod Deus vult eam velle.

6. Concl. Tenetur nostra voluntas, quãdoque conformari diuinæ ex caritate, vt velit quod Deus vult, & propter Deum: qui modus reducitur ad causam formalem, quia caritas habet pro fine Deum, vnde sumitur ratio formalis.

7. Concl. Volitum diuinum scitur secundum rationem formalem, id est, boni: sed non secũdum particularem, & sic nõ tenemur conformare, quæ cõformitas erit in gloria.

8. Concl. Deus non vult damnationem alicuius, vt talis, sed iub ratione iustitiæ, & in his fat est, quod homo velit Dei iustitiam: Vnde patet ad tria alia argum. sed contra, sic soluuntur.

9. Concl. Magis vult, quod Deus vult, qui cõformatur quoad rationem voliti, quam qui conformatur quoad rem volitam.

Quia voluntas principalium fertur in finem.

10. Conc. Forma actus magis attenditur secundum rationem obiecti, quam secundum materiale obiecti.

11. Conc. Non est repugnantia voluntatum, quãdo aliqui diuersa volũt, non secundum eandem rationem.

Quæstio 20. De bonitate & malitia exteriorum actuum humanorum.

Art. 1. *Vtrum bonitas vel malitia per prius sit in actu voluntatis, vel in actu exteriori.*

1. Concl. SVpposito aliquos actus exteriores posse dici bonos & malos ex genere, circumstãtijs & fine: Bonitas & malitia ex fine per prius reperiuntur in actu voluntatis.

1. Voluntas est qua peccatur, & recte vititur. Ex Aug. Ergo bonum & malum morale prius reperitur in voluntate. L. lib. 2. retr. c. 9.

2. Illi actui prius competit bonitas finis, qui immediatius refertur ad finem. At talis est actus voluntatis, quia finis est eius obiectum. Ergo.

3. Ex actu interiore bonitas & malitia transeunt in exteriorem. Ergo.

Bonitas vel malitia actus exterioris ex obiecto & circumstantijs si sumantur, vt sunt in apprehensione, per prius est in actu exteriore.

Quia ista bonitas magis derivatur à ratione, quæ proponit actum, vt obiectum bonum, quam à voluntate. Ergo derivatur ab exteriore ad interiorem, cum bonitas voluntatis pendeat ab obiecto.

Tota bonitas act⁹ exterioris, vt est in executione, pendet ab actu interiore voluntatis, vt à causa efficiente.

Siquidem in executione voluntas est causa bonitatis actus, quia interior imperat exteriorem. Ergo ipsa prius est bona.

Actus exterior, vt obiectum apprehensum, est prius, quam actus voluntatis; in executione vero est effectus voluntatis.

Bonum prius conuenit fini, vt est in intentione, qui tamen est posterior executione.

Bonitas actus voluntatis est forma exterioris actus, quia est causa efficiens eius, in qua prius est forma, natura & tempore, quam in materia. Voluntas autem est veluti causa efficiens exterioris actus.

Artic. 2. *Vtrum tota bonitas & malitia exterioris actus dependeat ex bonitate voluntatis.*

Bonitas ex obiecto & circumstantijs dependet ab exteriore actu.

1. Quia, vt ait August. quædam sunt, quæ nulla bona voluntate fieri possunt.

2. Ista bonitas pendet à ratione, & ex hac pendet bonitas voluntatis, vt ex obiecto. Ergo.

Bonitas ex fine habetur ab actu interiore.

Quia per istum actum ordinamur ad finem. Ergo.

Si voluntas sit bona ex subiecto, circumstantijs & fine, actus exterior erit bonus.

Quia ad bonum requiritur integra causa.

Ad hoc vt actus exterior sit bonus, nō sufficit bonitas voluntatis, quæ est ex intentione. Ad malum enim sufficit quilibet defect⁹, qui facit actum simpliciter malum.

Si voluntas sit mala, vel ex fine, vel obiecto, actus exterior erit malus.

Voluntas bona pro bona arbore supponit omnem bonitatem ex fine & obiecto.

Vnde non solum peccatur ex mala voluntate, sed etiam ex malo actu, cum dicitur: *sola voluntate peccatur*, sensus est, actu voluntario elicitiue, vel imperatiue.

Non solus actus illicitus dicitur voluntarius, sed etiam imperatus.

Art. 3. *Vtrum bonitas & malitia sit eadem exterioris & interioris actus.*

Licet actus interior & exterior in genere moris sint vnus: actus tamen in hoc, taquam in subiecto possunt esse plures bonitates, vel malitiæ, & aliquando vna tantum.

Nam interdum præter malitiā finis aderit malitia obiecti, vt occidere propter prædam: aliquando erit vnica ex fine tantum.

Quādo actus exterior est indifferens, vna est malitia ex fine, quæ est prius in actu interiore. Vt potio amara, quæ nihil habet vt appetatur nisi ob sanitatem.

Quando obiectum nō est indifferens, sunt duæ bonitates, vel malitiæ vna ex obiecto, altera ex fine, & vtraque est primo in suo actu, & vtraque in vtrumque redundat, exemplum de medicina saporosa, quæ duplici ratione est appetibilis.

Licet duo sint actus: tamen quia vnus se habet vt materia, alter vt forma, in genere moris efficiunt vnum, & ita vna potest esse bonitas.

Virtutes morales ordinantur ad actus virtutum, qui sunt quasi fines prudentiæ, at vero prudentia, quę est in ratione, ordinatur ad ea, quæ sunt ad finem: & ita sunt diuersæ virtutes, at recta ratio de fine virtutum, non habet aliam bonitatem, quam virtutis, secundū quod bonitas rationis est in qualibet virtute.

Cum vnum deriuatur in aliud, tanquam à causa vniuoca, tunc aliud est, quod est in vtroque, licet sint idem specie: cum vero deriuatur secundum analogiam, vel proportionem, est tantum vnum numero, vt sanum in animali & vrina: & sic communicantur bonitates actuum inter se.

Art. 4. *Vtrum actus exterior aliquid addat de bonitate & malitia supra actum interiorem.*

Actus exterior non addit interiori bonitatem finis, nisi per accidens, vel vt est causa reduplicationis.

Quia innouatur voluntas, cum voluntas operatur vel extensiue & ratione continuationis, quia magis continuatur interior per exteriorem: vel secundum intensionem, quia actus exteriores propter delectationem, vel ei istetiam intendunt, vel remittunt interiorem.

Actus exterior secundum obiectum & circumstantias perficit intentionem, vt terminus, & finis.

1 Omne agens intendit bonum, & vitat malū

Ergo

1. Concl.
2. Concl.
† 4. Concl.
5. Concl.
6. Concl.
1 Concl. Lib. de mend. c. 7.
2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
5. Concl.
† 6. Concl.
7. Concl.
8 Concl.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
† 4 Concl
5. Concl.
6. Concl.
1. Concl.
2. Concl.

Ergo si per actum exteriorē non adderetur bonitas, frustra agens operaretur, aut desisteret ab agendo.

2. Omnis inclinatio & motus perficitur à termino & fine. Sed ita se habet actus exterior ad voluntatem, & voluntas ad exteriorem. Ergo non est perfecta voluntas, si non operetur, modo possit.

3. Concl. Actus exterior non addit interiori bonitatem vel malitiam, quando deest sola facultas.

Quia iste defectus est simpliciter involuntarius: sed hoc nō meretur pœnam, vel præmium. Ergo nec ista minuere debet.

4. Concl. Voluntas est, q̄ remuneratur, vt ait Chrys. *Hom. 19. in Matth.* quando se habet vt dictum est in 3. concl.

5. Concl. Vtriusque actus est eadem bonitas ex parte finis, sed ex obiecto & circumstantijs est alia, non tamen est alia, si loquamur de ea, quam voluntas habet ab obiecto, tanquam à causa. Vnde patet ad 3.

Art. 5. Vtrum euentus sequens aliquid addat de bonitate vel malitia ad exteriorem actum.

Supposita distinctione: euētus sequens aut est præcognitus, aut non: si non, aut per se sequitur ex actu, aut per accidens, est.

1. Concl. Euentus præcognitus addit bonitatem vel malitiam. *Nam illud addit bonitatem vel malitiam, quod facit voluntatem magis & minus deordinatam. Sed sic se habet euentus præcognitus, v.g. si quis cognoscat ex suo actu sequi mala, & nō cessat, demonstrat voluntatis inordinationem malā.*

2. Concl. Euentus per se sequens, & vt in plurimum non præmeditatus facit actum meliorem, vel peiorem. *Quia melior est actus, ex quo plura bona sequuntur, & hoc probant arg. contraria.*

3. Concl. Euentus per accidens, & in particularibus non præuisus, non mutat actum. *Quoniam nō datur iudicium de re secundum id, quod est per accidens. v.g. qui dat pecuniam, & qui recipit, abutitur: aliquis facit iniuriam, & qui recipit, patienter fert, hæc non mutant actum Ergo. Et hoc est arg. sed contra.*

† *4. Concl.* Virtus causę æstimatur secundum effectus per se, non secundum effectus per accidens.

5. Concl. Bona opera auditorum redundant in laudem concionatoris, quia sequuntur per se.

6. Concl. Euentus sequens auget pœnam, cum per se sequitur, & vt præcogitatus.

7. Concl. Irregularitas non sequitur culpam, sed factum propter aliquem defectum sacramenti.

Art. 6. Vtrum idem actus exterior possit esse bonus & malus.

1. Concl. Vnus & idē actus in genere naturæ potest esse multiplex in genere moris. *Patet ex naturalibus: vna enim superficies in genere quantitatis potest esse multiplex in genere coloris. Similiter in eo, qui ambulando sæpius voluntatem mutaret.*

2. Concl. Impossibile est, vt vn⁹ actus in genere moris sit simul bonus & malus. *Contraria enim nō possunt esse simul in eodem subiecto. Si vero esset vnus vnitate naturæ, & multiplex vnitate moris posset simul esse bonus & malus. Vt patet ex 1. concl.*

† *3. Concl.* Motus cōtinuus, qui procedit ex diuersa intentione, licet sit vnus vnitate naturæ, non tamen vnitate moris.

4. Concl. Actio & passio pertinent ad mores, vt sunt voluntaria: & prout diuersa voluntate dicūtur voluntaria, possunt dici duo moraliter. v.g. Passio Christi, &c.

5. Concl. Actus serui, prout procedit à volūtate serui, non est actus domini, & ita voluntas mala serui non facit dominum malum.

Quæstio 21. De his, quæ consequuntur actus humanos ratione bonitatis & malitiæ.

Art. 1. Vtrum actus humanus inquantum est bonus & malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati.

1. Concl. MAlum in plus se habet, quam peccatum, & bonum, quam rectum.

Quia quælibet priuatio boni constituit rationem mali. At peccatum proprie consistit in deordinatione actionis circa finem. Ergo: vnde patet alia pars.

2. Concl. Ordo ad finem mensuratur aliqua regula, quæ in naturalibus est virtus naturæ, quæ inclinat ad finem: a qua si actus nō recedat, seruatur ordo si non, oritur peccatum. In moralibus est ratio humana, & lex æterna.

3. Concl. Actus human⁹ ex hoc, quod est bonus, vel mal⁹, habet rationē rectitudinis, vel peccati.

Quia quando procedit in finem secundum ordinem rationis & legis æternæ est rectus, quando recedit, est peccatum. Sed omnis actus voluntatis est talis vt est dictum. Ergo.

† *4. Concl.* Monstra dicuntur peccata, quatenus sunt defectus naturæ.

5. Conclu. In natura est defectus à fine vltimo & intento, quæ est perfectio generati, non autem a proximo; quia operatur aliquid: sic in voluntarijs semper deficitur ab vltimo, id est, à beatitudine, licet non à proximo, quem voluntas intendit.

6. Concl. Ratio peccati respicit actū, quo res ordinantur in finē: pœna vero personā peccātem

Art. 2. Vtrum actus humanus inquantum est bonus, vel malus, habeat rationem laudabilis, vel vituperabilis.

Concl. Actus humanus dicitur culpabilis, vel laudabilis prout est in potestate agentis.

Nam tunc actus imputatur, cum est in potestate. Sed ex hoc est culpabilis, vel laudabilis, quia imputatur. Ergo: nam & malum est in plus, quam peccatum, ita peccatum in plus, quam culpa.

. Concl. Bonum vel malum in voluntarijs constituunt rationem laudis & culpæ: in quibus idem est malum, peccatum, & culpa.

.. Eth. c. 6. 1. *Ex Aristot. laudantur opera virtutis, vituperantur vitia. Sed actus boni, sunt actus virtutis, & viti sunt mali. Ergo.*

2. *Bonum & malum in actionibus humanis attenduntur prout sunt in potestate, & sic etiam dicuntur laudabiles & vituperabiles, sed per voluntatem homo habet dominium actuum. Ergo.*

† 3. Concl. Licet in naturalibus sit peccatum: tamen non est laus, vel vituperium: quia actus sunt necessarij.

4. Concl. Ratio in arte ordinatur ad finem particularem ab ipsa excogitatum in moralibus, in finem communem totius vitæ, ad quem ille ordinatur, si deriuetur à fine particulari, erit peccatum artis, si à communi, erit peccatum moris, quo modo artifex peccat etiam si intendat bonum opus, si vult decipere, & non vt artifex, sed vt homo peccabit.

Art. 3. Vtrum actus humanus in quantum est bonus, vel malus habeat rationem meriti vel demeriti.

1. Concl. Actus humanus quatenus bonus, vel malus habet rationem meriti & demeriti secundum retributionem iustitiæ ad alterum.

1. *Isa. 3. Dicite iusto, quoniam bene; quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio, &c.*

2. *Illa actus est talis, cui sit retributio secundum iustitiam; quia meritum & demeritum dicuntur in ordine ad retributionem secundum iustitiam. Sed actus bono, vel malo ideo tribuitur. Ergo. Nam retributio fit alicui pro eo agit in damnum, vel vtilitatem alterius. Sed quando quis ita agit in bonũ, vel malum alicuius in societate existentis, redundat in totam societatem. Ergo.*

2. Concl. Cum homo agit bene, vel male in particularem personam debet fieri retributio, & ab illa persona, & à tota societate, quando primum in bonum collegij agit, debet retribuere collegium, tum priuatæ personæ: quando in bonum proprium, debet ei retribuere collegium, quia bonum partis redundat in bonum commune ab ipsa autem singulari persona, non debetur retributio, nisi eo modo, quo ad se potest esse iustitia.

† 3. Concl. Licet actus hominis, non ordinentur ad bonum priuatæ personæ, tamen ordinantur ad bonum communitatis, &c.

4. Concl. Homo qui habet dominium sui actus meretur, vel demeretur in societate; non secus, ac si quis rem suam dispensaret.

5. Concl. Bonum, vel malum quod quis sibi facit, redundat in commune.

Art. 4. Vtrum actus humanus, inquantum bonus, vel malus habeat rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

1. Concl. Actus humani habent rationem meriti, & demeriti, per comparationem ad Deum.

1. *Eccles. 11. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, &c.*

2. *Actus humani habent rationem meriti, & demeriti, vt sunt ad alterum, vel ratione eius, vel communitatis. Sed vtroque modo sunt meritorij apud Deum, quia omnes actus sunt referibiles in finem, vt est vltimus finis, & vt regit communitatem omnem si, & ita debet ei pro iustitia retribuere; alias non haberet vniuersi procurationem. Ergo.*

† 2. Concl. Homo quãtum in se est aliquid subtrahit, vel exhibet Deo, cum seruat, vel non seruat ordinem à Deo constitutum.

3. Concl. Homo sic mouetur à Deo vt instrumentũ, vt etiam moueat seipsum, & ideo meretur, vel demeretur.

4. Concl. Homo non ordinat ad rempubl. se totum, secundum omnia sua, & ideo non omnes eius actus sunt meritorij, respectu reipubl. sed totus ordinatur ad Deum respectu cuius omnis actus est meritorius, vel demeritorius.

Quæst. 22. De subiecto passionum animæ.

Art. 1. Vtrum aliqua passio sit in anima.

1. Concl. PAti dicitur tripliciter, primo communiter pro quacunque receptione, etiam si nihil abijcitur à re, vt cum aër illuminatur: secundo proprie, cum aliquid recipitur, cum reiectione eius, quod non est conueniens rei vt cum quis sanatur, reiecta ægritudine: tertio, contra, quo modo ægrotare dicitur pati: & hic est modus proprius.

1. *Pati dicitur aliquid ex eo, quod trahitur ad agentem. Sed quod recedit à sibi conuenienti trahitur isto modo. Ergo.*

Arist. lib. 1. de Ge. c. 18.

2. *Generatio simpliciter est, cum ex ignobiliore generatur nobilius, corruptio vero contra. Sed passio est quedam corruptio. Ergo.*

2. Concl.

Passio est in anima secundum receptionem tantum.

Nam intelligere & sentire est quedam pati. Sed ista sunt in anima. Ergo. & Rom. 7. Passiones peccatorum, &c. At peccata sunt in anima. Ergo.

3. Concl.

Passio propriè dicta, quæ est cum abiectione, non est in anima nisi per accidens.

Quæ fit cum transmutatione corporali, & ita dicitur pati anima ratione coniuncti: & magis est passio, si fiat in deterius, quam si in melius: vnde tristitia est maxime passio, quia maxima tristitia.

4. Concl.

Pati secundum receptionem potest esse vbi est aliqua potentialitas, licet non sit materia.

5. Concl.

Licet pati & moueri non conueniant animæ per se: conueniunt tamen per accidens. Vnde soluitur tertium, quod procedit de passione per transmutationem.

Art. 2. *Vtrum passio sit magis in parte appetitiua, quam in apprehensiua.*

1. Concl.

Passio magis reperitur in parte appetitiua, quam apprehensiua.

1. Damasc. Passiones sunt idem, quod affectiones. Sed ista magis pertinent ad appetitiuam. Ergo

2. Immutatione impressa, & passo retrahatur ad id, quod est agentis. Sed anima magis trahitur ad rem per appetitum, quam per apprehensum tendimus res, & per agentis similitudinem trahimur ad res. Ergo.

† 2. Concl. Arist. 9. Met. t. 3.

Passio minus recipitur in excellentioribus perfecto, id est, Deo, & magis in his, quæ ab eo recedunt: & ita magis in potentioribus animæ viribus, & magis in inferioribus.

Quia intensio perfectionis attenditur per accessum ad perfectum: defectus vero per remotionem. Si passio est quedam imperfectio. Ergo.

3. Concl.

Appetitiua vis dicitur magis actiua.

Quia est magis principium exteriorum actuum, in quibus maxime patitur.

4. Concl.

Transmutatio organi per accidens se habet ad apprehensionem: sed ad appetitiuam per se. Vnde in definitione passionis ponitur trãsmutatio organi. Vt, ira est accensio sanguinis circa cor.

Art. 3. *Vtrum passio magis sit in appetitu sensitiuo, quam intellectiuo, qui dicitur voluntas.*

1. Concl. lib. 2. c. 22.

Passio magis reperitur in appetitu sensitiuo, quam intellectiuo.

1. Ex Damasc. qui ponit in definitione passionis appetitum sensitiuum.

2. *Passio proprie dicta est, vbi est transmutatio corporalis. Sed ista est in actibus appetitus sensitiui, non intellectiui non ita, quia non est virtus organi. Ergo.*

2. Concl.

Passio diuinorum est affectio ad diuina, & coniunctio per amorem sine vlla transmutatione corporali.

3 Concl.

Licet obiectum appetitus intellectiui sit magis actiuum, quam obiectum appetitus sensitiui: tamen appetitus sensitiuus est magis passiuus, & quæ sunt magis passiua patiũtur à paruis actiuis.

4. Concl.

Amor, gaudium, &c. dicta de Deo, Angelis, & hominibus, secundum appetitum intellectiuum, significant simplicem actum voluntatis, cum similitudine affectus absque passione.

Aug. lib. 9 de ciu c. 5.

Quæstio 23. De differentia passionum.

Art. 1. *Vtrum passiones quæ sunt in concupiscibili sint diuersæ ab his, quæ sunt in irascibili.*

1. Concl.

PAssiones, quæ sunt in irascibili & concupiscibili specie differunt.

1. Diuersarum potentiarum actus sunt specie diuersi. Sed ista duæ potentiæ sunt diuersæ. Ergo cum passiones sint motus appetitus sensitiui, qui dividitur in irascibilem & concupiscibilem, erunt specie diuersæ.

2. Cum diuersa potentiæ habent diuersa obiecta, diuersarum potentiarum passiones ad diuersa obiecta referuntur, Ergo. multo magis potentiæ, quæ specie differunt habebunt diuersas passiones, quia maior differentia requiritur ad diuersificandas species potentiarum, quam actuum.

2. Concl.

Actus animæ ad diuersas potentias pertinentes genere differunt: actus vero diuersa obiecta sub vno communi obiecto vnius potentiæ respicientes, specie tantum. *Patet ex naturalibus, vbi genus sumitur à materia diuersa, species vero a forma.* Vnde ad cognoscendas passiones irascibilis, & concupiscibilis, oportet eorum obiecta spectare.

3. Concl.

Obiectum concupiscibilis est bonum, vel malum simpliciter acceptum, irascibilis est idem sed vt arduum. Quare passiones quæ absolute respiciunt bonum, vel malum, sunt concupiscibilis, quæ vero, vt difficile, irascibilis.

† 4. Concl. Arist. 2. Eth. c. 5.

Passiones dicuntur, quæ sequuntur gaudium: & tristitiam.

Quia passiones irascibilis terminantur in passiones concupiscibilis: quoniam data sunt, & tollun-

tur impedimenta: Vnde sequitur vel gaudium, vel tristitia.

5. Concl. Odium tribuitur irascibili propter impugnationem, quæ pertinet ad iram, sed est passio concupiscibilis.

6. Concl. Præter concupiscibilem potentiam fuit opus irascibili: quia vbi est ratio diuersa in obiecto, opus est diuersa potentia: vt sunt bonum simpliciter, & bonum arduum.

Art. 2. Vtrum contrarietas passionum irascibilis sit secundum contrarietatem boni, & mali.

1. Concl. In passionibus est duplex contrarietas, nimirum obiectorum, boni & mali: & accessus, & recessus ad eundem terminum.

Nam in passionibus accipienda est contrarietas, vt in motibus, quia passio est quidam motus. Sed in motu est ista duplex contrarietas vt adesse & nõ esse: & ad albũ fit recedendo à nigro Ergo.

2. Concl. In passionibus cõcupiscibilis reperitur solum contrarietas, secundum obiecta.

Nam eius obiectum est bonum, vel malum absolute. Sed à bono non potest esse recessus sed accessus, vt ad quod: à malo est solum recessus, vt à quo. Ergo est sola contrarietas obiecti, non autem secundũ accessum, & recessum ad eundem terminum.

3. Concl. In passionibus concupiscibilis est vtraque contrarietas.

Quia obiectum est bonum, vel malum, vt arduũ. Sed tale bonum habet rationem cur accedatur per spem & recedatur per desperationem: vel tale malum, vt recedatur per timorẽ & accedatur per audaciam. Ergo. Vnde audacia, & timor. &c. opponũtur ratione accessus, & recessus. Hinc patet argumentũ: sed cõtra. Est etiam in his contrarietas boni per spem, & mali per timorem. Ex his soluuntur argumenta.

Art. 3. Vtrum sit aliqua passio animæ, non habens contrarium.

1. Concl. Singulare est passionis ire, non habere contrarium.

1. *Ex Arist. 4. Eth. c. 5.*

2. *Nemo ad habet contrarietatem ex duabus dictis. Ergo Non illa secundum recessum à fine vera fugiens a malo tam existimato, aduersionem mali difficilis, aut appetitus succensibilis, aut habet motum ad inuadendum, neque enim habet motum ad fugiendum, cum nullum immineat: si succensibilis, manet intra, & inter nunc. si aggredimur, est ipsa, quæ non est sibi contraria. Ergo Quod non habeat contrarietatem obiecti, patet: quia mala imminentia opponuntur bonũ adeptũ. Sed cessante bono non est aliqua passio irascibilis. Ergo.*

Hæc non opponitur, nisi cessatio a motu, id est mitescere, quæ oppositio est negatiua, vt ait Aristot. Vnde patet ad argumenta. 3 Concl. lib. 1. thet. c. 30.

Art. 4. Vtrum sint aliquæ passiones differentes specie in eadem potentia, non contrariæ ad inuicem.

1. Concl. In passionibus duplex reperitur differentia obiectorum.

Nam passiones differunt secundum actiua, quæ sunt ipsa obiecta. Sed ista differunt, vel ipsa natura, vt ignis & aqua, vel secundum virtutem motiuã Ergo etiam in passionibus ex parte obiectorum erit ista differentia.

2. Concl. In concupiscibili sunt tres passiones specie differentes non contrariæ circa bonum: tres circa malum.

Nam diuersitas motus in passionibus potest sumi ex agentibus naturalibus. Sed mouens, trahens, vel repellens, facit tres effectus distinctos: Vel enim dat inclinationem, vt in ipsum tendat, & si sit extra locum, dat ei moueri ad locum, & tandem quiescere: similiter causa repellens. In concupiscibili, bonum trahit, & causat inclinationem ad se per amorem, cui respectu mali contrariatur odium: si non est habitum dat modum ad assequendum per desiderium, vel concupiscentiam, cui contrariatur fuga, seu abominatio: cum est ade, tum, dat quietem per delectationem vel gaudium, quibus opponitur dolor, vel tristitia. Ergo.

3. Concl. In irascibili, quæ supponit inclinationem ad assequendum bonum, vel fugam respectu mali ex concupiscibili; sunt hæ passiones: respectu boni nõ adepti, spes & desperatio: respectu mali non imminentis, timor & audacia: respectu boni adepti nulla est passio irascibilis, quia non habet rationem ardui: ex malo iniacente, sequitur ira. Vnde vndecim sunt passiones, sex in cõcupiscibili, quinque in irascibili: sub quibus omnes continentur. Et sic soluuntur obiecta.

Quæstio 24. De bono & malo in animi passionibus.

Art. 1. Vtrum bonum & malum morale possit in passionibus animæ inueniri.

1. Conc. Passiones animæ secundum se consideratæ, non sunt bonæ, nec malæ.

Nam bonum & malum pendent à ratione. At passiones sic acceptæ non dicunt ordinem ad rationem Ergo.

3. Concl. Passiones concupiscentiæ subsunt rationi, & voluntati, habent et sunt bonæ, vel malæ.

1. *Ex Aug. 14. de ciu. c. 7. Sicut ergo si mala est voluntas, bona est ira. Ergo.* lib 14. de ciu. c. 7.

2. Pro-

1. Propinquior est appetitus sensitiuus voluntati, quam membra corporis. Sed horum actus sunt boni, vel malis moraliter, vt sunt voluntary. Ergo.

† 3. Concl. Passiones dicuntur voluntariæ, vel quia imperantur, vel quia non prohibentur, & quia hoc modo non sunt in brutis, ideo non est par ratio de passionibus in illis, & in homine.

4. Concl. Inferiores vires etiam dicuntur rationales, vt participant aliqualiter rationem.

1. Eth. c. 13. 5. Concl. Non laudamur, vel vituperamur secundū passiones, per se consideratas, sed vt rationi subsunt.

Art. 2. Vtrum omnis passio animæ sit mala moraliter.

Non omnes passiones sunt malæ moraliter, sed aliquæ sunt bonæ, aliquæ malæ.

1. Retract. auct. Aug. omnes istas affectiones rectas habet, &c.

2. Omnis motus animæ moderatus est bonus. Sed aliquæ passiones sunt moderatæ, vt docent Peripatetici, qui motus appetitus moderatos vocant bonos, immoderatos malos. Ergo.

2. Concl. lib. 3. Tusc. q. Stoici, & Cicero omnes passiones vocant morbos, quia per passiones intelligunt motū egredientem extra limites rationis: & ita nō videtur differentia inter Stoicos, & Peripateticos. Male tamē Cicero damnat Peripateticos, dum vult omnes morbos etiā leues esse reijciendos: quia moderata passio non est morbus. Vnde patet ad primum.

† 3. Conc. In omni passione additur, vel demitur de motu naturali cordis, per dilatationē, & cōtractionem; sed non est necesse, vt semper declinetur à naturali ordine rationis.

4. Concl. Passiones, vt sunt præter ordinem rationis inclinant ad peccatum: vt sunt ordinatæ à ratione pertinent ad virtutem.

Art. 3. Vtrum passio addat, vel diminuat ad bonitatem, vel malitiam actus.

1. Concl. Si passiones sumantur, vt denominant appetitum sensitiuum, non minuunt bonum rationis, sed augent.

lib. 11. de ciu. ca. 5. 1. Passio misericordia, ex Aug. rationi deseruit cum non potest misereri.

2. Tanto bonum hominis est perfectius, quanto ad plura, quæ insunt homini, derivatur. Sed appetitus sensitiuus potest obedire rationi, & participare ea, vt patet in organis, quorum actus dicimus pertinere ad bonum morale. Ergo ad idem bonum pertinebit, quod homo ad bonum se moueat secundum appetitum sensitiuum. Cor meum & caro mea exultauerunt, id est, appetitus sensitiuus, & anima. Psalm. 83.

Si passiones sumantur, vt Stoici sumebāt, minuunt, vel tollunt bonitatem moralem. 2. Concl.

Quia bona ex experientia malis inuitum.

† 3. Conc. Passiones, vt se habent antecedenter ad rationem, minuunt bonitatem: quia obnubilant rationem, & laudabilius est aliquid solo iudicio rationis fieri: si cōsequēter per modum abundantiæ, iudicant bonitatem moralem: si electione, quia homo vult in passione prompte operari, addunt bonitatem.

4. Concl. Quia in Deo & Angelis non est appetitus sensitiuus, nec membra corporis, ideo in eis non attenditur bonum secundum ista.

5. Concl. Passio tendens in malum, & præcedens rationem minuit peccatum: sed consequens, auget, vel ostendit eius augmentum.

Art. 4. Vtrum aliqua passio sit bona vel mala ex sua specie.

1. Concl. Bonum & malū morale possunt pertinere ad species passionis, vt passio est voluntaria.

9. ciu. c. 5. 2. Eth. c. 1. 1. Aug. est ait, misericordiam pertinere ad virtutem, & Aristot. verecundiam esse passionem laudabilem.

2. Quando obiectum passionis includit conuenientiam, vel disconuenientiam ad rationem, passio ex specie est bona, vel mala. Sed aliquæ passiones habent tale obiectum, vt patet de verecundia, quia est timor rei turpis, & inuidia, quæ est de bono alterius. Ergo.

2. Concl. Bonum & malum morale non pertinent ad species passionis, vt species sumitur in genere naturæ.

Quia vt sic, sunt in brutis, in quibus non est bonum morale.

† 3. Conc. Si sumantur passiones, vt appetitus obedit rationi, bonum & malum non se habent per accidens ad passiones, sed per se.

4. Concl. Passiones tendentes in bonum, si sit verū sunt bonæ, similiter quæ à malo recedunt, & contra.

5. Concl. Appetitus sensitiuus in brutis, quatenus ducitur à ratione æterna habet quandam similitudinem moralis boni.

Quæstio 25. De ordine passionum ad inuicem.

Art. 1. Vtrum passiones concupiscibilis sint priores passionibus irascibilis, vel è contra.

1. Concl. PAssiones cōcupiscibilis ad plura se habēt, quam passiones irascibilis.

Habet enim de motu & quiete, quam non habent passiones irascibilis: cum in re amata non sit quies. Ergo.

Si pas-

Si passiones comparentur, prout significãt quietem in bono irascibiles præcedunt.

Nam spes præcedit gaudium, Roma. 11. spe gaudentes.

Passio concupiscibilis importans quietem in malo, scilicet tristitiam, est media inter duas irascibiles.

Quia sequitur timorem, & præcedit iram, ad quam si sequitur remotio mali, adiungit gaudium. Vnde ces passiones irascibilis terminantur ad concupiscibiles, scilicet ad gaudium, vel tristitiam.

Si comparentur passiones, quæ important motum, passiones concupiscibilis sunt priores.

Nam irascibiles addunt supra concupiscibiles: vt enim se habent obiecta, ita passiones Sed obiecta irascibilium addunt ad obiecta concupiscibilium, quia hæ respiciunt bonum commune, illa contractum, vt dicitur in arg. Sed cõtra, & responsione ad primum nimirum bonum absolute ad cõtractum, Ergo.

Passiones concupiscibiles sunt mediæ.

Quia proprincipio, & termino habent passiones irascibiles.

Bonum arduum non censetur supremum, quasi primum, cum sit minus commune bono absoluto.

Remouens prohibens, est mouens per accidens; quomodo se habent passiones irascibilis ad concupiscibiles: & deinde solum præcedunt eas, quæ in quiete consistunt.

Art. 2. Vtrum amor sit prima passionum inter concupiscibiles.

Passiones, quarum obiectum est bonum, sunt naturaliter priores illis, quarum obiectum est malum.

1. Quia malum est priuatio boni: & ita vnaquæque erit prior sua opposita; vt amor, quam odium.

2. Quia bonum quæritur, ideo malum vitatur. Ergo.

Secundum ordinem executionis amor desiderium, & desiderium delectationem præcedit.

1. Ex Augusti Omnes passiones ex amore causantur.

2. Id est prius executione, quod primo fit. Sed prius est amor, deinde desiderium: quoniam quod mouetur ad finem, prius habet proportionem ad id, ad quod mouetur. tum mouetur, postea quiescit. Ista proportio & appetitus est amor, motus est desiderium, quies delectatio. Ergo

Secundum ordinem intentionis contrario modo se habent. Delectatio enim est primo inuenta, quæ causat desiderium, & amorem. Est enim veluti causa finalis. Vnde soluitur tertium.

Quia desiderium, seu concupiscentia magis sentitur per indigẽtiam, imo ab ea denominatur potentia, vt à notiore: non tamen est prior amore. 4. Concl.

Duplex est vnio rei amatæ cum amato: altera realis per gaudium: altera affectiua per aptitudinem & proportionem: vnde sequitur inclinatio per quam participat aliquid eius; & ita amor præcedit desiderium. 5. Concl.

Art. 3. Vtrum spes sit prima inter passiones irascibiles.

Passiones irascibiles importãt motum; qui potest causari, vel ex sola aptitudine ad finem, & hoc per amorem, vel odium: vel ex præsentia boni, vel mali, p tristitiam & gaudium. In irascibili autem ex præsentia boni nullus motus causatur, sed ex præsentia mali, nimirum ira. Tunc ira ordine generationis inter irascibiles est vltima. 1. Concl.

Quia proportio ad finem præcedit cõsecutionem. At ira pertinet ad consecutionem. Ergo.

Inter alias irascibiles, quæ sunt circa bonum, præcedunt eas, quæ sunt circa malum: & sic spes & desperatio præcedunt timorem, & audaciam: quia bonum est prius malo, Deinde, quia sunt rationes timoris, & audaciæ; audacia enim sequitur spem victoriæ, & timor desperationem vincendi. 2. Concl.

Spes est prior desperatione. 3. Concl.

Quia est motus in bonum sub ratione boni: desperatio vero est recessus a bono, secundum aliquid aliud. similiter timor est recessus a malo per se, audacia accessus per accidens, vt malum est. Ergo timor est prior.

Ira sequitur audaciam. 4. Concl.

Quia non irascitur, nisi audeat sundicare.

Vnde spes est prima inter irascibiles, *quia est propinquior primo principio id est, amori.*

Hic est passionum ordo. Amor, odium, desiderium, fuga, spes, timor, audacia, ira, gaudium, tristitia. 5. Concl.

Potentia irascibilis nominatur ab ira, tanquam a notiore, & ab effectu. 6. Concl.

Audere non est ratio appetendi, sed, bonum ideo spes est prior audacia. 7. Concl.

Natura primum intendit bonum: tamen fugam mali, quæ non quæritur, nisi propter bonum. 8. Concl.

Art. 4. Vtrum iste sint quatuor principales passiones, gaudium, tristitia, spes, & timor.

Quatuor sunt principales passiones gau-

dium, triſtitia, ſpes, & timor.

Ita Bort lib. de conſ. metro Ylario.

2. Concl. Inter has, principes ſunt gaudium, & triſtitia.

Quoniam ſunt completiuæ, & finales omnium paſſionum, & ad omnes conſequuntur, vt ait Ariſtoteles.

3. Concl. lib 2. Ethic. c 5. Timor, & ſpes, non ſunt completiuæ ſimpliciter, ſed in genere mot' appetitiui ad aliquid: quia motus ab amore in ſpem tendit, & ibi terminatur in bono: in malo ab odio in timorem. Aliqui harum paſſionum numerum ſumunt à tempore præteritò, & futuro: à bono, & malo, & ad has quatuor reliquas reducunt. Alij dicunt eſſe principes, quia ſunt generales, quod verum eſt, ſi ſpes & timor ſignificent motum tendentem in aliquid appetendum, vel, fugiendum.

† 4. Concl. Aug. poſuit cupiditátem loco ſpei, quatenus pertinere videntur ad idem, id eſt, ad bonum futurum.

5. Concl. Iſtæ quatuor dicuntur principales, ſecundum intentionem & complementum: at ira, quia eſt effectus audaciæ, nõ poteſt eſſe principalis: quamuis clare appareat.

6. Concl. Audacia eſt acceſſus per accidens, & deſperatio receſſus eodem modo, ideo non ponuntur inter principales paſſiones.

Quæſtio 26. De paſſionibus animæ in ſpeciali, & primo de amore.

Art. 1. Vtrum amor ſit inconcupiſcibilis.

1. Concl. TRiplex eſt amor.

Nam ſecundũ differentiã appetitus, eſt differentia amoris, quia amor eſt quid pertinens ad appetitum & vtrunque eſt boni. At appetitus eſt triplex, naturalis, qui ſequitur apprehenſionem alterius: ſenſitiuus, qui ſequitur apprehenſionem appetentis, ſed neceſſario: rationalis conſequens apprehenſionem appetentis, ſecundum iudicium liberum, & hic eſt rationalis, qui dicitur voluntas. Ergo.

2. Concl. In vnoquoque appetitu, amor dicitur id, quod eſt principium motus in rem amatam. In naturali eſt quædam connaturalitas appetentis ad id, quod appetitur. In ſenſitiuo, & rationali aptatio ad aliquod bonum, id eſt, ipſa complacentia boni, quæ dicitur amor ſenſitiuus, ſeu rationalis: quare amor erit in appetitu.

3. Concl. lib 2 Top. c. 2. Sap. 6. † 4. Concl. Amor pertinet ad concupſcibilem.

1. *Ex Ariſtot. qui hoc docet.*

2. *Quia reſpicit bonum abſolute. Ergo.*

Sapientia amatur amore rationali, non illo qui eſt in appetitu ſenſitiuo.

5. Concl. Amor dicitur timor, & gaudium, &c. non eſſentialiter, ſed cauſaliter.

6. Concl. Cap. 5. de div. nom. Naturalis amor eſt in omnibus partibus animæ, & corporis, & in omni re: quem Dionyſ. vocat connaturalitatem ad id, quod eſt conueniens.

Art. 2. Vtrum amor ſit paſsio.

1. Concl. Amor proprie eſt paſſio in appetitu ſenſitiuo, extenſo nomine & communiter eſt etiam in voluntate.

1. *Ex Ariſt. qui hoc affirmat.* 8. Eth. c. 3.

2. *Paſſio eſt effectus agentis in patiente, quod agens dat formam, & motum conſequentem formam, vt patet in generante lapidem: ſed vterque amor eſt effectus quidem agentis, id eſt, appetibilis, quod primum dat quandam coaptationem ad ſe, qua eſt complacentia quædam, vnde ſequitur motus in ipſum, & ita fit quidam circulus. vt Ariſt. ſcripſit. Itaque prima immutatio appetitus eſt amor, id eſt, complacentia appetibilis: quæ ſenſu eſt cum tranſmutatione, in voluntate non ita, ideo ibi eſt proprie paſſio: ad quam immutationem ſequitur deſiderium, & tandem quies.* li 3. de am. tex 55.

† 2. Concl. cap. de div. nom. Amor in quantum eſt initium motus appetitiui, vel actionis à Dionyſ. vocatur virtus.

3. Concl. Amans per complacentiam ſe habet ad id, quod amat, ſicut ad ſe, vel aliquid ſui; vnde ſequitur vnio: & ideo dicitur vis vnitiua. vnio enim eſt opus amoris. 2. Pol. c. 4.

4. Concl. Amor non nominat motum appetitus tendentem in appetibile, ſed motum appetitus, quo immutatur ab appetibili, & ſic eſt paſſio.

Art. 3. Vtrum amor ſit idem quod dilectio.

1. Concl. Amor differt à dilectione.

Probabitur hac concluſio explicando, quo modo amor, dilectio, caritas, & amicitia inter ſe differant. Amicitia eſt quaſi habitus, vt ait Ariſtot. Amor, & dilectio denotant actum, caritas vtrunque: ſed differenter, hæc tria actum ſignificant. Nam omnis dilectio, & caritas eſt amor. non contra. dilectio addit amori electionem precedentem, vt nomen ipſum demonſtrat, caritas quandam amoris perfectionem includit: quatenus quod amatur maximi fit, vt nomen ipſum indicat. Vnde dilectio & caritas in ſola creatura rationali ſunt. lib. 8. Eth. c. 5.

† 2. Concl. Dilectio, & amor, idem ſunt in appetitu intellectiuo; ſed amor reperitur etiam in appetitu ſenſitiuo.

3. Concl. Ad plura ſe extendit obiectum amoris, quam dilectionis, vt eſt dictum.

4. Concl. Amor cum ſit in appetitu ſenſitiuo ſumitur interdum in malam partem, prout aliquid

amatur sine electione: nō tamen ista est propria differentia amoris, & dilectionis.

5. Concl. Ex responsione ad argumentum, sed contra, amor dicitur quid diuinius dilectione, quatenus est in voluntate: & quia dilectio importat iudicium: in Deum autem magis attracti, & quodammodo passiue ferimur.

Art. 4. Vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & amorem concupiscentiæ.

1. Concl. Conuenienter diuiditur amor in amorem concupiscentiæ, & amicitiæ.

1. Quædam dicuntur amari, quia ea concupiscimus. Sed ad ista non habemus amicitiam. Ergo alius est amor concupiscentiæ, & amicitiæ.

2. Motus amoris tendit in bonum, quod quis sibi vult, vel alteri, quia amare est bonum alicui velle, vt ait Aristot. Ergo duo sunt amores: velle bonum sibi, est amor concupiscentiæ; velle alteri, amicitiæ.

2. Rh. c. 4.

2. Concl. Ista diuisio est secundū prius, & posterius. *Nam quod amatur amore amicitiæ simpliciter amatur, quod amore concupiscentiæ, non secundum se, sed alteri amatur, Ergo. Siquidem primo amore amatur aliquid, vt bonum habeat; altero vero, vt sit bonum alteri.*

† 3. Concl. Amor non diuiditur per amicitiam & cōcupiscentiam, sed per amorem amicitiæ, & concupiscentiæ. Ille enim proprie dicitur amicus, qui bonum vult amato: & illud dicimur concupiscere, quod nobis volumus. Vnde patet ad secundum.

4. Concl. Amicitia vtilis, & delectabilis, prout trahitur ad amorem concupiscentiæ, deficit à ratione veræ amicitiæ, & ideo amor concupiscentię diuiditur contra amorem amicitię.

Quæstio 27. De causis amoris.

Art. 1. Vtrum bonum sit sola causa amoris.

1. Concl. lib. 8 de trin. c. 3. BOnum est propria amoris causa.

1. Non amatur, ait Aug. nisi bonum. Ergo.

2. Id est, proprie causa amoris, quod est eius obiectum; quia cum sit passio quædam, mouetur ab obiecto ad actum. Sed bonum est proprium obiectum amoris; quia amor importat connaturalitatem, & complacentiam ad amatum. At quod est alicui connaturale, est ei bonum. Ergo.

† 2 Concl. Malum nunquam amatur, nisi sub ratione boni: & si quis amor est malus, id est, quia non est de vero bono.

3. Concl. Qui manifestant sua mala, non propter mala amantur: sed quia ostendunt se non esse fictos, quod est bonum.

4. Concl. Bonum, & pulchrum sola ratione differūt. Ratio boni est, vt quietet appetitus, pulchri vero, vt ad eius aspectum, vel cognitionem quietetur appetitus, & percipitur potentia cognoscitiua; & ita addit bono ordinem ad hanc potentiam.

Art. 2. Vtrum cognitio sit causa amoris.

1. Concl. lib. 10. de trin. c. 3. Cognitio est causa amoris eo modo, quo bonum.

1. Incognitum ex Aug. non potest amari. Ergo.

2. Bonum est causa amoris per modum obiecti. Sed bonum non est obiectum, nisi apprehensum. Ergo.

lib. 9. Eth. c. 5. & 12. *3. Arist. Visio corporalis est principium amoris sensitiui; & contemplatio spiritualis pulchritudinis, amoris spiritualis.*

† 2. Concl. Qui quærit scientiam non omnino eam ignorat, sed præcognoscit, vel in vniuersali, vel in effectu, vel quia audiuit laudari.

3. Concl. Aliquid amplius requiritur ad perfectam cognitionem, vt distinctio coniunctorum; compositio, partium & proprietatum notitia, quam ad perfectum amorem, ad quem sufficit vt res apprehendatur in se, & ita aliquid potest plus amari, quam cognoscatur: vt patet in amore Dei, & scientiarum.

4. Concl. Etiam amor naturalis causatur ex cognitione instituentis naturam.

Art. 3. Vtrum similitudo sit causa amoris.

1. Concl. Similitudo, proprie loquendo, est causa amoris.

1. Eccl. 13. Omne animal diligit simile sibi.

2. In rebus duplex est similitudo altera in actu, vt inter duos parietes actu albos, altera in potentia, cum vnum habet in potentia, quod alterum habet in actu: vt corpus grane extra locū, respectu corporis existentis in loco. Sed ex vtraq; causatur amor. Ergo.

2. Concl. Ex prima causatur amor amicitiæ; nam quando duo sunt ita similes, affectus vnius tendit in alterum, vt vnum sibi, & vult bonum ei vt sibi.

Quæ sunt quasi vna forma, & vnum in illo Sed hoc pertinet ad amorem amicitiæ. Ergo.

3. Concl. Ex secūda causatur amor concupiscentię, vel amicitia vtilis, & delectabilis.

Quia existentis in potentia inest appetitus sui actus, & in eius consecutione, si sit sentiens & cognoscens delectatur. Sed hoc est amoris concupiscentiæ, quo proprie amans amat seipsum cum vult bonum quod concupiscit. Ergo.

4. Concl. Si à sibi simili aliquis prohibeatur à consecutio-

cutione boni, similitudo est causa odij per accidens.

Quoniam amore concupiscentiæ amans amat se, sibique vult bonum conceptum. Sed quilibet magis amat se, quam alium: quia est idem sibi in substantia, alteri in similitudine. Ergo. Ideo signum signum odit. Vnde soluitur primum.

† 5. Concl. Vnus in altero amat, quod in se non amat propter similitudinem proportionis: vt bonus cantor bonum scriptorem: quia vterque habet, quod conuenit suæ arti.

6. Concl. Amans id, quod indiget, habet cum illo similitudinem potentiæ ad actum, quo modo illiberalis amat liberalem, prout expectat ab eo quod desiderat. Vel non habens virtutem amat habentem ratione seminibus à natura insitis, quod videat omnem suæ rationi conformem.

Art. 4. *Vtrum aliqua alia passionum animæ sit causa amoris.*

1. Concl. Impossibile est, quod aliqua passio sit causa vniuersalis omnis amoris.

lib. 14. de ciu. c. 7. *1. Omnes alias affectiones animæ ex amore causantur, ait Aug.*

2. Nulla est passio, quæ non supponat amorem; quia omnes alias important, aut motum, aut quietem. Sed istæ oriuntur ex connaturalitate & coaptatione, quæ est ratio amoris. Ergo.

† 2. Concl. Aliqua passio potest per accidens esse causa amoris.

Quoniam vnum bonum est causa alterius. Ergo & passio: quia passio est quoddam bonum, ex gr. quia causat delectationem, causabit amorem, qui tamen delectatio causata est ex alio amore cum sit de re amata.

3. Concl. Sic desiderium pecuniæ facit amare dantẽ, quod tamen natum est ex alio amore.

4. Concl. Spes auget & causat amorem, & hoc ratione delectationis, quam causat ratione desiderij: quia spes fortificat desiderium: sed tamen spes semper est rei amatæ.

Quæstio 28. De effectibus amoris.

Art. 1. *Vtrum vnio sit effectus amoris.*

1. Concl. Duplex est vnio amantis, altera secundum præsentiam, altera secundum affectum, & vtraque in vtroque amore nimirum concupiscentiæ & amicitiæ fit per apprehensionem.

Nam motus appetitus sequitur apprehensionẽ. Ergo, In amore concupiscentiæ apprehenditur aliquid tanquam pertinens ad finem bene esse, in amore amicitiæ apprehẽditur vt alterũ ipsum Ergo

1. Concl. Primam vnionem amor facit effectiue.

Amor enim mouet ad desiderandum, & quærendum præsentiam amati: cum sit quædam connaturalitas, quæ effectiue mouet. Ergo.

3. Concl. Secundam vnionem facit amor formaliter.

Lib. 8. de trin. c. 10. *Amor ait Aug. est quasi iunctura quædam duo aliqua copulans: & Dionys. quilibet amor est vnitiua.*

† 4. Concl Cap. 4. de diu. nom. Delectatio est effectus vnionis realis; desiderium est in absentia amati amor in absentia, & præsentia.

5. Concl. Quædã vnio est causa amoris, vt vnio substantialis, quæ est causa amoris sui: & quoad amorem aliorum, est vnio similitudinis quædam est ipse amor secundum coaptationem affectus, quæ cõparatur essentiali, quatenus se habet amans ad amatũ in amore amicitiæ, vt ad seipsum; in amore concupiscentiæ, vt ad aliquid sui, quædam est effectus amoris, & hæc est vnio realis qua amans vellet vnum fieri cum re amata, & quia ex hac vnus, vel alter corrumperetur, quærunt vnionem eam, quæ decet, & quæ fieri potest, id est, conuersationem, colloquium, &c.

6. Concl. Arist. 2. Pol. c. 2. Amor est magis vnitiuus, quam cognitio, quia vnio cognitionis fit secundum similitudinem rei amoris vero secundum rem suo modo.

Art. 2. *Vtrum mutua inhæsio sit effectus amoris.*

1. Concl. Amatum est in amante & contra secundũ apprehensionem.

Quia amatum immoratur in apprehensione amantis, Phil. 1. Eo quod habeam vos in corde: & amans non est contentus superficiali cognitione amati; sed intrinsecum omnia desquirit. 1. Cor. 2. scrutatur profunda cordis, &c.

2. Concl. Secundum vim appetitiuam amatum est in amante.

Quia est in eo per quandam complacentiam in affectu, vt vel delectetur in eo, vel in bonis eius in præsentia: vel vt per desiderium tendat in ipsum, vel in bona, quæ ei vult amore amicitiæ non propter causam extrinsecam, sed ob complacentiam interius radicatam. Vnde amor dicitur intimus.

3. Concl. Amans est in amato; sed aliter amore concupiscentiæ, aliter amicitiæ. Amore concupiscentiæ non est contentus quacunq; adeptione, sed vult perfecte & quasi ad vltima peruenire, at amore amicitiæ est in amato, prout bona & mala amici reputat vt sua, & voluntatem eius vt suam, vt ipse in amico videatur pati & affici. Vnde idem velle & esse dicũtur.

4. Concl. Arist. li. 9 Et c. 3. li. 2. Rhe. c. 4. Amans & amatum dicuntur etiam esse simul via redamationis, quatenus mutuo se amant

mant, & bona volunt, & operantur. *Prima Ioan. 4. Qui manet in Deo, manet & Deus in eo.*

† 5. Concl. Non prohibet idem esse continens, & cõtentum diuersa ratione, & sic amans potest esse in amato, & contra modo iam dicto.

6. Concl. Rationis apprehensio præcedit affectum amoris, & vt ratio disquirit, ita affectus subintrat in amatum.

7. Concl. Licet amor sit vnio; tamen non semper amans est in amato, si loquamur de modo vnionis, vt est dictum 4. conc. quia non semper amans recamatur.

Art. 3. *Vtrum ecstasis sit amoris effectus.*

1. Concl. Duplex est ecstasis, altera secundum appetitum, altera secundum apprehensionem.

Nam ecstasis est cum quis extra se ponitur, vt patet ex nominis etymologia, sed hoc contingit secundum has duas facultates, quia dicitur quis pati ecstasim, cum ponitur extra cognitionem propriam, vel cum elevatur ad ea, quæ sunt supra rationem & sensum, vel cum deprimitur, vt in amentia & furia: Similiter cum quis per appetitum in alium fertur, exit quodammodo extra se

2. Concl. Primam ecstasim facit amor dispositiue.

Quia facit meditari de amato, & si sit vehemẽs meditatio fit ecstasis: alterã facit directe, sed simpliciter amor amicitiæ, secundum quid amor cõcupiscentiæ. *Quoniam appetitus patitur ecstasim cum facit ex se exire, & in amore concupiscentiæ exit amans, non contentus suo bono, sed quia quærit bonum sibi, non simpliciter exit. At in amore amicitiæ quia vult bonum amico, operatur gerens amici curam extra se: sed quia non vult magis bona amici, quam sua, non diligit se minus.*

Vnde soluitur 3. arg. secundum procedit de amore concupiscentiæ qui non facit ecstasim simpliciter. i. de ecstasi per rationem, quia amantes sunt sæpe sui cõpotes. Doctrina hæc est Dion. Diuinus amor ecstasim facit: & Deus propter amorem ecstasim est passus. Quare cum amor sit de participata similitudo amoris diuini, faciet ecstasim.

Cap. 4. div. nom.

Art. 4. *Vtrum zelus sit effectus amoris.*

1. Concl. loco cit. Zelus quocunque modo sumatur ex intensione amoris oritur.

1. *Ex Dion. Deus dicitur Zelotes propter nimiũ amorem.*

2. *Quo virtus intensius tendit in aliquod, eo fortius expellit contrarium repugnãs. Sed amor est motus in amatum. Ergo intensus expellit omne contrarium. Sed talis est Zelus. Ergo.*

2. Concl. Aug. lo. 83. Hæc repulsio contrarij, quæ ex zelo oritur in amore concupiscentiæ, repellit id quod impedit consecutionem, vel fruitionem: vt zelus mariti, & hominis excellentis, contra excellentẽ, & hic est zelus inuidiæ: in amore amicitiæ mouet cõtra id, quod est contra bonum amici, & hic est zelus Dei, si sit circa eius honorem. 1. q. 35. Psal. 36. Ioan. 2.

Zelus inuidiæ damnatur, quia ex eo oritur contentio, quæ contra rem amatã est mala; non autem contentio contra impedimenta rei amatæ. † 3. Concl. 3. Reg. 19.

Bonum amatur, vt communicabile amanti, & quod impedit communicationem est odiosum. Cum quædam bona non possint ab omnibus obtineri, ex amore talium cauiatur zelus inuidiæ: non autem ex his, quæ possunt ab hominibus possideri, vt scientia, &c. 4. Concl.

Habere odio, id quod repugnat amato est ex amore: vnde zelus magis ponitur effectus amoris, quam odium. 5. Concl.

Artic. 5. *Vtrum amor sit passio læsiua amantis.*

1. Concl. loco cit. Amor boni conuenientis non est passio læsiua, sed conseruatiua.

1. *Dion. sanguis se amant consentiue, id est, cõseruatiue.*

2 *Amor est coaptatio appetitus ad bonum. Sed nihil laditur ab eo, quod sibi tanquam conueniens coaptatur. Ergo*

2. Concl. Amor boni non conuenientis est læsiuus.

Probatur eodem modo. Vnde Ose 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt

Hæ concl. procedunt de amore secundum rationem formalem.

3. Concl. Amor materialiter, vt est immutatio corporis, potest esse læsiuus.

Quia immutatio potest excedere naturalem dispositionem organi.

4. Concl. Amori tribuuntur alij effectus. Liquefactio cui contrariatur congelatio, quæ constringit: vt hic pertinet ad amorẽ vt est coaptatio, si amatum sit præsens, quẽ sequitur: fruitio: si ablens, tristitia, quæ designatur per lãguorem, & desiderium consequendi, quod significatur per furorem. Hi effectus conueniunt amori formaliter accepto secundum appetitum in ordine ad obiectum: & in passione sequuntur alij effectus istis proportionati. Vnde patet ad obiecta, quæ enumerant hos quatuor effectus.

Artic. 6. *Vtrum amor sit causa omnium, quæ amans agit.*

1. Concl. loco cit. Omne agens quodcunque sit, agit quamcunque actionem ex aliquo amore.

1. Dion. *Propter amorem boni omnia agunt, quæcunque agunt.*

2. *Omne agens, agit propter finem. Sed finis est bonum amatum & desideratum omnique. Ergo.*

† 2. Concl. Hæc doctrina intelligenda est de amore communiter accepto, vt complectitur omnes amores etiam naturales.

3. Concl. Omnes passiones causantur ex amore: vnde omnis actio cuiuscunque passionis procedit ex amore, vt à prima causa: ab alijs, vt à proxima.

4. Concl. Odium quoque ex amore causatur, vt postea dicetur.

Quæstio 29. De Odio.

Art. 1. Vtrum causa, & obiectum odij sit malum.

1. Concl. VT bonum est obiectum amoris, ita malum est obiectum odij.

1. *Odium contrariatur amori. Sed obiectum amoris est bonum. Ergo.*

2. *Vt in appetitum naturalis amor est consonantia & aptitudo appetitus ad conueniens, & odium est dissonantia ad repugnans & disconueniens & corruptiuum, sta in appetitu animali, & intellectiuo amor est consonantia ad id quod apprehenditur, vt conueniens, & odium dissonantia, ad id, quod apprehenditur, vt disconueniens: quia vt ille appetitus requiritur apprehensionem, licet non cognitiuam, sta hic apprehensionem cognitiuam. Ergo vt conueniens habet rationem boni, sta disconueniens rationem mali. Ergo si obiectum amoris est bonum, odij erit malum.*

† 2. Concl. Ens, Vt ens, non habet rationem repugnantis, sed hoc ens, ad tale ens, per comparationem habere potest.

3. Concl. Quandoque odium mali non est bonum, quia contingit apprehendi, vt malum, quod non est vere malum: & ita non omne odium est laudabile.

4. Concl. Idem secundum diuersa potest esse odibile, & amabile prout repugnat vni & non alteri, & prout sub diuersa ratione apprehenditur.

Artic. 2. Vtrum odium causetur ex amore.

1. Concl. lib. 14. de ciu. c. 7. Omne odium ex amore causatur.

1. *Ex August. Omnes affectiones causantur ex amore Ergo.*

2. *Quod est causa, vt aliquid apprehendatur; vt repugnans, est causa odij. & est primo odio, quia odium consistit in repugnantia. Sed amor sic se habet ad odium, quia primo consideratur id, quod est conueniens, quam quod repugnat, & per hoc intenditur aliquid repugnans, quia impedit conueniens, Ergo.*

Eorum quæ diuiduntur vt contraria, quædam sunt simul re & ratione; quædam ratione simul, sed re vnum est prius altero, & est causa eius, vt patet in speciebus numerorum, quędam nec re nec ratione sunt simul, vt substantia, & accidens: odium & amor secundo modo se habent. † 2. Concl.

3. Concl. Amor & odium sunt contraria, si sint circa idem, sed si sint de contrarijs, nō sunt contraria, sed se consequuntur, & eiusdem rationis est, vt vnum ametur, & ei contrarium odio habeatur.

4. Concl. In executione prius est recessus ab aliquo, quam accessus ad aliud, in intentione cōtra: at motus appetitus magis pertinet ad intentionem, quam ad executionem, ideo amor est prior.

Art. 3. Vtrum odium sit fortius quam amor.

1. Concl. Odium non potest esse fortius amore:

Quoniam nullus effectus est fortior sua causa. Sed odium procedit ex aliquo amore. Ergo.

2. Concl. Simpliciter loquendo amor est fortior odio.

1. *Fortius mouetur aliquid in finem, quam ea, quæ sunt ad finem. Sed amor est motus in finem, & odium quod est recessus à malo ordinatur ad consecutionem finis. Ergo.*

2. *Bonum est fortius malo: quia malum ex Dionys. non agit, nisi in virtute boni. Sed odium & amor differunt, secundum differentiam boni, & mali, Ergo.* Cap. 4. de diu. nom.

3. Concl. Aliquando odium videtur fortius amore.

1. *Quia odium est magis sensibile, cum sensus perceptio consistat in quadam mutatione, & non ita sentitur, quod iam mutatum est, sicut quando est in ipso mutari: & per hoc etiam amor minus sentitur in absentia: & sic magis sentitur repugnantia eius quod odio habetur, quam quod amatur.*

2. *Cum odium & amor sibi respondeant, odium maioris amoris, magis mouet, quam minor amor. Vnde patet ad primum.*

† 4. Concl. Odium nunquam vinceret amorem, cum amor conuertitur in odium, nisi propter maiorem amorem.

5. Concl. Intensius aliquid operatur ad repellendum odiosa, quia odium est magis sensibile.

Art. 4. Vtrum aliquis possit habere odio seipsum.

1. Concl. Impossibile est, vt aliquis, per se loquendo, odio se habeat.

1. *Ephes. 5. Nemo vnquā carnē suam odio habuit.*

2. Vnusquisq; appetit sibi bonum, vel quod videtur bonum: quia malum est præter voluntatem, ex Dionys. Sed amare est bonum alicui velle. Ergo vnusquisq; amat se. Ergo.

Cap. 4. de div. nom. 2. Concl.

Per accidens potest quis se odio habere.

1. Ex parte boni, quod appetitur, quod est secundum quid bonum & simpliciter malum.

2. Ex parte suppositi, cui vult bonum, cum vult sibi bonum, secundum id quod non est, vt cum quis vult sibi bonum secundum partem corporalem & sensitiuam; cum homo sit magis homo secundum animam; quia aliquid dicitur esse tale secundum id, quod est præcipuum in eo; vt qui diligit iniquitatem, &c. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl. Nemo vult sibi malū, nisi sub ratione boni: & qui se ipsos occidunt, apprehendūt mori, tanquam bonum, & terminum miseriæ.

4. Concl. Auaritia facit homines odiosos, sed alijs & non sibi, cum causetur ex nimio sui amore.

Art. 5. Vtrum aliquis possit odio habere veritatem.

1. Concl. Bonum non potest haberi odio nec in vniuersali, nec in particulari.

Nam quod habet rationem appetibilis, nullo modo potest odio haberi: cuiusmodi est bonum. Ergo.

2. Concl. Ens & verum in vniuersali non possunt odio haberi.

Quia dissonantia est causa odij, vt consonantia causa morus. Sed in ente, & vero vniuersali omnes conueniunt. Ergo.

3. Concl. Gal. 4. Ens & verum in particulari possunt odio haberi.

1. Factum est Paul. sum vobis inimicus, verum dicens.

2. Quia hoc modo possunt habere rationem contrarij, respectu boni amati: vel prout veritas est ordinaliter in re, cum homo nollet esse verum, quod est verum: vel vt est in cognitione, & impedit à prosecutione amati, quo modo peccator vellet non cognoscere veritatem, vt posset facere peccatum: vel vt veritas est in alio, quo modo quis vult manere in peccato, odit quod aliquis sciat suum peccatum: & in odit veritatem redarguentem. Vnde patet ad primum.

† 4. Concl. Aug. 10. cōf. 23. Cognoscere veritatem secundum se, est amabile; & sic amamus veritatem lucentem; sed per accidens potest esse odibile.

5. Concl. Ideo amantur non ficti; quia homo ex se, amat veritatem, quam non ficti manifestant.

Art. 6. Vtrum aliquid possit haberi odio in vniuersali.

6. Concl. Si sumatur vniuersale, vt substat intentioni vniuersalitatis, & odium, vt est in parte sensitiua vniuersale, non potest odio haberi.

Quia tale omne principale est abstractum a materia, ergo a parte rei non est sensitiua.

Si sumatur pro eo, cui potest accidere abstractio, odium partis sensitiuæ, potest respicere aliquid vniuersale.

2. Concl. Nam, quæ ex natura communi aduersatur animali, illud potest ab eo odio communiter haberi, non solum, quia tale est. Sed quædam contrariantur naturæ animalis communiter; & g. cui lupus, quem vniuersaliter odit. Ergo.

lib. 2. rhet. c. 4. 3. Concl. 2. Ex Arist. quia est odium per genera.

Odium, vt est in parte intellectiua, potest esse de vniuersali vtroque modo.

Quia consequitur vniuersalem apprehensionem intellectus.

Ira semper est circa particulare.

4. Concl. Ita Arist. in rhet. deinde, quia sequitur aliquā lesionem particularem.

Sensus non apprehendit vniuersale, vt sic, † 5. Concl. sed id, cui tribuitur vniuersalitas.

6. Concl. Quod est commune multis, potest dissonare ab alijs, & ita potest odio haberi.

7. Concl. Malum est in re, sed abstrahi potest, & sic potest vniuerse cadere sub odio.

Quæstio 30. De concupiscentia.

Art. 1. Vtrum concupiscentia sit tantum in appetitu sensitiuo.

1. Concl. lib. 2. c. 12 Concupiscentia proprie est in appetitu sensitiuo.

1. Dam. partem irrationalem diuidit in concupiscentiam, & iram: sed hæc est in parte sensitiua, Ergo.

2 Illa passio quæ est appetitus delectabilis secundum sensum est in parte sensitiua, siue in coniuncto, sicut delectatio boni intelligibilis in anima tantum: sed concupiscentia est talis appetitus, vt patet ex Arist. ergo pertinebit simul ad animam & corpus; vt etiam nomen sonat.

lib. 1. rhet. c. 11 2. Concl. Concupiscentia est in vi concupiscibili; patet, quia ab ea denominatur.

† 3. Concl. Appetitus spiritualium nominatur concupiscentia, vt ob similitudinem, vel propter intentionem & redundantiam in appetitum inferiorem, ita vt etiam appetitus inferior suo modo tendat in bonum spirituale.

4. Concl. Psal. 83. Desiderium magis pertinet ad appetitum superiorem, quia videtur importare simplicē motum in amatum: at cōcupiscentia importat consociationem in concupiscendo.

5. Concl. Quælibet potentia appetitu naturali appetit conueniens: sed appetere sub ratione boni delectabilis est partis concupiscibilis.

Art. 2. *Vtrum concupiſcentia ſit paſsio ſpecialis.*

1. Concl. Concupiſcentia eſt paſſio differens ſpecie ab amore, & delectatione.

1. Quia cauſatur ab amore, & tendit in delectationem Ergo.

2. Cum bonum delectabile ſecundum ſenſum ſit communiter obiectum concupiſcibilis, differentiæ paſsionum concupiſcibilis debent attendi, ſecundum diuerſitatem huius obiecti, non ſecundum diuerſitatem naturæ, quia hæc facit differentias materiales. Ergo ſecundum formalem rationem eſt ſecundum vim motiuam. Sed ſecundum hanc alia eſt ratio boni, vt eſt præſens, quia ſic facit quieſcere, vnde oritur delectatio: alia vt abſens ſecundum quam ad ſe mouet: & hoc, vel quatenus coniungat ſibi appetitum, & ſic cauſat amorem, vel quatenus attrahit ad ſe, & ſic cauſat concupiſcentiam Ergo, &c.

† 2. Concl. Bonum delectabile non eſt abſolute obiectum concupiſcentiæ, vt abſens, ſed ſecundum alias particulares conditiones, quæ diuerſificant paſsiones.

3. Concl lib. 83. q. 33. Cupiditas dicitur amor ab Aug. cauſaliter, quia cauſantur ab amore, vel ſumit vocabulum large.

4. Concl. Paſsio oppoſita cõcupiſcentiæ eſt innominata, ſed quia eſt mali abſentis vt timor, loco eius ponitur interdum timor, vt cupiditas proſpe.

Art. 3. *Vtrum ſint aliquæ concupiſcentiæ naturales, & aliquæ non naturales.*

1. Concl. 3. Eth. c. 4. 2. Rhe. c. 11. Cupiditatum aliæ ſunt naturales, aliæ non naturales.

1. Ex Ariſt qui hanc diſtinctionem ponit.

2. Concupiſcentia eſt appetitus boni delectabilis. Sed aliquid eſt delectabile tanquam conueniens naturale animalis, vt cibus, &c. aliquando quia eſt conueniens prout apprehenditur conueniens animali. & hæc concupiſcentia dicitur non naturalis quæ ſolet magis dici cupiditas. Ergo.

2. Concl. Ariſt. 3. Eth c. 11. Primæ concupiſcentiæ ſunt naturales brutis & hominibus: *quia vtriſque eſt aliquod delectabile ſecundum naturam.* & in his omnes homines conueniunt, & ſunt communes neceſſariæ. At ſecũdæ ſunt propriæ hominũ: *quia proprium eſt hominis excogitare bona ſibi conuenientia, præter bonum naturæ;* & ideo iſtæ vocantur ſecundum rationem vt primæ irrationales. Et quia diuerſi, diuerſe ratiocinantur, ideo ſecundæ oppoſitæ dicuntur.

Ariſtot. 1. rhet. c 11. † 3. Concl. Quod appetitur naturaliter, poteſt etiam appeti appetitu animali. & ideo cibi, &c. poteſt eſſe concupiſcentia naturalis

Hæc diſtinctio non ſolum eſt materialis, ſed etiã formalis penes diuerſitatem obiecti motiui, ad quam pertinet diuerſitas apprehenſionis, prout apprehenditur abſolute cõueniens, vel cum deliberatione. 4. Concl.

5. Concl. In homine eſt ratio vniuerſalis & particularis, quæ pertinet ad appetitum ſenſitiuum, ſecundum quem eſt concupiſcentia cum ratione, quæ mouet, appetitum per imaginationem particularis: & ita in ipſo poteſt eſſe concupiſcentia ſenſitiua rationalis.

Art. 4. *Vtrum concupiſcentia ſit infinita.*

1. Concl. Concupiſcentia naturalis non poteſt eſſe infinita actu.

Quia eſt eius, quod natura requirit. At natura ſemper tendit in aliquid finitum: nemo enim deſiderat infinitum cibum Ergo.

2. Concl. Concupiſcentia naturalis poteſt eſſe infinita in potentia per ſucceſſionem.

Quia bona corporalia non permanent: & Ioan. 4. Qui biberit, ex hac aqua, ſitiet iterum.

3 Concl. Concupiſcentia non naturalis omnino infinita.

Quia ſequitur rationem cui competit procedere in infinitum, vt docet Ariſt.

4 Concl. Concupiſcentia finis eſt infinita.

Ita Ariſt. quia finis per ſe expetitur, & ſine vllo termino ſ g maior ſanitas magis expetitur, & ſic infinitum.

5. Concl. Concupiſcentia eius, quod eſt ad finem, eſt finita.

Quoniam appetitur ſecundum illam menſurã, quæ conuenit fini.

† 6. Concl Quod concupiſcitur accipitur vt finitum, vel quia ita eſt: vel quia ſic apprehẽditur vnde non concupiſcitur infinitum.

7. Concl. Ratio eſt quodammodo virtutis infinitæ: aliquo modo ſumptum proportionatur rationi.

8 Concl. Vt quis delectetur, non eſt neceſſe vt omnia conſequatur, quæ concupiſcit, ſed in aliquo adepto delectatur.

Quæſtio 31. De delectatione ſecundum ſe.

Art. 1. *Vtrum delectatio ſit paſsio.*

1 Concl. Ariſt. 1. rhet. c. 10. Delectatio eſt paſsio.

1. Ex Ariſt. qui enumerat inter paſsiones

2 Affectio procedens ex apprehenſione ſenſitiua eſt paſsio, quia paſsio eſt motus appetitus ſenſitiui. At delectatio eſt huiuſmodi, quia eſt motus animalis, & conſiſtit in ſenſu totã, & ſenſibili in natura exiſtente. Nam cum animal aſſequitur ſuam perfe-

ctionem, illam sentit, unde causatur motus in appetitu. Ideo loco generis dicitur motus animæ; & quia non est motus in fieri, sed in facto esse, dicitur constitutio tota simul: dicitur sensibilis, vt excludantur res insensibiles, in quibus non est delectatio, quia consequuntur suas perfectiones sine sensu, dicitur in naturam, &c. id est in id, quod existit in natura rei, vt explicetur causa delectationis, id est, præsentia connaturalis boni.

† 2. Concl. Quando res constituitur in operatione connaturali, sequitur delectatio, quæ consistit in perfecto esse, quæ dicitur operatio secundum prædicationem causalem.

3. Concl. Motus secũdum executionem mediorum cessat adepto fine, at motus secundum intentionem finis, non ita: quia vt desideratur non habitum, ita est delectatio in habito, & ideo licet delectatio sit quædam quies, manet tamen immutatio appetitus, ob quam dicitur motus.

4. Concl. Passio non solum dicitur de corruptiua, sed etiam de perfectiua.

Art. 2. Vtrum delectatio sit in tempore.

1. Concl. Delectatio secundum se non est in tempore.

10. Eth. c. 10. *1. Ex Aristot. Delectatio non accipitur secundum tempus.*

2. Illa passio est in tempore, quæ est cum successione, quia tempus est numerus successiuorum. Sed delectatio non est cum successione, quia consistit in bono adepto, quod non est successio, sed quasi terminus motus. Ergo.

2. Concl. Delectatio per accidens est in tempore.

Nam illud est per accidens in tempore, quod est in re temporis subiecta. at delectatio potest esse de re talis. Ergo.

3. Concl. Quando bonum adeptum est omnino intranimutabile, delectatio nullo modo est in tempore.

† 4. Concl. Motus actus imperfecti est in tempore, at vero motus actus perfecti non ita, vt intelligere, & sentire: quia non sunt motus successiui.

5. Concl. Delectatio dicitur morosa, seu diuturna, prout per accidens est in tempore.

6. Concl. Alię passiones nõ habent bonum adeptum pro obiecto, ideo sunt in tempore.

Art. 3. Vtrum delectatio differat à gaudio.

1. Concl. Latius patet delectatio, quam gaudium, & ita non sunt idem.

1. In brutis ponimus esse delectationem, & non gaudium. Ergo. Et concedam gaudium esse speciem delectationis.

2. Ea quæ consequuntur sensum, in plus se habent, quam ea quæ consequuntur rationem. Sed delectatio sequitur concupiscentiam naturalem, quæ est etiam in brutis gaudium vero concupiscentiam rationalem, quæ est in homine. Ergo: & quia quod concupiscimus secundum sensum, possumus etiam concupiscere secundum rationem: de quibus est delectatio, potest esse gaudium, sed non contra.

† 2. Concl. Quia obiectum appetitus animalis est res apprehensa, & apprehensio facit quodammodo diuersitatẽ obiecti: ideo diuersæ sunt delectationes naturales à rationalibus, quæ proprie gaudia nominantur.

3. Concl. Vt delectatio respondet concupiscentiæ naturali, ita gaudium desiderio, quod respõdet concupiscentiæ animali: & ita non est idem terminus gaudij & delectationis.

4. Concl. Alia nomina indita delectationi, vt lætitia, exultatio & iucunditas ab effectis sumpta, ad gaudium pertinent.

Art. 4. Vtrum delectatio sit in appetitu intellectiuo.

1. Concl. Delectatio potest esse in appetitu intellectiuo.

1. Psal 36. Delectare in Domino. Sed ad Deum non extenditur appetitus sensitiuus. Ergo.

2. Ibi est delectatio, vbi potest ad apprehensionem commoueri appetitus. Sed ad apprehensionem rationis non solum commouetur appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare, sed etiam vniuersale, cuius delectatio dicitur gaudium. Ergo.

2. Concl. aug. 4. de ciu. c. 9. 1. Eth. c. 4. Delectatio voluntatis differt à delectatione sensitiua, quia illa est simplex motus, sine immutatione corporali, & ita potest esse in Deo & angelis, quibus tribuitur gaudium: vnde soluitur 2. Primum etiam, quia Aristoteles definiuit delectationem appetitus sensitiui. In nobis vtraque est delectatio, & ea, qua communicamus cum brutis, & qua cum angelis.

Artic. 5. Vtrum delectationes corporales & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus & intelligibilibus.

1. Concl. Si comparentur delectationes intelligibiles sensibilibus, prout delectamur in ipsis operationibus, illæ sunt multo maiores.

1. Psal. 118. Quam dulcia faucibus meis, &c. Et Arist. ex [illegible] quæ sunt secundum operationem [illegible]

2. [illegible] sunt quod

d [illegible]

dam bonum anima & maxime immanentes, quæ sunt bonum operantis, cognitum per sensum, vel intellectum: illa operatio seu cognitio quæ est perfectior, magis nota, ac dilecta, maiorem parit delectationem. Sed cognitio intellectiua respectu sensitiua est talis: est enim perfectior magis nota, quia intellectus reflectitur supra actum suum & magis dilecta, quia potius vult sensu, quam intellectu carere Ergo.

2. Concl. Delectationes spirituales simpliciter sunt maiores sensibilibus ex se. *Nam ad delectationem requiruntur bonum connaturale, id cui consumpsitur & connaturale. Sed hæc omnia sunt maiora in delectatione spirituali: quia bonum spirituale est magis corporali, & magis amatum, cui propter hoc illud: deficiatur: pars intellectiua est nobilior sensitiua: connaturale est intimior, quia intellectus, non solum attingit accidentia, sed omnia penetrat, & sine motu, qui est actus imperfectus, qui motus est in sensu: est etiam firmior, quia bona spiritualia sunt incorruptibilia. Ergo.*

3. Concl. Delectationes corporales quoad nos sunt magis vehementes? quia sunt magis notæ sensibus: sunt cum quadam transmutatione corporali: & sumuntur quasi medicinæ contra corporales defectus: & ita superuenientibus molestijs magis sentiuntur. Vnde patet ad primum, cur plures has sequantur.

† 4. Concl. Transmutatio coporis magis contingit in corporalibus quatenus sunt passiones appetitus sensitiui.

5. Concl. Corporales, quia sunt in parte sensitiua egent freno rationis: at intellectuales sunt in ratione, quæ est ipsa regula, & ideo sunt moderatæ.

Art. 6. Vtrum delectationes tactus sunt maiores delectationibus, quæ sunt secundum alios sensus.

1. Concl. Arist. 1. Met. c. 1. Sensus diliguntur propter cognitionem, & vtilitatem, ob quas etiam causas sunt delectabiles.

Quia quæ amantur sunt delectabilia.

2. Concl. Delectatio sensus, quæ est ratione cognitionis, est hominis propria, vt homo est: quæ vero secundum vtilitatem est communis cũ brutis.

Quia apprehendere cognitionem vt bonum, est bonum proprium.

3. Concl. Delectatio sensus ratione cognitionis, prout intellectui seruit, maior est secundum visum, quam alios sensus.

4. Concl. Delectatio ratione vtilitatis est maior secundum sensum tactus.

1. *Maxima sunt delectationes secundum tactũ, Ar. Arist.*

3. Eth. c. 10. *Virtus sensibilium attenditur ratione conseruationis animalis. Sed ad hanc proxime se habent sensibilia tactus: quia percipit ea quibus constitit animal, scilicet quatuor qualitates Ergo.*

3. Quia animalia quæ non habent delectationem, nisi ratione vtilitatis, delectantur secundum alios sensus in ordine ad tactum, vt lepores odoratu propter cibum.

5. Concl. Delectatio tactus simpliciter est maior delectatione visus.

Natura quod est naturale vult, est potissimum. Delectatio tactus est talis: quia concupiscentia naturales ad hunc sensum ordinantur. Ergo.

6. Concl. Delectationes visus vt seruiunt intellectui sunt potiores; quoniam intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus.

† 7. Concl. Gaudium significat animalem delectationem, quæ ad visum maxime pertinet.

8. Concl. Visus diligitur propter cognitionẽ, quod multas differentias rerum ostendat

9. Concl. Visio est causa amoris carnalis, vt principium motus: delectatio tactus, vt finis.

Art. 7. Vtrum aliqua delectatio sit non naturalis.

1. Concl. Si sumatur natura in homine ratione intellectus, delectationis contemplationis & virtutum sunt homini naturales.

Quia per intellectum constituuntur in specie.

2. Concl. Si sumatur natura in homine, vt condiuiditur actioni, vt est quid commune brutis, delectationes, quæ pertinẽt ad conseruationem indiuidui, vel speciei sunt naturales: vt delectationes cibi, & venereorum.

3. Concl. In vtrisque delectationibus rationis, & sensus potest esse aliqua delectatio non naturalis simpliciter, connaturalis vero secundum quid respectu alicuius indiuidui.

Nam potest corrumpi aliquod principium speciei in aliquo indiuiduo, vt sit ei naturale, quod est contra naturam speciei. Ergo si fiat in homine aliqua corruptio ex parte corporis, vel rationis potest oriri delectatio non naturalis: vt patet in febricitantibus quibus dulcia videntur amara: & aliqui delectantur comestione carbonum, aliqui hominum, & coitu bestiarum; quæ non sunt secundum naturam humanam. Hæc doctrina est Arist. Et ex his patet ad argum. 7. Eth. c. 12.

Art. 8. Vtrum delectatio possit esse delectationi contraria.

1. Concl. Vna delectatio potest esse alteri contraria.

o Met. t. 17. 10. Eth. 5. 5. Phy. tex. 64.

Quæ se impediunt in eodem genere sunt contraria, ex Arist. Sed aliquæ delectationes sunt huiusmodi, ex eodem, Ergo.

Delectatio proportionatur quieti in motu naturali. Sed in contrarijs terminis sunt contrariæ quietes, ex Arist. Ergo etiam in affectibus animæ erunt delectationes contrariæ.

† 2. Concl. In bono virtutis vna delectatio non potest esse contraria alteri: quia bonum virtutis nõ accipitur, nisi per conuenientiam ad vnum: at in alijs bonis potest esse contrarietas, vnde delectationes contrariæ.

3. Concl. Tristitia contrariatur delectationi, tanquam quies violenta; at delectatio delectationi, tanquam quies quieti naturali diuersorum corporum. Vnde delectationi opponitur delectatio & tristitia.

4. Concl. Obiecta quibus delectamur secundum rationes diuersas, faciunt diuersas delectationes.

Quæstio 32. De causa delectationis.

Art. 1. Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

1. Concl. 2. eth. c. 12. Omnis delectatio aliquam operationem consequitur.

1. Delectatio, ait Arist. est operatio connaturalis non impedita.

2. Delectatio requirit consecutionem boni conuenientis, & consecutionis cognitionem. Sed vtrunque in quadam operatione consistit: quia bonum adipiscimur aliqua operatione, & ipsa est quoddam bonum, cognitio etiam est operatio. Ergo.

† 2. Concl. Omnis delectatio reducitur in operationem, vt in causam.

Quia obiecta non delectant, nisi coniuncta vel per cognitionem, vel inspectionem, vel alio modo, & vt habita: habere autem huiusmodi nihil aliud est quam vti, aut vti posse, & hoc est per aliquam operationem.

3. Concl. Etiam quando operationes nõ sunt fines, sed ipsa operata, adhuc delectatio sequitur operationem.

Quia non delectant nisi habita, vel facta aliqua operatione.

4. Concl. Otium & quies, quæ sunt cessatio ab operatione sunt delectabilia, vt sunt connaturalia operanti: quia operatio excedens mensuram non delectat. Delectant ergo, vt auferunt tristitiam, quæ est ex labore.

Art. 2. Vtrum motus sit causa delectationis.

1. Concl. lib 8. conf. c. 11. Motus est causa delectationis.

1. *Ex arg. qui ait homines delectari quibusdam alterationibus.*

2. Delectatio requirit bonum, coniunctionem, & cognitionem coniunctionis. At motus secundus hoc est delectabilis. Ergo Nam natura nostra transmutabilis, est & quod non erat conueniens sit ei conueniens: & ita placet variatio: bonum etiam quo delectatur, nobis coniunctum mutatione deiciat, per actionem communicatam, quæ affectum angat, nisi excedatur modus ex parte cognitionis, quia bonum diu erat cognoscere totum perfecte, & ita delectat transitio ab vno ad aliud, vt ait Aug.

2. Concl. Si sit aliqua res immutabilis, in qua non sit excessus naturalis habitudinis, & possit tota simul videri, tunc transmutatio non erit delectabilis, & quo delectationes plus ad hoc accedunt, magis continuari possunt.

† 3. Concl Quod mouetur incipit participare id, ad quod mouetur, vnde delectatio oritur ex motu: & motus ipse est delectabilis, quia per eum fit conueniens quod non erat.

4 Concl. Motus vt transcendit proportionem, non est delectabilis, sed vt remouet contraria habitudini naturali.

5. Concl. Consuetum est delectabile, vt fit quasi naturale: motus vero est delectabilis, non quia recedit a consuetudine, sed quia impedit corruptionem naturalis habitudinis, quæ posset peruenire ex assiduitate operationis. Vnde ex eadem causa consuetudo & motus delectant.

Art. 3. Vtrum spes & memoria sint causa delectationis.

1. Concl. Spes & memoria sunt causa delectationis.

1. Rom. 12. Spe gaudentes: & Psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum.

2. Delectatio causatur ex præsentia boni, quomodocunque apprehensi. Est autem aliquid præsens, vel cognitione per similitudinem, vel secundum rem impotentia, per spem, ratione possibilitatis: vel alia, qua fit per sensum. Vnde delectatio sensus est maior, quam delectatio per spem, quia fit secundum præsentiam actualem rei delectabilis. delectatio per spem, est maior quam delectatio per memoriam, quia per memoriam fit delectatio sola apprehensionis: per spem apprehenditur bonum, vt facile acquisitum.

† 2. Concl. Spes & memoria sunt simpliciter absentiũ: tamen secundum quid sunt præsentia, vt est dictum.

3. Concl. Spes vt habet præsentem æstimationem boni futuri, causat delectationem: prout ea tet eius præsentia, tristitiam producit.

4. Concl Licet amor & cõcupiscentia causent delectationem, tamen spes, vt importat quãdam certi-

certitudinem boni, magis ponitur cauſa delectationis, quam illa, & quam memoria.

Art. 4. Vtrum triſtitia ſit cauſa delectationis.

1. Concl. Pſal. 41. Triſtitia poteſt eſſe cauſa delectationis.

1. *Fuerunt, ait Dauid mihi lacrymæ meæ panes, id eſt, refectio delectationis.*

22. de ciu. 2. *Triſtitia, ſine in actu ſine & eſt in memoria poteſt eſſe cauſa delectationis. Ergo. Quia & eſt in actu facit memoriam rei dilectæ de cuius apprehenſione delectamur, & eſt in memoria cauſat delectationem propter reuiſionem, nam in cauere malo, accipitur in ratione boni. Vnde Aug. Læti triſtium meminimus: & alibi, quando maior periculum, tanto maius gaudium.*

† 2. Concl. Quandoque contrarium eſt accidens cauſa contrarij: & ſic triſtitia eſt delectationis cauſa.

3. Concl. Memoria triſtium, vt homo abeis eſt liberatus, poteſt cauſare lætitiam, vt memoria delectabilium mœrorem.

4. Concl. Odium per accidẽs poteſt eſſe cauſa amoris: quatenus aliqui diligunt ſe, quia vnam rem oderunt.

Art. 5. Vtrum actiones aliorum ſint nobis cauſa delectationis.

1. Concl. Alterius operationes poſſunt eſſe cauſa delectationis.

1. *Gauiſus ſum ualde, ait, Ioan. quia inueni de filijs ambulantes in veritate.*

3. *Operationes quibus bonum conſequimur, vel in nobis cognito proprij boni gignitur, vel alterius bonum, quaſi proprium exiſtimamus, cauſant delectationem, quia ad delectationem requiritur conſecutio boni, & conſecutionis cognitio. At aliorum operationes id in nobis efficiunt: vt patet in operationibus beneficiorum quibus afficimur; & in operatione honoris, & laudis, quibus cognoſcimus nos eſſe bonos; & in operationibus amicitiæ, quibus bonum alterius reputatur noſtrum. Ergo.*

† 2. Concl. Operatio alterius eſt coniuncta, vel per effectum, vt in primo modo, vel per apprehenſionem, vt in ſecundo, vel per affectionem, vt in tertio.

3. Concl. Licet operatio ſit proprium bonum operantis: tamen per amorem fit commune.

4. Concl. Et ſi operatio ſit delectabilis, vt procedit ex habitu, poteſt tamen cauſare delectationem in alio, modis dictis.

Art. 6. Vtrum benefacere alteri ſit cauſa delectationis.

1. Concl. Benefacere alteri eſt cauſa delectationis.

1. *Largiri, & auxiliari, ait Ariſt. eſt delectabiliſſimum.*

2. *Benefacere alteri tripliciter cauſat delectationem. Ergo. Primum per comparationem ad effectum, quia bonum alterius ex amore reputamus noſtrum, maxime cum largimur amicis. Deinde per comparationem ad finem, quia ſperat ex beneficio ſe aliquid poſſe conſequi, vel à Deo, vel ab homine, & ſic eſt cauſat delectationem: Tertio per comparationem ad principium: quod eſt triplex: vnum facit ad benefaciendi, propter imaginationem abundantis boni: & ita in filijs, & ſuis operibus homines delectantur: alterum, habitus inclinans ad benefaciendum; & ſic liberales delectabiliter dant: alterum, principium motiuum, quia mouemur ab amore: & quæ amore fiunt, delectant.*

† 2. Concl. Ariſt. 4. Eth. c. 4. Emiſſio, vt indicat proprium bonum & abundantiam delectat: vt euacuar, ſi ſit immoderata poteſt cauſare triſtitiam.

3. Concl. Vt eſt prodigalitas, quæ repugnat naturæ: & ideo dicitur eſſe contra naturam.

4. Concl. Vincere, redarguere, & punire, nõ ſunt delectabilia, vt malum alterius. ſed vt bonũ proprium, quod homo plus amat, quam odio habeat malum alterius. Vincere delectat naturaliter propter æſtimationem excellentiæ: redarguere propter æſtimationem ſapientiæ, & bonum alterius, &c. Vade male facere delectat, vt pertinet ad bonum proprium.

Art. 7. Vtrum ſimilitudo ſit cauſa delectationis.

1. Concl. Similitudo eſt cauſa delectationis.

1. *Quia cauſat amorem, & amor delectationem. Ergo.*

2. *Quod auget proprium bonum ſimpliciter cauſat delectationem: quia conſecutio proprij boni delectat. Sed ſimilitudo, vt ſic, id efficit, quoniam eſt quædam vnitas, & ita ſimile vnum cum eo cui eſt ſimile, & ideo amabile, & delectabile. Ergo.*

2. Concl. Simile per accidens fit contriſtans, prout per accidens corrumpit proprium bonum, & id vel per exceſſum, vt patet in cibo, ſi excedat, quia vel corrumpit mẽſuram proprij boni: vel per directam contrarietatẽ ad propriũ bonum, quod impedit, vel minuit, & ſic figulus figulum odit, & in eo non delectatur.

† 3. Concl. Præeſſe alijs dicit diſſimilitudinem: ſed delectat propter excellentiam proprij boni, vel quia alijs bene facit, quod eſt delectabile.

4. Concl. Qui triſtantur maxime appetunt delectationes, quoniam conferunt ad propriũ bonũ, & ſunt medicinæ contrarij. Ideo delectationes corporis magis appetuntur, quod habent

Arist. 7. Eth c 4. contrarium, & omnia naturaliter appetunt delectationem propter laborem, & maxime iuuenes propter multas eorum trãsmutationes, & melancholici.

5. Concl. Bona corporis consistunt in mensura, & quia excessus corrumpit, fiunt fastidiosa.

Art. 8. Vtrum admiratio sit causa delectationis.

1. Concl. Admiratio est causa delectationis.

1. Rhet. 11. 1. *Ex Aristot. qui hoc docet.*

2. *Quod est causa, vt spere mus acquirere delectabile est causa delectationis: quia quo magis speramus in nos posse consequi, quod desideramus, eo magis delectamur. At admiratio est huiusmodi, quia admiratio est quoddam scienda desiderium, natũ ex cognitione effectus, si ignoretur causa, vel quia causa excedit facultatem cognoscentis. Ergo admiratio causat delectationem, vt habet adiunctam spem cognoscendi, quod desideratur. Vnde omnia*

Arist. li. de arte poet. 2. *admirabilia sunt delectabilia, quia homo gaudet in collatione vnius cum alio, cum sit actus naturalis rationis. Sic liberari à magnis periculis est delectabile, cum sit admirabile.*

† 2. Concl. Admiratio non est delectabilis ratione ignorantiæ, sed vt habet desiderium discendi aliquid noui.

3. Concl. Delectatio habet duo, quietem, & perceptionem quietis, ratione primi contemplatio rerum scitarum est magis delectabilis quã inquisitio: ratione secundi, inquisitio magis delectat, prout ex maiore desiderio procedit. Ideo delectamur in rebus recens inuentis & cognitis.

4. Concl. Consueta sunt delectabilia, vt sunt naturalia; attrata ob desiderium, operationem, & nouitatem.

Quæstio 33. De effectibus delectationis.

Art. 1. Vtrum delectationis sit dilatare.

1. Concl. DElectatio causat dilatationẽ metaphoricam.

1. *Isa. c. 60. ad exprimendum gaudium dicitur, dilatabitur cor tuum.*

2. *Latitudo est dimensio corporis, quæ in affectibus animæ metaphorice dicitur, & dilatatio nihil aliud est, quam motus ad latitudinem. Sed hæc copetit delectationi metaphorice, tum ex parte virtutis apprehensiuæ, quæ apprehendit communicatio conuenientis, quæ est perfectio & magnitudo spiritualis, & secundum hoc animus dicitur per delectationẽ magnificari, & dilatari: tum ex parte appetitiuæ, quæ in re delectabili quiescit, & intus in eam penetrat, & re ei delectantem continet, & sic dilatatur affectus. Ergo.*

† 2. Concl. Quæ metaphorice dicũtur, pertinere possunt ad diuersa, & sic dilatatio pertinet ad amorem, qui ad alios se extendit: ad delectationem quatenus idem in se ampliatur, & capacius redditur.

3. Concl. Deliderio conuenit dilatatio ex imaginatione rei desideratæ: sed maior oritur dilatatio ex præsentia rei iam delectantis.

4. Concl. Qui delectatur, constringit rem delectantem, cum ei fortiter inhæret, sed ampliat cor suum, vt perfecte delectabili fruatur.

Art. 2. Vtrum delectatio causet sui sitim vel desiderium.

1. Concl. Delectatio in actu ex se non causat sitim vel desiderium, si desiderium sumatur pro appetitu rei non habitæ.

Quia delectatio est affectio appetitus circa rem præsentem.

2. Concl. Si res præsens non perfecte habeatur, vel quia ipsa nõ est tota simul, vt cantus, &c. vel ex parte habentis, qui rem perfectam in se nõ statim acquirit, delectatio causat sitim, exẽplum primi sunt omnes fere delectationes

Augustin. 4. confes. 11. corporales, quæ causant sitim, donec consumentur, Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua, &c. id est, ex delectationibus corporalibus, exemplum secundi est cognitio rerum diuinarum; vnde dicitur, qui bibunt me, adhuc sitient.

7. Concl. Si desiderium sumatur pro intensione affectus tollentis fastidium, delectationes spiri-

Eccl. 24. tuales maxime sitim faciunt.

Quia hæc non super excrescunt, sed perficiunt naturam, & cum perueniunt ad summum in illo, sunt maxime delectabiles, nisi per accidens ratione alicuius operationis corporis, quod lassatur. At corporales, quia acutæ & continuatæ naturam offendunt, fastidium afferunt.

4. Concl. Delectatio, vt est in memoria tantum, nata est causare sitim, si homo redit ad dispositionem, in qua erat desiderabile, quod perijt: si vero est immutat⁹ ab illa dispositione, memoria causat fastidium, vt pleno existenti memoria cibi.

† 5. Concl. Cum delectatio est perfecta, habet omnimodam quietem, & sic cessat motus desiderij tendentis in non habitum.

6. Concl. Quod imperfecte habetur secundum quid habetur, ideo de eo est delectatio & desiderium.

7. Concl. Delectationes alio modo causant fastidium, alio modo desiderium, vt est dictum.

Art. 3. Vtrum delectatio impediat vsum rationis.

1. Conc. 5. Eth. c. 5. Delectationes corporales impediũt vsum rationis.

1. Ex Arist. delectatio corrumpit existimationem prudentiæ. Ergo.

2. Delectatio corporalis distrahit vsum rationis, quia his delectationibus fortiter attẽdimus, & sic impeditur attentio: rursus, quædam delectationes sunt contra ordinem rationis, & corrumpunt æstimationem prudentiæ, cui contrariamur, non autem existimationem speculativam, cui non contrariamur: item quædam ligant vsum rationis ob transmutationem corporalem, vt patet in violentis, & vehementibus passionibus. Ergo.

1 Concl. Delectationes propriæ vt sunt, quæ habẽtur de vsu rationis augent operationes.

Quia illud attentius operamur, in quo delectamur. Vnde delectationes propriæ augent operationes, extraneas impedunt.

Aristot. 6. Eth. c. 5.

† 3. Concl. Corporalis delectatio habet quietem, quæ interdum repugnat rationi: sed quia semper habet annexam transmutationem, ob hanc etiam causam impedit rationis vsum.

4. Concl. Licet delectatio & vsus rationis sint in diuersis potentijs: tamen quia sunt in vna anima, impeditur attentio per alterius applicationem.

5. Concl. Vsus rationis requirit vires sensitiuas bene dispositas, maxime imaginatiuam, quæ ex transmutatione corporali impeditur.

Art. 4. Vtrum delectatio perficiat operationem.

1. Concl. 10. Eth. c. 4. Delectatio perficit operationem.

1. Delectatio operationem perficere, ait Aristoteles.

2. Quod supernenit operationi tãquam bonum completiuum, & quod facit attentius operari, operationem perficit; At hæc duo præstat delectatio operationi, quia aduenit ei tanquam finis, prout finis appellatur bonum superueniens: delectatio enim importat quietationem in bono adepto: & rursus indirecte est causa, cur agens diligentius operetur. Ergo. Vnde delectationes adaugent proprias operationes & impediunt extraneas.

† 2. Concl. Aristot. 1. Eth c 5. Non omnis delectatio impedit actum rationis, sed quæ sequuntur actum concupiscibilis.

3. Concl. Aristot. 2. Phys. tex. 36. Duo possunt esse sibi inuicem causa, & sic operatio causat delectationes, vt causa efficiens, operatio perficit operationem vt finis. Vnde patet ad 3. quo petitur, quo modo perficiat.

Quæstio 34. De bonitate & malitia delectationum.

Art. 4. Vtrum omnis delectatio sit mala.

1. Concl. QVI dixerunt omnes delectationes esse malas, vt Stoici, solas corporales agnoscentes, à quibus omnino recedere oportere putarunt, errant. *Quia vita humana non potest esse sine sensibus & corporali delectatione.* Sunt ergo aliquæ delectationes bonæ.

1. Psal. 36. Delectare in Domino, &c.

2. Quies in bono conuenienti est bona, vt patet in naturalibus, vt quies in re conuenienti dicitur naturalis. Sed delectatio potest esse quies in bono conuenienti rationi: delectatio enim est quies in bono amato, consequens aliquam operationem. Ergo.

3. Operationum aliæ sunt bonæ, quibus sunt affines delectationes, quæ tempore præcedunt concupiscentiæ. Sed concupiscentiæ bonarum operationum sunt bonæ Ergo & delectationes.

2. Concl. Aliquæ delectationes sunt malæ.

Quia potest esse quies in re non conuenienti rationi, sicut in naturalibus in re non conuenienti naturæ, & aliqua dantur operationes malæ. Ergo.

† 3. Concl Licet delectatio in actu coniugali impediat vsum rationis: tamen non est mala, sicut nec somnus, quia ratio docet, vt quandoque eius vsus interrũpatur: vnde talis actus nullo modo est peccatum: procedit tamen ex peccato, quia in statu innocentiæ non fuisset rationis ligamen.

4. Concl. Temperatus non fugit omnes delectationes, sed immoderatas. Quod pueri & bestiæ eas sequantur, non ostendit vniuersè eas esse malas.

Quia mouentur appetitu à Deo indito

5. Concl. Non omnis boni est ars, sed factibilium exteriorum: at circa passiones est prudentia & virtus; licet sit aliqua ars factiua delectationis, vt pulmentaria, &c.

Art. 2. Vtrum omnis delectatio sit bona.

1. Concl. Non omnes delectationes sunt bonæ.

1. Prouer. 2. Qui lætantur, cum male fecerint. Ergo.

2. Quia errant Epicurei, putantes omnes delectationes esse bonas, non distinguentes inter bonum simpliciter, & bonum ad hunc: illud est secundum se bonum, hoc respectu huius: vel quia est ei conueniens propter dispositionem non naturalẽ, vt leproso comedere venenosa, vel quia æstimatur vt conueniens Vnde cum delectatio sit quies in bono, si sit bonum simpliciter, etiam delectatio erit bona simpliciter: si bonum sit ad hunc, delectatio

erit tantum bona huic secundum quid, vel apparens bona.

2. Concl. Nihil est honestum & vtile, quod non sit bonum.

Quia ista dicuntur secundum rationem delectabile, dicitur secundum appetitum, qui quandoque non fertur in bonum bonitate morali.

3. Concl. Finis potest esse bonus & malus, licet nũquam sit finis, nisi secũdum quod est bonum, quoad hunc idem de delectatione, quæ licet non quæratur propter aliud, potest tamen esse mala.

4. Concl. Vt non omne quod appetitur, est vere bonum, ita nõ omnis delectatio est per se bona.

Art. 3. Vtrum aliqua delectatio sit optima.

1. Concl. Aliqua delectatio potest dici optima inter bona humana: contra Platonem, qui contra sensit.

1. Beatitudo est optima, cum sit finis. Sed hæc non est sine delectatione. Psal. 15. Adimplebis me lætitia. Ergo.

2. Optimum in quaque re est vltimus finis. Sed vltimus finis hominis pro re, est Deus, qui est optimus, & pro vsu, est Dei fruitio, quæ importat delectationem. Ergo est aliqua delectatio optima inter bona humana.

2. Concl. Plato errauit dicendo, omnes delectationes esse generationes, & motus, qui sunt imperfecti.

Quia est falsum in intellectualibus. Deinde, quia putauit optimum, quod est simpliciter summum bonum esse abstractum: at nos loquimur de optimo in rebus humanis.

3. Concl. Aliquæ delectationes sequntur operationes perfectas, & istæ possunt esse optimæ.

4. Concl. Aristot. 1. Eth. c. 8. Optimum simpliciter est, cui non potest fieri additio: at alijs potest fieri, vel dicas, delectationes non esse quid extraneum ab operatione virtutis, sed eam concomitari.

5. Concl. Delectatio nõ habet, quod sit optima, quia est delectatio: sed quia est perfecta quies in optimo, vnde non quæuis est optima.

Art. 4. Vtrum delectatio sit mensura vel regula secundum quam iudicetur bonum vel malum in moralibus.

1. Concl. Lib. 7. Eth. c. 10. Delectatio voluntatis est regula boni & mali moralis, vt sit bonus, qui gaudet in operibus virtutum, malus qui in operibus malis.

1. August. & Arist. vocant delectationem finem. Ergo.

2. Bonum & malum morale sunt in voluntate: bona autem & mala voluntas ex fine cognoscũtur & id pro fine habetur, in quo homo quiescit. Sed quies sit delectatio. Ergo delectatio erit regula.

2. Concl. Dicendum, appetitus sensitiui nõ sunt regula veritatis & malitiæ moralis.

Quia omnia bona delectationis sunt communes bonis & malis, sed voluntas bonorum delectatur secundum rationem, malorum non ita. Ergo.

† 3. Concl. Delectatio habet rationem finis & principij, à quo maxime sumitur iudicium, non ita amor & desiderium, licet sint priora executione.

4. Concl. Omnis delectatio est vniformis quantum ad hoc, quod sit quies, & hoc modo potest esse regula.

5. Concl. Cum delectatio perficiat operationem per modum finis, non potest operatio esse bona perfecte sine delectatione, cuius bonitas est quodammodo causa bonitatis operationis.

Quæstio 35. De dolore, seu tristitia secundum se.

Art. 1. Vtrum dolor sit passio animæ.

1. Concl. Lib. 14. de ciu. c. 4. DOlor est animæ passio.

1. Ex Aug. qui dolorem reponit inter passiones.

2. Concl. *2. Patebit ex secunda conclusione.*

3 Concl. Dolor sicuti delectatio est passio animæ in parte appetitiua.

Nam omnis affectio circa bonum vel malum, quatenus sequitur apprehensionem, pertinet ad appetitum: quia bonum & malum sunt, sic, sint eius obiectum. Sed dolor & delectatio sunt huiusmodi: quia sicut ad delectationem requiritur cõiunctio cum bono, & eius de cõiunctione perceptio, ita ad dolorem contrarij & perceptio mali. Vnde quod non coniungitur sub ratione boni vel mali, non delectat, vel contristat. Ergo dolor & delectatio erunt motus in appetitu sensitiuo, vel intellectiuo.

3. Concl. Dolor, vt est in appetitu sensitiuo, proprijssime est passio.

Quia omnis motus appetitus sensitiui, maxime qui defectum sonat, est passio: sicut molestia corporales proprie passiones dicuntur. Ideo Aug. dolorem vocauit grauedinem.

† 4. Concl. Dolor dicitur esse in corpore, quia causa doloris est in corpore: sed motꝰ doloris semper est in anima, ratione cuius corpus dolet.

5. Concl. Dolor dicitur sensus, non quod sit actus partis sensitiuæ, sed quia sensus requiritur ad dolorem corporalem.

6. Concl. Dolor de amissione boni ostendit bonitatem naturæ, non quod dolor sit actus naturalis appetitus.

Art. 2. Vtrum tristitia sit idem quod dolor.

1 Concl. Dolor non est idem quod tristitia, quæ est veluti species quædam doloris, vt gaudium delectationis. *Nam vtraq; passio sequitur apprehensionem sensus, vel exterioris, vel interioris, scilicet intellectiuæ, vel imaginatiuæ, quæ ad plura se extendit, & complexiuæ etiam, quæ sensu exteriore percipiuntur. Ergo sicut dicitur sequens sensum exteriorem dicitur solum delectatio, & non gaudium, quod eam delectationem continet, sic dolor dicetur de exteriore & interiore, apprehensione, quam proprie sequitur tristitia, quæ est de malo apprehenso sensu interiore. Ergo erit species doloris.*

† 2. Concl. Quia dolor magis apparet in passione corporali, ideo specialiter dicitur de isto dolore, cum etiam dicatur de dolore animi.

3. Concl. Tristitia potest esse de præsenti, præterito & futuro: *quia sequitur cogitatiuam, quæ apprehendit omnia ista tempora*; at dolor est tantum de præsenti.

4. Concl. Sensibilia tactus sunt dolorosa, & vt improportionata virtuti apprehensiuæ, & vt contrariantur naturæ: at alia sensibilia non contrariantur naturæ, nisi in ordine ad tactum, licet possint esse improportionata. Vnde solus homo delectatur alijs sensibus secundum se, bruta vero vt referunt ad tactum: Ideo de sensibilibus aliorum sensuum nõ dicitur dolor, sed magis tristitia. Vnde dolor pro corporali sumptus diuiditur contra tristitiam: at vniuersè est eius genus: & interdum confunduntur.

Rom. 9.

Art. 3. Vtrum tristitia seu dolor sit contraria delectationi.

1. Concl. Dolor & delectatio sunt contraria.

24. de ciu. c. 13. 10. Met. tex. 13. *1. Latitia ex Aug. est voluntas in eorum consensione, quæ volumus, tristitia in dissensione, ab his, quæ volumus. At consentire, & dissentire sunt contraria Ergo.*

2. Ea, quorum obiecta sunt contraria, ipsa sunt contraria; quæ contrarietas sumitur à forma, quæ in passionibus sumitur ab obiecto. Sed obiecta harum passionum sunt contraria, scilicet bonum & malum præsens. Ergo.

† 2. Concl. Tristitia potest esse causa delectationis per accidens, & quatenus est de absentia boni, vel de præsentia mali, qua fit, vt vehementius quæratur delectabile, & prout ex desiderio delectationis, quis perferat tristitias, vt ad delectationem perueniat, & vtroque modo luctus præsens perducit ad consolationem æternæ vitæ.

3. Concl. Dolor potest esse delectabilis per accidens propter adiunctam admirationem, vt in spectaculis: vel vt facit recordari rei amatæ, & in vtroque casu delectatio oritur ex amore, ex quo quæ consequuntur, sunt delectabilia.

4. Concl. Cum voluntas & ratio in se reflectantur, earum actus, vt percipiuntur sub ratione boni vel mali, possunt esse materia doloris & tristitiæ. Vnde tristitia potest esse materia delectationis, vel contra non per se, sed per accidens, prout vtrumque accipitur in ratione boni vel mali.

Art. 4. Vtrum omnis tristitia omni delectationi contrarietur.

1. Concl. Aliqua sunt contraria secundum genus, aliqua secundum speciem.

Quia contrarietas sumitur à forma, quæ vel est generica, vel specifica. Ergo.

2. Concl. Aristot. 10. Met. Aliqua specificantur secundum formas absolutas, vt substãtiæ; aliqua per comparationem ad aliquid, vt motus ex termino. In illis formæ, quæ sunt sub eodem genere, interdum non sunt contrariæ secundum rationem speciei: sed tamen nunquam inter se conueniũt: in his vero species contrariorum generum aliquo modo conueniunt, quatenus contrario modo se habent ad contraria: vt recedere ab albo, & accedere ad nigrum.

3. Concl. Aristot 6. Ethic. Tristitia & delectatio habent contrarietatem genericam ex obiecto.

Nam vnum pertinet ad fugã, alterum ad persecutionem, respectu appetitus, vt in ratione, affirmatio, & negatio.

4. Concl. Delectatio & tristitia de eodem opponuntur secundum speciem: de diuersis vero, si illa non sint disparata, opponuntur disparate, si sint contraria, non opponuntur, sed habent conuenientiam & affinitatem, vt gaudere de bono, & tristari de malo: contrariorum enim non est eadem causa, sed ab eodem habitu procedit, vt quis gaudeat de vno, & tristetur de opposito, vt ex caritate gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.

Rom. 13.

† 5. Concl. Albedo & nigredo nõ habent speciem per habitudinem ad aliud, ideo non est par ratio in delectatione & tristitia.

6. Concl. Genus sumitur ex materia, quæ in accidẽtibus est obiectum: & ita delectatio & tristitia, quæ genere differunt, habent dispositiones contrarias in subiecto, quo fit, vt ex parte subiecti, quælibet delectatio sit medicina, contraria tristitiæ, maxime cum specie differunt.

7. Concl. Licet nõ omnis lætitia contrarietur tristi-

tiæ ſecundum ſpeciem, tamen quantum ad effectum contrariatur.

Quia vna confortat, altera moleſtia afficit animal.

Art. 5. Vtrum delectationi contemplationis ſit aliqua triſtitia contraria.

1 *Concl.* Delectatio contemplationis, quatenus contemplatio eſt delectationis obiectum, per ſe non habet contrarium.

1. Conuerſatio ſapientiæ non habet amaritudinem. Sap. 8. Greg. Nyſ. & Ariſt.

lib. 4. c. 12. 10. Eth. *2. Triſtitia contrariatur delectationi, quæ eſt de obiecto contrario. Sed obiecto contemplationis debil eſt contrarium, cum vnius contrarij ratio, ſit ratio cognoſcendi aliud. Ergo.*

2. *Concl.* Delectatio contemplationis non habet triſtitiam contrariam, ſicut corporales, quæ ſunt medicina contra moleſtias, quas excludunt.

Quia delectatio contemplationis non cauſatur ab exclusione moleſtiæ; Sed ex eo, quod contemplatio per ſe eſt delectabilis, cum ſit operatio perfecta.

3. *Concl.* Per accidens miſcetur lætitia delectationi apprehenſionis. 1. Ex parte organi directe in apprehenſione ſenſus vel ex ſenſibili, quod eſt contrarium, vel ex continuatione ſenſibilis, quæ duo reddunt apprehẽſionem prius delectabilem, triſtem: quæ non habent locum in apprehenſione rationis directe, cum mens non habeat organa. Indirecte tamen admiſcetur aliqua afflictio, ob vires ſenſitiuas, quibus vtitur. 2. Ex impedimento apprehenſionis.

4. *Concl.* Neutro modo triſtitia adiuncta contemplationi per accidens contrariatur delectationi eius. Non quæ naſcitur ex impedimento, *quia magis habet affinitatem, & eſt dictum: Vnde patet ad 4 non qua ex latitudine, quia pertinet ad aliud genus. & per accidens & indirecte ſe habent ad contemplationem mentis, Vnde patet ad 5. Ergo.*

5. *Concl.* Si contemplatio ſumatur pro cauſa delectationis, quę ex obiecto poteſt habere contrarium.

Quia poſſumus contemplari aliquid nocuum, & aliquid delectans.

† 6. *Concl.* Triſtitia ſecundum Deum non eſt de contemplatione, ſed de peccato, quod eſt contrarium delectationis diuinæ.

7 *Concl.* Contraria in re, in mente non ſunt contraria, ſed potius vnum eſt ratio cognoſcendi aliud.

8. *Concl.* Contemplatio ex ſe nunquam habet rationem mali: quia eſt conſideratio veri: ſed per accidens, vt contemplatio vilioris; quæ impedit contemplationem perfectioris, vel vt ratione rei contemplatæ ad quam appetitus afficitur inordinate.

Art. 6. Vtrum magis ſit fugiẽda triſtitia, quam delectatio appetenda.

1. *Concl.* Per ſe loquendo appetitus delectationis eſt fortior fuga triſtitiæ. 1. *Concl.*

1. Ex Dionyſ. bonum eſt fortius malo. Sed delectatio eſt appetibilis propter bonum, fuga triſtitia per malum. Ergo.

2. Cauſa delectationis, eſt bonum conueniens, triſtitiæ vero malum repugnans. Illud poteſt eſſe ſine illa diſſonantia, hoc non ſine conuenientia. Ergo delectatio poteſt eſſe integra & perfecta, triſtitia vero ſecundum partem, Ergo:

3. Bonum quod eſt obiectum delectationis per ſe expetitur, malum vero fugitur, vt eſt priuatio boni. At quod eſt per ſe potius eſt, eo quod eſt per accidens, quia magis natura tendit ad conueniens quam refugiat contrarium. Ergo.

2. *Concl.* Per accidens quis magis triſtitiam fugit, quam delectationem appetat.

1. Ex parte apprehenſionis, quia magis ſentitur amor, quem probat indigentia, ex qua procedit triſtitia. At delectatio indigentiã non habet. Quare quo magis ſentitur amor magis fugitur triſtitia.

2. Ex parte cauſæ contriſtantis, quæ repugnat bono magis amato, quam ſit bonum, quo delectamur.

3. Ex parte effectus, ſi triſtitia tollat delectationes omnes: Vnde patet ad 1.

† 3. *Concl.* Quia motus appetitiuæ eſt ab intrinſeco, ideo magis appetitur delectatio, quod talis motus tendit in conueniens: motus vero ſenſitiuæ eſt ab extrinſeco, & ſic magis refugitur contrarium: quo fit vt per accidens magis fugiatur triſtitia, prout delectationem requirit ſenſus.

4. *Concl.* *Ariſt. 3. Eth. c. 11.* Fortis non laudatur eo quod non vincitur à dolore quocunque, ſed eo, qui conſiſtit in periculis mortis, quæ magis fugitur, quam appetatur delectatio cibi. Temperatus magis laudatur quod non ſequatur.

Art. 7. Vtrum dolor exterior ſit maior quam interior.

1. *Concl.* Maior eſt dolor interior, quam exterior.

1. Eccl. 12. omnis plaga triſtitia cordis, & omnis malitia nequitia mulieris. Sed hæc ſuperat omnes malitias. Ergo triſtitia cordis omnes triſtitias.

2. Licet vterque dolor ſit motus appetitiuæ, diſ-

ſerunt

ferunt tamen in apprehensione, & causa, quæ est malum coniunctum: causa exterioris est malum repugnans corpori, interioris malum repugnans appetitui: exterior sequitur apprehensionem sensus, & maxime tactus; interior apprehensionem interiorem Sed ex vtraque parte interior est maior, Ergo. Ratione causæ, quia causa interioris est id, quod per se repugnat appetitui, exterioris vero repugnat corpori, & per hoc appetitui, at quod est per se est potius, Ergo. Ratione apprehensionis; quod apprehensio interioris est altior, quam apprehensio exterioris. Ergo.

3. A signo, aliquis patitur dolorem exteriorem, & videt interiorem: & si exterior non repugnat interioris appetitui, fit delectabilis interiore gaudio.

2. Concl. Quando exterior dolor est cum interiore, tunc dolor augetur.

Quoniam non solum interior, est maior, sed etiam vniuersalior, & quod repugnat corpori, potest etiam repugnare appetitui, & quod sensus apprehendit, etiam imaginatio, & ratio, non contra. Ergo & ideo tristitia continet plagam.

† 3. Concl. Comparatio horum dolorum non accipitur secundum diuersa mala, quæ sunt causa doloris, sed secundum diuersam comparationem huius causæ doloris ad appetitum.

4. Concl. Causa interioris doloris nõ est apprehensio, sed res apprehensa, quę quo magis apprehenditur, maior est dolor.

5. Concl. Immutationes corporales magis causantur ex dolore exteriore, qui causatur ex eo, ꝙ corrumpit coniunctum corporaliter, quam ex interiore: & ideo ex dolore exteriore homo potius moritur, quam ex interiore.

Art. 8. Vtrum sint tantum quatuor species tristitiæ.

1. Concl. Species tristitiæ sunt tantum quatuor, misericordia, inuidia, anxietas, & acedia.

1. Ex Greg & Damas. qui has ponunt.

loco cit. *2. Species fit ex additione ad genus, quæ si addat aliquid, quod virtute contineatur in eo, vt rationale in animali, facit speciem per se, si quid extrinsecũs, vt album, nõ facit varias species. Interdum vero, fiunt species per applicationem naturæ generis ad aliquid extraneum, vt natura ignis ad carbonem & flammam, quæ dicuntur species ignis & hoc modo hic assignantur species. Nam tristitia cuius obiectum est malum proprium, ex parte obiecti, vel est circa malum extraneum ad alterum tantum, & sic est misericordia, quæ malum alterum reputat suum: vel neque est de malo, neq; de proprio, sed de bono alieno, vt æstimatur malum proprium, & est inuidia Ex parte effectus qui est fuga, extraneum accipitur ad alterum tantum, quia tollitur fuga, & sic est anxietas & angustia quæ sista aggravet, vt impediat motum membrorum, & maxime cordis: est acedia.*

† 2. Conc. Quia delectatio est de bono quod vno modo dicitur, ideo non habet tot species, vt tristitia causata ex malo quod multifariam contingit.

3. Concl. Pœnitentia est de malo proprio, ideo non pertinet ad tristitiam: zelus & nemesis continentur sub inuidia.

4. Concl. Hæc diuisio non sumitur ex oppositione specierum, sed secundum extranea, ad quæ trahitur ratio tristitiæ.

Quæstio 36. De causis tristitiæ, seu doloris.

Art. 1. Vtrum causa doloris sit bonum amissum, vel malum coniunctum.

1. Concl. lib. 2. c. 12 Magis est causa doloris malum coniunctum, quam bonum amissum.

1. Ex Dam. expectatum malum timorem, coniunctum tristitiam causat.

2. Passio, quæ dicit recessum à malo magis causatur à malo coniuncto, quã à bono amisso. Sed talis est tristitia, quia dicit fugam à contrario, Ergo; maior patet, quia motus appetitus se habet vt recessus à contrario & accessus ad conueniens in natura, & recessus prius respicit contrarium, sicut accessus id, quod est conueniens, licet causa motus, & in naturalibus grauitas, & in appetitu amor, prius tendat in conueniens. Ergo & delectatio prius respicit bonum adeptum, ita tristitia malum cõiunctum, quod magis causabit tristitiam, quam bonum amissum.

2. Concl. In natura priuatio nihil aliud est, quam carentia oppositi: & ita idẽ esset tristari de bono amisso, & de malo habito: at vero in apprehensione animæ, est ens rationis, & ita cum malum sit priuatio, se habet per modum contrarij. Vnde quantum ad motum appetitus differt, vtrum prius respiciat malum coniunctum, quam bonum amissum.

† 3. Con lib. 8 q. Dmic. c. 4. Concl. Vt amissio boni apprehenditur vt mala, ita amissio mali vt bona, ideo Aug. dicit doloꝛẽ causari ex amissione boni.

Delectatio & dolor ei contrarius idem spectant sub ratione contraria: & in vno contrariorum includitur priuatio alterius: ideo tristitia: quæ est de contrario, est quodammodo de eodem sub contraria ratione.

5. Concl. Licet amor, qui est causa tristitiæ sit de bono, non tamen necesse est vt tristitia prius respiciat bonum.

Nam cum ex vna causa proueniunt multi motus, quilibet respicit primum quod ei conuenit, secundum suam rationem.

Artic. 2. Vtrum concupiscentia sit causa doloris.

. *Concl.* Motus appetitus sensitiui est similis naturali, ratione finis, qui in natura est locus, in appetitu vero obiectum: & ratione causæ vnde motus, quæ in natura est inclinatio naturalis, in appetitu inclinatio interior, quæ prius tendit in bonum, tum refugit malum; causa motus in bonum est amor, fugæ vero contrarij, odium, & quia concupiscentia est primus effectus amoris, ideo Aug. sæpe concupiscẽtiam, vel cupiditatem pro amore ponit. Et hoc modo ait concupiscentiam esse causam vniuersalem doloris.

5. *cim. c. 7.* *'n Enchi.* *:. 14.*

. Concl. Concupiscentia secundum suam rationem interdum est causa doloris.

Nam quod impedit motum ne perueniat ad terminum est motus contrarium, & quod est contrarium motui appetitus contristat: & sic per consequens concupiscentia est causa tristitiæ, prout de retardatione boni concupiti, vel totaliter ablati tristamur.

. Concl. Concupiscentia non est causa vniuersalis doloris.

1. Quia, vt est dictum, non est vniuersalis causa motus appetitus.

2. Quoniam magis dolemus de subtractione bonorum præsentium, quibus delectamur, quam futurorum, quæ concupiscimus, Ergo.

† 4. *Concl.* Motus respicientes bonum ponuntur causa motuum appetitus, qui respiciunt malum.

Quia inclinatio in bonum est causa declinationis mali.

:. Concl. Licet concupitum ex se sit futurum, est tamen præsens inquantum speratur. Rursus concupitum est causa doloris, quia non est præsens.

i. Concl. Concupiscentia est delectabilis ob spem adipiscendi, qua sublata, propter impedimentum appositum, concupiscentia dolorem causat.

Art. 3. Vtrum appetitus vnitatis sit causa doloris.

. Concl. *. de li. arb.* *. 23.* Appetitus vnitatis est causa doloris, vt cupiditas boni.

1. Dolor, ait Aug est sensus diuisionis impatiens. Ergo.

2. Bonum cuiusque rei in quadam vnitate consistit: & ideo Platonici dixerunt vnum esse principium, sicut & bonum. Ergo naturaliter vnumquodque appetit vnitatem, sicut & bonitatem. Ergo vt amor, vel appetitus boni est causa doloris, ita appetitus vnitatis.

Non omnis vnio, sed illa à qua pendet esse, perficit rationem boni: vnde non omnis appetitus vnionis est causa doloris, vt appetitus repletionis ciborum, sed eius in qua cõsistit perfectio naturæ. † 2. *Concl.*

Separatio, vt remouet contrarium est delectabilis, vel vt habet vnionem adiunctam, vt sensibilis ad sensum. 3. *Concl.*

Separatio corrumpentium appetitur, in quantum tollunt debitam vnionem & ita talis appetitus, est magis ab appetitione vnionis. 4. *Concl.*

Art. 4. Vtrum potestas cui non potest resisti, sit causa doloris.

Potestas maior ponitur causa doloris.

1. Inane, ait Aug dolorem facit sensus resistens potestati maioris. 1. *Concl.* *li. de natura boni. c. 20.*

2. Causa communionis mali, est causa doloris: quia malum communem dolorem causat. Sed maior potestas est huiusmodi; quia per eam aliquis compellitur ad faciendum, quæ propria voluntati repugnant; & quod aduenit contra inclinationem est ab actione fortioris. Ergo. Quod si potentia fortior tantum possit, vt inclinationem contrariam mutet, non sequetur dolor, sed solum cum remanet inclinatio in contrarium. Vnde ait Aug. quod si voluntas consentiat, non sequitur dolor, sed delectatio. Vt si agens fortius removeret à corpore grauitatem, sursum ferri esset naturale.

Maior potestas est causa doloris, non in potentia, sed, vt actu coniungit contrarium cum appetitu. †2. *Concl.*

Minor potestas, potest esse maior secundum quid & sic causare dolorem: at si non sit maior aliquo modo, non potest dolorem inferre. 3. *Concl.*

Exteriora agentia possunt mouere appetitum, dum causant præsentiam obiecti, & sic causare. 4. *Concl.*

Quæstio 37. De effectibus doloris, vel tristitiæ.

Art. 1. Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.

Magnus dolor sensibilis aufert facultatem addiscendi. 1. *Concl.* *lib. 1. solilo. c. 12.*

1. Ex Aug. qui hoc docet.

2. Quod impedit applicationem animæ talem producit effectum, quia cum omnes potentiæ in vna anima radicentur intentio ad vnam operationem

nem distractio ab alia, cum vna sit animæ intentio. Sed dolor sensibilis maxime trahit ad se animam; quia quælibet res naturaliter inclinat ad remotionem contrarij. Ergo cum ad addiscendum aliquid de nouo magna requiratur attentio, hoc fit valdè impedietur à dolore.

Prom. 2.

2. Concl. Tantum potest dolore crescere, vt etiam auferatur facultas considerandi, etiam quæ prius aliquis sciuit.

Patet eadem ratione.

3. Concl. In hoc attendendus est amor sciendi, quia pro magnitudine amoris sciendi plus minuse quis impeditur.

† 4. Concl. Tristitia moderata potest conferre ad studium: maxime cum est spes liberandi se à tristitia: quia excludit animi euagationem.

2. Eth. c. 11.

5. Concl. Delectatio etiam impedit intentionē, sed magis dolor, vt patet in naturalib⁹, vbi actiones magis intenduntur in contrarium: vt aqua calefacta magis patitur à frigido: quod si ista duo sint moderata, per accidens iuuant.

6. Concl. Dolor exterior est cum adhæsione corporali, & ideo habet maiorem immutationem, quam interior, qui tamen maior est secundū rationem formalem doloris, qui est ex parte animæ. Ideo magis impedit contemplationem, quæ requirit omnimodam quietem: idem facit etiam interior.

Art. 2. *Vtrum aggrauatio animi sit effectus tristitiæ vel doloris.*

1. Concl. Aggrauatio animi est effectus tristitiæ.

1. *Greg. & Damasc. ponunt tristitiam aggrauantem.*

2. *Quod per modum ponderis impedit alterius motum, dicitur illud aggrauare, vt patet in corporibus, à quibus per metaphoram passiones nominantur; vnde fernor amoris, & delectationis dilatatio, & tristitiæ aggrauatio tribuitur: sed tristitia id efficit respectu motus appetitus: quia causatur ex malo præsenti, quo fit vt impediatur, ne feratur, quo vult. Ergo.*

2. Concl. Si non sit tanta vis mali, vt tollat spem remouendi ipsum, remanet motus ad ipsum repellendum: si vero omnis spes euationis excludatur, nō modo motus animæ impeditur angustiatis, sed etiam motus exterior, vt in stupidis.

† 3. Concl. Erectio animi cōtraria aggrauationi prouenit ex tristitia, quæ est secundum Deum, ob spem remissionis peccati.

4. Concl. In motu appetitus ad idem refertur aggrauatio, & constrictio.

Quia ex aggrauatione non progreditur ad exteriora, sed in se constringitur.

Tristitia obsorbet, cum omnis euadendi tollitur spes: & ita ex aggrauatione, sequitur quod absorbeat. 5. Concl.

Art. 3. *Vtrum tristitia vel dolor debilitet omnem operationem.*

Tristitia impedit omnem operationem, si operatio compararetur ad tristitiam, sicuti ad id, de quo tristitia. 1. Concl.

1. *Delectatio operationem perficit. Ergo tristitia impedit.*

2. *Nunquam ita bene facimus cum tristitia id quod cum delectatione, aut sine tristitia facimus: quia voluntas est causa operationem humanarum; & ideo quando operatio est de re, qua quis tristatur, actio debilitatur. Ergo.*

Si operatio comparetur ad tristitiam vt ad principium, & causam, tristitia auget operationem. 2. Concl.

Nā quo magis quis de re aliqua tristatur, tanto magis conatur reijcere, modo remaneat spes expellendi, quod in hoc articulo supponitur: alias enim nullus motus ex tristitia oriretur. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. *Vtrum tristitia magis noceat corpori, quam aliæ animæ passiones.*

Vita humana consistit in quadam moderata motione à corde in alia membra, cui nocet motio excedens eius mensuram, & motio contraria secundum speciem, vt constrictio, & retractio. 1. Concl.

In omnibus animæ motibus transmutatio corporis, quæ est veluti materia passionum, est conformis motui appetitus, quia est formalis. 2. Concl.

Quia in omnibus materia proportionatur formæ.

Passiones quæ important motum prosecutionis vt amor, desiderium, &c. non repugnāt motui vitali, & si non excedant mensuram motus vitæ, iuuant: si autem excedant, repugnant & nocent. 3. Concl.

Passiones, quæ important motus appetitus cum fuga, vel retractione simpliciter nocent corpori, vt timor, desperatio, & tristitia. 4. Concl.

Quoniam non solum secundum quantitatem, sed etiam secundum speciem motus repugnant conseruationi vitali.

Inter has maxime repugnat tristitia. Si quidem magis aggrauatur animus motui ex malo præsenti, cuius est fortior impressio, quia mali futuri; & Sapiens ait, a tristitia festinat mors. 5. Concl.

Licet tristitia sit in anima; tamen, quod † 6. Concl.

Prou.15 25. Eccl.38. anima naturaliter mouet corpus, ſpiritualis eius motus poteſt eſſe cauſa tranſmutationis corporis.

7. Concl. Aliæ paſſiones habent motum cõformem ex ſe, motui vitali, non ita triſtitia.

2. Concl. Facilius ex læſione corporis impeditur vſus rationis, quam lędatur vita, & triſtitia etiam rationem lædit, vt cum quis ex dolore incidit in melancholiam: & ira, ac timor maxime lædunt ex admixtione triſtitiæ.

Quæſtio 38. De remediis triſtitiæ ſeu doloris.

Art. 1. Vtrum dolor vel triſtitia mitigetur per quamlibet delectationem.

1. Concl. QVælibet delectatio affert remedium ad mitigandam quamcumque triſtitiam ex quocumque procedat.

Lib. 7. Eth. c. vlt. *1. Ex Ariſt. qui hoc docet, ſi delectatio ſit fortis.*

2. Sic ſe habet delectatio, quæ eſt quies in bono conuenienti ad triſtitiam, quæ oritur ex malo repugnanti, ſicut quies corporis ad fatigationem, quæ oritur ex trãſmutatione innaturali, quia ipſa triſtitia, fatigatio, ſine ægritudo quædam eſt animi. Sed qualibet quies corporis eſt remedium contra quamuis fatigationem ex quacunque cauſa innaturali prouenientem. Ergo & delectatio.

† 2. Concl. Licet non omnis delectatio contrarietur omni triſtitiæ ſecundum ſpeciem; contrariatur tamen ſecundum genus, & ideo ex parte diſpoſitionis ſubiecti quælibet delectatio, quamlibet mitigat triſtitiam.

3. Concl. Delectationes malorum non cauſant triſtitiam in præſenti, ſed in futuro: cui triſtitię ſubuenitur per aliam delectationem.

4. Concl. Duæ cauſæ ad contrarios motus inclinantes impediunt, ſed fortior vincit: v.g. amicus delectatur de eo, quod agit cum amico mortuo: ſed quia amor præſentis, & bonum ſui magis mouet, ideo tandem delectatio triſtitiam pellit.

Art. 2. Vtrum dolor vel triſtitia mitigetur per fletum.

1. Concl. Lachrymę & gemitus naturaliter mitigant triſtitiam.

Lib. 4. conf. c. 4. *1. Aug. In ſolis gemitibus aliquantula quies.*

2. Quod intẽtionem animæ circa nocium diſgregat, triſti tam minuit: quia nocium intus clauſum magis affligit, cum anima intẽta circa ipſum minus ſpectetur. Sed fletus & gemitus id præſtant: quia per iſta anima intentio ad exteriora fertur, & ideo homines exterius ſuam triſtitiam manifeſtant, vt eam mitigent. Ergo.

3. Operatio conueniens hominis ſecundum diſpoſitionem, in qua inuenitur, eſt delectabilis. At fletus, &c. ſunt operationes conuenientes dolentibus. Ergo.

† 2. Concl. Licet luctus ſit effectus triſtitiæ; tamen qa effectus eſt conueniens cauſæ, ideo delectabilis, & per contrariam habitudinem ad contriſtans poteſt mitigare triſtitiam.

3. Concl. Riſus non mitigat lætitiam, quia non habet habitudinem contrariam ad id, quod lætitia afficit: & ita ſimile auget ſimile.

4. Concl. Licet fletus includat imaginationem contriſtantis: tamen quia homo imaginatur, ſe facere, quod tali ſtatui conuenit, delectatur: & ſi riſus forſan excidat, triſtatur, quia non conuenit.

Art. 3. Vtrum dolor & triſtitia mitigentur per compaſſionem amicorum.

1. Concl. Amicus condolens triſtitiam mitigat.

9 Eth c 12. *1. Amicum condolentem, ait Ariſtot. conſolatur.*

2. Quod ſublenat onus à triſtitia impoſitum ea mitigat: quia triſtitia aggranat. At id efficit amicus condolendo, quoniam qui contriſtatur, imaginatur illud onus, vna cum ipſo contriſtantem ferre, ideo leuius fert, vt patet in oneribus corporalib.

3. Ex eo, quod amicum contriſtatur, qui eſt in dolore, percipit ſe amari, quod eſt maxime delectabile. Sed omnis delectatio mitigat triſtitiam. Ergo.

† 2. Concl. In condolendo & congaudendo manifeſtatur amicitia, & ideo vtrobique cauſatur delectatio.

3. Concl. Dolor amici ex ſe contriſtat. Sed conſideratio cauſæ eius, id eſt, amoris, magis delectat. Vnde patet ad 3. quia non conſideratur malum amici.

Art. 4. Vtrum per contemplationem veritatis dolor & triſtitia mitigentur.

1. Concl. Cõtemplatio veritatis mitigat triſtitiam, & eo magis, quo quis eſt amator ſapientiæ.

Lib. 1. ſolil. c. 12. *1. Ex Auguſt. qui hoc docet.*

Eccl. 1. *2. Quod cauſat delectationem, dolorem mitigat. At contemplatio veritatis maximam affert delectationem, & homines ex contemplatione futuræ beatitudinis gaudent. Iacob. 1. omne gaudium, &c. & quod amplius eſt, etiam inter corporis cruciatus reperitur hoc gaudium, ideo Tyburtius martyr ſuper prunas incedens, putabat ſe ſuper flores incedere. Ergo.*

† 2. Concl. Scientia addit dolorem, vel ob difficultatem inueniendę veritatis, vel quia multa manifeſtat, quæ voluntati contrariantur.

3. Concl. Intellectus ſpeculatiuus non mouet animum

mum ex parte rei consideratæ, sed ex parte contemplationis, quæ est bonum naturaliter delectabile.

4. Concl. In viribus animæ fit redundantia à superioribus ad inferiores, & ita mitigatur dolor in sensu.

Art. 5. Vtrum dolor & tristitia mitigentur per somnum & balnea.

1. Concl. Somnum, balneum, & quæ naturam reformant corporalem, tristitiam mitigant.

Lib 6. conf. c. 12. 1. *Ex Augustino, qui hoc docet.*

2. *Quod naturam ad conuenientem statum vitalis motionis, cui tristitia repugnat, reducit, tristitiam mitigat. Id faciunt somnus, &c. vt patet ex Augusti. Ergo.*

3. *Ex hoc, quod per ista remedia natura reducitur ad suum statum, causatur delectatio, quatenus debita dispositio sequitur. At delectatio mitigat tristitiam. Ergo. Vnde soluitur.*

† 2. Concl. Delectationes se inuicem impediunt, & tamen omnis delectatio tristitiam mitigat: vnde ex causis se impedientibus potest mitigari tristitia.

3. Concl. Omnis corporis dispositio aliquo modo redundat ad cor, vt ad principium, & finem corporalium motionum.

Quæst 39. De bonitate & malitia tristitiæ seu doloris.

Art. 1. Vtrum omnis tristitia sit mala.

1. Concl. OMnis tristitia secundum se considerata est mala.

Nam quod impedit quietem appetitus in bono, id ex se est malum, quia appetitus anxiari ob malum præsens habet rationem mali. Tristitia id efficit. Igitur.

2 Concl. Arist. 4. Eth. c. vlt. Supposito aliquo contristabili, vel doloroso ad bonitatem pertinet, quod aliquis de ea tristetur, aut doleat. Et sic erit bona vel mala tristitia ex suppositione, sicuti & verecundia.

1. *Tristitia de malo est contraria delectationi de bono. Sed hæc est mala. Ergo illa bona.*

2. *Supposito malo præsenti, si non dolet; vel est, quia non sentit, vel quia non reputat sibi repugnãs. Sed vtrumq; istorum est malum. Ergo bonum erit, si tristabitur.*

8. Super Gen. ad lit. c. 14. 3. *Ex Augusti. qui ait, bonum esse dolere de amisso bono.*

3 Concl. Hoc bonum est suppositione, debet bonũ iudicari, sicut voluntarium ex suppositione est voluntarium. *Quia mores ex actibus singularibus iudicantur.*

† 4. Concl. Tristitia dicitur ex se mala, ex parte mali tristantis, non autem ex parte repudiantis malum. Et ex eo, quod omnes fugiũt malum, etiam tristitiam fugiunt, sed refutationem & sensum mali non ita, quia hoc est bonum: vnde patet ad 2. & 3.

Art. 2. Vtrum tristitia possit esse bonum honestum.

1. Concl. Tristitia vt est quid bonum, potest habere rationem honesti.

1. *Quod meretur præmium æternæ vitæ, habet rationem honesti. Tristitia est talis, quia beati sunt qui lugent. Matth 5. Ergo.*

2. *Tristitia quæ procedit ex rectitudine rationis & voluntatis, habet rationem honesti, honestum enim ex his duobus procedit: sed aliqua tristitia potest ista duo habere, cum tristitia sit bona secundũ cognitionem, & refutationem mali quæ duo in dolore corporali demonstrant bonitatem naturæ sentientis & resistentis malum, in interiore tristitia cognitio mali est secundum rectam rationem, & recusatio secundum bene dispositionem. Ergo.*

† 2. Concl. Iob. 12. super Gen c. 33. 3. Concl. Per nimiam tristitiam recedit à ratione honesti: & de hac intellige Augusti.

4. Concl. Tristitia de bono procedit ex ratione & voluntate peruersa, & ideo minuit laudem & meritum: vt si quis cum tristitia daret eleemosynam.

Tristari de malo pœnę, quod Deo volente alicui accidit, nõ est repugnare volũtati Dei.

Art. 3. Vtrum tristitia possit esse bonum vtile.

1. Concl. Sap. 7. Tristitia potest esse bonum vtile.

1. *Cor Sapientis ubi tristitia, ait Script. At sapiens non quærit nisi vtile. Ergo.*

2. *Ex malo præsenti oritur duplex motus, alter quo appetitus contrariatur malo præsenti, & hinc nulla oritur vtilitas, quia præsens non potest non esse præsens: alter ad repellendum contristans, & hoc modo tristitia habet vtilitatẽ, si sit de eo, quod sit fugiendum. Quod ergo facit malum fugere, est vtile: sed hoc facit tristitia; nam aliquod est fugiendum sua natura, quia ex se est malum, vt peccatũ. de quo tristari est vtile. Vel quia est occasio mali, vt sunt bona temporalia, quibus homo nimis inhæret. Quare tristitia omni fugiendo est vtilis quia geminatur causa fugiendi, & ratione mali, & ratione tristitiæ, quam omnes fugiunt.*

2. Cor. 7. Eccl. 7. Tristitia dicitur multos occidisse, quatenus est immoderata.

† 3. Concl. Vt aliquid est minus eligibile propter tristitiam, ita fugiendum, sit magis fugiendum ob eandem tristitiam.

1. Concl. Tristitia de operatione impedit operatio-

4. Concl.

nem, at triſtitia de ceſſatione operationis facit auidius operari.

Art. 4. Vtrum dolor corporis ſit ſummum malum.

1. Concl. Impoſſibile eſt aliquam triſtitiam ſeu dolorem eſſe ſummum malum.

1. Culpa eſt magis malum, quam pœna. Sed triſtitia ſeu dolor pertinet ad pœnam. Ergo.

2. Omnis dolor aut eſt de vero malo, aut de apparenti malo, quod eſt vere bonum. Sed neuter poteſt eſſe ſummum malum. Ergo: non primus, quia poteſt dari peius, vt non iudicare eſſe malum, vel non reijcere: non alter, quia peius eſſet alienari à vero bono, quam ab apparenti bono.

2. Concl. In omni triſtitia eſt aliquid bonum, cuius priuatione poteſt fieri peius: ſed non in omni delectatione eſt aliquid mali, vt poſſit fieri ex remotione melior. Vnde delectatio poteſt eſſe ſummum bonum, non autem triſtitia ſummum malum.

3. Concl. Hoc ipſum quod eſt repugnare malo, eſt aliquid boni, & ideo nulla triſtitia poteſt eſſe ſummum malum.

4. Concl. Maius malum eſt, quod nocet animæ, quã quod nocet corpori.

Quia peius eſt, quod nocet meliori.

Quæſt. 40. De paſſionibus irascibilibus, & primo de ſpe & deſperatione.

Art. 1. Vtrum ſpes ſit idem quod deſiderium, vel cupiditas.

1. Concl. SPes differt à deſiderio.

1. Diuerſarum potentiarum paſſiones ſpecie differũt. Sed ſpes eſt in irascibili, deſiderium in concupiſcibili. Ergo.

2. Paſſiones, quæ habent obiecta diſtincta, ſunt diſtinctæ: diſtinctio enim ſumitur ab obiecto. Sed ſpes & deſiderium, ſeu cupiditas ſunt bonus modis. Ergo. Nam obiectum ſpei eſt bonum, quo differt à timore, & futurum, quo differt à gaudio: arduum quo à deſiderio, quod eſt de bono abſolute: & poſſibile, quo à deſperatione. Ergo. Vnde ſpes ſupponit deſiderium.

† 2. Concl. Auguſt. interdum cupiditatem pro ſpe ponit, vt cupiditas ſit boni ardui.

3. Concl. Eccl. 30. 14. de ciu. c 8. Obiectum ſpei eſt bonum cum arduitate, non futurum tantum, neque tantum poſſibile, quę tamen differentia non eſt omnino per accidens in obiecto appetitiuæ.

Quia appetitus non eſt niſi ad poſſibile: Vnde propter arduitatem à cupiditate, & poſſibilitatem à deſperatione differt. Vnde patet ad 3.

Art. 2. Vtrum ſpes ſit in vi apprehenſiua, an in vi appetitiua.

1. Concl. Spes eſt in vi appetitiua, non in cognoſcitiua.

1. Spes eſt de bono. Sed circa bonum verſatur appetitus. Ergo.

2. Spes importat quandam extenſionem appetitiuæ in bonum. Sed hoc pertinet ad appetitũ, quia appetitus eſt motus in res, cognitio vero potius fit, prout res ſunt in cognoſcente. Ergo.

2. Concl. Vis cognoſcitiua repræſentat appetitiuæ obiectum, & ita pro varietate repræſentationis, varij motus deſiderij in ea oriuntur: Vt boni & mali, præſentis & futuri, abſoluti & arduj, poſſibilis & impoſſibilis. Spes ergo eſt motus appetitiuæ, conſequens apprehenſionem boni, ardui, poſſibilis acquiri.

† 3. Concl. Aliquid poteſt acquiri vel vi propria, vel alterius, illud proprie ſperatur, hoc expectatur: quatenus vis cognoſcitiua, non ſolum bonum intentũ, ſed etiam medium aſſequendi reſpicit: & ſic motus ſpei interdum dicitur expectatio.

4. Concl. Rom. 8. Spes dicitur fiducia ab exiſtimatione præcedente, quod poſſit ſperatum bonum acquirere.

5. Concl. Certitudo attribuitur ſpei, vt etiam motui naturali propter certitudinem cognitionis, quæ præcedit motum appetitus.

Art. 3. Vtrum ſpes ſit in brutis animalibus.

1. Concl. In brutis eſt ſpes & deſperatio.

1. Spes eſt paſſio irascibilis. At iſta eſt in brutis. Ergo.

2. Interiores paſſiones animalium ex motibus exterioribus deprehenduntur. At ex motu exteriore apparet in brutis eſſe ſpem. Ergo: Nam ſi canis videat leporem nimis diſtantem, non mouetur, quaſi non ſperans ſe poſſe aſſequi, ſi prope, mouetur vt capiat. Mouetur autem brutum ex apprehenſione intellectus non communis, qui naturam inſtituit, & naturalem inſtinctum impreſſit: at appetitus humanus ab intellectu communi.

† 2. Concl. Inſtinctu naturali bruta mouentur in futurum, ac ſi futurum præuiderent.

3. Concl. Obiectum ſpei non eſt poſſibile, vt eſt differentia veri, quia ſic ſequitur habitudinem prædicati ad ſubiectum: ſed vt poſſibile dicitur ſecundum aliquam potentiam.

4. Concl. Licet futurum non cadat ſub viſu, ſed ex his, quæ videntur in præſenti, appetitus fertur in

tur in aliquid futurum prosequendum.

Artic. 4. Vtrum spei contrarietur desperatio.

1. Concl. Spei contrariatur desperatio, vt recessus accessui.

1. Quia desperatio nominatur per contrarium spei.

2. Passiones, quarum altera circa idem importat accessum, altera recessum sunt contrariæ. Sed ita se habent spes & desperatio, quia vtriusque obiectum est bonum arduum, quod ratione spei habet vim attrahendi propter possibilitatem, vnde spes accedit, respectu desperationis propter impossibilitatem, habet rationem repulsus, & sic per desperationem recedimus Ergo.

† 2. Concl. Timor contrariatur spei ratione obiecti boni & mali: quę contrarietas ex se est in passionibus concupiscibilis ratione, quarum reperitur etiam in passionibus irascibilis.

3. Concl. Desperatio non respicit malum vt malum, sed per accidens, vt facit impossibilitatem adipiscendi: potest autem esse desperatio ex solo excessu boni.

4. Concl. Desperatio non dicit solam negationem spei, sed recessum, quæ supponit desiderium, vt etiam spes: & ita vtraque est de bono, quia non desideramus, nisi bonum.

Art. 5. Vtrum causa spei sit experientia.

1. Concl. Experientia est causa spei.

3. Eth. c. 8. *1. Sunt bona spei, aut Arist. qui multoties dicerunt, quod pertinet ad experientiam.*

2 Quod facit aliquid possibile, vel existimare, vt possibile, auget spem, quia eius obiectum est futurum arduum possibile. Sed experientia hoc duobus modis facit aliquid possibile Ergo. Primo modo augent spem diuitiæ, fortitudo, & maxime experientia per quam homo acquirit facultatem faciendi de facili: Secundo modo doctrina, persuasio & experientia, quæ fit possibile, quod antea non putabatur. At hoc secundo modo potest etiam esse causa delectus spei. Vnde magis est causa spei, cum eam duobus modis causet.

† 2. Concl. Experientia non solum scię̃tiam, sed etiam habitum causat, qui facit operationem faciliorem, ad quod etiam iuuat scientia.

3. Concl. In enibus est defectus spei ob experientiã, quæ facit existimationem rei impossibilis.

4. Concl. Stultitia & inexperientia sunt causa spei p accidens, remouendo scientiam, qua existimatur aliquid vere non possibile.

Art. 6. Vtrum in iuuenibus & inebriosis abundet spes.

1. Concl. Iuuentus est causa spei propter tria, quæ sunt in obiecto spei. Obiectum spei est futurum, & iuuenes habent plus de futuro, quam de præterito, & memoria, & quia spes est futuri, ideo multum spe viuunt. Est etiam arduum, quia iuuenes abundant spiritibus, in eis cor ampliatur, ex qua amplitudine ardua aggrediuntur. Est possibile, & qui carent experientia, & non passi sunt repulsam, vt iuuenes, reputant aliquid possibile. Abundantia spirituum, ac inconsideratio. Ebrios & defectus considerationis stultos facit bene sperare.

† 2. Con. In iuuenibus & stultis est firmitas saltem secundum existimationem.

Quia suos defectus non cognoscunt, & inexperientia, & experientia est causa spei. Vnde soluuntur tria argumenta.

Art. 7. Vtrum spes sit causa amoris.

1. Concl. Spes vt respicit bonum speratum, causatur ex amore.

Quia non speratur, nisi bonum desideratum & amatum.

2. Concl. Spes prout respicit illum, per quem nobis fit bonum possibile, est causa amoris.

Quia cum speramus in nos bonum prouenire ab aliquo, in ipsum mouemur, vt in nostrum bonum, & amare incipimus: & ex hoc per accidens ex amore causatur spes: quia credimus redamari. Vnde amari ab aliquo facit sperare de eo; Sed amor eius ex spe qua habetur, causatur. Vnde patet ad tria argumenta.

Art. 8. Vtrum spes conferat ad operationem vel magis impediat.

1. Concl. 1. Cor. 9. Spes per se adiuuat operationem intendendo ipsam.

1. *Ex Paul. qui ait, Qui erat in spe, &c.*

2. *Spes quantum ad obiectum, & effectum non impedit, sed excitat intentionem operandi Ergo. Ex parte obiecti, cum sit bonum, ideo excitat; & cum sit possibile, non retardat conatum. Ergo. Ex parte effectus, quia causat delectationem, vt est dictum. At delectatio iuuat operationem. Ergo.*

† 2. Concl. Securitas respicit malum vitandum; & ita magis opponitur timori, quam pertinet ad spem: & non causat negligentiã, nisi vt omittitur existimatio ardui, in quo est ratio spei.

3. Concl. Spes per se delectationem causat, per accidens tristitiam.

4. Concl. Desperãtes debilitantur fugiendo, sed sperant mortem vindicare, ex qua spe acrius pugnant. Quare licet sit contraria spei; tamen operationem iuuat.

Quæstio 41. De timore secundum se.

Art. 1. Vtrum timor sit passio anima.

1. Concl. INter cæteros animę motus, post tristitiam, timor magis rationem obtinet passionis.

1. Ex Aug quis inter passiones reponit.

2. Ad passionem requiritur, vt sit motus virtutis passiuæ causatus ab obiecto mouente. & virtutis passiuæ proprie dicitur passio motus appetitus organici, qui fit cum transmutatione corporali, & adhuc propriissime si nocumentum importat: sed timor cum sit de malo pertinet ad appetitum, & ad sensitiuum, quia fit cum transmutatione, & quia est de malo, vt superat aliquod bonum erit verissime passio, sed post tristitiam, quia est de malo futuro.

2. Concl. Virtus nominat principium actionis; & ideo motus interiores appetitiuæ potentiæ, vt sunt principia exteriorum actuum, dicuntur virtutes.

3 Concl. Passio in anima fit ex præsentia agentis, quod realiter est præsens secundum apprehensionem.

4. Concl. Ex apprehensione præsentis, animal mouetur circa futurum malum.

Art. 2. Vtrum timor sit specialis passio.

1. Concl. Timor est specialis passio.

1. Quia condiuiditur cum alijs passionibus à Damasce.

2. Quæ habet speciale obiectum est specialis passio; quia ab obiecto passio specificatur. At timor habet speciale obiectum, id est, malum futurum difficile, cui non potest resisti. Ergo.

† 2. Concl. Omnes passiones ab vno principio, id est, ab amore pendent, in quo habent ad inuicem connexionem, ob quam, remoto timore, remouentur aliæ: non tamen quod ipse sit generalis passio.

3. Concl. Non omnis fuga est timor, sed ab aliquo speciali obiecto, licet fuga sit quid generale.

4. Concl. Timor non est in concupiscibili, *quia non respicit malum absolute* sed ei attribuitur, quæ sunt concupiscibilis, *quia passiones irascibilis terminantur in passionibus concupiscibilis:* & ita timori tribuitur tristitia.

Art. 3. Vtrum sit aliquis timor naturalis.

1. Concl. Timor de malo corruptiuo, quod natura refugit propter naturale desiderium essendi, est naturalis.

2. Ratio 1. *Ex Arist. qui hunc timorem vocat naturalem.*

2. *Motus dicitur naturalis, vel quia totus est a natura, vel quia natura ad illum inclinat, licet non perficiatur sine apprehensione. At natura refugit malum corrumpens. Ergo.*

2. Concl. Timor de malo contristatiuo, quod non repugnat naturę, sed desiderio appetitus, non est naturalis. Itaque distinguitur timor in naturalem, & non naturalem, sicuti amor cõcupiscentiæ, & delectatio.

3. Concl. Passiones, quæ important inclinationem ad assequendum bonum, & fugiendum malum, possunt dici naturales, vt amor, desiderium, & spes quodam modo: sed passiones ad quas non sufficit naturæ inclinatio; quia vel sensum, vel cognitionem requirunt, vt delectatio, & dolor, vel quia habent motum contra naturam, vt timor, & desperatio, non possunt dici naturales, nec tribuuntur inanimatis. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum conuenienter assignentur species timoris.

1. Concl. Species timoris sunt, segnities, erubescẽtia, verecundia, admiratio, stupor, & agonia.

Ita Damasc & Greg. Nyss. Timor est de malo futuro excedens potestatem timentis, cui non potest resisti. Quod malum consideratur, vel in operatione prima & sic, quatenus aggrauat naturam, ortur segnities ob timorem excedentis laboris: si sit de operatione ledente opinionem, & in actu committendo, est erubescentia, de commisso. Verecundia, Vel consideratur in rebus externis, & tripliciter potest excedere facultatem ad resistendum, ratione magnitudinis, ob cuius excessum oritur admiratio: ratione dissuetudinis, vnde stupor, qui causatur ex insolita imaginatione: ratione improuisionis, quia non potuit prouideri, & hic timor dicitur agonia.

† 2. Concl. Species timoris accipiuntur secundum diuisionem obiecti ipsius; & ita non respondent speciebus tristitiæ, quæ aliter accipiuntur.

3. Concl. Operatio est in potestate operantis, ratione cuius aliquid potest excedere facultatem operantis: vnde aliquæ species ab operatione sumuntur.

4. Concl. De actu præterito potest timeri cõuicium, &c. ideo ponitur verecundia.

5. Concl. Non quæuis admiratio & stupor, est species timoris, sed quæ est de malo magno. & stupor de malo insolito. Rursus vt segnities refugit laborem corporis, ita difficultatem considerationis magnæ.

6. Concl. Admiratio est principium philosophandi, quia in futurum inquirit admirans, at stupidus, nec de præsenti iudicat, nec de futuro inquirit.

Quæstio 42. De obiecto timoris.

Art. 1. Vtrum obiectum timoris sit bonum, vel malum.

1. Conc. Timor primo & per se respicit malum vt proprium obiectum

1. Ex Damascen. qui ait timorem esse de malo futuro.

Timor est motus appetitiuæ virtutis, qua importat prosecutionem boni, vel fugam mali. Sed nomine timoris importatur fuga quædam. Ergo habet pro obiecto malum.

2. Concl. Arist. 6. Eth. c. 2. lib. 83. q. 33. Timor potest etiam respicere bonum, vt habet habitudinem ad malum: & hoc dupliciter.

1. Inquantum per malum privatur bonum; nã id. o malum timetur, quia est privatio boni. Ideo, ait Aug. nullam esse causam timendi, nisi ne amittatur bonum amatum.

2. Vt bonum suaue potest inducere nocumentum in bono amato. Et sic timetur Deus, qui potest affligere corporali, & spirituali pœna: sic etiam potestas hominis, quando est læsiua, vel iniusta: similiter omnes in quorum potestate est posse inferre nocumentum; vt est ei, qui est cruentus conscius. Vnde patet ad obiecta.

Art. 2. Vtrum malum naturæ sit obiectum timoris.

1. Concl. lib. 3. Eth. c. 6. De malo naturæ potest esse timor.

1. Ex Arist. mors est terribilissima; quæ est malum naturæ. Ergo.

2. rhet. c. 5. *2. Timor provenit ex phantasia futuri mali corruptiui, vel contristatiui, ex Arist. Sed sicut contristatiuum contrariatur voluntati, ita corruptiuũ naturæ, quod dicitur malum naturæ. Ergo de eo potest esse timor.*

2. Concl. Malum naturæ, siue sit solum à causa naturali, vt mors naturalis, siue à non naturali, vt mors violenta, quodam modo timetur, quodam modo non timetur.

Quia timor oritur ex phantasia futuri mali. Sed hæc phantasia potest excludi, vel quia malum est remotum, & sic non timetur mors, vel quia propter necessitatem non æstimatur, vt futurum, sed vt præsens, & ita qui capite truncantur, non timẽt, quia ad hoc vt aliquis timeat, debet adesse aliqua spes salutis: si ergo non apprehenditur vt futurum, non timetur si vt propinquum cum spe salutis, timetur.

† 3. Concl. Malum naturæ tantum, licet non possit vitari, potest tamen differri, & sic de eo potest esse consultatio, vt vitetur.

Et licet semper immineat, tamen non semper de propinquo. 4. Concl.

Defectus naturales sunt à causa vniuersali, quibus repugnat natura particularis, ideo naturaliter timentur. 5. Concl.

Art. 3. Vtrum timor sit de malo culpæ.

Timor proprie non potest esse de malo culpæ. 1. Concl. 2. rhet. c. 6.

1. Ex Arist. qui docet non omnia mala timeri.

2. Id proprie timetur, quod non potest facile vitari, quia timor est de tali re, vt est dictum. At malum culpæ non est tale: siquidem quod subiacet voluntati nostræ, vt malum culpæ, non habet rationem terribilis, sed quod habet causam extrinsecam. Ergo.

Hoc malum potest timeri, quatenus voluntas ab exteriore potest inclinari ad peccandum: quomodo timetur malorum societas: sed in tali causa potius timetur seductio, quam culpa, cum sit voluntaria. 2. Concl.

Separatio à Deo est quædam pœna, & omnis pœna aliquo modo est ab exteriore causa. † 3. Concl.

Tristitia cum sit in concupiscibili potest esse de omni malo: at timor, cũ sit in irascibili, solum de arduo futuro: vnde de culpa potest esse tristitia. 4. Concl.

Spes potest esse de his, quæ sunt in nostra, vel alterius potestate: at timor est de malo, quod non subiacet nostræ potestati? & ita est ab extrinseco. 5. Concl.

Verecundia non est timor de actu peccati, sed de ignominia, quam extrinsecus consequitur. 6. Concl.

Art. 4. Vtrum timor ipse timeri possit.

Potest aliquis timere timorem. 1. Concl.

1. Potest homo dolere de dolore. Ergo timere de timorem.

2. Id habet rationem terribilis, quod provenit ex causa extrinseca. Sed timor provenit etiam à causa extrinseca; quatenus consequitur phantasiam mali necessario imminentis. Ergo.

Timor quatenus appetitus inferior obedit rationi non potest timeri. 2. Concl.

Quia subiacet voluntati, & ideo non habet rationem terribilis. Ita Aug.

Diuersi sunt timores secundum diuersa, quę timentur: & sic vno timore quis præseruat se, qui est effectus timoris, ab alio timore. 3. Concl. lib. 83 q. q. 33.

Vnde cum sint ibi duo timores, vnus quo malum, alter quo timor timetur, non sequitur quod idem fugiat seipsum, vel quod idem sit fuga sui ipsius. 4. Concl.

Et propter eandem diuersitatem timoris, timore præsenti, potest quis timere, timorem futurum.

Art. 5. Vtrum repentina magis timeantur.

Repentina & insolita, magis timentur.

1. *August. Timor insolita & repentina exhorrescit.*

2. *Quod efficit, vt malum imminens maius appareat, est apium inducere maiorem timorem; quia timor est de malo nõ facile stabili, & ita quod facit maius malum timorem auget. Sed repentina, seu insolita sunt huiusmodi; quia malum corporalia, quo magis considerantur, eo minora apparent, repentina autem impediũt considerationem; quia minuitur timor mali futuri: similiter insolitũ, & repentinum faciunt debilitatem timẽtis, prout subtrahunt remedia, quæ parari potuissent. Ergo.*

† 2. Concl. Quæ augent potestatem, augent spem, & minuunt timorem; cuiusmodi est experientia; & ideo non auget timorem.

3. Concl. Magis timentur mites, & astuti, quia occultant iram & nocumentum, quod ab eis imminet, & ita non potest prouideri: at irati iram ostendunt, & ideo non ita timentur.

4. Concl. Malum repentinum corporale videtur maius malum: sed si magnitudo mali lateat per accidens ex maiore consideratione fit minus terribile.

Art. 6. Vtrum ea contra quæ non est remedium, magis timeantur.

1. Concl. 2. rhet. c. 5. Mala quæ non habent remedium, sunt magis terribilia.

1. *Ex Arist. qui hoc docet.*

2. *Quod ex se auget malum, auget etiam timorem, quod non modo secundum speciem, sed etiam secundum circumstantias augetur, vt est dictum. Sed inter alias circumstantias diuturnitas, vel perpetuitas, facit ad augmentum mali; quia quæ tempore mensurantur, maiora censentur, si diutius durent, & quæ sunt sine remedio putantur diutius nocere. Ergo maxime timentur.*

† 2. Concl. Aliud est remedium mali, quo impeditur malum, ne veniat, & per hoc aufertur spes, & consequenter timor; aliud quo malum præsens remouetur, & de hoc hic est sermo.

3. Concl. Licet mors sit malum sine remedio tamen non timetur, quia non imminere putatur.

4. Concl. 1. Eth. c. 5. Per se bonum, secundum speciem non sit magis bonum propter perpetuitatem, & sic intelligitur Aristoteles.

Quæstio 43. De causa timoris.

Art. 1. Vtrum amor sit causa timoris.

1 Concl. Amor est causa delectationis dispositiue, seu materialiter.

Nam quod est causa obiecti passionis modo dicto, est etiam eodem modo causa passionis: quia obiecta sunt forma, passionum, & quod est causa formæ, causa rei per formam constitutæ. Sed amor est causa obiecti timoris dispositiue. Ergo. Causa enim obiecti, vel est efficiens, quia vel facit connexionem, vel conuenientiam obiecti, vel contra; vel est causa materialis per modum habitus, & dispositionis quia facit conueniens bonum id, quod est connexum; quare, quod potest inferre malum est efficiens causa timoris cuius obiectum est æstimatum malum futurum, propinquum, cui non facile potest resisti: id vero, quo quis disponitur vt aliquid sit ei tale, est causa timoris dispositiue; & sic amor est timoris causa: ex hoc enim quod quis amat bonum sequitur vt eius priuatio, sit malum, & per consequens vt timeatur. Ideo ait Aug. nullam aliam esse metuendi causam, nisi ne amatum adeptum amittamus, aut non adeptum non adipiscamur. lib. 83. q. 9. 39.

† 2. Concl. Timor per se respicit malum: quod opponitur amato, & sic per se nascitur ex amore? secundario id, per quod prouenit tale malum, & sic per accidens inducit amorem: vt qui timet puniri seruat mandata, & incipit sperare, & spes amorem introducit.

3. Concl. Vnde is à quo est exspectatur malum prius habetur odio, postea, quia sperantur bona incipit amari: bonum autem cui contrariatur malum, quod timetur à principio amabatur. Vnde timor non nascitur ex odio.

4. Concl. Quod amor sit à nobis, probat non causare timorem, per modum causæ efficientis.

Art. 2. Vtrum causa timoris sit defectus

1. Concl. Aristot. 1. rhet. 8. 5. Defectus est per se causa timoris per modũ dispositionis ex parte timentis.

1. *Contrariorum contraria sunt formæ. Sed diuitiæ, & opes excludunt timorem. Ergo.*

2. *Quia defectu virtutis non facile repelluntur imminentia mala: sed tamen defectus debet esse cum mensura & ita si auferatur sensus mali, vel amor boni, nullus erit timor.*

2. Concl. Virtus & robur per se sunt causa timoris ex parte eius, qui timetur. Quia ista faciunt obiectum difficilius ad repellendum. Defectus autem ex hac parte causat timorem per accidens: vt si quis velit nocere propter iniustitiam, vel quia timet, &c. Vnde patet ad primũ quod procedit ex parte causæ efficientis.

Qui

† 3. Concl. Qui decapitantur, sunt in passione præsentis mali, & ideo ipse defectus excedit mensuram timoris.

4. Concl. Decertantes timent non propter potentiã, quę possunt decertare, sed propter defectum, quod se superare posse non confidunt.

Quæstio 44. De effectibus timoris.

Artic. 1. Vtrum timor faciat contractionem.

1. Concl. TImor quantum ad animalem motum appetitus quandã cõtractionem importat.

lib. 3. c. 23. *1. Timor, ait Damasc. est virtus secundum contractionem.*

2. Timor oritur ex phantasia mali imminentis, quod non facile repelli potest: quod autem non facile repellatur, provenit ex debilitate virtutis, quæ quo est debilior, se ad pauciora se extendit: vnde ex imaginatione timoris, sequitur quædam contractio: vt patet in morientibus, in quibus virtus debilis ad interiora contrahitur.

2. Concl. Secundum similitudinem huius contractionis appetitus, sequitur contractio caloris, & spirituum in corpore, quod est materiale in hac passione, & ideo debet respondere formali, id est, motui appetitus.

† 3. Concl. In iratis, & in timentibus contrahuntur spiritus ad interiora, sed non causatur idem motus: quia in illis propter caliditatem, & subtilitatem spirituum, & appetitum vindictæ motus fit ab inferioribus ad superiora, & congregantur circa cor, ideo fiunt prompti, & audaces; in his propter frigiditatem, & ingrossationem descendunt, & non multiplicatur calor circa cor, ideo timentes non inuadunt.

4. Concl. Naturale est dolenti, vt quocunque auxilio citatur ad repellendum malum: maximum auxilium sunt calor & spiritus, propterea natura in dolore ista intus seruat; contractis spiritibus necesse est, vt emittantur per vocem, ideo dolentes clamant. In timentibus fit motus spirituum à corde ad inferiora, proinde timor contrariatur formationi vocis, & ita timentes tacent.

5. Concl. Mortis pericula, & appetitui animali, & naturæ contrariantur: ideo in his motibus fit contractio ex parte appetitus, & corporis, & contrahitur calor ad intima, vnde pallor: At malum, quod timet verecundus opponitur tantum appetitui, & ita fit contractio secundum appetitum animalem; & anima quasi in se contracta diffundit spiritus, & calorem ad exteriora, vnde rubor.

Art. 2. Vtrum timor faciat consiliatiuos.

1. Concl. Timor consiliatiuos facit, id est, sollicitos ad consilium.

1. Ex Arist. 2. Rhet. vbi hanc conclusionem ponit.

lib. 2. c. 5. lib. 3. Eth. c. 3. *2. Consiliamur de magnis, in quibus nobis ipsis fit, quasi diffidimus, ex Arist. at quæ timorem incutiunt, habent quandam magnitudinem, quia apprehenduntur, vt quæ non facile refelli possunt, & vt prope existentia: vnde in timore, maxime quæritur consilium.*

2. Concl. Nec timor, nec alia passio facit consiliatiuos, si sumatur consiliatiuus, à facultate bene consiliandi.

Quia homini affecto, aliquid maius, vel minus videtur, quam sit secundũ veritatẽ, vt patet in amante. Ergo ex defectu iudicij quæuis passio ex se impedit facultatẽ cõsiliandi, vnde patet ad primũ.

† 3. Concl. Quo timor est fortior, eo magis homo vult consiliari, sed adeo perturbatur suis cogitationibus, vt consilium inuenire non possit: si timor sit paruus, & non perturbet rationem, mouet ad consilium, & ratione solicitudinis ad bene consiliandum.

4. Concl. Timor facit consiliatiuos, magis quã spes.

Quia spes est de bono, quod possumus consequi: timor de malo non facile repulsu, & difficultas facit ad consiliandum.

Art. 3. Vtrum timor faciat tremorem.

1. Concl. Timor causat tremorem.

lib. 4. Inf. q. *1. Timorem, ait Damas. sequitur tremor, pallor, & dentium strepitus.*

2. Quod facit debilitatem virtutis membra cõtinentia, causat tremorem, quia ex imminutione virtutis causatur tremor. Sed timor id efficit: in timore enim fit contractio caloris, & spirituum ad interiora, & exteriora, frigida remanent, & ita virtus debilitatur.

† 2. Concl. Calore ad interiora reuocato multiplicatur calor interius, maxime versus inferiora, id est, circa vim nutritiuam, & ideo cõsumpto humido, sequitur sitis, & solutio ventris, vrina, &c. Vnde patet ad secundum.

3. Concl. In timore calor deserit cor, & ad inferiora tendit.

Quia frigus condensat, & aggrauat; ideo tremit cor, & membra, quæ habent connexionem ad pectus, vbi est cor, vt labium inferius & dentes: vel quia sunt membra magis mobilia, & sic genua tremunt.

Art. 4. Vtrum timor impediat operationem.

2. Concl. Timor impedit operationem ex parte instrumentorum corporis.

Nam quod debilitat membra corporis, odio dicto, impedit operationem, quia membra sunt instrumenta operationis. Sed timor ex se natus est ad efficere, per timorem ensim contrahitur calor ad interiora, & ita exteriora membra debilitantur. Ergo.

Concl. Ex parte animæ, si timor sit moderatus, nō multum rationem perturbans, confert ad bene operandum: quia facit attentius consiliari & operari: si vero tantum crescat, vt rationem perturbet, impedit etiam ex parte animæ. De quo non intelligitur citatum argum.

h.l. 3. sed contra, primum vero procedit, cum ratio perturbatur.

3. Concl. Qui cadunt ex alto loco propter timorem, patiuntur perturbationem imaginationis ob timorem casus imaginati.

1. Concl. Pigritia est timor de operatione, vt est laboriosa, & ita impedit, quia retrahit voluntatem ab ipsa, ac timor de alijs rebus in tātum adiuuat, inquantum inclinat, ad faciendum ea, quibus vitatur, quod timetur.

Quæstio 45. De Audacia.

Artic. 1. Vtrum audacia sit contraria timori.

1. Concl. AVdacia est contraria timori.

2. Rhet. c. 5. 1. *Ex Arist. qui ponit istam conclusionem.*

2. *Passiones circa idem maxime distantes sunt contrariæ: contrariæ enim maxime distant. At audacia maxime distat à timore, quia timor refugit nocumentum futurum propter victoriam supra timentem, audacia idem aggreditur propter victoriam supra ipsum. Ergo.*

† *3. Conc.* Ira & audacia, vt absolute dicunt motum appetitus, sunt nomina passionum: vt vero cum hoc motu important recessum à ratione, sunt nomina vitiorum, idem de alijs nominibus passionum dicas.

3. Concl. Vni secundum diuersa plura sunt contraria: timori contrariatur spes secundum oppositionem boni, audacia secundum accessum & recessum.

4. Concl. Securitas non significat aliquid cōtrarium timori, sed timoris exclusionem, cui opponitur priuatiue, audacia contrarie, quia includit securitatem.

Art. 2. Vtrum audacia consequatur spem.

2. Concl Audacia sequitur spem.

3. Eth. c. 8. 1. *Ex Arist. bona spei sunt audaces.*

2. *Omnes passiones sunt in appetitu, cuius motus sunt prosecutio & fuga: vtraq; est alicuius per se, & per accidens: per se prosecutio est boni, & per accidens mali propter bonum adiunctum: fuga per se mali, per accidens boni: & quod est per accidens, sequitur quod est per se. Ergo prosecutio mali sequitur prosecutionem boni, & fuga boni sequitur fugam mali. Hæc quatuor pertinent ad quatuor passiones: prosecutio boni ad spem, fuga mali ad timorem, prosecutio mali terribilis ad audaciam, fuga boni ad desperationem. quare audacia sequitur spem: & eo enim, quod quis sperat superare terribile, audacter insequitur, ad timorem desperatio: quia is desperat, qui timet difficultatem.*

† *2. Concl.* Malum habet ordinem ad bonum, cum sit posterius eo, vt priuatio: ideo audacia, quæ sequitur, malum est post spem, quæ sequitur bonum.

3. Concl. Licet bonum sit prius malo: tamen fuga debetur prius malo, quam bono: & ideo, vt spes est prior audacia, ita timor desperatione: & vt ex timore non semper sequitur desperatio, ita nec ex spe audacia, sed quando fuerit vehemens.

4. Concl. Licet audacia sit circa malum, cui est annexum bonum: tamen respicit malum ex se, & spes bonum: sic desperatio respicit bonum, & timor malum. Vnde proprie audacia non est pars spei, nec desperatio timoris, sed effectus.

Art. 3. Vtrum defectus aliquis sit causa audaciæ.

1. Concl. Quæ sunt apta causare spem, vel excludere timorem, sunt causa audaciæ.

Quia audacia sequitur spem, & contrariatur timori.

2. Concl. Causa audaciæ ratione spei & timoris potest accipi, vel ex parte motus appetitus, vel ex parte transmutationis corporalis.

3. Concl. Ex parte appetitus, qui sequitur apprehensionem, prouocatur spes causans audaciam per ea, quæ faciūt æstimare, possibile esse adipisci, vel per propriam virtutem, vt fortitudo, experientia in periculis, pecuniæ, &c. vel per alienam, vt multitudo amicorum, & auxilium Dei. Vnde qui se bene habent ad diuina, sunt audaciores.

Arist. 2. Rhet. c. 5.

4. Concl. Causatur etiam per exclusionem timoris, si remoueantur terribilia, vt si homo non habeat inimicos.

Quia ijs qui alijs nocuerūt, imminet periculum.

5. Concl. Causatur rursus ex transmutatione corporali per prouocationem spei, & exclusionem timoris, vel ex ijs, quæ faciunt caliditatem circa cor: & ita habentes paruum cor, & magnum pulmonem sanguineum, & vini amatores sunt magis audaces ob caliditatem, quę

pellit

pellit timorem, & ſpem cauſat ob dilatationem.

6. Concl. Et ſ'etas non cauſat audaciam ratione defectus, ſed vt dilatat cor, & facit æſtimationem cuiuſdam magnitudinis.

7. Concl. Inexperti etiam non ſunt audaces ob defectum, niſi per accidens, quia non conſiderant periculum.

8. Concl. Similiter qui iniuſte paſſi ſunt. Vnde nullus defectus per ſe cauſat audaciam, ſed vt habet adiunctam excellentiam veram, vel exiſtimatam.

Art. 4. *Vtrum audaces ſint promptiores in principio, quam in fine in ipſis periculis.*

1. Concl. Lib. 3. Eth. c. 7. Audaces promptiores ſunt in principio, quam in fine in periculis.

1. *Ex Ariſt. qui hanc concluſionem ponit.*

2. *Qui non conſiderat difficultatem à principio facilem, grediturquam ſi poſtea cognoſcit eſſe, maiorem, quam putarat, deficit. Ita ſe habent audaces, quia audacia eſt motus appetitus ſenſitiui, ſequens apprehenſionem ſenſus, qui non inquirit ſingulas circumſtantias, ſed ſubitum habet iudicium Ergo.*

2. Concl. Fortes, qui ex iudicio rationis aggrediuntur, pericula in principio videntur remiſſi; cũ non ex paſſione, ſed ex deliberatione aggrediantur, & ita nõ experiuntur aliquid improuiſum, quod ſi inueniant pericula minora, magis perſiſtunt, vel quia propter virtutem aggrediuntur, quæ ratio perſeuerat, quantacunque ſint pericula.

† 3. Concl. In audacibus eſt tremor propter reuocationem caloris ad cor, ſed in timentibus reuocatur ad inferiora.

4 Concl. Obiectum audaciæ eſt compoſitum ex bono & malo, & motus eius in malum ſupponit motum ſpei bonum: vnde ſi addatur de arduitate, non ſequitur motus audaciæ, & obiectum amoris eſt ſimplex bonum, quo creſcente amor creſcit.

5. Concl. Ex læſione non cauſatur ira, niſi ſuppoſita aliqua ſpe victoriæ, quod ſi ita ſequitur, augetur audacia.

Quæſtio 46. *De Ira ſecundum ſe.*

Art. 1. *Vtrum Ira ſit ſpecialis paſſio.*

1. Concl. Lib. 4. Tuſc. qu. IRA eſt paſſio ſpecialis.

1. *Damaſc. & Tullius ponunt iram ſpecialem paſſionem.*

2. *Dicitur aliquid generale predicatione. & ſic ira non eſt generalis paſſio, quia conducitur cum aliis: cauſalitate vt ſol, qui multos effectus continet, nec hoc modo eſt generalis, quia omnis paſſio oritur ex amore. Et quia omnis cauſa aliquo modo manet in effectu, & ad effectum poſſunt concurrere multæ cauſæ, poteſt dici aliquid habere generalitatem ratione effectus, & ſic ira dicitur generalis, prout ex concurſu multarum paſſionum cauſatur. Non enim inſurgit niſi ex triſtitia illata, & ex deſiderio, & ſpe vincendi: quando tratum habet ſpem puniendi, & appetit vindictam poſſibilem: & ſi idem ſit perſona excellens, non ſequitur ira, ſed triſtitia.*

† 2. Concl. Vis iraſcibilis nominatur ab ira, non quod omnis motus ſit ira, ſed quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiæ.

3. Concl. Quiâ cauſatur ex ſpe & triſtitia, quæ ſunt boni & mali, ideo non habet contrarium; vt color medius, niſi ratione ſimplicium, ex quibus cauſatur.

4. Concl. Ira continet multas paſſiones, non vt genus, ſed ſecundum continentiam cauſæ & effectus.

Art. 2. *Vtrum obiectum iræ ſit bonum vel malum.*

1. Concl. Ira ſemper reſpicit duo obiecta, nimirum bonum & malum.

Declaratur & probatur. Motus appetitus ſequitur apprehenſionem, qua apprehendit aliquid, vel per modum incomplexi, vel complexi, & ita vtroq; modo vis appetendi poteſt ferri in aliquid, adhærendo bono, fugiendo malum. Si ſimpliciter tales motus ſunt deſiderium, ſpes, timor, &c. Si complexe, quod bonum vel malum fiat ad alterum, vel tendendo in hoc, vel refugiendo ab hoc, vt patet in amore & odio: odimus enim aliquem, vt ei malum volumus. Idem accidit in ira: quoniam qui iraſcitur, quærit vindictam de aliquo. Vnde motus iræ tendit in vindictam vt bonum, de quo delectatur, & in illum, de quo vult vindicari, vt in contrarium nocumentum, quod pertinet ad rationem mali.

2. Concl. Ira dupliciter differt ab amore & odio: primo amor & odium interdum ſunt de vno tãtũ obiecto: ſecundo, vtrunq; obiectum quod reſpicit amor, eſt bonum, quia vult bonum alicui, vt ſibi conuenienti: Idem de odio: at ira reſpicit vnum obiectum ſub ratione boni, alterum ſub ratione mali. Vnde eſt paſſio quaſi compoſita ex contrarijs paſſionibus. Ex his patet ad argumenta pro vtraque parte.

Art. 3. *Vtrum Ira ſit in concupiſcibili.*

1. Concl. Ira non eſt in concupiſcibili, ſed in iraſcibili.

1. *Vis concupiſcibilis eſt alia ab iraſcibili. Ergo ſi eſſet in concupiſcibili, non denominaretur ab iraſcibili.*

2. Passio quæ habet pro obiecto bonum & malum cum ardnitate, non est in vi concupiscibili, sed irascibili, quia per hoc differunt passiones irascibilis & concupiscibilis. Sed ira est huiusmodi, quæ habet pro obiecto bonum & malum cum arduitate, quando non insurgit motus iræ, nisi aliqua magnitudo in virtute sit: siquidem quæ nihil sunt, aut modica nullo modo digna æstimamus. Ergo.

Aristot. 2. eth. c. 2. lib. 4 Tusc. 2. Concl.

Tullius vocat libidinem appetitum cuiuscunq; boni futuri, siue ardui, siue non: & ideo ponit iram sub libidine.

2. Concl.

Ira crescit in odium, non eodem numero, sed per causalitatem, quia per diuturnitatem causat odium.

3. Concl.

Componitur ira ex tristitia & desiderio, non vt ex pluribus, sed vt ex causis, vt est dictum.

Art. 4. Vtrum Ira sit cum ratione.

1. Concl. 7. Eth. c. 6.

Ira est quodammodo cum ratione.

1. Ex Aristotele, qui hoc docet.

2. Passio, quæ importat quandam collationem, est cum ratione, quia hoc pertinet ad rationem. Ira est huiusmodi; quoniam est appetitus vindictæ, & ideo importat collationem pœnæ infligendæ ad nocumentum sibi illatum.

2. Concl. Arist. sect. 8. prob. 3.

Motus appetitus potest esse cum ratione, vel præcipiente, & sic voluntas est cum ratione, vel denunciante, & sic ira est cum ratione, quia appetitus sensitiuus non obedit immediate rationi, sed mediante voluntate.

3. Concl.

Bruta habẽt instinctum naturalem à diuina ratione, per quam habent motus interiores & exteriores similes motibus rationis.

4. Concl.

Ira audit rationem nunciantem sibi iniuriam, sed non perfecte obedit.

Quia non seruat modum rationis in vindicta. Quare ad iram requiritur actus rationis, & additur impedimentum rationis. Vnde multum ebrij non irascuntur, vt parum ebrij.

Trist. sect. 5 prob. 3.

Art. 5. Vtrum ira sit naturalior, quam concupiscentia.

1. Concl.

Ex parte obiecti magis naturalis est concupiscentia, quam ira.

Quoniam id, cuius causa est magis naturalis, est magis naturale; naturale enim dicitur, quod à causa fit naturali. Sed ex parte obiecti causa concupiscentiæ est magis naturalis, quam iræ; quoniam concupiscentia, maxime ciborum & Venereorum, est naturaliter ira, prout ista sunt magis secundum naturam, quam vindicta. Ergo.

2. Concl.

Si cõsiderentur ex parte subiecti, quodam modo ira est naturalior, quodam modo concupiscentia.

Nam homini, vt est anima, naturaliter est concupiscentia, quia ex hoc natura habet inclinationem ad appetendum, conformatiua vitæ, vel secundum speciem, vel secundum individuum. Hominis vero vt homo est, est magis naturalis ira, quam concupiscentia. Vnde Aristot. humanum est punire, quod pertinet ad iram, quam mansuetum esse. Vnumquodque enim naturaliter surgit aduersus contraria. Huius ira est magis cum ratione, quæ est hominis propria, quam concupiscentia. Homini etiã secundum naturam individuis magis naturalis est ira, quam concupiscentia ratione complexionis, quam facilius ira, quam alia passio sequitur. Nam per choleram, quæ inter alios humores eius mouetur, & igni assimilatur, ad iram est dispositus. Ergo magis irascetur, qui est dispositus ad iram, quã concupiscat, qui est dispositus ad concupiscentiam. Ideo magis traducitur a parentibus ira, quam concupiscentia.

7. Eth c. 12. & 4 & 5.

3. Concl. Aristot. 7. Eth c. 6.

Ex parte naturalis complexionis homo secundum speciem, quia est temperata, non habet super excellentiam alicuius passionis, vt bruta, vt lex ad audaciam, &c. Ex parte rationis est homini naturale irasci, & mansuetum esse, prout ratio quodammodo causat iram, & eandem sedat.

4. Concl.

Ex eo quod ratio est naturalis homini, & ira rationem sequitur, ira est homini naturalis. Tertium procedit de ira ex parte obiecti.

Artic. 6. Vtrum ira sit grauior quam odium.

1 Concl In regu. 37.

Odium est multo dererius & graui⁹, quam ira.

1. Aug. Odium trabi iram festucæ comparat.

2. Illa passio, cuius obiectum habet plus mali, est deterior & grauior; cum passiones rationes ex obiecto pensentur. At obiectum odij habet plus de ratione mali, quam obiectum iræ, quoniam qui odit, vult malum alicui simpliciter: iratus vero sub ratione iusti vindicatiui, quod potest esse secundum virtutem; quamuis ira desinat in vicissendum, rursus odium est per applicationem mali ad malum, & ira per applicationem mali ad bonum. Ergo.

2. Concl Aristot. 2 Rhet. c. 4.

Quantum ad id, quod desideratur, iratus magis miseretur, quã odio affectus, hic enim appetit malum secundum se, ille vero sub ratione iusti, & ira si malum excedat æstimationem, miseretur. At quãtum intensionem desiderij ira magis excludit misericordiam, quã odium, qua est motus impetuosior propter inflammationem choleræ.

3. Concl.

Iratus intẽdit pœnam ob vindictam: & de pœnæ ratione est, vt sit contra volũtatem: & ideo natus vult, vt is quem punit, doleat, &

vt co-

vt cognoscat, à quo inferatur pœna, quæ non curat qui odit, quia appetit malum alterius inquantum huiusmodi. Nec verum est, vt id, de quo quis tristatur, sit peius, quia si peius sit voluntarium, non contristat.

4. Concl. Quod est à pluribus causis, est stabilius, si causæ sint vnius rationis: at quia odium prouenit ex causa permanentiore, quam ira, quæ est ex aliqua commotione animi propter illatam iniuriam: odium vero ex contrario nocuo, ideo est, diuturnius, cum nõ fit à passione, sed à dispositione.

Aristot. 2. Rhet. c. 4.

Art. 7. Vtrum ira sit ad illos solum, ad quos est iustitia.

1. Concl. Ad eosdem pertinet ira, ad quos iustitia, & iniustitia.

Lib. 2. c. 4. 1. *Hoc docet Aristot. in Rhet.*

2. *Ira habet rationem iusti Vindicatiui. Ergo ad eos erit, ad quos est iustitia & iniustitia; siquidem inferre Vindictam est iustitia, & ledere iniustitia: quare tam ex parte causæ, qua est Lasio, quam ex parte Vindictæ eius ad eos pertinebit ira, ad quos. &c.*

† 2. Concl In homine non solum est imaginatio, sed etiam ratio, ideo ira non modo ex imaginatione nũtiante læsionem, sed etiam ex ratione potest oriri: & hoc modo non potest esse ad res insensibiles, quia non dolẽt, quod irati quærunt, & quia ad eas non est vindicta, cum non faciant iniuriam.

3. Concl. Dicitur homo de se vindictam facere metaphorice, quo etiam modo ad se est iustitia, & sic potest sibiipsi irasci.

4. Concl. Aristl. 5. Eth. c. Glo. Odium potest esse ad genus, ira non nisi ad singulare, quia odium causatur ex eo, quod qualitas alicuius rei apprehenditur, vt dissonans nostræ dispositioni, quod potest esse in vniuersali & particulari; at ira causatur, quod aliquis nos lædit per suum actum, qui est singularis: & cum læditur tota ciuitas, reputatur vt vnum.

Art. 8. Vtrum conuenienter assignentur species iræ.

1. Concl. Species iræ conuenienter assignantur, quæ sunt fel, mania & furor.

Ita Dam. & Greg. Nyss. Quæ sumuntur secundum ea, quæ dant aliquod augmentum iræ, quod triplex contingit.

1. *Ex facilitate motus, & hæc vocatur fel, quia cito accenditur.*

2. *Ex tristitia causante iram, quæ diu manet in mente, & hæc pertinet ad maniam à manendo dictam.*

3. *Ex Vindicta, quam iratus appetit, & hæc pertinet ad furorem, qui nunquam quiescit, donec puniat. Vnde irascentium alij acuti, alij amari, alij difficiles.*

Ea, per quæ ira perficitur, non omnino se habent ad ipsum per accidens: & ita ex illis species sumi possunt. † 2. Cor. Arist. 4. Eth. c. 3.

Excandescentia, quam ponit Tul. ad primam speciem videtur pertinere. 3. Concl

Iræ gradus sine voce, cum voce, & cum verbo expresso, distinguuntur secundum effectus iræ. 4. Concl.

Quæstio 47. De causa effectiua iræ, & de remediis eius.

Art. 1. Vtrum semper motiuum iræ sit aliquid contra eum, qui irascitur.

1. Concl. Lib. 2. rett. c. 4. MOtiuum iræ alicuius semper est aliquid contra ipsum factum.

1. *Ira, ait Arist. fit semper ex his quæ ad ipsum.*

2. *Appetitus Vindicandi non irritatur, nisi propter malum illatum, quia Vindicta non est, nisi vbi præcessit iniuria, nec iniuria prouocat ad iram, nisi pertineat ad appetentem Vindictam, quatenus contra ipsum aliquid fit quod naturaliter repellitur. Sed ira est talis appetitus. Vt est dictum. Ergo*

† 2. Concl. In Deo est ira, prout est iudicium iustitiæ contra peccatorem, qui facit contra Deum, prout contemnit mandata, & vt sibi vel alteri nocumentum infert contra curam Dei.

3. Concl. Irascimur contra facientes iniuriam alijs, quatenus illi aliquo modo ad nos pertinent, saltem communione naturæ.

4. Concl. Cum id despicitur, in quo maxime studemus, nos despici putamus, quia illud reputamus bonum nostrum.

5. Concl. Tacens prouocat ad iram iniuriantem, cũ videtur ex contemptu tacere, quasi paruipendens.

Art. 2. Vtrum sola paruipensio vel despectio sit motiuum iræ.

1. Concl. Omnes causæ iræ reducuntur ad paruipensionem.

2. Rhet. c. 3. 1. *Ioan. ex Arist. est appetitus cum tristitia punitionis propter apparentem paruipensionem non conuenienter factam.*

2. Rhet. c. 3. 2. *Tres sunt species paruipensionis despectus, impedimentum voluntatis implendæ, contemptus, ad quæ motiua iræ reducuntur. Primum, quia ira cupit nocere ob rationem iustæ Vindictæ, quæ non fit nisi de iniusto facto: & ita non irascimur contra*

eos,

eos, quos putamus iuste fecisse. Nocumentum autem infertur, vel ex electione, vel ignorantia, vel passione: quod maxime contristat; cum electione infertur, & contra sic agentes irascimur; si autem putamus ex ignorantia, vel passione fecisse, vel non irascimur, vel minus, cum sic agere provocet ad misericordiam & veniam. At qui ex electione nocent, ex contemptu peccare videntur: non sic qui ex passione, & ignorantia. Deinde parvipensio est excellentia hominis opposita: ex omnibus autem bonis nostris aliquam excellentiam quærimus: ideo quodcunque nocumentum inferatur, quatenus excellentia derogat, ad parvipensionem pertinere videtur.

Solus contemptus auget rationem iniuriæ, ideo per se est causa iræ, aliæ causæ potius minuunt iniuriam.

Brutum naturaliter appetit quandam excellentiam, & ita irascimur contra ea, quæ excellentiæ derogant.

Omnes aliæ causæ iræ, quæ recensentur ab Arist. vt obliuio, exultatio, denuntiatio malorum, ad paruipensionem reducuntur.

Art. 3. Vtrum excellentia irascentis sit causa ira.

Ex parte motiui excellentia est causa cur quis facile irascatur.

1. *Homines enim ex Arist. propter excellentiam indignantur.*

2. *Motiuum ira est iniusta parvipensio. Sed quanto quis est excellentior, tanto iniustius parvipensus fit. Ergo.*

Ex parte dispositionis irascentis defectus causat iram.

Quia nihil monet ad iram nisi nocumentum contristans: sed quæ pertinent ad defectum sunt maxime contristantia, quia homines defectibus subiacentes facile læduntur, ideo infirmi homines facilius irascuntur. Vnde patet ad primum.

Qui despicitur in eo, in quo multum excellit, non putat se iacturam pati, ideo non contristatur: sed ex alia parte habet causam cur magis irascatur, cum iniustius paruipiat.

Multæ excellentiæ, vt prosperitas, spes optima, &c. impediunt iram: prout impediunt tristitiam: sed nata sunt etiam prouocare iram propter rationem dictam.

Art. 4. Vtrum defectus sit causa alicuius, vt contra eum aliquis irascatur.

Defectus eius contra quem irascimur, iram auget, prout auget indignam despectionem.

1. *Dixi ex Arist. irascitur contra pauperem si eum despiciat.*

2. *Vt quo quis est maior, eo indignius despicitur, ita quo quis est minor, tanto indignius despicit, vt stultus sapientem, &c.*

Paruitas, vel defectus eius, cui irascimur minuit iram, quando imminuit indignam despectionem: & sic illi quos pœnitet, & humiliant se, mitigant iram. Responsio mollis frangit iram. Vnde soluitur primum.

In mortuos non est ira, quia non possunt sentire, quod quæruntirati, & quia videntur esse in summo malo, sic & grauiter læsos cessat ira.

Despectio, quæ fit ab amico videtur magis indigna, & ideo eis irascimur, si vel noceant, vel non iuuent.

Quæstio 48. De effectibus iræ.

Art. 1. Vtrum ira causet delectationem.

Ira causat delectationem.

1. *Nam, vt est in proverbio, ira est melle dulcior.*

2. *Quod minuit tristitiam, causat delectationem, quia ad expulsionem mœroris sequitur delectatio, quæ est medicina tristitiæ, & quod per delectationem maxime vere eduim præstatur, magis delectatio percipitur. Sed ira removet tristitiam: quia est remedium ad tollendum iniuriam contristantem per vindictam, ad cuius præsentiam sequitur delectatio, & tanto maior quo maior fuit tristitia. Ergo. Quod si vindicta est præsens, omnino tollit tristitiam, & sedat iram: si non sit præsens realiter, velut præsens per spem, quia nemo irascitur, nisi sperans vindictam: vel per continuam cogitationem, cum libenter cogitemus, quæ oblectant, & sic iratus, cum cogitet de vindicta delectatur, sed hæc delectatio cum non sit perfecta, non tollit omnino tristitiam, nec iram.*

Iratus tristatur de iniuria, gaudet de vindicta sperata & cogitata: vnde tristitia est principium iræ, delectatio veluti effectus.

Secundum procedit de reali præsentia vindictæ, quæ tollit omnino iram.

Delectationes præcedentes impediunt tristitiam, & consequenter iram: at delectatio vindictæ consequitur eam.

Art. 2. Vtrum ira maxime causet feruorem in corde.

Motus iræ est causatiuus cuiusdam feruoris sanguinis, & spirituum circa Cor.

1. *Ira, aut Damas. est feruor circa cor est, sanguinis, &c.*

2. *Motus appetitus, qui per modum insecutio-*

nis cui

nis cui proportionatur calor, sicuti retractionis fragor, insequitur contrarium, in quod appetitus naturalis fortius intendit, excitat fervorem sanguinis, &c. transmutatio enim corporis sequitur motum appetitus. At motus ira est huiusmodi, quia causatur à contrario in iacente, ad quod repellendum tendit per appetitum vindictæ, unde sequitur & impeditus ira per modum insectionis, & ideo causat fervorem circa cor, quod est instrumentum passionum animæ.

† 2. Concl. Cum homo patitur detrimẽtum in re amata ob illatam iniuriam, magis sentitur amor, & fervor amoris per iram crescit, verum fervor amoris est cum lenitate & dulcedine, in bonum amatum, & ideo comparatur calori aeris & sanguinis, & ita sanguinei magis amant, at fervor iræ est ad consumendum contrarium, & ideo comparatur calori ignis & choleræ.

3. Concl. Quia ira causatur ex memoria, quæ tempore minuitur, ideo tempore cessat, licet fervore excitetur: similiter amor si remaneat solum in memoria. Quod si causa vtriusque persecueret, vterque augetur tempore.

4. Concl. Ira maior superueniens facit mitescere.

Quia prior existimatur parua & quia virtus dissa implures partes, minuitur.

Art. 3. Vtrum ira maxime impediat rationis vsum.

1. Concl. lib. 5. mor. c. 31. Ira inter cæteras passiones maxime impedit rationis vsum.

1. Ex Gregor. qui hoc docet.

2. *Passio, quæ facit maiorem perturbationem corporalem, magis impedit vsum rationis, mens enim ad suum actum eget viribus sensitiuis, quarum actus impediuntur corpore perturbato, vt patet in ebrijs: At ira maxime facit perturbationem circa cor, vt etiam ad exteriora membra deriuetur: Ergo.*

† 2. Concl. A ratione incipit ira quantum ad motum appetitiuum, qui est formalis iræ, sed passio iræ præoccupat perfectum iudicium, propter commotionem caloris vehementer impellentis, quod est materiale in ira, & per hoc impedit iudicium.

3. Concl. Iratus dicitur manifestus, non quod sciat quid agat, sed quia manifeste, agit, non quærens aliquam occultam rationem, vel propter impetum rationis, quæ nihil excogitat, vel proprie cordis amplitudinem, quæ pertinet ad magnanimitatem. At concupiscens latet, quia delectabilia concupiscentiæ solent esse turpia, vindicta vero arguit virilitatem

4. Concl. Ira incipit à ratione, & ita oppositio contrarij adiuuat iudicium rationis, & augetur ira; vnde ex eodem crescit ira & iudicium; sed impedimentum fit modo iam dicto.

Art. 4. Vtrum ira causet taciturnitatem.

1. Concl. Ira quatenus est cum ratione, potest causare taciturnitatem.

lib. 5. mor. c. 13. 1. *Aliquando, ait Greg. ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit.*

2. *Quia interdum sta iudicium rationis viget, vt etiam si non cohibeat affectum ab inordinato appetitu vindictæ, tamen cohibet linguam ab inordinata locutione.*

2. Concl. Ira vt impedit rationem, taciturnitatem causare potest.

Quia tanta potest esse perturbatio ira, vt redundet in membra externa, & maxime in ea quibus relucet vestigium cordis; vt in oculos faciem, & linguam, sta vt impediatur ab vsu loquendi. Vnde Greg. Cor palpitat, corpus tremat, lingua se prepedit, facies ignescit, exasperantur oculi, nõ recognoscuntur noti, ore clamor firmatur, & sensus quid loquatur ignorat.

3. Concl. Argumentum iræ interdum non cohibet locutionem, aliquando cohibet aliquando etiam motum linguæ, & aliorum membrorum: vnde iratus interdum verba iniuriosa profert.

Mat. 5. & 12. Prou. 25. *Ex his soluitur etiam. 2. & 3. Quoniam quando non est tanta perturbatio, vt impediantur membra, sequitur ore locutio ex ira, & ex abundantia cor loquitur.*

Quæstio 49. De habitibus in generali, quoad eorum substantiam.

Art. 1. Vtrum habitus sit qualitas.

4. Concl. HAbitus dicitur ab habendo, vnde hoc nomẽ dupliciter deriuatur; primo, prout quæuis res dicitur aliquid habere, secundo quatenus res aliqua aliquo modo se habet in se, vel ad aliud.

2. Concl. Habere primo modo est commune omnibus generibus, & ita ponitur in post prædicamentis. Inter ea, quæ habentur, vel nihil est medium, vt inter subiectum & qualitatem; vel est media sola relatio, quomodo quis dicitur habere socium, vel est aliquid medium per modum actionis, vel passionis, vt inter ornans, & ornatum, regens & rectum, & in his constituitur speciale prædicamentum habitus.

5. Metaph. text. 25. 3. Concl. Si sumatur habere, prout res dicitur aliquo

modo se habere in seipsa, vel ad aliquid aliud, cum hic modus habendi sit secundum aliquam qualitatem hoc modo habitus est quędam qualitas, & sic describitur. *Habitus est dispositio secundum quam bene, vel male disponitur ad dispositum, aut secundum se, aut ad aliud.* Et sic loquimur nunc de habitu.

triſt. 5. Met. tex. 25.

4. Concl.

Primum argum. procedit de habere, primo modo, & secundum de habitu vt est vnum prædicamentum.

5. Concl.

Dispositio semper importat ordinem habentis partes, vel secũdum locum, quod pertinet ad situm, vel secundum potẽtiam, quod pertinet ad dispositiones, & præparationes nondum perfectas, vel secundum speciem, quod pertinet ad perfectas dispositiones, quę sunt habitus.

Art. 2. Vtrum habitus sit determinata species qualitatis.

1. Concl. 8. de qual.

Habit⁹ est determinata species qualitatis.

1. Ex Arist. in prædicamentis.

2. Qualitas importat modum substantiæ, & modus ex Aug: dicit rationem mensuræ, & mensura dicit terminationem. Ergo quot modis accidentaliter terminatur substantia, tot erunt qualitates. Si determinatio sit secundum quantitatem est quarta species, id est, figura & quia quantitas est sine motu, & ratione boni, vel mali, ideo ad hanc speciem non pertinet ratio boni vel mali, vel ratio tarde & cito transeuntis. Si sit secundum actionem & passionem, quæ consequuntur, principia naturæ oriuntur, secunda & tertia species, in quibus attenditur facile & difficile, & cito transiens, & diuturnum; non autem ratio boni & mali, quæ non est in motu, cum non sit finis. Si determinatio attẽdatur in ordine ad naturã rei oritur prima species, habitus & dispositio. Ideo habitus dicitur dispositio perfectis ad optimum perfecti, i. dispositi secundum naturam. Et quia forma est finis, ideo in prima specie attenditur ratio boni & mali, facile & difficile mobilis. Ideo definitur per bene, & male. Quia si est conueniens natura habet rationem boni, si non, habet rationem mali: ex quibus patet numerus quatuor specierum qualitatis, & habitum esse certam qualitatis speciem.

7. Phys. te 7. & 18. 5. Met. tex. 25. 2. Eth. c. 5.

2. Concl.

Dispositio dicit ordinem, & ita est ad aliquid: & si addatur bene, vel male, quod est de ratione habitus oportet attendere ordinem ad naturam; quæ habet rationem finis. Vnde secundum figuram & calorem nõ dicitur quis bene dispositus, nisi in ordine ad naturã rei: & sic figura ad pulchritudinẽ, & color ad sanitatem refertur; & ita reponi solent in prima specie. Vnde patet ad secundum.

3. Concl.

Particula, *difficile mobile*, in definitione habitus, non distinguit ab alijs speciebus, sed à dispositione, quæ vel sumitur vt genus habitus vel vt condiuiditur habitui: & hoc modo dupliciter, vel sicut perfectum & imperfectum in eadem specie: vel sicut duæ diuersæ species vnius generis subalterni, ita vt facile, & difficile mobile sunt differentiæ specificæ, sumpta differentia accidentalis pro essentiali, & videtur esse magis ad mentem Arist.

Art. 3. Vtrum habitus importet ordinem ad actum.

1. Concl.

Omni habitui secundum rationem habitus conuenit aliquo modo habere ordinem ad actum.

lib. de bon conuers c. 21.

1. Quia ex Aug. habitus est quo aliquid agitur.

2. De ratione habitus est, vt importet habitudinem in ordine ad naturam rei, prout conuenit, vel non. Sed natura, quæ est finis generationis ordinatur, vel ad actionem, vel operatum, quæ perueniuntur per operationem. Ergo etiam habitus dicet ordinem ad ista. Ideo dicitur dispositio, vel secundum se, id est, secundum naturam, aut ad aliud i. ad finem.

Arist l. 5. Met. te. 25.

2. Concl.

Quidam habitus ex parte subiecti, in quo sunt primo, & per se importãt ordinẽ ad actũ.

Quia habitus ex se importat ordinem ad naturam rei. Ergo si natura rei, in qua est habitus dicat ordinem ad actum vel sunt potentiæ, quæ ex se sunt principium actus, habitus etiã qui est in potentijs importabit ordinem ad actum.

†*3. Concl*

Habitus est quidem actus, vt est qualitas: sed est actus primus in potẽtia ad secundum.

4. Concl.

De ratione habitus est, vt respiciat naturam, non potentiam: & quia natura respiciat actionem per potentiam, ideo prius ponitur species habitus, quam potentiæ.

5. Concl.

Sanitas pulchritudo, &c. dicuntur habitus in ordine ad naturam, quæ cum sit principiũ actus, etiam ista referuntur ad actum.

Art. 4. Vtrum sit necessarium esse habitum.

1. Conc. 7. Phys. te 17.

Necesse est habitus esse.

1. Habitus ex Arist. sunt perfectiones. Sed perfectio est maxime necessaria rei, quia habet rationem finis Ergo.

1. Multæ sunt res, ad Quarum naturas & operationes oportet plura concurrere, quæ diuersimodis commensurari possunt. Ergo opus est habitibus: quia habitus important dispositionem in ordine ad naturam rei, & operationem, vel finem. bene, vel male. Vt autem aliquid egeat dispositione requirit.

1 Vt sit alterum ab eo, quod disponit, & se habeat, vt potentia ad actum: ideo habitus non habet locum in Deo, qui est simplex.

2 Quod est in potentia possit pluribus modis terminari ad diuersa, quæ si sit in potentia ad vnum non est opus dispositione, vt patet de materia cæli ad formam cæli.

3. Vt plura conueniant ad disponendum subiectum ad vnum eorum, adquæ est in potentia, quæ variis modis commensurari possunt, vt disponatur bene, vel male, ad formam, & ad operationem. Propterea qualitates elementorum, quæ illis eo modo conueniunt, non dicuntur dispositiones, sicut sanitas & pulchritudo, quæ important commensurationem plurium, quæ variis modis commensurari possunt. ideo habitus dicitur dispositio secundum partes.

† 2. Concl. Arist. 5. Met. t. 24. Forma perficit rem, sed ipsa ordinatur ad operationem; & si non sit determinata ad vnam operationē eget habitu determinante.

3. Concl. Potentia quandoque se habet ad multa, ideo eget determinante: si vero sit terminata ad vnum, non ita, vt sunt vires naturales.

4. Concl. Eadem potentia se habet ad bonum & malum: non tamen idem habitus.

Quæstio 50. De subiecto habituum,

Art. 1. Vtrum in corpore sit aliquis habitus.

1. Concl. NVllus habitus, qui ordinatur ad operandum est principaliter in corpore, vt in subiecto.

Nam in eo, quod non est in potentia ad multa, non est ponendus habitus; quia habitus est ad terminandum, quod est indifferens. Sed corpus quo ad suas operationes non est indifferens; quia operationes corporis, aut sunt a qualitate naturali, quæ est ad vnum, & ideo ratione harum non eget habitu; & si sunt ab anima mouente corpus, & hæc principaliter sunt animæ, & secundario corporis: & quia habitus proportionantur operationibus, dispositiones ad hos actus principaliter erunt in anima, in corpore secundario. Vt habituatur ad obediendum: anima Ergo.

2. Concl. Habitus qui dicunt dispositionem subiecti ad naturam, seu formam, possunt esse in corpore: quo modo sanitas, & puchritudo sunt habitus, seu dispositiones. Ita Arist. in prædic. sed non habent perfectam rationem habitus, cum facile mutentur.

† 3. Concl. In 3. de anim. com. 28. Cum Auer. ait, habitum esse, quo quis agit, cum voluerit; intelligitur de habitu, vt est dispositio ad operationem, & de actibus corporis, qui sunt a natura, non de his, qui sunt ab anima, quarum principium est voluntas.

4. Concl. Naturales dispositiones non sunt simpliciter difficile mobiles, nisi in comparatione ad tale subiectum, sed per comparationem ad alias qualitates, non sunt facile mobiles, & ideo sunt habitus. At dispositiones animæ sunt simpliciter difficile mobiles propter naturam subiecti.

5. Concl. Alteratio primo & per se est secundum qualitates primas, ad quam tanquam ad dispositionem sequitur sanitas: &c. & ideo sanitas, & ægritudo potius habitus, quam passibiles qualitates dicuntur.

Art. 2. Vtrum anima sit subiectum habitus secundum suam essentiam, vel secundum suam potentiam.

2. Concl. Ex habitibus aliqui sunt in corpore per ordinem ad animam: alij in essentia animæ, alij in anima secundum suas potentias.

2. Pet. 1. *Nam habitus, vt dicit dispositionem in ordine ad naturam, non potest esse in anima, sed in corpore in ordine ad animam, quæ est forma completiua naturæ: sed si loquamur de aliqua superiore natura, puta de gratia, cuius anima est capax, non prohibet in anima secundū suam essentiam esse aliquem habitum. Vt autem est dispositio ad operationem, maxime habitus sunt in anima secundum suas potentias, per quas anima operatur. Quia hac ratione est indeterminata ad plures operationes, ad quas terminandas requiruntur habitus. Ideo ponuntur diuersi habitus in diuersis partibus animæ.*

† 2. Concl. Arist. 1. Eth. c. vlt. Anima pertinet ad naturam humanam, non vt subiectum disponendum ad aliud, sed vt forma ad quam aliud disponitur; & ideo habitus non sunt in eius essentia.

3. Concl. Vnum accidens dicitur subiectum alterius, sed non per se, sed secundum ordinem, vt superficies coloris: & hoc modo potentia dicitur subiectum habitus.

4. Concl. Habitus ponitur in prima specie, quia dicit ordinem ad naturam: at potentia semper dicit ordinem ad operationem, & ita ponitur secundo loco: habitus vero cuius subiectum est potentia, non dicit ordinem ad naturam, sed ad operationem, & sic est posterior: vel certe præponitur, vt complementum potentiæ.

Art. 3. Vtrum in potentijs sensitiuæ partis possit esse aliquis habitus.

1. Concl. In parte sensitiua, secundum quod operatur instinctu naturæ, non est habitus.

Quia hoc modo ordinatur ad vnum, Ergo vt in potentijs naturalibus non est habitus, ita nec in sensitiuæ sub hac ratione.

1. Concl. In parte sensitiua, vt operatur ex imperio rationis, potest esse aliquis habitus, qui bene vel male disponat.

3. Eth. c. 9. *1. Ex Aristot. qui aliquas virtutes ponit in parte irrationali.*

2. Quia sub hac ratione ad diuersa ordinari potest. Ergo est capax habitus.

† 3. Concl. Vires nutritiuæ non sunt aptæ obedire rationi vti sensitiuæ, ob quam causam rationales dicuntur; ideo in illis non est habitus.

4. Concl. In brutis sunt quidem dispositiones ad sanitatem & ægritudinem; habitus vero esse possunt, vt instituũtur ab homine: sed imperfecte, quãtum ad vsum, quia non habent dominium vtẽdi, quod pertinere videtur ad rationem habitus, quare non sunt proprie habitus.

5. Concl. Licet in potentijs sensitiuis non sit scientia; tamen in appetitu sensitiuo potest esse virtus, quia aptus est moueri ab appetitu rationali: ideo potius virtus ponitur in vi sensitiua appetibili, quam in apprehẽsiua, in qua etiam potest poni habitus memoratiuus, vel cogitatiuus. In apprehensiuis exterioribus, sicut nec in membris non sunt habitus, sed magis in viribus imperantibus motum ipsorum.

Art. 4. Vtrum in ipso intellectu sit aliquis habitus.

1. Concl. In intellectu est aliquis habitus.

1. Ex Arist. 6. Ethic. c 3. qui scientiam & sapientiam ponit in intellectu, & in parte rationali per essentiam.

2. Sicut cuius est potentia, cuius est operatio, ita cuius est habitus, cuius est operatio. Sed intelligere est propter actus intellectus. Ergo & habitus quo intelligit, erit in ipso. Vnde dammanentur dicẽtes vnum esse intellectum possibilem omnium, & habemus cognoscimus esse in partibus sensitiuis. Quæ sententia est contra Aristot. loco citato, & in 3. de anim. tex. 8. vbi ait, intellectum possibilem fieri in actu per species, sicuti sciens dicitur esse in actu, quod sit, cum quis per se potest considerare.

† 2. Concl. Licet operationes sint aliquo modo coniuncti, tamen habitus sunt in potentijs, quæ sunt principia actus. Et cum intelligere sit actus intellectus possibilis, in eo erit habitus, non in phantasmate, quod est commune animæ & corpori, quod phantasma comparatur ad intellectum, vt obiectum.

3. Concl. Quamuis intellectus sit forma & actus; tamen est etiam potentia ad esse intelligibile; & ideo in eo potest esse habitus.

4. Concl. Potentiæ apprehensiuæ præparant obiectum intellectui, & ideo in eis potest secundario esse habitus intellectiuus, si bene sint dispositæ.

Art. 5. Vtrum in voluntate sit aliquis habitus.

1. Concl. Voluntas est subiectum alicuius habitus.

5. Eth. c. 1. *1. Iustitia est habitus quidam. Sed hæc ex Aristot est in voluntate. Ergo.*

2. Potẽtia, quæ potest diuersimode ordinari ad agendum, eget habitu. At voluntas est huiusmodi, quia est potentia rationalis. Ergo eget habitu, quo bene disponatur.

3. Ex ratione habitus, quia habet principalem ordinem ad voluntatem, prout habitus est, quo quis vtitur, cum voluerit.

2. Concl. Quamuis voluntas non operetur per species, vt intellectus; tamen in ea debet esse aliquid inclinans in obiectum: & licet ad aliqua naturaliter inclinetur, ratione quorum non est opus habitu; tamen ad ea, ad quæ non est determinata, opus est.

3. Concl. Intellectus agens, est agens tantum, & ideo non eget habitu: at voluntas est etiam patiens, ideo non est par vtriusque ratio.

4. Concl. Voluntas ex natura sua inclinatur in bonũ; sed quia hoc est varium, ideo eget habitu determinante.

Artic. 6. Vtrum in Angelis sit aliquis habitus.

1. Concl. Licet in Angelis non sit potentia materiæ, ob quam causam aliqui non ponunt habitus in eis: tamen quatenus in illis est aliqua potentia, cum non sint puri actus, in eis potest esse aliquis habitus; & quia potentia ista non est eiusdem rationis cum potentia materiæ, nec habitus vtrobique erit eiusdem rationis.

2. Concl. Circa habitum non eodem modo se habet intellectus angelicus, ac humanus.

Quia humanus, cum sit infimus in hoc genere, est in potentia ad omnia intelligibilia, ratione quorum habitu eget; at angelicus nõ est in potentia ad omnia, quia cum sit actus, sed non purus, respectu aliquorum, vt sua essentia non eget speciebus, & habitu; at respectu aliorum, ad quæ est in potentia, debet perfici habitualiter per species ad operationem propriam. Vnde in Angelis sunt habitus operatiui.

3. Concl. Ad attingendum Deum per intellectum & voluntatem Angelus eget habitu.

Nam nullus angelus pertingit ad perfectionem Dei, quia infinite ab eo distat. Ergo ad attingẽdum eget habitu, tanquam in potentia existens respectu

Cap. 7. de cæl. hier.

partialus. Idem dicit Dionys. quòd eorum habitus vocat deiformes.

4. Concl.

In Angelis non sunt habitus, vt sunt dispositiones ad esse naturæ.

Quia sunt immateriales. Vnde soluitur primũ.

5. Concl.

Angeli cum non sint per se existentes, & perfecti, omnino egent exteriore participatione, & diuina, propterea egent habitu.

6. Conc.

In Angelis nõ sunt partes essentiæ, sed potentiæ, aut eorum intellectus per plures species perficitur.

Quæstio 51. De causa habituum, quantum ad generationem ipsorum.

Artic. 1. Vtrum aliquis habitus sit à natura.

1. Concl.

NAturale dicitur aliquid, vel secundum naturam speciei, vt risibile homini, vel secundũ naturam indiuidui, vt Socrati ægrotare: & vtroque modo, vel secundum totum, quia totum est à natura, vel secundum quid, cum partim est a causa exteriore, vt cum homo partim fit sanus à natura, partim à medicina.

2. Concl.

Habitus vt est dispositio subiecti in ordine ad naturam vel formam omnibus dictis modis potest esse naturalis.

Nam aliqua dispositio naturaliter debetur speciei, quæ quia habet quandam latitudinem, ideo in indiuiduis habet varios gradus, in quibus potest esse, vt totaliter à natura, vel etiam partim a causa exteriore, vt sanitas ab arte.

3. Concl.

Habitꝰ qui est dispositio ad operationem, cuius subiectum est potentia, potest esse naturalis ex natura speciei, vel ex parte animæ, quæ cum sit forma, est principium specificũ, & ex parte indiuidui ratione corporis, quod est principium materiale. Sed neutro modo in homine sunt habitus totaliter à natura: in angelis tamen sunt species naturaliter inditę, non autem in homine.

4. Concl. ita 6. Eth. c. 6.

In potentijs apprehensiuis est habitus naturalis secundum inchoationem & rationem speciei, & indiuidui. Primo modo ex parte animæ est habitus primorum principiorum.

1. Post. c. vlt.

Nam ex ipsa natura cognoscitur totum esse magis ex parte; licet quid sit totum, & pars, sine sensu non cognoscatur ex parte indiuidui, aliquis est magis dispositus ratione organorum ad intelligẽdum.

5. Concl.

In potentijs appetitiuis non est naturalis habitus secundum inchoationem ex parte animæ, quoad substantiam habitus, sed solum quantum ad principia quædam ipsius: sicut principia iuris communis dicuntur seminalia virtutum. Inclinatio enim ad propria obiecta non pertinet ad habitum, sed ad rationem potentiarum. At ex parte corporis secũdum naturam indiuidui sunt aliqui habitus appetitiui secũdum inchoationes naturales: sunt enim aliqui dispositi ad castitatem, aliqui ad mansuetudinem, &c.

† 6. Conc.

A natura vt contra diuiditur rationi & voluntati, non est vllus habitus, si sumatur pro eo, quo quis pro voluntate vtitur.

7. Concl.

Non omne id, quod pertinet ad habitum, pertinet ad potentiam, & ita potentiæ naturali non additur frustra habitus naturalis: vt angelis species intelligibiles.

8. Concl

Licet aliqui habitus sint naturales, non sequitur omnes esse naturales.

Quia natura non se habet eodem modo ad causandas omnes diuersitates habituum.

Art. 2. Vtrum aliquis habitus causetur ex actibus.

1. Concl. Lib. 2. Eth. c. 1.

Aliquis habitus causatur ex actibus.

1. Ita docet Aristoteles.

2. *Agens quod est principium actiuum & passiuum sui actus, potest agendo frequentatis actibus aliquid in se producere, quod non potest illud agens, quod est solum principium actiuum sui actus, vt ignis calefactionis. Sed homo ratione actiuum appetitiua, & apprehensiua virtutis est agẽs & patiens: quia appetitiua monet, & monetur à apprehensiua repræsentãte obiectum; & vis intellectiua monetur ratiocinando à propositione nota ex principijs. Ergo in appetitiua per varios actus generabitur habitus virtutum moralium, cum se moueat, & moueatur à ratione, & intellectiua habitus scientiarum, vt moueatur à principijs.*

2. Concl.

Talibus actibus non causatur habitus quãtum ad primum actiuum principium, sed quantum ad principium actus, quod mouet motum.

Quia quod patitur, ab alio disponitur per actum agẽtis: vnde ex talibus actibus generatur quædam qualitas in potentia passiua & mota, quæ dicitur habitus.

3. Concl.

Agens, vt agens, nõ recipit, sed vt motum ab alio mouente, & sic causatur habitus.

4. Concl.

Idem secundum idem, non se mouet, secũdum diuersa idem à seipso moueri potest.

5. Concl.

Actus qui præcedit habitum, procedit à nobiliore principio, quam sit habitus, vt ratio respectu virtutis moralis, & intellectus principiorum respectu scientiæ.

Art. 3. Vtrum per vnum actum possit generari habitus.

1. Concl. Habitus, qui sunt in potentijs appetitiuis, non generantur vno, sed pluribus actibus.

1. Eth. c. 7. *1. Vna enim hirundo ex Arist. non facit ver; id est, vnus actus perfectam virtutem.*

2. Habitus generantur per actus, prout potē. in passiua mouetur à principio actiuo, quod no potest generare aliquid in passiuo, nisi vincat suā actiuē passiuum. Sed ratio, quæ est principium actuū horum habituum, non potest vincere totam potentiam appetitiuam, quoniam cum se habeat diuersimode ad multa, non potest sta vnico actu affici, vt feratur in vnum tantum, vt ratio habitus requirit. Ergo.

2. Concl. Intellect⁹ noster vnico actu potest acquirere habitum scientiæ, sed non opinionis.

Quia interdum potest moueri ab aliquo actiuo, ita vt cogatur assentire sine formidine: interdum vero non commouet. Et ratio probabilis. Ergo.

3. Concl. Arist. lib. 1. mem. & c. 2. Habitus qui sunt in potētijs sensitiuis, apprehensiuis non vnico actu generantur, vt patet in memoria, quæ non confirmatur, nisi repetito actu.

4. Concl. Habit⁹ corporales vnico actu possunt causari: si actiuum fuerit magnę virtutis. Vt quādo medicina fortis inducit sanitatem. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum aliqui habitus sint hominibus infusi à Deo.

Concl. Aliqui habitus supernaturales homini infunduntur à Deo.

1. Eccl. 15. Implenit eum Dominus, &c.

2. Sunt aliqui habitus, quibus homo disponitur ad finem excedentem naturam. Ergo isti excedunt vim naturæ. Ergo infundūtur à Deo, quia habitus debet esse proportionatus ei, ad quod per eum homo disponitur.

1. Concl. Deus aliquando infundit homini habitus, qui viribus naturæ possunt acquiri.

Nam quod potest per causas secundas, potest per seipsum. Ergo. Solet igitur Deus ad ostendendum potentiam suam interdum hos habitus infundere, vt patet in Apostolis, quibus dedit scientiam scripturarum, &c.

3. Concl. Deus ratione naturæ æqualiter se habet ad omnes, sed non ratione sapientiæ.

4. Concl. Ex eo quod Deus in omnibus operatur secundum naturæ modum, non sequitur, quod non possit aliquid operari, quę natura nō potest, sed quod nihil facit contra naturam.

Concl. Actus habitus infusi non causant habitum, sed augent præexistentem.

Quæstio 52. De augmento habituum.

Art. 1. Vtrum habitus augeantur.

1. Concl. VT in rebus corporalibus aliquid dicitur magnum, quia habet debitam & perfectam quantitatem, ita in spiritualibus, quod peruenit ad debitam perfectionem, quoniam bonum habet rationem perfecti, & ideo in his, quæ mole carent, idē est esse maius, quod melius, vt ait Augustt.

Lib. 6 de Trin. c. 8. Perfectio formæ considerari potest vel secundum ipsam formam, vel secundum quod subiectum participat formam: si primo modo, forma secūdum se non dicitur magna vel parua, altero modo dicitur magis & minus album, & sanum.

2. Concl. Illud secundum quod aliquid sortitur speciem, debet esse fixum, & quasi indiuisibile.

3. Concl. *Quia quæ illud attingūt, sunt sub specie illa, quæ autem excedunt, aut deficiunt nequaquam. Ergo. Ideo species dicuntur & numeri.*

Arist. 8. Met. tex. 10. Forma quæ secundum seipsam, & aliquid, quod est in se, sortitur speciem, secundum se habet determinatam rationem, quā nec excedere, nec ab ea deficere potest, vt sunt substantiæ & qualitates: Quæ vero recipit speciem ab aliquo extrinseco, ad quod refertur, potest variari in plus & minus, & non mutabitur species propter vnitatem eius, à quo sumitur species; vt motus, qui specificatur à termino, & vt sanitas, quæ consistit in dispositione ad corpus, quæ varia esse potest. Vnde patet, quæ formæ possint augeri, quæ non.

4. Concl. *Probatur autem hæc concl. ex 3. quia id vnde sumitur species, est quid vnum. At in vtroq; genere est aliquid tale. Ergo non mutatur species.*

5. Concl. Si qualitates seu formæ considerentur in ordine ad subiectum, quædam non suscipiunt magis & minus, vt substantia, quia est ens per se, & habet speciem secundum se; quę est fixa & quasi numerus. Similiter forma, quę consistit in diuisibili, non potest magis participari, vt sunt quæ accipiuntur secundum numerum, vt species quantitatis discretæ, id est, numerorum, & quantitatis continuæ, quæ secundum numeros accipiuntur, vt tricubitum, triplum, figura, &c.

6. Concl. 7 Physic. tex. 17. Habitus & dispositiones vtroq; modo augeri possunt: & secūdum se, quia sumunt speciem ab extrinseco, id est, ab obiecto, & secūdum participationem subiecti, quia scientia

& la-

& sanitas participantur pro diuersa aptitudine, quæ est in subiecto.

† 7. Concl. Vt nomen, *magnitudo*, ita & augmentum transfertur a corpore ad perfectiones quantitate carentes.

8. Concl. Habitus est perfectio, sed nõ specifica, neque in sui ratione includit terminum, seu numerum.

9. Concl. Alteratio primum est in qualitatibus tertiæ speciei, & posterius in illis, quæ sunt in prima specie.

7. Physic. tex. 10. *Quia facta alteratione secundum vires sensitivas & apprehensivas sequitur alteratio secundum virtutem, & sanitatem.*

Art. 2. Vtrum habitus augeatur per additionem.

1. Concl. Si habitus consideretur in ordine ad subiectum, in quo est, non augetur per additionem, sed quia subiectũ magis participat habitum.

4. Physic. tex. 84. 7. Met. tex. 23. *1. Ex Aristot. calidum fit magis calidum, nullo producto in materia calido, quod nõ essit calidum, quando erat minus calidum. Ergo.*

2. Sicut per agens, quod est actu, fit aliquid actu calidum, incipiés de nouo participare formam, non quod ipsa forma fiat; ita per actionem intensam agẽtis, efficitur magis calidum, tanquam perfectius participans formam, non quod forma aliquid addatur. Ergo Nam si per additionem fieret hoc augmentum, vel fieret ex parte formæ, & sic mutaretur species; vel ex parte subiecti, & hoc, vel quia aliqua pars subiecti reciperet formam, quam non habebat, vel quia additur aliquod subiectum participans eandem formam, & si album addatur albo. Sed neutro modo aliquid dicitur magis, sed maius Ergo.

2. Concl. Quoniam quædam accidentia secundum se augentur, in quibusdam augmentum per additionem fieri potest. Nam motus augetur per hoc, quod ei aliquid additur, vel secundum tempus, in quo est, vel secundum viam: & tamen species eadem manet; quia terminus est idem. Augetur etiam per intensionem secundum participationem subiecti, prout magis prompte fit. Similiter scientia per additionem conclusionum, & secundum participationem subiecti, prout quis expeditius se habet in consideratione conclusionum. Item habitus corporales, vt sanitas, & pulchritudo, maxime augentur per additionem secundum omnes partes, & tranſmutationem qualitatum, quæ augentur secundum intensionem ex parte subiecti participantis.

† 3. Conc. Etiam in corporali magnitudine fit accretio, vel per additionem subiecti, ad subiectũ, vt in augmentatione, vel per intensionem, vt in rarefactione.

3. Concl. Causa agens habitus facit semper aliquid in subiecto, sed non nouam formam, scilicet, vt magis participet, & forma se extendat.

5. Concl. Agens in eo, quod non est album, causat nouam formam, sed in eo, quod, verbi gratia, est minus calidum, cum actu formam habeat, perducit ad maiorem participationem.

Art. 3. Vtrum quilibet actus augeat habitum.

1. Concl. Actus intensiores & perfectiores habitu, augent ipsum, actus vero æque intensi disponunt ad augmentum.

2. Eth. c. 2. 5. Physic. tex. 52. *Nam actus, qui intenditur proportionaliter ad intensionem habitus, vel in hoc ipsum excedit, & augmentat habitum, vel saltem disponit ad augmentum eius: quia vt ait Arist. similes actus similes habitus causant: similitudo autem non solum secundum eandem qualitatem, sed etiam secundum diuersum modum, vt magis & minus alibi, attenditur. At aliqui actus possunt esse huiusmodi: quia habitus est in voluntate, & ideo eo aliquis potest vti proportionaliter, vel excedenter, vel deficienter, aut facere contrarius. Ergo, quilibet talis actus, vel augebit, vel disponet ad augmentum, si loquamur de augmento habituum, sicut de augmento animalis, vbi non quodlibet augmentum auget, nec quilibet gutta cauat lapidem, sed multiplicato alimento fit augmentum.*

2. Concl. Si intensio actus proportionaliter deficiat ab intensione habitus, actus non disponit ad augmẽtum, sed magis ad diminutionem. Ita Aristot. vnde patet ad obiecta. 2. Eth. c. 2.

Quæstio 53. De corruptione & diminutione habituum.

Art. 1. Vtrum habitus corrumpi possit.

1. Concl. CVM forma per se corrumpatur à contrario, & per accidẽs per corruptionem subiecti habitus, qui est in subiecto corruptibili, cuius causa habet contrarium vtroq; modo erit corruptibilis: qui vero est in subiecto incorruptibili, non corrumpitur per accidẽs.

2. Concl. Sunt quidã habitus, qui principaliter sunt in subiecto incorruptibili, secundario in corruptibili, vt scientia, quæ est in intellectu possibili, & in potentijs sensitiuis, & ideo ex parte intellectus non corrumpitur per accidens, sed ex parte sensus.

Habi-

Habitus primorum principiorum tam ſpeculabilium, quam practicorum immediate ab intellectu agente cauſati vtroque modo ſunt incorruptibiles.

Nam ille habitus per ſe eſt corruptibilis, qui vel ex parte ſua, vel ſuæ cauſæ habet contrarium. Sed iſti habitus non habent contrarium, quia ſpecies intelligibiles, quæ ſunt intellectus poſſibilis non habẽt contrarium, nec etiam intellectus agens, qui eſt eorum cauſa immediata. Ergo tales habitus nulla oblitione, vel deceptione corrumpi poſſunt.

Habitus ſcientiæ, & opinionis in intellectu poſſibili exiſtens corrumpi poteſt.

1. Ex parte propoſitionum, ex quibus ratio procedit: quia vna poteſt eſſe alteri contraria.

2. Ratione proceſſus, quo modo ſophyſtica ratio vera, vel probabili opponitur: corruptio enim ſcientiæ eſt deceptio. Idem dicendum eſt de virtute prudentia.

Habitus morales, qui ſunt in voluntate, & appetitu ſenſitiuo per ſe corrumpi poſſunt.

Quia generantur ex ea quod ratio nata eſt monere hanc partem. Ergo per iudicium rationis in contrarium monentis, vel per ignorantiam, aut electionem poſſunt corrumpi.

Habitus habet ſimilitudinem naturæ, à qua tamen deficit, ideo corrumpitur, ſed non facile.

Licet ſpecies intelligibiles non habeant contrarium: tamen enunciationes & diſcurſus habent.

Scientia non corrumpitur motu corporali, ſed intelligibili. Virtutes dicuntur firmiores ſcientijs, propter vſum continuum in omni vita.

Artic. 2. Vtrum habitus poſſit diminui.

Habitus poſſunt diminui.

1. Contraria ſunt nata fieri circa idem. At augmentum & diminutio ſunt contraria. Ergo.

2. Quoniam dupliciter diminuuntur, ſicut & augentur: quia vt ex eadem cauſa augentur, qua generantur, ita ex qua corrumpuntur, minuuntur: diminutio enim eſt via ad corruptionem, vt generatio fundamentum augmenti.

Non diminuitur, vt eſt forma ſimplex, ſed vt participatur ob potentiam participantis, quæ varie poteſt participare.

Eſſentia habitus non minuitur vllo modo, ſed diminutio eſt à participante.

Quod conuenit accidenti; vt eſt in ſubiecto, non tribuitur ei ex ſua ratione in abſtracto, ſed in concreto, & talis eſt intenſio, & remiſſio in quibuſdam accidentibus; licet aliqui per additionem augeantur, vt eſt dictum.

Art. 3. Vtrum habitus corrumpatur, vel diminuatur per ſolam ceſſationem ab opere.

Ceſſatio actus per accidens corrumpit, vel minuit habitum.

1. Deceptio ait Ariſt. & oblitio corrumpunt ſcientiam, & inappellatio amicitiam diſſoluit.

2. Quod remouet cauſam, quæ prohibet corruptionem & diminutionem habitus, per accidens minuit; & quandoque corrumpit habitum, quia corrumpitur, & minuitur per ſuum contrarium, quod debet remoueri per actum ab habitu præcedentem. Sed ceſſatio remouet iſtam cauſam. Ergo. Nam cum temporis ſpacio ſuccreſcant, quæ ſunt habitus contraria, ſi adſit ceſſatio ab actu ex habitu producto, qui contraria impediat, habitus minuitur, vel omnino tollitur. Vnde ſi quis non exerceatur virtute, qua facit, promptum ad eligendum medium in operationibus; ſuccreſcunt paſſiones, & operationes præter modum virtutis. Similiter in habitibus intellectus quibus recte iudicatur inſurgunt imaginationes extraneæ, & quandoque in contrarium ducentes, quæ ni tollantur, & faciunt ineptum ad iudicandum, & aliquando ad contrarium totaliter diſponunt.

Etiam calor per ceſſationem corrumpitur, ſi adſit frigidum corruptiuum calidi.

Ceſſatio eſt cauſa, vt remouens prohibens diminutionis habitus.

Licet anima non ſubijciatur tempori, tamen quantum ad paſſiones partis appetitiuæ, & vires apprehenſiuas pendet à tempore.

Quæſtio 54. De diſtinctione habituum.

Art. 1. Vtrum multi habitus poſſint eſſe in vna potentia.

HAbitus qui ſunt diſpoſitiones ad naturam poſſunt eſſe plures in ſubiecto.

Quoniam enim ſubiecti partes diuerſimode accipi poſſunt, ſecundum quarum, diſpoſitiones habitus dicuntur. Vt ſi accipiantur humores humani corporis, ratione ſanitatis, & varia membra, ratione pulchritudinis.

Habitus, qui ſunt diſpoſitiones ad opera, qui proprie pertinent ad potentias, poſſunt eſſe plures in eadem potentia.

1. *Intellectus eſt vna potentia, & tamen in eo ſunt plures habitus. Ergo.*

2. *Potentia paſſiua comparatur ad actum &*

1. Concl.
† 2. Concl.
3. Concl.
4. Concl
1. Concl.
† 2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
5. Concl.
† 6. Concl.
7. Concl.
8. Concl.
1. Concl.
Ariſt. lib. de long. vita c. 2.
4. Concl.
5. Concl.
1 Concl. lib de long. & breui. vita.
8. Eth.
† 2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
1. Concl.
† 2. Concl.

Vnius speciei, & materiã & formam quia & materia determinatur ad vnam formam per vnum agens, ita potentia passiua à ratione vnius obiecti actus ad vnum actum speciei. Ergo & plura obiecta possunt mouere vnam potentiam passiuam, ita ipsa potest esse subiectum diuersorum actuum, & perfectionum secundum speciem. Habitus enim sunt qualitates impotentia, quibus inclinatur ad actus secundum speciem.

3. Concl. Aristot. 6. Eth. c. 1. Vt diuersitas specierum est à forma & generum a materia, ita diuersitas obiectorum genere, facit diuersitatem potentiarum genere, & diuersitas secundum speciem, specie: idem consequenter dicas de habitibus. Vnde diuersi habitus possunt esse vnius potentiæ, & non necesse, vt diuersi sint diuersarum potentiarum.

4. Concl. Potẽtia est simplex ratione essentiæ, sed est multiplex virtute.

Quia ad multos actus se extendit.

5. Concl. Habitus non est determinatio potentiæ, vt figura corporis sed vt dispositio ad actum: & licet non sint multi actus simul, sunt tamẽ in habitu, vt vnus comprehenditur sub alio.

Art. 2. Vtrum habitus distinguantur secundum obiectum.

1. Concl. Habitus distinguuntur secundum principia actiua ipsorum.

Quoniam vt distinguuntur formæ, ita & habitus, quia sunt quædam formæ. Sed forma dicto modo distinguuntur, cum omne agens faciat sibi simile secundum formam. Ergo.

1. *Habitus distinguuntur secundum obiecta specie differentia.*

2. *Quia actus differũt specie pro diuersitate obiectorum, vt est dictum. Sed habitus sunt dispositiones actuum. Ergo.*

2. Concl. Qua ratione probatur distingui etiam secundum naturam.

Quæ dicuntur ad aliquid distinguuntur secundum ea, ad quæ dicuntur. Sed habitus est quædam dispositio ordinata ad naturam, & operationem consequentem naturam. Ergo. Quare habitus secundum tria distinguuntur ad est, secundum principia actiua, obiecta, & naturam.

† 3. Conc. In distinctione habituum ratio formalis obiecti generica, vel specifica est consideranda: & contraria in vnaratione cognoscibilis conueniunt.

4. Concl. 1. Posse. Terram esse rotundam varijs modis probant duæ scientiæ: & tota vis demonstrationis pendet à medio.

5. Concl. Finis in operationibus, est rãquam principium in demonstratione: ideo diuersitas finis specificat: adde, quod finis est obiectum actuum interiorum.

Art. 3. Vtrum habitus distinguantur secundum bonum & malum.

1. Concl. Habitus distinguuntur specie, secundum quod vnus est bonus, & alius est malus.

1. *Habitus boni contrariatur habitus mali, vt virtus vitio. Sed contraria sunt secundum speciem Ergo.*

2. *Habitus, quorum alius disponit secundum conuenientiam ad naturam, alius secundum disconuenientiam ab ipsa distinguuntur modo dicto; quia habitus distinguuntur secundum ordinem ad naturam. Et ita se habent hi habitus; quia bonus disponit secundum naturam, vt est actus virtutis rationis conueniens: & malus non est naturæ congruus, vt actus vitij quod discordat à natura. Ergo.*

2. Concl. Distinguuntur etiam habitus prout vnus disponit cõuenienter naturam ad actum inferiorem: alius ad actum conuenientem naturæ superiori: quo modo virtus humana à diuina, vel heroica distinguitur.

† 3. Concl. Idem habitus potest esse contrariorum, vt illa conueniunt in vnaratione: nunquam tamen sunt ijdem specie. Vnde habitus non distinguuntur ex eo, quod vnus sit boni & alius mali, sed quod vnus bonus alius malus.

4. Concl. Bonum transcendens non est differentia constituens habitus, sed bonum secundum determinatam naturam humanam. Nec malum sumitur vt pura priuatio, sed vt determinate rationi repugnat.

5. Concl. Plures habitus boni specie distinguuntur secundum distinctas conuenientias ad naturam, mali secundum repugnantias diuersas.

Art. 4. Vtrum vnus habitus ex multis habitibus constituatur.

1. Concl. Habitus operatiuus non constituitur ex multis habitib⁹, sed est vna simplex qualitas.

1. *Habitus est quædam forma simplex: quia est quædam qualitas. At nullum simplex constat pluribus. Ergo.*

2. *Habitus ad operationem ordinatus, de qu⁹ principaliter est sermo, est potentiæ perfectio, qua perfectibilis proportionatur. Ergo sicut potentia, cum sit vna, ad, lura se extendit sub vna ratione obiecti, sic habitus ad multa se extendet prout habet ordinem ad aliquod vnum, puta ad vnam specialem rationem obiecti, vel vnam naturam, vel vnum principium, quamuis ergo habitus secundum ea, ad quæ se extendit, habeant multiplicitatem: tamen quia multiplicitas est ordinata ad vnum, est simplex qualitas.*

2. Concl. Successio in habitibus non est ex eo, quod pars generetur post partem; sed quia subiectum non statim consequitur dispositionem firmam, quæ paulatim confirmatur.

Concl. Partes quæ virtutibus cardinalibus assignantur, non sunt semper integrales, ex quibus fiat totū, sed subiectiuæ, seu potentiales.

Concl. Qui acquirit scientiam per vnam demonstrationem habet habitum, sed imperfectum cum adueniat alia demonstratio, ille idem fit perfectior.

Quia demonstrationes sunt ordinatæ, & vna oritur ex alia.

Quæstio 55. De Virtutibus quantum ad suas essentias.

Art. 1. Vtrum virtus humana sit habitus.

Concl. Virtutes humanæ sunt habitus.

1. Aristoteles in prædicamento reponit inter habitus.

2. Virtus quæ determinat potentiam ad certum actum, est habitus: habitus enim dicit perfectionem, quæ sumitur à fine, & finis, potentia, est actus, & ideo potentia dicitur perfecta, quia est terminata ad actum. At potentiæ rationales hominis terminantur ad actus per virtutem, quæ nihil aliud sonat, quam quandam perfectionem, quoniã tales potentiæ non sunt terminatæ ad vnum actum, vt potentiæ naturales. Ergo cum virtutes tales potentias determinent, erunt habitus.

2. Concl. Virtus aliquando dicitur obiectum virtutis aliquando actus, nec virtus essentialiter est vltimum potentiæ sed ratione obiecti sic nominatur.

. Concl. Virtus dicitur bonus vsus rationis, quatenus, ad hoc virtus ordinatur.

.. Concl. Aug l. 2. de b. ar. c. 19. Dupliciter dicimur mereri, vel ipso merito, vt cursu curimus, & sic meremur actibus: vel vt principio merendi & sic virtute.

. Concl. Virtus dicitur ordo amoris quia ad hoc est vt amor in nobis ordinetur.

. Concl. Virtutes naturales non sunt habitus, quia sunt determinatæ ad vnum.

Art. 2. Vtrum virtus sit habitus operatiuus.

Concl. Virtus humana est habitus operatiuus.

. Lib. c. 6. *1. Ex Aristot. Virtus est, quæ bonum opus reddit. Ergo.*

2. Habitus qui importat ordinem ad agendum est operatiuus. Sed virtus humana est huiusmodi: quia hæc virtus non se tenet ex parte corporis, & potentiæ, materiæ, quæ est ad esse, sed ex parte formæ, quæ est forma, cuius est agere, quia res agit vt est actu. & ita se tenet ex parte illarum rerum, quæ sunt hominis tantum, & ideo humana dicitur, quasi sit vt non oporteat ordinem ad esse, sed ad operari. Ergo de ratione virtutis humanæ erit, vt sit habitus operatiuus.

† 2. Concl. Vt quodlibet est, totaliter operatur.

Nam modus actionis sequitur dispositionem agentis: & quia virtus est conueniens dispositio animæ, assimilatur sanitati & pulchritudini, quæ dispONunt corpus, sed hæ non agunt, vt virtus.

3. Concl. Virtus quæ est ad esse, non est propria hominis, sed quæ est ad operationem, hic loquimur de virtute hominis propria.

4. Concl. Summa assimilatio ad Deum est secundum operationem, quia Dei substantia est quædam actio: vnde summa hominis perfectio in operatione consistit.

Art. 3. Vtrum virtus humana sit habitus bonus.

1. Concl. li. de mor. eccl. c. 2. Virtus humana est bonus habitus.

1. Ex Aug. Virtus facit animam optimam: & ex Arist. bonum facit habentem.

2. Virtus importat perfectionem potentiæ; & ideo virtus cuiusque rei terminatur ad vltimum in quod res potest: hoc autem vltimum debet esse bonum, quia malum defectum importat, & est infimum. Ergo virtus cuiusq; rei dicitur in ordine ad bonum. Vnde virtus humana quæ est habitus operatiuus, est habitus bonus, boni operatiuus.

2. Concl. 1. Cor. 15. Metaphorice, perfectum, bonum, & virtus dicuntur de malo, & peccato; vt cum dicitur, virtus peccati lex.

3. Concl. Isa. 5. Dicitur: *potentes ad bibendum vinum, & fortes ad miscendum ebrietatem.* Quo loco probatur potentiam esse indifferentem ad bonum & malum. Ergo & habitus; dico malum ebrietatis consistere in defectu ordinis rationis, cum quo potest stare alia potentia inferior perfecta, cuius perfectio non potest dici humana, cum careat vsu rationis.

4. Concl. Eo est perfectior ratio, quo magis infirmitates corporis tolerat: & ideo virtus, quæ rationi tribuitur, dicitur perfici in infirmitate.

Art. 4. Vtrum virtus conuenienter definiatur.

1. Concl. Virtus est bona qualitas seu habitus mentis, qua recte viuitur, & qua nullus male vtitur, & quam Deus in nobis sine nobis operatur: quod patet ex auctoritate Sancti Augustini libro secundo, de libero arbitr. quia

conti-

continet & comprehendit prædicta definitio omnes causas virtutis: causa namque formalis virtutis, sicut & cuiuslibet rei, accipitur ex eius genere & differentia: cum dicitur bona qualitas: Genus enim virtutis qualitas est, differentia autem bona; esset tamen conuenienter definitio, si loco qualitatis habitus poneretur, qui est genus propinquum. Virtus autem non habet materiam ex qua, sicut nec alia accidentia, sed habet materiam circa quam, & materiam in qua scilicet subiectum: Materia autem circa quam est obiectum virtutis, quod non potuit in prædicta definitione poni eo quod per obiectum determinatur virtus ad speciem. Hic autem assignatur definitio virtutis in communi, vnde ponitur subiectum loco causæ materialis, cum dicitur, quod est bona qualitas mentis: Finis autem virtutis cum habitus operatiuus est ipsa operatio.

Sed notandum, quod habituum operatiuorum aliqui sunt semper ad malum, sicut habitus vitiosi, aliqui vero quandoque ad bonum, & quandoque ad malum, sicut opinio se habet ad verum & falsum: Virtus autem est habitus semper se habens ad bonum, & ideo vt discernatur virtus ab his, quæ semper se habent ad malum dicitur, qua recte viuitur: vt autem discernatur ab his, quæ se habent quandoque ad bonum, quandoque ad malum dicitur, qua nullus male vtitur: causa autem efficiens virtutis infusæ, de qua definitio datur Deus est, propter quod dicitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur: quæ quidem particula, si auferatur, reliquum definitionis erit commune omnibus virtutibus & acquisitis & infusis.

† 2. Concl. Id quod primo cadit in intellectu est ens, vnde vnicuique apprehenso à nobis attribuimus quod sit ens, & per consequens quod sit vnum & bonum, quæ conuertuntur cum ente, vnde dicimus, quod essentia est ens, & vna & bona, & quod vnitas est ens & vna & bona, ita de bonitate. Hoc autem non habet locum in specialibus formis, sicut est albedo & sanitas: non enim omne, quod apprehendimus, sub ratione albi & sani apprehendimus, sed tamen considerandum, quod sicut accidentia & formæ non subsistentes dicuntur entia, nõ quod ipsa habeant esse, sed quia eis aliquid est, ita etiam dicuntur bona vel vna, non quidem aliqua alia bonitate, vel vnitate, sed quia est eis aliquid bonum vel vnum, sic igitur & virtus dicitur bona, quia in ea aliquis est bonum.

Bonum positum in hac definitione non est bonum commune, & passio entis, sed bonum rationis. 3. Concl.

Virtus non est in parte irrationali, nisi vt participat rationem, ideo subiectum proprium eius est mens. 4. Concl.

Rectitudo, quæ consistit in re, est propria iustitiæ, sed rectitudo importans ordinem ad finem debitum: est in omni virtute, ideo dicitur, *qua recte viuitur.* 5. Concl.

Potest quis abuti virtute tanquam obiecto male sentiendo de virtute, sed non tanquam principio. 6. Concl.

Virtus infusa causatur à Deo nobis non agentibus, sed consentientibus. 7. Concl.

Quæstio 56. De subiecto virtutis.

Art. 1. Vtrum virtus sit in potentia animæ sicut in subiecto.

Sicut in subiecto, non quia accidens per seipsum possit sustentare aliud accidens, sed quia vnum accidens inhæret substantiæ mediante alio accidente, vt color corpori mediante superficie, vnde superficies dicitur esse subiectum coloris, & eo modo potentia animæ dicitur esse subiectum virtutis. 1. Conc.

1. Virtus ex Aristotele dicitur vltimum potentiæ. Sed vltimum est in eo, cuius est vltimum. Ergo. Lib. de Cal. tex. 116.

2. Virtus importat perfectionem potentiæ. Ergo est in potentia.

3. *Est habitus operatiuus. At operatio est in anima per aliquam potentiam. Ergo.*

4. Quia dissonat ad optimum, optimum autem est finis, aut vel operatio rei, vel aliquid adeptum per operationem, egredientem à potentia. Ergo.

Dicendum, quod viuere dupliciter sumitur, quandoq; enim dicitur viuere ipsum esse viuentis, & sic pertinet ad essentiam animæ, quæ est viuenti essendi principium: alio modo viuere dicitur operatio viuentis, & sic virtute recte viuetur, in quantum per eam aliquis recte operatur. 2. Concl.

Dicendum, quod bonum vel est finis, vel in ordine ad finem dicitur, & ideo cum bonum operantis consistat in operatione, hoc etiam ipsum, quod virtus operantem bonum facit, refertur ad operationem, & per consequens ad potentiam. 3. Concl.

Vnum accidens dicitur esse in alio, quia vnum inhæret subiecto mediante alio, & sic color dicitur esse in superficie, &c. 4. Concl.

Art. 2. Vtrum vna virtus possit esse in pluribus potentijs.

Concl. Impossibile est vnam virtutem ex æquo esse in pluribus potentijs.

1. Vnum accidens non potest esse in plurib. subiectis. At virtus est accidens existens in potentia, vt in subiecto Ergo.

2. Vbi est diuersitas potentiarum, est diuersitas habituum, non contra; quia diuersitas potentiarum non est communior, quam diuersitas habituum, quia illa est secundum generales rationes obiectorum, sed secundum speciales. At virtutes sunt habitus Ergo.

1. Concl. Quodam ordine vna virtus est in pluribus potentijs: in vna præcipue, in alijs per quandam diffusionem, & per modum dispositionis.

Quia vna potentia mouetur & accipit.

† 3. Concl Idem actus non potest eodem ordine, & æqualiter pertinere ad diuersas potentias, sed secundum diuersas rationes, & ordinem.

4. Concl. Scire prærequiritur ad actionem moralem; quæ tamen essentialiter in appetendo consistit.

5. Concl. Prudentia realiter est in ratione vt in subiecto, sed supponit rectitudinem voluntatis, vt principium.

Art. 3. Vtrum intellectus possit esse subiectum virtutis.

2. Concl. Virtus est habitus, quo quis bene vtitur.

1. Habitus autem dupliciter ordinatur ad bonum actum: vno modo vt per habitum acquiritur facultas producendo actum, vt recte loquendo: altero vero, vt etiam habitus det facultatem, vt aliquis ea facultate recte vtatur, vt iustitia, qua facit prompte operari, & vt iuste operetur.

2. Et quia bonum simpliciter, nō dicitur ratione potētiæ, sed actus, ideo homo dicetur bonum operari, & esse bonus, ab his secundis habitibus.

2. Concl. Hi habitus dicuntur simpliciter virtutes: illi vero non simpliciter.

Nam virtus est, quæ facit bonum habentem, & opus esse bonum reddat. Sed hoc faciunt habitus posteriores, priores, non ita, quia non reddunt bonum opus, nisi secundum quandam facultatem,
6. Eth. c. 3. *nec faciunt bonum habentem. Ergo. Vnde grammaticus dicitur bonus secundum quid.*

3. Concl. Subiectum habitus, qui secundum quid, est virtus, potest esse intellectus etiam sine ordine ad voluntatem.

Quia scientia, ars, &c. sunt in intellectu, virtus dicitur qualitas mentis, qua dicitur intellectus. Ergo.

Subiectum habitus, quę est simpliciter virtus, non potest esse nisi voluntas vel potentia mota à voluntate. 4. Concl.

Quia talis habitus dat non solum facultatem, sed etiam bene operari. Sed quod homo bene agat, est à voluntate bona. Ergo.

Prout intellectus mouetur à volūtate, potest esse subiectum virtutis simpliciter: & sic intellect⁹ speculatiuus est subiectū fidei: *quia non credimus, nisi mouente voluntate*; & practicus prudentiæ: *quia ad eius actum debet homo esse bene affectus circa principium, id est, circa finem, per rectitudinem voluntatis.* 5 Concl.

Virtus simpliciter dicitur amor. † 6. Concl

Quia pendet ab amore, qui est in voluntate, cuius primus actus est amor.

7. Concl. Quia verum est finis, & bonum intellect⁹, ideo habitus perficiēs intellectus dicitur virtus. Tertium procedit de virtute simpliciter.

Art. 4. Vtrum irascibilis & concupiscibilis sint subiectum virtutis.

1. Concl. Irascibilis & concupiscibilis, vt partes appetitus sensitiui, & ex se, nō possunt esse subiectum virtutis.

2. Concl. 3. Eth. c. 10. Hæ potentiæ vt sunt natæ, obedire rationi, possunt esse subiectum virtutis humanæ; Sic enim sunt principium humani actus, aut participant rationem. Et ideo in illis necesse est ponere virtutes.

1. Fortitudo in irascib. & temperantia in concupiscib. ponitur ab Arist. Ergo.

2. Actus qui progreditur ab vna potentia ab alia mota, non est perfectus, nisi vtraque sit bene disposita, sicut scriptio, quæ est à scribente & calamo. Ergo ratione harum operationum, quæ fiunt ab his potentijs, vt moueantur à voluntate, necesse est, vt detur habitus, qui bene has potentias & voluntatem disponant. Et quia dispositio potētiæ mote, attenditur secundum conformitatem ad potentiam mouentem, virtus in irascib. & concupiscib. non est nisi quædam conformitas harum potentiarum ad rationem.

† 3. Concl. Hæ potentiæ sensitiuæ in se consideratæ sunt communes brutis, at vt parent rationi sunt nobis propriæ.

4. Concl. Caro & concupiscentia non sunt ex se instrumenta virtutis, quia sunt infecta; sed solum conformantur rationi, & sic in eis generatur bonum morale: & alia ratione regitur corpus ab anima, alia concupiscentia, illud despotice, hæc politice.

5. Concl. In electione sunt duo scilicet intētio finis, quæ pertinet ad virtutem moralem, & præceptio eius, quod est ad finem, quod est prudentiæ:

dentiæ: & quod quis habeat rectam intentionem circa passiones, est ex recta dispositione concupiscibilis & irascibilis: & ideo morales virtutes circa passiones sunt in his potentijs, sed prudentia est in ratione.

Art. 5. Vtrum vires apprehensiuæ sensitiuæ sint subiectum virtutis.

1. Concl. In vitibus sensitiuis apprehensiuis interius ponuntur aliqui habitus.

Nam in memor. non operatur consuetudo, quæ est quasi quedam natura. At habitus est quedam consuetudinalis habitudo. Ergo.

2. Concl. In homine, quod acquiritur per consuetudinem in his potentijs, non est habitus ex se, sed aliquid annexum parti intellectiuæ, vt supra est dictum.

¶. 50 ar 3. Aristot 2. Eth. c 8.

3. Concl. Quod si qui sunt habitus in his viribus, virtutes dici non possunt.

1. *Omnis virtus vel est moralis, quæ est in voluntate, vel intellectualis, quæ est in ratione. Ergo.*

2. *Virtus est habitus perfectus, quo bonum operamur. Ergo est in potentia, quæ est consummatiua boni operis. At cognitio vera non consummatur in istis viribus, quia ista solum præparant ad cognitionem intellectiuæ, quæ cognoscit verum. Ergo.*

† 4. Concl. Appetitus sensitiuus se habet ad voluntatem, vt motus ad eam, & in ipso consummatur opus, & ideo potest esse subiectum virtutis: at apprehensiuæ sensitiuæ se habent magis vt mouentes intellectum, & ita opus terminatur in ipso. Vnde patet ad secundum.

5. Concl. Memoria non est pars prudentiæ, vt species generis, sed quia vnum eorum, quæ requiruntur ad prudentiam, est bonitas memoriæ, ideo se habet vt pars integralis eius.

Art. 6. Vtrum voluntas possit esse subiectum virtutis.

1. Concl. Voluntas est subiectum virtutis.

Nam maior perfectio reperitur in mouente, quam in moto. Sed voluntas mouet irascibile, & concupiscibile Ergo.

2. Concl. Voluntas non eget habitu respectu sui obiecti, quod est bonum rationis sibi proportionatum.

Quia cum ratio potentia sufficit ad agendum, non est opus habitu, qui detur ad perficiendum potentiam ad agendum. Sed voluntas respectu talis boni ita se habet. Ergo.

3. Concl. Respectu boni quod excedit volentis proportionem, vel respectu totius speciei, vt est bonum diuinum, vel respectu individui, vt est bonum proximi, voluntas eget habitu. Vnde virtutes, quæ ordinant ad obiectum, vel in Deum, vel in proximum, vt caritas, iustitia, &c. sunt in voluntate.

† 4. Concl. Virtutes quæ ordinat ad proprium bonum volentis, non sunt in voluntate, vt temperantia.

5. Concl. Rationale per participationem non solum est pars appetitiua sensitiua, sed appetitiua vniuerse, qualis est voluntas, cuius virtutes dicentur morales, nisi sint Theologicæ.

6. Concl. Ad moderandas passiones in hoc homine non est opus virtute in voluntate: sed respectu virtutum, quæ ordinant ad bonum extrinsecum.

Quæstio 57. De distinctione virtutum intellectualium.

Art. 1. Vtrum habitus intellectuales speculatiui sint virtutes.

1. Concl. HAbitus intellectuales speculatiui non sunt virtutes simpliciter.

Quoniam ille habitus est simpliciter virtus, qui non modo dat facultatem bene operandi, sed etiam bonum vsum & appetitum perficit, quique efficit, vt bene vtamur omnibus potentijs, & habitibus. Sed habitus intellectuales non sunt huiusmodi: quia solum dant facultatem bene agendi, non autem bonum vsum, cum non inclinent voluntatem. Ergo.

2. Concl. Isti habitus sunt virtutes secundum quid.

6. Eth. c. 2. *Nam Aristoteles vocat eos virtutes, & dant facultatem agendi, sed non bonum vsum, sed voluntas bene effectum facit. Et bene vtamur scientijs: & secundum hoc in actibus horum habituum potest esse meritum, si ex caritate fiant: ideo Gregorius dixit, contemplatiuam esse maioris meriti, & ita actiua.*

† 3. Concl. Habitus speculatiuus habet quidem opus, sed intrinsecum, id est, speculari, & hoc modo est operatiuus, non exterius.

4. Concl. Virtus est aliquorum dupliciter, vel vt obiectorum, & sic virtus speculatiua non est eorum, per quæ homo fit beatus, nisi ly, *per*, dicat causam efficientem: vel vt actuum, & sic ista virtus est eorum, per quæ homo est beatus, quia eius actus possunt esse meritorij.

5. Concl. Scientia diuiditur contra virtutem, vt pertinet ad vim appetitiuam.

Art. 2. Vtrum sint tantum tres habitus intellectuales speculatiui, scilicet sapientia, scientia, & intellectus.

1. Concl. Tres sunt habitus speculatiui in intellectu, sapientia, scientia, & intellectus.

6. Eth. c. 3. Ar stot. 1. Met. c. 1.

1. *Ex Aristot qui hoc docet.*

2. *Virtus speculativa disponit ad speculandum verum: quod vel consideratur vt per se notum, & tanquam principium, quod statim percipitur, & ideo habitus perficiens intellectum ad cognitionem huius veri dicitur habitus principiorum, vel vt notũ per aliud, quod inquisitione percipitur, & se habet ad rationẽ, vt quidã terminus: qui vel est vltimus in aliquo genere, vel est vltimus respectu totius cognitionis humanæ. Et quia respectu nostri posterius est, quod est maxime cognoscibile secundum naturam, circa id est sapientia, quæ considerat altissimas causas, & iudicat, ac ordinat omnia: quia iudicium perfectum & vniuersale non habetur nisi per primas causas. Ad id quod est vltimum in aliquo genere, scientia perficit intellectum, & ideo secundum diuersa genera scibilium, sunt diuersi habitus scientiarum, cum tamen sapientia non sit, nisi vna.*

† 2. Concl.

Sapientia, vt demonstrat ex principijs, habet rationem scientiæ; vt vero iudicat omnia, etiam prima principia habet rationem perfectiorem virtutis, quam scientia.

3. Concl.

Principia possunt seorsim considerari à cõclusionibus, & ita eorum est intellectus. Hæ autem tres virtutes non ex æquo diuiduntur, sed ordine quodam, vt totum potentiale, vt anima in tres potentias: & sic scientia pendet ab intellectu, & intellectus à sapientia, quæ iudicat de principijs & conclusionibus.

4. Concl.

Habitus virtutis se habet determinate ad bonum: ideo, habitus intellectuales, qui sunt subiecti falso, non censentur virtutes, vt opinio & suspicio.

Art. 3. Vtrum habitus intellectualis, qui est ars, sit virtus.

1. Concl. 6 Eth. c. 3.

Ars habet rationem virtutis operatiuæ.

1. *Quia Arist. reponit inter virtutes, intellectum, sed non inter speculativas.*

2. *Habitus qui est recta ratio aliquorum operũ faciendarum est virtus operativa. At ars est huiusmodi, quia ista est ratio artis: dat enim facultatem bene agẽdi, vt habitus speculativus, in quo cum illis conuenit. Ergo.*

2. Concl.

Ars non est simpliciter virtus.

Quia licet faciat bonum opus in se; tamen non quatum ad vsum, quod est proprium virtutis perficientis appetitum. Ergo.

† 3. Concl.

Malum artificium non est opus artis, sed contra artem: sicuti si quis verum sciret, & mentiretur: & ita ars, vt est virtus, semper se habet ad bonum.

4. Concl. Arist. 6.

Vt quis bene vtatur arte, opus est bona voluntate, quæ fit bona virtute morali, & sic dicitur, ars est virtus, id est, ad bonum vsum requiritur virtus. Eth. c. 6.

5. Concl.

Quia in speculatione est aliquid per modum operis, vt ratiocinandi, mẽsurandi, &c. ideo habitus speculativi opus rationis dirigentes per similitudinem dicuntur artes liberales, ad differentiam earum, quæ opera externa diriguntur: Illæ vero scientiæ, quę ad nullum opus diriguntur, simpliciter speculativę dicuntur.

Art. 4. Vtrum prudentia sit virtus distincta ab arte.

1. Concl. 6. Eth. c. 3.

Prudentia est virtus distincta ab arte.

1. *Ex Aristot qui ponit eam distinctam.*

2. *Virtutes, quæ habent rationes diuersas, sunt distinctæ. Sed ars & prudentia habent diuersas rationes. Ergo. Nam ars solum dat facultatem bonis operis circa falsibilia, prudentia vero etiam bonum vsum circa agibilia. Quare licet vtraque sit recta ratio eorum, ad quæ comparantur: tamen perfectio & rectitudo rationis in agibilibus, supponit vt homo sit bene affectus circa fines, qui sunt veluti principia, ex quibus prudentia discurrit, quæ bona affectio habeatur à virtute morali, quã ars non supponit. Vnde magis laudatur artifex, qui volens peccat, quam qui nolens: In prudentia vero contra: quia rectitudo voluntatis est de ratione prudentiæ.*

† 2. Concl.

Diuersa genera artificialium in hoc cõueniunt, quod sunt extra hominem, & ideo non diuersificatur ratio virtutis circa ea: at prudentia est recta ratio actuum humanorum, ideo variatur ratio virtutis.

3. Concl.

Prudentia ratione subiecti & materiæ magis conuenit cum arte, quam cum habitibus speculativis: quia est in intellectu practico circa contingens. At ars ratione virtutis magis conuenit cum illis habitibus, quam cum prudentia.

4. Concl.

Prudentia est consiliativa in his, quæ pertinent ad totam vitam humanam, at ars circa finem suum tantum. Vnde artifices sunt prudentes secundum quid.

Art. 5. Vtrum prudentia sit virtus necessaria homini.

1. Concl. Lib. 2. c 26.

Prudentia est virtus necessaria homini ad bene viuendum.

1. *Sap. 8. communicatur in virtutibus necessariis ad vitam humanam eam.*

2. *Virtus quæ requiritur ad bene operandum, est homini necessaria ad bene viuendum: quia bene viuere, est bene operari. Talis est prudentia, quia, vt quis recte operetur, requiritur, vt ex recta ele-*

ſta electione agat, ad quam requiritur finis, & debitum medium ordinatum ad finem; & ideo, vt ſint neceſſaria virtutes perficientes voluntatem circa fines, ita neceſſarium erit habitus rationis, quo recte homo diſponatur ad conſiliandum circa id, quod eſt ad finem ordinatum, quæ eſt prudentia. Ergo.

† 2. Concl. Bonum artis eſt in artificiato, & ibi conſideratur.

Quoniam factio non eſt perfectio facientis. At perfectio prudentiæ eſt in agente, cuius perfectio eſt ipſum agere, & ideo ars non eſt neceſſaria ad bene viuendum.

3. Concl. Dum homo bene operatur conſilio alterius motus, non habet perfectam operationem quãtum ad rationem dirigentem, & appetitum mouentem: vnde ſi bonum operatur, non tamen ſimpliciter bene, quod eſt bene viuere.

4. Concl. Prudentia non eſt circa neceſſaria, in quibus non eſt falſum; ſed cum ſit habitus practicus operatur per conformitatem ad appetitum rectum, qui habet locum ſolum in contingentibus, & ideo poteſt errare.

Sap. 9.

Artic. 6. Vtrum Eubulia, ſyneſis, & gnomen ſint virtutes adiunctæ prudentiæ.

1. Concl. Virtutes annexæ prudentiæ ſunt Eubulia,
6. Eth. c. 9. ſyneſis, & gnomen.

1. Ex Ariſtotele, qui hoc docet.

2. Impotentijs ordinatis principalior eſt illa, quæ ad principaliorem actum ordinatur. In agibilibus autem ſunt tres actus, ſcilicet conſiliari, iudicare, qui reſpondent actibus intellectus ſpeculatiui, qui, inquirit & iudicat. & præcipere, quis proprie eſt actus intellectus practici. Inter ea vero, quæ per hominem fiunt, principalis actus eſt præcipere, ad quẽ alij ordinantur Ergo prudentia, quæ eſt bene præceptiua, & principalior, attribuitur Eubuliæ, id eſt, ſue bene conſiliatiuæ, & ſyneſis, & gnomæ, quæ ſunt partes iudicatiuæ.

† 2. Concl. Bene conſiliari nõ eſt actus prudentiæ immediatæ, ſed hunc actum mediante Eubulia, ſibi ſubiecta exercet.

3. Concl. Iudicium in agendis ad aliud ordinatur, & poteſt quis iudicare & nõ exequi: & ita complementum eſt, cum ratio bene præcipit de agendis.

4. Concl. Iudicium fit per ꝓpria rei principia: at inquiſitio non procedit per propria principia, quia his habitis non eſſet opus inquiſitione. Vnde ad conſiliandum ponitur vna virtus, & duæ ad iudicandum, quia diſtinctio non eſt in communibus, ſed in proprijs principijs. Syneſis iudicat de agendis ſecundum legem communem, gnome ſecundum rationem naturalem, vbi lex deeſt.

5. Concl. Memoria, intelligentia, prouidentia, cautio, &c. partim ſunt partes integrales prudentiæ, quia ad eam requiruntur, partim ſubiectiuæ, ſed prædicta ſunt quaſi partes potentiales, quia ordinantur ad principalem, vt infra.

Quæſtio 58. De diſtinctione virtutum moralium ab intellectualibus.

Art. 3. Vtrum omnis virtus ſit moralis.

1. Concl. Non omnis virtus dicitur moralis, ſed ea tantum, quæ eſt in vi appetitiua.
1. Eth. c. 6. & li

1 Ex Ariſt. de moribus non dicimus ſapiens, &c. ſed ſobrius, & tamẽ Sapientia eſt virtus. Ergo

2. Moralis virtus dicitur à more, quod magis conuenit appetitiuæ, Ergo. Nam mos aliquando conſuetudinem, aliquando inclinationem quæ ſi naturalem ad aliquid agendum ſignificat, quæ duæ ſignificationes apud Græcos diſtinctis vocibus exprimuntur. Dicitur virtus moralis, vt mos inclinationem ſignificat, cuius ſignificationis altera eſt propinqua, quia conſuetudo in naturam vertitur. At inclinatio ad actum proprie conuenit vi appetitiuæ, quæ mouet omnes potentias. Ergo nemo nisi virtuoſus, &c.

2. Eth. c. 1.

† 2. Concl. Primum procedit ſumpto more pro conſuetudine.

3. Concl. Omnis actus virtutis poteſt cadere ſub electione: ſed electionem rectam facit virtus, quæ eſt in via appetitiua, cuius eſt eligere. Vnde habitus electiuus, qui dicitur virtus, eſt in hac potentia.

4. Concl. Natura eſt motus principium, & mouere eſt appetitiuæ, & aſſimilari naturæ conſentiendo rationi, eſt proprium virtutis, quæ eſt in appetitu.

Art. 2. Vtrum virtus moralis diſtinguatur ab intellectuali.

1. Concl. Principium omnium operum humanorum eſt ratio, cui alia, aliquo modo, ſed diuerſimode obediunt, ſicut membra corpori omnino, & ſeruus domino; & horum membrorum ratio habet dominium deſpoticum. Quod ſi cætera principia ſic rationi obedirent, ſatis eſſet ad bene agendum virtus, quæ eſt in ratione.
1. Pol. c. 3

2. Concl. Errauit Socrates putando omnes virtutes eſſe prudentias, & ſcientias, & ſcientem non poſſe peccare, & omnes peccare ob ignorantiam.

Nam ſupponit omnes vires obedire ſine contradictione

dictione rationis; quæ in appetitiuas habet tantum dominium politicum, quo habetur imperium in eos, qui possunt contradicere. Quare ad bene agendum non solum recta ratio virtute intellectiua, sed etiam appetitus debet esse bene dispositus virtute morali.

3. Concl. Opinio Socratis aliquo modo est vera, si præsens scientia extendatur vsque ad vsum rationis in particulari agibili.:

4. Concl. Moralis virtus distinguitur ab intellectuali.

1. *Ex Aristot. 1. Ethic. c. vlt.*

2. *Illæ virtutes quarum vna est in vi appetitiua, altera in apprehensiua distinguuntur; quia appetitus & ratio nō sunt idem. Ita se habent istæ virtutes, cum perficiant istas potentias. Ergo. Quare, vt appetitus est principium actus humani, prout participat rationem, ita habitus moralis habet rationem virtutis, vt rationi conformatur.*

5. Concl. Ars sumitur interdum prout etiam prudētiam continet; & ita virtus dicitur, ars bene viuendi.

6. Conc. Definitiones virtutis, in quibus ponitur, quod sit, *scientia*, vel *recta ratio*, processerunt ex opinione Socratis, sed exponuntur, vt dictum est de arte: vnde patet etiam ad tertium.

7. Concl. Recta ratio in definitione virtutis moralis, non vt pars, sed vt participatum ponitur, prout prudentia dirigit omnes virtutes morales.

Art. 3. Vtrum sufficienter virtus diuidatur per moralem & intellectualem.

1. Concl. Virtus sufficienter diuiditur in moralem,
2. Eth. c. 1. & intellectualem.

1. *Quia sic diuisit Arist.*

2. *Tot sunt genera humanæ virtutis, quot sunt humanarum actionum principia; quia virtus humana est habitus perficiens hominem ad bene operandum. Sed principia sunt duo, scilicet vis & appetitiua, quibus homo mouetur ad agendum; rationem perficit intellectiua, appetitum, moralis virtus. Ergo.*

† 2. Concl. Prudentia secundum essentiam est intellectualis virtus secundum materiam quia est circa agibilia, est moralis.

3. Concl. Continentia seu perseuerantia, sunt perfectiones rationalis partis, q̄ se tenet cōtra passiones ne deducantur: sed deficiunt à perfecta ratione virtutis: quia continens non habet appetitum rectum circa finem, quod supponit vera virtus, & ita non potest perfecte operari, cum vnum principium, non sit perfectum. Quare continentia a delectatione, & perseuerantia à tristitijs nō sunt virtutes, sed quid virtute minus.

Fides, spes, & caritas, sunt supra humanas virtutes conuenientes homini, vt est factus particeps diuinæ gratiæ. 4. Concl. 7. Ethico. cap. 1.

Art. 4. Vtrum moralis virtus possit esse sine intellectuali.

Virtus moralis nō potest esse sine prudentia, & consequenter nec sine intellectu. 1. Concl.

1. *Virtutes nisi ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes esse non possunt, ait Gregor. Ergo.* 22. Mor. cap. 1.

2. *Virtus moralis est habitus electiuus, id est, faciens bonam electionem. Sed ad hoc non sufficit bona intentio finis, quæ habetur per virtutem moralem bene inclinantem appetitum, sed opus est, vt homo bene accipiat, quæ sunt ad finem quod fit per rationem recte consultantem, iudicantem, & præcipientem, quod pertinet ad prudentiam, & virtutes ei annexas. Ergo opus est prudentia. Et quia per intellectum cognoscuntur principia, ex quibus procedit ur, ideo prudentia, quæ est recta ratio agibilium supponit intellectum, nimirum syntereſim.*

Virtus moralis potest esse sine scientia, & arte. 2. Concl.

Inclinatio naturæ in rebus ratione carentibus est absque electione, ideo non requirit rationem. † 3. Concl.

In virtuoso sat est, vt ratio vigeat, quoad agenda secundum virtutem, quomodo viget in omnibus virtuosis: & ita qui videntur simplices, possunt esse prudentes: 4. Concl.

Inclinatio naturalis ad bonum virtutis est inchoatio virtutis, & quo est maior, eo est periculosior, nisi adiungatur recta ratio, qua fiat recta electio eorum, quæ conueniunt ad finem debitum: vt equus cæcus velocius currens fortius impingit. 5. Concl.

Art. 5. Vtrum intellectualis virtus possit esse sine morali.

Prudētia sine virtute morali esse nō potest. 1. Concl.

1. *Velle malum opponitur virtuti morali; & quod quis volens peccet, opponitur prudentiæ. Ergo*

2. *Virtus, quæ necessario requiritur ad rectam rationem agibilium in particulari, est necessaria prudentia. Quæ cum sit recta ratio, requirit principia, ex quibus procedit, quæ ex principijs vniuersalibus, & particularibus procedit: circa vniuersalia homo se recte habet per intellectum, vel etiā per aliquam cognitionem practicam. Sed hæc vniuersalium notitia non sat est ad recte ratiocinandum de practicis: quia interdum vniuersale principium putat bonum esse amandum, corrumpitur in particulari per aliquam passionem, qua videtur bonū quod non est. Ergo opus est, vt homo bene se habeat circa principia particularia agibilium, id est, circa fines.* Arist. 3. eth. c. 4.

Sed

Sed hoc fit per virtutem moralem, quia virtuosus recte iudicat de fine virtutis, quemadmodum qualis unusquisque est, talis finis ei videtur. Ergo ad rectam rationem opus est virtute morali, sine qua alia virtutes intellectus esse possint.

† 2. Concl. Ratio, vt apprehensiua, præcedit appetitum finis, qui tamen præcedit rationem ratiocinantem ad eligendum, quod est prudentiæ.

3. Concl. Principia artificialium non iudicantur bene, vel male secundum dispositionem appetitus, vt fines & principia moralium, sed solum per considerationem rationis, ideo, &c.

4. Concl. Prudentia non solum est bene consiliatiua, sed etiam præceptiua, qualis esse non potest, nisi remoueatur impedimentum passionum corrumpentium iudicium, & præceptum prudentiæ.

Quæstio 59. De distinctione virtutum moralium, per comparationem ad passiones.

Art. 1. Vtrum virtus moralis sit passio.

1. Concl. Virtus moralis non potest esse passio.

2. Eth. c. 4. *1. Passiones, ait Arist. non sunt virtutes, nec malitiæ.*

2. Passio est motus appetitus sensitiui. At virtus non est motus, sed magis principium motus. Ergo.

3. Passiones ex se non habent rationem boni, vel mali, quod est secundum rationem in homine, cui rationi possunt conuenire, & non conuenire passiones. At virtus ex se est ad bonum. Ergo.

Arist. 2. Eth. c. 6. *4. Dato quod aliqua passio sit ex se, vel bona, vel mala: tamen habet initium in appetitu, & terminatur in ratione. At virtus contra, habet initiũ in ratione, & terminatur in appetitu: Quia est habitus electiuus in medietate consistens, determinata ratione, vt sapiens determinabit. Ergo.*

† 2. Concl. Virtus secundum essentiam non est medium inter passiones sed secundum effectus.

Quis in illo medium ponit.

3. Concl. Nulla passio est vitium, sumpto vitio pro habitu; pro actu vero, passio potest dici vitiũ, & sic est contraria virtuti.

4. Concl. Misericodia dicitur virtus, id est, actus virtutis, quatenus motus ille animi rationi seruit, cum exercetur misericordia: vel si est habitus disponens ad miserendum potest esse virtus. Et eadem est ratio de similibus passionibus.

Art. 2. Vtrum virtus moralis possit esse cum passione.

1. Concl. Stoici non distinguebant duos appetitus, rationis, scilicet, & sensus, nec passiones vtriusque appetitus; & passiones vocabant quoscunque motus rationi repugnantes, quas in sapiente esse non posse dicebant; & Peripatetici contra senserunt.

2. Concl. Si passiones dicantur inordinatæ affectiones, non possunt esse in virtuoso, ita vt illis consentiat, post deliberationem, quod Stoici sensisse videntur.

3. Concl. Si passiones dicantur quicunque appetitus sensitiui, possunt esse in virtuoso, vt sunt à ratione ordinati.

14. de ciu. c. 6. *Aug. si peruersa est voluntas, peruersos habet motus: si recta, non solum inculpabiles, sed etiam laudabiles. Et Arist.* 2. Eth. c. 3. *non bene virtutes impassibilitates simpliciter vocantur, sed sunt quietes à passionibus, quæ sunt, vt non oportet, & quando non oportet.* lib. 4. top. c. 5.

† 4. Concl. Cic. lib. 4. Tusc. Dixit Arist. mitem non pati, vel ex opinione aliorum, vel non patitur secũdum passionem inordinatam.

5. Concl. Cum passiones dicuntur morbi animæ, intelligitur, vt passio significat inordinatam affectionem.

6. Conc. Passio præueniens iudicium rationis, si præualeat impedit consilium & iudicium, si sequatur adiuuat, ad exequendum imperium rationis.

Art. 3. Vtrum virtus moralis possit esse cum tristitia.

1. Concl. Male Stoici negarunt in animo sapientis posse esse tristitiam.

Quia falsum est malum non posse accidere sapienti: ac proinde cum tristitia sit malum in eo esse non posse; credentes solam virtutem esse bonum hominis, & turpe malum, quod in virtuoso esse non potest.

1. Ioan. 1. *1. Cum homo constet animo & corpore, etiam bonum & malum corporis ad ipsum spectant.*

2. Quia virtuosus non potest carere saltem leuioribus culpis.

2. Cor. 8. *3. Licet forte vacet culpa; tamen aliquando habere potuit, de qua laudabiliter dolet.*

4. Laudabiliter dolet de alieno peccato. Ergo. videbatur etiam ipsis repugnare rationi quod animum præsenti malo per tristitiam substernatur Sed contra, quia ratio detestatur malum, & si appetitus tristatur moderate, sequitur rationem, quod pertinet ad virtutẽ. Ergo. Vnde tristitia bona est ad fugienda mala, & delectatio ad prosequenda bona

2. Concl. 2. Eth. c. 6. Tristitia de his, quæ conueniunt virtuti, non potest simul esse cum virtute.

Quia virtus in proprijs delectatur.

3. Concl. De his, quæ quocunque modo repugnant virtuti, virtus moderate tristatur.

Matth. 26 *Tristis est anima mea, &c.*

† 4. Concl. Sapiens non tristatur, nisi de his, quæ sunt impeditiua sapientiæ; ideo in beatis nulla erit tristitia.

5. Concl. Sap. 8. Tristitia impedit operationem, de qua tristamur, sed iuuat ad exequenda, quæ per tristitiam fugimus.

6. Concl. Tristitia immoderata ad bonã animæ habitudinem pertinet in hac vita.

Artic. 4. Vtrum omnis virtus moralis sit circa passiones.

1. Concl. Non omnis virtus moralis est circa passiones, sed quædam circa operationes.

1. Iustitia est virtus moralis, & non est circa passiones Ergo.

2. Circa ea est virtus moralis, cuius est ordinare appetitum in bonum rationis, quod est id, quod est secundum rationem ordinatum, quæ possunt à ratione ordinari. Sed ratio non solum ordinat passiones appetitus sensitiui, sed etiam operationes appetitus intellectiui, quæ est Voluntas, quæ non est subiectum passionis. Ergo non omnis, &c.

Aristot. 2. Eth. c. 3. † 2. Concl. Non omnis virtus moralis est circa passiones, sicut circa materiam, sed vt circa quid consequẽs proprium actum: quia omnis virtuosus delectatur actu virtutis, & tristatur contrario.

3. Concl. Rationale per participationem, non solum est appetitus sensitiuus, sed etiam voluntas.

4. Concl. In quibusdam virtutib. passio est tanquam propria materia, in alijs non ita.

Art. 5. Vtrum aliqua virtus moralis possit esse sine passione.

1. Concl. Si passio sumatur pro inordinata affectione, virtus perfecta est sine passione.

2. Concl. Virtutes morales, quæ sunt circa passiones sensitiui appetitus, sine passionibus esse non possunt.

Nam tales virtutes redderent appetitum omnino otiosum: at non pertinet ad virtutem, vt ea quæ sunt subiecta rationi, à proprijs actibus vacent, sed vt exequantur imperium rationis suos actus exequendo.

3. Concl. Virtutes morales, quę sunt circa operationes, possunt esse sine passionibus, cuiusmodi est iustitia.

Quia per eas applicatur Voluntas ad proprium actum, quia non est passio.

4. Concl. Ad actum iustitiæ sequitur gaudium, ad minus in voluntate, qui non est passio. *Iustus enim gaudet ipsa operatione*: Si autem gaudium augetur per iustitiæ perfectionem, fiet redundantia gaudij vsque ad appetitum sensitiuum.

Aristot. Eth. c. 8. † 5. Conc. Virtus passiones inordinatas superat, moderatas vero producit.

6. Conc. Inordinatę passiones inducunt ad peccandum, ordinatæ non ita.

7. Concl. Bona operatio in Deo & Angelo est sine passione, quia carent sensu: at in homine cõtra. Itaque bonum cuiusque rei considerandum est secundum conditionem suæ naturæ.

Quæstio 60. De distinctione virtutum moralium ad inuicem.

Art. 1. Vtrum sit vna tantum virtus moralis.

1. Concl. NON est tantum vna virtus moralis.

1. Vnus habitus non potest esse in diuersis potentijs. Sed subiectum Virtutum moralium est pars appetitiua animæ, quæ plures habet potentias. Ergo.

Aristot. 1. eth. c. 6. *2. Quando materia recipit formam ab agente secundum diuersam rationem forma recepta in materia, sunt diuersæ species, vt patet in forma producta ab agẽte Vniuoco, & æquiuoco, illud producit formam eiusdem rationis, hoc vero Varias, pro Varia dispositione materiæ. At potentia appetitiua, quæ est subiectum Virtutum moralium, sed habet ad rationem, non tanquam ad causam Vniuocam, quia non fit rationalis per essentiam, sed per participationem. Ergo secundum Varias motiones rationis, & dispositionem appetitus ad rationem, sequuntur Varia Virtutes morales: quia habitus distinguuntur secundum rationes Variarum obiectorum, quæ attenduntur secundum formam specificam, quæ est ab agente. Ergo non erit vna tantum Virtus moralis.*

† 2. Concl. Obiectum rationis est verum, quod est vnum in omnibus moralibus, quæ sunt cõtingentia agibilia, vnde vna sola prudentia dirigens in omnibus: at obiectum appetitiuæ est bonum, quod est varium pro varia habitudine ad rationem dirigentem.

3. Concl. Formalis ratio boni est vna generice, sed specie propter diuersas habitudines ad rationem, est multiplex.

4. Concl. Moralia non specificantur ab vltimo fine, sed à proximis, qui specie finiti sunt, quamuis numero sint infiniti.

(:)

Art. 2. Vtrum virtutes morales, quæ sunt circa operationes, distinguantur ab his, quæ sunt circa passiones.

1. Concl. Si operatio & passio comparentur ad virtutem, vt eius effectus, omnis virtus moralis habet aliquas operationes bonas, quas producit, & aliquam delectationem, vel tristitiam. Et sic non distinguuntur.

2. Concl. Si comparentur ad virtutem moralem, tãquam materia circa quam est, aliæ sunt virtutes circa operationes, aliæ circa passiones.

§ Eth. c. 4. 1. *Ex Arist. qui hoc modo virtutem moralem distinguit.*

2. *Bonum & malum in quibusdam operationibus attenditur secundum seipsas, quoquo modo se habeat operans ad eas: vt quãdo bonum & malum attenduntur secundum rationem commensurationis ad alterum, vt in iustitia: In alijs vero attenduntur secundum commensurationem ad operantem, vt in continentia. Ergo dabitur virtus aliqua, quæ dirigat operationes secundum seipsas; & aliqua, quæ dirigat interiores affectiones, & passiones Ergo erunt diuersæ virtutes.*

3. Concl. Si in operationibus ad alterum prætermittatur bonum virtutis ob passionem, vt cum per iram quis iniuste lædituꝛ, est ibi corruptio bonæ actionis, & iustitiæ, & remotio commensurationis passionis, & corruptio mansuetudinis. Vnde patet ad argumentum primum procedit de operatione, vt est effectus virtutis: alia duo, quod ad idem concurrunt actio & passio, sed in quibusdam virtus principaliter est circa operationem, in alijs circa passiones.

Art. 3. Vtrum circa operationes sit tantum vna virtus moralis.

1. Concl. Omnes virtutes, quæ sunt circa operationes, conueniunt in vna ratione generali iustitiæ, quæ attenditur secundum debitum ad alterum.

Nam in operationibus externis rationis ordo nõ attenditur secundum commensurationem ad affectum hominis, sed secundum conuenientiam rei in se, secundum quam conuenientiam accipitur ratio debiti, quæ constituitur ratio iustitiæ: Iustitia enim videtur esse, vt quis debitum reddat: Vnde omnes virtutes, quæ sunt circa operationes, aliquo modo habent rationem iustitiæ.

2. Concl. Virtutes quæ sunt circa operationes in ordine ad alterum, distinctę sunt secundum varias rationes debiti.

1. *Religio est alia virtus à pietate, & tamẽ amba sunt circa operationes exteꝛnas:*

2. *Debiti ratio, quam spectant hæ virtutes, est varia. Ergo: nam alia est ratio debiti ex pacto, alia ex beneficio, &c.*

† 3. Concl. Iustitia proprie dicta attendit perfectam rationem debiti, quod secundum æqualitatem restituitur; sed ampliato nomine dicitur iustitia secundum omnem debiti rationem, & sic non est specialis virtus.

4. Concl. Iustitia quæ intẽdit bonum commune, est alia ab ea, quæ intendit priuatum: vnde ius commune, & ius priuatum distinguuntur: at iustitia, quæ ordinat hominem ad bonum commune, est generalis per imperium, estq; eadem cum iustitia legali.

5. Concl. In omnibus operationibus pertinentibus ad iustitiam specialem, est eadem ratio debiti, nisi forte distributiua & commutatiua differunt.

Art. 4. Vtrum circa diuersas passiones sunt diuersæ virtutes morales.

1. Concl. Non potest dici, quod circa omnes passiones sit vna tantum virtus moralis.

3. & 4. eth 1. *Arist. Varias circa varias passiones ponit.*

2. *Quia sunt diuersæ passiones ad diuersas potentias pertinentes Ergo.*

2. Concl. Nõ omnis diuersitas passionum sufficit ad virtutes morales diuersificandas.

1. *Sunt passiones quædam sibi oppositæ contrarie, vt gaudium & tristitia, & circa has debet esse vna virtus: Virtus enim moralis consistit in mediocritate. At medium inter contraria constituitur secundum eandem rationem. Ergo.*

2. *Quoniam directe passiones eodem modo repugnant rationi. sc. secũdum impulsum ad id, quod est cõtra rationem; & secundum retractionem ab eo, quod est secundum rationem. Vnde diuersæ passiones concupiscibiles, quæ se inuicem consequuntur vt ex amore concupiscentia, ex hac delectatio, ad vnam virtutem pertinent: quia earum motus ad idem ordinantur, vt ad consequendum bonum, & fugiendum malum. Et eadem est ratio de oppositis: quia ex odio sequitur fuga, vel abominatio, quæ ducit ad tristitiam.*

3. Concl. In irascibili sunt diuersæ virtutes: *Quia passiones irascibiles ad diuersa ordinantur:* Audacia & timor ad magnum periculum: Spes & desperatio ad bonum arduum: Ira ad superandum contrarium, quod nocumentum intulit.

4. Concl. Temperantia ordinatur circa passiones cõcupiscibiles: fortitudo circa timores & audacias, magnanimitas circa spem & desperationem, mansuetudo circa iras.

† 5. Concl. Omnes passiones conueniunt in vno principio,

cipio & fine communi, ſed non in proprio principio, & fine.

nel. Vt in naturalibus idem eſt principium, quo receditur ab vno, & acceditur ad aliud, ita in moralibus eadem eſt ratio contrariorum: ideo vna eſt virtus contrariorum.

ntl. Amor, concupiſcẽtia, & his contrariæ paſſiones, quodam ordine ad vnum ordinantur.

Art. 5. Vtrum virtutes morales diſtinguantur ſecundum diuerſa obiecta paſſionum.

oncl. Virtutes morales diſtinguũtur ſecundum diuerſa obiecta paſſionum.

Nam circa delectationes Venereas eſt caſtitas, circa delectationes ciborum abſtinentia, circa delectationes ludorum eutrapelia.

Concl. Perfectio virtutis à ratione pendet, & perfectio paſſionis ab appetitu ſenſitiuo: & ideo virtutes diſtinguuntur ſecundum ordinem ad rationem, & paſſiones per ordinem & appetitum. Ergo obiecta paſſionum, prout ordinantur diuerſo modo ad appetitum ſenſitiuum, cauſabunt diuerſas paſſiones ſpecie, vt ad rationem comparantur diuerſas virtutum ſpecies.

Concl. Non prohibet aliquam differentiam obiectorum cauſare diuerſitatem paſſionum, non autem diuerſitatem virtutum.

Quia non eſt idem motus rationis, & appetitus, vt cum vna virtus eſt circa multas paſſiones: & cõtra poteſt cauſare diuerſas virtutes, & non diuerſas paſſiones. Vt cum ad vnam paſſionem, puta ad delectationem varia virtutes ordinantur.

Concl. Diuerſitas obiectorum, reſpiciens diuerſitatem potentiarum facit ſpecies diuerſas virtutum: vt bonum, arduum, & abſolutum.

Quia paſſiones exiſtentes in diuerſis potentijs, ad diuerſas pertinent virtutes.

Concl. Et quia ratio ad inferiores hominis partes, & ad exteriora etiam quodam ordine ſe extẽdit, ideo prout obiectum aliquod paſſionis apprehenditur vel ſenſu, vel imaginatione, vel ratione, & prout etiam pertinet ad animam & corpus, ac exteriores res, diuerſam habet habitudinem ad rationem, natum eſt etiam diuerſificare virtutes.

Concl. Bonum quod eſt obiectum amoris, concupiſcentiæ, & delectationis poteſt accipi, vel vt pertinet ad ſenſum corporis, vel ad ſenſum interiorem animæ, ſiue ordinetur ad bonum proprium, ſiue ad bonum alterius, & talis diuerſitas per diuerſum ordinem ad rationem variat virtutem. Si hoc bonum apprehendatur per tactum, quod pertinet ad cõſeruationem indiuidui, vel ſpecici continet delectationem ciborum, & venereorum, & pertinet ad virtutem temperantiæ: & quia delectationes aliorum ſenſuum non ſunt vehementes, nec præſtant difficultatem, ideo circa eas non ponitur virtus.

7. Concl. Bonum apprehẽſum, interiori virtute pertinens ad ſe, vt pecunia, quæ ad corpus ordinatur, & honor qui ad animam, ſi conſideretur abſolute, pertinet ad concupiſcibilem, cũ arduitate ad iraſcibilem: quæ diſtinctio non habet locum in bonis tactus, cum ſint infima & communia bruris. Circa bonum pecuniæ abſolute ſumptum, eſt liberalitas: circa idem cum arduitate, eſt magnificentia. Circa honorem abſolute eſt philotimia, id eſt, amor honoris: cum arduitate magnanimitas. Vnde liberalitas & philotimia ſunt in concupiſcibili, cum reſpiciunt bonum abſolute, quod eſt obiectum concupiſcib. aliæ duæ in iraſcibil. quia ſunt de arduo: illæ ad concupiſcentiam, hæ ad ſpem pertinent.

8. Concl. Bonum hominis ad aliud, nõ habet arduitatem, & ideo pertinet ad concupiſcibilem, quod bonum poteſt eſſe alicui delectabile, vel in his, quæ ſerio fiunt ex ratione, ſcilicet, ad debitum finem, & hoc modo ſe quis exhibet alteri, vt delectabilem verbis & factis, & hoc per amicitiam, ſeu affabilitatem: vel ſe exhibet, vt manifeſtum per dicta & facta, & hoc per veritatem: vel in his, quæ fiunt ludo, & circa has delectationes eſt eutrapelia. Vnde ex Ariſtot. 10. ſunt virtutes morales circa paſſiones. Fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, philotimia, manſuetudo, amicitia, veritas, & eutrapelia; quæ vel ſecundum diuerſas materias, vel paſſiones vel obiecta diſtinguuntur. Quibus ſi addas iuſtitiam. Ergo operationes erunt 11. virtutes.

9. Concl. Omnia obiecta eiuſdem operationis eodẽ modo ſe habent ad rationem, non autem omnia obiecta eiuſdem paſſionis.

Quia operationes non repugnant rationi, ſic paſſiones.

10. Conc. Alia ratione paſſiones, alia virtutes diuerſificantur, vt eſt dictum.

11. Conc. Magis & minus non diuerſificant ſpeciem, niſi ob diuerſam habitudinem ad rationem.

12. Conc. Bonum fortius agit malo, quod non facit difficultatem rationi, niſi ſit excellens, quod videtur eſſe vnum in genere paſſionis, ideo vna virtus circa iras, & vna circa audacias ponitur: at circa concupiſcentias plures, quia bonum difficultatem ingerit.

Quæstio 61. De virtutibus cardinalibus.

Art. 1. Vtrum virtutes morales debeant dici cardinales, vel principales.

1. Concl. Lib. 5. in Luc. c. 6. CONuenienter inter virtutes morales ponuntur illæ, quæ dicuntur principales, seu cardinales.

1. *Ex Ambr. qui ponit quatuor Virtutes morales, quas cardinales vocat.*

2. *Virtutes, quæ inter humanas sunt perfectiores, merito principales dicuntur. Sed huiusmodi sunt Virtutes morales: quia illa Virtus est perfectior, quæ non solum facultatem boni operis, sed etiam bonum vsum præbet, & vtrumque dat Virtus moralis, intellectualis vero solum primum. Ergo merito morales dicuntur principales: & quia prudentia ratione materiæ est quodam modo moralis, ideo ponitur inter principales.*

† 2. Concl. Sub genere vniuoco partes ex æquo habẽt rationem generis, sub analogo non ita: & hoc modo se habet virtus ad diuersa genera virtutum.

Quia bonum rationis non est æqualiter in omnibus.

3. Concl. Theologicæ sunt supra hominem, & ideo non dicuntur humanæ.

4. Concl. Intellectuales sunt principaliores ratione subiecti, non ratione virtutis, quæ respicit bonum, quod est obiectum appetitus.

Artic. 2. Vtrum sint quatuor virtutes cardinales.

1. Concl. 2. mor. c. 36. Virtutes cardinales sunt quatuor.

1. *In quatuor virtutibus, ait Gregor. Tota boni operis structura consurgit.*

2. *Tot sunt Virtutes cardinales, in quot præcipue innititur bonum rationis, quod est principium formale Virtutis, de qua hic quæritur. Sed illæ sunt quatuor, scil. iustitia, fortitudo, temperãtia & prudentia. Ergo Nam bonum rationis, vel consistit in ipsa ratione, & sic sumitur prudentia, vel est circa aliquid, & hoc modo. vel circa operationes, & est iustitia: vel circa passiones. si concupiscibiles, est tẽperantia, si irascibiles, est fortitudo: quæ ratio sumitur ex parte principij formalis.*

3. *Ex parte subiecti, quod, vel est rationale per essentiam, in quo est prudentia: vel per participationem, quod dividitur in voluntatem, in qua est iustitia, & in appetitum concupiscibilem, in quo est temperantia, & in irascibilem, in quo fortitudo.*

Prudentia est principalior omnibus, aliæ sunt principales in suo genere. † 2. Concl.

Rationale per participationem diuiditur in tria, vt est dictum. 3. Concl.

Omnes aliæ virtutes, quarum vna est principalior, alia reducuntur ad has 4. & ratione subiecti, & quantum ad rationes formales. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum aliæ virtutes debeant dici magis principales, quam istæ.

1. Concl. Lib. 2. de inuent. Hæ quatuor virtutes magis debent dici principales, quam aliæ.

1. *Tullius omnes alias ad has reducit.*

2. *Virtutes principales accipiuntur secundum rationes formales Virtutis, de qua loquimur: quæ in aliquibus actibus vel passionibus principaliter inuenitur: bonum rationis principaliter in imperio, non in consilio, vel iudicio: bonum rationis in operationibus, vt dicit rationem debiti & recti, in communicationibus, quæ sunt ad alterum, principaliter inuenitur iustitia: bonum in refrenandis passionibus, quæ difficile reprimuntur in delectationibus tactus, in temperantia: bonum firmitatis ad perstendum in bono rationis contra impetus passionum in fortitudine, quæ est circa vltimum terribile. Quare hæ Virtutes secundum rationes formales possunt dici generales ad omnes Virtutes; ita vt omnis Virtus, quæ facit bonum rationis dicatur prudentia; quæ bonum debiti iustitia; quæ passiones cohibet, temperantia; quæ firmitatem animi, fortitudo. Vnde omnes aliæ sub his continentur: & ita cessant omnes obiectiones.*

3. *Possunt dici principales, prout denominantur ab eo, quæ est præcipuum in vnaquaque materia: vt prudentia dicatur, quæ est præceptiua: iustitia quæ est circa actiones debitas inter æquales: temperantia, quæ comprimit delectationes tactus, fortitudo, quæ firmat circa periculа mortis. Et sic etiam cessant obiectiones, quia alia possunt habere aliquas principalitates, sed hæ ratione materiæ sunt principales.*

Art. 4. Vtrum quatuor virtutes cardinales differant ab inuicem.

1. Concl. Quatuor virtutes cardinales sunt diuersi habitus secundum diuersitatem obiectorum distincti.

Lib. 5. de mor. eccl. c. 15. 1. *Quadripartita, ait Augustin. dicitur Virtus ex ipsius amoris vario affectu, &c.*

2. *Quia habent speciales materias, & vnaquæque illarum, vnam materiam, in qua principaliter illa generalis conditio, à qua nomen accipitur, consistit, vt est dictum.*

Quidam distinguunt has virtutes prout significant quasdam generales cõditiones humani animi: vt prudentia sit quædam rectitudo discretionis in omnibus actionibus, vel materijs: iustitia rectitudo animi, qua operatur homo, quod debet in omni materia: tẽperantia, qua modus omnibus passionibus, & actionibus imponitur fortitudo animi dispositio, qua firmetur in bono rationis, contra quoscunque impetus passionum & operationum. Sed secundum hanc rationem prudentia esset quidem distincta ab alijs, sed aliæ tres non inter se.

1. Concl.

Quia omnes, vt habitus sint requirunt firmitatem, vt virtutes ordinant ad bonum, in quo ratio recti importatur; vt morales rationem participant: primum fortitudini, secundum iustitiæ, tertium temperantiæ tribuitur. Vnde sola prudentia distingueretur, quia importat discretionem rationum per essentiam, alia per participationem. Quare propria materia attendenda est, vt distinguantur.

Gregor. loquens de his virtutibus, ait vnã denominari ab alia, iuxta opinionem aliatam, vel denominantur inter se propter redundantiam, quia vna redundat in aliam. Vnde patet etiam ad secundum, cum dicitur temperantiam seruare modum in omnibus, &c.

† 3. Concl.

Quatuor virtutis conditiones, sciens, eligens, propter finem. & firme, possunt accommodari his quatuor virtutibus, sed non sunt propriæ harum.

† 4. Concl.

Art. 5. Vtrum virtutes cardinales conuenienter diuidantur in virtutes politicas, purgatorias purgati animi, & exemplares.

Vt in anima nascatur virtus, ait Aug. debet aliquid sequi, scilicet Deum, quem qui sequitur, bene viuit. Quare exempla virtutis humanæ erunt in Deo, in quo sunt rationes omnium vnde virtutes in Deo dicuntur exemplares; mens Dei est prudentia, conuersio Dei ad se, temperantia, immutabilitas fortitudo, iustitia, obseruatio legis æternæ.

1. Concl.

Et quia homo, est animal politicum, habet virtutes suæ naturæ conuenientes & hæ sunt politicæ, secundum quas hactenus locuti sumus.

2. Concl.

Et quia homo debet ad diuina se conuertere. Matt. 6. Filote perfecti, & ideo oportet ponere quasdam virtutes medias interdictas, quæ distinguuntur secundum diuersitatem motus & termini. Aliæ sunt transeuntium in diuinam naturam, quæ purgatoriæ dicuntur; Prudentia, mundana despicit præ diuinis: temperantia relinquit etiam quæ ad corporis vsum faciunt: fortitudo, non terretur ob excessum à corpore, & accessum ad superna: iustitia consentire facit animam ad huiusmodi propositi vitam.

Quædam sunt virtutes assequentium diuinam similitudinem, quæ dicuntur animi purgati. Prudentia, sola diuina tuetur: temperantia terrenas cupiditates nescit: fortitudo passiones ignorat. iustitia cum Deo perpetuo sociatur eum imitando: quæ sunt beatorum, & aliquorum viatorum.

4. Concl.

Ridiculum est Deo attribuere virtutes humanas vt sunt in nobis; vt iustitia in venditionibus. &c.

† 5. Concl. Arist. 10. Eth. c. 8.

Virtutes humanæ sunt cum passionibus, sed virtutes eorum, qui adepti sunt beatitudinem, sunt sine passionibus.

6. Concl.

Deferere res humanas vbi necessitas imponitur, est vitium, alias est virtus. Vnde non sunt damnandi, qui reipub. curam fugiunt ob virtutis perfectionem.

7. Concl. Aug. 19. de ciu. c. 19.

Non solum iustitia legalis, sed omnes virtutes respiciunt bonum commune imperio iustitiæ legalis: & ad politicam virtutem pertinet non solum operari ad bonum commune, sed etiam ad partes boni communis.

8. Concl.

Quæstio 62. De virtutibus theologicis.

Art. 1. Vtrum sint aliquæ virtutes theologicæ.

DAntur aliquæ virtutes theologicæ.

1. Concl.

1. *Præcepta legis sunt de actibus virtutum. Sed de fide, spe, & caritate, quæ nos ordinant in Deũ dantur præcepta. Ergo erũt virtutes theologicæ.*

2 *Illæ virtutes debent dari, quæ sunt hominis necessariæ ad consequendam beatitudinem, quia virtus est, qua perficitur homo ad actus, quibus ordinatur ad beatitudinem. Sed per virtutes naturales solum homo proportionatur, ac perficitur ad assequendam naturalem beatitudinem. Ergo cum sit etiam actus ad beatitudinem supernaturalẽ, egebit principijs diuinitus datis, per quæ ordinetur ad beatitudinem excedentem naturæ vires, & eget principijs ad assequendum naturalem finem. Hæc principia dicuntur virtutes theologicæ, quia recte ordinant nos in Deum, & infunduntur à solo Deo, & sola reuelatione diuinæ scripturæ traduntur.* 2. Pet. 2.

Natura tribuitur alicui vel essentialiter, &

sic istæ

sic istæ virtutes excedunt naturam hominis, vel participatiue, vt ignito natura ignis, & sic sunt secundum naturam.

3. Concl. Istæ virtutes non sunt exemplares, sed exemplatæ.

Quia dicuntur diuinæ non quod eis Deus sit virtuosus, sed quia nos facit virtuosos in ordine ad se.

4. Concl. Naturaliter ratio & voluntas ordinantur in Deum, vt est principium naturæ, & finis, secundum proportionem naturæ: at ad Deū, vt est obiectum beatitudinis supernaturalis, secundum suam naturam, non ordinantur sufficienter.

Art. 2. Vtrum virtutes theologicæ distinguantur ab intellectualibus, & moralibus.

1. Concl. Virtutes theologicæ, specie distinguuntur à moralibus, & intellectualibus.

1. Quod est supra naturam hominis, distinguitur ab eo, quod est secundum naturam Sed theologicæ sunt supra naturam., Ergo.

2. Virtutes, quæ habent obiecta formaliter distincta, sunt distincta. Sed obiecta istarum virtutum, ita se habent, quia obiectum theologicarum est Deus, vt virtutes finis, qui nostram cognitionem excedit: aliarum vero est aliquid, quod humana ratione comprehenditur, Ergo.

† 2. Concl. Virtutes humanæ perficiunt intellectum, & appetitum secundum proportionem naturalem, at theologicæ supernaturaliter.

3. Concl. Sapientia humana est virtus inuestigans diuina ratione humana: at theologica virtus est circa ea, quæ rationem excedunt:

4. Concl. Cum dicitur, *omnis virtus est ordo amoris*, intelligitur de amore communiter dicto; prout ad cardinales virtutes, requiritur ordinata affectio, & prout amor est radix omnis affectionis: & hoc etiam modo omnis virtus aliqualiter à caritate pendet, sed non sunt caritas.

Art. 3. Vtrum conuenienter fides, spes, & charitas, ponantur virtutes theologicæ.

1. Concl. Conuenienter ponũtur tres virtutes theogicæ, fides, spes, & charitas.

1. Nam, vt ait Paul. manet fides, spes, & caritas, tria hæc.

1. Cor. 13. 1. Cor. 2. *2. Tot debent esse virtutes, quot sunt necessaria homini, vt ordinetur secundum suas potentias ad finem supernaturalem, quia ad hoc ponuntur hæ virtutes. Sed istæ debent esse tres, Ergo. Nam bonum ordinatur ad beatitudinem, per lumen rationis, & per voluntatis rectitudinem naturaliter tendentis in bonum. Sed hæc duo à beatitudine supernaturali deficiunt secundum illud: oculus non vidit, &c. quæ præparauit Deus diligentibus se. Ergo opus fuit, vt homini adderetur aliquem quantum ad vtrumque: intellectui addantur principia supernaturalia, quæ fide percipiuntur; voluntati vt tendat in illum finem, quantum ad motum intentionis tendentem in rem acquisitu possibilem, datur spes: quantum ad quandam vnionem spiritualem, qua transformetur in illum finẽ, caritas.*

† 2. Concl. Quia intellectus eget speciebus ad intelligendum, ideo eget habitu naturali superaddito potentiæ: voluntas vero naturalis licet sine vllo habitu tendat in naturalem finem, non tamen in supernaturalem: ideo opus est in vtraque potentia aliquo superaddito.

3. Concl. Habere fidem, & spem de his, quæ subduntur humanæ potestati, deficit à ratione virtutis, at habere de his, quæ excedunt vim humanam, habent rationem virtutis.

4. Concl. Ad appetitum pertinet motus in finem, & confirmatio ad finem per amorem, ideo eget duplici perfectione.

Art. 4. Vtrum fides sit prior spe, & spes caritate.

1. Concl. Fides ordine generationis, est prior spe, & caritate, secundum actus.

1. Ita Paulus has virtutes numerat.

2. Non potest appetitus per spem, & amorem in aliquid tendere, nisi illud cognitum fuerit, quod fit per fidem: & quia illud amatur, quod apprehenditur vt bonum suum, & ad suum bonum putatur per quod bonum acquiri posse speratur, ideo spes caritatem præcedit, & fides spem.

2. Concl. Ordine perfectionis caritas est prior fide, & spe.

Quia tam fides, quam spes caritate formantur, & perfectionem virtutis acquirunt, cum sit radix & forma virtutum omnium: vnde patet ad primũ.

3. Concl. Quantum ad habitum hæ virtutes simul infunduntur.

† 4. Concl. Spes qua quis sperat per merita assequi beatitudinem, est posterior caritate, quia est formata: sed potest etiam sperari ante caritatem per merita futura.

5. Concl. Spes respicit duo, & bonum quod speratur, vt principale obiectum, & respectu huius semper præcedit amor, & id per quod se assequi bonum speret, & respectu huius spes præcedit amorem, licet ex amore postea spes augeatur.

Quæstio 63. De causa virtutum.

Art. 1. Vtrum virtus insit nobis à natura.

2. Concl. Virtutes non sunt in nobis à natura, secundum perfectionem.

c. 4 de div. nom. *Nam quod est à natura est omnibus commune, & per peccatum non tollitur, ex Dionys. At virtutes non sunt in omnibus, & peccato tolluntur. Ergo non sunt in nobis virtutes perfectæ à natura.*

1. Concl. Virtutes morales sunt in nobis à natura, secundum aptitudinem, & inchoationem. Ita docet Arist. vnde errant qui dicunt virtutes,

2. Eth. c. 1. & scientias præexistere in anima, vt Platonici; & qui extrinsecus ab intelligentia in nobis produci putant, vt Auicenna.

3. Concl. Aptitudo ad virtutem est homini naturalis ex natura speciei: & quia species habetur à forma, quod conuenit ratione animæ, dicitur naturale secundum speciem: & rursus ex natura indiuidui, ratione corporis secundum determinatam corporis complexionem quia quod est naturale ex parte corporis secundum speciem, quodam modo ad animam refertur.

4. Concl. Virtus est homini naturalis ex natura speciei, quatenus homini sunt indita principia scibilium, & agendorum, quæ sunt semina virtutum: & prout voluntas habet naturalem appetitum boni, quod est secundum rationem. Ex natura indiuidui, ex dispositione corporis secundum quam aliquis est dispositus ad virtutem, vel ad aliquam virtutem.

5. Concl. Consummatio harum virtutum non est à natura.

Quia natura est terminata ad vnum. At consummatio non est secundum vnum modum actionis, sed diuersimode secundum diuersas materias, & circumstantias. Vnde virtus partim est à natura, partim non est à natura. Theologicæ sunt totaliter ab extrinseco. Duæ ratione procedunt secundum seminaria virtutum, tertia ex dispositione corporis.

Art. 2. Vtrum aliqua virtus causetur in nobis, ex assuetudine operum.

. Concl. Virtus hominis ordinata ad bonum, quod modificatur secundum regulam rationis humanæ potest ex actibus humanis causari, inquantum huiusmodi actus procedunt à ratione, sub cuius regula tale bonum consideratur.

ep. 4. de ve. nom. 1. *Bonum est virtuosius malo ex Dion. Sed ex malis actibus causatur habitus malus. Ergo multo magis ex bonis bonus.*

2. *Virtus perficit hominem ad bonum, quod consistit in numero, pondere, & mensura. Ergo bonum hominis, debet attendi secundum aliquam regulam, quæ vel est ratio humana, vel lex diuina, quæ est superior & ita quod regulatur humana ratione, etiam hac lege, & non contra. Ergo per actus procedentes à ratione, & à ratione regulatos poterit produci talis virtus.*

2. Concl. Virtus ordinans hominẽ ad bonum, quod modificatur per legem diuinam, & non per rationem humanam, non potest causari per actus humanos, quorum principium est ratio, sed causatur solum per operationem Dei. Ideo Augustinus hanc definiens, dixit, quam Deus sine nobis operatur. Et de hac procedit prima ratio.

† 3. Concl. Virtus infusa in sua perfectione non compatitur peccatum mortale; vt acquisita.

Quia vnus habitus, qui non corrumpitur vno actu, est in nostra potestate: & ideo sine gratia potest acquiri habitus virtutis, qua a peccatis maxime grauioribus abstineatur.

4. Concl. Virtutes procedunt ex naturalibus principijs, quæ sunt nobiliora virtute, vt est rectitudo voluntaris; sicut intellectus est nobilior scientia: ideo actus humani procedentes ex illis principijs possunt causare virtutem.

Art. 3. Vtrum aliquæ virtutes morales sint in nobis per infusionem.

1. Concl. Dantur aliquæ virtutes morales infusæ.

Sap. 8. 1. *De sapientia dicitur, docere sobrietatem, iustitiam, prudentiam, & virtutem.*

2. *Vt virtutes morales, & intellectuales, quæ per nostros actus acquiruntur, procedunt ex naturalibus principijs, ita, cum Deus loco horum principiorum infundat virtutes theologales, ordinantes nos ad finem supernaturalem, huic virtutibus, & principijs debent respondere alij habitus diuinitus causati, qui sic se habeant ad virtutes theologicas, vt virtutes humanæ ad sua principia, effectus enim debet esse proportionatus suis causis, & principijs, Ergo.*

† 2. Concl. Virtutes intellectuales, & morales causatę nostris actibus non sunt proportionatæ virturibus theologicis; & ideo oportet alias immediate à Deo infundi.

3. Concl. Theologicæ sufficienter ordinant ad finem supernaturalem secundum quãdam inchoationem, quantum ad ipsum Deum immediate: sed per alias virtutes debet perfici anima circa alias res in ordine ad Deum.

4. Concl. Virtus principiorum inditorum non se extendit vltra proportionem naturæ: & ideo in ordine ad finem supernaturalem homo de-

mo debet perfici principijs superadditis.

Art. 2. Vtrum virtus acquisita ex operum assuetudine, sit eiusdem speciei cum virtute infusa.

1. Concl. Virtutes acquisitæ, specie differunt ab infusis.

1. Quia in definitione virtutis infusæ dicitur, eam Deus in nobis operari, quod non conuenit acquisitæ. Ergo; nam differentia posita in definitione, variat speciem.

2. Virtutes, quæ habent obiecta formaliter differentia, specie differunt, vt patet ex dictis. At ita se habent istæ virtutes. Ergo. Nam obiectum virtutis est bonum consideratum in propria materia cuius formalis ratio, est ex ratione, quæ medium instituit. At aliud est medium, quia imponitur: & g temperantia in concupiscentijs secundum regulam humanæ rationis, ab illo quæ imponitur à regula diuina; quia regula humana abstinet à cibis, ne noceant corpori, aut ne impediant actum rationis: diuina uero, vt homo castiget corpus & in seruitutem redigat. Ergo alia est temperantia infusa ab acquisita. Idem dicas de alijs.

3. Polit. *3. Virtutes per quas homo ordinatur ad diuersa, sunt diuersæ: sicuti sunt diuersæ virtutes ciuium, qui ad diuersa politica ordinantur. Sed ita se habent istæ virtutes; quia per acquisitas homo bene se habet ad res humanas, & per infusas se bene habet, vt ciuis sanctorum, & domesticus Dei. Ergo*

†2. Concl. Istæ virtutes non solum differunt respectu vltimi finis, sed etiam in ordine ad propria obiecta.

3. Concl. Et alia ratione modificat temperantia acquisita ab infusa; & ita non habent eundem actum.

4. Concl. Oculum cæci nati Deus facit ad eundem actum, ad quem est oculus naturalis, & idem posset facere producēdo virtutem, qualis est acquisita, sed non ita est in proposito.

Quæstio 64. De medio virtutum.

Artic. 1. Vtrum virtutes morales sint in medio.

1. Concl. 2. Eth. c. 6. Virtus moralis in medio consistit.

1. Est enim ex Aristot. habitus electiuus in mediocritate consistens.

2. Illa virtus consistit in medio, cuius ratio, siue perfectio consistit in commensuratione, & regula rationis, circa aliquam determinatam materiam: quia bonum commensuratur, & regulatur cōsistit, vt conformetur suæ regulæ; vt patet in artificiatis; malum uero in hoc, quod discordet à regula secundum excessum uel defectum, inter quæ est conformitas, seu æqualitas quæ in commensuratione ad regulam consistit. At virtus moralis est huiusmodi, quia de suis ratione ordinat ad bonum, perficiendo appetitum circa determinatam materiam, secundum regulam rationis. Ergo esse bonum consistet in adæquatione ad mensuram rationis, & sic erit in medio.

†3. Concl. Aristot. 2. Eth. c. 6. Virtus comparata ad rationem, habet rationem vnius extremi, at comparata ad materiam, id est, ad passiones vel operationes habet rationē medij. Itaq; est medietas, & extremum siue optimum quantum ad regulam.

3. Concl. Medium, & extremitas in actionibus & passionibus considerantur secundum circunstantias: & ita vna virtus potest esse extremū secundum circunstantias, & medium secundum conformitatem rationis, vt patet in magnificentia, & magnanimitate, si consideretur quantitas absoluta, & eadem in ordine ad rationem, & ad alias circunstantias vbi, & quando &c. secundum quas attēdetur excessus, & defectus.

Arist. 4. Eth. c. 3. Eadem est ratio de virginitate, & paupertate, q̄ de magnanimitate: quia istæ virtutes abstinent ab omnibus, secundum quod oportet, & propter quod oportet, id est, secūdum legem Dei, & propter beatitudinem.

4. Concl.

Art. 2. Vtrum medium virtutis moralis sit medium rei, vel rationis.

1. Concl. Medium virtutis moralis non est medium rationis essentialiter, quasi actus ipse rationis ad medium reducatur.

Quia virtus moralis non perficit actum rationis sed actum appetitus. Ergo per ipsam non reducitur ratio ad medium.

2. Concl. Virtus moralis consistit in medio rationis causaliter & effectiue, id est, ratio facit medium in hac virtute, sic intelligitur Aristot. cum ait consistere in medio quoad nos determinata ratione: dicitur enim consistere in medio per conformitatem ad rationem.

2. Eth. c. 6. Medium in vrtute iustitiæ est medium rei, & rationis.

3. Concl. *Est enim circa operationes, quæ consistunt in rebus externis, in quibus rectum constitui debet absolute secundum se. Ergo iustitia erit medium rei & rationis.*

In virtutibus quæ sunt in appetitu sensitiuo ad moderandas passiones: non est medium rei, sed rationis.

4. Concl. *1. Ex Aristot. 2. Ethicorum.*

2. Quoniam cum diuerso modo homines se habeant ad passiones oportet & rectitudo rationis ai

tendatur secundum ordine ñ ad nos, qui passionibus afficimur. Vnde patet ad rationes, duæ procedunt de medio rationis, tertia de medio infirmæ ex Aristotele.

Eth. c. 2.

Art. 3. Vtrum virtutes intellectuales consistant in medio.

1. Concl. Medium virtutis intellectualis speculatiuę consistit in quodam medio per conformitatem ad rem ipsam, prout dicit esse quod est, vel non esse quod non est, in quo sita est ratio veri: excessus autem secundum affirmationem falsam, affirmando, quod non est, defectus secundum negationem falsam, negando quod est.

Aristot. Eth. c. 2. *Nam bonum rei sumitur à medio, & conformatur regulæ, vel mensuræ, quam contingit transcendere, & abea deficere. Ergo cum virtus moralis ordinetur ad bonum, secundum quod eius bonum se habebit ad mensuram, sic se habebit ad rationem medij. Bonum autem intellectualis virtutis est verum, vel absolute, & in speculativis, vel secundum conformitatem ad appetitum rectum, & in practicis. Sed res sunt mensura intellectus speculatiui, quia ex eo quod res est, vel non est, veritas est in opinione. Ergo.*

2. Concl. Arist. 10. Met. tex. 5. Medium virtutis intellectualis practicę, vt est prudentia, si consideretur vt est habitus cognoscitiuus consistit in conformitate ad rem ipsam.

Quia secundum hanc considerationem, eadem est ratio cum speculativis.

3. Concl. Medium virtutis intellectualis practicę, vt dirigit ad actum studiosum, non sumitur ex rebus, sed potius ipsum iudicium est regula, qua regulatur operatio: Vt in artibus, vbi ars est regula artificiati, quod regula mensuratur. Vnde idem erit medium prudentiæ & virtutis moralis, scilicet, rectitudo rationis, sed illius vt regulantis, huius vt regulatæ.

† 4. Concl. Virtus intellectualis habet suam mensuram à qua sumitur medium, vt est dictum.

5. Concl. Cum res sint mensura harum virtutum, nõ est necesse procedere in infinitum, in virtutibus.

6. Concl. Res in anima non sunt contrariæ.

Quia cum sit ratio cognoscendi aliud: est tamẽ in intellectu contrarietas affirmationis, & negationis: licet esse & non esse, contradictorie opponãtur, si sumantur, prout sunt in rebus, sunt contraria: at opinio qua opinamur bonum esse bonum est contraria, qua opinamur bonum non esse bonum, & inter hæc contraria est medium in virtutibus intellectualibus.

Art. 4. Vtrum virtutes theologicæ consistant in medio.

1. Concl. Si virtutes theologicę considerentur in ordine ad suam regulam infinitam & increatã, non habent medium.

1. In his in quibus est medium peccatur per excessum, sicut per defectum. Sed circa Deum qui est obiectum harum virtutum non peccatur per excessum: Eccl. 43. exaltate illum quantum potestis. Ergo.

2. Habitus qui consistit in medio, potest mensuram regulæ excedere. Sed virtus theologica simpliciter loquendo non potest quia fides regulatur secundum veritatem diuinam, caritas secundum bonitatem & spes secundum magnitudinem omnipotentiæ, & pietatis, qua mensuram excedit omnem humanam facultatem: & sic non potest Deus diligi quantum debet, &c. Ergo non potest hic esse excessus, sed tanto melius, quanto magis accedetur ad summum.

2. Concl. Virtutes theologicæ, in ordine ad nos habent medium.

Quia ex parte nostræ debemus. verum in Deum secundum mensuram nostræ conditionis: quare per accidens in his potest esse medium, & extremum.

† 3. Concl. Virtutes morales consistunt in medio per conformitatem ad mensuram quæ transcendi potest.

4. Concl. Eædem, sicuti & intellectuales perficiunt hominem in ordinem ad regulam certam, theologales, in ordine ad regulam seu mensuram increatam.

5. Concl. Spes est media inter præsumptionem & desperationem ex parte nostra, non autem potest esse superabundantia ex parte Dei.

Quæstio 65. De connexione virtutum.

Artic. 1. Vtrum virtutes morales sint adinuicem connexæ.

1. Concl. VIrtutes morales imperfectæ, quæ sunt inclinationes quædam siue ex natura, siue ex consuetudine, ad aliquod opus in genere bonorum faciendum, non sunt connexæ.

Quoniam eademet aliquem ex naturali complexione, vel ex aliqua consuetudine promptum ad opera liberalitatis, non est promptum ad opera castitatis, sic econtra.

† 2. Concl. Virtutes morales perfectæ, quæ sunt habitus inclinantes ad bonum opus bene agendum, sunt connexæ.

Ambr. in Luc. ca. 6. Greg. 22. mor. ca. 1. Auguſt. 6. de trin. c. 4 Ita Grego & Aug. lo. cit Ariſtot. 6 Eth. c. vlt.

1. *Ex communi intentione, quia ſic fere ab omnibus ponuntur.*

2. *Secundus est eorum qui virtutes cardinales diſtinguunt ſecundum conditiones generales virtutum vt ſupra eſt dictum; quia quælibet virtus habet particularem conditionem ſecundum peculiares materias, circa quas verſatur. Nam fortitudo animi, quæ habet generalem cõditionem fortitudinis, non habet laudem virtutis, ſi ſit ſine moderatione, vel rectitudine, vel diſcretione, & eadem eſt ratio de alijs.*

3. *Ex diſtinctione ſumpta ex parte materiæ ſumitur connexio. Moralis virtus non poteſt eſſe ſine prudentia, quia ad rectam electionem nõ ſat eſt inclinatio in debitum finem, quæ habetur à virtute morali, ſed opus eſt recte eligere, quæ ſunt ad finem, quod fit per prudentiam, quæ eſt conſiliativa, iudicativa, & præceptiva, prudentia non poteſt eſſe ſine virtutibus moralibus, quoniam procedit ex finibus agibilium, tanquam ex principijs, ad quos fines homo ſe recte habet per virtutes morales. Ergo omnes virtutes morales ſunt connexæ.*

† 3. Concl. Poteſt vnus exercere vnam virtutẽ ſine alia, ſed cum virtutum quædam perficiant hominem ſecundum communem vitam, oportet vt ſe exerceat in omnibus, & ſic acquiret habitus omnium: ſi in vna materia tantum, acquiret virtutem imperfectam. Quædã virtutes perficiunt hominem ſecundũ eminentem ſtatum, vt magnificentia, quæ nõ paſſim ab omnibus exercetur & ſine his habitus aliarum acquiri poſſunt, quib. diſponetur ad illos perfectiores actus exercendos. Vnde ſoluitur ſecundum.

4. Concl. Intellectuales virtutes ſunt circa materias non ordinatas inter ſe, & ideo non ſunt connexæ. At morales verſantur circa paſſiones quæ ſunt connexæ: cum omnes ab amore & odio fluant, & terminẽtur in irã & triſtitiam, ac ab vna prudentia pendeant: & licet illæ pẽdeant à principijs, tamen principia non pendent ab illis, ſicuti prudentia à moralibus.

5. Concl. Vnus poteſt eſſe prudens in vna arte & nõ in alia at nemo erit prudens in vna virtute, niſi ſit in alijs.

Quia agibilia, circa quæ eſt prudentia, ſunt ordinata inter ſe, non ita facti bilia.

Artic. 2. *Vtrum virtutes morales poſſint eſſe ſine caritate.*

1. Concl. Virtutes acquiſitæ, quæ ſunt operatiuę boni in ordine ad finem naturalem, poſſunt eſſe ſine caritate.

Quia poſſunt acquiri per opera humana, quo modo gentiles adepti ſunt.

Morales infuſæ quæ ſunt operatiuæ boni, in ordine ad finem ſupernaturalem, non ſunt ſine caritate. 2. Concl.

Nam vt prudentia non poteſt eſſe ſine moralibus, quia iſta diſponunt circa finem, & contra, multo magis ad rationem prudentiæ requiritur, vt quis ſit bene diſpoſitus circa vltimum finem, quod habetur à caritate. Ergo ſi prudentia infuſa non eſt ſine caritate, nec alia infuſa ſine prudentia, & conſequenter nec ſine caritate. Et 1. Ioh. 3. Qui non diligit, manet in morte. At vita ſpiritualis perficitur virtutibus, vt ait Aug. Ergo.

Virtutes morales acquiſitæ ſunt virtutes ſecundum quid: infuſæ vero ſimpliciter. 3. Concl.

Quia iſtæ ordinant hominem recte ad vltimum fine ſimpliciter, illæ ad finem in aliquo genere. Ergo. Vnde Aug. Vbi deeſt cognitio veritatis, falſa eſt virtus etiam in bonis moribus.

Omnis virtus præter caritatem poteſt eſſe in malis & bonis, ſumendo virtutem imperfecte: ſi perfecte ſumatur facit bonum, habẽtem, & ita eſt tantum in bonis. † 4. Concl.

Secundũ procedit de virtutibus acquiſitis. 5. Conc.

Et ſi caritas ob ſuam perfectionem non pẽ deat à ſua prudentia tamen prudentia & conſequenter aliæ pendent ab caritate. 6. Conc.

Artic. 3. *Vtrum caritas poſſit eſſe ſine alijs virtutibus moralibus.*

Cum caritate infunduntur omnes virtutes morales. 1. Concl.

1. Rom. 13 Qui diligit, legem implenit, quod fit per omnes virtutes morales, cum lex præcipiat actus omnium virtutum. Et Aug. ait caritatem includere omnes virtutes.

2. Deus non minus perfecte operatur in operibus gratiæ, quam naturæ. Sed in operibus naturæ non datur aliquorum operum principium, quin dentur neceſſaria ad opera perficienda. Ergo cum in operibus gratiæ caritas ſit principium ordinans hominem ad finem vltimum, vna cum caritate dabuntur virtutes, quibus ſingula opera perficiantur. Vnde morales infuſæ non ſolum ſunt connexæ ob prudentiam, ſed etiam propter caritatem, qua amiſſa etiam morales infuſæ amittuntur.

Virtus circa finem ſe habet, vt principalis motiua; nec ipſa ſatis eſt ad perfectam operationem niſi potentiæ inferiores, quæ mouentur, ſint bene diſpoſitæ, & ideo præter caritatem opus eſt moralibus infuſis. † 2. Concl

Morales virtutes patiuntur interdum difficultatem in operando ex parte diſpoſitionis cõtrariæ, ex præcedentibus actib⁹ relictę, quod nõ accidit in moralibus: quia per actus contrarios tollunt cõtrariam diſpoſitionem. 3. Concl.

Concl. Aliqui sancti dicuntur aliquas virtutes non habere, quatenus patiuntur difficultatem in earum actibus ob rationem dictam. Vt somnolentus si velit disputare.

Art. 4. Vtrum fides & spes possint esse sine caritate.

. Concl. Fides & spes, sicuti & virtutes morales cõsiderantur, vel secundum statum imperfectum, quatenus faciunt opus bonum; sed non bene, vel secundum statum perfectum, cum fit etiam bene.

2. Concl. Fides, & spes si considerentur secundum inchoationem quandam, & vt habent statum virtutis imperfectum, possunt esse sine caritate.

1. *Ex Gloss. Matt. 1. Fides generat spem, & spes caritatem. At generans potest esse sine generato. Ergo.*

2. *Aliquis potest credere Deo, & in eum sperare sine caritate, Ergo. Sed quia non credit bene, id est ex caritate non est perfectum opus: Idem dicas de spe: si quis speret ex meritis futuris.*

3. Concl. Fides & spes, in statu perfecto non possunt esse sine caritate.

Nam non operantur bonum opus & bene, seu perfecte, sine ea, quia caritas voluntatem perficit; & omnis rectus motus voluntatis ab amore precedit.

4. Concl. Fides & spes sine caritate non sunt proprie virtutes: quia virtus proprie dicta operatur bonum, & bene.

† 5. Concl. 2. eth. c. 6. Fides & spes secundum proprias rationes, nec à prudentia infusa, nec à caritate pendent, ideo possunt esse sine his. Vnde non est par ratio de his, & de moralibus.

6. Concl. Secundum procedit de fide, vt habet perfectam rationem virtutis.

7. Concl. Spes quæ sperat beatitudinem ex meritis, quæ habentur non est sine caritate.

Art. 5. Vtrum caritas possit esse sine fide & spe.

1. Concl. lib. 11. Charitas sine fide & spe, nullo modo esse potest.

1. *Nam sine fide impossibile est placere Deo; quod maxime fit caritate.*

2. *Caritas supra amorem addit mutuam redamationem, & communicationem cum Deo 1. Ioan. 4. Qui manet in caritate, &c. & 1. Corint. 1. Vocat in societatem, &c. sed hæc societas est & conuersatio cum Deo, quæ hic inchoatur per gratiam, & in futuro perficitur per gloriam, quorum vtrũque fide & spe tenetur. Ergo. Vt ergo quis non possit cum aliquo amicitiam inire, si diffideret, aut desperaret cum illo societatem habere; ita non possit habere amicitiam cum Deo, quæ est caritas, nisi fidem habeat, qua credat se posse ad conuersationem cum Deo venire, & spem, qua speret se ad hanc societatem pertinere.*

† 2. Concl. Caritas non est quiuis amor Dei, sed amor, quo diligitur, vt beatitudinis obiectum, quo ordinamur fide, & spe.

3. Concl. Caritas est radix fidei, & spei, vt eis dat perfectionem virtutis.

4. Concl. In Christo non fuerunt hæ duæ virtutes quia includunt imperfectionem, sed loco harum habuit clarã visionem, & plenam comprehensionem.

Quæstio 66. De æqualitate virtutum.

Art. 1. Vtrum virtus possit esse maior, vel minor.

1. Concl. Virtutes possunt esse inæquales.

Nam vbi potest esse augmentum, ibi potest esse inæqualitas. At in virtutibus id esse potest, Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia, &c. Ergo.

2. Concl. Virtutes specie differentes, sunt inæquales perfectione.

Quoniam causa, est potior effectu, & inter effectus ille, qui est causæ propinquior, perfectior habetur. Ergo cum humani boni perfectio sit ratio, quam perficit prudentia, prudentia melior erit alijs virtutibus, quæ appetitum perficiunt, prout rationem participant: & in his, ea quæ magis ad rationem accedit, erit perfectior, vt iustitia, quæ perficit voluntatem, & fortitudo præstat temperantiæ, quia concupiscibilis minus participat rationem.

3. Concl. Virtutes eiusdem speciei secundum se, & ratione suorum obiectorum, sunt æquales.

Nam qui habet: v. g. temperantiam; habet eam quantum ad omnia, ad quæ talis virtus se extendit: quod non accidit in scientia, & arte. Et sic quidam bene dixerunt virtutes non suscipere magis, & minus. Stoici. Simplic.

4. Concl. Virtutes specie differentes ex parte subiecti sunt inæquales, & in diuersis, & in eodem diuerso tempore.

Nam ad assingendum medium virtutis, quod est secundum rectam rationem, potest vnus esse melius dispositus alio, vel propter consuetudinem maiorem, vel propter naturam perfectiorem; vel propter perspicacius iudicium rationis, vel propter maiorem donum gratiæ. Et in hoc erraverant Stoici putantes solum illum esse virtuosum qui summe esset dispositus ad virtutem. Non enim requiritur ad ra-

tionem

tionem virtutis, & attingatur medium rationis inuisibile: sed sat est prope medium esse, & ait Aristoteles.

5. Concl. 2. Eth. c. 6. Latera Ierusalem, id est, virtutes dicuntur æqualia, non absolute, sed secundum proportionem, quia proportionaliter crescunt.

6. Concl. Cum virtus non sit vltimum diuisibile, potest augeri modis supra dictis: licet virtus dicatur maximum bonum, & esse vltimum potentiæ.

7. Concl. Ephes. 4. Infuse sunt à Deo, qui operatur secundum ordinem sapientiæ, ideo largitur eas secundum diuersas mensuras.

Art. 2. Vtrum virtutes simul in eodem existentes sint æquales.

1. Concl. 6. de Trin. c. 4. Virtutes vnius hominis possunt esse æquales.

1. *Nam Aug. ait, qui sunt æquales in fortitudine, sunt æquales in prudentia. Ergo.*

2. *Virtutes secundum rationem speciei nō sunt æquales in eodem homine, quia certum est vnam esse maiorem alia, vt caritatem, fide & spe.*

3. Concl. Omnes virtutes eiusdem hominis secundum participationem subiecti, prout intenduntur, vel remittuntur, sunt æquales æqualitate proportionis, prout æqualiter crescunt: sicut digitimamus, qui sunt inæquales, & æqualiter crescunt.

Huius æqualitatis ratio sumitur, vt & connexionis, quia æqualitas est quædam connexio secundum quantitatem: & sicuti connexio, vt est dictum, sumitur vel ex quatuor generalibus conditionibus virtutum, quarum vna est cum aliis in omni materia, ita virtus in omni materia non potest æqualis dici, nisi habeat omnes istas conditiones æquales. Ita accipit Augustinus, qui ait: duo non sunt æquales fortitudine, si alter præstet prudentia, quia vna fortitudo esset prudentior. Vel secundum quod hæ virtutes habent materias determinatas, & secundum hunc modum sumitur alia ratio.

4. Concl. Sicut cōnexio in virtutibus moralibus sumitur ex parte prudentiæ, & in infusis ex parte caritatis, ita & æqualitas, quantum ad id, quod est formale in virtutibus. Vnde existēte ratione æqualiter perfecta in eodem, æqualiter medium constituitur in qualibet materia virtutis: quātum vero ad id, quod est materiale, scilicet inclinationem ad actus, vnus homo potest esse magis promptus ad actum vnius virtutis, quam alterius natura, consuetudine & gratia.

1. Cor. 7. † 5. Concl. Dicuntur gratiæ inæquales, si loquamur de gratis datis: si de virtutibus intelligatur, intelligitur ex parte maioris gratiæ gratum facientis.

6. Concl. Vnus sanctus laudatur magis alio de vna virtute, ob maiorem promptitudinem ad actum illius, quam ad actum alterius. Vnde patet ad 3.

Art. 3. Vtrum virtutes morales præemineant intellectualibus.

1. Concl. Simpliciter loquendo, id est, secundum rationem speciei, & obiecti, virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus.

1. *Virtus moralis est in rationali per participationē intellectualis in rationali per essentiam, quod est nobilius. Ergo.*

2. *Illa virtus simpliciter est nobilior, quæ perficit nobiliorem potentiam. Sed virtutes intellectuales sunt tales, quia perficiunt rationem, quæ est nobilior appetitu, quem perficiūt morales. Ergo. Nam illa potentia est nobilior, quæ habet nobilius obiectum. At ratio habet nobilius obiectum. Quam appetitus, quia tendit in aliquid vniuersale, appetitus vero in particulare. Ergo.*

2. Concl. Virtutes intellectuales in ratione virtutis sunt nobiliores intellectualibus.

Illa enim est nobilior virtus, cui magis competit ratio virtutis. Sed hæc magis competit moralibus: quia ratio virtutis est, vt moueat ad actum, cum sit perfectio potentiæ. At morales magis mouent ad actum, cum perficiant appetitum, cuius est mouere alias potentias. Ergo.

3. Concl. Intellectuales virtutes sunt nobiliores habitus simpliciter.

4. Concl. Morales sunt diuturniores ratione consuetudinis, at ratione obiecti intellectuales. Et licet morales sint magis necessariæ ad vitam humanam, nō ideo sunt nobiliores, quia nobilius est, quod non ordinatur ad aliud: vnde per morales inchoatur quodam modo beatitudo, quæ consistit in cognitione veri.

5. Concl. Secundum morales dicitur homo bonus simpliciter, quia appetitus mouet potentias ad suum actum: sed hoc solum probat etiam meliores secundum quid.

6. Concl. Aristot 2. Eth. c. 6 6 eth c. vlt. Prudentia non solum dirigit morales in eligendo, quæ sunt ad finem, sed etiam in præstituendo fine: Finis autem moralium est attingere medium in quauis materia, quod determinatur secundum rationem rectam prudentiæ.

Art. 4. Vtrum iuſtitia ſit præcipua inter virtutes morales.

1. Concl. Inter morales iuſtitia eſt præſtantiſſima virtutum.

1. Ita habet Ariſtoteles 5. Ethicorum, in principio.

2. Illa eſt maior virtus ſimpliciter, in qua magis relucet bonum rationis. Sed hoc eſt in iuſtitia, cum ſit propinquior rationi; tum quia eius ſubiectum eſt voluntas, quæ eſt appetitus rationalis tum quia eſt circa operationes, quibus homo non ſolum ad ſe, ſed etiam ad alium ordinatur. Ergo.

2. Concl. Poſt iuſtitiam eſt fortitudo.

In moralibus enim tanto magis relucet ratio, quanto appetitus circa maiora ſubditur rationi. At fortitudo ſubdit appetitum rationi in his; quæ maxime ad hominem pertinent, vt eſt vita, à qua omnia pendent. Ergo

3. Concl. Vltimo loco eſt temperantia, quæ ſubdit appetitum in his, quę immediate ordinantur ad vitam.

4. Concl. Secundum quid vna virtus eſt nobilior alia, vt ornamentum & adiumentum principalioris; quo modo liberalitas eſt nobilior iuſtitia, quæ poteſt eſſe ſine liberalitate, ſed non contra: ideo iuſtitia eſt nobilior ſimpliciter.

5. Concl. Patientia habet perfectum opus, vt excludit radicem multorum vitiorum, vt vindictam iniuſtam, odium, &c. Sed non eſt ſimpliciter nobilior: *Quia ipſa ſuſtinet moleſtias ſine perturbatione*; At fortitudo etiam aggreditur cum eſt opus. Vnde fortis eſt patiens, non contra.

6. Concl. Magnanimitas nõ poteſt eſſe ſine alijs virtutibus præexiſtentibus, quæ comparatur ad alias, vt ornatus, & ſic ſecundum quid eſt maior alijs.

Art. 5. Vtrum ſapientia ſit maxima inter virtutes intellectuales.

Ariſtot. 1. c. 3. Sapientia eſt maior inter intellectuales.

1. Ariſtot. Socat eam aliarum caput.

7. Lib. c 7. *2. Magnitudo virtutis conſideratur ex obiecto. At obiectum ſapientiæ præcedit obiecta aliarum, quia conſiderat altiſſimam cauſam, & quia per cauſam conſideratur effectus, & per ſuperiorem cauſam conſideratur de inferioribus, ideo ſapientia ſuo modo ordinat alias virtutes intellectuales, quaſi architectonica.*

2. Concl. Prudentia politica ordinat, quæ diſciplinæ debent eſſe in ciuitate, & ea, quibus venitur ad ſapientiam, non tamen imperat ipſi ſapientiæ, ſed potius contra.

3. Concl. Prudentia conſiderat ea, quibus venitur ad felicitatem: at ſapientia, ipſum obiectum felicitatis contemplatur: ideo actus ſapientiæ in hac vita eſt inchoatio felicitatis.

4. Concl. Licet maior cognitio habeatur de humanis, quam de diuinis: tamen illa modica, quæ habetur, eſt perfectior, quia eſt de re nobiliore: quare maior certitudo non arguit maiorem perfectionem, cum obiecta non ſunt æqualia.

5. Concl. Ariſt. lib. de Par. Sapientia non ſolum vtitur principijs indemonſtrabilibus, quorũ eſt intellectus concludendo ex illis, vt aliæ ſcientiæ, ſed etiam de illis iudicat, & illa defendit: & ideo eſt maior virtus, quam intellectus.

Art. 6. Vtrum caritas ſit maxima inter virtutes theologicas.

1. Concl. 1. Cor. 13. Caritas eſt maxima inter virtutes theologicas.

1. Ex Paulo, qui ait, caritatem eſſe maiorem.

2. Cum ha virtutes habeant idem obiectum, non poteſt vna dici maior altera ex obiecto, ſed ex eo, quod vna ſe habet propinquius ad obiectum, quam alia. Sed ita ſe habet caritas, quia fides & ſpes important quandam diſtantiam ab obiecto, cum fides ſit de non viſis, ſpes de non habito, caritas vero de eo, quod iam habetur; nam amatum eſt in amante, & amans per affectum trahitur ad amatum: Qui manet, &c. Ergo.

† 2. Concl. 1. Ioan. 4. Caritas non ſe habet ad fidem & ſpem, vt prudentia ad virtutes morales.

1. Quia prudentia & virtutes morales ſunt circa ea, quæ ſunt infra hominem, alle de his, quæ ſunt ſupra hominem, quorum nobilior eſt dilectio, quam cognitio, quia per dilectionem trahimur ad rem dilectam, à qua perficimur, ſi ſit perfectior: per cognitionem, res ad ſe trahitur, & ita ſuperiora minus perfecta ſunt in homine cognoſcente, quam in ſe.

2. Prudentia moderatur motus appetitus ad virtutes pertinentes, ſed fides non moderatur motum appetitus tendentem in Deum, ſed ſolum oſtendit Deum, qui motum excedit cognitionem humanam.

3. Concl. Spes ſupponit amorem rei ſperatæ, qui eſt amor concupiſcentiæ, at caritas importat amorem amicitiæ, ad quam ſpe peruenitur.

4. Concl. Cauſa perficiens eſt effectu potior, non autem cauſa diſponens: quomodo fides ſpem, & ſpes caritatem gignit.

Quæstio 67. De duratione virtutum post hanc vitam.

Art. 1. Vtrum virtutes morales maneant post hanc vitam.

VIrtutes morales manebũt in futura vita. *Nam Sap. 1. dicitur: Iustitia perpetua est, & immortalis. Idem docet August.*

1. Concl. Lib. 14. de Trin. c. 9.

Istæ virtutes non manebunt, quantum ad materiale, id est, ad moderationem passionũ & operationum; quoniam ibi nõ erunt delectationes ciborum, non timores mortis, &c. Ergo.

1. Concl.

3. Concl. Istæ virtutes manebunt in vita beata perfectissimæ, quãtum ad formale, id est, ad modum à ratione definitum. Ratio erit rectissima in his, quæ pertinent ad suum statum: vis appetitiua mouebitur secũdum ordinem rationis; prudentia nullum bonum Deo proponet, vel æquabit; fortitudo ei firmissime adhærebit; temperantia nullo affectu noxio delectabitur; iustitia ppetuo Deo erit subiecta.

† 4. Concl. Arist. non reponit virtutes morales in intelligentijs secundum rationem materialem. *Quoniam non sunt ibi commutationes, &c. Vnde patet ad secundum, quia quæ ad actiuam vitam pertinent, materialiter se habent ad virtutes.*

5. Concl. Post rẽsurrectionem in corporibus erunt omnes vires irrationales, vt modo sunt, ante vero sunt radicaliter in anima; & ideo aliquæ virtutes morales non sunt in actu, nisi in radice, id est, in voluntate, in qua est seminarium harum virtutum: at iustitia, quæ est in voluntate, manet actu, ideo specialiter immortalis dicitur.

Art. 2. Vtrum virtutes intellectuales maneant post hanc vitam.

1. Concl. Virtutes intellectuales manent post hanc vitam.

Nam Luc 16 dicitur: Recordare, quia recepisti: si ergo manet cognitio singularium, manebit etiam vniuersalium, quæ est maior.

2. Concl. Virtutes intellectuales, quantum ad materiale, id est, ad phantasmata, quæ sunt quasi earum materialia, in alia vita non manent.

Quia phantasmata corrumpũtur corrupto corpore, cum sint in organo.

3. Concl. Istæ virtutes manent quantum ad formale, id est, ad species intelligibiles, & habitus.

Nam si non remanerent, esset, quia post intellectionem non remanent species intelligibiles in intellectu possibili, quod est falsum.

Arist. lib. 3. de anim. tex. 8. *1. Intellectus possibilis est in actu, cum sit singula, & sciens, cum tamen sit impotentia ad discernendum in actu. Ergo.*

1. Cor. 13. *2. Species recipiuntur in intellectu possibili per modum recipientis, & ita est locus specierumque, si eas conservans: quæ manent, & sunt quasi forma virtutum intellectualium Ergo.*

† 4. Concl. Scientia destruetur quantum ad materiale, & modum intelligendi per phantasmata, quorum non erit vsus.

5. Concl. Et per ægritudinem corrumpitur scientia quoad phãtasmata: at species remanent, cum sint in intellectu possibili.

6. Concl. Anima post mortem non intelligit per cõuersionem ad phãtasmata: & ita scientia non manet quoad modum.

Art. 3. Vtrum fides maneat post hanc vitam.

1. Concl. Oppositio per se est causa, vt vnum oppositum excludatur ab alio, prout in omnibus oppositis includitur oppositio affirmationis & negationis.

2. Concl. In quibusdam est oppositio secundum cõtrarias formas, vt in coloribus, in quibusdam secundum perfectum, & imperfectum, vt in alterationibus: & quia perfectum & imperfectum opponuntur, non possunt accipi secundum idem.

3. Concl. Imperfectio aliquando est de ratione speciei, & quia idem numero manens non potest transferri ad aliam speciem, ideo tali imperfectione remota tollitur species: at quando imperfectio accidit speciei, ratione individui, vt defectus rationis homini ob ebrietatem, remota imperfectione, remanet species.

4. Concl. Fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens.

Quoniam imperfectio cognitionis est de ratione fidei, in quantum sit non apparentium, quam apparentiũ, excludit perfecta cognitio. Ergo. Sed quia non prohibet cognitionem imperfectam esse simul cum perfecta, vt iterum nota.

Heb 11.

5. Concl. Cognitio est imperfecta, vel ex parte obiecti, vt cognitio matutina, & vespertina; qa illa cognoscuntur res in Verbo, hac in ea: vel ex parte medij, vt cognitio per demonstrationem, & topicam rationem: vel ex parte subiecti, quo modo opinio, fides, & scientia differũt: opinator cum formidine assentitur: sciens firmiter adhæret & videt: qui credit, adhæret firmiter, sed non videt.

6. Concl. Cognitio perfecta, & imperfecta ex parte obiecti, non sunt de eodem, possunt tamen conuenire in eodem medio, & subiecto.

Quia

Quia idem homo eius medio potest cognoscere duo imperfecta: similiter cognitio perfecta, & imperfecta non conueniunt in eno medio, sed in eno obiecto, & subiecto esse possunt. Vt cognitio eiusdem conclusionis per demonstrationem, & rationem probabilem. Item cognitio perfecta, & imperfecta ex parte subiecti non possunt esse simul. Ergo cum fides habeat imperfectionem ex parte subiecti, quia non videt, & beatitudo habeat perfectam visionem ex parte subiecti, infertur talis conclusio.

2. Concl. Impossibile est, vt fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto.

Idem patet ex 2. Corinth. 5. Hic peregrinamur à Domino per fidem. At beati non peregrinantur. Ergo.

† 8. Concl. Fides est nobilior scientia ex parte obiecti: scientia ex parte modi cognoscendi, qui non repugnat beatitudini.

9. Concl. Fides est fundamentū ratione cognitionis, & cum perficietur cognitio, fundamentum erit perfectius. Ad tertium patet ex dictis.

Articul. 4. Vtrum spes maneat post mortem in statu gloriæ.

1. Concl. Spes non manebit in gloria.

1. Rom. 8. quod videt quis, quid sperat: Sed beati vident. Ergo.

2. Quod in sua ratione includit imperfectionem, non potest stare cum subiecto opposita perfectione perfecto: vt patet in motu; qui cum sit actus imperfectus, cessat adueniente actu perfecto. Sed spes includit imperfectionem, quia est motus in id, quod non habetur. Ergo adueniente quod speratur cessat.

2. Concl. Spes ratione obiecti est nobilior moralibus, quarum actus non repugnant beatitudini, & perficiunt etiam circa id, quod habetur.

3. Concl. Timor filialis remanet in patria, prout Deum reuereretur, non vt reformidat separationem, à Deo: *quia timor non opponitur spei*; In damnatis magis potest esse timor pœnæ; quã in beatis spes gloriæ, *quia ibi est successio pœnarum, ac proinde timor futuri*, licet nõ sit proprie timor, *quia non est spes euasionis: at gloriæ est sine successione.*

4. Concl. In beatis est esuries, & sitis, per remotionem fastidij. Neque respectu gloriæ corporis est spes, quia bonum quod exspectatur, non est arduum: itaque solum desiderant gloriam corporis, sed non sperant.

Art. 5. Vtrum aliquid fidei, vel spei remaneat in gloria.

5. Concl. Nihil fidei, aut spei remanet in patria.

1. Quia fides est habitus simplex. At simplex, vel totum tollitur, vel totum remanet. Ergo cum non totaliter maneat, vt est dictum: totaliter tollitur.

2. Probatur refellendo opinionem, quæ dicebat spem totaliter tolli, at fidem non omnino, sed manere quod ad substantiam cognitionis, remoto ænigmate; quod est falsum, si loquamur de eadem numero cognitione. Nam corrupta differentia speciei, non remanet substantia generis eadem numero; non enim genus sic habet in hoc, vt materia ad formam, nam genus & differentia non sunt partes, quia non prædicarentur, sed significant totum, sicuti & species, quare remota differentia, non remanet gradus generis. Ergo eadem visio, quæ prius erat ænigmatica, non potest fieri aperta: & ita mihi idem numero, vel specie, quod est in fide, remanet in patria.

2. Concl. Dici potest manere fidem ratione generis.

Quia cognitio fidei est eiusdem generis cum illa patriæ.

3. Concl. Remoto rationali, non manet viuum idem numero, sed genere.

4. Concl. Imperfectio luminis candelæ; & lumen Solis, non opponuntur; quia non respiciunt idem subiectum; at fidei imperfectio opponitur perfectioni visionis patriæ, & respiciunt idem obiectum.

5. Concl. Amissa pecunia, remanet habitus liberalitatis, quia non amittitur possibilitas dandi: at in patria remouetur obiectum obscurum, & tollitur possibilitas; vnde frustra esset ibi habitus fidei.

Art. 6. Vtrum remaneat Caritas post hanc vitam in gloria.

1. Concl. Caritas non euacuatur per gloriæ perfectionem, sed eadem numero manet.

1. Caritas, vt Paulus, nunquam excidit.

1. Cor. 13. *2. Quando imperfectio non est de ratione speciei, nihil prohibet, vt quod prius erat imperfectum, postea perficiatur; vt cum homo per augmentum perficitur. Sed caritas est amor, de cuius ratione non est aliqua imperfectio; quia potest esse citò, & non tardè habitus, & non habitus. Ergo non euacuatur perfectione gloriæ.*

† 2. Concl. Quare remoto eo, quod est per accidens remanet substantia amoris, qui non habet imperfectionem sibi intrinsecam.

3. Concl. Caritas non habet pro obiecto cognitionem, sed rem cognitam, quæ tempori est eadem id est, Deum.

4. Concl. Caritas in via non potest peruenire ad perfectionem caritatis patriæ, ex parte causæ,

id est

id est visionis, quæ est causa amoris: & Deus quo magis cognoscitur, magis amatur.

Quæstio 68. De donis.

Art. 1. Vtrum dona differant à virtutibus.

1. Concl. Si loquamur de dono, & virtute secundum nominis rationem nullam habent oppositionem inter se.

Nam virtus dicitur, quia perficit hominem, & donum respicit causam à qua est. At quod est ab alio, & donum, potest etiam perficere, Ergo.

2. Concl. Quidam dixerunt dona non esse distinguenda a virtutibus: sed isti debent rationem reddere, cur quædam virtutes dicantur, & non omnes; & quædam dicantur dona, quæ non sunt virtutes, vt timor.

3. Concl. Non est verum dona perficere lib. arbit. vt est facultas rationis, virtutes vero, vt est facultas voluntatis.

Quia omnes virtutes deberent esse in appetitu, & omnia dona in ratione.

4. Concl. Nec etiam verum est dona dari ad resistendum tentationibus, & virtutes ad bene operandum.

Quia etiam per virtutes resistimus.

5. Concl. Matth. 15. Falsum est dona dari ad hoc, vt Christo conformemur.

Quoniam id maxime fit humilitate, & mansuetudine: & virtutes etiam conformant Christo, Ergo.

6. Concl. Dona distinguuntur à virtutibus, quia dãtur homini, vt prompte moueatur ab inspiratione.

Nam in scriptura traduntur sub nomine spiritus. Inspiratio autem significat motionem ab exteriore.

7. Concl. Isa. 11. In homine autem est duplex principium mouens, alterum interius, nempe ratio; & per virtutes redditur facile mobilis à ratione: alterum exterius, vt ait Aristot. lib. 7. Eudem c. 18. quod cum sit perfectus requirit perfectiorem dispositionem, vt mobile sit proportionatum motori, & ad hunc motum, qui fit à Deo, disponitur per dona. Ideo quidam dixerunt perficere hominem ad altiores actus, quam sint actus virtutum.

† 8. Concl. Dona vocantur interdum virtutes communi nomine, sed addunt aliquid rationi communi virtutis, vt sunt quædam diuinæ virtutes perficientes hominem, in quantum est motus à Deo. Arist. autem cognouit virtutes, secundum quas aliqui dicuntur diuini.

9. Concl. Vitia contrariantur donis, vt sunt contra diuinum instinctum; virtuti vt sunt contra bonum rationis.

Si definitio virtutis restringatur, potest cõuenire donis: dicendo, dari a Deo ad motionem ipsius & facere hominem bene sequentem Deum. 10. Concl.

Sapientia dicitur virtus, vt procedit ex iudicio rationis, donum vt operatur ex instinctu diuino. Idem dicas de alijs. 11. Concl.

Art. 2. Vtrum dona sint necessaria homini ad salutem.

Dona spiritus sancti necessaria sunt homini ad salutem. 1. Concl.

1. *Inter dona, sapientia videtur primum, & infimum. At vtrumque ex scriptura, est necessarium ad salutem.* Sap. 7. Eccle. 1.

2. *Id est homini necessarium, sine quo homo non potest consequi finem supernaturalem. Sed dona sunt huiusmodi Ergo. Nam licet homo ad finem naturalem perficiatur virtutibus moralibus, quas perfectiore modo habet, quam theologales, quæ licet sint perfectiores, tamen non perfecte habentur, cum non perfecte amemus Deum, &c. & ideo homo secundum illas sine alio particulari instinctu, non tamen sine concursu Dei potest operari. At vero secundum theologales, quibus disponitur ad finem vltimum, non potest sine particulari motione operari, cum non perfecte eas possideat: sicut luna, quæ non perfecte participat lucem, non illuminat sine sole. Cum ergo ad finem supernaturalem non sufficiat motio rationis, opus est motione diuina, quæ habetur per dona. Roman. 8. qui spiritu Dei aguntur, &c. & Psalm. 142. Spiritus tuus, &c.*

† 2. Concl. Bona excedunt communem perfectionem virtutum, non quantum ad genus operum, quo modo consilia præcedunt præcepta, sed quantum ad modum operandi.

3. Concl. Per virtutes theologicas, & morales, non ita perficitur homo ad vltimum finem, quin egeat superiore instinctu Spiritus sancti.

4. Concl. Rationi humanæ etiam perfectæ per virtutes theologicas non sunt omnia possibilia: & ita non potest repellere quamcumque stultitiam, duritiam, &c. sed solus ille, cuius potestati subijcitur, & à quo mouetur.

Artic. 3. Vtrum dona spiritus sancti sint habitus.

1. Concl. Dona spiritus sancti sunt habitus permanentes.

1. *Ioan. 14. Apud nos manebit, & in vobis erit, scilicet, ratione donorum, Ergo non sunt actus, vel passiones, sed habitus.*

2. *Dona se habent ad homines in comparatione ad Spiritum sanctũ, vt virtutes morales ad suum ap-*

p. tissimam in comparatione ad rationem: quia sunt perfectiones, quibus homo disponitur, & bene moueatur à Spiritu sancto, sicuti morales perficiunt appetitum, & bene moueatur à ratione. Sed Virtutes sunt habitus. Ergo etiam dona erunt habitus, quibus homo perficitur ad prompte obediendum spiritui sancto.

† 2. Concl. Spiritus sanctus semper manet secundum ea dona, sine quibus non peruenitur ad salutem, cuiusmodi sunt hæc septem dona, vt in electis, in alijs non semper: & sic intellige Gregor.

3. Concl. Instrumentum, quod non solum agitur, sed etiam agit, semper eget dispositione, & ideo debet perfici per habitum, cuiusmodi est homo.

4. Concl. Prophetia est ad manifestationem spiritus, non ad necessitatem salutis; vnde non est par ratio de donis.

Art. 4. Vtrum conuenienter septem dona Spiritus sancti enumerentur.

1. Concl. Spiritus sancti septem dona recte numerantur.

1. Isa. 11. Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris, &c.

2. Dona dantur ad prompte sequendum instinctum Spiritus sancti, vt Virtutes ad hoc, vt appetitus obediat rationi; & vt Vires appetitiuæ sunt aptæ moueri à ratione, ita omnes Vires humanæ natæ sunt moueri instinctu diuino. Ergo in omnibus viribus, quæ possunt esse principia humanorum actuum, vt sunt Virtutes, erunt etiam dona, id est, in ratione & appetitu. In ratione tam speculatiua, quam practica est apprehensio veritatis, & iudicium: apprehensio speculatiua perficitur dono intellectus, practica consilio: Iudicium speculatiuum per sapientiam, practicum per scientiam. Appetitiua Vis in his, quæ ad alterum, per pietatem ad se, contra timorem periculorum per fortitudinem, contra concupiscentias inordinatas per timorem. Vnde hæc dona se extendunt ad omnia, ad quæ Virtutes morales.

Prou. 16. † 2. Concl. Habitui artis nihil respõdet in donis: quia ars non est ad bene viuẽdum, vel dicas artem respicere Spiritum sanctum mouentem, non quæ mouentur. Temperantiæ respondet donum timoris, propter quem timorem quis recedit à voluptatibus.

Concl. Nomen pietatis importat reuerentiam erga patriam & Deum, ideo donum, quo quis operatur propter reuerentiam Dei melius dicitur pietas, quam iustitia.

4. Concl. Homo non mouetur à Deo, nisi ei aliquo modo vniatur: vnitur autẽ per virtutes theologicas, quæ supponuntur ad dona, vt quasi eorum radices: & ita dona pertinent ad has tres virtutes, vt quædam derivationes.

5. Concl. Timor nõ est nomen virtutis theologicæ.

Quia iste dicunt accessum ad Deum, & cum timoris obiectum sit malum, importat recessum ab aliquo propter reuerentiam Dei, & sic est nomen doni.

6. Concl. Sapientia dirigitur hominis intellectus, & affectus, & ideo ei duo correspondent in ratione donum intellectus, in affectu timor.

Quia ratio tendi Deum præcipue sumitur ex consideratione excellentiæ Dei, quam considerat sapientia.

Art. 5. Vtrum dona Spiritus sancti sint connexa.

1. Concl. Dona Spiritus sancti connectuntur sibi inuicem in caritate, ita scilicet quod qui caritatem habet, omnia dona habeat, quorum nullum sine caritate haberi potest.

1. Ex Greg. qui per filios Iob, ait significari dona, qui filij inuicem pascebant. Li. 1. Mor. c. 32.

2. Vt Vires appetitiuæ perficiuntur per Virtutes morales in comparatione ad regimen rationis: ita omnes animæ Vires in ordine ad spiritum mouentem, qui habitat in nobis per caritatem, Roman. 5. sicuti & ratio perficitur per prudentiam. Ergo, vt morales connectuntur inter se in prudentia, ita dona in caritate.

† 2. Concl. Scientia & sapientia, vt dantur ad instructionem fidelium, sunt gratiæ gratis datæ: vt vero disponũt mentem ad motum diuinum, sunt dona, & in his, qui habent caritatem, reperiuntur; illæ sunt etiam in malis.

3. Concl. 14. de trin. c. 1. Augustin. intelligitur de scientia, vt est gratia gratis data.

4. Concl. 1. Mor. c. 32 Et Greg. non docet vnum posse esse sine alio, sed vnum perfici per aliud, & propterea esse connexa.

Art. 6. Vtrum dona Spiritus sancti remaneant in patria.

1. Concl. Li. de Spir. S. c. 20. Dona quantum ad suam essentiam perfectissime erunt in patria.

1. Ex Ambr. qui ait, in cælestibus Spiritus esse hæc dona.

2. Dona perficiunt mentem ad sequendam motionem Spiritus S. Sed id perfecte erit in patria, cum Deus erit omnia in omnibus. Ergo.

2. Concl. Dona quantum ad materiam, circa quam operamur in hac vita, non manebunt in patria. *Quia ibi non habebunt hanc materiam.*

Vnde

† 3. Concl. 2. Mor. c 30 1. Mor c. 36 4. Concl.

Vnde soluitur primo, quia Gregor. loquitur de donis, vt competunt huic vitę, cum ait per dona remoueri tentamenta.

Idem Gregor. non solum attribuit donis, quæ pertinēt ad hanc vitam, vt penetrare audita, non sinere labi in consilio, &c. sed etiam quæ pertinent ad aliam.

5. Concl.

Quod opera vitæ actiuæ non maneant, probat non remanere quantum ad materiale: manebunt tamen, quantum ad actus pertinentes ad vitam contemplatiuam & beatam.

Art. 7. *Vtrum dignitas donorum attendatur secundum enumerationem.*

1. Concl. Isa. 11.

Simpliciter loquendo de dignitate donorum, id est, in comparatione ad proprios actus, prout fluunt a suis principijs, eadem est ratio comparationis in ipsis, & in virtutibus.

Quia dona perficiunt hominem ad omnes actus, ad quos perficiunt virtutes. Ergo vt intellectuales præferuntur moralibus, ita & donales. & ex intellectualibus speculativa præstant actibus, ita in dono sapientiæ, intellectus, scientia & consilium, præferuntur pietati, fortitudini & timori.

2. Concl.

Ratione materiæ, fortitudo & consilium præferuntur scientiæ & pietati.

Quoniam fortitudo & consilium habent locum in arduis, pietas & scientia in communibus. Vnde donorum dignitas ordini enumerationis respondet. partim simpliciter, prout scientia & intellectus omnibus præferuntur: partim secundum ordinem materiæ, prout & consilium & fortitudo præferuntur scientiæ & pietati.

† 3. Conc. 1. Tim. 5.

Timor est prius ordine generationis, quia est initium sapientiæ.

Prius enim recedatur à malo, quam fiat bonum.

4. Concl.

Pietas comparata corporali exercitationi dicitur ad omnia valere, cū corporalis exercitatio ad modicum sit vtilis; vnde non præfertur consilio ratione iudicij, ac consilium scientiæ ratione materiæ: quia est de arduis.

5. Concl.

Dona directiua præcedunt dona exequentia respectu actus: sed ratione materiæ consilium fortitudini, & scientia pietati propter executionem.

Artic. 8. *Vtrum virtutes sint præferendæ donis.*

Virtutes theologales præferuntur donis.

1. Concl.

Quoniam vt se habent virtutes intellectuales ad morales, ita Theologales ad dona: quæ vt intellectuales perficiūt rationem, & morales appetitum, vt bene moneatur à ratione, ita dona dantur, vt bene moueatur à Deo, cui humana mens vnitur per Theologales. Ergo vt intellectuales præferuntur moralibus, ita Theologales donis. Idem constat ex Greg. qui ait, dona per virtutes theologales venire ad perfectionem. 1. b. 1. Mor. c. 28.

2. Concl.

Si dona comparentur ad virtutes intellectuales & morales, præferuntur illis.

1. Quoniam dantur in defectum virtutum, ex Gregor. Ergo sunt potiora.

2. Mor. c. 36

2 Quia perficiunt animam in comparatione ad spiritum mouentem: ille vero vel rationem, vel in ordine ad rationem. At respectu motoris maior disparitas requiritur in mobile. Ergo.

† 3. Concl.

Charitas est potior donis, quia est virtus Theologica.

4. Concl.

Ordine perfectionis & dignitatis dona sunt priora virtutibus humanis: posteriora theologalibus, ordine generationis, virtutes humanæ præcedunt dona.

1. Cor. 13.

Quia per hoc, quod homo se bene habet ad rationem, disponitur vt bene se habeat ad Deum.

5. Concl.

Sapientia & intellectus sunt dona caritate informata, quæ non agit perperam, & ideo his, & alijs nemo male vtitur: iuuat tamen vnum alterum, ne quis à caritate recedat, & hoc ait Gregor.

Quæstio 69. De Beatitudinibus.

Art. 1. *Vtrum beatitudines distinguantur à virtutibus & donis.*

3. Concl.

BEatitudines distinguuntur à virtutibus & donis, tanquam actus.

Nam quædam numerantur inter beatitudines, quæ non sunt nec virtutes, nec dona, vt paupertas, luctus, &c. Ergo.

2. Concl.

Non distinguuntur tanquam habitus distincti, sed tanquam actus.

1. Eth. c. 9.

Quoniam beatitudinem, quæ est finis, aliquis dicitur habere per spem, quam habet obtinendi illam. Rom. 8. Spe salui, quæ spes insurgit ex eo, quod quis conuenienter mouetur & appropinquat ad finem, quod fit aliqua operatione: ad finem autem, qui est beatitudo, homo mouetur virtutibus, & maxime donorum operationibus, quia non sufficit rationis motus sine instinctu Spiritus sancti, ad cuius sequelam dona perficiuntur. Ergo beatitudines distinguentur à virtutibus & donis, tanquam actus.

† 3. Concl. Aug. l. 1. de ser. dom. c 6. 4. Concl. Amb. lib. 5. in Luc.

Augustin. & Ambr. attribuunt beatitudines donis & virtutibus, sicuti actus attribuuntur habitibus.

Humanæ voluntatis non est nisi duplex regula, scilicet ratio, & lex æterna: sed beatitudines non ponuntur tanquam habitus rectificantes vitam.

Mititas sumitur pro actu mansuetudinis, & similiter iustitia & misericordia pro actu.

Art. 2. Vtrum præmia, quæ attribuuntur beatitudinibus, ad hanc vitam pertineant.

1. Concl. Quidam, vt Ambros. dixerunt hæc præmia pertinere tantum ad aliam vitam: Chrysost. partim ad hanc, partim ad aliam vitam: Augustin. ad præsentem vitam.

2. Concl. Spes futuræ beatitudinis potest esse in nobis vel ob aliquam præparationem & dispositionem per modum meriti, vel per quãdam inchoationem imperfectam futuræ beatitudinis, vt patet in arbore florente, & fructificante.

3. Concl. Quæ in beatitudinibus tanguntur tanquã merita sunt præparationes ad beatitudinem vel perfectam, vel inchoatam: ea vero, quæ ponuntur tanquam præmia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futuram vitam, vel aliqua inchoatio beatitudinis, vt est in viris perfectis, & sic pertinent ad hanc vitam.

Nam cum quis proficit in actibus virtutum & donorum, potest sperari, quod veniat ad perfectionem vitæ & donorum.

† 4. Concl. Spes non solum potest esse de futura beatitudine, sed etiam de gratia, qua peruenitur ad beatitudinem.

5. Concl. Licet aliquas pœnas temporales respondentes his beatitudinibus mali non patiãtur in hac vita, patiuntur tamen spirituales: & licet boni non habeant corporalia præmia, tamen spiritualia bona etiam in hac vita potiuntur.

6. Concl. Regnum cœlorum in hac vita est sapiẽtiæ initium, seu regnum, quo spiritus in bonis regnat, possessio terræ est quies animę per desiderium æternæ hæreditatis; consolãtur boni per spiritum paracletum, saturantur cibo, cum faciunt voluntatem Dei; consequuntur etiam misericordiã Dei; & Deum vident purgato oculo per donum intellectus: filij Dei sunt, qui suos motus pacificant.

Art. 3. Vtrum conuenienter enumerentur beatitudines.

1. Concl. Beatitudines conuenienter numerantur.

Nam quidam posuerunt beatitudinem in vita voluptuosa, quæ cõsistit in affluentia bonorum externorum, & in sequendo proprias passiones: ad hoc removendum beati vocantur pauperes, quod potest referri ad contemptum divitiarum & bonorum: & beati mites, qui sedant passiones ira-

scibilis, & qui luxent qui totaliter omnem passionem concupiscibilem removent luctu. Quidam in vita actiua quæ est potissima via ad beatitudinem. Hæc vita præcipue consistit in his, quæ proximo exhibemus, vel ratione debiti, per iustitiam, & sic beati qui sitiunt iustitiam: vel ratione spontanei beneficij liberalitatis, per timorem Dei; & sic beati misericordes. Ad hos omnes effectus inclinant quidem virtutes, sed excellentiore modo dona spiritus sancti. quidam in vita contemplatiua, quæ si sit perfecta, est ipsa beatitudo si imperfecta est beatitudo inchoata, & quoniam quæ pertinent ad hanc beatitudinem vel sunt ipsa beatitudo, vel inchoatio, ideo non ponuntur in beatitudinibus, tanquam merita, quibus homo disponitur ad beatitudinem, sed tanquam præmia. & effectus vitæ actiuæ. Cuius effectus quantum ad virtutes & dona, quibus perficitur in ipso est munditia cordis, vnde beati mundo corde: Quantum ad perfectionem erga proximum, effectus vitæ actiuæ, est pax, ideo ponitur vltima beatitudo, beati pacifici.

†2. Concl. Actus donorum pertinentum ad vitam actiuam exprimuntur in meritis: actus donorum pertinentium ad contemplatiuam in præmijs. Videre Deum respondet dono intellectus, conformari Deo per filiationem, dono sapientiæ.

3. Concl. Inter beatitudines non ponũtur actus donorum dirigentium in vita actiua, vt iudicare, &c. Sed actus operatiui, in quibus dirigitur, quia cognitio practica refertur ad actionem: vnde scientię, respondet lugere, consilio misereri.

4. Concl. In attributione donorum ad beatitudines, si consideretur conformitas materiæ; quinque primæ tribuuntur sapientiæ & consilio, vt dirigentibus inter dona exequentia, ita distribuuntur: Iustitiæ sitis & misericordia pertinent ad pietatem, mititas ad fortitudinem: quia fortis omnia vincit; paupertas & luctus ad timorem. Si considerentur motiua ipsarum, ad mansuetudinem pietas in Deum, ad lugendum scientia, ad esuriem iustitiæ fortitudo ad miserendum consilium.

5. Concl. Omnes aliæ beatitudines, quæ sunt in scriptura reuocantur ad has, vel quantum ad merita, vel quantum ad præmia, quia pertinent, vel ad vitam actiuam vel contemplatiuam.

6. Concl. Octaua beatitudo, est quædam confirmatio & manifestatio præcedentium: quia ad illa septem, vt ab his bonis non recedat ob persecutiones: vnde octaua ad potiores pertinet.

7. Concl. Lucas solum numerat. 4. quia natrat sermonem factum ad turbas, quibus solum proposuit beatitudines secundum earum capacitatem.

Quia solum terrenam beatitudinem nouerunt.

Art. 4 Vtrum præmia beatitudinum conuenienter enumerentur.

1. Concl. Præmia beatitudinum conuenienter numerantur, considerata conditione beatitudinum secundum tres beatitudines supra positas. Tres primæ accipiuntur per remotionem ab his, in quibus est voluptuosa beatitudo. In rebus terrenis quærunt homines excellentiam honorum, & abundantiam bonorum, quæ deberent quæri in Deo; & vtrunque importat regnum cœlorum, quod pauperibus promittitur, quia ista habentur in Deo. Feroces & immites, quærunt securitatem per bella, & vindictas; & ideo mitibus permittitur secura quies, & possessio terræ viuentium. Quærunt etiam delectationes in concupiscentijs contra vitæ labores: & ideo lugentibus promittitur consolatio. Aliæ duæ beatitudines pertinent ad vitam actiuam. A iustitia recedunt, vel non soluendo debitum, vel aliena rapiendo, & ideo beati vocantur, qui esuriunt iustitiam: vel non commiserendo alijs: ideo misericordibus promittitur misericordia, qua ab omni miseria liberatur. Aliæ duæ pertinent ad fælicitatem contemplatiuam, & ita secundum conuenientiã dispositionum, & quæ ponuntur in merito, redduntur præmia: munditia oculi disponit ad clare videndum, habere pacem in se, vel constituere inter alios manifestat hominem esse imitatorem Dei, ideo pro præmio redditur gloria diuinæ filiationis, quæ consistit in coniunctione cum Deo per sapientiam consummatam.

† 2. Concl. Omnia ista præmia sunt vnum re, scilicet beatitudo æterna: tamen describuntur per diuersa bona nobis nota, vt illa capiamus; obseruata conuenientia ad merita quibus præmia attribuuntur.

3. Concl. Octaua beatitudo est firmitas quædam aliarum, ideo ei redditur omnium beatitudinum præmium: propterea redditur ad caput, vt intelligantur reliqua: vel pauperibus redditur beatitudo animæ, & patatientibus persecutiones beatitudo corporis.

4. Concl. Vt in beatitudinibus proceditur ascendendo, ita in præmijs, quorum maximum est esse Dei filium.

Quæstio 70. De fructibus spiritus sancti.

Art. 1. Vtrum fructus spiritus sancti quos Apostolus nominat ad Galat. 5. sint actus.

Fructus à corporalibus ad spiritualia trãsfertur: & in arbore est id, quod ad perfectionem peruenit, & suauitatem habet quod comparatur, vel ad arborem producentem, vel ad hominem fruentem: sic respectu hominis potest dici fructus, vel id quod ab eo procedit, vel id, quo ipse fruitur, si sit vltimum, & delectationem habeat & hoc modo fructus hominis dicitur vltimus finis, quo frui debet. Fructus vero hominis, qui ab eo procedit est actus humanus. Quia operatio est actus productus operantis, & delectationem habet, si sit conueniens operanti. Si operatio procedat ab homine secundum facultatem suæ rationis, erit fructus rationis, si secundũ virtutem Spir. Sanc. dicetur illa operatio fructus Spir. Sanct. quasi diuini seminis. Vnde colligitur.

1. Concl. Fructus Spiritus Sancti sunt actus hominis prout mouetur à Spiritu Sancto.

1. Probatur ex discursu facto.

2. Matt. 12. Ex fructu arbor cognoscitur, id est, ex operationibus homo. Ergo actus humani dicuntur fructus.

† 2. Concl. Opera nostra, vt sunt effectus quidam Spir. Sanct. in nobis operantis habent rationem fructus, vt vero ordinantur vt finem æternæ vitæ, habent rationem florum: quia non sunt vltimi, possunt esse fructus alterius fructus.

3. Concl. Homo debet delectari in Deo propter se, sicut propter vltimum finem; in actibus vero studiosis, non propter finem, sed propter honestatem, quam continet delectabile in virtuosis, & sic opera dicuntur fructus.

4. Concl. Nomina virtutum sumuntur aliquando pro actibus earum; & sic sumuntur in enumeratione fructuum.

Articul. 2. Vtrum fructus à beatitudinibus differant.

1. Concl. Fructus differunt à beatitudinibus.

1. Quorum species sunt diuersæ, ipsa sunt diuersa. Sed in diuersas partes diuidũtur fructus & beatitudines vt patet ex vtrorumque enumeratione. Ergo.

2. Plus requiritur ad rationem beatitudinis, quam fructus. Ergo differunt. Nam fructus habet

rationē ultimi & delectabilis, at beatitudo requirit vt sit aliquid perfectum & excellens: & ita omnes beatitudines possunt dici fructus, non contra: fructus enim sunt quæcunque opera, sed beatitudines, sunt opera perfecta, ob quam perfectionem magis tribuuntur donis, quam virtutibus.

† 2. Concl. Primum solum probat beatitudines esse fructus, cum oriantur ex motu Spirit. Sanct. per dona.

3. Concl. Fructus æternæ vitæ est simpliciter vltimus, & perfectus, ideo non distinguitur à beatitudine futura; fructus in hac vita, non sunt perfecti.

4. Concl. Aliquid amplius habet beatitudo quam fructus, vt est dictum.

Art. 3. Vtrum fructus conuenienter enumerentur ab Apostolo.

1. Concl. Quia fructus dicitur quod procedit ex aliquo semine, vel radice, distinctio fructuum attendenda est secundum diuersum processum Spirit. Sanct. in nobis.

2. Concl. Hic processus attenditur in hoc, vt mens hominis ordinetur in se, & ad ea, quæ sunt iuxta se, & ad ea, quæ sunt infra. In se disponitur, in bonis & malis. Et quia prima perfectio & radix omnium est caritas, ideo ponitur primus fructus; ad caritatē sequitur gaudium, quia amans gaudet: perfectio gaudij

Psal. 118. est pax, per quietem ab exterioribus turbantibus, &c. Pax multa diligentibus, &c. & per sedationē desiderij fluctuantis, qa nō gaudet perfecte is, cui non sufficit id, quod gaudet & hæc duo importat pax. In malis bene se habet mens quantum ad duo: vt non perturbetur vel per imminentiam malorum & hoc pertinet ad patientiam; vel per dilationem bonorum, & hoc ad longanimitatem. In his quæ sunt iusta, id est respectu proximi bene disponitur, quantum ad voluntatem benefaciendi, per bonitatem, quantum ad executionem beneficentiæ per benignitatem, nam benigni dicuntur, qui bono animo signe ferunt ad benefaciendum: quantum ad hoc, vt tolerent mala illata sibi, per mansuetudinem, & vt non solum per iram non noceat, sed nec per fraudem & dolum; per fidem, id est per fidelitatem. Ad id quod infra est, quantum ad exteriores actiones bene disponitur per modestiam, quantum ad interiores concupiscentias per castitatem, q̄ refrenat ab illicitis, & per continentiam, quæ etiā à licitis.

3. Concl. Fructus interdum sumitur pro omnibus virtutibus, quibus homines sanctificantur, & ita sanctificatio dicitur fructus.

4. Concl. Matth. 13. Fructus cēteſimus, sexagesimus, &c. significat diuersos gradus perfectionis vnius virtutis veluti continentiæ coniugalis, vidualis, & virginalis.

5. Conc. Non perturbari in tristitijs habet rationem delectabilis: sic etiam fides, vt continet certitudinem, ideo habent rationem fructus.

6 Conc. Gal. 5. Non fuit intentio Pauli, docere quot essent fructus spiritus, vnde potuisset plures numerare, quamuis omnes possent ad istos reduci: enumerauit autem eos, qui magis habent rationem fruitionis boni, vel sedationis mali.

Artiul. 4 Vtrum fructus spiritus sancti contrarientur operibus carnis.

1 Concl. Gal. 5. Fructus spiritus sancti contrariantur operibus carnis, si opera carnis & fructus sumantur in communi.

1. *Ex Paul. caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ergo.*

2. *Spiritus sanctus monet ad id, quod est secundum rationem vel supra rationem, appetitus vero carnis trahit ad bona sensibilia, quæ sunt infra hominem. Ergo contrariantur, vt motus sursum & deorsum.*

2. Concl. Si considerentur secundum propias rationes fructuum enumeratorum & operum carnis, non est necesse, vt singula singulis contraponantur, quia non fuit intentio Pauli numerare omnia opera spiritualia, nec omnia carnalia. Verum Aug. in locum Pauli adaptauit singula singulis. Caritati qua anima vnitur Deo fornicatio: Paci, idolorum seruitus: veneficijs, inimicitijs, &c. Longanimitas, benignitas, & bonitas: hæresibus fides: inuidiæ mansuetudo: ebrietatibus, continentia.

† 3. Concl. Opera vitiorum non dicūtur fructus, quia non sunt secundum naturam arboris, sed potius corruptio quædam.

4. Concl. Quia bonum contingit vno modo, malum autem multis, & ideo vni virtuti plura opponuntur vitia: proinde plura ponuntur carnis opera. Tertium soluitur ex dictis;

Quæstio 71. De vitijs & peccatis.

Artic. 1. Vtrum vitium contrarietur virtuti.

1. Concl. IN virtute considerantur tria: essentia aliquid consequens essentiam: & actus, ad quem ordinatur.

2. Concl. Vitium contrariatur virtuti secundum suā essen-

essentiam, quæ est, vt sit dispositio alicuius recte se habentis, secundum modum tuæ naturæ.

lib. 5. de lib. arb. c. 14. *Quia, vt ait Aug. Vitium vere est, vt non sit disposita, vt conueniat suæ naturæ, Ergo.*

3. Concl. Vitium contrariatur virtuti secundum id, quod dicit consequenter, id est, vt est bonitas quædam, quia sequitur ad id, quod virtus est naturæ conueniens.

Nam vitium dicit malitiam. At malitia est contraria bonitati. Ergo.

4. Concl. Virtus contrariatur virtuti, vt est operatiua boni.

Quoniam virtus dicit actum ordinatum, vitium actum inordinatum, Ergo. Quare vitium virtuti, malitia bonitati, & peccatum actui virtuoso opponitur.

† 5. Concl. Vnde patet ad primum: quia illa tria quæ sunt in peccato non contrariantur virtuti secundum idem.

6. Concl. Virtus non solum importat perfectionem potentiæ, quæ est ratio agendi, sed etiam dispositionem debitam, quod est ei intrinsecum, & sic habet vitium oppositum.

7 Concl. In corpore morbus est corruptio totius, vt febris, ægritudo, debilitas membri alicuius, vitium cum partes inter se dissident. Et licet in corpore possit esse primum sine secundo, tamen non in animo, quia ad affectum malum sequitur debilitas, & dissensio, quæ potest esse sine ægrotatione & morbo, vt cum quis ex passione peccat. Ideo virtuti quæ dicitur sanitas animæ magis opponitur vitium quam morbus, & ægritudo, quia latius patet, cum sanitas sit virtus quædam.

7. Phys. t. 17.

Art. 2. Vtrum vitium sit contra naturam.

1. Concl. lib. 3. de lib arb. c. 13. In qualibet re vitium est contra naturam.

1. *Vitium, ait Aug. eo ipso quod vitium est, contra naturam est.*

2. *Vitium contrariatur virtuti. Sed virtus est secundum naturam. Ergo.*

3. *Vitium dictum est à vituperatione, ex August. At res vituperatur, quia est dispositio contra naturam, Ergo.*

2. Concl. Vitium hominis morale est contra hominis naturam.

Nam quod est contra ordinem rationis, est contra hominis naturam, natura enim sumitur à forma, & ratio est forma hominis. At vitium est contra rationem; quia bonum hominis est secundum rationem, ex Dionys. Ergo.

† 3. Concl. cap. 4. de diu. nom. Licet virtus non sit à natura; tamen inclinat ad id, quod est secundum naturam, id est, ad ordinem rationis.

Esse contra naturam, vt opponitur ei, quod est a natura; vel vt opponitur ei, quod est secundum naturam, & sic vitium est contra naturam: vnde potest esse actiuefactio ad vitia. 4. Concl.

5. Concl. Cur plures viuant contra rationem, quam secundum rationem, est ex eo, quia homo non operatur secundum rationem, nisi per sensum; & ita antequam veniat ad rationem sequitur sensum.

6. Concl. Eiusdem rationis est, quod vitium sit contra rationem & legem æternam: quia ratio est veluti artificiatum, & lex illa veluti ars.

Artic. 3. Vtrum vitium sit peius, quam actus vitiosus.

1. Concl. Actus malus est peior vitio, siue habitu malo.

1. *Quia pro actu vitioso aliquis punitur, & non pro habitu. Ergo.*

2. *Habitus non dicitur malus, nisi quia inclinat ad actum malum. Ergo: non propter quod vnumquodque tale, &c.*

2. Concl. Actus malus præeminet potentiæ in malitia.

Quia maius malum est male agere, quam posse male agere. Ergo.

3. Concl. Habitus præeminet in malitia potentiæ.

Quia medio modo se habet inter potentiam & actum. Idem intelligendum est de habitu, & actu bono.

† 4. Concl. Habitus secundum quid est potior in malitia, ratione continuationis: quæ est per accidens respectu actus, cum sit in natura, quæ non potest perpetuo operari.

5. Concl. Habitus non est simpliciter plura, nisi in virtute, prout potest esse causa multorum

6. Concl. Habitus est causa actus in genere causæ efficientis: actus vero habitus in genere causæ finalis, secundum quam attenditur ratio boni & mali.

Art. 4. Vtrum peccatum simul possit esse cum virtute.

1. Concl. Actus peccati potest esse vna cum virtute, comparãdo actum ad virtutem, vt est bonus habitus.

Nam habens virtutem potest peccare. Ergo. Antecedens patet ex differentia formæ naturalis, quæ necessario operatur, & sic cum ea non potest esse actus formæ contrariæ, & habitus quo homo libere vtitur, & non necessario producit actum. suum. Ergo homo potest vti habitu, & agere contrarium.

2. Concl. Si comparetur ad virtutem, vt est habitus simpliciter, potest stare cum ea non corrum-

pendo

triſtot. 2. hic. c. 3.

endo eam, quia vt habitus non acquiruntur vno actu, ita nec corrumpuntur.

2. Concl.

Si actus comparetur ad cauſam virtutis aliquæ virtutes, vt infuſæ tolluntur per peccatum mortale; fides, & ſpes manent, ſed vt informes, & ſic non virtutes.

Nam peccatum mortale contrariatur caritati, quæ eſt radix infuſarum virtutum: Verum acquiſitæ manent, cum non tollantur vnico actu.

3. Concl.

Cum peccato veniali omnes virtutes eſſe poſſunt.

Quia non contrariatur caritati.

5. Concl.

Peccatum non contrariatur virtuti ſecundum ſe, ſed ſecundum actum, ideo non poteſt eſſe cum actu, virtutis, ſed cum habitu.

6. Concl.

Vitium directe contrariatur virtuti & ideo excludit virtutem, ſicut peccatum actum virtuoſum.

7 Concl.

Virtus naturalis integra non admittit peccatum.

Quia neceſſario agit, non ſic habitus.

Articul. 5. Vtrum in quolibet peccato ſit aliquis actus.

4. Concl.

Abſolute dici poteſt, omiſſionis peccatum eſſe ſine actu.

1. *Iacobi 4. ſcienti & non facienti, &c. Sed non facere, non eſt actus. Ergo.*

2. *Ad tale peccatum actus per accidens occaſionaliter requiritur. At occaſiones non ſunt de eſſentia actuum, nec res iudicatur ab eo, quod eſt per accidens. Ergo.*

2. Concl.

Hoc peccatum aliquando eſt cum ſolo actu interiore, aliquando ſine vllo actu: verbi gratia, ſi quis dicat, nolo ire ad eccleſiam; vel ſi nihil cogitet de ſacro, quando audire tenetur.

1. Concl.

Occaſionaliter, vel cauſaliter hoc peccatum includit aliquem actum.

Quoniam non prætermittimus actionem ſine aliqua cauſa, quæ ad minimum habet actum interiorem qui, vel fertur in omiſſionem, vt nolo ire propter laborem, & hic actus per ſe pertinet ad omiſſionem, vel fertur in aliud, vnde omiſſio ſequitur ſine illud ſit commune omiſſioni, vt velle ludere cum eſt audiendum ſacrum, & tunc per accidens actus ſe habet ad omiſſionem; quia omiſſio ſequitur prater intentionem.

4. Concl.

Plura requirit bonum quam malum quod poteſt contingere faciendo; & non faciendo: vt meritum requirit vt quis faciat voluntarie, quod debet.

Concl.

Voluntarium non ſolum eſt, quod à voluntate procedit, ſed etiam quod eſt in noſtra poteſtate, vt fiat, vel non fiat, & ſic non velle eſt voluntarium.

6. Concl.

Peccatum omiſſionis eſt contra præceptũ affirmatiuum, quod obligat ad ſemper, ſed non pro ſemper: vnde ſolum peccatur pro tẽpore quo homo obligatur.

Art. 6. Vtrum conuenienter definiatur per peccatum, eſſe dictum vel factum, &c.

1. Concl. lib. 22. cõt. Fauſt. c. 27.

Hæc peccati definitio, *peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam*, eſt conueniens.

1. *Ex Aug. qui hanc definitionem tradit.*

2. *Conſtat materia & forma. Ergo eſt bona: materia eſt dictum, factum, concupitum, forma: quod ſit contra regulam, & maxime diuinam. Nã peccatum eſt actus humanus malus: eſt actus humanus quia eſt vel electitus, vel imperatus à voluntate, & quod ſit malus, habet, quod careat debita commenſuratione ad regulam, vel humanam, vel diuinam.*

† 2. Concl.

Affirmatio & negatio reducuntur ad idem genus: vnde ad hanc definitionem reducitur, non dictum, non factum, &c.

3. Concl.

Licet peccatum conſiſtat in voluntate: tamen quia etiam actus exteriores ſunt mali, ponendi ſunt in definitione peccati, vt materia.

4. Concl.

Lex æterna non ſolum ordinat ad finem, ſed etiam facit vt homo bene ſe habeat circa ea, quæ ſunt ad finem: & ita qui facit contra illam inducit omnes inordinationes.

5. Concl.

Cum dicitur peccatum ideo eſſe malum: quia prohibitũ, intelligitur de lege poſitiua, ſecundum quam dicitur aliquid malum, quia eſt prohibitum.

6. Concl.

Peccata à theologo conſiderantur, vt offenſa Dei: à philoſopho, vt ſunt contra rationem, ideo dicitur contra legem æternam.

Quæſtio 72. De diſtinctione peccatorum.

Artic. 1. Vtrum peccata differant ſpecie ſecundum obiecta.

1. Concl.

PEccata proprie diſtinguuntur ſpecie ſecundum obiecta.

1. *Peccatum eſt dictum vel factum, &c. Sed dicta vel facta &c. diſtinguuntur ſpecie ſecundum obiecta, quia actus per obiecta diſtinguuntur. Ergo.*

2. *In peccato ſunt duo, ſcilicet, quod ſit actus voluntarius circa aliquod obiectum & inordinatus, quæ eſt per accidens; cum operans non intendat malum, ex Dion. 4. Actus voluntary, qui per ſe pertinent ad peccatum, ſpecificantur ab obiecto. Ergo.*

cap. 4. de diuin. nom

Idem

Idem est quod peccata differant secundum obiecta, & finem.

Quæ ipsum habent primo rationem boni, & comparantur ad actum voluntatis, qui primo est ordinabilis in finem, vt obiectum.

3. Concl. Malum non est pura priuatio, sed actus priuatus debito ordine: ideo magis ratione actus distinguitur secundum obiecta, quam secundum opposita: quamuis idem esset, si distinguerentur secundum oppositas virtutes, cum virtutes secundum obiecta distinguantur.

4. Concl. In diuersis rebus potest reperiri vna ratio obiecti, à qua peccatum sumat speciem. Vt superbia, circa diuersas res excellētiā quærit.

Artic. 2. Vtrum conuenienter distinguantur peccata spiritualia à carnalibus.

1. Concl. Conuenienter peccatum diuiditur in carnale & spirituale.

31. Mor. 31. & 2. Corin. 7. *1. Ita diuidit Greg. qui ex 7. capitalibus quinque facit spiritualia, & duo carnalia.*

2. Quæ habent diuersa obiecta in ratione delectabilis, sunt diuersa: quia peccatum consistit in appetitu alicuius boni commutabilis, quod inordinate appetitur, & consequenter delectat. Sed obiecta peccatorum spiritualium & carnalium sunt huiusmodi: quia omnis delectatio consummatur, vel in spiritu, vel in corpore. Ergo peccatum quod perficitur in delectatione spirituali dicetur spirituale, & quod in corporali carnale.

† 2. Concl. Omnia vitia dicuntur peccata carnis, id est, hominis, vel quia ex sensu carnali omnis defectus rationis oritur.

3. Concl. In peccato carnali est actus spiritualis, id est rationis, sed denominatur à fine, id est, à delectatione carnali.

4. Concl. Peccatum luxuriæ specialiter dicitur peccatum carnis.

Quia in eo non cogitatur nisi caro: vel quia inficitur etiam caro.

Art. 3. Vtrum peccata distinguantur specie secundum causas.

1. Concl. Peccata non differunt specie secundum causas actiuas vel motiuas.

1. Sequeretur omnia esse eiusdem speciei, quia omnia habent originem à superbia, vel ab auaritia & voluntate.

1. Tim. 6it. *2. Ab ea causa non potest fieri diuersitas speciei à qua possunt procedere diuersa. Sed causa actiua peccatorum non est huiusmodi; quia talis causa non est causa naturalis, quæ respicit tantum vnum effectum, sed voluntas humana cum sua motiua, qua non se habet ad vnum. Ergo.*

Substantiæ secundum materiam & formā, specie & genere distinguuntur. 1. Concl.

Quia istæ causæ respiciunt proprie substantiam rei.

Peccata distinguuntur specie à fine quod est obiectum. 3. Concl.

1. Cum agens & finis respiciant operationem, & non distinguantur a causa agente. Ergo restat vt distinguantur à fine.

2. Finis est obiectum voluntatis à quo specificantur actus. Ergo.

Principia actiua in naturalibus, cum sint determinata ad vnum, arguunt diuersitatem speciei, sicut & fines, at in moralibus solum finis specificat, quia voluntas terminatur ad vnum per intentionem finis. † 4. Concl.

Obiecta comparata ad exteriores actus habent rationem materiæ circa quam, comparata ad voluntatem, ratione finis. 5. Concl.

Dantur etiam diuisiones secundum causas peccatorum, sed non secundum distinctionem specificam. 6. Concl.

Articul. 4. Vtrum peccatum conuenienter distinguatur in peccatum in Deum, in seipsum, & proximum.

Conuenienter diuiditur peccatum, in peccatum, in Deum, in proximum, in se. 1. Concl.

1. Ex Isid. qui sic diuidit. lib. de sum. bono.

2. Peccatum est actus inordinatus, contra aliquam regulam. Sed tres sunt ordines iuxta tres regulas scilicet ad regulam rationis, ad regulam æternam, & quatenus homo est animal politicum, est ordo politicus, ad alios. Ergo tria erunt peccata, &c.

Secundus ordo continet primum, & excedit illum & ita qui peccat in his quæ excedunt, dicitur peccare in Deum; vt hæreticus, & blasphemus: primus continet tertium, & excedit, & in his in quibus excedit, dicitur peccatum in peccatum gulæ & prodigalitatis: in his quæ non excedunt, dicitur peccatum in proximum. 2. Concl.

Hæc distinctio est secundum diuersas species peccatorum. 3. Concl.

1. Est secundum diuersa obiecta, ad quæ varie homo ordinatur. Ergo.

Virtutes quibus homo ordinatur ad ista tria, sunt diuersæ, vt virtus theologica, qua ad Deum: Fortitudo, qua ad se: iustitia, qua ad proximum. Ergo.

Peccare in Deum, vt includit alium ordinem, est commune peccatum; vt vero excedit, est speciale. † 4. Concl.

Cum aliqua quorum vnum continet alterum distinguuntur, intelligitur secundum id, 5. Concl.

quod vnum excedit alterum: vt patet in ternario & quaternario.

1. Concl. Deus & proximus, sunt exteriora respectu peccántis, sed non respectu actus peccati.

Art. 5. Vtrum diuisio peccatorum, quæ est secundum reatum diuersifices speciem.

1. Concl. Differẽtia sumpta a reatu non dat speciem peccato.

1. Quæ constituunt speciem, sunt priora. Sed reatus est effectus peccati. Ergo.

2. Quæ sunt per accidens in aliqua re, non cõstituunt species. At reatus, verbi gratia, pœna, habet per accidens, quia est præter intentionem. Ergo

2. Concl. Differentia ex reatu pœnæ potest sequi ex diuersis speciebus peccatorum, non autem constituit diuersitatem speciei: *quia per accidens se habet ex parte peccantis*: verum ex iustitia iudicantis pro diuersitate peccatorum diuersæ infliguntur pœnæ.

3. Concl. Differentia peccati mortalis & venialis sequitur diuersitatẽ deordinationis, quæ complet rationem peccati.

Nam mortale ita deordinat, vt tollat principiũ ordinis, id est, finem vltimum, cui caritate nititur, veniale non ita. quæ duo se habent in anima, vt in corpore deordinatio mortis & ægritudinis: & ideo illa deordinatio non potest naturaliter reuocari.

† 4. Concl. Peccatum mortale & veniale differunt infinite ex parte auersionis, non autem conuersionis, quæ respicit obiectum, vnde sumitur ratio peccati: & ideo in eadem specie vtrunque reperiri potest.

5. Concl. Quod inueniatur aliquod mortale & veniale ex genere, inde est, quod consequatur diuersitatem peccatorum secũdum speciem, non quod causet eam; quę differentia reperiri potest etiam in eadem specie.

6. Concl. Præmium est intentione merentis: pœna non ita, sed cõtra, vnde non est eadem ratio.

Art. 6. Vtrum peccatum commissionis & omissionis differant specie.

7. Concl. Peccatum commissionis & omissionis differunt specie, materialiter loquendo, id est, secundum actum peccati, large loquendo, prout negatio & priuatio possunt habere speciem.

Quoniam omissio est priuatio, & commissio actio, sicut ens, & non ens, & hanc probat 3. argum.

8. Concl. Hæc peccata non differunt formaliter, id est ratione finis & obiecti.

1. Quia in eadem specie peccati reperitur omissio, & commissio, vt in auaritia, qua rapit, & non dat. Ergo.

2. Quoniam habent idem obiectum, & eundem finem: gulosus enim vt: gule satisfaciat, superflua comedit, & ieunia non seruat

3. In naturalibus negatio semper fundatur in affirmatione, quæ est eius causa, & g eadem est ratio, quod ignis calefaciat, & non frig faciat.

† 3. Concl. Hæc peccati diuisio est per species materiales.

4. Concl. Dantur præcepta affirmatiua & negatiua, vt homo per gradus ascendat, abstinendo & faciendo. Vnde ista præcepta non pertinent ad diuersas virtutes, sed ad diuersos gradus. Et peccatum non ab auersione, quæ est solum priuatio, vel negatio, sed a conuersione, vt est quidam actus specificatur.

5. Concl. Licet priuatio non sit in specie: reducitur tamen ad speciem, id est, ad affirmationem, quam sequitur.

Art. 7. Vtrum conuenienter diuidatur peccatum, in peccatum cordis, oris, & operis.

1. Concl. Ista diuisio peccati, in peccatum cordis, oris & operis, quæ est Hieronymi, est conuenienter assignata secundum gradus & status peccati, quæ pertinent ad vnam perfectam speciem peccati. *In Ezech. c. 34.*

Nam illa, quorum alterum se habet, vt inchoatio, alterum vt consummatio solum differunt secundum gradus. Sed hoc modo se habent ista peccata, quia peccatum habet speciem completam in opere, cuius primus gradus est in corde, secundus in ore. Ergo.

2. Concl. Ista diuisio non est secũdum species completas, cum omnia referantur ad vnum completum peccatum, id est, ad opus.

† 3. Concl. Omne peccatum cordis conuenit in ratione occulti, cuius sunt tres gradus, cogitatio, delectatio & consensus; & ita ponitur primus gradus.

4. Concl. Peccatum oris & operis cõueniunt in manifestatione, & sic pro vno computantur. Sed varia est manifestatio: in ore, intentio, in opere expletio interioris animi.

5. Concl. Hæc peccata non distinguuntur, prout simul vniuntur, sed vt quodlibet istorum seorsim reperitur, sicuti pars motus non distinguitur à toto motu, nisi cum motus sistit in medio.

Art. 8. Vtrum superabundantia & defectus diuersifient species peccatorum.

1. Concl. Peccata secundum abundantiam & defectum non solum differunt specie, sed etiam sunt sibi contraria.

1. Contraria differunt secundum speciem: quia contrarietas est differentia secundum formam. Sed huiusmodi vitia sunt sibi contraria, vt liberalitas, & prodigalitas. Ergo.

2. Vbi est diuersum motiuum inclinans ad peccandum, est diuersa ratio peccati, quæ attenditur ex parte obiecti, in quod terminatur actus. Sed sic se habent hæ peccata: quia ver. gr. intemperantia motiuum est amor delectationum corporis: insensibilitatis vero earum odium, quæ duo sunt contraria motiua. Ergo.

† 2. Concl. Maius & minus in intensione non mutant speciem; secus quando proueniunt à distinctis speciebus, vt æqualitas maior & minor in eadem re, & inamicitia, vbi magis & minus distinguunt species.

Aristot. 8. Eth. c. 1.

3. Concl. Falsitates recedentes à veritate ob diuersa motiua intẽta possunt differre ratione: vt patet in iactatore, qui mentitur ob gloriam, & in deceptore, qui non vult soluere debitum.

4. Concl. Contraria possunt esse in eodem secũdum diuersa; & ita idem est illiberalis in accipiendo, quæ nõ debet, & prodigus in dando, quæ non debet.

Art. 9. Vtrum peccata diuersificentur specie secundum diuersas circumstantias.

1. Concl. Quando est idem motiuum peccandi circumstantiæ malæ, non faciunt diuersitatem speciei.

3. Eth. c. 7.

1. Ex Arist. Singula vitia peccant agendo plus quam oportet, & quando non oportet, &c. Si plus ergo non specificant.

2. Quandoq; in corruptione circumstantiarum est idem motiuum, vt patet in illiberali, qui ab eodem monetur, vt accipiat, quando & quod non oportet. Ergo: nam species peccati sumitur à motiuo, vt ab obiecto & fine.

2. Concl. Quando corruptiones circumstantiarum perueniunt à diuersis motiuis, dant diuersas species peccati, v. g. ingula, quod quis præpropere comedat; prouenit ex eo, quod non potest ferre dilationem cibi: & quod appetat iñodicum cibũ, ex nimia delectatione cibi.

† 3. Concl. Malum vt sic, est priuatio, & ita diuersificatur specie secundum ea, quæ priuat: at peccatum non sumit speciem a priuatione, vel ab auersione, sed à conuersione ad obiectum, & ideo hoc attenditur.

4. Concl. Circumstantia tunc transfert in aliam speciem, cum est aliud motiuum.

5. Concl. Et in diuersis speciebus gulæ sunt diuersa motiua.

Quæstio 73. De comparatione peccatorum ad inuicem.

Art. 1. Vtrum omnia peccata sint connexa.

1. Concl. Peccata non sunt connexa.

2. Eth. c. 8. *1. Peccata sunt sæpe contraria, ex Arist. Sed contraria non possunt esse simul. Ergo.*

2. Virtutes ideo sunt connexæ, quia omnes intendunt, id est, sequi regulam rationis. Sed intentio peccantis non intendit bonum, cum non intendat recessum à ratione, sed bonum delectabile, quod est diuersum, & contrarium. Ergo cum vitia habeant speciem ab eo, in quod tenditur, non erunt cõnexa.

3. Peccatum committitur in recedendo ab vnitate, & in accedendo ad multitudinem, in virtute contra. Ergo.

2. Concl. Qui offendit in vno, fit omnium reus, ex parte auersionis: quia vt pluribus recedit à Deo, ita & vno quantum ad reatum.

Iac. 2.

3. Concl. Per contrarium habitum vitij tollitur prudentia, contra quam qui agit, agit contra omnes virtutes, & sine ea nulla est virtus moralis quoad formale virtutis, quod habent à participatione prudentiæ: remanent tamẽ inclinationes ad actus virtutum. Itaq; remota prudentia non incurrit homo omnia vitia.

Quia vni virtuti plura vitia opponuntur, & vitia potest per vnum tolli, nõ existente alia: deinde quia peccatum opponitur virtuti, quoad actum.

4. Concl. Amor Dei est congregatiuus: at amor sui disgregatiuus, & hic est causa vitiorum.

Art. 2. Vtrum omnia peccata sint paria.

1. Concl. Non omnia peccata sunt paria.

1. Ioann 16. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.

2. Actus quorum vnus magis priuat rectitudine rationis alio, non sunt æquales in malitia: quia pranitas actus sumitur ab illa priuatione. Sed peccata sunt huiusmodi. Ergo. Nam cum sit duplex priuatio, altera pura & simplex, quæ consistit in corrupto esse, vt mors, tenebræ, &c. & hæc non recipit magis & minus: altera non simplex, quæ retinet aliquid de habitu oppositi, quæ consistit in corruptis, vt ægritudo in corpore: priuatio quæ est in peccato, est posterioris generis. Ergo.

2. Concl. Peccatum non tollit omnino rationis ordinem.

Aristot. 4. Eth. c. 5.

Quia destrueret speciem, si malum esset omnino integrum. Vnde malum refert, an plus an minus recedatur à rectitudine rationis, secundum quod peccata non sunt paria.

† 3. Concl. Contra Stoicos. Non licet committere peccata ob aliquam deordinationem; & ideo, quæ habent maiorem deordinationem, sunt magis illicita, & consequenter magis grauia.

4. Concl. Si peccatum esset pura priuatio, ita peccaret, qui transit parum lineam, & qui magis, sed non ita est.

5. Concl. Etiamsi virtutes essent pares, quod nō est, adhuc vitia non essent paria, cum non sint connexa, vt virtutes.

Art. 3. Vtrum grauitas peccatorum varietur secundum obiecta.

1. Concl. Peccatum eo est grauius, quo maior est deordinatio rationis.

Patet à simili de agritudine, & sanitate, quæ consistit in æqualitate humorum, & ad maiorem inæqualitatem humorum sequitur maior agritudo, sic ad maiorem deordinationem rationis, maius peccatum.

2. Concl. Secundum diuersa obiecta variatur peccatorum grauitas.

1. *Quia ex obiectis recipiūt speciem. Sed genus peccatum est grauius alio, secundum speciem. Ergo ex obiecto.*

2. *Quo peccatur contra altiorem finem, eo peccatum est grauius. Sed obiecta sunt humanorum actuum fines. Ergo pro, &c. Quare cum res exteriores ordinentur ad hominem, & homo ad Deum, minus peccatum erit furtum, quam homicidium, & hoc quam blasphemia.*

3. Concl. Differentia grauitatis ex obiecto est principalis, quasi consequens speciem, cum obiectum respectu voluntatis sit finis, vnde actus moralis pendet.

† 4. Concl. Et si finis sit quid materiale, in quod terminatur actus: tamen habet rationem formę, cum in eum intentio tendat.

5. Concl. Ex indebita conuersione ad bonum commutabile, sequitur auersio à vero bono, in qua perficitur ratio peccati, & secundum diuersitatem cōuersionis sequitur diuersa grauitas malitiæ.

6. Concl. Omnia peccata sunt comparabilia: quia omnia obiecta actuum habent ordinem ad inuicem, & quodam modo conueniunt in vno genere, secundum quod ordinantur ad vnum finem.

Art. 4. Vtrum grauitas peccatorum differat secundum dignitatem virtutum, quibus peccata opponuntur.

1. Concl. Maxime virtuti directe contrariatur maximum peccatum, quasi maxime ab eo distās in eodem genere.

1. *Pessimo enim ex Aristot. optimum contrarium est.* Aristot 8. Etho. c. 10.

2. *Virtuti opponitur peccatum directe, quando sunt circa idem, quia contraria circa idem sunt. Ergo vt ex obiecto virtus trahit maiorem dignitatem, ita virtus contrahet maiorem grauitatem.*

2. Concl. Secundum extēsionem virtutis & effectus, cius, qui est prohibere peccatum, maiori virtuti minus peccatum opponitur.

Nam quo maior est virtus, eo magis elongat à peccato, vt non solum peccatum, sed etiam inducentia ad illud tollat. Vnde solutur primum: quia abundans iustitia, etiam minora peccata cohibet.

† 3. Concl. Maiori virtuti, quæ est circa magis difficile contrariatur peccatum, quod est circa malum magis difficile, quia ex hoc cognoscitur voluntatis inclinatio.

4. Concl. Caritati nō opponitur quodcunq; odium, sed odium Dei, ideo quia illa est summa virtus, hoc est summum vitium.

Art. 5. Vtrum peccata carnalia sint minoris culpæ quam spiritualia.

1. Concl. Spiritualia peccata cæteris paribus sunt grauiora carnalibus.

1. *Ex Gregorio, qui ait esse maioris culpæ, & infamiæ.* 31. Mor. c. 31.

2. *Ex parte obiecti, quia spiritus est conuertere se in Deum.*

3. *Ex parte eius in quod peccatur: quia peccato carnali peccatur in corpus, quod est minus amandum, quam Deus, & proximus, in quos peccatur peccato spirituali.*

4. *Ex parte actus, quia carnalia habent vehementiorem motum, quo existente maiore, minus peccatur.*

2. Concl. Peccatum carnale est maius ratione adhęsionis.

Quia, vt spirituale habet plus de auersione, ita carnale de conuersione, ob delectationem.

† 3. Concl. Adulterium continet luxuriam, & iniustitiam, ideo est grauius furto; licet hoc sit spirituale.

4. Concl. Dæmon maxime gaudet de peccato luxuriæ.

Quia est maxima adhærentiæ, & difficile homo abstrahitur.

5 Concl. Incontinens concupiscentiæ, & intemperantiæ, est vituperabilior, quam incontinens iræ.

Quia peccat in his delectationibus, quæ sunt communes cum brutis, vnde maior etiam infamia. Greg.

Art. 6. Vtrum grauitas peccatorum attendatur secundum causam peccati.

1. Concl. Matth. 7. Vbi voluntas est maior ad peccandum, ibi grauius est peccatum.

Quoniam voluntas est per se causa peccati, ideo corrumpitur arbor bona & mala, & multiplicata causa multiplicatur effectus. Ergo si causa per se est maior, etiam, &c.

2. Concl. Ex causis extrinsecis & remotis, quę inducunt voluntatem ad peccandum secundum naturam ipsius voluntatis, vt finis, qui est proprium obiectum eius, aggrauatur peccatum.

Grauius enim peccat is, cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinatur ad peccandum.

3. Concl. Aliæ causæ, quæ inclinant volũtatem præter naturam suam, vel quia minuũt iudicium rationis, vel lib. arbitr. vt ignorantia, metus, &c. minuunt peccatum, vel etiam tollunt.

Quoniam minuunt Voluntarium. Ergo & peccatum. Vnde patet ad primum, & tertium.

† 4. Concl. Appetitus concupiscentiæ antecedens iudicium rationis minuit peccatum: consequens vero auget.

Quia auget Voluntarium.

Art. 7. Vtrum circumstantia aggraues peccatum.

1. Concl. Circunstantia est apta aggrauare peccatũ.

1. Ignorantia circunstantiæ minuit peccatum ex Arist. Ergo circunstantia ex se aggrauat.

3. Eth. c. 5. *2. Inde res augetur, vnde causatur, ex Aristot.* 2. Eth c. 2. *Sed peccatum causatur a circunstantijs, quia per hoc quis recedit ab ordine rationis, quod circunstantias non seruat. Ergo.*

2. Concl. Tribus modis circunstantia aggrauat peccatum.

1. Mutando in aliud genus, vt accedere ad non suam.

2. Multiplicãdo malitiam: vt si plures circumstãtiæ destruantur, & sic grauius peccat, qui partem occidit, qui procreauit, aluit, &c.

3. Ex eo, quod auget deformitatem prouenientem ex alia circumstantia, vt accipere alienum: facit furtum, accipere multum facit grauius: licet parum & multum ex se non dicant rationem mali, vel boni.

† 3. Concl. Vt bonitas rei pensatur ex specie, & ex accidentibus; ita etiam malitia actus.

4. Concl. Circumstantia potest aggrauare mutando speciem, & addere malitiam in eadem specie, & si non sit mala, auget priorem.

5. Concl. Ratio debet ordinare actum quoad omnes circumstantias: vnde auersio a ratione attenditur secundum omnes circumstantias: ad hanc sequitur auersio a Deo, cui per rectam rationem homo coniungitur.

Art. 8. Vtrum grauitas peccati augeatur secundum maius nocumentum.

1. Concl. Nocumẽtum vel sequitur per se ad actum, vt occidere ad missionem sagittæ: vel per accidens, vt si quis etiam se casu percutiat; Illud vel est præuisum & intentum, vel præuisum & non intentum, vel neutrum, sed prorsus casu secutum est; & hoc, vel sequitur actum per accidens, vt si quis equitando caderet, & aliquem læderet vel per se, vt si quis fornicaretur publice, vnde oriretur scandalum. Eodem modo distinguere ex parte peccantis.

2. Concl. Nocumentum maius alterius præuisum & intentum aggrauat.

Quia obiectum est maius, & intentum.

3. Concl. Quando est præuisum & non intentum, aggrauat indirecte.

Quia sequitur ad magnam inclinationem ad peccandum, licet indirecte, cum non intendatur.

4. Concl. Quando non est præuisum nec intentum, & per accidens sequitur, auget tantum indirecte ratione negligentię, si adfuit: quia considerãda sunt nocumenta, quæ sequi possunt, erit autem maius & minus, vel nullum peccatum pro ratione negligentiæ.

5. Concl. Quando non est præuisum, nec intentum, sed per se sequitur, auget.

Quoniam quæ sunt per se, quodammodo ad speciem pertinent.

6. Concl. De alio nocumento, si per accidens sequatur, nec sit præuisum, nec per se intentum, nõ aggrauat, nec sequitur maiorem grauitatem peccati. Vt si quis currens ad occidendum impegerit.

7. Concl. Quando per se sequitur, licet non sit præuisum, nec intentum, non facit grauius peccatum, sed è conuerso grauius peccatum, inducit grauius nocumentum. Verbi gratia infidelis, qui non nouit pœnas inferni, grauius punietur ob fornicationem, quam propter furtum: at quando nosci tur, grauius etiam peccatur; quia cõtemnitur pœna, vt implcatur voluntas. Verum hęc nocumenti grauitas causatur ex grauitate peccati.

8. Concl. Euentus sequens si sit præuisus & intẽtus, addit bonitatem vel malitiam actui.

9. Concl. Nocumentum aggrauat ratione inordinationis: & ita non sequitur, vt peccatum contra proximum sit magis graue, quam pecca-

tum contra Deum, cum hic sit semper maior deordinatio: tum rebus diuinis potest inferri nocumentum.

10. Concl. Homicida est peior fornicatore: *quia ille per se intendit occidere, hic solam deiectionem*: ille est per se causa sufficiens mortis corporis; hic non est per se causa mortis spiritualis, cuius nemo est causa sufficiens.

Art. 9. Vtrum peccatum aggrauetur ratione personæ in quam peccatur.

1. Concl. Conditio personæ in quam peccatur, aggrauat peccatum.

1. Quia in scriptura specialiter cumperantur qui peccant contra seruos Dei, Ergo.

3. Reg. 10. Matth. 7. *2. Grauitas peccati sumitur ex obiecto. At persona in quam peccatur, est quodammodo obiectum Ergo.*

2. Concl. Non quæcunque conditio personæ aggrauat, sed conditio consideratur secundum tria. Vel ex parte Dei: & sic iniuria illata personæ sacratiori & sanctiori est maior; & hæc ratio sumitur à virtute & officio. Vel ratione sui, & sic peccatur magis in personam sibi natura, vel beneficio coniunctam: quia videtur homo in se peccare. Vel ex parte proximi cum peccatum plures attingit, & sic peccatum in regem vel personam formolam est grauius.

Zach. 2. Eccl. 14. *Ratio communis istorum est, quia nobiliores & maiores sunt fines contra quos peccatur.*

† 3. Concl. Qui infert iniuriam viro bono, non proinde minus peccat, quod ille non turbetur, cũ hoc fiat eius bonitate, qua non minuitur peccatum.

4. Concl. Peccans contra se, in his quæ sunt sub proprio dominio, minus peccat, quam si in rem alterius peccaret: at si in his, quæ non sunt in suo dominio, vt bona naturalia grauius peccat.

5. Concl. Deus non est acceptator personarum grauius puniens eos, qui suos offendunt.

Quia tale peccatum redundat in detrimentum plurium.

Art. 10. Vtrum magnitudo personæ peccantis aggrauet peccatum.

1. Concl. Peccatum ex deliberatione tãto magis imputatur, quo est persona maior.

1. Ex ipsa. Tanto maius committitur peccatum esse, quanto maius quis peccati habetur.

2. Quia facilius possunt resistere. Luc. 12. Scienti voluntatem &c.

3. Ob ingratitudinem, quia receperunt maius beneficium. Sup. 6. potentes potenter patientur.

4. Propter specialem repugnantiam actus ad magnificentiam personæ; vt si princeps violet iustitiam.

5. Propter exemplum & scandalum, quia sunt magis nota.

2. Concl. Peccata ex surreptione & infirmitate naturæ minus imputantur maiori personæ.

Quia cum vitari omnino non possint, tamen statim reprimunt, & minus negligunt.

† 3. Concl. Bonis dicitur non imputari peccatum, cum est ex infirmitate & peccatur.

4. Concl. Nec Deus est acceptator personarum magis puniens maiores.

Quia maioritas aggrauat.

5. Concl. Neque bonus reportat malum ex bono, sed ex malo vsu illius.

Quæstio 74. De subiecto peccatorum.

Artic. 1. Vtrum voluntas sit subiectum peccati.

1. Concl. lib 2. de summo bono. c. 19. PEccatum est in voluntate, vt in subiecto.

1. Ex Aug. Voluntas est qua peccatur & recte viuitur.

Actus immanentes sunt subiectiue in suo principio; quod patet ex differentia actuum transeuntium, qui sunt in materia externa, immanentes vero in agente. Sed actus morales boni & mali sunt tales: quia actus sunt morales vt sunt voluntarij. Ergo voluntas est eorum principium. Erunt igitur in voluntate.

† 2. Concl. Malum dicitur esse præter voluntatem, quia non intenditur: sed quando est apparens bonum appetitur, & ita est in voluntate.

3. Concl. 2. Par. 30. Defectus virtutis apprehensiuę sunt in voluntate, prout sunt voluntarij: vt ignorantia affectata, &c.

4. Concl. Causa efficiens & materialis seu subiectum non coincidunt, quando actio est transiens, sed quando causa se mouet, maxime.

Art. 2. Vtrum sola voluntas sit subiectum peccati.

1. Concl. lib. 2. M. 5 Non sola voluntas est subiectum peccati, sed omnes potentiæ, quæ possunt à voluntate moueri.

1. Alia potentia animæ præter voluntatem sunt subiectum virtutis. Ergo & peccati: quia contraria sunt circa idem.

2. Omne quod est principium actus voluntarij, est subiectum peccati. Sed actus dicuntur etiam voluntarij, quia a voluntate imperantur. Ergo.

Non peccatur nisi voluntate, tanquam principio mouente: aliis autem potentijs peccatur, vt ab ea, motis.

3. Concl. Licet bonum & malum pertineant ad voluntatem, tamen aliæ potentiæ de illo participant, sicuti participant de voluntate, & ratione.

4. Concl. Potentiæ comparantur ad rationem quasi liberæ; quia aguntur & agunt: at organa sunt veluti serui, & habent actiones transeuntes, & ita non est paratio de potentijs & organis.

Artic. 4. Vtrum in sensualitate possit esse peccatum.

In sensualitate potest esse peccatum.

1. Concl. Rom. 8. *1. Nam Aug. ait: Sed quæ odi malum, illud facio, quod est motus sensualitatis.*

2. Peccatum potest esse in quacunque potentia cuius actus potest esse voluntarius & inordinatus, in quo est ratio peccati. Sed actus sensualitatis potest esse sub voluntate; quia sensualitas, id est, appetitus sensitiuus apta est moueri a voluntate. Ergo.

† 2 Concl. Vires sensitiuæ in nobis habent quandam excellentiam, quod rationi iungantur, & ei possint obedire, quod non est in brutis, & sic possunt esse principium actus voluntarij.

3. Concl. Fomes non impedit quin homo possit vitare singulos motus sensualitatis diuertendo cogitationem; & ita potest vitare singulos, licet non omnes.

4. Concl. Motus sensualitatis præueniens rationem, est peccatum veniale, si ratio non perfecte aduertat: quod est quid imperfectum in genere peccati.

Art. 4. Vtrum in sensualitate possit esse peccatum mortale.

1. Concl. Peccatum mortale non potest esse in sensualitate, sed in ratione.

1. 2. retract. 12. *1. Quia ex Aug. Motus sensualitatis est in his, qui sunt in gratia. Ergo.*

2. In illa potentia est hoc peccatum, in qua potest esse deordinatio, qua tollat virtutem: quia peccatum mortale est, quod deordinat a fine. Sed in sensualitate non est talis deordinatio; quia deordinatio a fine vltimo, non est nisi in potentia, quæ ad talem finem ordinat, sed hoc est tantum rationis. Ergo.

† 2. Concl. Actus sensualitatis potest concurrere ad peccatum mortale; sed quod sit tale, habet à ratione.

3. Concl. Similiter actus virtutis, non est talis nisi à ratione, cuius est eligere, & ordinare per prudentiam; sine qua non est virtus moralis.

4. Concl. Trifus modis se habet dispositio ad id, quod disponit: vel est idem in eodem, vt scientia inchoata ad perfectam: vel est in eodē, sed non ad idem, vt calor ad ignem: vel neutro modo, vt in his, quæ habent ordinem ad inuicem, vt ex vno perueniatur ad illud: vt bona imaginatio ad scientiam, & sic veniale disponit ad mortale.

Articul. 5. Vtrum peccatum possit esse in ratione.

1. Concl. tit. de trin. c. 12. In ratione potest esse peccatum.

1. Ex Aug. qui ait, peccatum esse in ratione inferiore, & superiore.

2. Peccatum consistit in actu voluntario, & inordinato potentiæ. Sed ratio potest habere talem actum. Ergo. Potest enim in ratione esse inordinatio altera in actu proprio circa proprium obiectum: in cognoscendo vero vt est ignorantia contraria, & error: altera, vt ordinat, & imperat alios actus, sed pessit deliberationem non corrigere.

† 2. Concl. Defectus rationis, cum quis non potuit scire, non imputatur: quando potuit debuit: non excusat: at defectus qui est in dirigendo semper imputatur, quia huic defectui potuit occurrere.

3. Concl. Voluntas mouendo quodam modo præcedit rationem, & ratio quodam modo voluntatem: & ita motus voluntatis rationalis, & motus rationis voluntarius dici potest.

4. Concl. Defectus naturales rationis non imputantur.

Art. 6. Vtrum peccatum morosæ delectationis sit in ratione.

1. Concl. lib. 12. de trin. c. 12. Peccatum delectationis morosæ est in ratione.

1. Ex Aug. qui ait, esse in muliere, id est, in ratione inferiore.

2. Quando ratio deficit in dirigendis passionibus, peccatum dicitur esse in ratione. Sed peccatum morosæ delectationis dicitur esse cum ratio deficit in dirigendo; quia ratio deficit, vel cum dirigit ad illicitas, vel illas non reprimit, sed versatur in illis, in quo fixa est ratio huius peccati. Ergo.

† 2. Concl. Delectatio est in appetitu, vt in principio proximo, sed in ratione, vt in primo motiuo.

3. Concl. Ratio non solum habet proprium actum illicitum circa proprium obiectum, sed etiam circa directionem obiectorum aliarum potentiarum, in qua potest deficere.

4. Concl. Delectatio dicitur morosa, non ex tempore, sed ex eo, quod ratio deliberans circa eam moratur, nec repellit cum debeat.

Art. 7. Vtrum peccatum consensus in actum sit in ratione superiore.

1 Concl. Ad rationem superiorem proprie pertinet consensus in actum.

1. Aug. per virum, id est, per Adam; seu mulier, id est sensualitas porrexit cibum, intelligit rationem superiorem, cuius consensu consummatum est peccatum.

2. In omni iudicio vltima sententia pertinet ad supremum iudicatorium, vt in speculativis, vbi sententia vltima, reducitur ad prima principia. Sed consensus in actum est vltima sententia, & ratio superior est suprema iudex; quia regula actuum suprema est regula diuina secundum cuius rationes æternas iudicat pars superior.

2. Concl. Ad rationem inferiorem pertinet iudiciū præambulum, quod est de delectatione.

Quoniam ratio inferior iudicat secundum rationes creatas, quas homo cognoscit, & istæ sunt, quæ primo occurrunt, vt est ipsa delectatio, quæ inducit ad actum, qui est vltimus.

3. Concl. Etiam ratio superior potest iudicare de delectatione.

Omnia quicquid subdatur iudicio inferioris, subditur etiam iudicio superioris.

† 4. Concl. Consentire est actus appetitiuæ cōsequens actum rationis iudicantis.

Quia voluntas tendit in id, quod est iudicatum, & ideo consensus potest attribui voluntati, & rationi.

5. Concl. Si ratio non cogitat de lege æterna, & consentit, negligit si cogitet, consentiendo spernit, & ideo peccat.

6. Concl. Consensus in delectationem potest pertinere ad inferiorem partem, quando sensualitas eam proponit, & ipsa iudicat secundum rationes temporales: si homo consideratis rationibus æternis, in cōsensu perseueret, iam consensus pertinebit ad superiorem.

7. Concl. Virtus imaginatiua est subdita, & sine deliberatione, & ita potest causare actum, ante quam vlla ratio aduertat, ad quod requiritur tempus ad deliberandum: & dum ratio inferior habet tempus, si superior non cohibeat, ei imputatur.

Artic. 8. Vtrum consensus in delectationem sit peccatum mortale.

1. Concl. 6. Eth. c. 4. Delectatio ex Aristot. sequitur aliquam operationem: & cum omnis delectatio habeat aliquod obiectum, potest comparari ad operationē, quā sequitur, & ad obiectum, quod potest esse aliqua operatio, vel res. Vt cogitans de fornicatione, potest delectari de cogitatione, & re cogitata.

2. Concl. Delectatio de operatione, sequitur inclinationem appetitus in operationem: delectatio de cogitatione sequitur inclinationem affectus in cogitationem.

3. Concl. Cogitatio secundum se non est peccatum mortale, sed vel veniale vt cum inutiliter cogitatur; vel nullum; vt si quis cogitaret de fornicatione, vt de ea disputaret. Et cōsensus in talem cogitationem non est mortale, vt ex quibusdam dicant.

4. Concl. Consensus in delectationem, quæ habet pro obiecto peccatum, est tale peccatum, quale ex genere est res cogitata.

Quoniam, quod quis consentiat in talem delectationem, nihil aliud est quā quod ipse consentiat in hoc, quod eius affectus sit ordinatus in talem rem. Sed eligere affectum esse conformem rei quæ est peccatum pertinet ad idem peccatum. Ergo. Aug. id docet.

† 5. Concl. lib. 12. de trin. c. 12. Ratio inferior potest auerti à rationibus æternis, licet non tendat in eas, quatenus secundum eas est regulata, quomodo etiam actus organorum possunt esse peccatum mortale auertendo se a regula æterna.

6. Concl. Delectatio de vana cogitatione fornicationis est peccatum veniale propter perfectionem actus: quæ est de ipso actu, ex genere, est mortale: quia per consensum tollitur illa imperfectio actus, & adducitur in suam naturam. Tertium procedit de delectatione, quæ habet pro obiecto cogitationem.

7. Concl. Delectatio, quæ habet pro obiecto actum exteriorem, non potest esse sine complacentia actus, etiam si non statuatur implendum propter prohibitionem: vnde actus fit inordinatus, & consequenter delectatio.

8. Concl. Consensus in delectationem, quæ procedit ex complacentia actus homicidij cogitati, est peccatum mortale; non autem consensus in delectationem, quæ procedit ex complacentia cogitationis de homicidio.

9. Concl. Consensus in delectationem, ex August. aboletur per orationem dominicam, cum non solum contra venialia, sed etiam contra mortalia sit dicenda.

Art. 9. Vtrum in superiori ratione possit esse peccatum veniale, secundum quod est directiua inferiorum virium.

1. Concl. Ratio superior, ex Aug. inhæret rationibus æternis conspiciendis prout earum veritatem speculatur: aut consulentis secundum quod per eas de alijs iudicat & ordinat, ad quod pertinet, vt per eas deliberando consentiat actui, aut ab ea dissentiat.

2. Concl. In ratione superiore potest esse peccatum veniale, prout consentit in actum, & illum dirigit.

1 Consensus in actum pertinet ad ipsum. Ar-

consentire in peccatum veniale, non est mortale. Ergo.

2. Qui peccat mortaliter; auertitur à rationibus æternis. Sed rectio consentiens in actum peccati, non semper ab illis auertit, quia potest consentire in actum, qui non sit contrarius rationibus æternis. Ergo. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl. Infirmitas cordis, qua naturalis constitutio immutatur, est mortalis: illa qua fit aliqua inordinatio in motu ipsius, &c. non est mortalis. Ita in ratione si totaliter tollatur ordinatio ad proprium obiectum quæ sunt rationes æternæ, fit peccatum mortale, alias sit veniale.

4. Concl. Deliberatus consensus in peccatum, non semper pertinet ad contemptum legis Dei, sed quando peccatum contrariatur legi: vnde peccare deliberate venialiter; non est contemnere.

Art. 10. Vtrum in ratione superiore possit esse peccatum veniale, secundum seipsam.

1. Concl. Ratio superior circa obiecta aliarum vitiũ non habet actum, nisi per modum deliberationis consulendo de illis, secundum rationes æternas: circa proprium habet simplicem intuitum, & deliberationem.

2. Concl. Consensus circa externa obiecta, quæ sunt peccatum mortale, si est deliberatus est peccatum mortale.

3. Concl. Circa proprium obiectum potest peccare venialiter, & mortaliter.

Quia per intuitum potest habere inordinatum motum subitum, puta fidelitatis, antequam consulatur, posset consulta ratio æterna. Ergo, non enim adest plena deliberatio: sed si facta deliberatione, maneat motus infidelitatis, est peccatum mortale cum consensu.

† 4. Concl. Peccatum contra legem æternam ex se est mortale, sed ex imperfectione actus, fit veniale.

5. Concl. Etiam ratio potest habere subitũ motum, & ideo non semper peccat mortaliter in his, quæ pertinent ad Deum.

6. Concl. Quod in motu subito non erat peccatum mortale, potest fieri mortale per deliberationem, reducentem in altiorem considerationem.

Quæstio. 75. De causis peccatorum in generali.

Art. 1. Vtrum peccatum habeat causam.

PEccatũ ex parte actus potest habere causam, per se. 1. Concl.

1. Omne quod fit habet causam. Iob. 5. At peccatum fit. Ergo.

2. Quilibet actus habet causam. Ergo.

Ex parte inordinationis peccatum habet causam eo modo, quo priuatio, vel negatio habet causam: quæ potest esse, vel defectus causæ, id est, causæ negatio; sic urabsentia solis est causa tenebrarum, vel quando ad causam affirmationis sequitur negatio per accidens: vt cum calefactionem sequitur frigefactio: ad negationem sat est primus modus. 2. Concl.

Peccati inordinatio cum non sit pura negatio, sed priuatio habet causam agentem per accidens. 3. Concl.

1. Quod est natum esse, & debet inesse, nunquã abest nisi propter causam impedientem. Sed peccati inordinatio est priuatio eius, quod debeat inesse. Ergo.

2. Ex communi consensu dicitur malum habere causam deficientem, vel agentem per accidens.

Inordinatio peccati sequitur per se causam actus. 4. Concl.

Nam omne per accidens reducitur ad causam per se, Sed actus causatur per se, inordinatio per accidens. Ergo reducitur ad actum.

Voluntas carens regula rationis, & legis diuinæ, est per se causa actus peccati, & per accidens inordinationis. 5. Concl.

Peccatum non est solum priuatio boni, sed etiam actus sub tali priuatione, quod habet rationem mali. 6. Concl.

Causa dicitur esse ad quam necessario sequitur aliud, nisi impediatur: alias omnia essent necessaria & sic peccatum non est necessarium, licet habeat causam. 7. Concl.

Causa peccati est bonum cum absentia alicuius boni debiti in esse. 8. Concl.

Art. 2. Vtrum peccatum habeat causam interiorem.

Peccatum habet causam interiorem immediatam scilicet voluntatem, & rationem. 1. Concl.

1. Voluntas est aug. est causa peccati. Li. 1. Rhet c. 9.

2. Causa immediata actus humani sunt ratio & voluntas. Ergo & peccati.

Causa remota peccati est apprehensio sensitiua, & appetitus sensitiuus. 2. Concl.

Quoniam vt ratio voluntatem, ita apprehensio sensitiua mouet sensum. At ista interdum trahunt voluntatem & rationem. Ergo

Omnia ista concurrunt ad peccatum, cuius causa est bonum apparens motiuum cum 3. Concl.

defectu regulæ, motiuum pertinet ad partes inferiores, defectus regulæ ad rationem, perfectio peccati ad volũtatem, cuius actus alijs permissis constituit peccatum.

† 4. Concl. Voluntas est causa peccati in potentia, quæ reducitur ad actum per sensum & rationẽ, modo dicto: & quia modus præcedentes. non sunt semper actu: ideo nec peccatum.

5. Concl. Non omnes motus interiores sunt de substantia peccati; sed quidam præcedunt, quidam sequuntur, & ita principaliter est in actu voluntatis.

6. Concl. Quod est causa peccati, vt potentia est naturale, & motus etiã sensitiuus, vnde sequitur, interdum est naturalis, sed peccatum efficitur innaturale, quia deficit à regula.

Art. 3. Vtrum peccatum habeat causam exteriorem.

1. Concl. Sicut tria sunt causa interior peccati, ita tria possunt esse causa exterior quæ moueant rationem, voluntatem, & appetitum.

2. Concl. Nihil potest esse exterius quod moueat voluntatem immediate. Vnde causa exterior non potest esse nisi quod moueat rationem, vt homo, & dæmon persuadendo, vel quod mouet appetitum, vt exteriora bona.

3. Concl. Causa exterior potest esse mouens, sed nõ sufficiens; quæ est sola voluntas.

Quoniam suasio non mouet necessario rationem, nec externa appetitum, nisi forte aliquo modo dispositum; qui tamen appetitus non mouet necessario voluntatem. Vnde exterius est causa mouens & inclinans, ratio vt deficit à regula, voluntas vt perficiens.

† 4. Concl. Ex eo quod exteriora non sufficienter & necessario inducũt, remanet libertas ad peccandum, & non peccandum.

5. Concl. Neque causa interior excludit exteriorẽ, quia hæc non est causa, nisi mediante interiore.

6. Concl. Multiplicatis exterioribus motiuis magis voluntas inclinatur. & minuitur ratio culpæ, quæ consistit in hoc, vt sit voluntaria.

Articul. 4. Vtrum peccatum sit causa peccati.

. Concl. Peccatum potest esse causa peccati.

n Ex. h. om. 12. *1. Ex Greg. qui ait, Vnum peccatum trahere aliud nisi pœnitentia delcatur.*

. Concl. *2. Peccatum est actus. Sed omnis actus potest esse causa alterius. Ergo.*

Vnũ peccatum potest esse causa alterius secundum quatuor genera causarum; vt causa efficiens per accidens remouens prohibẽs, *quia tollit gratiam: & per se, quatenus per vnum ad aliud disponitur: vnde fit habitus, qui assimiles actus inclinat:* vt materia: *quia vnum præbet materiam alteri vt auaritia luxurio:* vt finis, vt eũ furtum fit propter fornicationem: vt forma, *quia finis dat formam actibus nam futurum, verbi gratia est materiale fornicatio formale.*

† 3. Concl. Peccatum, vt actus, habet aliquid boni saltem apparentis pro fine; & ita potest esse causa finalis, & effectiua, licet ex parte inordinationis non habet materiam ex qua, sed circa quam, formam habet ex fine.

4. Concl. Peccatum est imperfectum imperfectione morali: sed ex parte actus habet perfectionẽ naturæ, & sic est causa:

5. Concl. Non omnis causa peccati est peccatum, & ita non datur processus in infinitum.

Quæstio 76. De causis peccati in speciali.

Articul. 1. Vtrum ignorantia possit esse causa peccati.

1. Concl. IGnorantia, quæ tollit scientiam nõ potest esse causa mouens peccati per se.

Nam causat per se mouet sua virtute ex Arist. Sed ignorantia non mouet sua virtute ad peccandum; quia non est ens, & primatio scientiæ Ergo.

2. Concl. Ista ignorantia potest esse causa peccati per accidens.

lib. de nat. & grat. c. 36. *1. Ex Aug. qui ait quosdam ex peccare ignorantia.*

2. Remouens prohibens, seu remotio eius, est causa per accidens. Sed ignorantia remouet scientiam quæ prohibet peccatum. Ergo.

3. Concl. Ignorantia tum scientiæ vniuersalis, tum particularis potest esse causa peccati.

Quoniã ignorantia est causa peccati vt remouet scientiam. Sed vtraque scientia est necessario ad actum; quia ad agendum opus est discursu, cuius conclusio practica deducitur ex vniuersali, mediante particulari scientia. Ergo

4. Concl. Illa ignorantia, qua posita, adhuc fieret peccatum, non est causa peccati, sed eius comes.

† 5. Concl. Non ens, non potest esse causa alicuius per se, sed per accidens, vt remotio prohibentis.

6. Concl. Sciencia, quæ tollit ignorantiam respicit peccatum ex parte conuersionis; ita etiam ignorantia est causa peccati ex parte conuersionis.

7. Concl. Quanuis voluntas non feratur in id, quod est omnino ignotum, tamen in id, quod est

secun-

secundum quid ignotum, & secundum quid notum, potest ferri. Vel si scio esse hominem & non esse patrem; esse delectabile, & non esse peccatum.

Artic. 2. Vtrum ignorantia sit peccatum.

1. Concl. Supposita differentia inter nescientiam, quæ dicit simplicem negationem, & ignorantiam, quæ dicit scientiæ quæ debebat inesse priuationem; ignorantia eorum, quæ homo tenetur; & potest scire, est peccatum.

1. Cor 14. 1. *Ex Paulo: Qui ignorat ignorabitur. Ergo: pœna enim non est sine peccato.*

2. *Omnes tenentur scire ea, sine quibus officium exercere non potest. Ergo si nesciantur ex negligentia, peccabitur peccato omissionis, & ideo talis ignorantia erit peccatum. Quæ omnes vniuersaliter scire tenentur, sunt hæc: principia fidei, vniuersalia legis præcepta, & ista omnia ad bene viuendum; & quæ pertinent ad officium suum in artibus.*

2. Concl. Ignorantia eorum, quæ quis potest scire, sed non debuit, non est peccatum.

3. Concl. Ignorantia inuincibilis, quæ est, quando non potuit, non est peccatum.

Quia non est voluntaria, nec in potestate.

† 4. Concl. Negligentia, & omissio continentur in definitione peccati, quæ datur per affirmationem, quæ continet etiam negationem.

5. Concl. Priuatio gratiæ, ex se non est peccatum, sed non præparare se ad gratiam, potest habere rationem peccati: præterea gratia non est in nostra potestate; vt est scientia.

6. Concl. Vt in peccato commissionis non solus actus voluntatis est peccatum, sed etiam actus imperatus, ita in omissione, non solum actus voluntatis est peccatum, sed etiam ipsa omissio, & negligentia, vel in consideratio.

7. Concl. Translato reatu peccati, licet remaneat ignorantia, non tamen manet negligentia, qua ignorantia erat peccatum, & per ignorantiam non peccatur, nisi eo tempore, quo debet quis discere, & scire.

Art 3. Vtrum ignorantia excuset ex toto à peccato.

1. Concl. Ignorantia antecedens, quæ est causa actus, ex se excusat a peccato.

Quoniam facit involuntarium: nam si adesset scientia, produceretur actus oppositus. Ergo qui producitur est involuntarius.

2. Concl. Ignorantia concomitans, quæ non est causa actus, non excusat à peccato.

Quia non facit involuntarium, sed nolentem: si enim adesset scientia, non prohiberet.

3. Concl. Ignorantia consequens, quæ est cum noluit scire, aut neglixit, non excusat à peccato 3. Ethic. c. 1.

Nam cum sit voluntaria, non removet voluntarium; si sit de his, quæ homo debuisset, & potuisset scire.

4. Concl. Ignorantia antecedens, aliquando à toto, aliquando à parte excusat.

1. Potest quis ignorare inuincibiliter omnes circumstantias actus, vel scire aliquas, & alias ignorare inuincibiliter. Ergo.

lib. 3. de lib. arbit. c. 18. *2. Ex Aug. quædam facta per ignorantiam recte improbantur. Ergo quædam per ignorantiam facta sunt peccatum, & ita non omnino excusat.*

5 Concl. Itaque nõ omnis ignorantia excusat à peccato, cum non omnis ignorantia tollat voluntarium.

6. Concl. Et tantum remanet in ignorante de voluntario, quantum remanet de intentione peccati, & ita peccatum non erit per accidens.

7. Concl. Si esset talis ignorantia, quæ omnino tolleret vsum rationis, vt in furiosis totaliter excusaret, sed non est semper talis.

Art. 4. Vtrum ignorantia diminuat peccatum.

1. Concl. Ignorantia intantum minuit peccatum, inquantum minuit volentarium: quod si omnino minuit, omnino tollit. Vnde ignorantia inuincibilis, quæ est cum aliquid non potuit sciri, omnino tollit peccantum.

Quia omnino tollit voluntarium. Ergo omnino excusat, ac peccatum tollit.

2. Concl. Ignorantia concomitans, nec auget nec minuit.

Quoniam nec auget, nec minuit voluntarium.

3. Concl. Ignorantia, quæ est causa peccati, & est volita, & dicitur affectata, auget, & qui sic ignorat, dicitur grauissime peccare.

Quia ex intentione peccandi voluit ignorare. Ergo.

4. Concl. Ignorantia, quæ est causa peccati, & non totaliter excusat, non est directe voluntaria, sed indirecte, vel per accidens, minuit peccatum: v. g. si propter laborem non studuit, & ita ignorauit: & hæc dicitur culpabilis. Vnde illa sola ignorantia minuit quę est causa peccati, & non totaliter excusat. 1. Tim. 1.

† 5. Concl. Ignorantia secundum quam omnis malus est ignorans, non est causa peccati, sed aliquid consequens causam peccati, id est, passionem, vel habitum inclinantem in peccatum.

6. Concl. Peccatum additum peccato: semper facit plura, sed non semper maiora: immo si primum minuat secundum, possunt duo non

esse ita grauia, vt vnum: vt occidere ex ebrietate, & non ex ebrietate, hoc est grauius.

Cum ait Ambr. grauissime peccas, si ignoras, intellige, si sit affectata: vel loquitur de peccato ingratitudinis, in quo summus gradus est ignorare beneficia, vel de ignorantia infidelitatis.

Ebrius meretur duplicem pœnam ob duo peccata, sed secundum est leuius ob ignorantiam.

Quæstio 77. De causa peccati ex parte appetitus sensitiui.

Art. 1. Vtrum voluntas moueatur à passione appetitus sensitiui.

PAssio appetitus sensitiui non potest directe trahere, aut mouere voluntatem.

Hanc probat tertium arg. quia materiale non agit directe in immateriale. At appetitus est materialis, voluntas immaterialis. Ergo.

Passio appetitus potest mouere indirecte voluntatem, secundum quandam abstractionem.

1. Quia in vna anima radicantur omnes potētie, quarum vna intense existente, altera remittitur.

2. Omnis virtus ad plura intenta minuitur, & econtra, vnde passio intensa minuit vim voluntatis.

3. In operationibus animæ requiritur attentio, & si sit vni applicata, non ita tendit alteri. Vnde ratio potest omnino impediri.

Passio mouet etiam indirecte voluntarie ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum ratione apprehensum: & iudicium rationis sæpe sequitur passionem appetitus sensitiui. Ergo & voluntas, cum ipsa sequatur iudicium rationis.

Antecedens patet: quia iudicium rationis impeditur à vehemēti imaginatione, ad quam sequitur passio, vt dispositionem linguæ gustus.

Vnde per passionem fit aliqua immutatio circa iudicium de obiecto voluntatis, licet passio non sit directe obiectum eius.

Superius ab inferiore indirecte potest moueri.

Et eodem modo materiale, immateriale.

Art. 2. Vtrum ratio possit superari à passione contra suam scientiam.

Nunquam voluntas potest velle malum, nisi fit error vel ignorantia in intellectu.

Quoniam nō potest velle malum, nisi sub ratione boni. Ergo necesse est præcedat iudicium falsum. Et hoc modo, secundum Socratem, peccata sunt ignorantiæ.

Opinio ista non est simpliciter vera.

1. Experientia, quia constant multos agere contra id quod sentiunt.

2. Ad agendum opus est duplici scientia, scilicet vniuersali & particulari. Sed ex defectu alterius, v.gr particularis, potest aliquis errare, vt si sciret, non esse fornicandum, & nesciret hanc esse fornicationem. Ergo

3. Potest habere vtrāq; scientia in habitu, & nō in actu. Ergo potest actu agi contra id, quod scitur, quod actu non consideratur.

Quod quis cum scientia vniuersali in actu vel particulari in habitu erret, dupliciter contingit.

1. Ex inaduertentia eo tempore quo operatur.

2. Ex impedimento superuenienti, propter occupationem, infirmitatem & passionem, quæ tripliciter impedit: vel per modum distractionis: vel quia ad contraria inclinat: vel per immutationem corporalem, quæ ligat vsum rationis, vt ebrietas, &c.

Scientia particularis circa operationes tenet primum locum; ideo potest agi contra scientiam vniuersalem, omissa consideratione particularis.

Particulare interdum videtur bonum ex passione, quod tamen est contra vniuersalem scientiam.

Non potest haberi actu vera opinio vniuersalis affirmatiua, & falsa de particulari negato, & contra: sed quoad actum & habitum maxime, quia actus non contrariatur habitui.

Syllogismus errantis per passionem habet quatuor propositiones, duas vniuersales, & duas particulares: & passio est causa, cur minor propositio non subsumatur sub propositione vniuersali rationis.

Vt ebrius potest ore proferre graues sententias: tamen non potest iudicare: ita in passione constitutus, potest dicere, non est faciendum, sed intus iudicat esse faciendum.

Art. 3 Vtrum peccatum, quod est ex passione, debeat dici ex infirmitate.

Peccatum ex passione potest dici ex infirmitate.

1. Cicero enim passiones vocat ægritudines.

2. Infirmitas animæ est, cum impeditur ab operatione ob ordinationem partium eius, vt patet in corpore, quod dicitur infirmum, cum non operatur ob

2 Epist. ad Tim. c. 2. 1. Concl.

Aristot. 3. Eth. c. 8. 3. Concl.

1. Concl.

2. Concl.

† 4. Concl.

5. Concl.

6. Concl.

Dan. 13.

3. Concl.

† 4. Concl.

1. Concl. Luc. 12. Ioan. 4.

2. Concl.

3 Concl.

† 4. Concl.

5. Concl.

6. Concl.

7. Concl. Aristot. 7. Eth. c. 3.

8 Concl.

1. Concl. Tusc. 4.

tur ob ordinationem partium, quia humores non consistunt, nec substant parti motæ: sed passio impedit animam, & deordinat eius partes: quia irascibilis & concupiscibilis, quæ sunt animæ partes, si passione afficiantur, impediunt eius operationes, & ideo incontinens comparatur paralytico, cuius partes in contrarium mouentur, ac ipse disponit.

Aristot. 1. Ethic.

† 2. Concl. Vt in corpore, quo fortior est motus, eo maior est ægritudo, ita in anima maior infirmitas, & ita maior motus passionis non tribuitur fortitudini.

3. Concl. Peccatum ex infirmitate magis refertur ad animam, quam ad corpus: quia in voluntate cõsistit: dicitur etiam infirmitas carnis, quia ex carne consurgit.

4. Concl. Quatenus volũtas potest assentire, & dissentire, eatenus appetitus dicitur esse sub nobis: sed tamen assensus & dissensus impediri potest.

Art. 4. Vtrum amor sui sit principium omnis peccati.

1. Concl. Lib. 14. de ciu. c. 28. Inordinatus amor sui, est causa omnis peccati.

1. *Ex Augustino, qui hoc docet.*

2. *Peccatum procedit ex inordinato appetitu boni communitabilis: quia peccati ratio sumitur ex conuersione. Sed quod quis id efficiat, oritur ex amore sui: amare enim est velle alicui bonũ, & ita appetendo sibi bonum, amat quis seipsum Ergo.*

† 2. Concl. Amor sui ordinatus est naturalis, sed inordinatus non ita.

3. Concl. Ad quem, tanquam ad causam reducitur omnis concupiscentia.

4. Concl. Omne peccatum prouenit ex inordinato appetitu boni, vel inordinata fuga mali: sed vtrunque reducitur ad amorem sui.

Quia amans se, amat bonum, & fugit malum.

5. Concl. Qui peccat propter amicum, propter amorem sui peccat, quia amicus est alter ipse.

Artic. 5. Vtrum conuenienter ponantur causæ peccatorum concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

1. Concl. Conuenienter ista tria, cõcupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ ponuntur causæ peccatorum.

1. Ioan. 2. 1 *mne, ait Ioan. quod est in mundo, &c.*

2. *Inordinatum appetitus boni est causa omnis peccati; sicut inordinatus appetitus sui, in quo includitur amor boni. Sed ista tria dicunt inordinatum appetitum omnium bonorum, quoniam ad hæc possunt reduci omnes animæ passiones, a quibus oritur peccatum. Ergo Naomi nus appetitus, vel est in bonum absolute, vel in bonum arduum: ad quos appetitus ista tria reducuntur igitur. Quoniam concupiscentia alia est naturalis eorum, quæ pertinent ad conseruationem speciei, & hæc dicitur concupiscentia carnis: alia animalis, quæ in apprehensione & imaginatione consistit, vt in opinione pecuniarum, vestium, &c. & hæc dicitur concupiscentia oculorum: ad appetitum boni ardui pertinet superbia vitæ: quia superbia est appetitus inordinatus excellentiæ. Vnde ad duo priora reducuntur omnes passiones concupisc. ad tertium passiones irascib.*

† 2. Concl. Superbia vitæ continetur sub cupiditate, prout cupiditas dicit appetitum omnis boni: sed vt est speciale vitiũ, auaritia nominatur.

3. Concl. Concupiscentia oculorum non dicitur omnium rerum, quæ videntur, sed earum, in quibus non quæritur delectatio carnis, sed cuiusque virtutis apprehensiuæ.

4. Concl. Visus hoc loco, quia est excellentior, ponitur pro omni sensu etiam interiore.

5. Concl. Fuga mali causatur ex appetitu boni, & ideo solum ponuntur passiones inclinantes in bonum, vt causæ earum, quæ faciunt fugam mali.

Art. 6. Vtrum peccatum alleuietur propter passionem.

1. Concl. Peccatum essentialiter est in volũtate, passio in sensu, quæ ad liberum arbitrium se habet, vel antecedenter, vel consequenter: passio antecedens minuit peccatum.

15. de ciuit. c. 12. 1. *Passio concupiscentiæ vocatur tentatio carnis. Sed quo quis maiore tentatione prosternitur, minus peccat, ex August Ergo.*

2. *Quia minuit voluntarium, cum sit minus voluntarium, quod alterius impulsu fit.*

2. Concl. Passio consequens non minuit, sed magis auget. vel potius est signũ magnitudinis eius.

Demonstrat enim intensionem voluntatis, quæ existente intensa sequitur motus in sensu. Ergo: & sic, qui maiore concupiscentia peccat, magis peccat.

† 3. Concl. Passio est causa peccati ex parte cõuersionis, nõ autem auersionis, ex qua sumitur grauitas peccati, quæ ex conuersione sequitur per accidens, id est, præter intentionem peccantis: at causa per accidens aucta, non augetur effectus.

4. Concl. Bona passio consequẽs rationis iudicium, auget meritum: antecedens minuit, si magis ex passione, quam ex iudicio quis agat.

5. Concl. Motus volũtatis ex passione est intensior,

sed non ita est proprius volũtaris, vt quando est ex sola ratione; & ideo non ita aggrauat.

Art. 7. Vtrum passio totaliter excuset à peccato.

1. Concl. Quando passio totaliter facit in voluntarium, omnino excusat à peccato.

Quia actus non est malus, nisi sit voluntarius.

2. Concl. Voluntarium dicitur aliquid, vel in se, vt id, in quod voluntas fertur; vel in sua causa, cum volũtas fertur in causam, & non in effectum. Item aliud directe, vt id in quod volũtas fertur, in aliud indirecte, cum non prohibetur, quod potest.

3. Concl. Quando passio omnino tollit vsum rationis, & priuatio fuit voluntaria in se, vel sua causa non excusat omnino à peccato.

Quia effectus est aliquo modo voluntarius: vt homicidium factum ab ebrio.

4. Concl. Quando passio est naturalis etiam non voluntari, & aufert omnino vsum rationis, excusat omnino à peccato: vt si quis ex egritudine in talem passionem incidisset.

5. Concl. Quando non totaliter priuat vsu rationis non omnino excusat a peccato,

1. *Quia est voluntaria, & potest impediri, dum tendo ad alias cogitationes, vel impediendo eius effectum, cum membra subsint rationi.*

6. vel 7. Concl. 2. *Passiones peccatorũ quia causant peccata. Ergo non totaliter excusant.*

Dicitur caro efficere, vt faciamus, quæ nolumus, quantum ad interiorẽ motum concupiscentiæ, non de actu: vel refertur ad voluntatem præcedentem passionem, quæ oritur contra voluntatem.

7. Concl. Passio causat ignorantiam iuris particularis, dum non sinit applicare vniuersalem scientiam, quam tamen passionem possumus reijcere. Ignorantia vero particularis, quæ omnino excusat, ingnorantia circumstantiarum, quæ sciri per diligentiam non potuere.

8. Concl. Infirmitas corporis totaliter excusat, quia est inuoluntaria, non sic infirmitas animæ.

Art. 8. Vtrum peccatum quod est ex passione possit esse mortale.

1. Concl. PEccatum ex passione potest esse mortale.

1. *Rom. 7. Peccatũ ex passione operatur mortem, Ergo.*

2. *Tunc non committitur peccatum mortale, cum inclinatio animæ contra vltimum finem non potest impedire per rationem, vt contingit in subitis motibus. Sed per passionem ad aliquid inclinamur, quo auertimur ab vltimo fine. Et ratio potest occurrere, excludendo illam, vel impediendo. Ergo si non fiat, peccabitur mortaliter ex passione.*

3. *A signo quia ex passione multa fiunt peccata mortalia.*

†2. Concl. Veniale dicitur tripliciter: ex causa, vt peccatum: ex ignorantia, & infirmitate: ex euentu, quo modo omne mortale, per pœnitentiam fit veniale, id est, veniam consequitur: & ex genere, vt verbum otiosum, & hoc opponitur mortali.

3. Concl. Passio est causa peccati ex parte conuersionis: mortale autem fit etiam ex parte auersionis, quæ per accidens sequitur ex conuersione, & ideo ex passione, ratione, auersionis, potest sequi peccatum licet sit inferior.

4. Concl. Si passio totaliter priuet vsu rationis, nullum erit peccatum, sed non semper id efficit.

Quæstio 78. De causa peccati quæ est malitia.

Artic. 1. Vtrum aliquis peccet ex certa malitia.

1. Concl. COntingit hominẽ peccare ex industria, & certa malitia.

Cap. 34. 1. *Quasi de industria, ait Iob, recesserunt, &c.*

2. *Contingit aliquem scienter, & sine passione pati velle in bono spirituali, vt consequatur bonum temporale, quod qui facit, peccat; quia est inordinata voluntas, quando pro minore bono maius relinquitur. Sed hoc est peccatum ex industria, quia malum contingit ex defectu, & corruptione causarum, quæ in humanis sunt intellectus, & voluntas: sed in tali casu non est defectus in his principijs, quia natura est inclinata ad bonum. Ergo malum est ex corruptione, natura, cum sciens, & volens, quis peccet.*

†2. Concl. Aliquando ignorantia excludit scientiam qua scitur simpliciter, hoc esse malũ: aliquando scientiam, qua scitur in particulari hoc esse malum: aliquando scientiam, qua scitur hoc malum nõ esse fugiendum propter consuetudinem illius boni; scitur tamen simpliciter hoc esse malum: primo modo dicitur peccati ex ignorantia, secundo ex passione, tertio ex certa malitia.

3. Concl. Malum potest esse intentum ad vitandum malum, vel consequendum bonum, & tunc si fieri posset, quis vellet bonum sine malo: vt, cum peccatur, nollet homo Deum offendere: sed duobus propositis, alterum eligitur, puta potius fornicari, quam non offendere Deum.

4. Concl. Peccare ex malitia, dupliciter accipitur, vel ex habitu malitiæ, vel ex electione actuali mali, qua mala electio reducitur in habitum, & actus exterior in interiorem. Vnde non datur processus in infinitum, quamuis malitia, quæ est causa peccati, sit peccatum.

Art. 5. Vtrum quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

1. Concl. Non est idem peccare habentem habitum, & ex habitu.

1. Peccare ex habitu, est vt habitus. Sed hoc nō est necessarium, cum habitus sit in potestate voluntatis. Ergo habens hab. tum potest peccare, non ex habitu.

2. Potest esse, vt habens habitum malum, prorumpat in actum virtutis, quia habitus malus nō tollit omnino rationem. Ergo.

3. Habens habitum potest operari ex passione, vel ex ignorantia. Ergo.

2. Concl. Aristot. 2. Eth. c. 6. Quando quis habitu vitioso vtitur, peccat ex certa malitia.

1. Peccatum ex electione dicitur ex certa malitia. Sed id dicitur eligibile ad quod per habitum inclinamur. Ergo.

2. Habens habitum, fit per se eligibile, quod conuenit ei secundum habitum, quia habitus conuertit in naturam. Sed quod est conueniens secundum habitum malum, excludit bonum spirituale, quod est peccare ex certa malitia. Ergo.

† 3. Concl. Peccata Venialia non excludunt gratiam ideo sunt mala secundum quid: similiter & eorum habitus.

4. Concl. Actus præcedentes, & sequentes habitum sunt eiusdem speciei; sed perfectione differunt.

5 Concl. Peccans ex habitu, gaudet de eo, quod ex habitu operatur: sed quia per rationem, quæ non est corrupta, potest aliud meditari, ideo potest dolore de eo, quod per habitum commisit, licet plerunque oriatur dolor ex pœna, vel incommodo, quod per peccatum incurrit.

Art. 3. Vtrum ille, qui peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

1. Concl. Quod voluntas inclinetur in malum, non est a natura, sed aliunde.

Quoniam aliter se habet ad bonum, ac ad malum: Ergo ad bonum erit inclinata a natura, & ad malum aliunde, cum malum sit contra naturam. Quod contingit, vel defectum rationis, vel cum ignorantia peccatur; vel ex passione, & neutrum est peccare ex certa malitia.

2. Concl. Non est necesse, vt peccans ex certa malitia, peccet ex habitu.

1. Vt se habet habitus bonus ad electionem boni, ita malus ad electionem mali. Sed aliquando qui non habet habitum virtutis, eligit bonum secundum virtutem. Ergo nō habens habitum virtutis, potest eligere malum, quod est ex certa malitia peccare.

2. Peccatum ex certa malitia, est ex deordinatione voluntatis, cum seipsam moueat ad malum. Sed non est necesse, vt hoc fiat ex habitu. Ergo. Voluntas enim ex se tenditur in malum, vel ex dispositione, quia sit ei conueniens aliquid malum, in quod voluntas ratione conueniens tendat, tanquam in bonum; quæ dispositio, aut est habitus acquisitus consuetudine, aut aliqua ægritudinis habitudo ex parte corporis. Vel per remotionem prohibentis, puta remoto timore pœnæ, vel spe salutis per præsumptionem, & desperationem, sequitur, vt effrenate in peccatum tendat, ex aliqua inordinatione, quæ non est habitus. Ergo potest peccare certa malitia, non ex habitu.

† 3. Concl. Operari, vt iustus operatur, non solum est operari ex certa malitia, sed etiam delectabiliter, sine graui reuisu rationis; quod non est, nisi eius, qui habet habitum.

4. Concl. Non ex eo, quod aliquis labitur, ex certa malitia peccat, sed supponitur aliquid, quod non semper est ex habitu.

5. Concl. Et illud, quo voluntas inclinatur, non semper est habitus, sed passio, &c.

6. Concl. Non est eadem ratio de electione boni, & mali.

Quia malum nunquam est sine bono naturæ: sed bonum potest esse sine malo culpæ per se loco.

Art. 4. Vtrum ille, qui peccat ex certa malitia, grauius peccet, quam qui ex passione.

1. Concl. Peccatum ex certa malitia est grauius, quam peccatum ex passione.

1. Iob. 34 Quasi impios perensit, quia de industria recesserunt ab eo. Ergo auctus est pœna ob grauitatem culpæ.

2 Quo motus peccati est magis proprius voluntati, peccatum est grauius; cum peccatum consistat in voluntate Sed in hoc peccato ita se habet, quia in hoc genere voluntas ex se mouetur. Ergo.

3. Quo malum est diuturnius, eo est grauius; & ideo intemperatus comparatur infirmo, & incontinens ei, qui laborat interpolate. Sed hoc peccatum ita se habet: est enim ex habitu, qui permanet, passio vero cito transit Ergo.

4. Qui deficit in principijs, grauius peccat

sed

ſed ita iſte ſe habet; quia deficit circa finem, qui eſt principium in moralibus, Ergo

†2. Concl. Ignorantia electionis, id eſt, quæ eſt de fine, quem non eligimus ob paſſionem, vel habitum malum, nec excuſat, nec minuit peccatum: vnde neque facit maius peccatum.

3. Concl. Impulſio ex paſſione, & quaſi extrinſeca, illa ex habitu, quaſi intrinſeca: non ergo eſt vtriuſque par ratio.

4. Concl. Aliud eſt peccare eligentem, aliud ex electione: qui ex certa malitia peccat, peccat ex electione, id eſt, primum principium eſt electio.

Quæſtio 79. De cauſis exterioribus peccati.

Artic. 1. Vtrum Deus ſit cauſa peccati.

1. Concl. Deus nullo modo eſt cauſa peccati.

1. *Sap. 11 Nihil odit eorum, quæ fecit. At odit peccatum, Sap. 14. Ergo.*

2. *Si Deus eſt cauſa peccati, vel directe monendo ſuam, vel alienam voluntatem ad peccandum, vel indirecte, non retrahendo. Sed neutrum dici poteſt, Ergo. Non primum, quia peccatum eſt receſſus ab ordine, qui eſt in Deum, vt in finem. At Deus inclinat omnia in ſe, vt in vltimum finem,* Cap. 2. de div. nom. *vt ex Dion. ſ. Ergo. Non alterum, quoniam cauſa indirecta eſt, quæ poteſt, & debet impedire, & non impedit. Sed Deus non debet, quia iuſtitia & ſapientia exigunt, vt non præbeat aliquibus auxilium ad non peccandum. Ergo.*

† 2. Concl. Dicitur Deus tradere in reprobum ſenſum quatenus non prohibet, ne quis ſequatur ſuum ſenſum; & hoc ob præcedens peccatũ: Rom. 1. & ſic declarandus eſt Aug. cum ait, Deum inclinare in bonum & malum.

3. Concl. Sup. 14. Cum dicitur creaturas factas intentationem hominum, non dicit cauſam, ſed conſecutionem, quia illis abutuntur.

4. Concl. Effectus ſecundæ cauſæ reducitur in primam, ſi procedat a ſecunda, ſecundum ordinem primæ: vt ſi miniſter faciat ſecundum mandatum domini, non autem ſi contra.

5. Concl. Pœna opponitur bono eius q̃ punitur; ſed culpa bona ordinis, qui eſt in Deum, & ideo directe opponitur bonitati diuinæ.

Art. 2. Vtrum actus peccati ſit à Deo.

1. Concl. Peccatum vt eſt ens & actus, eſt a Deo.

1. *Actus peccati eſt quidam motus lib. arbitrij Sed voluntas Dei eſt cauſa omnium motuum, vt ait Aug. Ergo.*

2. *Omne ens debet reduci ad primũ ens, vt ait Dion. & omnis actus debet reduci ad primum actum: quia omnis actio eſt ab exiſtente in actu: Sed* lib. 3. de trin. c. 4. *omne ens actu, reducitur ad primum actum, id eſt, ad Deum; quia actus per participationem reducitur ad actum per eſſentiam Ergo.* cap. 4. de div. nom.

2. Concl. Peccatum, vt includit defectum non eſt à Deo, ſed à cauſa creata, id eſt, a lib. arb. & in hanc reducitur.

Quoniam defectus debet reduci in cauſam deficientem, cuiuſmodi eſt cauſa creata: ſicuti claudicatio in tibiam curuam, nõ in virtutem motiuam.

†3. Concl. Peccatũ dicitur, non res, id eſt non res ſimpliciter, vt eſt ſubſtantia: & ſic actus peccati non eſt res, vt ait Aug.

4. Concl. Aug. lib. de perf. iuſt. Peccatum reducitur in lib. arbit. & vt actus eſt, & vt defectus, licet ipſum non intendat: at Deus ita eſt cauſa actus, vt non ſit cauſa peccati.

Defectus pertinet ad ſpeciem actus, non per ſe ſed conſequenter, quia ſpecies ſumitur a poſitiuo circa quod eſt defectus.

Art. 3. Vtrum Deus ſit cauſa excæcationis, & obdurationis.

1. Concl. Obduratio, & excæcatio, vt importãt motum animi in hærentis in peccato, non ſunt à Deo.

Quoniam obduratio hoc modo ſumpta, eſt peccatum. At Deus non eſt cauſa peccati. Ergo.

2. Concl. Obduratio, vt importat ſubtractionem gratiæ, qua cor emollitur, & mens illuminatur, eſt a Deo.

1. *Iſa. 6. Excæca cor populi, &c. Rom. 9 Quem vult, indurat.*

Ioan. 1. 2. *Qua ratio ſupponit Deum eſſe cauſam vniuerſalem illuminationis animarum, vt Sol corporum: vt ergo Sol non illuminat, ſi impedimentum inueniat, & relinquat corpus tenebroſum, ita Deus non illuminat ſua gratia, ſi inueniat obſtaculum. Verum cum Sol non agat libere, & ex iudicio, non poteſt dici cauſa obfuſcationis, vt Deus, qui ex ſua ſapientia, & voluntate non immittit lumen gratiæ: quare non ſolum qui ponit obſtaculum, ſed etiam Deus eſt cauſa ſubtractionis gratiæ.*

3. Concl. Aggrauatio, excæcatio, & obduratio differunt, ſecundum effectus gratiæ, quæ perficit intellectum per ſapientiam, & affectum per caritatem: & quia intellectus per duos ſenſus, ſcilicet, per viſum & auditum, ſpeciatim perficitur, ideo ſubtractioni gratiæ, reſpondet aggrauatio aurium, excæcatio oculorum, & obduratio affectus.

4. Concl. Obduratio, eſt quædam pœna, & ſub hac ratione homo nõ fit deterior, ſed factꝰ eſt de-

terior

terior per culpam. Secundum procedit de obduratione, vt est culpa.

5. Concl. Malitia, vt est causa obdurationis, meritoria non effectiua; vt culpa, est causa pœnæ, & sic diabolus dicitur excæcare, vt inducit ad culpam.

Art. 4. *Vtrum excæcatio, & obduratio semper ordinentur ad salutem eius, qui excæcatur, & obduratur.*

1. Concl. Excæcatio, & obduratio, ex se ordinantur in damnationem eius, qui excæcatur.

Quoniam ista sunt præambulum ad peccatum. Sed peccatum ordinatur ad damnationem. Ergo. Adde etiam, quod ponuntur reprobationis effectus.

2. Concl. Ex diuina misericordia excæcatio ordinatur ad salutem excæcati.

Quoniam Deus, quandoque permittit Libin peccatum, & homo peccatum agnoscat, & humilietur, & Aug. docet.

† 3. Concl. Libro de cor. & gra. c. 22. Excæcatio, quantum ad quosdam ordinatur ad salutem, quantum ad alios ad damnationem.

Quia, non ordinatur ad salutem, nisi ex diuina misericordia. Sed hæc non impediuntur omnibus excæcatis, cum Deus alios prædestinet, alios reprobet. Ergo Et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8.

† 4. Concl. Aug. 9. in Euang. 9. 14. Mala, quæ Deus facit, aut permittit, semper ordinantur in bonum, sed non semper in bonum eius, in quo est malum, sed vel alterius, vel totius vniuersi.

5. Concl. Nec delectatur perditione hominum, quãtum ad ipsam, sed ratione suæ iustitiæ, vel propter bonum, quod inde prouenit.

6. Concl. Rom. 8. Quod ordinet excæcationem aliquorum in salutem est misericordiæ, quod aliorum non ordinet, est iustitiæ.

7 Concl. Non sunt facienda mala culpę, propter bonum: mala tamen pœnæ inferuntur propter bonum.

Quæst. 80. De causa peccati ex parte diaboli.

Art. 1. *Vtrum diabolus sit homini directe causa peccandi.*

1. Concl. QVod est causa peccati debet mouere directe principium actus peccati, id est, voluntatem ad agendum, cum omne peccatum sit voluntarium. Ergo quod est causa directe peccati, debet mouere voluntatem ad agendum.

2. Concl. Sola voluntas est directe causa peccati.

Quia non potest alia causa mouere directe, & intrinsece inclinando voluntatem, nisi Deus, & ipsamet. Sed Deus mouend voluntatem, non peccat. Ergo sola voluntas erit directe causa peccati.

3. Concl. Ex parte obiecti, quod mouet indirecte, non est causa sufficiens peccati: vt res oblata, vel ille qui proponit, & causa suadens.

Quoniam voluntas à nullare externa mouetur necessario, nisi ab vltimo fine.

4. Concl. Diabolus non est causa directe, vel sufficiens peccati; sed solum suadens, vel proponens.

1. Probatur ex superioribus conclusionibus.

lib. 1. de lib ar. c. 11 & lib. 3. c. 18 *2. Aug. nulla alia re mens fit serua libidinum, nisi propria voluntate. Sed homo non fit seruus libidinum, nisi per peccatum. Ergo. Et ita soluitur primum: quod intelligitur per modum suggestionis.*

† 5. Concl. Non eodem modo dæmon est causa nostrorum malorum, vt Deus bonorum: quia Deus est causa mouendo interne, dæmon proponendo, & suggerendo.

6. Concl. Quod voluntas determinetur ad consilium malum directe est ab ipsa, & per modum proponentis à dæmone.

Articul. 2. *Vtrum diabolus possit inducere ad peccandum interius instigando.*

1. Concl. Operatio interior dæmonis, quoad motionem ad peccandum, est solum circa phantasiam, & appetitum sensitiuum.

Nam pars interior, secundum quam potest mouere est, vel intellectiua, vel sensitiua. At illam non potest mouere; quia continet intellectum, & voluntatem, & in neutram potest agere: non in voluntatem, vt est probatum; non in intellectum; quia intellectus mouetur per se ab aliquo illuminante ipsum; per cognitionem veritatis. Sed diabolus magis obtenebrat rationem ad consentiendum peccato per phantasiam, & sensum. Ergo tota eius operatio est circa phantasiam, & sensum.

2. Concl. Diabolus indirecte inducere potest interius ad peccandum.

1. Quia alias non tentaret, nisi visibiliter, apparendo, quod est falsum.

Aristt. li. de som. & vig. c. 3. *2. Potest mouere phantasiam, & appetitum; representando formas phantasiæ & excitando appetitum ad passiones, & quia natura enim corporalis spiritualis obedit, quoad motum localem: sed quod aliqua forma imprimantur phantasiæ, aliquando est ex motu locali, vt ait Aristt. Ergo. Quantũ ad appetitum patet, quia secundum motum cordis, & spiritum homo mouetur ad passionem. Ergo dæmon, qui potest mouere spiritum, & cor, potest mo-*

nere ad peccandum: quia concitata passione, facile homo sequitur, quod ab eo proponitur, cum ad videatur bonum, quod à passione proponitur.

† 3. Concl. Opera vitæ sunt semper à principio motiuo intrinseco: sed ad ea potest operari agens exterius: vt calor exterior ad opera vegetatiuæ.

4. Concl. Licet dæmon non imprimat species: potest tamen impressas mouendo ordinare, & deordinare: quæ formarum apparitio non est solum per imperium, sed etiam per motum localem. Vnde patet ad tertium, quia formæ quas repræsentat, iam sunt acceptæ à sensibus.

Art. 3. Vtrum diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum.

1. Concl. Diabolus propria virtute, nisi refrænetur à Deo, potest aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum, qui ex suo genere esset peccatum.

Nam homo resistit peccato per rationem. Sed dæmon potest omnino impedire rationem: quia potest mouere imaginationem, vt patet in arreptitijs, Ergo.

2. Concl. Dæmon non potest inducere necessitatem peccandi.

1. Nam scriptura monet, vt ei resistamus; qua admonitio alias esset frustra.

1. Pet. vlt. *2. Si id posset contingere: vel ratio esset ligata, vel libera. Si primum, nullum esset peccatum, quia ratione ligata, non fit peccatum: si alterum, posset resistere, Ergo.*

† 3. Concl Non quæuis potestas maior homine potest eius voluntatem mouere, sed solus Deus, cui immediate subijcitur.

4. Concl. Nec quod sensu apprehenditur necessario mouet voluntatem, nec semper ligat, vsu rationis existente.

5. Concl. Concupiscentia carnis contra spiritum, quando ratio ei resistit, non est peccatum, sed materia virtutis; & quod non resistat, nõ est in potestate dæmonis.

Art. 4. Vtrum omnia peccata hominum sint ex suggestione Diaboli.

1. Concl. Occasionaliter, & indirecte diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum.

Nam si dicendus est causa nostrorum peccatorum, modo dicto, qui causat dispositionem ad omnia peccata; sicuti diceretur causa combustionis, qui excitaret ligna; vnde facile combustio sequeretur. Sed ita se habet diabolus, quia induxit primum hominem ad peccandum, vnde omnes proclines facti sunt ad peccandum, Ergo.

Dæmon nõ est causa directe omnium peccatorum, ita vt singula suadeat. 2. Concl.

1. Ex Aug. non omnes nostræ cogitationes malæ à diabolo excitantur, &c. lib. 4oc. Eccl.

2. Ex Orig. etiamsi diabolus non esset, ad hoc homines haberent appetitum ciborum, &c. qui posset esse inordinatus, Ergo. c. 9. li. 3. periarchon. c. 2.

Multitudo dæmonum est causa omnium peccatorum secundum primam originem, vt est dictum. † 3. Concl.

Non solum est seruus, qui superatur ab alio, sed etiam qui libere alij se subijcit, & sic peccator fit seruus diaboli. 4 Concl.

Peccatum dæmonis fuit irremissibile. 5. Concl.

Quia nemine suggerente, & ex nulla pronitate, peccauit, quod de nullo peccato hominis potest dici.

Quæstio 81. De causa peccati ex parte hominis.

Art. 1. Vtrum primum peccatum primi parentis traducatur per originem in posteros.

1. Concl. Secundum fidem catholicam est tenendũ quod primum peccatum primi hominis originaliter transit in posteros.

1. ad Rom. 5. Per vnum hominem, peccatum in hunc mundum intrauit. Sapient. 1. Inuidia diaboli, &c.

lib. 5 retra. c. 9. *2. Quoniam pueri baptizantur ob culpam à primo homine contractam.*

3. Aug. contrarium damnat, vt hæreticum.

2. Concl. Hoc peccatum non deriuat in posteros ex traduce, id est, ex semine infecto, ex quo oriatur anima: neque ex eo, quod defectus animæ per traductionem seminis traducantur in prolem, sicuti solent traduci defectus corporis.

Nam si hoc essent veræ istæ sententiæ, adhuc saluari non posset illum defectum habere rationem peccati, & culpæ: quia in eo non posset assignari ratio voluntarij sine quo non est culpa: neque enim quis improperat cæco nato, sed magis miseretur ei.

3. Concl. Inordinatio peccati originis in genito est voluntaria voluntate primi parentis mouentis per generationem omnes, qui ex eo descendunt, vt voluntas, omnia membra. 3. Ethic.

Cum omnes, qui à primo parente derivant sint velut vnus homo: omnes enim posteri possunt considerari, vt vnus homo, sicut plures homines, vt vna communitas. Sed actus membrorum dicũtur voluntarij non sua, sed aliena voluntate, vt patet in actu homicidij, qui imputatur manui, vt est membrum

brum corporis. Ergo: ideo dicitur originale, sicuti peccatum animæ derivatum in membra actuale. Et sicut peccatum membri non est ipsius, nisi secundum quid hominis; ita peccatum originale non est huius personæ, nisi secundum quod participat naturam à primo parente, & ita dicitur peccatum naturæ.

† 4. Concl. Filius non portat peccatum patris cum non est culpæ particeps, vt acciditin hoc peccato.

5. Concl. Licet anima non traducatur per semen: mouet tamen per semen disponendo ad ipsam naturam, cum qua etiam naturæ infectio per quandam generatiuam motionem.

6. Conc. Et si culpa non sit actu in semine: est tamẽ ibi virtute humanæ naturæ, quam comitatur talis culpa.

7. Concl. Et cum semen sit principium generationis, qua communicatur natura ideo dicitur inficere naturam, non autem caro, cum natura iam sit constituta.

8. Concl. Quod est per originem non imputatur, si per se consideretur; sed prout refertur ad aliquod principium; vt ignominia generis ex culpa progenitorum.

Art. 2. Vtrum etiam alia peccata primi parentis vel proximorum parentum traducantur in posteros.

1. Concl. Impossibile est quod aliqua peccata proximorum parentum, vel etiam primi parentis præter primum per originem traducantur.

1. Bonum est magis diffusiuum, quam malum. Sed merita proximorum parentum non traducũtur in posteros. Ergo.

2. Quæ pertinent ad individuum non traducuntur in posteros, & maxime accidentia spiritualia: vt grão atica patru, in filium: sed quæ pertinent ad speciem, nisi natura deficiat; & si sit fortis, traducuntur etiã accidentia individua, non tamen pure individua: sed solum primum peccatum primi hominis pertinet ad speciem, corrumpendo naturam: non autem alia, quæ solum pertinent ad individuum: quia sicut iustitia originalis erat naturæ, & communicata subiecta: & inordinatio illi opposita, id est peccatum originale. Ergo.

† 2. Concl. Pœna spirituali nunquam punitur filius pro patre, nisi communicet in culpa per originem, vel imitationem; sed corporali aliquando.

3. Concl. Quanuis peccata priuata sint magis propria: tamen, quia non sunt traducibilia, cum sint personalia, non traducuntur.

4. Concl. At vero peccatum primi parentis, corrupit naturam humanam corruptione ad naturam pertinentem, & non ad solam personam.

Art. 3. Vtrum peccatum primi parentis transeat per originem in omnes homines.

Secundum fidem catholicam, firmiter est 1. Concl. tenendum quod omnes homines præter solum Christum, ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt.

1. Rom. 5. Mors in omnes pertransiuit, in quo omnes peccauerunt.

2. Alias non omnes egerent redemptione, quod est erroneum.

3. Quoniam omnes mouẽtur ab Adam motione generationis, vt membra à voluntate, in qua per illam motionem traducitur peccatum.

Probabilius est, quod omnes in aduentu † 2. Concl Christi morientur; vel si non moriẽtur, Deus auferet ab eis pœnam debitam pro reatu mortis.

Per baptismum tollitur peccatum originale: prout recuperatur gratia: quod tamen manet quantum ad fomitem, qui est inordinatio partium inferiorum. Et quia generatio est secundum corpus, & non secundum mentem, ideo baptizati traducunt peccatum originale: cum regeneratio sit secundum mentem. 3. Concl.

Vt peccatum originale traducitur in omnes, qui ab Adam corporaliter generantur, ita gratia Christi in omnes, qui ab eo spiritualiter regenerantur, ad remouenda omnia peccata per gratiam, & ad introducendum in gloriam. 4. Concl.

Art. 4. Vtrum si aliquis ex humana carne formaretur miraculose, contraheret originale peccatum.

Qui ex aliqua parte corporis humani mi- 1. Concl. raculose formaretur, non contraheret peccatum originale.

1. Quia non fuisset in Adam secundum seminalem rationem, qua ex eius causat traducem peccati.

2. Illi solum contrahunt hoc peccatum, qui ab Adam descendunt per virtutem actiuam in generatione sed si quis ita formaretur virtus actiua non derivaretur ab Adam, sicuti actus manus non diceretur peccatum nisi moueretur à voluntate Ergo.

Non traducitur hoc peccatum propter lo- † 2. Concl cum exilij sed propter peccatum, quod peruenit ad omnes, ad quos actiua eius generatio peruenit.

Caro non inficit animam, nisi vt est prin- 3. Concl. cipium actuatum in generatione.

Concl. Sic formatus, diceretur formatus in Adam secundum corpulentiam, sed non secundum rationem seminalem, qua contrahitur peccatum.

Art. 5. Vtrum si Adam non peccasset, Eua peccante filij originale peccatum contraherent.

Concl. Si Adam non peccasset, non traduceretur peccatum originale etiamsi Eua peccasset: contra vero si Adam peccasset, & non Eua.

1. Rom. 5. per vnum hominem, & magis autem dicit dum erat per duos, vel per minus reos, qua primo peccauit:

2. Peccatum originale non traducitur, nisi à primo parente. Ergo traducitur ab ipso, vt mouet ad generationem. Sed principium generationis est à patre, vt Philosophi docent, sicuti passiuum à matre. Ergo.

2. Concl. Filius est in patre, vt in principio actiuo, in matre vt in passiuo: vnde non est par ratio.

3. Concl. Non est verum, quod si Eua tamen peccasset, filij contraxissent culpam secundum mortalitatem & passibilitatem, prouenientem a materia accepta à matre.

Quia illa non pendebat à materia, sed à iustitia originali.

4. Concl. Purgatio, qua Spir. S. preuenit B. virginem non fuit ad tollendam transfusionem peccati originalis, sed vt puritate niteret.

Quæstio 82. De originali peccato quantum ad suam essentiam.

Art. 1. Vtrum originale peccatum sit habitus.

1. Concl. PEccatum originale non est habitus, sumendo habitum pro eo, quo inclinatur potentia ad agendum.

Hunc probat tertium argum. quia tales habitus acquiruntur per actus, qui non praecedunt hoc peccatum.

2. Concl. Si sumatur habitus, prout significat dispositionem naturæ ex multis compositæ secundum quam bene, vel male se habet, peccatum orig. est habitus.

1. Quia est inordinata dispositio proueniens ex dissolutione harmoniæ, in qua consistebat iustitia originalis, & patet à simili de aegritudine corporis. & ideo dicitur languor naturæ.

2. Ex Augustino, de peccato originali, parauli sunt concupiscibiles, id est, habiles ad concupiscendum.

† 3. Concl. Vt ægritudo corporis habet aliquid de priuatione & de positiuo. 1. Humores indispositos, ita peccatum originale est priuatio iustitiæ, & inordinatio partium animæ, quare non est priuatio pura, sed quidam habitus corruptus.

4. Concl. Hoc peccatum non est inordinatio, vt actus, sicut peccatum actuale: sed naturæ, quæ habet rationem culpæ, vt deriuatur à primo parente: & hæc naturæ inordinatio habet rationem habitus.

5. Conc. Ex peccato originali sequitur inclinatio in actum inordinatum, inuecte, vt priuat iustitia originali, quæ prohibebat inordinatos motus. Vnde non est habitus acquisitus vel infusus.

Art. 2. Vtrum in vno homine sint multa originalia peccata.

1. Concl. In vno homine est vnum numero peccatum originale in omnibus hominibus vnum specie & proportione in respectu ad vnum principium.

1. Ioh. 1 Ecce qui tollit peccatum mundi, id est, peccatum orig. Aug. exponit.

2. Solum peccatum primi hominis traducitur. Ergo erit vnum: quia ab vna causa vnius rationis non causatur, nisi vnum: & cum sit vnum respectu vnius principij, erit vnum proportione.

3. In omni inordinata dispositione vnitas speciei consideratur ex parte causæ efficientis, non uerica ex parte subiecti, vt patet exemplo aegritudinum, quæ specie differunt ex diuersis causis. Sed causa deordinationis huius peccati in omnibus est vna, s. priuatio iustitiæ originalis, qua est sublata subiectio mentis humanæ erga Deum. Ergo.

† 2. Concl. Dixit Propheta se in peccatis conceptum, numero plurali pro singulari, vel quia omnia peccata sunt in originali, vt in principio, vel quia multas partes animæ inficit.

3. Concl. Vnus habitus per se non inclinat ad contraria, sed per accidens, scil. per remotionem prohibentis, vt soluta harmonia mixti elementa tendunt ad varia loca.

4. Concl. Hoc peccatum inficit varias partes animæ, vt sunt partes vnius totius: ideo est vnum.

Art. 3. Vtrum originale peccatum sit concupiscentia.

1. Concl. Formale in peccato originali debet accipi ex parte causæ eius.

Abeo enim accipitur formale, vnde sumitur species quia species habetur à forma. Sed hæc sumuntur à causa, & quia oppositorum oppositæ sunt causæ. Ideo causa peccati orig. erit attendenda ex causa originalis iustitiæ, quæ opponitur.

Lib. 1. retr. c. 5.

Pecca-

2. Concl. Peccatum originale formaliter non est cōcupiscentia.

1. *Aug. concupiscentia est reatus peccati originalis. Non ergo est ipsum peccatum.*

2. *Inordinatio vtrius animæ, qua conuertitur ad bonum commutabile se habet in peccato orig. vt materiale. Sed omnis talis inordinatio communi nomine vocatur concupiscentia. Ergo.*

3. Concl. Hoc peccatum formaliter est defectus originalis iustitiæ.

Nam, quidquid se habet ex parte causæ in peccato orig. se habet vt formale. Sed defectus iustitiæ sic se habet, quia eius privatio accipitur ex parte voluntatis auersæ à Deo. Ergo, antecedens patet, quia ordinatio iustitiæ erat in hoc, quod voluntas esset subiecta Deo. Consequens patet, quia oppositorum, opposita sunt causa.

† 4. Concl. Concupiscere est homini naturale: at concupiscere contra rationem, quod fit per concupiscentiam peccati originalis, est contra naturam.

5. Concl. Quia ad concupiscibilem potentiam reducuntur omnes passiones, ideo etiam peccatum orig. in eam reducitur.

6. Conc. In bonis, ratio habet primum locum, vt in malis pars inferior, quæ trahit & obnubilat rationem: vnde peccatum orig. potius dicitur esse concupiscentia, quam ignorantia, quæ inter effectus materiales peccati originalis continetur.

Art. 4. *Vtrum peccatum originale sit æqualiter in omnibus.*

1. Concl. Peccatum originale, quātum ad defectum iustitiæ originalis nō recipit magis & minus.

1. Quia est peccatum naturæ. Sed hæc non recipit magis & minus. Ergo.

2. Priuationes priuantes totaliter non recipiūt magis & minus, vt patet in morte. Sed defectus peccati orig. est talis, quia hoc peccatum nihil relinquit de iustitia originali. Ergo.

2. Concl. Peccatum originale secundum relationem defectus ad peccatum primi parentis non recipit magis & minus.

Quoniam omnes habent æqualiter rationem, cum relatio non suscipiat magis & minus. Ergo.

† 3. Concl. Soluto vinculo iustitiæ originalis omnes vires animæ tendunt in suum obiectum, secundum suam virtutem, quæ magis est in vna, quam in altera, & in vno quam in altero propter diuersas dispositiones potentiarum.

4. Concl. Ægritudines corporales etiam eiusdē speciei non habent æqualem causam in omnibus vt peccatum originale.

5. Concl. Libido qua trahit hoc peccatum, non est actualis, sed habitualis, prout appetitus sensitiuus non continetur sub ratione, soluto vinculo iustitiæ orig.

Quæ si non esset actualis, adhuc transiret peccatum originale.

Quæstio 83. De subiecto originalis peccati.

Art. 1. *Vtrum peccatum originale sit magis in carne, quam in anima.*

1. Concl. PEccatum originale omnium hominum fuit in Adam, vt in prima causa.

Nam ad Rom. dicitur in eo omnes peccasse.

2. Concl. In semine corporali, est vt in causa instrumentali.

In semine enim est natura humana, vt in causa instrumentaria. Ergo & hoc peccatum, cum traducatur in prolem, vna cum natura.

3. Concl. Peccatum hoc non potest esse in carne, vt in subiecto.

1. *Idem est subiectum virtutis & vitij. Sed caro non est subiectum virtutis. Rom. 7. non habitat in me, id est, in carne, bonum. Ergo.*

2. *Ex peccato primi parentis traducitur peccatum hoc per quandam motionem, vt peccatum actuale voluntatis in membra. Sed in tali derivatione quidquid peccati prouenit ex motione voluntatis ad quamcunq; partem hominis, qua quocunque modo potest esse particeps peccati vel per se vel per suū subiectū, vel instrumentū habet rationem culpæ: cum vero peruenit ad partes non capaces culpæ, vt est caro, & quæ non sunt apta moueri a voluntate, non habent rationem culpæ. Ergo.*

† 4. Concl. Caro dicitur subiectum peccati huius ratione pœnæ, non autem culpæ.

5. Concl. Quodlibet est potius in causa, quam in effectu; verum est de causa principali, non de instrumentali.

6. Concl. Anima huius hominis non fuit secundum seminalem rationem in Adam, vt in principio effectiuo, sed dispositiuo: quia semen non producit animam.

7. Concl. Animę infusio, vt dicit respectum ad Deū, non est causa corruptionis eius: quia Deus non est causa peccati. Sed per respectum ad carnem, cui infunditur.

8. Concl. Deus non prætermittit ordinem vniuersalem, vt fugiat malum particulare: & cum animæ conueniat infundi, vt incipiat esse in corpore, melius est vt sit in corpore etiam corrupto, à quo inficitur, quam nullo modo esse, maxime cum possit per gratiam mundari.

Art. 2. Vtrum peccatum originale sit per prius in essentia animæ, quam in potentijs.

1. Concl. Anima secundum essentiam est primum subiectum peccati originalis.

1. Peccatum originale est peccatum naturæ. Sed anima est natura secundum essentiam. Ergo.

2. Illud est primum subiectum huius peccati, quod primo attingitur in origine, & si concupiscibilis moueret primo ad peccandum, ipsa esset subiectum peccati. Sed hoc subiectum est anima, quia origo attingit animam, vt terminum generationis. Ergo.

2. Concl. Motio voluntatis primi parentis per viam generationis primo peruenit ad animæ essentiam, vt est dictum.

3. Concl. Iustitia originalis erat primo in anima.

Erat enim donum naturæ, potentiæ vero magis videntur pertinere ad personam, cum sint principium actuum personalium. At motio primi generantis primo pertinet ad essentiam Ergo.

4. Concl. Corpus comparatur ad animam, vt materia ad formam, quæ est prior, non generatione, sed perfectione; at potentiæ ad animam, comparantur vt accidēs ad subiectum, quod est omnibus modis prius.

5. Concl. Concupiscentia se habet materialiter, & ex consequenti in peccato originali.

Art. 3. Vtrum peccatum originale per prius inficiat voluntatem, quam alias potentias.

1. Concl. Peccatum originale consideratum secundum inhærentiam eius ad subiectum prius est in essentia animæ.

2. Concl. Peccatum originale secundum inclinationem eius ad actum respicit potētiam animæ.

3. Concl. Quantum ad inclinationem per prius respicit voluntatem.

Lib. de cōc. Aug. 3. *1. Ex Anselmo, iustitia originalis per prius respiciebat Voluntatem. Ergo & peccatum, quod est ei contrarium.*

2. Illam potentiam debet primo respicere sub hac ratione, quæ primo est inclinata ad peccandum. Talis est Voluntas. Ergo.

† 4. Concl. Peccatum orig. nō causatur in homine per potentiam generatiuam aliis, sed per actum generatiuæ potentiæ parentis: vnde non est necesse, vt sit prius in illa potētia generatiua.

5. Concl. Peccati orig. processus primus est à carne ad animam, & ab anima ad potētias prior ordo est generationis, secundus perfectionis: & cum volūtas sit vicinior animæ, ideo prius inficitur.

6. Concl. Voluntas secundum ordinem motionis ad actum præcedit intellectum: sed intellectus præcedit, quatenus proponit obiectum: at motio est, quæ pertinet ad peccatum.

Art. 4. Vtrum prædictæ potentiæ sint magis infectæ, quam aliæ.

1. Concl. Cum omnes partes dicantur esse corruptæ per peccatum originale: specialiter tamē tres dicuntur esse corruptæ, & infectæ: generatiua, concupiscibilis, & sensus tactus.

Lib. 14. de ciu. c. 16. *1. Ex Augustino, qui hoc docet.*

2. Illa corruptio proprie nominatur infectio quæ est nata in alium transferri, vt patet in morbis, qui dicuntur contagiosi. Sed peccatum originale transfertur generatione, ad quam concurrunt maxime illæ tres potentiæ: quia generatiua habet delectationem tactus, quæ est maximum obiectum concupiscibilis. Ergo.

† 2. Concl. Peccatum origin. qua parte inclinat ad actuale, pertinet primo ad volūtatem: sed qua parte traducitur in prolem, pertinet primo ad has potentias.

3. Concl. Infectio actualis pertinet ad potētias motas à voluntate, sed infectio originalis, quia traducitur generatione, est magis in potentijs, quæ generationi inseruiunt.

4. Concl. Vilus remote ad actum generationis pertinet; at tactus proxime, ideo ei præcipue tribuitur.

Quæstio 84. De causa peccati secundum quod vnum peccatum alterius peccati causa est.

Art. 1. Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

1. Concl. Cupiditas sumitur vel pro appetitu diuitiarum, vel pro appetitu cuiuscunq; boni temporalis, & sic est genus omnis peccati; quia in omni peccato est inordinata conuersio ad commutabile bonum, & pro inclinatione naturæ corruptæ ad bona corruptibilia inordinate appetenda: & hanc quidam dicūt esse radicem omnium malorum, sed non est ad mentem Apostoli, qui loquitur contra auaros.

2. Concl. Cupiditas secūdum quod est speciale peccatum, id est, vt est inordinatus appetitus diuitiarum, est radix omnium peccatorum.

1. Tim. 6. *1. Ex Paulo, Qui appellat radicem omnium peccatorum.*

2. Quod præstat alimentum omnibus rebus, est radix omnium peccatorum, & patet à simili de

radice

radice arborum, quæ præstat alimentum toti arbori. Sed ista cupiditas est huiusmodi, quia per diuitias habetur facultas perpetrãdi quodcunq; peccatum, & habendi desiderium cuiuscunq; peccati, cum ad omnia bona corporalia habenda pecunia sumet, quia ei omnia obediunt. Ergo.

† 3. Concl. Eccl. 10. Vitium oritur ex appetitu commutabilis boni, & ideo ille appetitus, quo omnia bona cõmutabilia habẽtur, ponitur radix vitiorum: Virtus vero ex appetitu boni incommutabilis: & ideo caritas, quæ est amor Dei, ponitur radix virtutum.

4. Concl. Hic appetitus dicitur radix peccatorum, non quia pecunia pro fine habeatur, sed propter rationem dictam.

5. Concl. Auaritia non est ita radix omnium malorum, quin aliunde etiam oriantur, sed consideratur id, quod in pluribus accidit.

Artic. 2. Vtrum superbia sit initium omnis peccati.

1. Concl. Superbia sumitur pro appetitu inordinato propriæ excellentiæ, & sic est speciale peccatum: & pro actuali contemptu Dei, qui non est subdi eius præcepto, & sic generale, & aput importat inclinationem ad hunc contemptũ ex corruptione naturæ, & sic quidam dicunt esse initium peccati, ex parte auersionis, vt auaritia ex parte conuersionis, sed non est ad mentem sapientis, qui loquitur de superbia, vt est speciale peccatum.

2. Concl. Superbia secundum quod est speciale peccatum, est initium omnis peccati.

1. *Eccli. 10. Initium omnis peccati superbia.*

2. *Quod in genere vitiorum habet rationem finis, potest dici radix omnium vitiorum; quia finis in moralibus habet rationem principij. Sed superbia specialiter capta est huiusmodi, quia in omnibus bonis temporalibus exquirendis homo quærit singularem excellentiam; quare sicuti auaritia ex parte executionis, quia præstat commoditatem exequendi omne peccatum, est radix omnium, ita superbia ex parte intentionis. Vnde patet ad primum.*

† 3. Concl. Apostatare à Deo est initium superbiæ ex parte auersionis, vt est conditio vniuersalis omnis peccati, vel quia est prima superbiæ species, quod quis nolit subijci Deo.

4. Concl. Ex eo quod homo se amat, suam excellentiam vult: & ideo idem est superbia & amor sui, qui dicitur initium omnis peccati.

Art. 3. Vtrum præter superbiam & auaritiam sint alia peccata specialia, quæ dici debeant capitalia.

Non solum superbia & auaritia, sed etiam quædam alia dicuntur metaphorice capitalia, ex quibus alia oriuntur. 1. Concl. 31. Moral. c. 31.

1. *Ex Greg. qui quædam vitia enumerat, quæ vocat capitalia.*

2. *Ea vitia, ex quibus alia oriuntur, præcipue secundum originem causæ finalis, quæ est formalis origo, possunt dici metaphorice capitalia, prout capitale significat non solum principium alterius, sed etiam directivum aliorum, quia caput, quod proprie de animali dicitur, est principium & directivum totius animalis: quoniam ars vel habitus, ad quem pertinet finis, principatur & dirigit. Ad præter dicta vitia dantur alia, quæ respectu aliorum sunt veluti caput, quæ Greg. comparat ducibus exercituum. Ergo.*

2. Concl. Dicitur etiam vitium capitale, quod est pœna capitis dignum, sed hic nõ sumitur capitale, hoc modo, à reatu pœnæ. Vnde patet ad tertium.

† 3. Concl. Capitalia non solum dicuntur, quę habent rationem primæ originis, vt sunt auaritia & superbia, sed etiam quæ habent rationem originis proximæ, prout habent aliquam proprietatem capitis.

4. Concl. Vt caput habet ordinem, ita peccatum, non ex parte auersionis, quia inde habet rationem mali, quod caret ordine, sed ex parte conuersionis, quo modo respicit quoddam bonum.

Art. 4. Vtrum conuenienter dicantur septem vitia capitalia.

1. Concl. Conuenienter dicuntur septem vitia capitalia, quę sunt inanis gloria, inuidia, ira, auaritia, tristitia, gula & luxuria.

Li. 31. Mor. c. 31. 1. *Ex Greg quibus septem numerat.*

2. *Tot sunt vitia capitalia, quot sunt rationes primariæ causæ finalis mouendi appetitum, hoc enim est ratio vitij capitalis. Sed istæ sunt septem. Igitur. Nam origo peccatorum non attenditur secũdum conditionem peccantis, quia dispositiones hominum particulares sunt infinitæ, sed secundum naturalem habitudinem ipsorum finium inter se. Dupliciter autem aliquid mouet appetitum, vel directe, vt bonum ad prosequendum, malum ad fugiendum: vel indirecte propter bonum, vel malum adiunctum. Rursus, bonum hominis, aliud est anima, quod habet rationem appetibilis ex sola apprehensione, vt est excellentia, & honor, quod inordinate appetit vana gloria: aliud corporis, quod vel pertinet ad conseruationem individui, & hoc appetit gula, vel ad conseruationem speciei, & hoc luxuria.*

Aliud est exterius, vt diuitiæ, ad quod bonum

ordina-

ordinatur auaritia; Eadem; quatuor vitia inordinata fugiunt quatuor mala contraria. Vel hoc modo, bonum mouet appetitum vt est participatio felicitatis, de cuius ratione primum est perfectio, ad quam pertinet excellentia vel claritas, quam appetit superbia, vel inanis gloria; deinde sufficientia, quam appetit auaritia: tertio delectatio, quá appetunt gula & luxuria. Quod quis fugiat bonum propter malum aduentitium contingit, vel respectu proprij boni, & sic accidia, qua tristatur de bono spirituali propter laborem: vel respectu alieni, si sine insurrectione pertinet ad inuidiam qua tristatur de alieno bono, vt imp. edit. propriæ excellentiæ: aut cum insurrectione, & sic est ira. Et ad eadem vitia pertinet prosecutio mali oppositi.

† 2. Concl. Virtutes causantur per ordinem appetitus ad rationem, vel ad bonum incommutabile: vitia autem ex appetitu boni commutabilis; vnde non oportet, vt principalia vitia opponantur principalibus virtutibus.

3. Concl. Delectatio & tristitia principaliter numerantur in peccatis capitalibus.

Quia ad has passiones alia ordinantur.

4. Concl. Licet ira non sit principalis passio; tamen quia habet priuatam rationem motus appetitus distinguitur ab aliis capitalibus.

5 Concl. Superbia dicitur initium omnis peccati secundum rationem finis, secundum quam accipiuntur peccata capitalia: ideo ponitur tanquam regina omnium vitiorum: at auaritia secundum aliam rationem dicitur radix peccatorum, ideo hæc & non illa ponitur inter capitalia.

6. Concl. Peccata quæ oriuntur ex ignorantia possunt reduci ad acediam, ad quam pertinet negligentia; & peccatum ex bona intentione est ex ignorantia.

Quæst. 85. De effectibus peccati.

Artic. 1. Vtrum peccatum diminuat bonum naturæ.

1. Concl. PEccatum minuit bonum naturæ, quod est inclinatio ad Virtutem.

1. Ex auctoritate Bedæ in Luc. c. 10. Homo descendens &c.

2. Quod inducit inclinationem contra virtutem: minuit bonum naturæ modo dicto: quia quod inclinat ad vnum contrarium minuit inclinationem ad aliud. Sed peccatum est huiusmodi quia per actus humanos fit inclinatio ad similes actus. Ergo.

1. Concl. Bonum naturæ humanæ, vt sunt principia naturæ, ex quibus natura cõstituitur: & proprietates ex his causatæ, vt sunt potentiæ animæ, per peccatum non tollitur, nec minuitur.

3. Concl. Bonum iustitiæ originalis collatum toti naturæ humanæ, totaliter est ablatum peccato originali.

† 4. Concl. Cap. 4. de diu. nom. Dionys. intelligendus est de bono naturæ, vt est viuere, & intelligere, iuxta secundam conclusionem.

5. Concl. Ex eo quod facta est variatio circa actionẽ fluentem a natura, quæ ex se nõ variatur propter variationem actionis, ipsa inclinatio variatur qua parte ad Deum ordinatur.

6. Concl. Actio voluntatis procedit à potentijs actiuis & passiuis, & sic per eam potest addi, aut detrahi aliquid ab homine sic agente.

7. Concl. Accidens non agit in subiectum, nisi vt informat, & sic peccatum non causat aliquid, sed vt est à potentijs animæ, quæ habent rationem agentis, & patientis quatenus obiectum agit in potentias, & vna potentia in aliam.

Art. 2. Vtrum totum bonum humanæ naturæ, possit auferri per peccatum.

1. Concl. In ench. c. 13. Non est possibile vt bonum naturæ, quod per peccatum minuitur, totaliter tollatur.

1. Malum ex Aug. non est nisi in bono. Sed malum culpæ non potest esse in bono virtutis, vel gratiæ, quæ ei contrariatur. Ergo erit in bono naturæ. Ergo non tollitur totaliter.

2. Quod inest homini secundum quod est rationalis, non potest totaliter auferri. Sed huiusmodi est istud bonum, quæ inclinatio ad virtutem inest homini, vt rationali est. Ergo.

2 Concl. Hęc diminutio non fit ex parte radicis, id est, ipsius naturæ quia natura non minuitur, sed ex parte termini, in quantum ponitur impedimentum pertingendi ad terminum, quæ diminutio potest fieri in infinitũ, cum possint semper addi peccata, & non potest totaliter consumi, cum semper maneat radix talis inclinationis.

3. Concl. Non est verum hanc diminutionem fieri per partes proportionales, vt fit diuisio cõtinui, ac proinde posse fieri in infinitum.

Quoniam sequens peccatum, potest esse maius præcedente.

† 4. Concl. Cum hic fiat diminutio per appositionem impedimenti, & non per subtractionem, non minuitur radix inclinationis.

5. Concl. Inclinatio est vniformis ex se, sed ratione termini minuitur, non autem ratione principij.

6. Concl. Remanet inclinatio in damnatis, alias non haberent remorsum conscientiæ, sed nõ

exit

exit in actum quia deest gratia, secundum diuinam iustitiam.

Art. 3. Vtrum conuenienter ponantur vulnera naturæ ex peccato consequentia, infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia.

1. Concl. Conuenienter ponuntur quatuor vulnera naturæ ex peccato consequentia, infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia.

Cap. 10. 1. *Auctoritate Bedæ in Lucam.*

2. *Iustitia originalis continebat in seruore suæ animæ, & ratio erat subiecta Deo: peccato primi hominis sublata est iustitia, & ita vires animæ remanserunt destitutæ, proprio ordine, quo naturaliter ordinantur ad virtutem: quæ destitutio est vulnus naturæ. Sed quatuor sunt vires animæ quæ possunt esse subiecta virtutum: ratio destituitur suo ordine ad verum, per ignorantiam voluntas in ordine ad bonum per malitiam: irascibilis in ordine ad arduum per infirmitatem: concupiscibilis in ordine ad per delectabile per cõcupiscentiam. Ergo tot sunt vulnera ex peccato primi parentis contracta, quot sunt potentiæ, quæ ad virtutem ordinabantur: Et quoniam inclinatio virtutis in quoque minuitur per peccatum actuale, ideo ex eo sequuntur eadem quatuor vulnera. Quia per peccatum habetur ratio in agendo voluntas indurator ad bonum, crescit difficultas in bene agendo, & concupiscentia magis exardescit*

† 2. Concl. Potest effectus vnius peccati; esse alterius peccati causa; & ita isti effectus sunt etiam causa.

3. Concl. Malitia; hic, non pro peccato, sed pro pronitate ad malum sumitur.

4. Concl. Concupiscentia est naturalis homini, vt subditur rationi: quod excedat, est cõtra naturam.

5. Concl. Infirmitas communiter dicitur omnis passio debilitans naturam, sed hic sumitur vt opponitur fortitudini.

6. Concl. lib. de nat. grat. c. 67. Difficultas quæ ponitur ab Aug. pertinet ad tria posteriora vulnera; error & tristitia sunt vulnera consequentia superiora.

Art. 4. Vtrum priuatio modi, speciei, & ordinis sit effectus peccati.

1. Concl. Secundum diuersos gradus bonorum sunt diuersi gradus modi, speciei, & ordinis.

Nam ista tria sequuntur ens bonum quod consideratur secũdum aliquam formam à qua sumuntur species. forma autem est secundum aliquam mensuram, sunt enim velut numeri; ex quo forma habet modum quendam, qui mensuram respicit: & ex forma res ordinatur ad aliud. Ergo quot sunt gradus, &c.

1. Concl. Bonum pertinens ad substantiam rei secundum ista tria non priuatur, nec minuitur peccato.

3. Concl. Bonum inclinationis naturalis quoad ista tria minuitur, sed non omnino tollitur.

4. Concl. Bonum virtutis & gratiæ secundum ista tria tollitur omnino per peccatum mortale.

5. Concl. Priuatio boni quod est ipse actus ordinatus, quod habet etiam suum modum speciẽ & ordinem, est essentialiter ipsum peccatum. Vnde patet quomodo peccatum est priuatio modi, speciei, & ordinis, & quando priuat, vel minuit ista.

Psal. 6. *Nam peccatum est in anima & infirmitas. Sed infirmitas hiis tribus priuat. Ergo ex his patet ad duo prima. Tertium soluitur, quia ista tria se consequuntur, & si vnum tollitur, tollitur & aliud.*

Art. 5. Vtrum mors & alij corporalis defectus, sint effectus peccati.

1. Concl. Peccatum primi parentis fuit causa mortis & defectuum in humana natura.

1. Rom. 5. Per vnum, &c. & per peccatũ mors.

2. Per iustitiam originalem, non solum animæ vires continebantur secundum rationem, absq; in ordinatione, sed etiam totum corpus sub anima absq; omni defectu. Ergo per peccatum sublata iustitia, & natura est vulnerata quantum ad animam, ita etiam quantum ad corpus.

2. Concl. Peccatum non fuit causa per se istorum defectuum; quia isti effectus non sunt intenti à peccante sed tanquam remouens prohibens, remouendo iustitiam.

3. Conc. Isti defectus sunt pœnæ peccatorum.

Nam subtracto iustitiæ habet rationem pœnæ. Ergo & mors & cæteri defectus, nam licet non sint intenti à peccante, sunt tamen ordinati secundum iustitiam Despunientis.

† 4. Concl. Ex remotione causæ prohibentis non sequuntur necessario æquales effectus; & ideo pro ratione corporum, vnus subiacet pluribus defectibus, quã alius licet peccatum originale sit æquale.

5. Concl. Remanet passibilitas in corporibus sublato peccato originali, vt simus conformes Christo per passiones, per quas merendo veniamus ad impassibilitatem gloriæ, quam Christus nobis acquisiuit.

6. Concl. Peccatum actuale ex se non causat hos effectus, quia priuat gratia, quæ non datur ad cohibendos defectus corporales, vt iustitia originalis.

Art. 6. Vtrum mors, & alij defectus sint naturales homini.

1. Concl. Corruptio secundum naturam cuiuscunque rei, quæ est virtus actiua, & conseruatiua eius est contra naturam.

Quia talis virtus intendit conservationem.

2. Concl. Natura vniuersalis, quæ est virtus actiua in causa vniuersali, vt in cœlo, & in Deo, intendit bonum & conseruationem vniuersi, ad quod requiruntur generationes & corruptiones, & defectus, quos intendit, & ita sunt naturales, non secundum formam, quæ intendit perpetuum esse, sed secundum inclinationem materiæ: at esse perpetuum non consequuntur formæ pendentes à materia, sed sola anima rationalis, secundum quam homo naturaliter est incorruptibilis, quia habet propriam operationem, quamuis homo sit naturaliter corruptibilis secundum totum ratione materiæ. Vnde soluuntur primæ rationes procedentes ex parte materiæ: aliæ tres ex parte formæ: pro quarum solutione.

Nota, forma hominis secundum suam incorruptibilitatem est proportionata suo fini, id est, beatitudini: at corpus quod corruptibile, aliquo modo est proportionatum, aliquo modo non. Nam in materia attenditur vna conditio ex parte agentis, vt in gladio, quod fit ex materia dura: altera quæ est contra intentionem artificis, quam remouceret si posset, vt quod gladius rubiginem contrahat; sic corpus humanum propter operationes quas debeat habere, debuit esse ex tali materia. quod autem sit corruptibile est ex conditione materiæ: sed natura, potius voluisset esse incorruptibile. Deus autem cui est omnis natura subiecta, dedit ei incorruptibilitatem dono iustitiæ, & ideo mortem non fecit. Quare mors & defectus sunt præter naturam hominis ex parte animæ naturales ex parte corporis, & sunt etiam in pœnam peccati.

Quæstio 86. De macula peccati.

Art. 1. Vtrum peccatum causet aliquam maculam in anima.

1. Concl. MAcula animæ est effectus peccati.

1. *Eccl. 47. dedisti maculam, &c. & ad Ephes. 5. non habentem maculam, scilicet peccati.*

2. *Quod affert detrimentum nitoris animæ est causa macule in anima: sicuti corpus dicitur contrahere maculam, cum ex contactu alterius corporis suum nitorem amittit; sic anima per aliquem contactum dicitur metaphorice maculari. Sed peccatum est huiusmodi, quoniam peccatum, anima inhæret quasi contactu quodam rebus contra rationem, & legem diuinam: vnde fit, vt amittat suum nitorem, quem habet ex refulgentia naturali, & diuini luminis sapientia & gratiæ ad bene agendum.*

† 2 Concl. Res non inficiunt animam agendo in eam, sed potius ipsa se inficit, eis adhærendo contra rationem.

3. Concl. Intellectus intelligendo non inficitur à rebus, quia res sunt in ipso per modum suum, at voluntas inficitur, quia amor rei amatæ animam conglutinat, & ideo maculatur.

4 Concl. Osea 9. Macula non est quid positiuũ in anima: sed est priuatio nitoris animæ in ordine ad suam causam, quæ est peccatum: & ideo diuersa peccata diuersas maculas inducunt. Simile est de vmbra, quæ est varia pro diuersitate corporum obiectorum.

Art. 2. Vtrum macula maneat in anima post actum peccati.

1. Concl. Macula remanet in anima post actum peccati.

1. *Ioſ. 22. Macula huius sceleris in Gobi permanet. Ergo.*

2. *Quandiu manet ablatio nitoris animæ, tandiu manet macula peccati; quia macula importat quendam defectum nitoris propter recessum à lumine rationis, vel diuina lege. Sed ista ablatio semper manet, nisi redeat ad lumen, quod fit per gratiam, qua tollitur peccatum, quia licet cesset actus peccati quo recessit à lumine: tamen non statim homo redit ad id, in quo fuerat, nisi per motum voluntatis contrarium, vt patet in eo qui recessit à loco, licet non moueatur amplius, non redit vnde discesserat, nisi motu contrario.*

† 2. Concl. Post actum in anima positiue remanet dispositio, vel habitus: priuatiue vero priuatio coniunctionis ad diuinum lumen.

3. Concl. Transeunte obstaculo corporis diaphanũ remanet in eadem habitudine ad corpus illuminans, ideo vmbra recedit: at remoto actu peccati non remanet anima in eadem habitudine ad Deum.

4. Concl. Actus peccati facit distantiam à Deo, quã sequitur defectus nitoris, sicut motus localis facit localem distantiam, & ita cessante motu, non tollitur distantia.

Quæstio 87. De reatu pœnæ.

Art. 1. Vtrum reatus pœnæ sit effectus peccati.

1. Concl. Reatus pœnæ est effectus peccati.

Ad Rom. 2. Tribulatio & angustia in animam omnem operantis malum. Sed operari malum est peccare. Ergo peccatum inducit pœnam, nomine tribulationis & angustiæ designatam.

2. Concl. Qui peccat triplicem incurrit pœnam: vnam à seipso per remorsum conscientiæ, vnã, à lege humana, tertiam, à Deo.

Nam tot pœnas debet homo incurrere, quot sunt ordines contra quos peccando agit, cum pœna non sit aliud, quam depressio quædam alicuius insurgentis contra aliud, vt patet in naturalibus, vbi vnum contrarium repellit deprimendo contrarium, quod contra se insurgit: & cum ea quæ sunt in vno ordine, sint quodammodo vnum in ordine ad vnum principium, ideo surgẽs contra ordinem debet deprimi à principe ordinis: & quia peccatum est actus inordinatus, ideo est contra ordinem, & debet deprimi; quæ depressio est pœna. Sed peccans facit contra triplicem ordinem; quia humana voluntas subditur ordini rationis, & exteriors, siue spiritualis, siue politici, ac ordini diuino, qui ordines per peccatum conturbantur. Ergo.

† 3. Concl. Reatus pœnæ sequitur malum & vt hoc est per accidens respectu peccantis, ita pœna.

4. Concl. Pœna non est effectus peccati directe, sed dispositiue, puta effectiue est à Deo, vel ab homine: sed peccatum à facit hominem reum pœnæ, qui reatus est directe effectus peccati.

5. Concl. Prima pœna oritur ex transgressione ordinis rationis; aliæ vero ex transgressione legũ; & sic vna non causat aliam.

Art. 2. Vtrum peccatum possit esse pœna peccati

1. Concl. Peccatum est pœna peccati.

Ita Greg. Hom. 11. in Ezech.

2. Concl. Peccatum per se nullo modo potest esse pœna peccati.

Quoniam de ratione pœnæ est, vt sit contra voluntatem. At peccatũ per se consideratur, vt egrediatur à voluntate, quia sic habet rationem culpæ. Ergo.

3. Concl. Peccatum potest esse pœna peccati per accidens.

1. Ex parte causæ, quæ prohibet, scilicet per remotionem gratiæ, quæ impedit passiones inclinantes ad peccandum; & cum subtractio gratiæ sit à Deo tanquam pœna, sequitur vt etiam peccatum

2. Ex parte substantiæ actus, qui afflictionem inducit. Vt ira, inuidia, &c.

3. Ex parte effectus, vt scilicet aliquod peccatum dicatur pœna respectu effectus consequentis, vt pudoris, & ignominiæ: & his duobus modis peccatum non solum est pœna præcedentis peccati, sed etiam sui

† 4. Concl. Pœna est ad emendationem, ad quam etiam Deus ordinat subtractionem gratiæ, quę est pœna, vel vt qui peccant sint cautiores, vel vt alij reformident. In alijs duobus modis certum est pœnam ordinari ad emendationem.

5. Concl. Quod peccatum nõ sit à Deo, probat peccatum nõ esse per se causam pœnæ: similiter, quod pœna sit voluntaria.

Art. 3. Vtrum aliquod peccatum inducat reatum æternæ pœnæ.

1. Concl. Omne peccatum mortale, quantum de se inducit reatum æternæ pœnæ.

1. *Matth. 25. Ibunt in supplicium æternum.*

2. *Quodcunque peccatum corrumpens principium ordinis, quo voluntas subditur Deo, obligat hominem ad æternam pœnam: quia peccatum inducit reatum pœnæ, prout pertinet aliquem ordinem, qui aliquãdo pertinetur reparabiliter, cum non subtrahitur principium, sed ponitur impedimentum, aliquãdo irreparabiliter subtracto principio: principium autem huius ordinis est vltimus finis, cui homo adhæret per caritatem, & ita manente inordinatione remanet reatus. Sed peccata mortalia sunt huiusmodi, quia remouẽt illud principium. Ergo quæcunque peccata auertunt à Deo caritatem auferendo, quantum est de se, inducunt reatum æternæ pœnæ.*

† 2. Concl. In nullo iudicio requiritur, vt pœna æquetur culpæ secundum durationem, sed secundum acerbitatem: sed quia peccator finem in peccato constituit, habet voluntatem in æternum peccandi, ideo in æternum punitur: quã æternitatem repræsentat pœna mortis à lege humana inflicta.

3. Concl. Pœnæ nõ sunt semper medicinales his, qui infliguntur, sed alijs; & sic pœna æterna potest dici medicinalis, vt alij caueant.

4. Concl. Delectatur Deus in pœnis, non propter ipsas, sed propter ordinem suæ iustitiæ.

5. Concl. Pœna per se ordinatur ad diuinam iustitiã, & priuationem ordinis, & ideo durante inordinatione pœna durat, licet per accidens ordinetur ad naturam eius, qui punitur.

Art. 4. Vtrum peccato debeatur pœna infinita secundum quantitatem.

1. Concl. Ex parte auersionis peccato mortali respõdet pœna infinita, quæ est pœna damni, id est amissio infiniti boni, scil. Dei.

Quoniam pœna debet proportionari peccato. Sed peccatum ex hac parte est infinitum, quia auertit ab infinito bono. Ergo.

2. Concl. Ex parte conuersionis peccato mortali respondet pœna sensus, quæ est infinita.

Nam ex hac parte est finitum: tum ratione boni ad quod inordinate homo conuertitur, quod est finitum: tum ratione conuersionis, quæ est finita, cum actus creaturæ finiti sint. Adde, quod alias pœnæ essent æquales: quia infinitum non est infinito maius.

† 3. Concl Non debet peccator redigi in nihilũ, quia repugnat perpetuitate pœnæ, quæ est secundum diuinam iustitiam.

4. Concl. Vt peccatum est infinitum, qui est contra Deum, ita pœna est infinita, quia priuat bono infinito.

5. Concl. Duratio pœnæ respondet durationi culpę, non ex parte actus, sed maculæ, qua durante, manet reatus pœnæ, sed acerbitas respondet grauitati culpæ: culpæ autem irreparabili debetur pœna æterna, finita tamen ratione conuersionis.

Art. 5. Vtrum omne peccatum inducat reatum pœnæ æternæ.

1. Concl. Lib. 4. dist. 39. Non omne peccatum inducit reatum æternæ pœnæ.

1. Quædam leuiores culpæ, ait Greg. remittuntur post hanc vitam. Ergo.

2. Illud peccatum inducit reatum pœnæ æternæ, quod irreparabiliter repugnat ordini iustitiæ diuinæ, prout contrariatur principio ordinis, id est, vltimo fini. Sed in quibusdam peccatis est deordinatio, non contra vltimum finem, sed circa ea, quæ sunt ad finem, dum plus minusue debite eis intenditur, saluato tamen ordine ad finem, non faciendo aliquid contra præceptum. Ergo huic peccato non debetur æterna pœna, sed temporalis.

† 2. Concl. Ex parte conuersionis peccata non differũtur in infinitum, sed ex parte auersionis, quia quædam deordinant à fine, quædam dicunt inordinationem circa ea, quæ sunt ad finem, quæ in infinitum distant à fine.

3. Concl. Originali peccato nõ debetur pœna æterna ratione grauitatis, sed ex conditione subiecti, id est, hominis, qui sine gratia inuenitur. Idem dicad 3. de veniali peccato, quod punietur pœna æterna: quia æternitas pœnæ non respondet culpæ, sed irremissibilitati ipsius.

Art. 6. Vtrum reatus pœnæ remaneat post peccatum.

1. Concl. 2. Reg. 12. Cessante actu peccati remanet reatus in omnibus peccatis actualibus.

1. David punitus fuit post remissionem peccati. Ergo.

2. Peccatũ facit hominem reum pœnæ, & transgreditur ordinem iustitiæ diuinæ ad quem non redditur, nisi per compensationem pœnæ, quæ ad æqualitatem iustitiæ reducit: & quantum homo suæ voluntati indulsit, tamen contra voluntatem patiatur. Ergo cessante actu peccati seu iniuriæ remanet debitum pœnæ.

2. Concl. Macula peccati non potest auferri, nisi anima coniungatur Deo, per cuius distantiam detrimentum proprij nitoris incurrebat: & quia non coniungitur, nisi per voluntatem macula non potest tolli, nisi voluntas ordinẽ diuinæ iustitiæ acceptet, vel pœnam ex se sumens, vel a Deo illatam acceptans.

3. Concl. Pœna manens remissa culpa, non est proprie pœna, sed vocatur pœna satisfactoria.

Quia de ratione pœnæ est, vt sit inuoluntaria. At vero, vt hæc nunc, simpliciter est voluntaria, licet absolute sit contra voluntatem. Ergo.

† 4. Concl Vt cessante actu remanet culpa, ita potest remanere reatus, qui cessante culpa non remanet secundum eandem rationem.

5. Concl. Virtuoso non debetur pœna simpliciter, sed vt satisfactoria, quod ad virtutem pertinet.

6. Concl. Remota culpa sanatum est vulnus, quoad voluntatem: remanet tamen pœna ad sanandas vires animæ, & ad æqualitatem iustitiæ, & ad remouendum scandalum, vt alij ædificentur in pœna.

Art. 7. Vtrum omnis pœna sit propter aliquam culpam.

1. Concl. Pœna simpliciter, id est, vt habet rationem pœnæ, semper habet ordinem ad propriam culpam.

Nam Iob 7. dicitur, innocentes non perire, nec recte iudicari.

2. Concl. Hæc pœna respicit vel actualem culpam, vel originalem, & hanc, vel principaliter, respectu naturæ, quæ relinquitur destituta auxilio iustitię originalis, vel consequenter ratione pœnalitatum.

3. Concl. Pœnæ, quibus homo patitur in minore bono propter maius bonum, nõ sunt proprie pœnæ, sed medicinæ, sicuti potiones amaræ propter sanitatem.

Nam illa est proprie pœna, quæ habent rationem

nem mali, quod dicit priuationem boni. Sed iste non sunt huiusmodi. Ergo. Vnde non reducuntur ad culpam, & in causam, nisi in corruptionem naturæ, quæ est medicina, quæ corruptio est pœna peccati originalis. & ideo quod in his est pœna, reducitur ad culpam originalem, & in causam.

4. Concl. Pœna satisfactoria non semper est pro culpa.

Quia hæc est quodam modo voluntaria, & ita qui non peccauit, potest secundum voluntatem vnione amoris pro alio pœnam sufferre, & patet in rebus humanis.

† 5. Concl. Defectus eorum, qui nascuntur, sunt pœna peccati originalis, & eo remisso manent propter causas dictas; ordinantur tamen vel ad vtilitatem ꝓpriam, vel aliorum, & ad gloriam Dei.

6. Concl. Dionys. c. 8. de diu. nō. Ad Dei prouidentiam pertinet, vt de bonis temporalibus, vel malis, tantum det bonis, quantum sufficiunt ad virtutem: alijs dantur in malum spirituale ipsorum.

7. Concl. Psal. 72. Christus sustinuit pœnam satisfactoriam, non pro suis, sed pro nostris peccatis.

Art. 8. *Vtrum aliquis puniatur pro peccato alterius.*

1. Concl. Pœna satisfactoria vnus punitur pro peccato alterius, vt sunt quodam modo vnum.

2. Concl. Pœna ꝓprie dicta nullus punitur pro peccato alterius.

1. Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris.

2. Quia hoc modo quisque pro suo peccato punitur. At peccatum est personale. Ergo & pœna.

3. Concl. Pœna medicinali vnus punitur pro peccatis alterius. Vt pater in filio, Rex in subditis. Quod si subditus esset culpæ particeps, pœnalis defect⁹ haberet rationem pœnæ ex parte vtriusque: si nō est particeps, ratione ipsius talis pœna erit medicinalis.

Quia ordinatur ad bonum animæ ipsius.

4. Concl. In bonis spiritualibus nullus punitur pro peccato alterius.

Exod. 20. *Quia hæ pœnæ nō sunt medicinales, cum bonum animæ non possit ordinari ad aliud a deum.*

† 5. Concl. Visitat Deus iniquitates patrum in filios, pœna corporali, vel spirituali, cum eos imitantur, quasi nutriti in peccatis parentum.

6. Concl. Pœnæ humanæ, quibus etiam posteri puniuntur, sunt medicinæ, & remedia contra culpas sequentes; diuinæ non ita.

7. Concl. Puniuntur ꝓpinqui pro peccatis aliorum, quia domesticę pœnæ magis mouent, & quia magis istorum peccata imitari solemus.

Quæstio 88. De peccato veniali, & mortali.

Art. 1. *Vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.*

1. Concl. Mortale proprie acceptum, non opponitur veniali.

Quia sunt in diuersis generibus, cum mortale proprie dicatur de morte corporis.

2. Concl. Mortale metaphorice acceptum opponitur veniali. (Multa enim metaphorice opponuntur proprie sumpta,) vt reparabile, & irreparabile.

Illa hoc modo opponuntur, quorum vnum tollit principium intrinsecum spiritualis vitæ, quæ est secundum virtutem: alterum vero non tollit, vt patet in vita humana. Sed ita se habent hæc duo peccata. Ergo. Nam mortale destruit ordinem ad vltimum finem, quod est principium vitæ spiritualis, quod nō potest reparari per virtutem intrinsecam, sed solum per virtutem diuinã, cum non sit aliquid principalius fine; sicuti error circa principia non potest corrigi per aliquid aliud: at veniale dicit deordinationem circa media, quæ potest reparari ex fine, & error circa cōclusiones per veritatem principiorum; & ideo hoc dicitur veniale, id est, reparabile, & illud mortale, id est, irreparabile virtute virtutum intrinseca.

3. Concl. Hom 7. in Ioan. Peccatum conuenienter diuiditur in mortale, & veniale.

1. Ex August. qui sic diuidit crimen.

2. Ex secunda conclusione.

† 4. Concl. Peccatum de mortali & veniali dicitur analogice, vt ens de substantia, & accidente, secundum rationem imperfectam.

Quia non est contra legem, sed præter.

5. Concl. Quod omnia referantur in Deum, est præceptum affirmatiuum, cōtra quod non facit, qui non semper omnia refert in Deum actu, sed sat est, quod habitualiter omnia referantur per caritatem, quam non tollit peccatum veniale.

6. Concl. Peccans venialiter conuertitur ad bonum vtendo, non fruendo.

Quia non constituit finem in eo.

7. Concl. Commutabile bonum non contraponitur incommutabili, nisi quando in eo constituitur vltimus finis.

Art. 2. *Vtrum peccatum mortale & veniale differant genere.*

1. Concl. Veniale dicitur peccatum a venia: vel quia veniam est consecutum, & hoc dicitur veniale ex euētu: vel quia habet in se, vnde veniam con-

sequatur, aut ex parte, vt peccatum ex infirmitate & ignorantia, & dicitur veniale ex causa: aut totaliter ex eo, quod non tollit ordinem ad vltimum finem; & de hoc veniali hic est sermo.

Nam duo priora non habent aliquod genus determinatum, sicut veniale tertio modo sumptum.

2. Concl. Veniale tertio modo distinguitur genere à mortali, prout genus determinatur ex obiecto, ita vt aliquod dicatur mortale, aliquod veniale ex genere.

Ser. 4. de purg. 1. *Ex Aug. qui enumerat quædam genera venialium, & quædam mortalium.*

2. *Quoniam voluntas interdum fertur in id, quod repugnat caritati, qua homo ordinatur in vltimum finem, & hoc peccatum habet, quod sit mortale ex obiecto, & dicitur mortale ex genere, siue sit contra Deum, siue contra proximum, &c. aliquando fertur in id, quod continet deordinationem: non tamen contrariatur dilectioni Dei, vel proximi; vt verbum otiosum, & hoc dicitur veniale ex genere.*

3. Concl. Peccatum veniale ex genere fit mortale ex parte operantis, vel quia in eo constituit vltimum finem, vel quia ordinat ad id, quod ex suo genere est mortale, vt verbum otiosum, ad adulterium. Similiter ex parte agẽtis mortale ex genere, potest fieri veniale, quia actus est imperfectus, & non plene deliberatus.

† 4. Concl. Qui eligit, quod repugnat caritati, præfert illud Deo, & ideo aliqua peccata habẽt, quod sint ex genere mortalia. Secunda ratio procedit de veniali ex causa. Tertia de veniali ex imperfectione actus.

Art. 3. Vtrum peccatum veniale sit dispositio ad mortale.

1. Concl. Cum dispositio sit quædam causa, quę duplex est, altera quæ directe mouet ad effectũ, altera quæ indirecte, vt remouens, prohibẽs, sic etiam actus peccati directe vel indirecte ad aliquid disponet.

2. Concl. Peccatum veniale ex genere non disponit directe ad mortale.

Quia disponere directe est disponere ad actum eiusdem speciei. At mortale & veniale non sunt in eadem specie. Ergo.

3. Concl. Peccatum veniale potest disponere per quandam consequẽtiam ad peccatum, quod est mortale ex parte agentis.

Nam argumentata dispositione per actus venialis, sic potest trescere libido peccandi, vt qui peccat, constituat finem in peccato veniali. Ergo Nam habenti habitum, inquantum huiusmodi, sine operatio secundum habitum; & sic multotiens pec-

cando venialiter, disponitur ad mortale.

4. Concl. Peccatum veniale ex genere potest disponere ad mortale ex genere indirecte, remouendo prohibens.

Nam qui peccat venialiter, prætermittit aliquid ordinem, & dum assuescit voluntatem in minoribus debito ordini non subijcere, disponit eam ad hoc, vt non subijciatur ordini vltimi finis, eligendo quod est mortale ex genere. Eccl. 18 Qui spernit minima, paulatim defluit.

† 5. Concl. Mortale & veniale non diuiduntur in duas species oppositas, sed vt accidens contra substantiam, ad quam accidens disponit: & ita veniale ad mortale.

6. Concl. Veniale non est simile in specie mortali, sed in genere, vt importat defectum debiti ordinis, sed aliter.

7. Concl. Opus bonum non est dispositio ad mortale, sed potest esse occasio per accidens: at veniale per se, disponit ad mortale.

Art. 4. Vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.

1. Concl. Veniale non potest fieri mortale, ita vt idem actus, qui erat peccatum veniale, fiat mortale.

1. Quæ differunt in infinitum, non transmutantur inuicem. Sed mortale & veniale, vt est dictum sic differunt. Ergo.

2. Quoniam peccatum consistit præcipue in actu voluntatis. Ergo manente actu voluntatis non mutatur actus. Ergo non potest fieri de veniali mortale.

2. Concl. Peccatum veniale ex genere potest fieri mortale dupliciter: primum, si in veniali cõstituatur finis: deinde, si veniale referatur ad mortale.

3. Conc. Multa peccata venialia non possunt facere vnum mortale, quasi ex illis fiat vnum peccatum mortale integraliter.

Quia omnia peccata venialia totius mundi non habent tantum reatum, ac vnum mortale: quod patet ex parte durationis, quoniam mortale habet reatum pœnæ æternæ, veniale temporalis: rursus ex parte pœnæ damni, quæ est carentia visionis diuinæ, cui nulla pœna potest comparari: ac etiam ex parte pœnæ sensus quantum ad remorsum conscientiæ, licet forte, quantum ad pœnam ignis non sint improportionales pœnæ.

4. Concl. Aug. tract. 12. in Ioh. Dispositiue multa venialia faciunt vnum mortale, secundum duos modos dictos: & sic intelligitur Aug. in arg. primo.

Motus sensualitatis rationem præcedens non fit mortale, sed actus rationis consentientis.

6. Concl. Morbus corporalis nõ est actus, sed dispositio, ideo eadem manens potest mutari: at actus venialis transit, qui non potest reiumi.

7 Concl. Dispositio quæ sit habitus, est in eadẽ specie, sicut imperfecta scientia cum perficitur, sed veniale est dispositio alterius generis: vt accidens ad formam substantialem, in quam nunquam mutatur.

Art. 5. Vtrum circumstantia possit facere de veniali mortale.

1. Concl. Circumstantia manens circumstantia, nõ potest facere de veniali mortale.

1. Circumstantia est accidens. Ergo sua quantitate non potest excedere quantitatem actus, quam habet ex genere suo, quia subiectum semper præcedit accidens. Ergo si actus ex genere est veniale, non potest fieri mortale, quod excedit quantitatem venialem.

2. Accidens actus moralis non facit de veniali mortale: quia cum habeant difformitates diuersas, alterum circa media, alterum circa finem, non possunt per accidens mutari. Sed circumstantia est accidens. Ergo.

2. Concl. Quando circunstantia amittit rationẽ circumstantiæ, potest de veniali facere mortale.

Quia tunc se habet, vt differentia specifica actus. Ergo si importet difformitatem peccati mortalis, faciet mortale.

† 3. Concl. Diuturnitas, & frequentia non sunt circũstantiæ trahentes in aliam speciem, nisi per accidens & ex consequenti; vt ratione contemptus, scandali, &c. Vnde motus iræ ratione nocumenti intenti, & perfectionis actus, est iudicandus mortalis vel venialis. Ebrietas ex suo genere est mortale, quia sine necessitate reddit hominem ineptum ad vsum rationis: est autem veniale ex ignorantia & infirmitate: at si adsit frequentia, ignorantia non excusat.

4. Concl. Delectatio morosa est peccatum mortale ex se in his, quæ sunt mortalia, vbi potest esse veniale ex imperfectione actus. Dicitur autem ira diuturna, & delectatio morosa propter approbationem rationis deliberantis.

5. Concl. Circumstantia non facit de bono malum, nisi constituat speciem peccati.

Art. 6. Vtrum peccatum mortale possit fieri veniale.

1. Concl. Peccatum mortale non potest fieri veniale per hoc, quod additur difformitas, pertinens ad veniale.

1. Æternum non potest fieri temporale. Sed mortale meretur pœnam æternam, & veniale temporalem. Ergo. 2. *Perfectum non potest fieri imperfectum per additionem, vt fornicatio non fit imperfecta, si fiat propter verbum otiosum, sed magis augetur. Sed mortale, respectu venialis est quid perfectum. Ergo. Veniale autem, quia est imperfectum per additionem difformitatis mortalis, potest fieri perfectum.*

2. Concl. Mortale ex genere fit veniale ex imperfectione actus, cum non est plena deliberatio, a qua habetur species actus moralis.

† 3. Concl. Cum hæc duo peccata differant, vt perfectum & imperfectum, vnum potest fieri alterum, id est, veniale mortale, sed non contra: nam vir non fit puer.

4. Concl. Quando ignorãtia omnino excusat, quod erat mortale, non fit veniale, & nullum est peccatum: si vero sit culpabilis ipsamet, est peccatum, & non excusat.

5. Concl. Quæ sunt ex se mala, nullo bono fine fiunt bona, vt homicidium, quod est occisio innocentis: atqui occidit iuste latronem, non est homicida.

Quæstio 89. De peccato veniali, secundum se.

Art. 1. Vtrum peccatum veniale causet maculam in anima.

1. Concl. PRopriè loquendo, peccatum veniale non causat maculam in anima.

Ephes. 5. *1. Ex Glos. quæ ait, maculam esse peccatum criminale.*

2. Illud peccatum proprie causat maculam in anima, quod aufert nitorẽ habitualem illius: quia macula importat detrimẽtum nitoris, qui est quid permanens, & ita proprie est quid habituale, sed veniale non aufert hunc nitorem, quia non tollit caritatem. Ergo.

2. Concl. Vt in corpore est duplex nitor, alter ex dispositione membrorum, & coloris prouenientes, alter ex superueniente claritate; ita in anima, alter est habitualis, & quasi internus, alter actualis; quasi exterior fulgor, & hunc nitorem impedit peccatum veniale. Et hoc modo intellige, si alicubi dicatur maculam inducere.

† 3. Concl. Venialia separant ab amplexu sponsi, cum dispositiue ducunt ad mortale: & sic intelligo Augustinum. Li de med. poen. c 3.

4 Concl. Inordinatio actus moralis corrumpit habitum virtutis, non a. inordinatio venialis.

5. Concl. In peccato mortali contingitur res quasi sit finis: & ideo totaliter impeditur influxus splendoris gratiæ, qui prouenit à Deo, cui

adhæret

adhæret homo, vt fini per caritatem: in venia-
li non ita adhæret.

Art. 2. Vtrum conuenienter peccata venialia per lignum, fœnum, & stipulam designentur.

1. Concl. Per lignum, fœnum, & stipulam. 1. Corinth. 3. designantur peccata venialia.

Quoniam qui ista superædificant, saluantur per ignem. Ergo non putantur fœnum æternum, quæ debetur mortali. Vnde errant, qui dicunt significari peccata mortalia, quos arguit Augustin. Errant etiam, qui dicunt per ista significari opera bona, quibus peccata venialia commiscentur. Quia opera bona referuntur ad caritatem Dei, & proximi, & ista pertinent ad aurum, & argentum. Peccata ergo venialia, quæ se admiscent procurantibus terrena significantur per ista. Sicut enim ista congregantur in domo, & non pertinent, ad substantiam ædificij, & possunt comburi ædificio remanente; ita venialia inuenientur in homine, manente spirituali ædificio, pro quibus homo patitur ign. tribulationis in hac vita, vel purgatorij in alia, & saluatur.

† 2. Concl. Peccata venialia dicuntur superædificari, non quod superponantur fundamento spirituali, sed iuxta vt *super*, valeat iuxta.

3. Concl. Fundamentum huic est fides non informis, sed formata: & ideo qui decedit cum venialibus non superædificatis fundamento spirituali, non saluabitur per ignem.

4. Concl. Qui sunt abstracti à curis temporalibus venialiter, aliquando peccant, sed feruore caritatis ista peccata purgant, & ideo illi nõ superædificant: sed qui circa bona terrena occupantur, quorum peccata venialia diutius manent.

5. Concl. Prout peccata venialia sunt maioris, vel minoris, vel mediocris grauitatis & adhærentiæ comparantur ligno, &c. quibus ignis non eodem modo hæret.

Art. 3. Vtrum homo in statu innocentiæ, potuerit peccare venialiter.

1. Concl. Homo in statu innocentiæ, non potuit peccare venialiter, antequam peccaret mortaliter.

lib. 1. de ciu. c. 10. *1. Aug. Nihil pœnale potuit esse in illo statu. Ergo non potuit peccare aliquo peccato, quo non eiceretur ab illo statu. At veniale non mutat statum Ergo.*

2. Quod peccatum veniale in nobis contingat, vel est imperfectione actus, ob subitos motus, vel ex inordinatione, circa ea, quæ sunt ad finem: & vtrunque contingit propter defectum ordinis, quia inferius non continetur firmiter sub superiore, motus enim sensualitatis consurgit, quia ipsa non continetur sub ratione omnino: & motus subitus in ratione prouenit, quia executio actus non subditur deliberationi, quæ est ex altiore bono: & quod actus humanus inordinetur circa ea, quæ sunt ad finem, fermato ordine finis, ex eo est, quod quæ sunt ad finem non ordinantur infallibiliter ad finem, qui est velut principium in appetibilibus. At in statu innocentiæ erat infallibilis ordinis firmitas, vt semper inferius contineretur sub superiore, donec summum hominis contineretur sub Deo. Vt Aug. ait: Vnde non poterat esse inordinatio in illo statu, nisi cum summum hominis non subderetur Deo, quod fit peccato mortali. lib. 14. de ciu. c. 10.

Gloss. intelligitur de veniali, quod est de facile remissibili.

† 2 Concl. 1. Tim. 2. Elatio in animo primi hominis, fuit peccatum mortale, non veniale, quæ deiectionem exteriorem præcessisse dicitur.

3. Concl. Cum integritate primi status non potest esse quæcũque inordinatio, & ideo opponebatur peccato mortali, à quo corrumpi poterat.

4. Concl

Art. 4. Vtrum Angelus, siue bonus, vel malus, possit peccare venialiter.

1. Concl. In Angelis, siue bonis, siue malis, non potest esse peccatum veniale.

1. Maior est Angeli perfectio, quam hominis. Sed homo in primo statu nõ potuit sic peccare, Ergo.

2. Qui non possunt habere deordinationem circa ea, quæ sunt ad finem, non possunt peccare venialiter, vt patet ex ratione huius peccati. Sed Angeli non possunt deordinare in hm. Ergo. Nam cum mens Angeli non sit discursiua, simul videt conclusiones in principijs quæ in appetibilibus sunt fines, & ea quæ sunt ad finem sunt conclusiones, & ita non fertur in media, nisi vt stant sub ordine finis. Ergo non potest deordinare in mediis, nisi deordinet in fine, quod sit peccato mortali.

2. Concl. Omnes actus Angeli boni sunt actus caritatis, mali vero, peccata.

Quia ille vult omnia in ordine ad finem debitum, hic vero non vult, nisi in ordine ad finem peccati superbiæ. Sed de appetitu naturali bono est alia ratio.

† 3. Concl. Homo conuenit in mente cum Angelo, sed differt modo intelligendi.

4. Concl. Licet Angelus potuerit plus diligere creatum bonum, quam Deum: tamen non potuit minus diligere creaturam, quam Deum, nisi referendo illam in Deum, vel in aliquem finem inordinatum.

5. Concl. Dum dæmones incitant ad peccata venia-

lia

lia procurant, vt trahantur ad mortalia, & sic in omnibus peccãt, propter intentionẽ finis.

Artic. 5. Vtrum primi motus sensualitatis in infidelibus sint peccata mortalia.

. Concl. Irrationabiliter dicitur, quod primi motus infidelium sint peccata mortalia, nisi illis cõsentiant.

ect. 10. *1. Deus non est acceptator personarum, & ita quod ℭnī non imputat ad mortale, neque alteri. Sed fidelibus isti motus non imputantur ad mortale. Ergo.*

2. In sensualitate non potest esse peccatum. Sed eadem est sensualitas in omnibus. Ergo solus motus sensualitatis non potest esse peccatum.

3. Quia dignitas persona nunquam mittit peccatum, sed magis auget. Ergo in fidelis est maius peccatum: nam peccata merentur ℭniam ob ignorantiam, & peccata fidelium aggrauantur propter gratiæ sacramenta. Ergo.

2. Concl. Illud, *nihil est damnationis ijs, qui sunt in Christo*, intelligitur de peccati originalis damnatione, quæ aufertur per Christi gratiam: quo
teb. 10. etiam modo intelligitur Anſel. in 2. argum.
tom. 8.

. Concl. Factus fuit homo, vt concupiscere non deberet, quod habebat per iustitiam originalem: & quod opponitur huic debito non pertinet ad peccatum actuale, sed ad originale.

Art. 6. Vtrum peccatum veniale possit esse in aliquo cum solo originali.

Concl. Impossibile est quod peccatum veniale sit in aliquo cum originali peccato sine mortali.

1. Quia pro originali homines puniuntur in limbo, sine pœna sensus, in inferno ob peccatum mortale. Ergo non datur locus, in quo possit puniri, ℭniale cui debetur pœna sensus, cum solo originali.

2. Ante ℭsum rationis si homo excusatur à mortali, etiam à ℭniali. Vbi autem quis incipit habere ℭsum rationis; debet primum se ordinare in ℭltimum finem: id si faciet liberabitur ab originali peccato: si vero non ordinet se in debitum finem, secundum quod in illa ætate est capax discretionis; peccabit mortaliter, non faciens quod in se est. & ex tunc in eo non erit ℭniale sine mortali. Ergo.

2. Concl. Veniale non est dispositio per se ad mortale, sed contingenter.

. Concl. Quod veniale non sit cum originali, non est propter distantiam ab eo, sed propter defectum vsus rationis.

. Concl. Ab alijs peccatis mortalibus, puer incipiens habere vsum rationis, potest per aliquod tẽpus abstinere: at à peccato omissionis, præ-

dictæ non liberatur, nisi quam cito se conuertat in Deum. Primum enim, quod occurrit, est, vt de se cogitet, & se ordinet in finem: & hoc est tempus, quo homo diuino præcepto, tenetur, conuertere se in Deum.

Quæstio 90. De legibus.

Art. 1. Vtrum lex sit aliquid rationis.

1. Concl. Lex est aliquid pertinens ad rationem.

1. Ad legem pertinet imperare, & prohibere Sed imperare est actus rationis, Ergo.

2. In ℭnoquoque genere id, quod est principium est mensura, & regula illius, vt primus motus in motibus. Sed ratio est principium humanorum actuum, quia rationis est ordinare ad finem, qui est principium in agendis. Ergo erit mensura actuum humanorum. At lex nihil aliud est, quam regula, & mensura actuum, secundum quam quis ad agendum inducitur, vel ab agendo retrahitur, & ideo lex à ligando, quia obligat, dicta est. Ergo erit aliquid ad rationem pertinens.

† 2. Concl. Lex est in sola ratione, vt in regulante; vt in regulato est in omnibus, quæ inclinantur ad aliquid ex aliqua lege: & sic quælibet inclinatio potest dici lex: vt lex membrorum ob inclinationem concupiscentiæ.

3. Concl. Propositiones vniuersales practicæ ordinatæ ad agẽdum, habent rationem legis: quæ aliquando sunt actu cognitæ, aliquando habitualiter: & ita lex, vel est actus, vel habitus rationis.

4. Concl. Lex mouet quidem per voluntatem, sed voluntas, vt recte moueat, debet esse regulata à ratione: & hoc etiam modo lex dicitur esse voluntas Principis.

Art. 2. Vtrum lex ordinetur semper ad bonum commune.

1. Concl. lib. 5. etym. c. 11. Omnis lex principaliter, & maxime ad bonum commune ordinatur.

1. Isidor. ait, legem esse conscriptam communi ciuium ℭsuetudine.

2. Quod respicit ordinem, qui est in felicitatem cõmunem, pertinet ad bonum commune. Sed lex est huiusmodi, quia ℭ ratio est principium humanorum actuum, sta in ipsa debet esse aliquid, quod sit principium, respectu omnium aliorum, ad quod principaliter & maxime lex, quæ est mensura humanorum actuum, debet pertinere: principium autem in speculatiuis, quorum est ratio practica, est finis ℭlimus. Ergo lex, maxime respicit ordinem qui est in beatitudinem. Vnde Arist. dixit, legales iustæ esse factiuæ felicitatis.

3. Omnis pars ordinatur ad totũ, & imperfectũ

ad perfectum. Sed omnis homo est pars communitatis perfectæ. Ergo lex, quæ est regula humanorum actuum debet respicere bonum commune.

4. Præceptum de particulari opere non habet rationem legis, nisi referatur ad bonum commune. Ergo lex maxime dicetur secundum ordinem ad bonum commune: quia quod in aliquo genere maxime dicitur, est principium aliorum.

2. Concl. Præceptum importat applicationem legis ad ea, quæ lege regulantur. Et quia ordo ad bonum commune est applicabilis ad particulares fines, ideo etiam de particularibus præcepta dantur.

Concl. Operationes sunt in particularibus, quæ referuntur ad bonum, quod dicitur commune communitate finis.

Nihil constat per rationem practicam, nisi per ordinationem ad vltimum finem, qui est bonum commune: sicut in speculatiuis nihil constat, quod non referatur ad prima principia.

Art. 3. Vtrum ratio cuiuslibet sit factiua legis.

Condere legem, vel pertinet ad totam multitudinem, vel ad personam, quæ totius multitudinis curam habeat.

1. Lex enim est constitutio populi, &c. Ergo non est cuiusque facere legem.

2. Lex principaliter respicit bonum commune. Sed ordinare aliquid in bonum commune est totius multitudinis, vel eius, qui multitudinis vicem gerit sicut ordinare in alijs est eius, cuius est finis proprius. Ergo.

† 2. Concl Rom 2. Quisque est sibi lex, prout participat ordinem alicuius regulantis: & sic lex est in nobis, vt in regulato.

1. Concl. Priuata persona non potest efficaciter mouere ad virtutem, quia nõ habet vim coactiuam, quam lex requirit, quæ reperitur in persona publica.

4. Concl. Qui gubernat domum, potest facere quædam præcepta, & statuta, sed non habent vim legis, cum bonum domus, vt imperfectum, referatur ad bonum ciuitatis, quæ est communitas perfecta.

Art. 4. Vtrum promulgatio sit de ratione legis.

.. Concl. Promulgatio est de ratione legis.

1. Leges enim, vt dicitur, instituuntur, cum promulgantur.

). 4. can. 1. fin. *2. Lex imponitur alijs per modum regulæ & mensuræ. At mensura imponitur per hoc, quod applicatur mensurato. Ergo vt lex habeat vim ob-*

gandi, quod est proprium legis, debet hominibus applicari. Sed talis applicatio fit per notitiã ex ipsa promulgatione. Ergo promulgatio est necessaria, vt lex habeat vim suam.

2. Concl. Lex est ratio ordinationis ad commune bonum, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.

† 3. Concl. Lex naturæ promulgatur ex eo, quo Deus eam mentibus inserit naturaliter cognoscendam.

4. Concl. Illi, coram quibus non est facta promulgatio, obligantur, quia per alios notitiam habuere, aut habere potuerunt.

5. Concl. Ibid. Promulgatio præsens in futurum extenditur per firmitatẽ scripturæ, quæ semper quasi promulgat. Vnde lex à legendo dicitur.

Quæstio 91. De legum diuersitate.

Art. 1. Vtrum sit aliqua lex æterna.

1. Concl. Lib. de lib. arb. c. 6. DAtur aliqua lex æterna.

1. Ex Aug. qui hoc docet.

2. Lex est dictamen practicæ rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam. At tota communitas vniuersi gubernatur ratione diuina. Ergo ratio gubernationis rerum in Deo, tanquam in principe legis habet rationem legis: & quia diuina ratio non concipit ex tempore. Prou. 8 Ista lex erit æterna.

† 2. Concl. Rom. 4. Quæ non sunt in seipsis, apud Deum existunt cognita & præordinata. Itaque æternus diuinæ legis conceptus habet rationem legis æternæ, secundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso præcognitarũ.

3. Concl. Promulgatio huius legis est æterna ex parte diuini verbi, & libri vitæ, nõ ex parte creaturæ audientis.

4. Concl. Lex importat ordinationem ad finem actiue, non passiue, nisi per accidens respectu ordinantis, qui habet finem extra se, at Deus nõ est talis; vnde finis diuinæ gubernationis est ipse Deus.

Art. 2. Vtrum sit in nobis aliqua lex naturalis.

1. Concl. Datur in nobis lex naturalis, quæ est participatio legis æternæ.

1. Ex 6 of ad Rom 2. Quilibet habet legem naturalem, &c.

2. Cum omnia diuina prouidentia subdantur, ab ea regulantur & mensurantur. Ergo omnia participant aliquo modo legem æternam, inquantum ex eius impressione habent inclinationem in proprios actus & fines. Et quia rationalis creatura excellentiori modo prouidentiæ Dei subiacet, quatenus

sit pro-

t prouidentia particeps, sibi & aliis prouidens, id-
est ipsa est participatio rationis æternæ, quæ in-
natur naturaliter ad debitum actum & finem:
& hæc participatio lex naturalis dicitur Psalm 4.
signatum est super nos lumen vultus tui, *id*
est, in lumen rationis, quo discernitur bonum &
malum quod pertinet ad legem naturalem.

2. Concl. Lex naturalis est participatio legis æternæ in rationali creatura.

† 3. Concl. Licet sufficienter homo gubernetur lege æterna; tamen lex naturalis non est quid diuersum ab illa, sed participatio illius.

4. Concl. Omnis directio actuum nostrorum in finem fit per legem naturalem.

Quia omnes discursus fiunt ex principijs naturali-
bus, & omnis appetitus eorum, qua sunt ad finem,
ex appetitu naturali finis.

5. Concl. Omnia animalia suo modo participant legem æternam: sed quia homo eam participat intellectualiter, & rationaliter, ideo participatio ista in homine lex vocatur, cum lex sit quid rationis, qua bruta carent.

Art. 3. Vtrum sit aliqua lex humana.

1. Concl. De lib. arb. c. 6. Datur lex humana.

1. *Aug. ponit legem æternam & temporalem, quam vocat humanam.*

2. *Sicut ex principijs speculatiuis naturaliter cognitis producuntur cõclusiones scientiarum, quæ non sunt nobis naturaliter cognitæ, sed industria inuentæ, ita ex præceptis legis naturalis, quasi ex principijs ratio humana necessario procedit ad alia particulariter disponẽda. Ista habent rationem legis: quia lex est quoddam dictamen rationis practicæ. Ergo.*

2. Concl. Particulares dispositiones adinuentæ secundum rationem humanam dicuntur leges humanæ, seruatis conditionibus alijs ad rationem legis pertinentibus, vt est dictum.

† 3. Concl. Ratio humana participat rationem æternam, solum secundum quædam communia principia, ideo necesse est, vt procedat ad particulares directiones, quæ in æterna lege continentur.

4. Concl. Ratio humana non est regula rerum, sed principia naturaliter indita sunt regulæ generales omnium, quæ fieri debent.

5. Concl. Leges humanæ non possunt esse infallibiles, vt conclusiones scientiarum.

Quia ratio practica versatur circa contingen-
tia, nec omnium mensura debet esse infallibilis, sed
vt in pluribus possit in suo genere.

Art. 4. Vtrum fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam.

1. Concl. Necessarium fuit dari aliquam legem diuinam.

1. *Psal. 118 legem pone mihi Domine, &c.*

2. *Ex quatuor ostenditur necessitas.*

1. *Ex fine, quia si homo haberet ex quam finem naturalem, satis sufficeret ei ratione & lex humana: sed quia ordinatur ad beatitudinem excedentem naturæ facultatem, debuit ad hunc finem dirigi lege diuina.*

2. *Ex incertitudine humani iudicij, maxime in rebus contingentibus & particularibus, quorum varia sunt iudicia, ideo vt sine dubitatione homo sciret, quid esset sibi agendum, necessaria fuit lex diuina.*

3. *Homo non est perfectus, nisi perficiatur in actibus interioribus, quos lex humana non potest dirigere & cohibere, cum lateant.*

4. *Lex humana non potest omnia, quæ male fiunt, punire, vel prohibere, quia si vellet omnia mala auferre, impedirentur multa bona ad communem vitam necessaria. Vt ergo nullum malum relinqueretur improhibitum & impunitum, fuit opus hac lege.*

† 2. Concl. Legem æternam participat homo secundum capacitatem suæ naturæ, quę cum ad altiorem finẽ ordinetur, eget altiore directione, scilicet lege diuina, qua magis participatur lex æterna.

3. Concl. Consilium est inquisitio ex quibusdã principijs: & non sat est, vt procedat ex principijs naturaliter cognitis ob causas dictas: vnde opus fuit alijs principijs, id est, præceptis diuinis.

4. Concl. Creaturæ irrationales non ordinantur ad finem super naturam, ideo non egent alia lege.

Artic. 5. Vtrum lex diuina sit vna tantum.

1. Concl. Lex diuina duplex est, altera vetus, altera noua.

Nam duplex est sacerdotium Leuiticũ, & Christi, ad Heb. 7. Ergo duplex erit lex diuina, vetus, & noua.

2. Concl. Hæ duæ leges non distinguuntur, vt duæ species, sed vt perfectum & imperfectum: sicuti puer & adultus. Et ideo Paulus, statum veteris legis comparat statui pueri, qui legi pædagogo, & statum nouæ, statui virili. *Heb. 7.*

3. Concl. Hæc perfectio & imperfectio attenditur secundum tria.

1. Ratione boni, ad quod lex ordinat vetus, ordinabat ad bonum sensibile terrenum: Noua ad bonum intelligibile cœleste. *Matth. 4.*

2. Ratione directionis actus ad iustitiã, in

quo noua ſuperat veterem, quę interiores etiam ordinat.

tth. 5. 3. Vt lex inducit ad obſeruantiam, illa timore pœnarum inducit, hæc amore per gratiam Chriſti. Breuis differentia, ait Auguſt. timor & amor.

. Concl. Vt paterfamilias alia mandata dat pueris, lor. 4. alia adultis, ita Deus populo ſuo, &c.

Concl. Quoniam ſalus nõ erat, niſi per Chriſtum, ideo lex perfecte homines ad ſalutem inducens, non potuit dari, niſi per Chriſti aduentũ: ante data eſt populo, ex quo Chriſtus erat naſciturus, vt prępparatoria ad legem Chriſti.

Concl. Lex naturalis eſt omnium vna, quia dirigit ſecundum præcepta communia: at lex diuina particulariter dirigit, & ideo aliter perfecti & imperfecti dirigendi erant per varias leges.

Art. 6. Vtrum ſit aliqua lex fomitis.

Concl. Lex vt eſt in regulato, eſt quædam inclinatio in his, qui ſubiecti ſunt legi: quæ inclinatio eſt varia, vel prout directe inclinat ad diuerſos actus, & ſic alia eſt lex militis, alia mercatoris: vel indirecte, quatenus legislator deſtituit ſibi ſubditum aliqua dignitate, vnde tranſit ad aliam legem, vt à lege militis, ad legem ruſtici. Quare quod eſt vni ſecundum legem, alteri erit contra legem.

. Concl. Lex homini data à Deo, quę fuit, vt ſecundum virtutem ageret, erat ita firma, vt nihil poſſet in eo inſurgere contra rationem, ſed vbi à Deo receſſit, incidit in legem brutorum, ita vt feratur impetu ſenſualitatis.

Pſalm. 48.

1. Concl. Senſualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in brutis habet rationem legis ſimpliciter: in homine autem eſt potius deuiatio à lege rationis.

4. Concl. Quatenus homo diuina iuſtitia deſtituitur originali iuſtitia, ſenſualitatis impetus habet rationem legis pœnalis ex lege diuina, conſequens hominem deſtitutum ſua dignitate.

Ad Rom. 7. Video aliam legem, &c.

† 5. Concl. Fomes ſecundum ſe non habet rationem legis, ſed vt ſequitur ex diuina iuſtitia.

6. Concl. Fomes non eſt lex, quaſi regula & mẽſura, obligans tranſgreſſores, ſed modo iam dicto, per quandam participationem.

7. Concl. Senſualitas in brutis ordinatur ad bonum commune, vel priuatum, & hoc etiam eſt in homine, prout ſubditur rationi: at fomes dicitur ſecundum quod exit ordinem rationis.

Quæſtio 92. De effectibus legis.

Art. 1. Vtrum effectus legis ſit facere homines bonos.

1. Concl. PRoprius effectus legis eſt facere homines quibus datur bonos, vel ſimpliciter vel ſecundum quid.

Lib. 1. Eth. c. 14. 1. *Ex Ariſt. Voluntas cuiuslibet legislatoris, eſt facere homines bonos.*

2. *Id quod inducit ſubiectos ad propriam ipſorum virtutem, facit homines bonos: virtus enim eſt, quæ homines bonos facit. Sed lex reſpectu eorũ, quibus datur eſt huiuſmodi, quoniam lex eſt dictamen rationis in præſidente, quo ſubditi gubernantur; virtus autem ſubditi eſt, vt bene ſubdatur ei, à quo regitur, vt patet in irraſcibili, reſpectu rationis, & ad hoc enim ordinatur lex, vt obediatur ei à ſubdito. Quod ſi intentio legem ferentis tendat in bonum commune diuina inſtitia regulatũ, homines fiunt boni ſimpliciter: ſi vero ferantur in bonum non ſimpliciter, ſed vtile, vel delectabile, &c. facit bonos ſecundum quid.* Ariſtot. 1. Pol. c. vlt.

† 2. Concl. Quamuis legislator non det virtutem, qua homo eſt bonus: tamẽ efficit, vt exercitatione fiat bonus, qua virtus acquiritur. Ariſt lib. 2. Pol. c. 6.

3. Concl. Aliquando ex timore, aliquando ex dictamine rationis, & ita non ſemper ex perfecta virtute legi obeditur.

4. Concl. Non poteſt quis eſſe bonus, niſi ſit ꝓportionatus bono communi, vt pars toti. Vnde impoſſibile eſt, vt bonũ ciuitatis ſe bene habeat, niſi ciues ſint virtuoſi, ad minus, q principantur, ad bonum autem ciuitatis ſat eſt, quod Principis mandatis obediatur.

5. Concl. Lex tyrannica non eſt lex, ſed peruerſitas: & facit bonos ſecundum quid, nempe vt ſubditi ſint bene obedientes in ordine ad tale regimen.

Art. 2. Vtrum legis actus conuenienter aſſignentur.

1. Concl. Actus legis conuenienter numerantur, qui ſunt: Imperare, vetare, permittere, punire.

Li. 5. etym. c. 19. 1. *Ex Iſidoro qui hos actus numerat.*

2. *Lex eſt dictamen rationis per modum præcipiendi, ſicut enunciatio per modum enunciationis. Et quia rationis proprium eſt, vt ex aliquo ad aliud deducat, vt per principia ad concluſiones, ita etiam inducit, vt aſſimiletur præcepto per timorem, & ita legis eſt punire. Actus autem quos dirigit, aut ſunt boni ex genere, & iſtos præcipit, aut mali ex genere, & hos vetat, aut ſunt indifferentes, ſeu parum boni vel parum mali, & hos permittit.*

† 2. Concl. Vt ceſſare à malo habet rationem boni, ita

prohi-

prohibitio habet rationem præcepti, & sic large accipiendo præceptum, lex præceptum dicitur.

2. Concl. Consulere potest etiam pertinere ad personam priuatam, & ita non est proprium legis.

4. Concl. Similiter præmiare, sed non punire, quod pertinet ad ministrum legis, & sic præmiare non ponitur actus legis.

5. Concl. Etiam puniendo lex bonos facit; quia timore pœnæ homines ad bene agendum inducuntur.

Quæstio 93. De lege æterna.

Art. 1. Vtrum lex æterna sit summa ratio in Deo existens.

1. Concl. LEx æterna est ratio diuinæ sapientiæ, vt est directiua omnium actuum, & motionum.

Li. 1. de lib. arb. c. 6. 1. *Lex æterna, ait Aug. est summa ratio, &c.*

2. *Id quod Deus gubernat, ac dirigit omnem actionem, & motum creaturarum est summa ratio sapientiæ in ipso: nam sicut per sapientiã omnia condit, ita per eandem sapientiam omnia gubernat. quoad omnes actus & motiones: & vt artifex habet rationem eorum, quæ facit, quæ dicitur ars, ita gubernator habet rationem ordinis eorum, quæ gerenda sunt à subditis, quæ dicitur lex. Sed lex æterna est huiusmodi: quia vt ratio diuinæ sapientiæ creando habet rationem artis vel exemplaris, vel ideæ: ita ratio diuinæ sapientiæ mouentis habet rationem legis. Ergo.*

† 2. Concl. Rationes ideales in Deo sunt plures, quia respiciunt naturas particulares: at ratio quæ est lex æterna, est vna: quia ordinatur ad vnum bonum cõmune.

3. Concl. In verbo duo considerãtur ipsum verbum, & id quod verbo exprimitur: lex æterna verbo diuino exprimitur: nec ideo est personale attributum, cum sit ratio ipsa diuina: accommodatur tamen Verbo.

4. Concl. Ratio diuina dicitur veritas.

Quia intellectus diuinus est mẽsura rerum, quæ sunt vere, prout sunt conformes diuinæ rationi.

Art. 2. Vtrum lex æterna sit omnibus nota.

1. Concl. Legem æternam nullus potest cognoscere secundum quod in seipsa est, nisi solus Deus, & beati, qui Dei essentiam vident.

2. Concl. Omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundum aliquam eius irradiationem maiorem, vel minorem.

Li. 2. de lib. arb. c. 4. 1. *August. Legis æternæ notio nobis impressa est.*

2. *Omnis cognitio veritatis est quædã irradiatio & participatio æternæ legis, quæ est veritas incommutabilis. Sed omnes ex August. aliqualiter cognoscunt veritatem, ad minus quãtum ad principia communia legis naturalis, & in aliis plus & minus. Ergo: & ideo plus & minus lex æterna cognoscitur.*

† 3. Concl. Quæ sunt Dei in seipsis non cognoscuntur, sed in effectibus manifestantur.

4. Concl. Quia non plene cognoscitur hæc lex, ideo non cognoscitur totus rerum ordo, quo omnia sunt ordinatissima.

5. Concl. Nemo potest iudicare de lege æterna, vt superior iudicat de inferiore, iudicio practico, an scilicet ita debeat esse, sed vt vis cognoscitiua iudicat de suo obiecto. & hoc modo Aristoteles dixit, quod quisque bene iudicat, quæ cognoscit, id est, an sit verum, quod proponitur. 1 Eth. c. 3.

Art. 3. Vtrum omnis lex à lege æterna deriuetur.

1. Concl. Omnes leges, inquantum participãt de ratione recta intantum deriuãtur à lege æterna.

1. *Sap 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: ratio autem diuinæ sapientiæ est lex æterna. Ergo.*

2. *Omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, deriuantur à lege æterna: quia in mouentibus subordinatis, secundũ deriuatur à virtute mouentis primo, quoniam secundum non mouet, nisi motum à primo. Et patet in gubernatione ciuili. Sed huiusmodi rationes inferiorum gubernationum sunt quæcunq; leges præter æternam, quæ important directionem actuum in finem. Ergo omnes leges, &c.*

Li. 1. de lib. arb. c. 5. 3. *Ex August. in temporali lege nihil est iustum & legitimum, quod non ex lege æterna homines deriuauerint.*

† 2. Concl. Fomes habet rationem legis, vt est bona consequens diuinam iustitiam, & sic est à lege æterna: vt vero contrariatur legi Dei, non habet rationem legis.

3. Concl. Lex humana, vt recedit à lege æterna, non est lex: habet tamen aliquam similitudinem legis propter ordinem potestatis eius, qui legem fecit, & sic à lege æterna deriuatur: quia omnis potestas à Deo est. Rom. 13.

4. Concl. Lex humana aliqua permittit, non quod ea probet, sed quia dirigere non potest, & sic non perfecte assequitur legem æternam: sed ex hoc non sequitur, quod ab ea non deriuet.

Art. 4. Vtrum necessaria & æterna subiiciantur legi æterne.

1. Concl. Omnia quæ sunt in rebus creatis, siue sint

necessaria, siue contingentia subduntur legi æternæ: quæ vero pertinent ad essentiam diuinam, non subduntur. Sed sunt realiter ipsa lex æterna.

Quoniam, quæcunque diuinæ gubernationi subduntur, subiciuntur etiam legi æternæ: quia lex æterna est ratio diuinæ gubernationis. Sed omnia creata, tam necessaria, quam contingentia subduntur gubernationi diuinæ, non autem quæ pertinent ad naturam diuinam, vt patet in gubernatione humana cui subiciuntur, quæ ab homine fieri possunt non autem, quæ ad naturam hominis pertinent. Ergo.

2. Concl. Voluntas Dei secundum se considerata nõ subditur legi æternæ, sed est ipsa lex: quantum vero ad ea, quæ Deus vult fieri in creaturis, quæ subiecta sunt legi æternæ & ratione horum in quãtum ratio horum est in sapientia Dei, voluntas Dei dicitur rationabilis.

3. Concl. Filius non est factus sed genitus, & ita nõ subiacet legi: sed potius est ipsa lex per approbationem: at vt homo subiicitur.

4. Conth. Tertium probat creaturas necessarias subijci huic legi, quod conceditur.

Concl. Ex arg. sed contra, ex eò quod necessaria nõ possunt aliter se habere, colligitur esse sub lege, quia necessitas est cohibitio efficacissima.

Art. 5. Vtrum naturalia contingentia subsint legi æternæ.

Lex humana non se extendit nisi ad creaturas rationales.

1. Concl. *Lex est directiua actuum, qui conueniunt subiectis gubernationi alienæ. Vnde nemo proprie suis actibus legem imponit. Sed quæ aguntur circa ipsas res rationis carentium bonam subditarum, non aguntur per actus horum mouentes has res, cum non agant se, sed potius ab aliis aguntur. Ergo his rebus quamuis ei subiiciantur, homo non imponit legem. At vero aliis hominibus maxime, quia eis imprimit quandam regulam, quæ est principium agendi.*

Legi æternæ omnes actiones & motus totius naturæ subijciuntur.

2 Concl. *Quia Deus omnibus rebus imprimit principia suorum actuum; sicuti homo homini denunciando ei aliquod interius principium: & Psal. 148 Præceptum posuit. &c.*

Creaturæ irrationales alio modo subduntur legi æternæ, quam homo.

3 Concl. *Quia illæ mouentur à diuina prouidentia, sed non per intellectum diuini præcepti, sicut homo.*

†4. Concl Impressio principij actiui in rebus ratione carentibus se habet, vt promulgatio legis respectu hominis.

Res naturales non participant rationem humanam, sed quodam modo diuinam, quatenus Deo obediunt. 5. Concl.

Defectus rerum naturalium non sunt præter intentionem causarum vniuersalium, ideo subijciuntur legi æternæ. 6. Concl.

Art. 6. Vtrum omnes res humanæ subijciantur legi æternæ.

Aliquid subijcitur legi æternæ, vel per modum cognitionis, vel per modum actionis & passionis, per modũ interioris principij motiui, quo modo creaturæ irrationales subdũtur: homo vero vtroq; modo, quia habet rationem æternæ legis, & est inclinatus ad id, quod est consonum huic legi; sumus enim 2. Eth. c. 1. facti ad virtutem. 1. Concl.

Vterque modus est imperfectus, sed in malis est depranatus per vitia & passiones, quibus inclinatio debilitatur, & ratio obtenebratur: in bonis vero vterque est perfectior, propter cognitionem fidei & sapientiæ, & motiuum gratiæ & virtutum. 3. Concl.

Tam boni quam mali subduntur legi æternæ: sed illi perfecte, hi imperfecte, quia illi semper secundum eam agunt, hi vero imperfecte cognoscunt & operantur: verum quãtum deficiunt ex parte actionis, tantum suppletur ex parte passionis. Quare omnes res humanæ Li. 1. de lib. arb. c. 6. subijciuntur legi æternæ, vt Aug. docet.

†4. Concl Iusti dicuntur non esse sub lege.

Quia non timore, sed amore legem seruant: & quia opera, quæ faciunt, sunt magis spiritus sancti, qui non est sub lege, quam hominis: & ita ubi spiritus Domini, ibi libertas.

Prudentia carnis subditur legi Dei, quantum ad passionem, quia meretur pœnam: quamuis semper remaneat inclinatio ad virtutem, secundum quam legi æternæ homo subijcitur. 5. Concl.

Idem est, quo aliquid tendit in finem, & conseruaretur in fine, & ita secundum eandẽ legem, aliqui merentur beatitudinem, & in ea conseruantur: idem de damnatione. 6. Concl.

Quæstio 94. De lege naturali.

Art. 1. Vtrum lex naturalis sit habitus.

1. Concl. LEx naturalis proprie & essentialiter non est habitus.

Lib. de bono coniug. c. 22. *1. Habitus est, quo aliquid agitur cum opus est vt ait Aug. At lex naturalis non est talis, cum sit in paruulis & damnatis, qui per eam nihil agere possunt. Ergo.*

2. *Habitus secũdum suam essentiam est id, quo*

ratio aliquid agit vel grammatica, qua homo conficit orationem congruam. At lex naturalis non est id, quo ratio agit, sed potius est quid per rationem constitutum. Ergo.

2. Concl. Lex naturalis est habitus improprie, vt habit⁹ dicitur: quod habitu tenetur, sicut fides, id quod fide tenetur.

Nam præcepta legis naturalis quandoque actu à ratione considerantur, quandoq; in ea sunt habitualiter, quando non considerantur actu. Patet etiam à similibus de principijs speculabilium, quæ non sunt habitus, sed principia, quorum est habitus.

2. Eth. 5. † 3. Concl. Philosophus enumerat potentias habitus & passiones, quia solum ista sunt principia actus. Volebat enim quærere genus virtutis, quæ est principium actus: at præter ista sunt quædam in anima, sicut quidam actus, vt velle in nolente, &c.

4. Concl. Synderesis dicitur lex intellect⁹, vt est habitus continens præcepta legis naturæ, quæ sunt prima principia operum humanorum.

Tertium procedit iuxta 2. concl. quod sit habitus, vt tenetur. Ad arg. sumptum ex Aug. dicitur, puerum non vti habitu propter defectum ætatis.

Art. 2. *Vtrum lex naturalis contineat plura præcepta, vel vnum tantum.*

1. Concl. Præcepta legis naturæ respectu rationis practicæ se habent, vt prima principia in speculatiuis, & vtraque sunt per se nota.

2. Concl. Quædam sunt nota secundum se, vt cum prædicatum est de ratione subiecti, alia secũdum nos, quę sunt secundum se nota, vel sunt nota omnibus, vt totum est maius suis partibus, quædam sapientibus, vt angelus non est corpus.

3. Conc. In his quæ cadunt sub intellectu, est quidam ordo, & primo loco est ens: Vnde primũ principium indemonstrabile est: quod non est simul affirmare, & negare.

4. Concl. Primum principium rationis practicę, quę ordinat ad opus, est bonũ, quod est id, quod omnia appetunt, quia omne agens agit propter finem, qui habet rationem boni.

5. Concl. Primum, super quo fundantur omnia præcepta legis naturæ est hoc, Bonum est faciendum, malum est vitandum.

Quoniam bonum habet rationem finis, & malum rationem contrarij, ideo omnia, ad quæ naturaliter homo inclinatur, vel vt sequenda, vel vt fugienda apprehendit: quare secundum ordinem inclinationum naturalium erit ordo præceptorum legis naturæ.

Inest primo homini inclinatio ad bonum secundum naturam, qua conuenit cum omnibus substantijs: & hoc modo pertinent ad legem naturalem, quod naturam conseruat, & fugiat contraria. Secundo inest inclinatio specialis, vt conuenit cum cæteris animalibus, & sic ad legem naturalem pertinent, quæ natura omnia animalia docuit: vt generatio, educatio filiorum, &c. Tertio inest inclinatio ad bonum secundum naturam rationis: & sic habet naturalem inclinationem ad cognoscendam veritatem de Deo, & societatem, &c. & secundum hoc ad legem naturalem pertinet, quod ignorantiam fugiat, neminem lædat, &c. 6. Concl.

Legis naturalis præcepta sunt plura. 7. Concl.

Patet ex dictis, & à similibus de principijs indemonstrabilibus.

Omnia ista præcepta vt referũtur ad vnum primum præceptum, habent rationem vnius legis naturæ. 8. Concl.

Variæ inclinationes diuersarum potentiarum in homine pertinent ad vnam legem naturalem, prout ratione regulantur, & reducuntur ad vnum præceptum. 9. Concl.

Ratio est vna ordinatiua omnium, quæ ad hominem spectant: & ideo sub lege rationis continentur omnia, quæ ratione regulari possunt. 10. Concl.

Art. 3. *Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.*

Omnes actus virtutis, vt virtuosi sunt, pertinent ad legem naturæ. 1. Concl.

1. *Ex Damasc. virtutes sunt naturales. Ergo & actus virtuosi.*

2. *Illud pertinet ad legem naturæ, ad quod homo inclinatur naturaliter. Sed homo naturaliter inclinatur ad actus virtuosos, quia res inclinantur ad aliquid naturaliter secundum suam formam, forma autem hominis est ratio. Ergo bonum est agere secundum rationem, quod est agere secundum virtutem: dictat enim cuique ratio, vt virtuose viuat. Ergo.*

Si considerentur actus virtuosi secundum seipsos, id est, vt sunt in propijs speciebus, non omnes sunt de lege naturæ. Multa enim secundum virtutem fiunt, ad quæ natura non primo inclinat; sed per rationis inquisitionem ea homines inuenerunt, quasi ad bene viuendum vtilia. 2. Concl.

Temperantia est circa concupiscentias, 3. Concl.

quæ

quæ ordinantur ad bonum commune naturæ; vt alia legalia ad bonum commune morale.

4. Concl. Omnia peccata sunt contra naturam propriam hominis, id est, contra rationem: sed quędam speciatim dicuntur contra naturam, vt communicat cum alijs, vt concubitus masculorum, &c.

5. Concl. Tertia ratio procedit de actibus, secūdum se consideratis: quomodo, quod est vitium vni, alteri non erit ꝓpter diuersas hominum conditiones.

Art. 4. Vtrum lex naturæ sit vna apud omnes.

1. Concl. Ad legem naturæ pertinent ea, ad quæ homo naturaliter inclinatur: inter quę est, quod agat secundum rationem, cuius est ex communibus ad propria procedere: sed ratio speculatiua cum versetur in necessarijs, absque defectu veritatem inuenit in cōclusionibus: practica vero, quia est circa contingentia non semper: in his vero, in quibus est aliqua necessitas, non erat; & ita quo magis ad propria descenditur, tanto magis inuenitur defectus.

2. Concl. Quantum ad communia principia rationis, siue practicæ, siue speculatiuæ, est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes, & æqualiter nota. Ita Isid. Ius naturale est commune omni rationi.

3. Concl. Lib. 5. Ety. c. 4. Quantum ad proprias conclusiones rationis speculatiuæ est eadē veritas apud omnes, non tamen æqualiter nota: at quantum ad conclusiones practicas, nec est eadem veritas, seu rectitudo, & apud quos est, non est æqualiter nota: quamuis vt in pluribus, & rectitudine & notitia omnes conueniant, & in paucioribus deficiant.

4. Concl. Apud omnes est verum & rectum: vt secūdum rationem agatur. Ex quo principio plures conclusiones ducuntur, & quo magis ad particulares conditiones descenditur, pluribus modis erratur propter impedimenta, vt propter passiones, consuetudinem, &c.

† 5. Concl. Ius naturale dicitur, quod est in lege & Euangelio, id est, quod plenarie ibi traditur: nō quod omnia sint de iure naturæ, quæ ibi habentur.

5. Concl. Idem est iustum apud omnes secundum iusta, quæ naturaliter cognoscuntur, & ea, quæ vt plurimum sunt recta.

6. Concl. Quia ratio dominatur omnibus potentijs, omnes naturales inclinationes potentiarum secundum rationem debent ordinari. Vnde apud omnes hoc est rectum, vt secundum rationem omnes hominis inclinationes dirigantur.

Art. 5. Vtrum lex naturæ mutari possit.

1. Concl. Lex naturalis mutari potest, quantum ad hoc, quod aliquid ei addatur. Multa enim per legem humanam & diuinam ad humanam vitam vtilia addita sunt.

2. Concl. Lex naturalis non potest mutari per modum subtractionis, vt quod erat de lege naturali, non sit, quo ad prima principia.

Patet ex d. 5. vbi dicitur non variari tempore, &c.

3. Concl. Quantum ad quasdam conclusiones proximas primis principijs potest mutari propter aliquas particulares causas, sed vt in pluribus remanet.

† 4. Concl. Lex dicitur data ad correctionem legis naturæ, vel quia suppleuit legē naturæ, vel quia quibusdam erat corrupta.

5. Concl. Ex mandato Dei licet occidere innocentem, furari & fornicari.

Quia quidquid à Deo mandatur, est debitum, & ideo non est peccatum. Est enim Dominus vitæ, & mortis, & omnium.

6. Concl. Dicitur aliquid naturale, vel quia ad id natura inclinat, vel quia natura non inducit cōtrarium: quo modo diceres hominem esse nudum esse de lege naturali, quia natura non dedit ei vestimenta, & hoc modo communis possessio & libertas dicuntur esse à natura, & in his additum est legi naturali.

Artic. 6. Vtrum lex naturæ possit à corde hominis aboleri.

1. Concl. Lex naturalis quantum ad principia communia nullo modo potest à cordibus hominum deleri in vniuersali.

Lex tua, ait Aug. scripta est in cordibus hominum, quam nec ipsa quidem delet iniquitas. Lib. 1. conf. c. 4.

2. Concl. Potest tamen deleri in aliquo particulari operabili, quatenus ratio impeditur passione, &c. ne commune principium applicetur ad particulare operabile.

3. Concl. Quantum ad præcepta secundaria potest deleri à corde. Vel propter malas persuasiones, vel prauas consuetudines, &c.

† 4. Concl. Culpa delet legem naturæ in particulari, non in vniuersali: nisi forte quantum ad secunda præcepta.

5. Concl. Gratia est efficacior natura: sed natura est essentialior homini, & ideo magis permanet.

Tertia procedit de secundis præceptis, cōtra quæ aliquæ leges sancitæ fuere.

Quæstio 95. De lege humana.

Art. 1. Vtrum fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus.

Concl. lib. 5. Eth. 20.

VTile & necessarium fuit ponere leges humanas:

1. *Ex Isid. qui recenset aliquot causas, ob quas factæ sunt leges, quæ hanc necessitatem demonstrant.*

2. *Id est homini vtile & necessarium, sine quo non potest assequi suam perfectionem, quæ consistit in virtute, quam per disciplinam acquirit. Sed hanc disciplinam & perfectionem non potest assequi sine legibus humanis. Ergo. Iam perfectio virtutis præcipue consistit in retrahendo ab illecebris delectationibus, ad quas homines sunt proni & maxime muscones: quorum alij per disciplinam paternam corriguntur: alij per vim & metum cohibendi sunt à malo, vt assuescat in bono, & fiant virtuosi. At huiusmodi disciplina cogens metu est disciplina legum. Ergo. Quia, vt ait Aristot si homo sit seperatus à lege & iustitia, est pessimum omnium animalium.*

Pol. c. 2.

2. Concl. Licet bene dispositi homines melius monitionibus ducantur ad virtutem: tamen male affecti non ducuntur nisi cogantur.

Concl. Melius est omnia lege ordinare, quam relinquere arbitrio iudicis.

Aristot. 1. Rhet. c. 1. 1. *Quia pauci sapientes inueniuntur.*

2. *Qui leges ponunt, multo tempore considerant quid agendum sit.*

3. *Quia qui leges statuũt, cum iudicent de futuris, non mouentur passionibus.* Ob has itaque causas non est melior iustitia, siue lex animata, cui pauciſſima relinquenda sunt.

3. Concl. Quę non possunt lege comprehendi, committuntur iudici, vt an factum sit, &c.

Art. 2. Vtrum omnis lex humanitus posita à lege naturali deriuetur.

4. Concl. Omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legis, inquantum à lege naturæ deriuatur.

Lib. 2. de inuent. 1. *Ex Tullio, lex à natura profecta &c.*

2. *Lex, vt ait Aug. non est lex nisi iusta fuerit: iustum autem ex eo dicitur, quod est rectum secũdum regulam rationis: rationis autem prima regula est lex naturæ. Ergo. Vnde si in aliquo à lege naturæ discordet, non erit lex, sed legis corruptio.*

2. Concl. A lege naturali deriuatur aliquid vel per modũ conclusionis, vt fit in scientijs ex principijs, vel per modum determinationis, vt fit in artibus, & cum artifex formam communem domus determinat ad hanc vel illam figuram. Exemplum prioris modi malum est fugiendum. Ergo non est occidendum: Posterioris, lex naturæ dictat, vt nocentes puniantur, quod autem hac vel illa pœna, est quædam determinatio naturæ. Quæ sunt prioris generis, habent aliquid vigoris à lege naturali: quæ vero posterioris à sola lege humana.

Aristot. 5. Eth. c. 4.

† 3. Concl. *Iustum legale potest poni sic, aut sic*, intelligendum est de his, quæ ponuntur per modum determinationis, præceptorum legis naturæ.

4. Concl. Ius positiuum diuiditur contra ius naturale, quantum ad ea; quæ deriuãtur per modum conclusionis ab illo.

5. Concl. Diuersitas legis positiuę oritur ex varietate rerum humanarum, & ideo sunt variæ leges apud diuersos.

6. Concl. Non de omnibus, quæ à maioribus statuta sunt, potest reddi ratio circa particulares determinationes legis naturæ: quorum iudicio standum est, non minus, quam demonstrationibus.

Aristot. 6. Eth. c. 12.

Art. 3. Vtrum Isidorus conuenienter qualitates legis positiuæ describat

1. Concl. Cõuenienter ab Isidor. legis positiuæ qualitates describuntur.

Nam, cum lex humana sit propter finem, ac etiam sit res quædam recta & mensurata, debet sumere suam formam à fine, & esse proportionata suæ regulæ, & mensuræ quæ est lex diuina, & naturalis: Finis vero est communis vtilitas. Ideo debet congruere religioni, & sit proportionata legi diuinæ, & congruere disciplinæ, & cõsona sit legi naturæ, & salutis proficere: propter commune bonum. & ad has tres conditiones reducuntur aliæ, honesta, ad religionem: quod sit iusta, possibilis, secundum naturam, consuetudinem, loco temporique conueniens ad disciplinam: quæ attenduntur secundum ordinem rationis, possibilitatem, & aliorum consuetudinem, & alias duas circumstantias. Necessaria & vtilis ad salutem & finem: Necessaria ad remotionem malorum, vtilis ad consecutionem bonorum; manifesta ad cauendum nocumentum, quod ex ipsa lege posset prouenire. Et quia lex ordinatur in bonum commune, tandem additur, pro communis vtilitate ciuium scripta. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum Isidorus conuenienter ponat diuisionem humanarum legum.

1. Concl. Conuenienter variis modis diuiditur lex humana ab Isidoro.

Nam vnumquodque diuiditur secundum id,

5. Concl. ut licet illa lex non sufficeret ad salutem, tamen aderat auxilium diuinum, quo saluari poterant per fidem mediatoris, & ideo Deus non defuit illis.

Artic. 3 Vtrum lex vetus fuerit data per angelos.

Lex vetus data fuit per angelos.

Gal 3. lex data est per angelos, &c. & Act. 7. Accepistis legem, &c.

2. *Quia præter rationem communem Diuinum quod diuina per angelos ad homines debent deferri, lex illa erat imperfecta, & dissonebat ad perfectam, quæ futura erat per Christum. communicans fuit &c. ex imperfecta daretur per ministrum, vt postea perfecta per ipsum Deum hominem faciem daretur: quia in potestatibus ordinatis actus perfectus superior potestas per se exerceret, imperfectus vero per ministros.*

† 2. Concl. Ille qui loquebatur Moysi, modo Deus, quia Dei personam referebat: modo angelus propter officiū quod gerebat vocabatur.

Exod. 33. Quod dicitur Moysen fuisse locutum facie ad faciem, intelligitur secundum opinionem populi, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cum tamen per Angelum ei loqueretur, vel per visionem ad faciem intelligitur eminens contemplatio.

4. Concl. Solius principis est legem instituere, sed institutam quandoque per alios promulgare, ita fecit Deus.

Art. 4. Vtrum lex vetus dari debuerit soli populo Iudæorum.

1. Concl. Conueniens fuit veterem legem dari solum populo Iudæorum.

1. Psal. 147. non fecit omni nationi: & Rom 3 Quid ergo amplius, &c.

Gal. 4. *Ratio quam aliqui assignant, quod populus ille in sorte cultu Dei remansit, non est bona: quia post legem latam idololatrauit. & Deut. 9 dicitur non fuisse datam terram propter iustitias, &c. Ratio ergo est, vt compleret, quod iuramento patribus promiserat de Christo ex eis nascituro. Decuit autem, vt populus ex quo Christus erat nasciturus speciali sanctificatione polleret. Nec fuit meritum Abrahæ, vt ex eius promissio fieret, sed ex gratia Quare ex sola gratia patres promissionem, & populus primogenitus legem accepit Si petas cur magis hunc populum elegit, nolo disputare, si non vis errare.*

Isa. 24. Aug. tra. 26. in Ioan. † 2. Concl. Rom. 9. Licet salus per Christum esset omnibus gentibus præparata: tamē ex vno populo nasci debuit, cui obid facta sunt prærogatiuæ.

3. Concl. Acceptio personarum est in his, quę ex debito dantur, non in his, quæ gratuito: at beneficia salutaria Deus nobis ex gratia donat. Beneficia gratiæ subtrahuntur ex culpa, non autem beneficia naturæ, inter quæ sunt ministeria angelorum, qui habent curam omnium. 4 Concl.

Art. 5. Vtrum omnes homines obligabantur seruare legem veterem.

1. Concl. Quantum ad illa, quæ lex vetus continebat de lege naturæ omnes tenebantur ad obseruantiam veteris legis, non quia erant de veteri lege, sed de lege naturæ.

2. Concl.* Quantum ad illa, quæ lex vetus superaddebat, solus populus Iudæorum tenebatur.

Cap 9. Cathec. Dom. 18. *1. Ex Dion. gentiles per angelos ad Deū reducti sunt: & tamen illi legem non seruabant. Ergo.*

2. Hæc lex fuit data populo, ob quandam prærogatiuam sanctitatis propter reuerentiam Christi ex eo nascituri: At quæ statuuntur ad specialem aliquorum sanctificationem non obligant omnes: Sic patet in legibus priuatis clericorum. Ergo.

† 3. Concl. Qui regi subduntur obligantur ad legem communiter positam, non autem ad leges priuatæ suis ministris impositas.

4. Concl. Quo magis Deo coniungitur, eo est melioris conditionis, & ideo populus Iudæorum fuit alijs populis dignior: & sic melioris conditionis sunt clerici quam laici.

5. Concl. Gentiles perfectius consequebantur salutem sub obseruantijs legis, quam sub sola lege naturali, ideo ad eas admittebantur.

Artic. 6. Vtrum lex vetus conuenienter data fuerit tempore Moysis.

1. Concl. Conuenientissime lex vetus fuit data tempore Moysis.

1. Ex glos. ad Gal 3 ordinata per angelos. i. ordinabiliter data. Ergo.

Rom. 5. Rom. 8. *2. Lex imponitur. vel superbis & duris, vt compescatur, vel bonis, vt per eam instructis impleant quod inchoandum ad superbiam reprimendam, tunc fuit conuenienter data, quia homo superbiebat de scientia, ac si ratio naturalis sufficeret: & ideo permissum est suæ rationi, vt experientia disceret quantum egeret animo dolente, cum lapsus esset ad idololatriā ideo data est lex, vt esset cognitio peccati Vbi instructus fuit per legem quam seruare impotebat, cognita est infirmitas, postea data est gratia per Christum. Ex parte bonorum, tunc data est lex, quando lumen naturæ obscurari incipiebat Quare inter legem naturæ, quæ est imperfecta, & legem gratiæ, quæ est perfecta, vt diuinum auxilium ordine daretur, lex vetus data est.*

Non

† 2. Concl. Non debuit lex dari statim post peccatum: quia homo nondum cognoscebat se indigere: & quia dictamen rationis vigebat.

3. Concl. Lex non debet dari nisi populo: ideo Abrahæ data sunt quædam, præcepta domestica; sed eius multiplicatâ familiâ, data fuit lex communis, cum populus liberatus fuit à seruitute.

4. Concl. Ideo non fuit data solum ijs, ex quibus Christus nasciturus erat, sed toti populo, qui accepit signum circuncisionis, symbolum promissionis factæ Abrahæ.

Quæstio 99. De præceptis veteris legis.

Art. 1. Vtrum in lege veteri contineatur solum vnum præceptum.

1. Concl. PRæcepta legis sunt multa.
Quia Paulus Ephes. 2. vocat legem mandatorum.

2. Concl. Omnia præcepta veteris legis, sunt vnum secundum ordinem ad vnum finem: sunt tamen multa secundum diuersitatem eorum, quæ ordinantur ad illum finem.

Quia præcepta, quæ ordinantur ad vnũ finem, respectu illius finis possunt dici vnum: cum deratione præcepti sit, vt fiat propter aliquem finem, sed quoniam conducit ad vnum finem, multa esse necessaria, sine quibus id non potest fieri, propterea de diuersis, diuersa dantur præcepta, prout ordinantur ad vnũ finem. Ergo vt patet de arte ædificatoria, quæ diuersos actus ordinat, ad vnum finem. Vnde soluitur primum. Lex enim est vnum præceptum ratione finis.

† 3. Concl. Finis legis est, vt constituat amicitiam inter Deum, & hominem: & ideo tota impletur in vno mandato caritatis, quod duplicem continet dilectionem, scilicet, Dei & proximi, in qua continetur dilectio sui: & ideo dicuntur duo præcepta.

4. Concl. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, &c. est lex, & prophetæ.
Quia hoc præcepto explicatur regula dilectionis proximi, qui amicabilia ad alterum, & omnis ex amicabilibus ad se.

Artic. 2. Vtrum lex vetus contineat præcepta moralia.

1. Concl. Lex vetus continebat quædam præcepta moralia.
Eccles. 17. Addidit illis disciplinam, &c. disciplina autem pertinet ad mores. Ergo: & Exod. 20. Non occides, &c.

2. *Lex cuius intentio est facere hominem amicum Deo, debet continere præcepta moralia, quia nemo est amicitia inter aliquos, nisi sit similitudo, quoniam simile diligit simile, nec potest esse similitudo inter Deum, & hominem, nisi homo sit bonus, vnde dictum est.* Sancti eritis, quia ego sanctus sum: *bonitas hominis est virtus qua facit bonum habentem, ideo lex qua habet talem finem, debet continere præcepta morum. At lex illa in hunc finem data fuit, sicut lex humana datur ad conciliandum amicitiam inter homines. Ergo.* Luc. 19.

2. Concl. Lex vetus non distinguitur omnino à naturali, sed tanquam aliquid ei addens: quia lex diuina supponit naturam.

3. Concl. Non solum lex diuina debuit dare præcepta moralia, circa ea, quæ pertinẽt ad conclusiones legis naturæ, sed etiam circa principia, quod in his etiam erat ratio obscurata. 2. Cor. 3.

4. Concl. Litera legis dicitur occidere, etiam quantum ad moralia, occasionaliter, quatenus præcepit bonum, non dando auxilium gratiæ ad illud seruandum.

Art. 3. Vtrum lex vetus contineat præcepta cæremonialia, præter moralia.

1. Concl. In lege veteri erant quædam præcepta cæremonialia.
1. *Deuteron. 4. Vt docerem vos cæremonias, &c.*
2. *In ea lege debent esse præcepta cæremonialia, quæ data est ad ordinandum hominem in Deum, non solum per actus interiores, sed etiam exteriores, quibus homo diuinam seruitutem profitetur: quia ad hoc pertinent ad cultum Dei, & cæremonia vocantur, quasi dona Cereris, quia Deo, frumenti primum offerebantur, vel à Cere oppido, in quo sacra Romanorum, Romacapta, culta fuere. Sed lex vetus est huiusmodi, quia leges humanæ constituuntur ad ordinandos homines inter se, & ideo non constituerunt aliquid de cultu diuino, nisi vt confert ad commune bonum, at diuina è conuerso, ordinat homines inter se, secundum quod conuenit ordini, qui est ad Deum, quem principaliter intendit. Quare præcepta, quæ erant in lege pertinentia ad cultum Dei, specialiter cæremonialia vocantur.* Valer. Max.

2. Concl. Non solum dicuntur actus morales, actus interni, sed etiam externi, qui se extendunt ad cultũ Dei, & ideo de eis dantur præcepta.

3. Concl. Præcepta communia legis naturæ egent determinatione, & ita præcepta legis diuinę, quæ determinant legem naturalem ab ea distinguuntur. Vnde colere Deum, est naturale, at sic colere, est cæremoniale.

4. Concl. Diuina manifestari debent per sensibilia,

quod

ad perfectum. Sed omnis homo est pars communitatis perfectæ. Ergo lex, quæ est regula humanorum actuum debet respicere bonum commune.

4. Præceptum de particulari opere non habet rationem legis, nisi referatur ad bonum commune. Ergo lex maxime dicetur secundum ordinem ad bonum commune: quia quod in aliquo genere maxime dicitur, est principium aliorum.

2. Concl. Præceptum importat applicationem legis ad ea, quæ lege regulantur. Et quia ordo ad bonum commune est applicabilis ad particulares fines, ideo etiam de particularibus præcepta dantur.

Concl. Operationes sunt in particularibus, quæ referuntur ad bonum, quod dicitur commune communitate finis.

Nihil constat per rationem practicam, nisi per ordinationem ad vltimum finem, qui est bonum commune: sicut in speculatiuis nihil constat, quod non referatur ad prima principia.

Art. 3. Vtrum ratio cuiuslibet sit factiua legis.

Condere legem, vel pertinet ad totam multitudinem, vel ad personam, quæ totius multitudinis curam habeat.

. Concl. fid. loc. cit. *1 Lex enim est constitutio populi, &c. Ergo non est cuiusque facere legem.*

2. Lex principaliter respicit bonum commune. Sed ordinare aliquid in bonum commune est totius multitudinis, vel eius, qui multitudinis vicem gerit: sicut ordinare in aliis est eius, cuius est finis proprius. Ergo.

† 2. Concl. Rom 2. Quisque est sibi lex, prout participat ordinem alicuius regulantis: & sic lex est in nobis, vt in regulato.

3. Concl. Priuata persona non potest efficaciter mouere ad virtutem, quia nõ habet vim coactiuam, quam lex requirit, quæ reperitur in persona publica.

4. Concl. Qui gubernat domum, potest facere quædam præcepta, & statuta, sed non habent vim legis, cum bonum domus, vt imperfectum, referatur ad bonum ciuitatis, quæ est communitas perfecta.

Art. 4. Vtrum promulgatio sit de ratione legis.

. Concl. Promulgatio est de ratione legis.

1 Leges enim, si dicantur instituiuntur, cum promulgantur.

). 4. can. in fin. *2. Lex imponitur alijs per modum regulæ & mensuræ. At mensura imponitur per hoc, quod applicatur mensurato. Ergo si lex habeat vim obligandi, quod est proprium legis, debet hominibus applicari. Sed talis applicatio fit per notitiã ex ipsa promulgatione. Ergo promulgatio est necessaria, si lex habeat vim suam.*

2. Concl. Lex est ratio ordinationis ad commune bonum, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.

† 3. Concl. Lex naturæ promulgatur ex eo, quo Deus eam mentibus inserit naturaliter cognoscendam.

4. Concl. Illi, coram quibus non est facta promulgatio, obligantur, quia per alios notitiam habuere, aut habere potuerunt.

5. Concl. ibid. Promulgatio præsens in futurum extenditur per firmitatẽ scripturæ, quæ semper quasi promulgat. Vnde lex à legendo dicitur.

Quæstio 91. De legum diuersitate.

Art. 1. Vtrum sit aliqua lex æterna.

1. Concl. Lib. de lib. arb. c. 6. DAtur aliqua lex æterna.

1. Ex aug. qui hoc docet.

2. Lex est dictamen practicæ rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam. At tota communitas vniuersi gubernatur ratione diuina. Ergo ratio gubernationis rerum in Deo, tanquam in principe legis habet rationem: & quia diuina ratio nihil concipit ex tempore. Prou. 8 Ipsa lex erit æterna.

† 2. Concl. Rom. 4. Quæ non sunt in seipsis, apud Deum existunt cognita & præordinata. Itaque æternus diuinæ legis conceptus habet rationem legis æternæ, secundum quod a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso præcognitarũ.

3. Concl. Promulgatio huius legis est ęterna ex parte diuini verbi, & libri vitæ, nõ ex parte creaturæ audientis.

4. Concl. Lex importat ordinationem ad finem actiue, non passiue, nisi per accidens respectu ordinantis, qui habet finem extra se, at Deus nõ est talis; vnde finis diuinæ gubernationis est ipse Deus.

Art. 2. Vtrum sit in nobis aliqua lex naturalis.

1. Concl. Datur in nobis lex naturalis, quæ est participatio legis æternæ.

1. Ex G. ad Rom 2. Quilibet habet legem naturalem, &c.

2. Cum omnia diuinæ prouidentiæ subdantur, ab ea regulantur & mensurantur. Ergo omnia participant aliquo modo legem æternam, inquantum a veritate impressionem habent inclinationem in proprios actus & fines. Et quia rationalis creatura excellentiori modo prouidentiæ Dei subiacet, quatenus

sit pro-

Et prouidentiæ particeps, sibi & aliis prouidens, id-circo ipsa est participatio rationis æternæ, quæ dicitur naturaliter ad debitum actum & finem: & hæc participatio lex naturalis dicitur Psalm 4. si signatum est super nos lumen vultus tui, *id est, in lumen rationis, quo discernitur bonum & malum quod pertinet ad legem naturalem.*

2. Concl. Lex naturalis est participatio legis æternæ in rationali creatura.

† 3. Concl. Licet sufficienter homo gubernetur lege æterna; tamen lex naturalis non est quid diuersum ab illa, sed participatio illius.

4. Concl. Omnis directio actuum nostrorum in finem fit per legem naturalem.

Quia omnis discursus fit ex principijs naturalibus, & omnis appetitus eorum, quæ sunt ad finem, ex appetitu naturali finis.

5. Concl. Omnia animalia suo modo participant legem æternam: sed quia homo eam participat intellectualiter, & rationaliter, ideo participatio ista in homine lex vocatur, cum lex sit quid rationis, qua bruta carent.

Art. 3. Vtrum sit aliqua lex humana.

1. Concl. De lib. arb. c. 6. Datur lex humana.

1. *Aug. ponit legem æternam & temporalem, quam vocat humanam.*

2. *Sicut ex principijs speculatiuis naturaliter cognitis producuntur cõclusiones scientiarum, quæ non sunt nobis naturaliter cognitæ, sed industria inuentæ, sic ex præceptis legis naturalis, quasi ex principijs ratio humana necessario procedit ad alia particulariter disponẽda. Ista habent rationem legis: quia lex est quoddam dictamen rationis practicæ. Ergo.*

2. Concl. Particulares dispositiones adinuentæ secundum rationem humanam dicuntur leges humanæ, seruatis conditionibus alijs ad rationem legis pertinentibus, vt est dictum.

† 3. Concl. Ratio humana participat rationem æternam, solum secundum quædam communia principia, ideo necesse est, vt procedat ad particulares directiones, quę in æterna lege continentur.

4. Concl. Ratio humana non est regula rerum, sed principia naturaliter indita sunt regulæ generales omnium, quæ fieri debent.

5. Concl. Leges humanæ non possunt esse infallibiles, vt conclusiones scientiarum.

Quia ratio practica versatur circa contingentia, nec omnis mensura debet esse infallibilis, sed vt sit possibile in suo genere.

Art. 4. Vtrum fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam.

1. Concl. Necessarium fuit dari aliquam legem diuinam.

1. *Psal. 118. legem pone mihi Domine, &c.*

2. *Ex quatuor ostenditur necessitas.*

1. *Ex fine, quia si homo haberet ita quem finem naturalem, satis fuisset ipsa ratione uti lex humana: sed quia ordinatur ad beatitudinem excedentem naturæ facultatem, debuit ad hunc finem dirigi lege diuina.*

2. *Ex incertitudine humani iudicij, maxime in rebus contingentibus & particularibus, quorum varia sunt iudicia, ideo vt sine dubitatione homo sciret, quid esset sibi agendum, necessaria fuit lex diuina.*

3. *Homo non est perfectus, nisi perficiatur in actibus interioribus, quos lex humana non potest dirigere & cohibere, cum lateant.*

4. *Lex humana non potest omnia, quæ male fiunt, punire, vel prohibere, quia si vellet omnia mala auferre, impedirentur multa bona ad communem vitam necessaria. Vt ergo nullum malum relinqueretur improhibitum & impunitum, fuit opus hac lege.*

† 2. Concl. Legem æternam participat homo secundum capacitatem suæ naturæ, quę cum ad altiorem finẽ ordinetur, eget altiore directione, scilicet lege diuina, qua magis participatur lex æterna.

3. Concl. Consilium est inquisitio ex quibusdã principijs: & non sat est, vt procedat ex principijs naturaliter cognitis ob causas dictas: vnde opus fuit alijs principijs, id est, præceptis diuinis.

4. Concl. Creaturæ irrationales non ordinantur ad finem super naturam, ideo non egent alia lege.

Artic. 5. Vtrum lex diuina sit vna tantum.

1. Concl. Lex diuina duplex est, altera vetus, altera noua.

Nam duplex est sacerdotium Leviticũ & Christi, ad Heb. 7. Ergo duplex erit lex diuina, vetus, & noua.

2. Concl. Heb. 7. Hæ duæ leges non distinguuntur, vt duæ species, sed vt perfectum & imperfectum: sicuti puer & adultus. Et ideo Paulus, statum veteris legis comparat statui pueri, qui regitur pædagogo, & statum nouæ, statui virili perfecto.

3. Concl. Hæc perfectio & imperfectio attenditur secundum tria.

1. Ratione boni, ad quod lex ordinat vetus, ordinabat ad bonum sensibile terrenum: Noua ad bonum intelligibile cœleste. Matth. 4. 2. Ratione directionis actus ad iustitiã, in

quo noua superat veterem, quę interiores etiam ordinat.

etib. 5. 3. Vt lex inducit ad obseruantiam, illa timore pœnarum inducit, hæc amore per gratiam Christi. Breuis differentia, ait August. timor & amor.

4. Concl. Elor. 4. Concl. Vt paterfamilias alia mandata dat pueris, alia adultis, ita Deus populo suo, &c.

Quoniam salus nõ erat, nisi per Christum, ideo lex perfecte homines ad salutem inducens, non potuit dari, nisi per Christi aduentũ: ante data est populo, ex quo Christus erat nasciturus, vt preparatoria ad legem Christi.

. Concl. Lex naturalis est omnium vna, quia dirigit secundum præcepta communia: at lex diuina particulariter dirigit, & ideo aliter perfecti & imperfecti dirigendi erant per varias leges.

Art. 6. Vtrum sit aliqua lex fomitis.

. Concl. Lex vt est in regulato, est quædam inclinatio in his, qui subiecti sunt legi: quæ inclinatio est varia, vel prout directe inclinat ad diuersos actus, & sic alia est lex militis, alia mercatoris: vel indirecte, quatenus legislator destituit sibi subditum aliqua dignitate, vnde transit ad aliam legem, vt à lege militis, ad legem rustici. Quare quod est vni secundum legem, alteri erit contra legem.

2. Concl. Lex homini data à Deo, quę fuit, vt secundum virtutem ageret, erat ita firma, vt nihil posset in eo insurgere contra rationem, sed vbi a Deo recessit, incidit in legem brutorum, ita vt feratur impetu sensualitatis.

Psalm. 48.

3. Concl. Sensualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in brutis habet rationem legis simpliciter: in homine autem est potius deuiatio à lege rationis.

4. Concl. Quatenus homo diuina iustitia destituitur originali iustitia, sensualitatis impetus habet rationem legis pœnalis ex lege diuina, consequens hominem destitutum sua dignitate.

Ad Rom. 7. Video aliam legem, &c.

† *5. Concl.* Fomes secundum se non habet rationem legis, sed vt sequitur ex diuina iustitia.

6. Concl. Fomes non est lex, quasi regula & mẽsura, obligans transgressores, sed modo iam dicto, per quandam participationem.

7. Concl. Sensualitas in brutis ordinatur ad bonum commune, vel priuatum, & hoc etiam est in homine, prout subditur rationi: at fomes dicitur secundum quod exit ordinem rationis.

Quæstio 92. De effectibus legis.

Art. 1. Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

1. Concl. PRoprius effectus legis est facere homines quibus datur bonos, vel simpliciter vel secundum quid.

Lib. 1. Eth. c. 14. 1. *Ex Arist. Voluntas cuiuslibet legulatoris, est facere homines bonos.*

2. *Id quod inducit subiectos ad propriam ipsorum virtutem, facit homines bonos: virtus enim est, quæ homines bonos facit. Sed lex respectu eorũ, quibus datur est huiusmodi, quoniam lex est dictamen rationis in præsidente, quo subditi gubernantur; virtus autem subditi est, vt bene subdatur ei, à quo regitur, vt patet in irascibili, respectu rationis, & ad hoc enim ordinatur lex, vt obediatur ei à subditis. Quod si intentio legem ferentis tendat in bonum commune diuina institia regulatũ, homines fiunt boni simpliciter: si vero feratur in bonum non simpliciter, sed vtile, vel delectabile, &c. facit bonos secundum quid.*

Arist. 1. Pol. c. 6. Arist lib. 2. Pol c. 6. † *2. Concl.* Quamuis legislator non det virtutem, qua homo est bonus: tamẽ efficit, vt exercitatione fiat bonus, qua virtus acquiritur.

3. Concl. Aliquando ex timore, aliquando ex dictamine rationis, & ita non semper ex perfecta virtute legi obeditur.

4. Concl. Non potest quis esse bonus, nisi sit proportionatus bono communi, vt pars toti. Vnde impossibile est, vt bonũ ciuitatis se bene habeat, nisi ciues sint virtuosi, ad minus, q principantur, ad bonum autem ciuitatis sat est, quod Principis mandatis obediatur.

5. Concl. Lex tyrannica non est lex, sed peruersitas: & facit bonos secundum quid, nempe vt subditi sint bene obedientes in ordine ad tale regimen.

Art. 2. Vtrum legis actus conuenienter assignentur.

1. Concl. Actus legis conuenienter numerantur, qui sunt: Imperare, vetare, permittere, punire.

Li. 5. etym. c. 19. 1. *Ex Isidoro qui hos actus numerat.*

2. *Lex est dictamen rationis per modum præcipiendi, sicut enunciatio per modum enunciationis. Et quia rationis proprium est, vt ex aliquo ad aliud deducat, vt per principia ad conclusiones, ita etiam inducit, vt assentiatur præcepto per timorem, & ista legis est punire. Actus autem quos dirigit, aut sunt boni ex genere, & istos præcipit, aut mali ex genere, & hos vetat, aut sunt indifferentes, seu parum boni vel mali, & hos permittit.*

† *2. Concl.* Vt cessare à malo habet rationem boni, ita

prohi-

prohibitio habet rationem præcepti, & sic large accipiendo præceptum, lex præceptum dicitur.

3. Concl. Consulere potest etiam pertinere ad personam priuatam, & ita non est proprium legis.

4. Concl. Similiter præmiare, sed non punire, quod pertinet ad ministrum legis, & sic præmiare non ponitur actus legis.

5. Concl. Etiam puniendo lex bonos facit; quia timore pœnæ homines ad bene agendum inducuntur.

Quæstio 93. De lege æterna.

Art. 1. Vtrum lex æterna sit summa ratio in Deo existens.

1. Concl. LEx æterna est ratio diuinæ sapientiæ, vt est directiua omnium actuum, & motionum.

Li. 1. de lib. arb. c. 6. 1. *Lex æterna, ait Aug. est summa ratio, &c.*

2. *Id quod Deum gubernat, ac dirigit omnem actionem, & motum creaturarum est summa ratio sapientiæ in ipso: nam sicut per sapientiã omnia condit, ita per eandem sapientiam omnia gubernat, quoad omnes actus & motiones: & vt artifex habet rationem eorum, quæ facit, quæ dicitur ars, ita gubernator habet rationem ordinis eorum, quæ gerenda sunt à subdito, quæ dicitur lex. Sed lex æterna est huiusmodi: quia vt ratio diuinæ sapientiæ creando habet rationem artis vel exemplaris, vel ideæ: ita ratio diuinæ sapientiæ mouentis habet rationem legis. Ergo.*

† 2. Concl. Rationes ideales in Deo sunt plures, quia respiciunt naturas particulares: at ratio quæ est lex æterna, est vna: quia ordinatur ad vnum bonum commune.

3. Concl. In verbo duo considerãtur ipsum verbum, & id quod verbo exprimitur: lex æterna verbo diuino exprimitur: nec ideo est personale attributum, cum sit ratio ipsa diuina: accommodatur tamen Verbo.

4. Concl. Ratio diuina dicitur veritas.

Quia intellectus diuinus est mẽsura rerum, quæ sunt vere, prout sunt conformes diuinæ rationi.

Art. 2. Vtrum lex æterna sit omnibus nota.

1. Concl. Legem æternam nullus potest cognoscere secundum quod in seipsa est, nisi solus Deus, & beati, qui Dei essentiam vident.

2. Concl. Omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundum aliquam eius irradiationem maiorem, vel minorem.

Li. 1. de lib. arb. c. 6. 1. *Augst. Legis æternæ notio nobis impressa est.*

2. *Omnis cognitio veritatis est quædã irradiatio & participatio æternæ legis, quæ est veritas incommutabilis. Sed omnes ex Augst. aliqualiter cognoscunt veritatem, ad minus quãtum ad principia communia legis naturalis, & in aliis plus & minus. Ergo: & ideo plus & minus lex æterna cognoscitur.*

† 3. Concl. Quæ sunt Dei in seipsis non cognoscuntur, sed in effectibus manifestantur.

4. Concl. Quia non plene cognoscitur hæc lex, ideo non cognoscitur totus rerum ordo, quo omnia sunt ordinatissima.

5. Concl. Nemo potest iudicare de lege æterna, vt superior iudicat de inferiore, iudicio practico, an scilicet ita debeat esse, sed vt vis cognoscitiua iudicat de suo obiecto. & hoc modo Aristoteles dixit, quod quisque bene iudicat, quæ cognoscit, id est, an sit verum, quod proponitur. 1 Eth. c. 3.

Art. 3. Vtrum omnis lex à lege æterna deriuetur.

1. Concl. Omnes leges, inquantum participãt de ratione recta intantum deriuãtur à lege æterna.

1. *Sap. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: ratio autem diuina sapientia est lex æterna. Ergo.*

2. *Omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, deriuantur à lege æterna: quia in mouentibus subordinatis, secundũ deriuatur à virtute mouentis primo, quoniam secundum non mouet, nisi motum à primo. Vt patet in gubernatione ciuili. Sed huiusmodi rationes inferiorum gubernationum sunt quæcunq; leges præter æternam, quæ important directionem actuum in finem. Ergo omnes leges, &c.*

Li. 1. de lib. arb. c. 5. 3. *Ex Augst. in temporali lege nihil est iustum & legitimum, quod non ex lege æterna homines deriuauerint.*

† 2. Concl. Fomes habet rationem legis, vt est bona consequens diuinam iustitiam, & sic est a lege æterna: vt vero contrariatur legi Dei, non habet rationem legis.

3. Concl. Lex humana, vt recedit à lege æterna, non est lex: habet tamen aliquam similitudinem legis propter ordinem potestatis eius, qui legem fecit, & sic à lege æterna deriuatur: quia omnis potestas à Deo est. Rom. 13.

4. Concl. Lex humana aliqua permittit, non quod ea probet, sed quia dirigere non potest, & sic non perfecte assequitur legem æternam: sed ex hoc non sequitur, quod ab ea non deriuet.

Art. 4. Vtrum necessaria & æterna subiiciantur legi æterna.

1. Concl. Omnia quæ sunt in rebus creatis, siue sint

necessaria, siue contingentia subduntur legi æternæ: quæ vero pertinent ad essentiam diuinam, non subduntur. Sed sunt realiter ipsa lex æterna.

Quoniam, quæcunque diuinæ gubernationi subduntur, subijciuntur etiam legi æternæ: quia lex æterna est ratio diuinæ gubernationis. Sed omnia creata, tam necessaria, quam contingentia subduntur gubernationi diuinæ, non autem quæ pertinent ad naturam diuinam, vt patet in gubernatione humana cui subijciuntur, quæ ab homine fieri possunt non autem, quæ ad naturam hominis pertinent. Ergo.

2. Concl. Voluntas Dei secundum se considerata nõ subditur legi æternæ, sed est ipsa lex: quantum vero ad ea, quæ Deus vult fieri in creaturis, quæ subiecta sunt legi æternæ & ratione horum in quãtum ratio horum est in sapientia Dei, voluntas Dei dicitur rationabilis.

3. Concl. Filius non est factus sed genitus, & ita nõ subiacet legi: sed potius est ipsa lex per approbationem: at vt homo subijcitur.

4. Conth Tertium probat creaturas necessarias subijci huic legi, quod conceditur.

Concl. Ex arg. sed contra, ex eò quod necessaria nõ possunt aliter se habere, colligitur esse sub lege, qa necessitas est cohibitio efficacissima.

Art. 5. Vtrum naturalia contingentia subsint legi æternæ.

Lex humana non se extendit nisi ad creaturas rationales.

1. Concl. *Lex est directiua actuum, qui conueniunt subiectis gubernationi alienæ. Vnde nemo proprie suis actibus legem imponit. Sed quæ aguntur circa ipsum vtpote ratione carentium hominis subdita-rum, non aguntur per actus hominis mouentem has res, cum non agant se, sed potius ab alijs aguntur. Ergo his rebus quamuis ei subijciantur, homo non imponit legem. At vero alijs hominibus maxime, quia eis imprimit quandam regulam, quæ est principium agendi.*

Legi æternæ omnes actiones & motus totius naturæ subijciuntur.

2 Concl. *Quia Deus omnibus rebus imprimit principia suorum actuum; sicuti homo homini denunciando ea aliquod interius principium: & Psal. 148. Præceptum posuit, &c.*

Creaturæ irrationales alio modo subduntur legi æternæ, quam homo.

3 Concl. *Quia illæ mouentur à diuina prouidentia, sed non per intellectum diuini præcepti, sicut homo.*

†4. Concl Impressio principij actiui in rebus ratione carentibus se habet, vt promulgatio legis respectu hominis.

Res naturales non participant rationem humanam, sed quodam modo diuinam, quatenus Deo obediunt. 5. Concl.

Defectus rerum naturalium non sunt præter intentionem causarum vniuersalium, ideo subijciuntur legi æternæ. 6. Concl.

Art. 6. Vtrum omnes res humanæ subijciantur legi æternæ.

Aliquid subijcitur legi æternæ, vel per modum cognitionis, vel per modum actionis & passionis, per modũ interioris principij motiui, quo modo creaturæ irrationales subdũtur: homo vero vtroq; modo, quia habet rationem æternæ legis, & est inclinatus ad id, quod est consonum huic legi; sumus enim facti ad virtutem. 1. Concl. 2. Eth. c. 1.

Vterque modus est imperfectus, sed in malis est deprauatus per vitia & passiones, quibus inclinatio debilitatur, & ratio obtenebratur: in bonis vero vterque est perfectior, propter cognitionem fidei & sapientiæ, & motiuum gratiæ & virtutum. 2. Concl.

Tam boni quam mali subduntur legi æternæ: sed illi perfecte, hi imperfecte, quia illi semper secundum eam agunt, hi vero imperfecte cognoscunt & operantur: verum quãtum deficiunt ex parte actionis, tantum suppletur ex parte passionis. Quare omnes res humanæ subijciuntur legi æternæ, vt Aug. docet. 3. Concl. Li. 1. de lib. arb. c. 6.

Iusti dicuntur non esse sub lege. †4. Concl

Quia non timore, sed amore legem seruant: vel quia opera, quæ faciunt, sunt magis spiritus sancti, qui non est sub lege, quam hominis: & ita vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Prudentia carnis subditur legi Dei, quantum ad passionem, quia meretur pœnam: quamuis semper remaneat inclinatio ad virtutem, secundum quam legi æternæ homo subijcitur. 5. Concl

Idem est, quo aliquid tendit in finem, & conseruaretur in fine, & ita secundum eandẽ legem, aliqui metentur beatitudinem, & in ea conseruantur: idem de damnatione. 6. Concl.

Quæstio 94. De lege naturali.

Art. 1. Vtrum lex naturalis sit habitus.

Lex naturalis proprie & essentialiter non est habitus. 1. Concl.

1. *Habitus est, quo aliquid agitur cum opus est vt ait Aug. At lex naturalis non est talis, cum sit communis & damnatis, qui per eam nihil agere possunt. Ergo.* Lib. de bono conin. c. 22.

2. *Habitus secũdum suam essentiam est id, quo*

ratio aliquid agit vt grammatica, quæ bene conficit orationem congruam. At lex naturalis non est id, quæ ratio agit, sed potius est quid per rationem constitutum. Ergo.

2. Concl. Lex naturalis est habitus improprie, vt habit⁹ dicitur: quod habitu tenetur, sicut fides, id quod fide tenetur.

Nam præcepta legis naturalis quandoque actu à ratione considerantur, quandoq; in ea sunt habitualiter, quando non considerantur actu. Patet etiam à simili de principijs speculabilium, quæ non sunt habitus, sed principia, quorum est habitus.

2. Eth. 5.

† 3. Concl. Philosophus enumerat potentias habitus & passiones, quia solum ista sunt principia actus. Volebat enim quærere genus virtutis, quæ est principium actus: at præter ista sunt quædam in anima, sicut quidam actus, vt velle in nolente, &c.

4. Concl. Synderesis dicitur lex intellect⁹, vt est habitus continens præcepta legis naturæ, quæ sunt prima principia operum humanorum.

Tertium procedit iuxta 2. concl. quod sit habitus, vt tenetur. Ad arg. sumptum ex Aug. dicitur, puerum non vti habitu propter defectum ætatis.

Art. 2. *Vtrum lex naturalis contineat plura præcepta, vel vnum tantum.*

1. Concl. Præcepta legis naturæ respectu rationis practicæ se habent, vt prima principia in speculatiuis, & vtraque sunt per se nota.

2. Concl. Quædam sunt nota secundum se, vt cum prædicatum est de ratione subiecti, alia secũdum nos, quę sunt secundum se nota, vel sunt nota omnibus, vt totum est maius suis partibus, quædam sapientibus, vt angelus non est corpus.

3. Conc. In his quæ cadunt sub intellectu, est quidam ordo, & primo loco est ens: Vnde primũ principium indemonstrabile est: quod non est simul affirmare, & negare.

4. Concl. Primum principium rationis practicę, quę ordinat ad opus, est bonũ, quod est id, quod omnia appetunt, quia omne agens agit propter finem, qui habet rationem boni.

5. Concl. Primum, super quo fundantur omnia præcepta legis naturæ est hoc, Bonum est faciendum, malum est vitandum.

Quoniam bonum habet rationem finis, & malum rationem contrarij, ideo omnia, ad quæ naturaliter homo inclinatur, vel vt sequenda, vel vt fugienda apprehendit: quare secundum ordinem inclinationum naturalium erit ordo præceptorum legis naturæ.

Inest primo homini inclinatio ad bonum secundum naturam, qua conuenit cum omnibus substantijs: & hoc modo pertinent ad legem naturalem, quod naturam conseruat, & fugiat contraria. Secundo inest inclinatio specialis, vt conuenit cum cæteris animalibus, & sic ad legem naturalem pertinent, quæ natura omnia animalia docuit: vt generatio, educatio filiorum, &c. Tertio inest inclinatio ad bonum secundum naturam rationis: & sic habet naturalem inclinationem ad cognoscendam veritatem de Deo, & societatem, &c. & secundum hoc ad legem naturalem pertinet, quod ignorantiam fugiat, neminem lædat, &c. 6. Concl.

Legis naturalis præcepta sunt plura. 7. Concl.

Patet ex dictis, & à simili de principijs indemonstrabilibus.

Omnia ista præcepta vt referũtur ad vnum primum præceptum, habent rationem vnius legis naturæ. 8. Concl.

Variæ inclinationes diuersarum potentiarum in homine pertinent ad vnam legem naturalem, prout ratione regulantur, & reducuntur ad vnum præceptum. 9. Concl.

Ratio est vna ordinatiua omnium, quæ ad hominem spectant: & ideo sub lege rationis continentur omnia, quæ ratione regulari possunt. 10. Concl.

Art. 3. *Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.*

Omnes actus virtutis, vt virtuosi sunt, pertinent ad legem naturæ. 1. Concl.

1. *Ex Dam. ese. Virtutes sunt naturales. Ergo & actus virtuosi.*

2. *Illud pertinet ad legem naturæ, ad quod homo inclinatur naturaliter. Sed homo naturaliter inclinatur ad actus virtuosos, quia res inclinantur ad aliquid naturaliter secundum suam formam, forma autem hominis est ratio. Ergo bonum est agere secundum rationem, quod est agere secundum virtutem: dictat enim cuique ratio, vt virtuose viuat. Ergo.*

Si considerentur actus virtuosi secundum seipsos, id est, vt sunt in propijs speciebus, non omnes sunt de lege naturæ. Multa enim secundum virtutem fiunt, ad quæ natura non primo inclinat; sed per rationis inquisitionem ea homines inuenerunt, quasi ad bene viuendum vtilia. 2. Concl.

Temperantia est circa concupiscentias, quæ 3. Concl.

quæ ordinantur ad bonum commune naturæ; vt alia legalia ad bonum commune morale.

4. Concl. Omnia peccata sunt contra naturam propriam hominis, id est, contra rationem: sed quędam speciatim dicuntur contra naturam, vt communicat cum alijs, vt concubitus masculorum, &c.

5. Concl. Tertia ratio procedit de actibus, secũdum se consideratis: quomodo, quod est vitium vni, alteri non erit, propter diuersas hominum conditiones.

Art. 4. Vtrum lex naturæ sit vna apud omnes.

1. Concl. Ad legem naturæ pertinent ea, ad quæ homo naturaliter inclinatur: inter quę est, quod agat secundum rationem, cuius est ex communibus ad propria procedere: sed ratio speculatiua cum versetur in necessarijs, absque defectu veritatem inuenit in cõclusionibus: practica vero, quia est circa contingentia non semper: in his vero, in quibus est aliqua necessitas, non errat; & ita quo magis ad propria descenditur, tanto magis inuenitur defectus.

2. Concl. Quantum ad communia principia rationis, siue practicæ, siue speculatiuæ, est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes, & æqualiter nota. Ita Isid. Ius naturale est commune omni rationi.

3. Concl. Lib. 5. Etym. c. 4. Quantum ad proprias conclusiones rationis speculatiuæ est eadẽ veritas apud omnes, non tamen æqualiter nota: at quantum ad conclusiones practicas, nec est eadem veritas, seu rectitudo, & apud quos est, non est æqualiter nota: quamuis vt in pluribus, & rectitudine & notitia omnes conueniant, & in paucioribus deficiant.

4. Concl. Apud omnes est verum & rectum: vt secũdum rationem agatur. Ex quo principio plures conclusiones ducuntur, & quo magis ad particulares conditiones descenditur, pluribus modis erratur propter impedimenta, vt propter passiones, consuetudinem, &c.

† 5. Concl. Ius naturale dicitur, quod est in lege & Euangelio, id est, quod plenarie ibi traditur: nõ quod omnia sint de iure naturæ, quæ ibi habentur.

6. Concl. Idem est iustum apud omnes secundum iusta, quæ naturaliter cognoscuntur, & ea, quæ vt plurimum sunt recta.

7. Concl. Quia ratio dominatur omnibus potentijs, omnes naturales inclinationes potentiarum secundum rationem debent ordinari. Vnde apud omnes hoc est rectum, vt secundum rationem omnes hominis inclinationes dirigantur.

Art. 5. Vtrum lex naturæ mutari possit.

1. Concl. Lex naturalis mutari potest, quantum ad hoc, quod aliquid ei addatur. Multa enim per legem humanam & diuinam ad humanam vitam vtilia addita sunt.

2. Concl. Lex naturalis non potest mutari per modum subtractionis, vt quod erat de lege naturali, non sit, quo ad prima principia.

Patet ex d. 5. vbi dicitur non variari tempore, &c.

3. Concl. Quantum ad quasdam conclusiones proximas primis principijs potest mutari propter aliquas particulares causas, sed vt in pluribus remanet.

† 4. Concl. Lex dicitur data ad correctionem legis naturæ, vel quia suppleuit legẽ naturæ, vel quia quibusdam erat corrupta.

5. Concl. Ex mandato Dei licet occidere innocentem, furari & fornicari.

Quia quidquid à Deo mandatur, est debitum, & ideo non est peccatum. Est enim Dominus vitæ, & mortis, & omnium.

6. Concl. Dicitur aliquid naturale, vel quia ad id natura inclinat, vel quia natura non inducit cõtrarium: quo modo diceres hominem esse nudum esse de lege naturali, quia natura non dedit ei vestimenta, & hoc modo communis possessio & libertas dicuntur esse à natura, & in his additum est legi naturali.

Artic. 6. Vtrum lex naturæ possit à corde hominis aboleri.

1. Concl. Lex naturalis quantum ad principia communia nullo modo potest a cordibus hominum deleri in vniuersali.

Lex ina, ait Aug. scripta est in cordibus hominum, quam nec ipsa quidem delet iniquitas. Lib. 2. conf. c. 4.

2. Concl. Potest tamen deleri in aliquo particulari operabili, quatenus ratio impeditur passione, &c. ne commune principium applicet ad particulare operabile.

3. Concl. Quantum ad præcepta secundaria potest deleri à corde. Vel propter malas persuasiones, vel prauas consuetudines, &c.

† 4. Concl. Culpa delet legem naturæ in particulari, non in vniuersali: nisi forte quantum ad secunda præcepta.

5. Concl. Gratia est efficacior natura: sed natura est essentialior homini, & ideo magis permanet.

Tertia procedit de secundis præceptis, cõtra quæ aliquæ leges sancitæ fuere.

Quæstio 95. De lege humana.

Art. 1. Vtrum fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus.

1. Concl. Lib. 5. Eth. c. 20.

VTile & neceſſarium fuit ponere leges humanas:

1. *Ex Iſid. qui recenſet aliquot cauſas, ob quas facte ſunt leges, quæ hanc neceſſitatem demonſtrant.*

2. *Iá eſt hominí vtile & neceſſarium, ſine quo non poteſt aſſequi ſuam perfectionem, quæ conſiſtit in virtute, quam per diſciplinam acquirit. Sed hanc diſciplinam & perfectionem non poteſt aſſequi ſine legibus humanis. Ergo. Nam perfectio virtutis præcipue conſiſtit in retrahendo ab illicitis delectationibus, ad quas homines ſunt proni, & maxime iuuenes: quorum alij per diſciplinam paternam corriguntur: alij per vim & metum cohibendi ſunt à malo, vt aſſuefiant in bono, & fiant virtuoſi. At huiuſmodi diſciplina cogens metu eſt diſciplina legum. Ergo. Quia, vt ait Ariſtot. ſi homo ſit ſeparatus à lege & iuſtitia, eſt peſſimum omnium animalium.*

1. Pol. c. 2.

† 2. Concl. Licet bene diſpoſiti homines melius monitionibus ducantur ad virtutem: tamen male affecti non ducuntur niſi cogantur.

1. Concl. Melius eſt omnia lege ordinare, quam relinquere arbitrio iudicis.

Ariſtot. 1. Rhet. c. 1.

1. *Quia pauci ſapientes inueniuntur.*

2. *Qui leges ponunt, multo tempore conſiderant quid agendum ſit.*

3. *Quia qui leges ſtatuũt, cum iudicent de futuris, non mouentur paſſionibus.* Ob has itaque cauſas non eſt melior iuſtitia, ſiue lex animata, cui pauciſſima relinquenda ſunt.

4. Concl. Quę non poſſunt lege comprehendi, committuntur iudici, vt an factum ſit, &c.

Art. 2. Vtrum omnis lex humanitus poſita à lege naturali deriuetur.

1. Concl. Omnis lex humanitus poſita intantum habet de ratione legis, inquantum à lege naturæ deriuatur.

Lib. 2. de inuent.

1. *Ex Tullio, lex à natura profecta &c.*

2. *Lex, vt ait Aug. non eſt lex niſi iuſta fuerit: iuſtum autem ex eo dicitur, quod eſt rectum ſecũdum regulam rationis: rationis autem prima regula eſt lex naturæ. Ergo. Vnde ſi in aliquo à lege naturæ diſcordet, non erit lex, ſed legis corruptio.*

2. Concl. A lege naturali deriuatur aliquid vel per modũ concluſionis, vt fit in ſcientijs ex principijs, vel per modum determinationis, vt fit in artibus, & cum artifex formam communem domus determinat ad hanc vel illam figuram. Exemplum prioris modi malum eſt fugiendum. Ergo non eſt occidendum: Poſterioris, lex naturæ dictat, vt nocentes puniantur, quod autem hac vel illa pœna, eſt quædam determinatio naturæ. Quæ ſunt prioris generis, habent aliquid vigoris à lege naturali: quæ vero poſterioris à ſola lege humana.

Ariſtot. 5. Eth. c. 4.

† 3. Concl. *Ius legale poteſt poni ſic, aut ſic,* intelligendum eſt de his, quæ ponuntur per modum determinationis, præceptorum legis naturæ.

4. Concl. Ius poſitiuum diuiditur contra ius naturale, quantum ad ea; quæ deriuãtur per modum concluſionis ab illo.

5. Concl. Diuerſitas legis poſitiuę oritur ex varietate rerum humanarum, & ideo ſunt variæ leges apud diuerſos.

6. Concl. Non de omnibus, quæ à maioribus ſtatura ſunt, poteſt reddi ratio circa particulares determinationes legis naturæ: quorum iudicio ſtandum eſt, non minus, quam demonſtrationibus.

Ariſtot. 6. Eth. c. 12.

Art. 3. Vtrum Iſidorus conuenienter qualitates legis poſitiuæ deſcribat.

1. Concl. Cõuenienter ab Iſidor. legis poſitiuæ qualitates deſcribuntur.

Nam, cum lex humana ſit propter finem, ac etiam ſit res quædam recta & menſurata, debet ſumere ſuam formam à fine, & eſſe proportionata ſuæ regulæ, & menſuræ, quæ eſt lex diuina, & naturalis: Finis vero eſt communis vtilitas. Ideo debet congruere religioni, vt ſit proportionata legi diuinæ, & congruere diſciplinæ, vt cõſona ſit legi naturæ, & ſalutis proficere: propter commune bonum. & ad has tres conditiones reducuntur alia, honeſta, ad religionem: quod ſit iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, conſuetudinem, loco temporique conueniens ad diſciplinam: quæ attenditur ſecundum ordinem rationis, poſſibilitatem, & aliorum conſuetudinem, & aliam duas circumſtantias. Neceſſaria & vtilis ad ſalutem & finem: Neceſſaria ad remotionem malorum, vtilis ad conſecutionem bonorum; manifeſta ad cauendum nocumentum, quod ex ipſa lege poſſet prouenire. Et quia lex ordinatur in bonum commune, tandem additur, pro communi vtilitate ciuium ſcripta. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum Iſidorus conuenienter ponat diuiſionem humanarum legum.

3. Concl. Conuenienter varijs modis diuiditur lex humana ab Iſidoro.

Nam vnumquodque diuiditur ſecundum id,

† 2. Concl. Non debuit lex dari statim post peccatum: quia homo nondum cognoscebat se indigere: & quia dictamen rationis vigebat.

3. Concl. Lex non debet dari nisi populo: ideo Abrahæ data sunt quædam, præcepta domestica; sed eius multiplicatâ familiâ, data fuit lex communis, cum populus liberatus fuit à seruitute.

4. Concl. Ideo non fuit data solum ijs, ex quibus Christus nasciturus erat, sed toti populo, qui accepit signum circuncisionis, symbolum promissionis factæ Abrahæ.

Quæstio 99. De præceptis veteris legis.

Art. 1. Vtrum in lege veteri contineatur solum vnum præceptum.

1. Concl. PRæcepta legis sunt multa.
Quia Paulus Ephes. 2. vocat legem mandatorum.

2. Concl. Omnia præcepta veteris legis, sunt vnum secundum ordinem ad vnum finem: sunt tamen multa secundum diuersitatem eorum, quæ ordinantur ad illum finem.

Quia præcepta, quæ ordinantur ad vnũ finem, respectu illius finis possunt dici vnum: cum de ratione præcepti sit, vt fiat propter aliquem finem, sed quoniam conducit ad vnum finem, multa esse necessaria, siue expedientia propterea de diuersis, diuersa dantur præcepta, prout ordinantur ad vnũ finem. Ergo vt patet de arte ædificatoria, quæ diuersos actus ordinat, ad vnum finem. Vnde soluitur primum. Lex enim est vnum præceptum ratione finis.

† 3. Concl. Finis legis est, vt constituat amicitiam inter Deum, & hominem: & ideo tota impletur in vno mandato caritatis, quod duplicem continet dilectionem, scilicet, Dei & proximi, in qua continetur dilectio sui: & ideo dicuntur duo præcepta.

4. Concl. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, &c. est lex, & prophetæ.

Quia hoc præcepto explicatur regula dilectionis proximi, qui amicabilia ad alterum, vemens ex amicabilibus ad se.

Artic. 2. Vtrum lex vetus contineat præcepta moralia.

1. Concl. Lex vetus continebat quædam præcepta moralia.

Eccles. 17. Addidit illis disciplinam, &c. disciplina autem pertinet ad mores. Ergo: & Exod. 20. Non occides, &c.

2. *Lex cuius intentio est facere hominem amicum Deo, debet continere præcepta moralia, quia nemo est amicitia inter aliquos, nisi sit similitudo, quoniam simile diligit simile, nec potest esse similitudo inter Deum, & hominem, nisi homo sit bonus, vnde dictum est.* Sancti eritis, quia ego sanctus sum: *bonitas hominis est virtus qua facit bonum habentem; ideo lex qua habet talem finem, debet continere præcepta morum. At lex illis in hunc finem data sunt, sicut lex humana datur ad conciliandum amicitiam inter homines Ergo.* Luc. 19.

2. Concl. Lex vetus non distinguitur omnino à naturali, sed tanquam aliquid ei addens: quia lex diuina supponit naturam.

3. Concl. Non solum lex diuina debuit dare præcepta moralia, circa ea, quæ pertinẽt ad conclusiones legis naturæ, sed etiam circa principia, quod in his etiam erat ratio obscurata. 2. Cor. 3.

4. Concl. Litera legis dicitur occidere, etiam quantum ad moralia, occasionaliter, quatenus præcepit bonum, non dando auxilium gratiæ ad illud seruandum.

Art. 3. Vtrum lex vetus contineat præcepta cæremonialia, præter moralia.

1. Concl. In lege veteri erant quædam præcepta cæremonialia.

1. *Deuteron. 4. Vt docerem vos cæremonias, &c.*

2. *In ea lege debent esse præcepta cæremonialia, quæ data est ad ordinandum hominem in Deum, non solum per actus interiores, sed etiam exteriores, quibus homo diuinam seruitutem profitetur: qui actus pertinent ad cultum Dei, & cæremonia vocantur, quasi dona Cereris, quia Deo, fructus primum offerebantur, vel à Cere oppido, in quo sacra Romanorum, Roma capta, culta fuere. Sed lex vetus est huiusmodi, quia leges humanæ constituuntur ad ordinandos homines inter se, & ideo non constituerunt aliquid de cultu diuino, nisi vt confert ad commune bonum, at diuina è conuerso, ordinat homines inter se, secundum quod conuenit ordini, qui est ad Deum, quem principaliter intendit. Quare præcepta, quæ erant in lege pertinentia ad cultum Dei, specialiter cæremonialia vocantur.* Valer. Max.

2. Concl. Non solum dicuntur actus morales, actus interni, sed etiam externi, qui se extendunt ad cultũ Dei, & ideo de eis dantur præcepta.

3. Concl. Præcepta communia legis naturæ egent determinatione, & ita præcepta legis diuinę, quæ determinant legem naturalem ab ea distinguuntur. Vnde colere Deum, est naturale, at sic colere, est cæremoniale.

4. Concl. Diuina manifestari debent per sensibilia,

quod

periculum vrget, ipſa neceſſitas diſpenſationem habet annexam.

Quia neceſſitas non ſubditur legi.

† 3. Concl. Qui in caſu neceſſitatis agit præter leges non iudicat leges, ſed iudicat de caſu ſingulari, in quo vidit legem non eſſe ſeruandam.

4. Concl. Qui ſequitur intentionẽ legislatoris, non interpretatur legem ſimpliciter, ſed in caſu in quo certum eſt legislatorem alteri intẽdiſſe: ſi res vel eſt dubia; agat ſecũdum verba legis, vel conſulat ſuperiorem.

5. Concl. Legislator intẽtionem ſuam verbis exponit, ſed non poteſt omnes caſus videre, & ſi poſſet, non opus eſſet exprimere, ob confuſionem.

Quæſtio 97. De mutatione legum.

Art. 1. Vtrum lex humana debeat mutari aliquo modo.

1. Concl. lib. 1. de lib. arb. LEx humana mutari poteſt.

1. Aug. Lex quamuis iuſta, commutari tamen per tempora iuſte poteſt.

2. Quia cum lex ſit dictamen rationis, quo dirignuntur humani actus ex vtraque parte mutari poteſt. Ex parte quidem rationis, quia est naturale eſt vt ab imperfecto ad perfectum perueniat, vt patet in inuentione ſcientiarum. Ex parte hominum actuum, propter conditionem hominum, quibus ſecundum diuerſas conditiones diuerſa expediunt, lib. 1. de lib. arb. c. 26. *vt docet Auguſt.*

† 2. Concl. Lex naturalis eſt participatio æternę legis, ideo immutabilis: at humana eſt imperfecta, ideo muratur: illa verſatur circa vniuerſalia, hæc circa particularia, ſecundum diuerſos caſus.

3. Concl. Menſura debet eſſe permanens quantum fieri poteſt: at lex humana non poteſt omnino eſſe immutabilis.

4. Concl. Rectum in rebus corporalibus dicitur abſolute, & ita eodem modo ſemper ſe habet at rectitudo legis dicitur in ordine ad vtilitatẽ communem, ideo, &c.

Art. 2. Vtrum lex humana ſit ſemper mutanda quando occurrit aliquid melius.

1. Concl. Lex humana non ſemper eſt mutanda cum occurrit aliquid melius.

1. Ex d. 12. can. Ridiculum, vbi dicitur traditiones patrum non eſſe infringendas.

2. Mutatio legis, ex ſe, nocet communi ſaluti: ſed ad obſeruantiam legum pluriumum valeat cõſuetudo, quia quæ leuiora ſunt, videntur graniora, & ita mutatio diminuit vim conſtrictiuam legis. ergo.

2. Concl. Mutatio legis non debet fieri, niſi ex aliqua parte, tantum recompenſetur communi ſaluti, quantum ex iſta parte qua minuitur vis conſtrictiua legis, cui derogatur. Quod poteſt contingere, vel ex maxima vtilitate, quæ ex nouo ſtatuto proueniet, vel ex maxima neceſſitate, quod lex continet manifeſtã iniquitatem, vel quod eius obſeruatio eſt multum nociua.

† 3. Concl. ff. l. 2. de Conſt. prin. 2. Pol. c. 6. In arte vbi occurrit melior ratio, licet mutare quod prius tenebatur, quia ars pendet ex ſola ratione: at leges habent maximã vim ex cõſuetudine. Secundum & tertium procedunt, cum eſt magna vtilitas vel neceſſitas.

Art. 3. Vtrum conſuetudo poſſit obtinere vim legis.

1. Concl. Per conſuetudinem lex poteſt mutari, & exponi, & etiam aliquid cauſari, quod legis virtutem obtineat.

Nam, quod habet vim manifeſtandi rationem & voluntatem legislatoris, habet etiam vim mutandi interpretãdi, accuſandi legem, quia lex proficiſcitur ex ratione, & voluntate legislatoris. Sed hoc habet conſuetudo, quoniam ſicuti verbo exprimitur conceptus & voluntas humana, ita etiam facto, maxime ſi actus multiplicentur, quare cum aliquid mutatum ſit, ex deliberatio iudicio prouenire videtur, & ita conſuetudo habet vim legis, & legem abolet, & eſt legum interpres. Idem docet Auguſt. epiſt. ad Caſulanum.

† 2. Concl. Lex naturalis & diuina proceduntà volũtate Dei, ideo non poſſunt mutari conſuetudine humana, quare nulla conſuetudo valet contra has leges.

3. Concl. Quia leges humanæ deficiũt in aliquo caſu, ideo interdum poteſt agi præter legem, & ſi caſus multiplicentur propter aliquam mutationem hominum, clarum fit per conſuetudinem legem non eſſe vtilem. At manente eadem vtilitate, non conſuetudo legem, ſed lex conſuetudinem vincit, niſi forte propter hoc lex videatur inutilis. quia non eſt poſſibilis ſecundum conſuetudinem patriæ.

4. Concl. Similitudo in qua introducitur cõſuetudo ſit libera, plus valet cõſuetudo populi ad aliquid obſeruandum, quod conſuetudo manifeſtat quam autoritas principis, quia non habet poteſtatem niſi à multitudine: ſi vero multitudo non habet poteſtatem condendi legem, vel poſitam tollendi, conſuetudo habet vim legis, prout tolleratur ab eo, qui legem imponit.

Quia videtur approbare, quod conſuetudo introduxit.

Artic.

Art. 4. Vtrum rectores multitudinis possint in legibus humanis dispensare.

1. Concl. Dispensatio importat commensurationē alicuius communis ad singula. Et ita gubernator familiæ dicitur dispensator prout cuique cum pondere & mensura tribuit operationes, & necessaria vitæ. Et in multitudine quis dicitur dispensare, quia ordinat qualiter præceptum commune sit à singulis implendum.

2. Concl. Qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispēsandi in lege humana, quæ suæ auctoritati innititur.

1. Cor. 9. 1. *Dispensatio mihi credita est ait Paulus. &c.*

2. *Contingit aliquando, vt præceptum, quod est accommodatum multitudini non conueniat huic personæ, vel in hoc casu, vel quia impeditur melius, vel quia inducitur malum. Sed hoc iudicium præter euidens & subitum periculum non est cuiq; committendum. Ergo erit in eo qui multitudinem regit, potestas dando licentiam ne præceptum seruetur.*

3. Concl. Si absque ratione dicta licētiam qui regit, tribuat, est infidelis gubernator, quia non habet intentionem ad commune bonum, aut imprudens si rationem dispensandi ignoret.

† 4. Concl. Cum fit dispensatio, non debet fieri in præiudicium boni, communis, sed hac intentione, vt ad commune bonum proficiatis, quo cum dispensatur.

5. Concl. Non est acceptatio personarum cum conditio alicuius personæ requirit, vt in ea aliquid specialiter obseruetur, sed quando est æqualitas in personis.

6. Concl. Lex naturalis quantum ad præcepta, quæ nunquam falluntur dispensationem non recipit, in alijs vero præceptis, quæ sunt quasi conclusiones, quandoque per hominem fit dispensatio. Vt quod non reddatur mutuum proditori patriæ, at quia ad legem diuinam homo se habet, vt subditus, non potest in ea dispensare.

Quæstio 95. De lege veteri.

Art. 1. Vtrum lex vetus fuerit bona.

1. Concl. Lex vetus fuit bona.

1. *Ad Rom. 7. lex quidem sancta est, &c.*

2. *Illa lex est bona, quæ consonat rationi; sicut disciplina dicitur bona ex eo, quod rationi est consona. Sed illa lex consonabat rationi, quia concupiscentiam reprimebat, & omnia peccata prohibebat, quæ aduersantur rationi. Ergo*

Exho. 20. 2. Concl. Lex vetus bona quidem est, sed imperfecta.

1. *Ad Heb. 7. nihil ad perfectum adduxit lex.*

2. *Illud dicitur bonum perfectum in his, quæ sunt ad finem, quod est sufficiens ducere ad finem, imperfectum vero contra. Sed lex illa non perduxit hominem ad finem. Ergo. Nam licet finis humanæ legis sit tranquillitas ciuitatis, diuina tamen est felicitas æterna, quæ impeditur per peccata exteriora, & ideo lex diuina debuit hominem perficere quo ad omnes actus, quod fieri non potest nisi per gratiam. Sed lex vetus non conferebat ex se gratiam, quia hoc reseruabatur Christo. Ergo* Rom. 6. Ioan. 1.

† 3. Concl. Præcepta quę dicuntur non bona sunt cæremonialia.

Quia non conferebant gratiam, qua homo mūdaretur à peccato & iudicia in quibus non viuent vita gratæ, & polluti eos, id est pollutos ostendi, &c. Exec. 28.

4. Concl. Lex dicitur occidisse occasionaliter ex sua imperfectione.

Quia non dabat gratiam, qua impleretur, quod mandabat. Vnde occasio sumpta fuit ab hominibus, non dicta à lege. Act. 5.

5. Concl. Dicitur lex iugum graue, quod ferre non poterat, cum tamen lex debeat esse possibilis.

Quia ex se non dabat gratiam, sine qua seruari nequit.

Art. 2. Vtrum lex vetus fuerit à Deo.

1. Concl. Lex vetus à bono Deo data est, qui est pater Domini nostri Iesu Christi.

1. *Mat. 15. vocatur mandatum Dei. Ergo.*

2. *Quoniam ordinabat ad Christum præbendo testimonium de eo, Luc. vltim. oportet impleri omnia, &c. & Ioan. 5. Si credideritis, &c. & rursus disponebat ad Christum retrahendo homines à falso idolorū cultu, Gal. 3. Priusquam, &c. nō ergo diabolus tulisset legem illam, qua duceret ad Christum, per quem reijciendus erat. Mat. 22. Quare ab eo Deo data est à quo facta est salus per Christum. Vnde damnatur error eorum qui dixerunt data fuisse diabolo Christi inimico.*

† 2. Concl. Quod non est perfectum simpliciter, potest esse perfectum secundum quid, id est, secundum tempus, vt leges quæ dantur pueris secundum eam ætatem: & talia fuerunt præcepta legis.

3. Concl. Illa opera Dei perseuerant in perpetuum, quæ fecit, vt sic perseuerarent. Reprobata fuit lex non quia, mala, sed quia infirma, & inutilis pro hoc tempore.

4. Concl. Ideo Deus dedit legem quam suis viribus homines seruare non possent, vt nihil de se præsumerent, & vt recurrerent ad auxilium diuinum.

quod in eius ratione continetur, vt in ratione animalis anima, quæ est rationalis, vel irrationalis. Et quoniam multa sunt de ratione legis humanæ, ideo varie diuidi potest.

2. Concl. De ratione legis humanæ est vt sit deriuata à lege naturæ, vel per modum conclusionis, & sic oritur ius gentium, vel per modum determinationis, & sic ius ciuile, quod quælibet ciuitas sibi accommode determinat.

3. Concl. De ratione huius legis est, vt sit propter bonum commune, & sic diuiditur secundum diuersitatem eorum, qui dant operam bono communi: vt sunt sacerdotes, principes, & milites, quibus specialia iura aptantur.

4. Concl. De ratione huius legis est, vt statuatur à gubernante communitatem, & sic diuiduntur humanæ leges secundum varia regimina, quę sunt, regnũ, aristocratia, oligarchia, Democratia, & tyrannis. Hinc oriuntur constitutiones principum, senatus consulta, ius prætorium & plebiscita: ex tyrannide, quia est regimen corruptum, nulla oritur lex. Est etiam regimen ex his commixtum, quod est optimum, vnde oritur lex.

5. Concl. De ratione humanæ legis est vt dirigat humanos actus, vnde alia diuisio sumpta ex his, de quib. est lex: de adulterijs, de sicarijs, &c.

6. Concl. Ius gentium est quidem naturale, quia proxime ex principijs naturæ ducitur, distinguitur tamen à naturali, cum contineat conclusiones, & maxime à naturali commune brutis.

Quæstio 96. De potestate legis humanæ.

Art. 1. Vtrum lex humana debeat poni in communi magis, quam in particulari.

1. Concl. Lex humana debuit poni in communi, id est, debet respicere multas personas, negotia & tempora.

1. *Ex digest. iura constituuntur ex his, quæ sæpius accidunt.*

2. *Qualis est finis legis, talis debet esse lex, quia quod est ad finem, debet esse fini proportionatum, sed lex est conscripta propter bonum commune: Ergo debet esse proportionata bono communi: Sed hoc constat ex multis. Ergo lex multa debet respicere: quoniam ciuitas constituitur ex multis personis, quarum bonum multa actionibus procuratur: nec ad hoc instituitur, vt parum duret, sed omni tempore per ciuium successionem.*

2. Concl. Tres sunt species iuris legalis, seu positiuæ prima, cum aliquid commune statuitur, & hæ sunt leges communes: secunda priuilegia, quæ respiciunt priuatas personas, tertia legalia, quæ sunt applicationes legum communium, & dicuntur sententialia.

3. Concl. Vtilitas regulæ est, vt vno multa mensurentur, & ita nulla esset vtilitas legis, quæ est regula, si respiceret tantum vnum actum. Ad singulares actus dirigendos sunt singularia præcepta præsidentium.

3. Concl. In legibus & humanis actibus sufficit verum, vt pluribus.

Articul. 2. Vtrum ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere.

1. Concl. Non pertinet ad legem humanam prohibere omnia vitia, sed grauiora à quibus possibile est plures abstinere, & maxime cum sunt in detrimentum aliorum, & contra societatem humanam.

1. *Ex Aug. qui ait recte legem humanam aliquid permittere, quod prouidentia diuina vindicat. At non vindicantur, nisi peccata. Ergo.*

2. *Lex humana datur multitudini ad humanam societatem cõseruandam. Ergo debet esse proportionata multitudini, cum sit mensura, qua debet esse mensurato proportionata, & possibilis: vnde non datur eadem lex puero, & adulto & multa permittuntur imperfectis, quæ imperfectis non tolerantur. At non esset proportionata nisi aliqua vitia permitteret. Ergo Nam cum detur multitudinibus in qua, quarum maior pars est imperfecta, ideo non prohibet omnia, à quibus fortiores abstinent, sed grauiora, &c.*

2. Concl. Leges factæ sunt ad comprimendam audaciam, quæ satis comprimitur per leges, quibus prohibetur, ne alijs fiat iniuria.

3. Concl. Lex humana intendit inducere ad virtutem, sed gradatim, & ideo non imponit multitudini, quæ sunt virtuosorum.

4. Concl. Lex humana est participatio legis æternæ, & ita ab ea deficit: nec damnanda sunt, quæ facit propter hoc, quod non omnia faciat.

Art. 3. Vtrum lex humana præcipiat actus omnium virtutum.

1. Concl. Lex humana non præcipit omnium virtutum actus, sed tantum eos, qui ad bonum commune ordinantur immediate, vel mediate. lib. 5. c. 1.

1. *Arist. ait legem præcipere fortis opera facere, & quæ temperati, &c.*

2. *Quoniam licet obiecta omnium virtutũ possint referri ad bonum priuatum, & multitudinis, & quæ sunt fortitudinis ad conseruationem ciui-*

tatis,

tatis, vel amicæ; & lex ordinetur ad bonum commune, & proinde posset præcipere actus cuiuscunq; virtutis: tamen solum præcipit actus, qui ordinantur in bonum commune, quia ipsa ordinatur ad bonum commune. Ergo.

Concl. Vt non prohibet omnes actus malos, ita nõ præcipit omnes bonos: sed aliquos ex singulis vitijs prohibet, & ex virtutibus imperat.

Concl. Actus virtutis dicitur, vel ex eo, quod homo operatur virtuosa, & sic lex præcipit actus virtutis: vel ex eo quod quis operatur eo modo, quo virtuosus, & hic actus procedit sempera virture, & hoc modo non est sub præcepto, sed est finis legis.

Concl. Nulla est virtus, cuius actus non sint inordinabiles in bonum commune, saltem mediate: vt cum aliqua ordinantur pertinentia ad bonam disciplinam, vt bene informentur ciues, vt commune bonum conseruent.

Artic. 4. Vtrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiæ.

Concl. Leges humanæ iustæ habent vim obligandi in foro conscientiæ.

1. Prima Pet. 2. Hæc gratia, si propter conscientiam sustinet. &c.

2. Quoniam omnis [illegible] participatio legis æternæ Prou. 8. Ad hoc [illegible] Ergo.

Concl. Lex est iusta ex fine, id est, propter bonum commune: ex auctore, cum non excedit potestatem ferentis legem: & ex forma, cum imponitur secundum æqualitatẽ proportionis subditis in ordine ad commune bonum.

Concl. Leges possunt fieri iniustæ, vel per contrarietatem ad bonum humanum, & hoc, vel ex fine quia non imponuntur onera propter bonum commune: vel ex auctore si vltra potestatem, vel ex forma, si inæqualiter imponatur: & hæ sunt magis violentiæ, quam leges, & non obligant in conscientia, nisi propter scandalum, vel ad vitandum turbationem, propter quod homo suo iuri debet cedere. Vel contra bonum diuinum, vt leges tyrannorum de adorandis idolis, & has nullo modo licet seruare.

Act. 5. Cum omnis potestas sit à Deo, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ideo sit reus secundum conscientiam.

Concl. Secundum procedit, cum lex est contra bonum diuinum, ad quod ordo potestatis humanæ non se extendit.

Concl. Tertium procedit cum grauamen est iniustum, ad quod potestas à Deo data non extenditur.

Art. 5. Vtrum omnes subijciantur legi.

1. Concl. Omnes qui subduntur potestati, subduntur legi, quam fert potestas, quantum ad vim directiuam.

Nam ad Rom. 13. dicitur, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita: Sed non videtur subditus potestati, qui non subditur legi, quam fert potestas. Ergo omnes debent esse legis subiecti.

2. Concl. Qui potestati non sunt subiecti, vel quia sunt alterius regni, & loci, vel quia reguntur à lege & potestate superiore secundum aliqua mandata, secundum quæ non pendet ab inferiore, non sunt subditi legi.

3. Concl. Homines virtuosi & iusti, non sunt subiecti legi quoad vim coactiuam, sed soli mali.

Quia coactum est contrarium voluntati. At voluntas bonorum consonat legi, malorum vero discordat. Ergo.

4. Concl. Iusto non est posita lex quoad vim coactiuam. *Quia est sibi lex.*

5. Concl. Lex spiritus sancti est supra omnes leges; & ideo viri spirituales, qui spiritu ducuntur non sunt subditi legi, & quod subdantur, ex ductu Spiritus sancti fit.

6. Concl. Princeps est solutus à lege quantum ad vim coactiuam, quantum ad directiuam subditur legi propria voluntate, cap. *cum omnes.* de const. Quare quantum ad iudicium Dei princeps non est solutus a lege, quam voluntarius debet seruare. Est etiam supra legem quantum ad mutationem & dispensationem pro loco & tempore.

Art. 6. Vtrum ei, qui subditur legi, liceat præter verba legis agere.

1. Concl. Si emergat casus, in quo obseruatio legis sit damnosa communi saluti, non est obseruanda: & sic licet præter verba legis agere.

lib. 4. de trin. c. 12. 1. *Quia, vt ait Hilar. intell gentia dictorum, ex causis est sumenda dicendi, ergo magis causa, quam verba est attendenda.*

2. Concl. 2. *Lex ordinatur ad bonum commune, & inde habet vim legis, & obligandi: sed potest contingere, vt aliquibus casibus quod alias erat vtile communitati, sit maxime nocium, quia legislator nõ potest casus particulares intueri Ergo licet agere contra verba legis, vt seruetur communis vtilitas, quam legislator intendit.*

3. Concl. Si obseruatio legis non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemlibet interpretari, quid sit vtile ciuitati, sed ad principem, qui est consulendus, vt dispenset: si non est tempus, &

Quæstio 100. De præceptis moralibus veteris legis.

Artic. 1. Vtrum omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ.

1. Concl. OMnia præcepta moralia legis pertinent ad legem naturæ.

1. Rom. 2 Gentes naturaliter, quæ legis erant, faciebant, quod intelligitur de his, quæ ad mores pertinent, Ergo.

2. Mores dicuntur in ordine ad rationem, cuius iudicia procedunt ex principijs practicis naturaliter cognitis ex quibus diuersimode proceditur ad iudicandum. Quædam enim in humanis actibus ita sunt explicita, vt facile ex principijs probentur: vt patrem esse honorandum: quædam requirunt multam considerationem circunstantiarũ, quæ ita sunt de lege naturæ, vt egeant disciplina sapientum: vt honorare personam senis &c. Quædam sunt ad quorum iudicium homo instrui debet diuina instructione, quæ erudimur de decimis: vt Non assumes nomen Dei in vanum, &c. *Quare cum omne rationis iudicium æqualiter a ratione derivetur, omnia præcepta moralia pertinebunt ad legem naturæ, sed diuersimode, vt est dictum. Et ex his soluuntur argumenta.*

Art. 2. Vtrum præcepta moralia legis sint de omnibus actibus virtutum.

1. Concl. Arist. 2. Pol. c. 5. Lex diuina conuenienter proponit præcepta de actibus omnium virtutum.

1. Ex Ambr. peccatum est transgressio mandatorum: At peccata contrariantur omnibus actibus virtutum. Ergo lex debet ordinare ad actus omnium virtutum.

2. Legis præcepta ordinantur ad commune bonum, pro cuius ratione varia leges statuuntur: & quia lex humana ordinatur ad communitatem humanam, quæ consistit in actibus exterioribus, & maxime iustitiæ, ideo præcipit actus iustitiæ, & aliarum virtutum, vt habent rationem iustitiæ: communitas ad quam pertinet lex diuina est hominis ad Deum in hac, vel futura vita: & ideo præcipit de omnibus, quibus homo bene ordinatur ad Deum, cui coniungitur mente, cum sit eius imago, scilicet dat præcepta de omnibus illis, quibus ratio bene ordinata est. At hoc contingit per actus omnium virtutũ. Ergo; Virtutes enim intellectuales ordinant actus rationis in seipsis, morales eosdem circa passiones & actiones.

2. Concl. Præcepta de actibus sine quibus ordo rationis stare non potest; cadunt sub obligatione præcepti: quæ ad bene esse, sub admonitione consilij.

3. Concl. Obseruatio mandatorum legis habet rationem iustificationis, quatenus iustum est hominem Deo obedire: vel vt iustũ est, omnia quæ sunt hominis rationi obedire.

4. Concl. Iustitia proprie dicta est inter homines: at communiter sumpta attenditur secundum debitũ inferiorum virium ad rationem. Vltimum soluitur ex diuersitate communitatis.

Artic. 3. Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi.

1. Concl. Præcepta decalogi in eo ab alijs distinguuntur, quod data sunt à Deo immediate, alia vero per Moysen.

2. Concl. Ad decalogum pertinẽt illa præcepta, quæ statim ex principijs modica consideratione cognosci possunt; & statim ex fide infusa innotescunt.

3. Concl. Inter præcepta decalogi non computantur, quę lumine naturali sunt per se nota: quorum duo sunt genera, vt quod nemini liceat malefacere: alterum eorum quæ inquisitione sapientum indigent: quæ dantur à Deo per disciplinam sapientum.

4. Concl. Vtrumque genus continetur in præceptis decalogi: primum vt principia in cõclusionibus: alterum contra. Quare omnia præcepta possunt reduci ad decalogum.

5. Concl. Dilectio Dei, & proximi sunt duo prima principia naturalia, & fidei lumine cognita, & ideo præcepta decalogi ad ea referuntur, vt conclusiones ad principia.

6. Concl. Præceptum de sabbathi sanctificatione est morale in se licet ratione temporis sit cæremoniale.

7. Concl. Ratio debiti magis perspicitur in iustitia, quam in alijs virtutibus, & actus iustitiæ sunt magis noti, ideo specialiter cadunt sub præceptis decalogi, quæ sũt prima legis elemẽta.

Artic. 4. Vtrum præcepta decalogi conuenienter distinguantur.

1. Concl. Præcepta decalogi conuenienter distinguuntur in tria, quæ pertinent ad Deum, & in septem pertinentia ad proximum.

Ita Aug. q. 7. in Exodum. Quæ pertinent ad Deum, sunt Ego sum Dominus Deꝰ tuus, &c. *in quo continetur,* Non habebis deos, & non facies sculptile, *quæ non sunt distinguenda, vt quidam faciunt. Secundum.* Non assumes nomen, &c. *Tertium de sabbatho sanctificando. Reliqua septem pertinent ad proximum, inter quæ, præcepta de non concupiscendo sunt distincte numeranda, cum concupiscentia carnis sit distincta à concupiscentia oculorum.*

2. Concl. Latria est quædam protestatio fidei, ideo

præceptum, Non habebis Deos, &c. non debet diſtingui, à nõ facies tibi ſculptile, & potius danda ſunt præcepa de latria quã de fide, cum præceptum fidei ſupponatur ad præcepta decalogi.

Concl. Negatiua diſtinguuntur ab affirmatiuis, quando vnum non continetur ſub alio, vel contra, vt accidit in primo præcepto.

Concl. Omnes concupiſcentiæ cõueniunt in vna communi ratione, ideo Paulus dixit concupiſcentiam neſciebam, ſingulariter: ſed tamen variæ ſunt ſpecies concupiſcentiæ, & Ideo dantur diuerſa præcepta de non concupiſcendo.

Articul. 5. Vtrum præcepta decalogi conuenienter numerentur.

1. Concl. Præcepta decalogi conuenienter numerantur.

Deut 4. Oſtendam vobis pactum, &c. & decem verba, quæ ſcripſi.

2 *Lex diuina ordinat hominem ad communitatem humanam ſub Deo, Ergo debet bene ordinari & ad Deum tanquam ad principem & ad proximum. Principi debetur fidelitas, & ita eſt primũ præceptum.* Non habebis deos alienos. *Debetur reuerentia, & ita ſecundũ.* Non aſſumes nomẽ, &c. *Debetur etiã ſamulatus, ad quod datur tertium de ſanctificatione ſabbathi in memoriam creationis: Ad proximũ, ſe bene habet ſpecialiter ratione debiti, & ita datur præceptum de honorandis parentibus: generaliter, ad omnes, & vt nemini noceat, vel opere in perſonam propriam,* No occidẽdo: *in perſonam coniunctam,* Nõ mœchaberis; *in rem poſſeſſam.* Non furaberis: *vel ore,* Nõ falſũ teſtimoniũ dices: *vel corde,* Non concupiſces. *Sic tria præcepta erga Deum, ad opus, os, & cor reuocari poſſunt.*

2. Concl. Præcepta legis referũtur ad dilectionem, & continent dilectionem Dei & proximi tantum, & non ſui quia dilectio ſui continetur in dilectione Dei & quia quãtum, ad hoc, lex non erat obſcurata.

3. Concl. Solennitates legis erant memoratiuæ beneficiorum, & ſignificatiuæ futurorũ, quod maxime competit ſolennitati ſabbathi, quæ eſt memoratiua beneficij creationis, & ſignificatiua futuræ vitæ, aliæ ſolennitates celebrabrantur ob priuata beneficia.

4. Concl. Iuramentũ eſt ſatis commune hominibus, ideo ſpeciatim prohibetur: in quo etiam latet prohibitio falſæ doctrinæ, & blaſphemiæ.

5. Concl. Ratio naturalis ſtatim dictat nemini inferendum nocumentum non autẽ aliquid pro alio eſſe faciendum, niſi adſit debitum quod parentibus nulla ratione poteſt negari: alijs vero non ita. Patres autem amãt filios vt aliquid ſui; ideo nõ datur præceptum dilectione aliorum, & filiorum.

6. Concl. Delectatio adulterij & vtilitatis diuitiarũ eſt per ſe appetibilis, non ita delectatio homicidij, &c. ideo ſpeciatim prohibetur.

7. Concl. Prohibentur ſolæ paſſiones concupiſcibilis, & non iraſcibilis, quia ad illas omnes reducuntur.

Art. 6. Vtrum conuenienter ordinentur decem præcepta decalogi.

1. Concl. Præcepta decalogi conuenienter ordinantur.

1. Quoniam ſunt á Deo, cuius opera ordinata ſunt.

2. Præcepta decalogi ſunt de his, quæ ſunt in promptu, & id eſt magis in promptu, quod magis rationi repugnat: & cum rationis ordo incipiat à fine, & finis hominis ſit Deus, ideo dantur primum præcepta ordinantia ad Deum, tum ad proximum. Inter illa prime occurrit fidelitas, deinde reuerentia, poſtea ſamulatus, quorum contraria maxime a ratione, eodem ordine abhorrent. In præcepto ad proximum maxime repugnat rationi non ſeruare debitum ei, cui magis debetur, ideo ponitur primum præceptum de honorandis parentibus: inter alia attenditur ordo grauitatis, & grauius eſt offendere opere, quam ore, & ore, quam corde: In operibus grauius homicidium quam adulterium, & adulterium, quam furtum.

†2. Concl. Proximus eſt notior Deo, ſed ratio diligẽdi proximum eſt amor in Deum: ideo prius ponuntur præcepta ordinantia in Deum.

3. Concl. Pater eſt principium eſſendi, vt etiã Deus ideo præceptum de colendis parentibus ſubijcitur, poſt præcepta erga Deum: & in ordine præceptorum non attenditur affirmationis, vel negationis ordo, ſed grauitatis.

4. Concl. Et licet peccatum cordis ſit grauius tamen eius prohibitio poſterius cadit in ratione.

Art. 7. Vtrum præcepta decalogi conuenienter tradantur.

1. Concl. Præcepta legis conueniẽti modo ſunt tradita.

1. Quia ſi Deus omnia fecit in numero pondere, & menſura. Ergo multo magis præcepta ſuæ legis.

Sap. 11. *2. In præceptis continetur maxima ſapientia. Deuter. 4. at ſapientis eſt omnia ordinare Ergo.*

† 2. Concl. Semper affirmationem ſequitur negatio, non contra, quia ad plura ſe extendit negatio & ideo non fuit neceſſe, vt præcepto negatiuo re-

uo responderet affirmatiuum, cum negatiuum secundum dictamen rationis ad plures se extendat, quã affirmatiuum, quod includit rationem debiti: quæ cum apertissima sit respectu Dei & parentum, ideo & ponuntur duo præcepta affirmatiua.

3. Concl. Primo & tertio præcepto additur ratio, quia nõ sunt pure moralia, sed habẽt aliquid cærimoniale: alia habẽt manifestã rationem.

4. Concl. Illis præceptis additæ sunt promissiones, ex quibus nulla videbatur vtilitas sequi, aut aliqua vtilitas impediri, vt præcepto, de honorandis parentibus & de prohibitione idololatriæ.

5. Concl. Illis præceptis adduntur pœnæ, in quibus est pronitas ad malum, vt ad periurium, & idololatriam.

6. Concl. Præceptum de sabbatho est memoratiuũ, ideo in eo ponitur memoria.

Artic. 8. *Vtrum precepta decalogi sint dispensabilia.*

1. Concl. Præcepta decalogi sunt omnino indispensabilia.

1. Isa. 24 damnantur quidã quod dispensauerũt fœdus sempiternum: quod videtur intelligendum de his præceptis.

2. Illa præcepta sunt indispensabilia, quæ continent intentionem legislatoris, quæ principaliter ordinatur in bonum commune, quia dispensatio fit cum occurrit casus in quo si lex seruaretur, iret præter intentionem legislatoris: & ista quæ continent conseruationem communis boni, & ordinem iustitiæ, quia continent hanc intentionem sunt indispensabilia, illa vero, quæ ordinantur ad priora, & quibus determinantur aliquæ modi speciales, possunt dispensari cũ impeditur intentio legislatoris. At præcepta decalogi sunt prioris generis, id est continent intentionem legislatoris, quia tria priora recte ordinant ad Deum, & continent ordinem ad bonum commune. posteriora continent ordinem iustitiæ inter homines. Ergo.

† 2. Concl. Ius naturale non deficit in præceptis communibus, sed in particularibus & in determinationibus, & in his fit dispensatio.

3. Concl. Deus non potest negare seipsum quod faceret, si vellet hominem non ordinari ad ipsum, vel non seruare iustitiam.

4. Concl. 2. Tim. 2. Occidere prohibetur, vt est iniustũ, quod non est cum facinorosi puniũtur. Quare hæc præcepta quantum ad iustitiam, quam continent, sunt indispensabilia, sed quantum ad applicationẽ ad actus singulares, vt hoc, vel illud sit homicidũ, hoc est mutabile, vel auctoritate diuina, vel humana in his quæ sunt commissa hominum iurisdictioni.

Quia quantum ad hoc homines gerunt vicem Dei non autem quantum ad omnia.

5. Concl. 1. Math. 2. Illa excogitatio Machabæorum de pugna in die sabbathi, fuit magis interpretatio præcepti; quam dispensatio, quia non violat sabbathum, qui facit opus necessarium.

Articul. 9. Vtrum modus virtutis cadat sub præcepto legis

1. Concl. Illud directe cadit sub præcepto, ad quod lex cogit, quia præceptum habet vim coactiuam per metum pœnæ, ad quam aliter se habet lex humana, ac diuina: & pro illis infligitur, de quibus legislator habet iudicare: homo de exterioribus, Deus etiam de interioribus.

2. Concl. Modus virtutis est triplex, scilicet, vt quis operetur sciens, volens & firmiter.

3. Concl. Modus scientiæ cadit sub lege, tum diuina, tum humana & ita secundum ignorantiã. aliquis punitur, vel excusatur: quia ignorans per accidens facit.

4. Concl. Modus virtutis, volens seu eligens, cadit solum sub præcepto legis diuinæ.

Quia in hoc importatur duplex motus interior, scilicet, voluntatis & intentionis, quæ duo non cadunt sub iudicio humano.

5. Concl. Modus virtutis, vt quis firmiter, vel ex habitu operetur sub nullius legis præcepto cadit. Neque enim ab homine, vel à Deo punitur, qui non agit ex habitu; & qui non haberet habitũ semper mereretur pœnam, quidquid faceret.

† 6. Concl. Modus iustitiæ est, vt fiat aliquid secundũ ordinem iuris, non autem vt fiat ex habitu.

7. Concl. Intentio legislatoris est, primo de eo, ad quod vult inducere, & hæc est virtus, secũdo de eo, quod ducit ad virtutem, & de hoc est præceptum, id est, de medio ad finem.

8. Concl. Operari sine tristitia cadit sub legis diuinę præcepto, ratione dilectionis Dei, quæ est sub præcepto, sed nõ quatenus delectatio sequitur ex operatione, & habitu.

Art. 10. Vtrum modus caritatis cadat sub præcepto diuinæ legis.

1. Concl. Modus caritatis est in præcepto quando lex diuina præcipit actum dilectionis vt cũ dicitur, *Diliges Dominum*, &c. Neque enim est impossibile hoc præceptum, cum homo possit se disponere ad caritatem habendum: qua habita poterit ex ea operari.

2. Concl. Modus caritatis, vt est modus aliarũ virtu-

tum, quæ ordinantur ad caritatem, quæ est finis præcepti, non cadit sub precepto, id est, nemo tenetur ex caritate honorare parentes, &c. Vnde qui sine caritate seruat alia præcepta, non est transgressor legis. Alias enim quicunque non haberet caritatem mortaliter peccaret in omni opere etiam bono, quod est inconueniens.

3. Concl. Dominus non dixit, *Serua mandatum, si vis ad vitam ingredi sed mandata.* in quibus cõtinetur etiam præceptum de dilectione.

4. Concl. Vt Deus diligatur ex toto corde, oportet vt omnia referantur in Deum, & ita præceptum caritatis non potest impleri, nisi omnia in Deum referantur. Quod autem quis ex caritate debeat honorare parentes, non est ex vi præcepti caritatis, quod certis temporibus obligat, cum sit affirmatiuum : Vnde aliquis potest honorare parentes, & non peccare contra omissionem modi caritatis.

5. Concl. Impossibile est implere legem sine gratia.

Quia præceptum caritatis sine gratia seruari non potest.

Artic. 11. Vtrum conuenienter distinguantur alia moralia præcepta legis præter decalogum.

1. Concl. Lex debuit alia præcepta tradere, præter illa decalogi.

Quia lex conseruat animam immaculatam, Psal. 118. quod fit etiam per præcepta superaddita. Ergo.

2. Concl. Quæ superadduntur pertinent ad conclusiones, quæ à solis sapientibus ducuntur ex principijs naturalibus, quæ data sunt à Deo per Moysen, & Aaron, & ad precepta decalogi reducuntur per modum additionis ad illa. Primo præcepto adduntur, quæ prohibent idololatriam : Secundo prohibitio blasphemiæ : tertio omnia cæremonialia : quarto, præceptum de honorandis senibus : quinto, prohibitio odij : sexto, prohibitio fornicationis, & vitij contra naturam : septimo, prohibitio vsuræ, & fraudis : octauo prohibitio falsi iudicij. Alijs duobus nihil additur, quia vniuersaliter omnis concupiscentia prohibetur.

Deut. 19. Leu. 14. Leu. 19. & 18. Deut. 18. 24. & 25. Exod. 23.

3. Concl. Ad dilectionis precepti ordinãtur quædam præcepta secundum manifestam rationem debiti, alia secundum rationem magis occultam.

4. Concl. Iudicialia & moralia determinãt præcepta decalogi ex vi institutionis, non ex vi naturalis instinctus, vt moralia superaddita.

De actu fortitudinis datur præceptum per duces exhortantes in bello : Actus gulæ prohibentur per monitionem paternam : quia contrariatur bono domestico. 5 Concl. Deut. 20. 21.

Art. 12. Vtrum præcepta moralia veteris legis iustificarent.

Præcepta moralia veteris legis iustificabant secundum quod iustificatio importat significationem, vel dispositionem iustitiæ, quoniam disponebant ad gratiam Christi, quam etiam significabant. 1. Concl.

Si iustificatio sumatur pro executione iustitiæ moralia iustificabant, prout in se continebant, quod iustum est : quo etiam modo omnia præcepta iustificabant, sed aliter, ac aliter. Cæremonialia continebant iustitiam in communi, prout offerebant cultum Deo, sed non in specie, nisi ex sola determinatione legis diuinæ. Ideo de his dicitur, non iustificasse, nisi ex deuotione & obedientia. Moralia & iudicialia continebant iustitiam generatim, & speciatim : sed moralia, iustum secundum iustitiam generalem, quæ est omnis virtus, iudicialia secundum specialem, quæ est circa contractus humanos. 2. Concl.

Si sumatur iustificatio proprie dicta, qua homo iustus est apud Deum, præcepta veteris legis non iustificabant : quia nec precepta, nec sacramenta illa cõtinebant gratiam. Vnde illud, *littera occidit*. Aug. intelligit etiam de moralibus præceptis. 3. Concl. 2. Cor. 3. lib. de spir. & lit. c. 4.

Quæstio 101. De præceptis cæremonialibus secundum se.

Artic. 1. Vtrum ratio præceptorum cæremonialium in hoc consistat, quod pertinent ad cultum Dei.

1. Concl. Cæremonialia præcepta proprie ea dicuntur, quæ pertinent ad cultum Dei.

1. Exod. 18. ostendaq; populo cæremonias & ritum colendi.

2. Cæremonialia determinant moralia in ordine ad Deum. Homo autem ordinatur ad Deum per debitum cultum. Ergo.

2. Concl. Ad cultum Dei non solum pertinent sacrificia, sed etiam debita præparatio colentium Deum : & ita quæ pertinent ad præparationem cadunt sub cæremonialibus, ex parte finis : vt præcepta de vestibus, cibis, &c.

3. Concl. Quia in solemnitatibus diligentius obseruantur, quæ pertinent ad cultum, ideo in obser-

obſeruatione ſolemnitatum omnia cæremonialia includuntur.

4. Concl. Cæremonialia non dicuntur à cæteris, qui accenduntur, neq; à chere, id eſt ſaluc, quamuis, quæ ordinant ad Deũ, ſint regula ſalutis.

5. Concl. Non dicuntur cæremonialia præcepta ea, quorum ratio eſt occulta, ſed hoc eis accidit, prout ſunt ſignificatiua.

Art. 2. Vtrum præcepta cæremonialia ſint figuralia.

1. Concl. Gal. 2. Præcepta cæremonialia ſunt figuralia.

1. *Paulus eum vocat vmbram futurorum.*

2. *Cæremonialia ordinantur ad cultum, qui eſt duplex, interior nimirum, & exterior, & hic ordinatur ad interiorem, qui conſiſtit in intellectu, & affectu, & ideo diuerſimode actus exteriores applicantur ad cultum Dei, prout intellectus, & affectus. Varie mouentur Deo. In vita futura videbitur Deus clare, & ideo exterior cultus non conſiſtet in figura, ſed ſolum in laude procedente ab affectu interiore. In hac vita videtur per ſenſibilia,* Heb. 7. *& figuras, ſed diuerſimode ſecundum ſtatum cognitionis humanæ. In veteri lege, nec veritas in ſe eſt manifeſtata, nec via ad hoc perueniendi. Vnde cultus exterior in illa lege, debebat figurare non ſolum veritatem manifeſtandam, ſed etiam viam,* Heb. 10. *hoc eſt Chriſtum. In noua lege, via eſt reuelata, & ideo non debet præfigurari, ſed in memoriam reuocari: vt futuram veritatem præfigurari oportet. Ideo. Lex dicitur habere vmbram, & non imaginem rerum; vmbra pertinet ad veterem, imago ad nouam legem: cum vmbra ſit minus, quam imago.*

2. Concl. Diuina reuelanda ſunt ſecundum capacitatem hominis: alias contemnerentur, niſi intelligerentur: & ita ſub figuris, quæ pertinent ad cultum Dei traduntur.

3. Concl. Vt poetica non capiuntur à ratione humana per defectum veritatis eorum, niſi repræſentur figuris, ita diuina propter excedentem eorum veritatem, & ita vbique opus eſt figuris.

4. Concl. Exterior cultus ad interiorem ordinari debet, ad quem melius homines per Chriſtum ſunt introducti: vnde ſoluuntur duo argumenta.

Art. 3. Vtrum debuerint eſſe multa cæremonialia præcepta.

1. Concl. Cæremonialia, præcepta debuerunt eſſe multa.

1. *Oſee 8. Scribam ei multiplices leges meas.*

2. *Lex datur populo, in quo ſunt quidam proni ad malum, qui ſunt præcepta coercendo: quidam proni ad bonum, qui ſicut inſtruendi. In illa lege erant multi proni ad idololatriam, cuius varij erant ritus, & cæremoniæ, & ideo per varia præcepta cæremonialia reuocandi erant, quibus occupati cultui Dei incumberent. Boni etiam per varia cæremonialia ad bonum inuitabantur; vt eorum mens varie in Deum referretur, & magis aſſidue: adde quod huiuſmodi cæremonialia Chriſtum præfigurabant, qui multas vtilitates attulit, & multa circa ipſum conſideranda erant.*

2. Concl. Propter imbecillitatem eius, qui tendit ad finem, ſunt multiplicanda media: & rurſus cæremoniæ illæ imperfectæ repræſentabant excellentiam Chriſti, ideo multiplicatæ fuere.

3. Concl. Sapientis legislatoris eſt minores tranſgreſſiones permittere, vt maiores cauentur; ideo ne populus tranſgrederetur præceptum de vero cultu, & ne peccaret ſuperbia, ſi omnia ſeruaſſet, multis eum onerauit cæremonialibus.

4. Concl. Lex vetus in multis diminuebat corporalem cultum, vt quod ſacrificia non offerrentur, niſi vno loco nec à quolibet: nec tamen ita minuit, vt homines facile ad cultum dæmonum declinarent.

Art. 4. Vtrum cæremonia veteris legis conuenienter diuidantur in ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantias.

1. Concl. Conuenienter cæremoniæ veteris legis diuiduntur in ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantias.

Num. 15. Leu. 7. *Nam in variis locis ſcripturæ, his nominibus appellantur.*

Exod 48 *Deinde in cultu Dei, ad quem ordinantur cæremoniæ, conſiderantur ipſe cultus, qui ſpecialiter conſiſtit in ſacrificijs, inſtrumenta, & hæc dicuntur ſacra, vt vaſa, &c. Colentes, qui ſunt inſtituendi: vel ad cultum per conſecrationem quandam, & hoc per ſacramenta; vel ad conuerſationem, qua diſtinguuntur ab alijs, & hoc per obſeruantias, vt cibarum, veſtimentorum, &c.*

2. Concl. Per iſta ſignificabantur, quæ futura erant in noſtra lege: ſacrificia Chriſtum ſignificarunt: & reliqua, eadem vt ſunt in noſtra lege.

3. Concl. Illa ſacrificia non dicuntur ſacramenta, quia continebant Chriſtum in figura: ſed in illa lege erant quædam ſacramenta, quæ erant figura futuræ conſecrationis, & ita ſacramẽta diſtinguebantur à ſacrificijs, licet quædam conſecrationes, quibuſdam ſacrificijs adiungerentur.

. Concl. Quædam erant cultui diuino dicata, quæ non erant sacrificia, vel sacramenta, & hæc sacra dicebantur.

5 Concl. Quæ pertinebant ad consecrationem populi commune nomen obseruantiarum retinebant, & ita obseruantiæ non distinguuntur ab alijs.

6. Concl. Solemnitates, quæ pertinent ad determinationem temporis, inter sacra computantur: oblationes, & munera ad sacrificia referuntu .

Quæstio 102 De cæremonialium præceptorum causis.

Articul. 1. Vtrum cæremonialia præcepta habeant causam.

1. Concl. PRæceptorum cæremonialium, rationabiles causæ assignari possunt.

1. Quia sunt præcepta Dei, qua illum manet erudos, quod non esset, nisi haberent causam rationabilem.

Psal. 18. Arist 2. Phys. t 88. Deut. 4. Rom. 14.

2. Eorum, quæ ordinata sunt, potest reddi rationabilis causa quia ad hoc, vt aliqua sint ordinata, requiritur, vt dirigantur in debitum finem, qui est principium ordinis, & quod est ad finem, sit proportionatum fini, vnde sumitur ratio eius, quod est ad finem Sed præcepta cæremonialia sunt huiusmodi, quia sunt à sapientia Dei, cuius est omnia ordinate facere. Ergo.

† 2. Concl. Obseruantiæ legis ex se consideratæ possunt dici sine ratione: tamen ex fine ad quem ordinabantur, rationem habent: at quæ sunt in lege noua, quę precipue consistunt in fide, & dilectione Dei, sunt rationabilia ex natura actus.

3. Concl. Sicut lignum scientiæ boni, & mali ex sola prohibitione habuit aliquam rationem per ordinem ad aliud, sic etiam cæremoniæ veteris legis.

4. Concl. Præcepta moralia habent rationem ex se, cæremonialia vero aliunde.

Artic. 2. Vtrum præcepta cæremonialia habeant causam literalem, vel figuralem tantum.

Cæremonialia præcepta habent rationem, non solum figuralem, sed etiam literalem.

1. Concl. *1. Vt cæremonialem figurabant Christum, sic etiã historia veteris Testamẽti 1 Corint. 10 Omnia in figura cõtingebant. Sed historia habebant etiam intellectum literalem. Ergo, & cæremonia.*

2. Finis præceptorum fuit ordinare populum ad cultum, sub qua consideratione, quia pro illo tempore cultus diuinus, qui cæremonijs continebatur, seruandus erat a populo, habent rationes literales, siue pertineant ad vitandam idololatriam, siue ad insinuandam excellentiã Dei, vel ad rememoranda beneficia, vel ad designandum statum mentis. Rursus finis fuit figurare Christum, & sub hac consideratione, habent rationes mysticas, siue accipiantur ex parte Christi, & ecclesiæ: siue ad mores populi Christiani, siue ad statum futuræ gloriæ. Vnde habent rationes allegoricas, morales, & anagogicas referantur.

† 2. Concl. Vt intellectus, metaphoricæ locutionis, est literalis in scriptura: ita etiã aliquæ significationes cæremoniarum habent literalem sensum, vt est dictum.

3. Concl. Secundum procedit, si data essent cæremonialia, solum ad significandum, & non etiam ad colendum Deum.

4. Concl. Aliquæ determinationes particulares cæremonialium non habent, nisi rationem figuralem, at vniuersæ habent etiam literalem.

Artic. 3. Vtrum possit assignari conueniens ratio cæremoniarum, quæ ad sacrificia pertinent.

1 Concl. Potest conuenienter assignari causa cæremoniarum, quæ ad sacrificia pertinebant.

1. Quia ista sacrificia placebant Deo, cui non placent, nisi quæ sapienter, & ordinate fiunt. Ergo.

Sap. 7.

2. Quia potest reddi causa, & vt pertinent ad cultum Dei, & vt sunt figura. Erg. Vt ordinantur ad cultum, accipitur causa primum, quatenus mentem in Deum ordinat, ad quod pertinet, vt beneficia recognoscat, & hoc per oblationes, & sacrificia, quibus homo profitetur se habere omnia à Deo. Et quia humana mens non deret, nisi vnum Deum agnoscere, prohibentur in lege, ne alios Deos colat. Deinde, quod per hoc homines retrahuntur à sacrificijs idolorum, & sic eo præcepta de sacrificijs non fuerunt data, nisi quando populus lapsus est in idololatriam. Quantum ad figuram, nullum magis donum Deus dedit hominibus post lapsum Filio suo, ideo potissimum sacrificium fuit quod Christus seipsum obtulerit. Propterea omnia sacrificia offerebantur, vt hoc vnum perfectum sacrificium figurarent. Et quia ex figurato sumitur ratio figuræ, ideo rationes sacrificiorum figuralium sumendæ sunt à vero sacrificio Christi. Et quoniam longum esset ex responsionibus ad argumenta velle omnium sacrificiorum rationes reddere, remitto lectorem ad D. Thomam.

Lam. 1. 1. Par. 29. Exod. 22. Num 7. Ioan. 3. Hab. 10.

Artic.

Artic. 4. Vtrum assignari possit certa ratio cæremoniarum, quæ ad sacra pertinent.

1. Concl. Cæremoniæ sacrorum habent causam rationabilem, suæ institutionis.

1. *Quoniam representabant imaginem cælestium, ad Heb. 8. Ergo: quodcunque diuina representat, rationabile est.*

2. *Cultus exterior in hoc ordinatur, vt homines Deum in reuerentia habeant: & quoniam, quæ communia sunt, non ita in honore habentur, sed quæ sunt ab aliis discreta, & aliquam excellentiam habent, ideoque reges vestibus, & habitationibus illustrioribus vtuntur, propterea oportuit, vt specialia loca, tempora, vasa, & speciales ministros ad cultum Dei ordinarentur, vt per hæc animi hominum ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur. Similiter status legis institutus erat ad significandum mysterium Christi, quod repræsentari debuit re determinata, vt similitudinem haberet cum re figurata. Quare oportuit aliqua specialia obseruare in his quæ pertinent ad cultum Dei. Rationes singulorum petenda sunt ex D. Thoma.*

Artic. 5. Vtrum sacramentorum veteris legis conueniens causa esse possit.

1. Concl. Sacrificia veteris legis habebant rationabiles causas suæ institutionis, tum literales, tum figurales.

1. *Luc. 20. Ego sum Dominus, qui sanctifico vos. Sed à Deo nihil sine ratione fit. Ergo sacramenta illa, quæ ordinabantur ad sanctificationem rationabiliter fuere instituta.*

2. *Sacramenta proprie erant, quæ adhibebantur Dei cultoribus ad quandam consecrationem, qua deputabantur quodam modo ad cultum Dei: quæ generaliter pertinebat ad totum populum, sed specialiter ad Sacerdotes & Leuitas qui erant ministri cultus diuini. Quare ex illis sacramentis, quædam ad totum populum, quædam ad ministros pertinebant, & circa vtrosque tria erant necessaria: Primo institutio in statu colendi Deum, quæ quantum ad omnes fiebat circumcisione, quantum ad sacerdotes per sacerdotum consecrationem: Secundo, esus eorum, quæ pertinent ad diuinum cultum: & sic quantum ad populum erat esus agni paschalis: quantum ad sacerdotes, oblatio victimarum, & esus panum propositionis: Tertio, remotio eorum, quibus aliqui impediebantur à cultu diuino; scilicet, immunditiarum: & sic quantum ad populum erant quædam purificationes, & expiationes à peccatis: quantum ad sacerdotes abutio manuum, pedum, & rasio capillorum. Quæ omnia habebant causas literales, vt ordinabant ad cultum Dei pro eo tempore: & figurales, vt figurabant Christum, vt patet discurrendo per singula.*

Artic. 6. Vtrum fuerit aliqua rationabilis causa obseruantiarum cæremonialium.

1. Concl. Cæremoniæ ad obseruantias pertinentes rationabiles causas, & vt pertinebant ad cultum Dei, & vt præfigurabant Christianorum vitam.

1. *Nam fuerunt institutæ à Deo, ad quandam prærogatiuam illius populi, Ergo.*

2. *Populus Iudaicus specialiter erat deputatus ad cultum Dei, & ex populo specialiter sacerdotes. Et sicut omnia, quæ ordinantur ad cultum debent habere aliquam specialitatem pertinentem ad honorificentiam cultus, sic in conuersatione illius populi, & maxime sacerdotum, debuerunt esse aliqua specialia congruentia ad cultum diuinum, vel spiritualem, vel corporalem. Cultus autem legis figurabat Christi mysterium, & sic omnia eorum gesta figurabant, quæ ad Christum pertinebant. Quare ex duplici capite, possunt sumi rationes obseruantiarum.* 1. Cor. 10.

Quæstio 103. De duratione præceptorum cæremonialium.

Articul. 1. Vtrum cæremonia legis fuerint ante legem.

1. Concl. FVerunt ante legem quædam cæremoniæ non tamen cæremoniæ legis, quod non essent per legis latorem constitutæ.

1. *Deut 6. Hæc sunt præcepta, & cæremoniæ, quæ mandauit, &c. Ergo non erant prius.*

2. *Cæremoniæ ordinabantur ad cultum, & ad significandum, & propterea debebant esse determinata. Et sicut prius inter homines erant quædam iudicia sine anteriorate legis diuinæ, quibus homines ordinabantur ad proximum, per homines constituta: sic erant quædam cæremoniæ, secundum voluntatem, & deuotionem colentium Deum. Sed quia etiam ante legem fuerunt viri pij prophetico spiritu pollentes, credendum est quadam primatis lege ad certum cultum inductos fuisse, qui interiori cultui cõgrueret, & aptus esset ad significanda Christi mysteria, quæ etiam per eorum gesta figurabantur, cum ea omnia in figuram contingerent: Fuerunt ergo ante legem quædam cæremoniæ, sed non cæremoniæ legis.* 1. Cor. 10.

2. Concl. Offerebant olim ex deuotione, prout eis videbantur conuenire, protestantes se co

lere

lere Deum, qui est principium & finis omnium.

3. Concl. Et instituerunt etiam quædam sacra, quia videbatur conueniens ad reuerentiam diuinam.

4. Concl. Circuncisionis sacramentum fuit institutum ante legẽ diuino præcepto quãuis in lege fuerit seruatum: similiter erat sacerdotiũ ex humana determinatione, quod primogenitis tribuebatur.

5. Concl. Ante legem non erat distinctio mundorũ, & immundorũ animalium, quoad esum, sed solum quantum ad sacrificium. Gen. 7. Quod si fuit etiam quoad cibum, fuit ex consuetudine aliquorum.

Art. 2. Vtrum cæremoniæ veteris legis habeant virtutem iustificandi tempore legis.

1. Concl. Cæremonię veteris legis habebãt vim mũdandi ab immunditijs corporalibus.

Heb. 9. *Quia ad hoc statuta erant ex ordinatione legis, ſ. ad emmundationem carnis & ideo institia carnis dicuntur.*

2. Concl Non habebant vim mundandi ab immunditia culpæ.

Ioan. 1. *1. Quia expiatio à peccato nunquã potuit fieri nisi per Christum, qui tollit peccata mundi: at quia mysterium Christi nondum erat realiter peractũ, cæremoniæ non poterant in se realiter continere virtutem profluentem a Christo.*

2. Ex Paulo, qui ea vocat egena elementa

3. Concl. Heb. 2. H. 6. 4. Mens fidelium tempore legis per fidẽ qua coniungebãtur Christo incarnato iustificabatur: cuius fidem cæremoniis protestabantur, prout erant eius figuræ & ideo pro peccatis offerebantur sacrificia quædam, nõ quod ipsa expiarent.

1. Concl. Ioan. 4. 5 5. † 5. Concl Cæremoniæ vt expiabant ab immunditijs erant in figura expiationis, quæ fit per Christum: Itaque non habebant vim iustificandi.

Omnes expiationes quorumcunque in illa lege referendæ sunt ad immunditias corporales.

6. Concl. Sacerdotes placebãt Deo in ceremonijs ob obedientiam, & fidem, ac deuotionem.

7. Concl. Sacerdos constituebatur iudex lepræ mũdatæ, non mundandæ, & cæremoniæ non mundabant lepram, sed tollebant irregularitatis immunditiam.

Artic. 3. Vtrum cæremoniæ veteris legis cessauerint in aduentu Christi.

Concl. Cæremoniæ ordinatæ sunt ad cultum Dei interiorem qui debet esse proportionatus interiori, qui consistit in fide, spe & caritate, secundum cuius diuersitatem variari debet interior cultus.

2. Concl. Triplex est status interioris cultus, primus quo fides & spes habentur de bonis cælestibus, & de his per quæ ad cœlestia introducimur, vt futura sunt: & hic est status veteris legis: secundus, quo fides & spes habentur de bonis cælestibus, vt de futuris: sed de his per quæ introducimur, vt de præsentibus, & hic est status nouæ legis: tertius in quo vtraque habentur de præsenti; & hic est status beatorum: vbi nihil erit figurale. Ergo, vt veniente tertio statu, cessant omnes figuræ, ita adueniente secundo, debuerunt cessare cæremoniæ primi, quæ figurabant secũdum, & aliæ cæremoniæ introduci conuenientes huic statui Apoc. 21.

Huc facit auctoritas Pauli ad Colos. 2. Nemo vos, &c. & ad Hebræos capite. 8.

† 3. Concl. Lex dicitur æterna ratione moraliũ, & ratione cæremonialium, quantum ad veritatẽ figuratam:

4. Concl. Mysterium redẽptionis in passione Christi fuit consummatum: & ideo ante passionẽ Christus mandauit leproso, vt tunc cæremonias seruaret.

5. Concl. Cessante cultu veteris legis, cessant etiam rationes literales illius cultus, qui erat in fide venturi.

6. Concl. Fides Abrahæ semper imitanda est, sed nõ eodem signo protestanda; & quia circuncisio erat protestatio fidei in Christum nasciturum ex semine Abrahæ, vbi Christus venit, cessare debuit. Cui successit baptismus. vt sabbatho dies dominicus, & alijs solemnitatibus aliæ.

Art. 4. Vtrum post passionem Christi legalia possint seruari sine peccato mortali.

1. Concl. Legalia post passionem Christi non possunt seruari sine peccato mortali.

1. ad Galat. 5. Circuncisio nihil prodest. At nihil excludit fructum Christi, nisi peccatũ mortale. Ergo.

2. Cæremoniæ legis, sunt protestationes Christi venturi, cuius confessio, & verbis, & rebus fit: & quamuis eadem sit fides antiquorũ, & nostra, quia omnes confitemur easdem veritates, tamen per enunciationes diuersi temporis. Ergo sicut ibi, qui nunc diceret, Christus venturus est peccaret mortaliter, ita quidem testimonijs antiquæ legis protestaretur. Et hoc est, quod ait Augustin.

Hiero-

† 2. Concl. ib 19.c.6. com. Faust.

Hieron.existimauit statim post passionem esse peccatum mortale seruare legalia. Augustin.vero post sufficientem promulgationem Euangelij: ante vero, erant quidē mortua,sed non mortifera.Iudæi ergo etiam conuersi ante promulgationem sufficientem, si vtebantur non ponendo spem in eis, non peccabant : quæ ratio non habebat locum in gentilibus , & ideo Paulus circuncidit Timotheum ex Hebreis, & non Titum ex gentibus.

3. Concl.

Petrus non peccauit seruando legalia', sed quod per simulationem se subtraheret à gentibus,vnde sequebatur scandalum.

4. Concl.

Constitutio,quæ habetur Actor.15. aliter est intelligenda:quæ facta fuit ad vnionē Iudæorum,& gentilium,qui pari modo abhorrebant sanguinem,& suffocatum.

Quæstio 104. De præceptis iudicialibus.

Art.1. Vtrum ratio præceptorum iudicialium consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum.

1. Concl.

RAtio iudicialium præceptorum in duobus consistit:& vt ordinēt homines inter se, & vt non habeant vim obligandi ex sola ratione, sed ex institutione diuina.

1. *Ezech.18. Si iudiciū verum fuerit inter virum & virum, &c.*

2. *Præceptorum cuiuscunque legis , quædam habent vim obligandi ex vi rationis, & hæc dicuntur moralia , eo quod à ratione dicuntur humani mores: quædam non obligant ex vi rationis , quia ex se non includunt rationem debiti, vel indebiti, & hæc obligant ex aliqua institutione per determinationem moralium. Si determinatio fiat in his, quæ pertinent ad cultum, dicuntur cæremonialia. si in his , quæ homines inter se ordinant, dicuntur iudicialia. Ergo iudicialia includunt illa duo.*

† 2. Concl.

Iudicialia nō solum sunt,quæ ad lites pertinent, sed omnia , quæ faciunt ad ordinandos homines inter se,

3. Concl.

Secunda ratio procedit de præceptis ordinantibus ad proximum,quæ habent vim obligandi ex sola ratione, vt præcepta secundæ tabulæ.

4. Concl.

Quia per cæremonialia homines ordinantur ad Deum, vt ad finem , ideo aliqua ordinant solum ad proximum : & quia hic ordo est magis proximus rationi , ideo iudicialia sunt pauciora.

Art. 2. Vtrum precepta iudicialia aliquid figurent.

1. Concl.

Iudicialia non fuerunt figuralia primo , & per se , quia principaliter instituta sunt ad ordinandum populum, secundum iustitiam & æquitatem.

2. Concl.

Iudicialia ex consequenti erant figuralia, quatenus status illius populi,quem disponebant,figuralis erat.

Quoniam omnia illis in figura contingebant. Idcirco solent allegorice exponi. 1. Cor. 10.

3. Concl.

Cæremonialia ex se erant figuralia , quo distinguuntur à iudicialibus. Instituta enim erant, vt figurarent aliquid pertinens ad cultum Dei,& ad mysterium Christi. Vnde patet ad primum , quia alio sunt figuralia cæremonialia , qnam iudicialia.

† 4. Concl

Populus Iudæorum ad hoc fuit electus, vt ex eo nasceretur Christus : ideo totus eius status fuit figuralis : & iudicialia habuerunt aliquid figuræ , sicuti eorum bella , & gesta: Ordo ad proximum secundum se consideratus, est peruius rationi, sed vt refertur ad cultum Dei, superat rationem, & ex parte erat figuralis.

Articul. 3. Vtrum præcepta iudicialia veteris legis perpetuam obligationem. habeant.

1. Concl.

Iudicialia non habuerunt perpetuam obligationem , sed euacuata sunt per aduentum Christi.

1. *Ad Heb.7. Translato sacerdotio, transfertur & lex. At translatum est sacerdotium per Christum. Ergo etiam lex , & ita non obligat.*

2. *Quia data fuerunt illi populo ad disponendum statum illum ad Christum. Ergo mutato statu veniente Christo, debuerunt cessare : Lex enim fuit pædagogus ad Christum.*

2. Concl.

Iudicialia aliter cessarunt ac cæremonialia:quia hęc post promulgationem Euangelij sunt mortifera , illa vero tantum mortua, prout non amplius obligāt Quare si quis iudicialia in noua lege statueret obseruanda, non ex vi legis, non peccaret.

Quia cæremonialia ex se sunt figuralia : & ita observatio præmitteret fidei , quasi mysteria nondum essent completa. At iudicialia non sunt ex se instituta ad significandum: Quorum observatio non præmittit fidei , sed solum intentio observandi ex vi legis.

† 3. Conc

Iustitia semper est seruanda, sed determinatio eorū,quæ sunt ex institutione alicuius

legis, nõ ita: quia variatur pro hominũ statu.

4. Concl. Iudicialia humana perpetua sunt manente statu regiminis; sed si aliud regimen accedat, vt Oligarchiæ, Democratiæ, &c. mutantur.

5. Concl. Adueniente Christo, debuit mutari status illius populi.

Quia in Christo non est discretio populorum ideo debuerunt mutari iudicialia.

Artic. 4. Vtrum præcepta iudicialia possint habere aliquam certam diuisionem.

1. Concl. Iudicialia præcepta veteris legis habent aliquam distinctionem.

Nam vbi est ordo, ibi est distinctio. Sed oratio ordinat, maxime pertinet ad precepta iudicialia, quibus populus ordinatur: Ergo.

2. Concl. Hæc præcepta distinctionem habent secũdum distinctionẽ ordinationis humanæ.

Nam lex est quedam ars huiusmodi vita instituenda. Ergo, vt in vnaquaque arte est distinctio regularum artis, sic etiam in qualibet lege, distinctio preceptorum: alias confusio vtilitatem legis auferret.

3. Concl. In populo quadruplex ordo inuenitur, scilicet principis ad subditos; subditorum inter se; subditorum ad extraneos, & ad domesticos, vt patris ad filium, & vxoris ad virum: & secundum hos ordines distinguuntur præcepta iudicilia.

Nam alia instituunt principem, alia concernes alia instituunt erga extraneos, alia ad domesticam conuersationem.

4. Concl. Quæ pertinent ad ordinationem hominum, sunt numero infinita, sed tamen reducuntur ad aliqua certa.

5. Concl. Alia est ratio distinctionis moralium præceptorum, & iudicialium.

Quia illa ex sola ratione obligant, hæc ex institutione.

6. Concl. Ex ipsis rebus, quæ per præcepta ordinantur, innuit lex distinctionem iudicialium.

Quæstio 105. De ratione iudicialium præceptorum.

Artic. 1. Vtrum conuenienter lex vetus de principibus ordinauerit.

Concl. Lex antiqua optime de principibus ordinauit.

1. *Quia Num. 24. ob pulchritudinem ordinationis populus laudatur. At ista pendet ex principibus bene institutis. Ergo per legem bene institutus fuit populus, quantum ad principes.*

2. *Illa est bona ordinatio in constituendo principe, secundum quam omnes habent aliquam partẽ in principatu, ex hoc enim conseruatur pax populi, & omnes talem ordinationem amant, & custodiunt: & in qua est optima species regiminis, cuius sunt duæ species, altera cum vnus, altera cum pauci principantur secundum virtutem: & ille omnibus præsit, & sub ipso alij pariter principentur: & talis principatus ad omnes pertineret: tum quia ex omnibus eligi possunt tamen quodammodo ab omnibus eliguntur. Talis ergo politia constat ex regno prout vnus præest, & aristocratia, quatenus multi principantur secundum virtutem, & ex democratia, quatenus ex pluribus principes eliguntur, & plures eligunt. At hoc fuit institutum secũdum legem diuinam: nam Moyses, & successores gubernabant quasi singulariter: & eligebantur 70. seniores de omni populo, & populum eligebat. Ergo.* 2. Polit.

Deut. 1. Exod. 18.

Articul. 2. Vtrum conuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia, quantum ad populorum conuictum.

1. Concl. Lex vetus sufficienter ordinauit conuictũ illius populi.

1. *Quia de hac speciali beneficio dicitur Non taliter fecit omni nationi, & iudicia sua, &c.* Psal. 77.

2. *Illa lex conuenienter populi conuictum ordinat, quæ recte disponit communicationes hominum inter se, quarum altera sit auctoritate principis altera voluntate priuatarum personarum: illa recte ordinat subditos quod iudicia exercendo iustitiam, & puniendo malos, hæc consistit in possessione rerum, quas inter se contractibus homines communicant. At circa vtranque communicationem lex sufficienter ordinauit. Ergo Deprima statuit iudices, qui iustitiam administrarent: Instituit iudicij ordinem: & recte iudicarent: ne iudicia corrumperent: numerum testium & certas penas. De secunda, circa rerum possessionem, quæ tria requirit, scilicet vt sint distincta, & habeant suos dominos, vt sint per vsum communes: & vt voluntate possidentium communicentur. De primo sorte diuideritis. Et quia per possessionum irregularitatem, vt ait Arist. resp. destruuntur, adhibitũ est triplex remedium: primum, vt æqualiter diuiderentur: secundum ne in perpetuum alienarentur, sed certo tempore redirent ad dominos: tertium, vt proximis succederent hæredibus: & vt mulieres nuberent viris eiusdem Tribus. Deinde ordinauit, vt res essent communes quantum ad curam. Dabatur etiam ingressus in vineam & pauperibus relinquebãtur manipuli, & racemi. De cõmunicatione* Num. 34. 2. Polit. c. 2. Deut. 16. Deut. 1. Exod. 23. Deut. 24. Lem. 19.

facienda

Dent. 24. Dent. 14. tionem vtilitatis in contractibus venditionis, emptionis, mutui, & cæteris. Quare, &c.

Art. 3. Vtrum iudicialia precepta sint conuenienter tradita, quantum ad extraneos.

1. Concl. **Lex conuenienter ordinauit populum erga extraneos.**

1. Prouerb. 8. *recti sunt omnes sermones mei, non est in eis parvum quid, &c.*

2. *Cum extraneus possit esse conuersatio, vel pacifica, vel hostilis, & quantum ad vtrumq; lex populum instituit. Tripliciter enim extranei conuersabantur: vel cum transibant per terras populi, vel cum veniebant ad habitandum, vel cum in eorum consortium admitti volebant, qui non statim pro ciuibus habebantur. Verum ea gentes cum quibus habuerunt aliquam affinitatem, vt Ægyptij, in tertia generatione recipiebant. Quosdam cū quibus nunquam consortium habuerunt, nunquam admittebant, vt Ammonitas, & Amalecitas. Quantum ad hostilem conuersationem statuit, vt bellum iuste susciperetur, petita prius pace. Deinde suscepto bello, illud fortiter exequerentur, auxilio Dei nixi, ideo sacerdotes eos debebant animare. Postea, vt impedimenta belli vitarentur. Postremo, vt victoria moderate vteretur pacem parentibus, vrbem frugifera non vrendo, &c.*

Exod. 28. & 23. Exod. 17. Dent. 20.

Art. 4. Vtrum conuenienter lex vetus precepta ediderit circa domesticas personas.

1. Concl. **Lex vetus conuenienter dedit præcepta circa domesticas personas.**

1. *Psal. 18. Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa.*

2. *Vita domestica, consistit in communicatione personarum ad inuicem, secundum quotidianos actus, qui ordinantur ad vitæ necessitatem. Vita autem hominis dupliciter conseruatur: primo, quoad individuum per exteriora bona, quibus sustentatur, in quibus administrando eget seruis: secundo, quantum ad speciem, ad quod indiget vxore, ex qua generet filium. Vnde in hac conuersatione sunt tres combinationes, scilicet, domini ad seruum, mariti ad vxorem, & patris ad filium. Et quantum ad omnia, conuenienter sua præcepta dedit. De seruis, vt honeste tractarentur, quantum ad pœnas & eorum libertatem. De vxore ducenda, vt duceretur ex eadem tribu, & vt duceretur vxor fratris defuncti, ne ducerent alienigenas, & qualiter tractari deberet. Circa filios vt parentes eos instituerent in fide, & in moribus.*

Dent. 5. Exod. 21. Dent. 15. & 25. Num. vlt. Dent. 21. 22. & 42. Exod. 12. Dent. 21.

Quæstio 106. De lege euangelica, quæ dicitur lex noua, secundum se.

Art. 1. Vtrum lex noua sit lex scripta.

1. Concl. **LEx noua principaliter est lex indita, secundario autem est lex scripta.**

1. *Lex noua est lex noui Testamenti. Sed hæc indita est in corde, Hebr. 8. & Ierem. 31. Ergo.*

2. *Vnusquisque rei id esse videtur, quod est potissimum in noua lege, in quo tota eius virtus consistit, est gratia Spiritus sancti. Ergo erit lex indita per spiritum in cordibus nostris.* 9. Eth. c. 4 Roman. 3. & 8. li. de spirit. & lit. c. 17. & 26.

3. *Ex August. qui ait etiam scriptam in cordibus.*

2. Concl. **Lex noua secundario est lex scripta.**

Quia hæc lex habet quædam dispositiua ad gratiam Spiritus sancti, & ad vsum eius, de quibus fideles verbo, & scripto instrui debuerunt circa credenda, & agenda.

3. Concl. **In scriptura Euangelij non continentur, nisi, quæ disponunt ad gratiam Spiritus Sancti, vel instruendo intellectum, vt quæ pertinent ad diuinitatem, & humanitatem Christi, vel quæ mouent affectum, vt quæ pertinent ad contemptum mundi, per quem homo fit capax Spiritus sancti, vel quæ indicant vsum gratiæ in operibus virtutum, ad quem hæc scriptura varie homines hortatur.**

4. Concl. **Inditum dicitur aliquid, vel à natura, vel tanquam superadditum per donum gratiæ, & sic lex noua est indita, non solum indicans quid sit agendum sed etiam adiuuans.**

5. Concl. **Nullus vnquam habuit gratiam nisi per fidem Christi, explicitam, vel implicitam, per quam homo pertinet ad nouum testamentum. Ideo omnes, quibus lex gratiæ fuit indita, ad nouum testamentum pertinebant.**

Artic. 2. Vtrum lex noua iustificet.

1. Concl. **Lex noua, vt est ipsa gratia Spiritus sancti iustificat.**

1. *ad Rom. 1. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. At non est salus nisi iustificantis. Ergo.* 1. de spir. & lit. c. 17.

2. *Ex Aug. Qui ait legem esse datam intrinsecus, qua homo iustificaretur.*

2. Concl. **Lex noua, vt secundario dicit præcepta ordinantia affectum & humanos actus, non iustificat.** 2. Cor. 3. li. cit. c. 14. & 17.

Nam, vt ait Paulus, littera occidit: quod exponit August. de quacunque scriptura: quare littera etiã Euangelij occideret, nisi intus adesset gratia.

Prima ratio procedit de lege, quantũ ad id,

quod est principale in ipsa, non quantum ad documenta.

2. Concl. Noui testamenti gratia adiuuat quidem, sed non confirmat; in gratia contra quam qui peccat, magis peccat, propter maius beneficium acceptum, id est, propter sufficiens auxilium ad non peccandum.

5 Concl. Antiq. cap. 17. & 18. Vtraque lex est ab vno Deo, sed aliter, & aliter: Illa in tabulis, hæc in corde, illa in ministrationem mortis, hæc in ministrationem spiritus, &c.

Art. 3. Vtrum lex noua debuerit dari à principio mundi.

1 Concl. Lex noua non debuit dari à principio mundi.

1. Cor. 15. 1. *Non prius, ait Paul. quod spirituale est, sed quod animale. Sed lex noua est maxime spiritualis. Ergo.*

2. *Quia lex noua principaliter est gratia Spiritus sancti, qua abundanter dari nõ debuit antequam tolleretur impedimentum peccati, consummata redemptione per Christum. Ioan. 7. & hæc est ratio Paul.*

Rom. 8. 3. *Ex perfectione huius legis, quia nihil ducitur ad perfectum a principio, sed cum successione: est ratio eiusdem Pauli.*

Gal. 3. 4. *Quia est lex gratiæ, & ideo opus fuit vt homo relinqueretur in statu veteris legis, vt agnosceret infirmitatem intelligeret se egere gratia.*

† 2. Concl. Ex peccato primi parentis, homo est indignus gratia Dei, & ideo si non datur, iustitia est: vnde non est acceptio personarum quod à principio non dedit, quæ debito ordine erat danda.

3 Concl. Lex noua omnibus locis proponitur, quia diuersitas locorum non variat statum, vt diuersitas temporum.

4 Concl. Quæ pertinent ad vitam corporalem, pertinent ad naturam, quę non tollitur peccato, quæ vero pertinent ad salutem spiritualem ordinantur ad gratiam, quæ amittitur peccato: vnde non est similis ratio vtriusque, & ita durabit vsque ad finem mundi.

Art. 4. Vtrum lex noua sit duratura vsque ad finem mundi.

1. Concl. Statui legis nouæ nullus alius status succedet secundum diuersitatem legis.

1. Matth. 24. *Dico vobis, quia non peribit generatio hæc, donec omnia fiant: Quod Chrysost. exponit de generatione fidelium.*

2. *Lex quæ immediate ad finem vltimum introducit, durare debet vsque ad finem mundi: quia non potest dari alius status perfectior in hac vita, quam qui immediate ducit ad vltimum finem. Sed lex noua qua successit veteri vt imperfecta, hoc facit. Ergo.*

2. Concl. Heb. 10. Si status legis sumatur prout perfectius & minus perfecte se habent homines ad eãdem legem, sic variari potest. Sic enim status veteris legis fuit variatus, prout lex magis, vel minus seruabatur. Sic etiam secundum diuersa tempora, loca & personas diuersificatur status nouæ legis, inquantum gratia Spiritus sancti perfectius, & minus perfecte habetur.

3. Concl. Non est expectandus status in quo perfectius habeatur gratia, quam hactenus habita fuerit, maxime ab Apostolis, qui primitias spiritus acceperunt, & tempore prius, & abundantius cæteris.

† 4. Concl. Lex noua est ex parte, id est, non perfecta, respectu status patriæ, in quo hic status euacuabitur.

5. Concl. Ioan. 16. promittitur cognitio omnis veritatis de his, quæ pertinent ad necessitatem salutis, non de omnibus simpliciter.

6. Concl. Rom. 8. Lex noua non solum est Christi, sed etiam Spiritus sancti. Ideo non est expectanda alia lex, quæ sit Spiritus sancti, quasi vetus fuerit Patris, & noua Filij, &c.

7 Concl. Prædicato Euangelio, veniet consummatio, non mundi, sed Ierusalem, quæ fuit destructa promulgatione facta in toto orbe, & temporibus Apostolorum. Quod si intelligatur de prædicatione cum pleno effectu, tunc veniet consummatio mundi.

Quæstio 107. De comparatione legis nouæ ad veterem.

Artic. 1. Vtrum lex noua sit alia à lege veteri.

1. Concl. Lex noua non est alia à veteri respectu finis.

Nam, quæ ordinantur ad aliquem finem, duobus modis possunt diuersificari: vno modo, quia ordinant ad diuersos fines: alio vero secundum distantiam, & propinquitatem ad eundem finem, secundum primum modum oritur distinctio specifica, si fines specie distinguantur: secundo, alterum, distinctio secundum perfectum, & imperfectum. Cum ergo vtriusque legis vnus fuerit finis scilicet, vt homines subdantur DEO, qui vnus est vtriusque testamenti, Ergo.

2. Concl. Rom 3. Galat. 3. Lex noua est alia à veteri, à qua distinguitur, vt perfectum ab imperfecto.

Hebr. 7. Trans ato sacerdotio, transfertur lex. Sed sacerdotium est aliud in nouo Testamento. Ergo & alia lex: & vt Paulus scribit, Vetus fuit vetus

lus

luis pædagogus: nouus autem est teperfectissimus, quia est lex caritatis, Ergo. Et in una & eadem ciuitate, alia lex datur pueris, alia perfectis viris.

Coloss. 3.

† 3. Concl. Vnitas fidei, vtriusque testimenti attestatur vnitatem finis: cuius fidei status duplex est, vt est dictum.

4. Concl. Differentiæ omnes, quæ assignantur inter duas leges accipiuntur secundum perfectum, & imperfectum. Illa dicitur timoris, hæc amoris; illa promittit temporalia, hæc spiritualia bona. Et quoniam, vt in illa erant aliqui boni operantes spe bonorum spiritualiū, ita in hac sunt aliqui imperfecti operantes timore & spe temporalium: ideo in hac etiam aliqui inducuntur ad obseruantiam legis per pœnas, & promissionem temporalium. Et licet illa haberet præcepta caritatis: tamen non dabat Spiritu. sanct. per quem caritas diffunditur in cordibus.

5. Concl. Rom. 5 Illa præcipue erat lex factorum, hæc vero lex fidei, prout eius principalitas consistit in gratia, quæ interius datur credentibus. Habet autem secundario quædam facta moralia, & sacramentalia. Illa etiam dicitur lex fidei, quatenus per fidem ad nouum Testamentū illi pertinebant.

Artic 2. Vtrum lex noua legem veterem impleat.

1. Concl. Lex noua veterem impleuit.

1. Matth. 5. Non veni solvere legem, sed adimplere, &c.

2. Omne perfectum implet imperfectum Sed lex noua respectu veteris se habet, vt perfectum ad imperfectum, Ergo. Implet ergo suppletio, quod ei deerat. Primum ex parte finis, quærat iusti, ea bona, quam lex non efficiebat, sed figurabat facta, & promittebat verba: hoc implet nouus, quia iustificat. Deinde ex parte præceptorum, quæ Christus opere, & doctrina impleuit. Opere, quia circumcidi voluit & factus est sub lege. Doctrina quia verum intellectum legis explicauit docendo etiam interiores actus esse malos, & corrigendo errores Scribarum. Rursus docendo, quomodo facienda seruari possent, vt cum docuit abstinere omnino a iuramento, &c. Postremo addendo perfectiorum consilia.

Rom. 8. Gal. 4.

† 2. Concl. Matth. 19. Noua lex non euacuat veterem, nisi ratione cæremonialium: quæ quoniam impletum est quod figurabant, seruanda non sunt.

3. Concl. Nulla præcepta nouæ legis sunt contraria præceptis veteris. Nam, quę Matth. 5. docentur pertinent ad declarationem, & obseruationem legis.

Cum Christus tetigit leprosum, non fecit contra legem, quia non contraxit immunditiam, sed mundauit. Neque sabbathum fecit, quia operabatur virtute diuina, & opera caritatis. 4. Concl.

Matthæ. 5. Christus non fecit mentionem agens de lege, de cæremonialibus, quia debebant omnino cessare. De iudicialibus locutus est, cum egit de lege talionis, & quod de una dixit, de alijs intelligendum est, explicando legis intentionem circa vindictam. 5. Concl.

Art. 3. Vtrum lex noua in lege veteri contineatur.

1. Concl. Lex noua est in veteri, sicuti fructus in spica.

1. Ezech. 1 Rota erat in rota, id est, nouum testamentum in veteri, vt ait Gregor.

2. Quod se habet respectu alterius, tanquam complementum ad aliud, dicitur latere: Virtus autem continens illo, vt in genere contineatur species potentiæ, & in semine arbor. Sed sic se habet lex noua ad veterem, quæ comparatur ad eam, vt perfectum ad imperfectum, Ergo. Vnde Chrysost. legem naturæ, herbæ, veterem, spicæ, nouam, plenæ frumento comparat.

† 2. Concl. Lex noua continetur etiam in veteri, quatenus quæ credenda sunt in nouo explicite, in veteri sub figura implicite credenda tradebantur.

3. Concl. Præcepta nouæ legis dicuntur maiora quātum ad explicationem, sed quantum ad substantiam omnia in veteri continebantur: nec prohibet maius in minore virtute contineri.

4. Concl. Licet in veteri haberetur tota lex noua, sed tamen quia non erat explicata, opus fuit, vt noua daretur.

Art. 4. Vtrum lex noua sit grauior, quam vetus.

2. Concl. Lex vetus ex parte operum exteriorum, quæ in seipsis quandam difficultatem habent est multo difficilior, quam noua.

1. Hoc probat auctoritas Hieron. in Matth. cap. 11. Onerates legis difficultatibus ad se adducat, &c cæter.

2. Quoniam ad; lures actus exteriores obligabat in multiplicibus cæremonijs. At vero noua praeter præcepta legis naturæ paucissima continet ex doctrina Christi, & Apostolorum. Superadditæ sunt alia ex institutione patrum, in quibus, vt aug. moderatio est attendenda, ne conuersatio fidelium reddatur onerosa.

2. Concl. Quantum ad opera virtutum in actibus interioribus, puta quod aliquis exerceat opus

virtutis prompte, & delectabiliter, & circa hoc difficile, est virtus, præcepta nouæ legis sunt grauiora.

Quoniam in noua lege prohibentur interiores animæ motus, qui in veteri non expresse prohibebantur, & si qui prohibebantur, non apponebatur pœna: hoc autem est difficillimum non habenti virtutem. Nam, & aut Aristot. operari, quæ iusti operantur, facile est, at eo modo, quo ille operatur, id est prompte, est difficile. Vnde cum dicitur, mandata non esse grauia, exponit Aug. amanti? quia non amanti sunt grauia.

.eth.c 9.

3. Concl. Ioan.5.

Auctoritas. Chrys. est intelligenda, iuxta secundam conclusionem, quantum ad cohibitionem actuum internorum.

4. Concl.

Aduersitates, quas patiuntur obseruatores nouæ legis, non sunt a lege impositę, sed propter amorem, in quo sita est lex, facile tolerantur.

:. Concl.

Additiones ad veterem legem eo ordinabantur, vt facilius impleretur, quod lex vetus mandabat, vt ait Aug.

Quæstio 108. De his quæ continentur in lege noua.

Artic.1. Vtrum lex noua aliquos exteriores actus debeat præcipere, vel. prohibere.

. Concl.

LEx noua debuit aliqua opera exteriora præcipere.

1. *Per hanc legem efficimur filij lucis. At filios lucis decet opera lucis facere, & opera tenebrarum abijcere. Ergo.*

Ioan 12. Ephes 5.

2. *Legis noua principalitas est gratia Spir. sancti, quæ manifestatur in fide per dilectionem operante, quam gratiam consequimur per Dei filium incarnatum, à quo in nos derivat. Ergo conueniens est, vt per aliqua exteriora sensibilia gratia à Verbo incarnato fluens, in nos deducatur, & ex gratia interiora exteriora opera sensibilia producantur.*

Ienn.1.

2. Concl.

Opera exteriora inducentia ad gratiam, vt sunt opera sacramentorum in noua lege præcipiuntur: vt Baptismus, &c.

3. Concl.

Opera exteriora, quę instinctu gratiæ producuntur, quæ habent necessariã connexionem cum caritate, & gratia, in noua lege præcipiuntur, & contraria prohibentur: vt prohibentur: vt præceptum de confessione fidei, &c.

1. Concl.

Opera quæ non habent necessariam connexionem, neque contrarietatem ad fidem vel caritatem, non sunt in noua lege prohibita, vel præcepta ex prima legis institutione a Christo legislatore, sed relicta vnicuique secundum quod alicuius curam gerere debet. Et ideo in his liberũ est statuere, quod magis expediat subditis. Et quantum ad hoc lex noua, dicitur lex libertatis: quia vetus pauca reliquit hominibus terminanda.

Leu.7. Rom.14.

Ad regnum Dei non solum pertinẽt actus interiores, sed etiam consequenter exteriores, sine quibus non possunt esse interiores. In illis vero, quæ sunt in differentia, vt esus ciborum, nõ consistit regnũ Dei principaliter.

† 5. Concl.

Lex noua, dicitur lex libertatis.

Primum, quia non obligat, nisi ad ea, quæ sunt de necessitate salutis: deinde, quia facit libere implere ex interiore instinctu gratiæ.

6. Concl.

Prohibendo animam ab interioribus motibus, prohibet etiam actus exteriores, &c.

7. Concl.

Articul.2. Vtrum lex noua sufficienter exteriores actus ordinauerit.

1. Concl.

Lex noua sufficienter actus exteriores ordinauit.

Quis seruat hanc legem, assimilatur viro sapienti, qui ædificauit domum, &c. Sed sapiens ædificator, nihil omittit eorum, quæ sunt necessaria ad ædificium. Ergo.

Math.7.

2. *Lex noua in exterioribus solum illa præcipere debet, quæ ad gratiam introducunt, & quæ pertinent ad rectum gratiæ vsum ex necessitate. Et quia gratiam ex nobis consequi non possumus, ideo Christus ipse sacramenta, quibus diuinæ gratiæ, instituit. Rectum vsum gratiæ est per opera caritatis, quæ vel sunt de necessitate, pertinent ad præcepta moralia, quæ traduntur in lege: & quantum ad hoc lex noua, nihil addere debuit circa exteriora agenda. Determinatio bonorum operum in ordine ad cultum Dei, pertinet ad cæremonialia, in ordine ad proximum ad iudicialia. Et quia istæ determinationes non sunt secundum se de necessitate interioris gratiæ, ideo non cadunt sub præcepto nouæ legis, sed relinquuntur humano arbitrio prælatorum. Quare lex noua, nulla alia opera exteriora debuit determinare præcipiendo, vel prohibendo, nisi sacramenta, & moralia præcepta, quæ ex se pertinent ad rationem virtutis.*

2. Concl.

Lex noua explicauit plura credenda quia abundantiore gratia proueniente, plura credenda debuerunt explicari, cum ad ea, quæ sunt fidei non veniamus, nisi per gratiam: ad opera vero virtutum, dirigitur homo per rationem naturalem, idcirco oportuit de his plura præcepta dari.

3. Concl.

Ideo sacramenta sunt instituta à Christo, quia dant gratiam ab ipso prouenientem: at vero sacra non dant gratiã, ideo nõ instituit.

Dedit

4. Concl. Dedit Christus Apostolis quædam præcepta, non tanquam cæremonialia, vel obseruationes, sed tanquam moralia instituta. Vt quod possent mercedem accipere, quod irent sine pera, &c. Vel fuerunt data pro illo tempore, quo debebant ire ad prædicandum. Iudicialia, quoad determinationes non sunt de necessitate virtutis, ideo de illis non dantur præcepta in noua lege: explicantur tamen aliqua male à Iudæis intellecta.

Articul. 3. Vtrum lex noua hominem, circa interiores actus sufficienter ordinauerit,

5 Concl. Lex noua sufficienter ordinat hominem circa actus interiores.

1. *Ex Augustin. lib. 1. de serm. Dom. in principio.*

2. *Quia interiores actus ordinat, & quantum ad se, & quantum ad proximum. Quantum ad se, quod animus, motus circa agenda: qui sunt voluntas, & intentio, voluntas dirigitur dum præcipitur vt abstineat ab actibus interioribus malis, & ab occasionibus malorũ, intentio vero, dum dicitur, ne quid agamus propter humanam gloriam, & mundanas diuitias. Quantum ad proximum, dum præcipit ne temerarie, iniuste que iudicemus: nec tam ea sinit remissi vt sacra committamus indignis. Docet eãdem modum adimplendi Euangelicam doctrinam, in plorando auxilium diuinum, & conatum adhibendo, ad intrandum per angustam portam perfecte vt nos, & cautelam adhibendo, ne decipiamur à falsis doctoribus, & docendo obseruationem mandatorum esse necessariam, nec sat esse confessionem fidei, vel operationem miraculorum, &c.*

† 2. Concl. Dominus solum docuit quędam circa præcepta, quæ pertinent ad proximum, in quibus Iudæi errabant.

3. Concl. Similiter etiã circa iudicialia, solum de his locutus est, in quibus ijdem peccabant.

4. Concl. De cæremonialibus nihil dixit, quia debebant omnino cessare. Docuit tamen corporalem cultum debere mutari in spiritualem

5. Concl. Docuit solum modo vitandam esse gloriam humanam in ieiunio, eleemosyna, & oratione, quia omnia, quæ quis facit ad frænandas suas concupiscentias ad hæc reducũtur: & quia in his maxime solet homo gloriari.

6. Concl Dominus non prohibuit solicitudinem necessariam, sed inordinatam.

7. Concl. Similiter, nec iudicium iustitiæ, sed inordinatum.

Art. 4. Vtrum conuenienter in lege noua consilia quædam determinata sint proposita.

1. Concl. Conuenienter supra præcepta, addita sunt consilia, in noua, non autem in veteri lege.

1. *Quia consilia sapientum, & amicorum assumpta affirmant stabilitatem, Prou. 27. At Christus est sapiens, & amicus. Ergo, &c.*

2. *Lex vetus erat lex seruitutis, noua est lex libertatis. Ergo conuenientia fuit vt contineret consilia, quia præceptum importat necessitatem, consilium vero ponitur in optione eius, cui datur. Vnde præcepta in noua, intelliguntur de his, quæ sunt necessaria ad salutem, ad quam lex noua immediate introducit: consilia vero de his, per quæ melius homo consequitur finem. Et quia homo constitutus est inter res huius mundi, & res spirituales, & quo magis vni eorum adhæret, eo magis ab alio recedit, ne rebus mundanis, tanquam fini inhæreat, & totaliter à spiritualibus recedat, reuocatur per præcepta. Et licet non sit necesse ad finem obtinendum, vt totaliter res mundanas abijciat, quia eis potest vti, tamen ad expeditius perueniendum, expedit totaliter eas abdicare. Bona autem humana huius vitæ continentur diuitijs, delitijs carnis, & superbia, & hæc tria taliter relinquere pertinet ad consilia euangelica, in quibus fundatur omnis religio. Quæ bona abdicentur paupertate, castitate, & obedientia. Hæc simpliciter obseruata pertinent ad consilia simpliciter posita. Sed specialis obseruatio cuiusque alicui casui pertinet ad consilium secundum quid, vt cum quis dat eleemosynam, quando non tenetur, & cum quis non sequitur suam voluntatem in aliquo facto* † 1. Ioan.

† 2. Concl. Consilia ex se omnibus sunt expedientia, licet alicui ob in dispositionem non expediant.

3. Concl. Meliora bona in particulari non sunt determinata, sed vniuersè: ideo possunt dari certa consilia quæ sunt de meliore bono.

4. Concl. Consilium obedientiæ expressit Dominus, cum dixit, Sequere me, obediendo, scilicet eius mandatis.

5. Concl. Quæ de dilectione inimicorum dominus docuit, quoad animi præparationem sunt de necessitate salutis licet in particulari pertineant ad consilia particularia.

Quæstio 109. De exteriore principio humanorum actuum, scilicet de gratia Dei.

Art. 1. Vtrum homo sine gratia aliquod verum cognoscere possit.

1. Concl. HOmo ad cognitionem cuiuscunque veri indiget auxilio diuino, vt intellectus moueatur ad suum actum.

Nam ad quemcunq; motum non solum requiritur forma, quæ est principium actionis, sed etiam motor primus mouentis: vt patet in motibus corporalibus, qui pendent à primo mouente. Ergo & motus corporales reducuntur ad motum cælestis corporis, sta omnes motus ad primum mouens simpliciter, qui est Deus: vnde nulla creatura potest in suum actum procedere, nisi moueatur a Deo. Sed cognoscere veritatem est esse sine actus intellectus, esse autem importat motū quendam late sumpto motu. Ergo.

2. Concl. Homo in cognitione veri pendet etiam à Deo, prout ab eodem habet formam, per quam agit.

Quoniam, sicut Deus est primum mouens, ita est primus actus, à quo est omnis perfectio formalis.

3. Concl. Homo ad cognoscendam veritatem non indiget in omnibus noua illustratione superaddita naturali illustrationi.

1. Ex Augustin. qui retractando, ait, etiam non mundi multa scire vera. Sed immundi sunt sine gratia. Ergo, &c.

lib. 1. retr. c. 4. *2. Qualibet forma indita rebus habet efficaciam respectu actus determinati, in quem potest, secundum suam proprietatem, sed intellectus humanus habet aliquam formam, scilicet lumen intelligibile. Ergo erit per se sufficiens ad aliqua cognoscenda; ad ea scilicet in quorum notitiam per sensibilia venire potest.*

4. Concl. Altiora vero intelligibilia non potest cognoscere, nisi fortiore lumine perficiatur, vt est lumen fidei & prophetiæ, quod dicitur lumen gratiæ, vt est naturali superadditum.

Quia humanus intellectus habet determinatam proprietatem, vltra quam non potest agere nisi aliqua forma ei superaddatur.

5. Concl. Aliquando Deus sua gratia aliquos instruit in his, quæ naturaliter cognosci possunt.

6. Concl. Omne verum est à Spir. sancto, vt abinfundente lumen naturæ, non tamē tanquam ab inhabitante per gratiam.

7. Concl. Sol corporalis illustrat exterius: at sol spiritualis illustrat interius per lumen naturale, quod dicitur illustratio Dei.

8. Concl. Semper indigemus auxilio Dei ad cogitandum quodcunque, prout Deus mouet ad agendum.

Art. 2. Vtrum homo possit velle & facere bonum absque gratia.

1. Concl. Homo tam in statu naturæ integræ, quam corruptę ad faciendum, vel volendum quodcunque bonum, indiget auxilio diuino, vt primo mouente.

Patet ex superiore art.

2. Concl. In statu naturæ integræ quantum ad sufficientiam operatiuæ virtutis poterat homo per sua naturalia velle & operari bonum suæ naturæ proportionatum, quale est bonum virtutis acquisitæ, non autem bonum superexcedens, quale est bonum virtutis infusæ.

3. Concl. In statu naturæ corruptæ non potest per sua naturalia totum bonum sibi connaturale implere, ita vt in nullo deficiat.

Quia cum sit infirmus, non potest mouere motum hominis sani sine auxilio medici.

4. Concl. In hoc statu homo potest per vires naturæ aliquod bonum particulare agere, vt ædificare domos, plantare vineas, &c.

Quia natura per peccatum non est totaliter corrupta. Ergo aliquid poterit.

5. Concl. In neutro statu potest velle, aut facere bonum supernaturale meritorium sine virtute gratuita.

Rom. 9. lib. de cor. & grat. *Nam & ait Apostolus, Non est volentis, neque currentis, &c. & Aug. Nullum bonum fit sine gratia.*

6. Concl. Homo est Dominus suorum actuum per deliberationem, quæ pendet ab aliquo principio extrinseco mouente, ne detur processus in infinitum: & multo magis lib. arb. hominis infirmi.

7. Concl. Vt res creata deficeret à suo esse nisi conseruaretur, ita in conseruatione boni suæ naturæ conuenienti deficeret, nisi in eo conseruaretur, & ita ex se potest peccare, nisi iuuetur, quod est à suo bono deficere.

8. Concl. Magis natura humana est corrupta per peccatum quantum ad appetitum boni, quam ad cognitionem veri, quod tamen non potest cognosci sine auxilio diuino, vt est dictum.

Articul. 3. Vtrum homo possit diligere Deum super omnia ex solis naturalibus sine gratia.

1. Concl. Homo in statu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum naturaliter super omnia.

1 Homo in hoc statu aliqualiter Deum dilexit. Sed non dilexit æqualiter sibi, Deo, nec omnia, quia peccasset. Ergo dilexit supra se. Ergo ex solis naturalibus potuit diligere Deum super omnia.

2. Ad id, quod est connaturale non est opus gratia superaddita: Sed diligere Deum super omnia est hominis, & creaturæ irrationalis, suo modo connaturale. Ergo. Nam, naturale, cuique est, quod appetat & amet aliquid, secundum quod aptum natum est esse ex Aristot. Sed bonum partis est propter bonum totius, Ergo naturalis appetitus qualibet rei amat suum bonum propter commune totius vniuersi, quod est Deus, quo omnia ad summum amorem conuertis. Et ita homo in statu integro dilectionem sui, & omnium rerum referebat in Deum.

2. Phys. tex. 78.

Dionys.

2. Concl. In statu naturæ corruptæ homo indiget auxilio gratiæ sanantis ad diligendum Deũ naturaliter super omnia,

† 3. Concl. Natura diligit Deum super omnia prout est principium & finis naturalis: at caritas Deum diligit vt est finis supernaturalis, & vt homo habet quandam societatem spiritualem cum Deo. Addit etiam caritatis naturali amori promptitudinem & delectationem. Vnde in vtroque statu opus fuit gratia infusa ad diligendum Deum supra omnia; vt est finis supernaturalis.

4. Concl. Cum dicitur, nulla natura potest supra seipsam, non intelligitur ex parte obiecti: quod est super se, sed ex parte actus excedẽtis proportionem virtutis: & talis actus, non est dilectio Dei supra omnia, cum sit connaturalis cuique rei.

5. Concl. Amor dicitur summus non solum quoad gradum dilectionis, sed etiam quantum ad rationem & modum diligendi, & sic diligere Deum, vt beatificantem est summus gradus caritatis.

Artic. 4. Vtrum homo sine gratia per sua naturalia legis præcepta implere possit.

1. Concl. Homo in statu naturæ integræ poterat per suas vires implere omnia legis præcepta quãtum ad substantiam operum: vt agendo iusta. fortia, &c. Alias enim non potuisset non peccare, cum peccare nihil aliud sit, quam non seruare mandata.

2. Concl. In statu naturæ corruptæ nõ potest implere omnia mandata diuina sine gratia sanante, etiam quoad substantiam actus.

3. Concl. In neutro statu potest implere omnia mãdata quantum ad modum operis, id est vt ex caritate fiant absque gratia.

lib. de cor. et gr. c. 2 *Ita Aug. qui ait gratiam, non solum monstrare quid sit faciendum; sed etiam præstare, vt cum dilectione fiat: & esse hæresim dicere hominem posse facere omnia mandata sine gratia.*

lib. de hær. c 88.

† 4 Concl. Rom. 1. Illud Pauli facere naturaliter, quæ sunt legis, vt ait August. non intelligitur sine spiritu gratiæ, quæ imaginem Dei in qua naturaliter facti sumus instaurat in nobis.

5 Concl. Quod possumus auxilio diuino, nõ est nobis omnino impossibile, quia, quæ per amicos possumus, aliqualiter possumus.

6. Concl. Ariſt 3. eth. c. 3 Præceptum de dilectione Dei non potest impleri ex puris naturalibus, secũdum quod ex caritate impletur.

Artic. 5. Vtrum homo possit mereri vitam æternam sine gratia.

1. Concl. Homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ, sed ad hoc exigitur altior virtus; quæ est virtus gratiæ.

Rom. 1. Gloss. ibi. *1. Gratia Dei, ait Paul. vita æterna.*

2. Actus debet esse proportionatus fini & nullus actus excedit virtutem principij actiui. Sed vita æterna est finis excedens proportionem naturæ humanæ. Ergo sine gratia homo non potest mereri vitam æternam.

2. Concl. Homo potest facere sine gratia, opera producentia ad bonum aliquod homini connaturale: sicut laborare in agro, bibere, amicũ habere, &c. Ita Aug.

† 3. Concl. Homo sua voluntate facit opera dignitæ æternæ, sed ad hoc requiritur vt voluntas præparetur per gratiam à Deo.

4. Concl. Vita æterna bonis operibus redditur, sed ipsa opera ad Dei gratiam pertinent: quia vt fiant secundum debitum modum, opus est gratia.

5. Concl. Quælibet res cõsequitur finem sibi naturalem, & etiam homo: qui tamen cum sit nobilioris naturæ, ad altiorem sine auxilio gratiæ potest perduci, ad quem inferiores naturæ non possunt pertingere.

Art. 6. Vtrum homo posit seipsum ad gratiam præparare per seipsum absque exteriori auxilio gratiæ.

1. Concl. Præparatio voluntatis ad bene operandũ, & ad fruendum Deo non potest fieri sine gratia habituali, quæ sit principium operis meritorii.

2. Concl. Ad recipiendum hoc donum gratiæ habitualis, non oportet præsupponere aliud donum habituale in anima.

3. Concl. *Quia sic iretur in infinitum.* Ad recipiendum hoc donum habituale oportet præsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei interius mouentis animam, siue inspirantis bonum propositum, & his duobus modis indigemus auxilio iam dicto.

arr. 2. & 3. 1. *Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Si homo seipsum præpararet, non opus esset trahere Ergo.*

2 *Quod est necessarium ad conuersionem hominis ad Deum, & ad specialem finem cui omnia conuenit adhærere, vt proprio bono, est necessarium ad præparationem gratiæ: quia nihil aliud est præparare se ad gratiam, quam se ad Deum conuertere. Sed homo non potest se ad Deum & vltimum finem conuertere sine motione primi mouentis, qui est ipse Deus. Ergo. Nam causa agens propter finem debet omnes suos effectus in illum conuertere, quia secundum ordinem mouentium est ordo finium, vt patet in exercitu, ideo ad finem vltimum homo debet conuerti per primum mouentem simpliciter, ex cuius motione omnia in ipsum conuertuntur secundum communem intentionem boni, per quam ei intendunt assimilari. Ergo.*

† 4. Concl. Conuersio hominis ad Deum fit per lib. arb. ideo ei præcipitur vt conuertatur, sed nõ fit, nisi Deo conuertente.

5. Concl. Cum homo dicitur facere quod in se est, dicitur id esse in potestate hominis, sed vt motus à Deo.

6. Concl. Quod homo moueatur à Deo non est opus alia præcedente motione, sicut est opus dispositione ad gratiam, quia forma requirit subiectum dispositum.

7. Concl. Hominis est præparare animum, quia id facit per lib. arb. sed non sine auxilio Dei mouentis.

Artic. 7. Vtrum homo posit resurgere à peccato sine auxilio gratiæ.

1. Concl. Homo nullo modo potest resurgere à peccato per se ipsum sine auxilio gratiæ habitualis & mouentis ipsum.

1. Si homo haberet naturam, per quam posset iustificari, Christus gratis, id est, sine causa mortuus esset, quod est inconueniens. Ergo non potest per seipsum iustificari, id est, redire de statu culpæ ad statum iustitiæ.

2. *Homo non potest recuperare, quæ amisit per peccatum, nisi per gratiam & motionem diuinam. Ergo: quia resurgere à peccato, non solum est cessare à peccato, sed etiam est recuperare amissa per peccatum. Antecedens patet, quoniam per peccatũ amisit decorem gratiæ qui promanat ex illustratione diuinæ luminis. Ergo opus est illustratione diuina per habitum gratiæ. Recessit etiam ab ordine naturalis boni, quem ordinem non potest recuperare, nisi Deus ipsum conuertat. Tandem incurrit reatum æternæ pœnæ, qui non potest remitti nisi à Deo, qui est offensus, & est hominis iudex Ergo.*

Ephes. 5. † 2. Concl. Cum dicitur, *exurge mortui*, &c. non est intelligendum, quod tota exsurrectio præcedat lumen gratiæ, sed cum per liberum arbitrium à Deo motum conatur surgere recipit lumen gratiæ.

3. Concl. Homo potest surgere à mordo sine medicina per intrinsecum, attatio non est intrinsecum principium sufficiens sanitatis spiritualis sine gratia: quæ est veluti anima, quæ infunderetur corpori suscitando.

4. Concl. Cum natura remanet integra potest redire ad statum naturalem, vt aqua ad frigiditatem: at cum corrumpitur non ita: natura vero humana corrumpitur peccato, ideo neque ad statum naturalem potest redire.

Artic. 8. Vtrum homo sine gratia possit non peccare.

1. Concl. Homo in statu naturæ integræ poterat sine gratia habituali vitare quodcunque peccatum etiam veniale.

Nam peccare nihil aliud est, quam recedere ab eo, quod est secundum naturam: quod homo vitare poterat in illo statu. Non tamen id poterat sine auxilio Dei conseruantis in bono, quo sublato, etiam in nihilum rediret.

2. Concl. In statu naturæ corruptæ indiget gratia habituali sanante naturam ad hoc, vt omnino abstineat à peccato: sanatio fit in hac vita secundum mentem, appetitu carnali nondum totaliter sanato: vnde Paulus in persona hominis reparati ait: *Ego ipse mente seruio, legi Dei: carne autem legi peccati.* Rom. 7.

3. Concl. In tali statu gratiæ potest abstinere ab omni peccato mortali, quod in ratione cõsistit, non autem ab omni veniali, propter corruptionem appetitus sensualitatis, cuius motus singulos ratio potest reprimere, sed non omnes.

Tum quia dum vnus resistit alius forte consurget: tum quia ratio non potest semper esse pernigil ad hos motus vitandos.

4. Concl.

Antequam ratio in qua est peccatum mortale per gratiam reparetur, potest singula peccata mortalia vitare secundum aliquod tempus, sed quod diu maneat sine mortali, esse non potest.

Gre. hō. 11. in Ezech.

Nam, vt inferior appetitus debet esse subiectus rationi, ita ratio Deo tanquam fini, vnde reguletur omnes actiones humanæ, sicut per rationem motus appetitus. Ergo vt in appetitu non subiecto omnino rationi insurgunt motus ita in ratione non omnino subiecta Deo insurgunt deordinationes rationis: occurrunt enim multa vel fugienda, vel vitanda propter quæ homo recedit à præceptis Dei, præsertim in repentinis in quibus operatur secundum finem præceptum & habitum præexistentem, quamuis ex præmeditatione rationis posset agere, præter ordinem finis præcepti, & præter inclinationem habitus. Sed quia non potest semper esse in tali præmeditatione non potest diu permanere, quin operetur secundum consequentiam voluntatis deordinatæ à Deo, nisi esset per gratiam reparetur ordo.

† 5. Concl.

Peccatum imputatur homini, licet ex se nō possit omnino abstinere.

Quia ex suo defectu non præparatur ad gratiam.

6. Concl.

Correctio est vtilis, quia voluntas requiritur ad hoc, vt homo abstineat à peccato: tamen non est sufficiens sine auxilio Dei.

7. Concl.

Illud, *ante hominem vita & mors*, intelligitur de homine in statu naturæ integræ, nunc vero, quod bonum velit, est auxilio gratiæ.

Art. 9. Vtrum ille qui iam consecutus est gratiam per seipsum possit operari bonum, & vitare peccatum absque auxilio gratiæ.

1. Concl.

Homo in gratia existens non eget auxilio gratiæ, quasi aliquo alio habitu infuso ad recte viuendum, & hoc probat tertium arg. quia daretur processus in infinitum.

2. Concl.

Homo in gratia constitutus indiget auxilio gratiæ, vt à Deo moueatur ad recte agendum.

Primum ratione generali, quia nulla res creata potest actum producere sine motione diuina.

Rō. 7. & 8. Sap. 7.

Deinde ratione speciali propter conditionem naturæ humanæ: quia licet per gratiam mens sanetur, remanet tamen corruptio quantum ad carnem, per quam seruit legi peccati. Remanet etiam quædam ignorantiæ obscuritas in intellectu. Et propter varios euentus non cognoscimus nosipsos, & cogitationes nostræ sunt timidæ, ideo necesse est vt à Deo dirigamur, & protegamur. Vnde omnibus renatis dicendum est. Et ne nos inducas in tentationem, & fiat voluntas tua. Hæc est doctrina Aug. Nemo perfectè iustificatus nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, recte non potest viuere.

1 de na. & grat. c. 26.

† 3. Concl.

Non datur donum gratiæ, vt non egeamus alio auxilio.

Quia creatura debet conseruari in bono, quod accepit: & in patria vbi erit gratia consummata homo diuino auxilio indigebit. Vnde non sequitur gratiam frustra dari, se. esse imperfectum.

4. Concl.

Gratia Spiritus sancti quæ mouet & protegit, nō circumscribitur per effectum habitualis doni, quod in nobis causat, sed præter hunc effectum mouet vna cum Patre, & Filio.

Artic. 10. Vtrum homo in gratia constitutus indigeat auxilio gratiæ ad perseuerandum.

1. Concl.

Si perseuerentia sumatur pro habitu mentis per quem homo firmiter stat ne remoueatur ab honesto per tristitias irruentes, vel pro habitu secundum quem homo habet propositum perseuerandi in bono vsque in finem, est virtus, & infunditur simul cum gratia, sicut continentiæ & cæteræ virtutes: vnde soluitur secundum.

2 Concl.

Si sumatur vt dicit continuationem in bono vsque ad finem vitæ, homo in gratia constitutus non potest perseuerare sine diuino auxilio dirigente ipsum, & protegente contra tentationum impulsus. Vnde post iustificationem petendum est perseuerantiæ donum.

Nam multis datur gratia, quibus non datur perseuerare in gratia. Doctrina est Aug. & Cypriani.

lib. de perseuer. c. 2.

† 3. Concl.

Perseuerantia dicitur esse aliquid minus virtute, si sumatur primo modo: quæ est contra tristitias, vt continentia circa concupiscentias.

4. Concl.

Donum Christi est maius quam delictum Adæ: quia Adam accepit donum quo perseuerare posset: non autem accepit vt perseueraret: at per gratiam Christi multis datur quod perseuerare: sed tamen tunc erat facilius perseuerare, quia non erat rebellio carnis: nunc vero reparatio non est omnino perfecta quantum ad carnem.

Quæstio 110. De gratia Dei, quantum ad eius effectum.

Artic. 1. Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

1. Concl. GRatia sumitur, vel pro dilectione, quo modo dicimus aliquem habere gratiam vel pro dono gratis dato, vel pro recompensatione beneficij gratis dati.

2. Concl. Secundo & tertio modo, certum est gratiam ponere aliquid in eo, qui accipit, scilicet donum, & doni recognitionem.

3. Concl. Si sumatur gratia primo modo, differentia est inter dilectionem Dei & hominis, quia Deus diligendo producit bonum aliquod in creatura; cum omne bonum profluat ex voluntate diuina: at dilectio hominis, non causat rei bonitatem, sed eam præsupponit, vel in parte, vel in toto. Vnde ex qualibet Dei dilectione causatur aliquod bonum in creatura ex cuius boni differentia consideratur dilectio Dei ad creaturam. Sap. 11.

4. Concl. Dilectio Dei circa creaturas, vel est communis, qua diligit omnia, secundum quam esse naturale rebus largitur: vel specialis, secundum quam trahit creaturam rationalem supra conditionem naturæ ad participationem diuini boni: & secundum hanc dicitur aliquem diligere simpliciter: quia creaturæ vult bonum æternum, quod est ipse.

5. Concl. Ex eo quod homo non dicitur gratiã Dei habere, significatur quoddam supernaturale in homine à Deo proueniens.

lib. de nat. & grat. c. 22. *Nam ex Aug. gratia est quædam lux. Sed lux ponit aliquid in illuminato. Ergo.*

6. Concl. Quandoque gratia dicitur æterna Dei dilectio, quatenus gratuito dono non ex meritis aliquos prædestinat.

† 7. Concl. Ex eo, quod quis dicitur homini gratus, intelligitur in eo esse aliquid, quo sit gratus, quod amor præsupponit.

8. Concl. Deus est vita animæ per modum causæ efficientis, non per modum formæ, vt est anima.

9. Concl. Ad gratiam non solum pertinet remissio peccatorum, sed etiam multa alia, & ipsa remissio non fit sine aliquo effectu diuino in nobis causato.

Art. 2. Vtrum gratia sit qualitas animæ.

1. Concl. In eo, qui dicitur gratiam Dei habere, significatur esse quidem effectus gratuitæ Dei voluntatis, quæ gratia si sumatur pro auxilio Dei non est qualitas, sed motus quidam animæ, quo mouetur ad aliquid cognoscendum, vel volendum.

2. Concl. Si gratia sumatur pro dono habituali quo anima iuuatur a Deo, est quædam qualitas in anima.

1. *Ex Glo. quæ ait gratiã esse nitorem animæ. Sed nitor animæ est quædam qualitas, sicut pulchritudo corporis. Ergo.*

2. *Deus non solum mouet creaturas ad suos fines naturales, sed etiam dat eis formas, per quas ipsas inclinent ad suos actus, & motus, quibus à Deo mouentur fiant eis naturales & faciles, & omnia suauiter disponat. Ergo multo magis illis, quos mouet ad bonum supernaturale, debuit infundere formas, seu qualitates per quas suauiter moverentur ad illud bonum consequendum: quoniam non est conueniens, & minus prouideat his quos dilexit ad supernaturale bonum, quam creaturæ, quæ dilexit ad bonum naturale habendum.* Sap 8.

† 3. Concl. Gratia, vt est qualitas, dicitur agere in animam, per modum causæ non efficientis, sed formalis: sicut albedo: quæ facit album.

4. Concl. Gratia cum sit supra naturam non potest esse forma substantialis: quia substantia, vel est natura rei, vel pars eius: & ita quod est substantialiter in Deo, in homine est accidentaliter, est autem gratia nobilior anima, non quantum ad modum essendi, sed vt est participatio quædam diuinæ bonitatis.

5. Concl. Accidens dicitur ens, non quasi ipsum habeat esse, cum eius esse, sit in esse: neque proprie fit aut corrumpitur: quia id fit quod est: sed dicitur fieri, vel corrumpi secundũ quod subiectum, in quo est, dicitur esse in actu, secundum illud accidens. Et sic gratia dicitur creari secundum quod homines secundum ipsam creantur, id est, in nouo esse constituuntur, ex nihilo, id est, non ex meritis.

Artic. 3. Vtrum gratia sit idem, quod virtus.

Gratia non est idem quod virtus.

1. Concl. 1. *Si esset virtus, maxime videretur esse vna ex tribus theologicis, sed non est aliqua ex his: quia fides & spes possunt esse sine gratia gratum faciente, non autem caritas, quia gratia præuenit caritatem, ex Aug. Ergo.*

7. Phys. c. 17. 2. *Virtus dicit quandam perfectionem naturæ: gratia vero potius ipsam naturam, vel participationem naturæ. Ergo. Nam virtus ex Arist. est quædam dispositio perfecti, id est, eius quod est dispositum secundum naturam, ideoque virtus dicitur in ordine ad aliquam naturam præexistentem. Et ita virtutes acquisitæ disponunt hominem in ordine ad naturam, qua homo est. At infusæ*

dispo-

disponunt ad alterem finem, ac proinde in ordine ad alterem naturam diuinam participatam, quæ dicitur lumen gratiæ.

2. *Pet. 1. Maxima, &c. Et secundum hanc naturam dicimur regenerari in filios Dei. Vt ergo lumẽ naturale est aliquid præter virtutes acquisitas, ita lumen gratiæ, quod est participatio diuinæ naturæ, est aliquid præter virtutes infusas, quæ ab illo lumine derivantur, & ad illud ordinantur, disponendo hominem ad ambulandum secundum lumen gratiæ.* Ephes. 5.

2. Concl. Aug vocabit fidem per dilectionem operantem, gratiam.

Quia actus fidei est primus actus, quo gratia gratum faciens manifestatur.

3. Concl. Bonum positum in definitione virtutis dicitur secundum conuenientiam ad aliquam naturam essentialem, vel participatam: sed hoc modo bonum non tribuit gratiæ, nisi vt radici bonitatis in homine.

4. Concl. Gratia reducitur ad primam speciem qualitatis: nec est idem quod virtus, sed habitudo, quæ præsupponitur virtutibus infusis, sicut earum principium & radix.

Artic. 4. Vtrum gratia sit in essentia animæ, sicut in subiecto, an in aliqua potentiarum.

1. Concl. Gratia est in essentia animæ, vt in subiecto.

1. *Per gratiam regeneramur in filios Dei. Sed regeneratio per gratiam primo terminatur ad essentiam, quam ad potentias. Ergo.*

2. *Quia cum non sit idem, quod virtus, non potest esse in potentijs, vt in subiecto: nam omnis perfectio potentiæ habet rationem virtutis: & vt est primum virtute, debet habere subiectum, prius potentijs animæ, scilicet essentiam. Vt enim per potentiã intellectiuam participatur cognitio diuina per fidem, & per voluntatem, amor diuinus per caritatem: ita per naturam animæ participatur secundũ quandam similitudinem natura diuina, quæ sit regeneratio.*

† 3. Concl. Vt ab essentia animæ fluunt eius potentiæ, quæ sunt ad operationum principia: ita a gratia fluunt virtutes in potentias: & secundum hoc gratia comparatur ad voluntatem, vt mouens ad motum non vt accidens ad subiectum.

3. Concl. Vnde gratia est principium merendi mediantibus virtutibus: vt essentia animæ principium agendi per potentias.

4. Concl. Licet gratia sit in essentia animę, vt in subiecto, non sequitur inde omnem animam posse esse subiectum gratiæ: quia conuenit animæ, vt est species intellectualis naturæ.

5. Concl. Potentiæ animæ sunt naturales proprietates eius, & ita non potest esse sine eis: & dato quod esset, adhuc anima secundum speciem suam diceretur rationalis, non propter potentias, sed propter speciem talis essentiæ, ex qua natæ sunt fluere tales potentiæ.

Quæstio III. De diuisione gratiæ.

Artic. 1. Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

1. Concl. Gratia conuenienter diuiditur, in gratiã gratum facientem, & in gratiam gratis datam.

Ephes. 1. Rom. 2. 1. *Quia Apost. vtrunque tribuit gratiæ, scilicet gratum facere, & esse gratis datum.*

2. *Gratia ad hoc ordinatur, vt homo reducatur in Deum: quod ordine quodam fit, cum opera Dei ordinata sint, vt scilicet quidam per alios in Deum reducantur. Vnde sumitur duplex gratia. Altera qua ipse homo Deo coniungitur, quæ dicitur gratum faciens: altera, qua vnus homo cooperatur alteri, vt ad Deum reuocetur, & hoc donum dicitur gratia gratis data, quæ datur supra facultatem naturæ & supra meritum personæ. Et quia non datur, vt ipse qui habet iustificetur, sed potius vt ad iustificationem alterius operetur, ideo non dicitur gratum faciens. Et de hac loquitur Apost. Vnicuique, &c.* 1. Cor. 12.

† 2. Concl. Gratia non dicitur facere gratum effectiue, sed formaliter.

Quia per hanc homo iustificatur, & gratus est Deo.

3. Concl. Debitum dicitur, vel quod ex merito prouenit, vel secundum conditionem naturæ, vt quod homo debeat habere rationem. Dona naturalia carent primo debito, sed nõ secundo: at supernaturalia vtroque carẽt: ideo specialiter nomen gratiæ sibi vendicant.

4. Concl. Gratia gratum faciens addit ad rationem gratiæ gratis datæ, nempe facere hominem gratum Deo, quod etiam pertinet ad rationem gratiæ: & sic opponuntur, vt duæ partes gratiæ communiter dictæ.

Articul. 2. Vtrum gratia conuenienter diuidatur per operantem & cooperantem.

1. Concl. Gratia si sumatur pro diuino auxilio, conuenienter diuiditur in operantem, & cooperantem.

Nam motio diuina respectu illius effectus, quo mens à solo Deo mouetur, dicitur gratia operans, quia effectus attribuitur mouenti, & non mobili: in illo autem, quo mens se mouet, & mouetur, dicitur gratia cooperans. Quia operatio tunc non tribuitur soli Deo. Cum vero voluntas actu interiore incipit velle bonum cum prius malum vellet, ad quem actum mouetur à Deo, dicitur gratia operans, respectu vero actus exterioris & imperati, in quo etiam à Deo mouetur, dum voluntatē confirmat, vt ad actum perueniat, dicitur cooperans. Quare si gratia sumatur pro diuina motione conuenienter diuiditur modo dicto. Vnde Aug. Deus in nobis proficit, quod operando incipit.

lib. de ver. & lib. arb. c. 1. 1. Concl.

Si gratia sumatur pro dono habituali, conuenienter diuiditur eodem modo.

Nam duplex est gratia effectus sicut cuiuslibet formæ, scilicet primus, & secundus. Gratia ergo vt sanat, vel iustificat, dicitur operans: vt vero est principium operis meritorij quod ex lib arb. procedit dicitur cooperans.

3. Concl. Gratia secundum quod est forma accidentalis non agit effectiue, sed formaliter, & hoc modo non est operans.

4. Concl. Motus, quo consentimus iustificationi, non est causa gratiæ, sed eius effectus: vnde tota operatio pertinet ad gratiã, & ideo gratia dicitur simpliciter operans.

5. Concl. Cooperatur aliquis non solum vt agens secundarium principali agẽti, sed vt adiuuans ad præsuppositum finem homo per gratiam operantem bonum vult, & sine præsupposito, gratia cum eo cooperatur.

6. Concl. Gratia operans & cooperans est eadem gratia, sed distinguitur secundum diuersos effectus.

Art. 3. Vtrum gratia conuenienter diuidatur in prauenientem, & subsequentem.

. Concl. Vt gratia diuiditur in operantem, & cooperantem secundum diuersos effectus ita etiam in præuenientem, & subsequentem qualitercunque gratia accipiatur.

1. Ex Psal. 58. *Misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me.*

2. *Quinque sunt effectus gratiæ in nobis sc. vt anima sanetur, vt homo bonum velit, vt bonum efficaciter operetur, vt in bono perseueret, & vt ad gloriam perueniat. Vt causat primum effectum dicitur præueniens respectu secundi, & vt causat secundum dicitur subsequens respectu primi, & vt vnus effectus est posterior vno, & prior alio, sic gratia potest dici præueniens & subsequens secundum eundem effectũ, respectu diuersorũ. Ita Aug*

lib. de ver. & grat. c. 3.

Dilectio Dei nominat aliquid æternum, & ideo solum est præueniens: at gratia significat effectum temporalem, qui potest præcedere, & subsequi aliquid. 2. Concl.

Diuisio hæc non est secundum essentiam, sed secundum effectus gratiæ. Et ita gratia subsequens quæ pertinet ad vitam æternam non est alia ab ea, qua iustificamur, sicuti & caritas. 3. Concl.

Licet effectus gratiæ numero possint esse infiniti: tamen reducuntur ad aliqua determinata in specie: & ideo omnes conueniunt in hoc: quod vnus præcedit alium. 4. Concl.

Art. 4. Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur.

Conuenienter ab Apost. numerantur gratiæ, gratis datæ, per quas homo alteri cooperatur, vt in Deum reducatur, non interius mouendo, sed exterius docendo, vel persuadendo. Et ideo ea sub se hęc gratia continẽt, quibus homo indiget, vt ab alio instruatur, in his, quæ sunt supra rationem. Ad hoc tria requiruntur scilicet plenitudo cognitionis diuinorum; confirmatio & probatio eorum, quæ docentur, & facultas exponendi auditoribus. Ad primum tria sunt necessaria. 1. Concl.

1. Certissima cognitio principiorum scientiæ quod habetur dono fidei, quæ est certitudo de rebus inuisibilibus.

2. Doctor debet esse bene dispositus circa conclusiones scientiæ, & sic ponitur sermo sapientiæ, quæ est cognitio diuinorum.

3. Debet abundare exemplis, & cognitione effectuum per quos causæ manifestantur, & sic datur sermo scientiæ, quæ est cognitio rerum humanarum. De confirmatione, qua rationi subijciuntur confirmantur argumentis: in his quæ sunt supra rationem confirmatio fit virtute diuina: & hoc, vel vt doctor faciat, quæ solus Deus potest, vel quantum ad sanitatem, & sic ponitur gratia sanitatum: vel quoad quodcunque aliud opus, & ad hoc ponitur operatio virtutum: Vel vt possit manifestare, quæ solus Deus scit, & ad hoc datur prophetia, & discretio spirituum. Facultas dicendi & pronuntiandi: vel attenditur quantum ad idioma, & secundũ hoc ponuntur genera linguarum: vel quantum ad sensum eorum quæ sunt proferenda, & ad hoc ponitur interpretatio sermonum.

Non omnia Dei beneficia dicuntur gratiæ gratis datæ: sed quę excedunt facultatem naturæ. 2. Concl.

Fides inter gratias recensetur, vt imporrat 3. Concl.

ſupereminentem certitudinem fidei, ex qua homo fit idoneus ad alios docendos, in his, quæ ſunt de fide.

4. Concl. Gratia ſanitatum habet vim ſpecialem perducendi ad fidem, ſimiliter gratia ſermonum, &c. & ideo ponuntur tanquam gratiæ ſpeciales.

5. Concl. Sapientia & ſcientia diſcernuntur à donis, vt important abundantiam ſapientiæ & ſcientiæ, vt quis poſſit non ſolum ſibi ſapere, ſed etiam alios inſtruere, & contra impios defendere.

Art. 5. Vtrum gratia gratis data, ſit dignior, quam gratia gratum faciens.

1. Concl. Gratia gratum faciens eſt multo excellentior, quam gratia gratis data.

1. Ex Paul. 1. Cor. 12. vbi numeratis gratijs gratis datis, ſubdit. Adhuc excellentiorem viam, &c. vbi de caritate loquitur, quæ pertinet ad gratiam gratum facientem.

2. Illa gratia eſt excellentior, quæ ordinat ad altius bonum, ſemper enim finis potior eſt his quæ ſunt ad finem. Sed gratia gratum faciens eſt huiuſmodi, quia hæc gratia ordinat hominem immediate ad coniunctionem vltimi finis. At gratis data ordinat ad quædam præparatoria finis vltimi. Ergo.

2. Concl. Gratia gratis data ordinatur ad bonum commune Eccleſiæ, quod eſt ordo Eccleſiaſticus: at gratum faciens, ad bonum commune ſeparatum, quod eſt Deus.

3 Concl. Gratia gratis data non poteſt quis cauſare in alio coniunctionem ad Deum, quam habet per gratiam gratum facientem in ſeipſo, ſed quaſdam diſpoſitiones tantum, ideo, &c.

4. Concl. Quod eſt proprium non eſt præſtantius, ſi ordinetur ad id, quod eſt commune: quare licet gratia gratis data ſit communis omnibus, ad hoc eſt excellentior.

Quæſtio 112. De cauſa gratiæ.

Artic. 1. Vtrum ſolus Deus ſit cauſa gratiæ.

1. Concl. IMpoſſibile eſt, quod aliqua creatura gratiam cauſet: & ita ſolus Deus eſt cauſa principalis gratiæ.

1 Pſ. 83. gratiam & gloriam dabit Dominus.

2. Nulla res poteſt agere vltra ſuam ſpeciē: quia cauſa debet eſſe potior effectu. At donum gratiæ excedit omnem facultatem naturæ: quia eſt participatio quædam diuinæ naturæ, & ita ſolus Deus deificat communicando conſortium ſuæ naturæ. Sicut ſolus ignis ignit.

2. Concl. Humanitas Chriſti eſt inſtrumẽtum diuinitatis, & ita non cauſat gratiam propria virtute, ſed virtute diuinitatis.

3. Concl. Similiter ſacramenta cauſant gratiam inſtrumentaliter virtute ſpiritus ſancti in ſacramentis operantis.

4. Concl. Angelus illuminat & purgat per modum inſtructionis, non autem iuſtificando per gratiam.

Art. 2. Vtrum requiratur aliqua præparatio & diſpoſitio ad gratiam ex parte hominis.

1. Concl. Si gratia ſumatur pro dono habituali, ad eam ſuſcipiendam requiritur aliqua præparatio.

1. Reg. 5. *Quia nulla forma ſuſcipitur niſi in materia diſpoſita. Ideo dicitur præparate corda Domino.*

2. Concl. Si gratia ſumatur pro auxilio Dei mouentis ad bonum, nulla præparatio requiritur ex parte hominis quaſi præueniens diuinum auxilium: ſed potius omnis præparatio quæ in homine eſſe poteſt, eſt ex iſto auxilio.

3. Concl. Prop. 10. Bonus motus lib. arb. quo quis præparatur ad donum gratiæ ſuſcipiendum, eſt actus lib. arb. moti a Deo; & quantum ad hoc homo dicitur ſe præparare; quia eſt principaliter à Deo, ſecundum hoc dicitur hominis voluntas præparari à Deo, & greſſus dirigi.

4. Concl. Quædam præparatio ad gratiam eſt ſimul cum infuſione gratiæ: & hæc eſt operatio quidem meritoria, non gratiæ, quæ iam habetur, ſed gloriæ: alia eſt imperfecta, quæ aliquando præcedit donum gratiæ, quæ non ſufficit ad meritum, nondum homine iuſtificato.

5. Concl. Cum homo non præparetur ex ſe, ſed à Deo mouente nihil refert, quod quis paulatim, vel ſubito ad perfectam præparationem perueniat. Itaq; pro Dei motione ad bonum poteſt fieri præparatio vel paulatim, vel ſtatim, vt accidit in Paulo.

6. Concl. Agens infinitæ virtutis ex ſe nõ exigit materiam diſpoſitam, per aliam cauſam: ſed ſecundum cõditionem rei producendæ cauſat materiam & diſpoſitionem debitam ad formam. Et ſic ad infuſionem gratiæ non requiritur diſpoſitio, quam Deus non faciat.

Art. 3. Vtrum neceſſario detur gratia ſe præparanti ad gratiam, vel facienti quod in ſe eſt.

1. Concl. Si præparatio conſideretur vt eſt à libero arbitrio, nulla neceſſitatem habet ad gratiæ conſecutionem.

Quoniam gratia excedit omnem præparationem

certitudo humana: Et ita habetur in argum. sed contra, homo comparatur ad Deum, vt lutum ad figulum, quod ex se non recipit formam à figulo, quantumcunque sit præparatum.

rem. 18. 2. Concl. Præparatio vt est à Deo mouente, habet necessitatem ad id, ad quod à Deo ordinatur; non quidem coactionis, sed infallibilitatis: quia intentio Dei deficere non potest, vt ait Augustin. Quare si de intentione Dei est, quod homo gratiã consequatur, infallibiliter consequitur, secundum illud: Omnis qui audit à patre, &c.

lib de prædest. SS. cap. 13. Concl. Cum gloss. ait, *Deum recipere eum, qui ad ipsum confugit, aliter esset in eo iniquitas*, intelligitur de eo, qui est iustus, vel de non iusto, vt mouetur à Deo, cuius motio non potest deficere.

4 Concl. Prima causa defectus gratiæ est in nobis: at collationis gratiæ prima causa est Deus.

5. Concl. Osee. 13. Etiam in naturalibus dispositio materiæ non ex necessitate consequitur formam, nisi per virtutem agentis, quod dispositionem causat.

Artic. 4. *Vtrum gratia sit maior in vno, quam in alio.*

1. Concl. Si gratia gratum faciens consideretur ex parte finis, vel obiecti, prout vna virtus est nobilior, quatenus ad maius bonum ordinatur, non potest esse maior, vel minor.

Quoniam secundum suã rationem coniungit hominem summo bono, id est Deo.

2. Concl. Si consideretur ex parte subiecti, potest suscipere magis, vel minus, prout vnus perfectius illustratur lumine gratiæ, quam alius.

Ratio diuersitatis est, quia vnus magis se præparat, quam alius: at quia præparatio non est hominis, nisi quatenus mouetur à Deo, ideo ista ratio non est prima.

3. Concl. Prima ratio diuersitatis est ex parte Dei, qui diuersimode sua dona dispensat, vt ex diuersis gradibus & donis pulchritudo resultet Ecclesiæ.

Ephes. 5. *Ita Paul. qui ait dari secundum mensuram donationis Christi ad consummationem sanctorum in ædificationem corporis Christi.*

14. Concl. Cura diuina quantum ad actum Dei, qui est simplex, est æqualis erga omnes: quia vnico actu omnia dispensat: at ex parte eorũ, in quæ cura peruenit, inuenitur inæqualitas, prout maiora & minora dona prouidet.

5. Concl. Secundum procedit iuxta primã concluſ. ex parte obiecti circa quod potest esse maior & minor intentio, ex parte subiecti.

6. Concl. Vita naturalis pertinet ad substantiam hominis, ideo non recipit maius & minus, vt vita gratiæ, quam accidentaliter participat.

Art. 5. *Vtrum homo possit scire se habere gratiam.*

1. Concl. Per diuinam reuelationem potest quis scire se habere gratiam.

1. Cor. 12. *Reuelat enim hoc Deus quibusdam ex speciali priuilegio, vt fecit Paulo.*

2. Concl. Nemo per seipsum certitudinaliter potest scire se habere gratiam.

Eccl. 9. *1. Nemo scit, ait Scrips. Vtrum sit dignus odio, vel amore. At gratia gratum faciens facit dignum amore. Ergo. &c.*

Certitudo non potest haberi de aliquo nisi de eo possit inuestigari per proprium principium, sic enim de conclusionibus habetur certitudo. Sed principium gratiæ est nobis ignotum, quia principium gratiæ & obiectum eius est ipse Deus, qui est nobis ignotus, & ideo eius præsentia & absentia à nobis per certitudinem cognosci nequit. Iob. 9. Si venerit, &c. Ergo nemo, &c. Sed neque, ait Paul. &c.

Iob. 36. 1. Cor. 14. 3. Concl. Cõiecturaliter per aliqua signa potest quis cognoscere se habere gratiam: quatenus percipit se delectari in Deo, & contemnere res mundi, & non est sibi conscius peccati. Verum hæc cognitio est imperfecta, ideo ait Apost. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.*

1. Cor. 4. 4. Concl. Quæ sunt per essentiam in anima cognoscuntur experimẽtali cognitione per operationes, quarum experimur habere principia.

5. Concl. Qui habet, vel scientiam, vel fidem, habet certitudinẽ, quia certitudo pertinet ad perfectionem intellectus; sed non est similis ratio de his, quæ perficiunt vim appetitiuam.

6. Concl. Peccatum habet pro obiecto bonum commutabile, quod ex se est notum: at obiectum caritatis est ignotum, quia lucem habitat inaccessibilem.

7. Concl. 1. Tim. 6. Cum Paulus ait, *Vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis*, intelligitur de cognitione per reuelationem, vt patet ex sequentibus.

8. Concl. 1. Cor. 2. Gen. 22. dicitur, *Nunc cognoui*, id est feci cognoscere, *quod timeas Dominum*, quod refertur ad cognitionem experimentalem, vel ad cognitionem per reuelationem.

Quæstio 113. De effectibus gratiæ.

Art. 1. *Vtrum iustificatio impij sit remissio peccatorum.*

1. Concl. IVstificatio passiue accepta, importat motum ad iustitiam, vt calefactio motum ad calorem.

2. Concl. Iustitia, quæ importat rectitudinẽ ordinis, vel

vel accipitur vt importat ordinem in ipso actu hominis, & sic est virtus, siue sit particularis iustitia, siue legalis: vel vt importat rectitudinem ordinis in ipsa dispositione hominis, prout supremũ ordinis subditur Deo, & vires animæ supremæ rationi: quam dispositionem Aristot. vocat iustitiam metaphorice.

Arist. 5. eth. c. 1.

3. Concl. 3. Hæc iustitia potest fieri in homine dupliciter, vel per simplicem generationem, quæ est à priuatione ad formam: quo modo iustificaretur qui non fuisset prius in peccato, vt Adam iustificatus fuit: vel secundum rationem motus à contrario in contrarium, & sic iustificatio importat transmutationem à statu iniustitiæ, ad iustitiam: & hoc modo hic loquimur de iustificatione. Et quia motus magis denominatur à termino ad quem, ideo hæc transmutatio vocatur iustificatio impii. Quam Glos. ait esse remissionem peccatorum: Erit ergo iustificatio peccatorum remissio.

Rom. 4.

4 Concl. Omne peccatum quod importat, inordinationem, mentis non subditæ Deo, potest dici iniustitia, prædictæ iustitiæ contraria, & sic remissio cuiuscunq; peccati dicitur iustificatio.

Rom. 8. c.

5. Concl. Fides & caritas dicunt ordinem specialem mentis ad Deum: at iustitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis, ideo hæc transmutatio à iustitia, potius denominatur.

6 Concl. Vocatio refertur ad auxilium Dei mouentis, quæ motio non est ipsa remissio peccati, sed eius causa.

Art. 2. Vtrum ad remissionem culpæ, quæ est iustificatio impii requiratur gratiæ infusio.

1. Concl. Non potest intelligi remissio culpæ, nisi adsit infusio gratiæ.

1. Roman 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius.

2. In iustificatione remittuntur peccata, secundum quod Deus nobis pacatur; qua pax consistit in dilectione, qua Deus diligit nos: quæ licet ex se sit immutabilis: tamen quantum ad effectum quem imprimit, interrumpitur, & recuperatur ob nostram mutationem. At effectus diuinæ dilectionis in nobis, quia per peccatum tollitur, est gratia, qua homo est dignus æterna vita, à qua peccatum excindit. Ergo non remittitur peccatum absque gratia infusione.

2. Concl. Plus requiritur ad hoc vt remittatur offensa offendenti, quam ad hoc, vt non habeatur odio.

Quia offensa non potest dimitti sine speciali benevolentia. Vnde licet homo antequam peccaret posset esse sine gratia, & culpa, tamen post peccatum non potest esse sine culpa, nisi per gratiam.

3. Concl. Deum non imputare peccatum importat quendam effectum in eo cui non imputatur: sicuti dilectio importat effectum gratiæ, à qua dilectione est, quod peccatum non imputetur.

4. Concl. Vt quis non habeat peccatum, non sat est cessare à peccato, quia post actum remanet reatus: ideo non sat est cessare à vitio vt quis dicatur iustus.

Art. 3. Vtrum ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii.

1. Concl. In eo qui habet vsum liberi arbitrii, iustificatio non fit sine motu lib. arbit.

1. Iohan. 6. Omnis qui audit à patre, & didicit, venit ad me. Sed discere non est sine motu lib. arbit. Ergo.

Rom. 3.

2. Iustificatio fit Deo monente hominem ad iustitiam, qui monet omnia inxta naturam suam. Ergo & homines. Sed homo ex sua natura est liberi arbit. Ergo Deus non monet eum ad iustitiam & gratiam acceptandam sine motu ipsius, si sit huius motionis capax.

2. Concl. Pueri mouentur ad iustitiam per solam informationem animæ ipsorum, quod non fit sine sacramento; & vt peccatum per generationem ad eos deriuat, ita gratia Christi per eius regenerationem ad eos peruenit: Idem dicas de furiosis.

3. Concl. *2. Par. 1.* Salomon non accepit sapientiã in somno, sed declaratum est ei, quod propter præcedens desiderium eam habuerit: vel fuit somnus prophetiæ. Et rursus non est eadem ratio de sapientia & gratia; quia gratia ordinat ad bonum, quod est obiectum voluntatis, ideo non acquiritur sine voluntate.

4. Concl. In infusione gratiæ iustificantis est quædã transmutatio animæ; ideo requiritur propri⁹ motus eius: at conseruatio gratiæ est sine transmutatione, & ita sola continuatio satis est.

Art. 4. Vtrum ad iustificationem impii requiratur motus fidei.

5. Concl. Motus fidei requiritur ad iustificationem impii.

1. Iustificati, ait Paulus, ex fide pacem habemus &c.

2. Quod est necessarium ad primam conuersionem in Deum, est etiam necessarium ad iustificationem;

tionem; quia ad iustificationem requiritur motus liberi arb. à Deo, qui monet animam conuertendo eam ad se. Sed prima conuersio in Deo fit per fidem ex Paulo. Ergo.

Rom. 5.

† 2. Concl. Psal. 84. Motus fidei non est perfectus sine caritate; & ita in iustificatione cum motu fidei est etiam motus caritatis: & quia per hunc motum homo se subiicit Deo, est etiam ibi actus filialis timoris & humilitatis: ideo cum motus liber. arbit. fit à variis virtutibus, iustificatio tribuitur pluribus virtutibus, vt misericordiæ, &c.

Heb. 11.

3. Concl. Cogitatione naturali homo non conuertitur ad Deum, vt est obiectum beatitudinis, & iustificationis causa: & donum sapientiæ supponit fidei cogitationem.

4. Concl. Vt homo iustificetur, requiritur, vt credat Deum esse iustificatorem. Rom. 4. *Credendi in eum, qui iustificat, &c.*

Art. 5. Vtr in ad iustificationem impii requiratur motus liberi arbitrii in peccatum.

1. Concl. Ad iustificationem impii requiritur motus lib. arb. in peccatum.

1. *Psal. 3. dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.*

2. *Iustificatio est motus liber. arb. à Deo à statu peccati ad statum iustitiæ. Ergo mens humana ad vtrumq; extremorum motu lib. arb. debet se habere, vt se habet corpus localiter motum à mouente, ad duos terminos à quorum altero recedit, & tendit ad alterum: sic mens humana iustificabitur per recessum à peccato, & accessum ad iustitiam; & accessus & recessus in anima attenduntur, ex Aug. secundum detestationem & desiderium. Ergo in iustificatione impii debet esse motus lib. arb. per desiderium, quo tendatur in Dei iustitiã, & alius quo detestetur peccatum.*

2. Concl. Ad eandem virtutem pertinent opposita: vnde eadem caritas, quæ diligit Deum detestatur peccatum, quo anima separatur a Deo.

3. Concl. Ad posteriora non debet homo redire per memoriam: & sic eorum debet obliuisci; debet tamen recordari, per considerationem, vt ea detestetur.

4 Concl. In motu præcedente iustificationem, debet homo detestari singula peccata, quorum recordatur: ex qua consideratione sequitur in anima quidam motus detestantis vniuersaliter omnia inter quæ sunt etiam peccata oblitioni tradita, quæ etiam detestaretur, si ea memoriam eorum haberet.

Art. 6. Vtrum remissio peccatorum debeat numerari inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impii.

1. Concl. Remissio peccatorum est inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impii.

Nam in numeratione eorum, quæ ad rem aliquam requiruntur, non debet prætermitti finis. At remissio peccatorum est finis iustificationis per Isa. Cap. 27. Ergo. 2. Quatuor enumerantur, quæ sunt in iustificatione. Infusio gratiæ, motus lib. arb. in Deũ per fidem, motus in peccatum, & remissio culpæ. Cuius numerationis ratio est: quia iustificatio est motus lib. arb. à Deo statu culpæ in statum iustitiæ. In motu quo aliquid ab alio mouetur tria reperiuntur, scilicet motus mouentis, & ita ex parte mouentis diuinæ accipitur gratiæ infusio, motus mobilis, & ex parte lib. arb. motus accipitur motus per recessum à termino, à quo, & accessum ad terminũ ad quem; ac tandem pertingitur ad terminum, quod importatur per remissionem culpæ, in quo iustificatio consummatur. Vnde remissio peccati est vltima.

† 2. Concl. Iustificatio dicitur remissio peccatorum, prout omnis motus specificatur à termino ad quem, ad cuius consecutionem multa requiruntur.

3. Concl. Gratiæ infusio & remissio culpæ secundum substantiam actus idem suntiat ex parte obiectorum differunt secundum differentiam culpæ, quæ tollitur, & gratiæ, quæ infunditur, vt patet in generatione & corruptione naturali.

4. Concl. Hæc enumeratio eorum quæ sunt in iustificatione non est secundum diuisionem generis in speciem, sed secundum differentiam eorum, quæ requiruntur ad completionem alicuius, in qua aliquid est prius, aliquid posterius, &c.

Articul. 7. Vtrum iustificatio impii fiat in instanti vel successiue.

Iustificatio impii quantum ad infusionem gratiæ fit a Deo in instanti.

1. Concl. 1. *Quia fit per gratiam Spiritus sancti, qui subito aduenit. Act. 2. Ergo.*

2. *Quod forma non statim imprimatur subiecto, est quia subiectum non est dispositum, & agens eget tempore ad disponendum: ideo diuinum, quia est secundum se dispositum, statim illuminatur. At Deus vt gratiam infundat animæ non requirit aliquam dispositionem, nisi quam ipse facit; quam aliquando successiue, aliquando subito effecit. Ergo. Quod enim agens non subito disponat, est, quia in materia est aliqua repugnantia, quæ resistit agenti, cuius virtus, quo est fortior, tanto citius ma-*

teria

tersa disponitur: cum autem virtus Dei sit infinita, potest quamcunque materiam subito disponere, & maxime lib. arbit. cuius motus potest esse instantaneus: dicit enim consensum ad detestandum peccatum, & ad accedendum ad Deum, qui potest esse in instanti: si quandoq; procedit deliberatio, ne est de substantia iustificationis, sed via. Vnde soluitur primum.

† 2. *Concl.* Vt intellectus potest simul actu duo intelligere, vt vniuntur in vnum, ita lib. arb. potest moueri in duo, vt vnum ordinatur ad aliud, & sic simul detestatur peccatum, & conuertit se ad Deum, cuius causa peccatum detestatur.

3. *Concl.* Ratio cur forma non statim recipiatur in subiecto non est, quia potest magis & minus eam participare, sed quia est repugnantia in materia.

4. *Concl.* In eodem instanti in quo forma acquiritur, res incipit operari secundum formam, vt potest in igne, cuius motus si esset instantaneus statim completetur, cuiusmodi est motus lib. arb.

5. *Concl.* Cum mens humana per accidens subdatur tempori quatenus intelligit in tempore secundum phantasmata, in quibus species intelligibiles considerat, ideo de eius actione iudicandum est secundum motum temporalium, propterea in iustificatione non dantur duo instantia, quæ possunt dari in operationibus angelorum quia ibi non est tempus & motus, sed datur vltimum tempus in quo fuit culpa, & primum instans in quo gratia inest.

Articul. 8. Vtrum gratiæ infusio sit prima ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impii.

1. *Concl.* Illa quatuor, quæ reperiuntur in iustificatione, sunt simul tempore, quia iustificatio non est successiua; sed ordine naturæ, prius est infusio gratiæ, deinde motus lib. arb. in Deum, tum motus in peccatum, postremo remissio culpæ.

* *1. Causa est prior suo effectu naturaliter. Sed infusio gratiæ est causa istorum omnium. Ergo.*

2. Quoniam in omni motu prius est actus mouentis, deinde motus mobilis: seu dispositio materiæ, quæ dispositio est duplex in iustificatione, vt est dictum, & postremo terminus. i. remissio culpæ. Praecedit autem motus in Deum detestationem peccati, quia ratio detestandi est motus in Deum.

† 2. *Concl.* Recessus à termino ex parte mobilis naturaliter est prior accessu: at ex parte agentis, contra, quia agit ad remouendum contrarium: prius enim est illuminare, quam tenebras remouere, & quia infusio gratiæ & remissio culpæ tenent se ex parte Dei iustificantis, ideo prius naturæ est gratiæ infusio, quam remissio culpæ.

3. *Concl.* Dispositio subiecti præcedit susceptionem formæ ordine naturæ, sequitur tamen actionem agentis, per quam subiectum disponitur, & ideo motus lib. arb. præcedit ordine naturæ consecutionem gratiæ, sequitur autem gratiæ infusionem.

4. *Concl.* In moribus animi præcedit motus in principium speculationis, vel in finem actionis: sed in exterioribus morib. remotio impedimenti præcedit assecutionem finis: ideo motus in Deum, vt in finem, est prior, quam motus ad remouendum impedimentum peccati.

Art. 9. Vtrum iustificatio impii sit maximum opus Dei.

1. *Concl.* Ex parte modi agendi opus creationis est maximum: quia ex nihilo fit aliquid.

2. *Concl.* Ex parte eius, quod fit, maius opus est iustificatio impii, quam creatio cœli, & terræ.

Tract. 22. in Ioan. *1. Ex Augst. qui ait, Maius opus est vt ex impio iustus fiat, quam creare cœlum & terram. Et ecclesia in collecta, ait Deum precando, suam omnipotentiam maxime manifestare: & Psalmo 142. miserationes eius super omnia opera eius.*

2. Quia iustificatio terminatur ad bonum æternum diuinæ participationis; vnde subdit. Aug Cœlum & terra transibunt. prædestinatorum autem salus, & iustificatio permanebunt.

3. *Concl.* Absolute loquendo donum gloriæ est maius, quam donum gratiæ iustificantis impiũ; & sic glorificatio, est maius opus, quam iustificatio.

4. *Concl.* Si attendatur quantitas proportionis, est maius donum gratiæ iustificantis, quam glorificantis.

Quia plus excedit donum gratiæ dignitatem impii, quæ erat digna pœna, quam donum gloriæ dignitatem iusti, quæ est digna gloria. Vnde Augst. iudicet qui potest, vtrum magis sit iustos angelos creare; quam impios iustificare, certe si æqualis est vtriusque potentia, hoc maioris est misericordiæ. Ex hu patet ad primum.

† 5. *Concl.* Bonum vniuersi est maius, quam bonum particulare vnius, si accipiatur in eodem genere: sed bonum gratiæ vnius maius est, quã bonum naturæ totius vniuersi.

6. *Concl.* Tertium procedit ex parte moti agendi.

Artic. 10. Vtrum iustificatio impii sit opus miraculosum.

. Concl. Si miraculum consideretur ex parte potentiæ, agentis iustificatio, & omne opus quod à solo Deo fieri potest, miraculum vocari poterit: quasi habens causam miram, id est, occultam.

2. Concl. Si miraculum dicatur id, quod est supra naturalem potentiam talis materiæ, vt mortui suscitatio, iustificatio impii non est miraculosa.

Quia naturaliter anima est gratiæ capax, ex eo quod est facta ad imaginem Dei. Nam, vt Aug. ait, posse habere fidem, & caritatem, natura est hominum, habere autem gratiæ, est fidelium.

lib. de prædest. sanct. c. 5.

3. Concl. Si miraculum sumatur vt includit aliquid præter consuetudinem, iustificatio impii quandoque est miraculosa, quandoque non: consuetus modus est vt per conuersionem imperfectam ad perfectam veniatur, quia caritas inchoata meretur augeri, vbi aucta meretur perfici. Quando vero Deus ita mouet animam vt perfectam iustitiam assequeretur, esset iustificatio miraculosa, vt fuit Pauli conuersio, quæ tanquam miraculosa celebratur.

4. Concl. Quædam opera minora iustificatione dicuntur miraculosa.

Quia sunt extra ordinem consuetum ordinem, & ideo habent plus de ratione miraculi.

5. Concl. Quia iustificatio non potest fieri, nisi à Deo, ideo quantum ad hoc, non est miraculosa: Et licet voluntas impii ad malum inclinata conuertatur in bonum, non sequitur esse miraculum, sicuti non est miraculū, quod lapis sursum proiiciatur.

6. Concl. Acquisitio scientiæ est homini naturalis, quia per se potest eam acquirere, & ideo si diuinitus detur est per miraculum: at homo non est natus acquirere gratiam sua operatione, & ita non est par ratio.

Quæstio 114. De merito, quod est effectus gratiæ cooperantis.

Artic. 1. Vtrum homo possit aliquid mereri à Deo.

1. Concl. REddere mercedem pro meritis, est actus iustitiæ. Idenim merces dicitur, quod recompensatur alicui pro retributione operis quasi pretium illius. Vnde, vt reddere iustum pretium pro re accepta est actus iustitiæ, ita recompensare mercedem operis erit actus iustitiæ.

2. Concl. Cum iustitia sit æqualitas quædam, simpliciter est inter eos, inter quos est simpliciter æqualitas: vbi vero non est simpliciter æqualitas nec simpliciter est iustitia, sed quidam iustitiæ modus: quare vbi est simpliciter iustum, erit simpliciter meritum: vbi non est simpliciter iustum, nec etiam simpliciter meritum, sed secundum quid.

3. Concl. Inter Deum & hominem non est meritum secundum æqualitatem iustitiæ.

Quoniam inter Deum, & hominem est maxima inæqualitas, cum infinite distent; & totū quod est hominis bonum sit à Deo. Ergo non potest inter eos esse iustitia simpliciter, sed secundum quendam modum: quo plus mereri dicitur aliquis à patre, & seruus à domino.

4. Concl. Inter Deum & hominem est meritum secundum proportionem tantum, prout vterque operatur secundum modum suum. Modus autem humanæ virtutis est à Deo, & ideo eius meritum non est apud Deum, nisi secundum dispositionem diuinæ ordinationis, vt id consequatur à Deo sua operatione, quasi mercedem, ad quod Deus virtutem operandi deputauerit. Sicut res naturales per suos motus id, ad quod sunt institutæ.

5. Concl. Sola creatura rationalis potest mereri.

Quia ipsa sola se mouet ad agendum per liberum arbitrium. Ergo.

6. Concl. Quamuis homo debeat id quod facit, adhuc tamen meretur, quia libera voluntate facit: alias actus iustitiæ, quo redditur debitum non esset meritorius.

7. Concl. Meremur aliquid à Deo non quasi ex nostris operibus aliquid ei accrescat, sed inquantum propter eius gloriam operamur, quam suis operibus Deus manifestare intendit.

8. Concl. Nostra actio non habet meritum, nisi ex præsuppositione diuinæ ordinationis, & ideo Deus non est nobis simpliciter debitor, sed sibiipsi, prout debitum est, vt sua ordinatio impleatur.

Art. 2. Vtrum aliquis sine gratia possit mereri vitam æternam.

1. Concl. Homo in statu naturæ integræ per naturalia, sine gratia non potuit mereri vitam æternam.

1. *Rom. 6. Gratia Dei vita æterna.*

2. *Quod excedit proportionem naturæ, per suas vires homo mereri non potest, quia actus rerum non ordinantur directius ad id quod excedit proportionem. Virtutis quæ est principium agendi, sed vita æterna est bonum excedens proportionem naturæ creatæ, & quantum ad cognitionem & desiderium secundum illud: Nec oculus vidit, nec*

1. Cor. 2.

auxilio, &c. Vnde opus est donc superaddito gratiæ.

1. Concl. Homo in peccato existente præter rationem allatam non potest vitam æternam mereri propter impedimentum peccati.

Quoniam nullus inimicus Dei potest mereri vitam æternam, nisi sit Deo reconciliatus. Sed homo in statu peccati est inimicus Dei, quia peccatum est Dei offensa excludens à vita æterna, cui potius debetur mors Ergo.

† 3. Concl. Deus hominem ordinauit ad vitam æternam acquirendam non sua virtute, sed gratia, ex qua habet, quod mereri possit.

4 Concl. Homo sine gratia non potest habere æquale opus, operi quod est sine gratia, quia quo principium actionis est perfectius, tanto actio est perfectior. Vnde minus debitum est magis meritorium, supposita æqualitate operis vtrinque.

5. Concl. Homo potest mereri apud hominem, & si nihil ab eo accepit; per id, quod a Deo accepit, at vero apud Deum non potest mereri nisi per donum eius, cum ab eo habeat vim benefaciendi.

Artic. 3. Vtrum homo in gratia constitutus possit mereri vitam æternam ex condigno.

1. Concl. Opus hominis meritorium secundum substantiam operis, & vt à lib. arb. procedit non est meritorium vitæ æternæ de condigno.

Quoniam inter opus sic consideratum, & præmium est maxima inæqualitas.

2. Concl. Istud opus eodem modo consideratum est meritorium de congruo, propter quandam æqualitatem proportionis: congruum enim videtur vt homini operanti secundum suam virtutem, Deus recompenset secundum excellentiam suæ virtutis.

3. Concl. Opus meritorium, vt procedit ex gratia Spirit. sanct. est meritorium vitæ æternæ de condigno.

Secundum quam meriti attenditur secundum virtutem spiritus mouentis in vitam æternam: Ioan. 4. Fiat in eo fons, &c. attenditur etiam secundum dignitatem gratiæ, qua homo factus est consors diuinæ naturæ, qua adoptatur in filium Dei, cui simul adoptionis debetur hæreditas æterna, si filius, ait Paulus, & hæres, & alibi vocat coronam iustitiæ. Ergo ex condigno.

† 4. Concl. Rom 8. Tim. 5. Illud, *non sunt condignæ passiones*, &c. intelligitur iuxta primam concl.

§ Concl. Cum dicitur ex miseratione nos mereri, intelligitur quantum ad primam causam perueniendi ad vitam æternam, meritum autem est causa subsequens.

Licet gratia Spir. sanct. non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen æqualis in virtute: & Spir. sanc. per gratiam habitat hominem, & ita ipse est sufficiens causa æternæ vitæ: ideo dicitur pignus hæreditatis. 1. Concl. Gloss. Rom. 6.

Art. 4. Vtrum gratia sit principium meriti principaliter per caritatem, quam per alias virtutes.

1. Concl. Meritum vitæ æternæ primo pertinet ad caritatem, ad alias virtutes secundario, vt earum actus à caritate imperantur.

1. Ioan. 14. Si quis diligit me, &c. manifestabo ei meipsum. At ista manifestatio consistit in vita æterna. Ioan. 17. Ergo.

2. Meritum attenditur principaliter ex ordinatione diuina, prout homo dicitur mereri, id ex quod à Deo ordinatur: & ex parte lib. arb. quatenus bonum habet, vt ex se agat. At quantum ad vtrumque meritum principaliter consistit in caritate. Ergo: quantum ad primum, vita æterna est fruitio diuini boni. At motus humanæ mentis in fruitionem, est proprius actus caritatis, & aliarum virtutum vt imperantur à caritate. Ergo: quantum ad alterum, quoniam quod ex amore facimus maxime voluntarie facimus. Ergo meritum rationem voluntarii quam requirit principaliter habet à caritate.

2. Conc. Caritas, vt habet pro obiecto vltimum finem, mouet alias virtutes ad opus.

Quia habitus pertinens ad finem imperat habitibus, ad quos pertinent ea quæ sunt ad finem.

3. Concl. Quando difficultas se tenet ex parte operis, magnitudo laboris auget merita: & sic caritas non minuit laborem, quia facit aggredi magna: Si se habet ex parte operantis, talis labor minuit meritum, & à caritate tollitur.

4 Concl. 1. Cor. 1. Fidei & patientiæ, & aliarum virtutum actus non sunt meritorii nisi ex caritate nascantur.

Artic. 5. Vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam.

1 Concl. Dono gratiæ considerato secundum rationem doni gratuiti, repugnat vt cadat sub merito.

Nam si esset ex operibus, iam non esset gratia. Ergo.

2. Concl. Donum gratiæ consideratum secundum naturam rei, quæ donatur, non potest cadere sub merito non habentis gratiam. Rom. 3.

1. *Quia excedit proportionem naturæ.*

2. *Quia homo in statu peccati habet impedimentum merendi peccatum. Ergo.*

Poſtquam aliquis adeptus eſt gratiam, gratia non cadit ſub merito.

Quia merces quam meritum includit eſt terminus operis. At vero gratia eſt principium totius operis. Ergo: quare ſi quod donum gratuitum quis per gratiam præcedentem meretur, tam non erit prima gratia. Nullus ergo poteſt ſibi mereri primam gratiam.

Quia ratio gratiæ repugnat mercedi operum, inquit, illud et, qui operatur merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Sed illud meretur homo, quod imputatur ſibi ſecundum debitum, quaſi merces operum. Ergo.

Aug. retractauit quod aliquando dixit, initium fidei eſſe ex nobis. Per fidem autem iuſtificatur homo, non quod credendo mereatur iuſtificationem, ſed quod dum iuſtificatur credit, quia motus fidei requiritur ad iuſtificationem impii.

Deus non dat gratiam niſi dignis, ſed ipſe facit nos dignos; *quia ſolus poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine.*

Omne bonum opus hominis procedit à gratia, vt a principio, non autem à quocunque humano dono; nec per ſubſequentia opera.

Artic. 6. Vtrum homo poſsit alteri mereri primam gratiam.

Nullus poteſt alteri mereri primam gratiam de condigno.

Nam opus noſtrum habet vim merendi tum ex motione diuina, tum ex lib. arb. ſed ſolum ob primam rationem meretur ex condigno, ſecundum alteram tantum de congruo. Ergo. Nam vnuſquiſque monetur à Deo, vt ipſe ad beatitudinem perueniat: & ita meritum condigni vltra hanc motionem non ſe extendit.

Merito congrui poteſt vnus mereri alteri primam gratiam.

Quoniam qui eſt in gratia conſtitutus implet Dei voluntatem, & ideo congruum eſt ſecundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis voluntatem in ſalutatione alterius licet poſſit eſſe impedimentum ex parte eius, quem iuſtificari cupit. Huc pertinet locus Ier. allatus in arg. ſed contra. Si ſteterint Moyſes, &c.

Solus Chriſtus de condigno mererur aliis primam gratiam.

Quia anima Chriſti mota eſt à Deo, non ſolum vt ipſe perueniat ad gloriam, ſed vt etiam alios per eam adduceret, prona eſt caput Eccleſiæ, & auctor ſalutis humanæ.

Fides aliorum, valet aliis merito congrui, condigni.

Impetratio orationis nititur miſericordiæ, meritum de condigno iuſtitiæ. Et ita orando multa homo impetrat, quæ non meretur ſecundum iuſtitiam.

Pauperes recipiunt eos, qui dant eleemoſynas in æterna tabernacula impetrando veniam, vel merendo de congruo.

Vel quia per opera miſericordiæ ad mereantur, vt ſit locutio materialis.

Artic. 7. Vtrum homo poſsit ſibi mereri reparationem poſt lapſum.

Nullo modo poteſt aliquis ſibi mereri reparationem poſt lapſum.

1. Ezech. 18. Vbi dicitur, quod ſi iuſtus auertitur, Deus non recordabitur omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat. Ergo non valebunt ei amplius præcedentia merita.

2. Si homo poſſet hoc mereri, vel merito condigni, & hoc non: quia hoc meritum pendet à motione gratiæ, quæ interrumpitur per ſubſequens peccatum, & ita non ſe extendit ad beneficia reparationis: vel merito congrui, & hoc non, quia intercedit impedimentum peccati: quod ſi impedit, ne quis alteri mereatur, multo magis impedit meo qui meretur.

Deſiderium quo quis deſiderat reparationem poſt lapſum dicitur iuſtum.

Quia tendit in iuſtitiam, non quod imitatur iuſtitiæ, ſed miſericordiæ.

Alteri poteſt quis ex congruo mereri primam gratiam, quia ibi non eſt impedimentum ſaltem ex parte merentis, quod inuenitur, cum quis poſt meritum à iuſtitia recedit.

Irrationabiliter quidam dixerunt hominem mereri vitam æternam per actum finalis gratiæ, ſcilicet ſub conditione, ſi perſeuerauerit: quia quandoq; hic actus eſt minus meritorius, quam præcedentes ob ægritudinis oppreſſionem. Vnde dicendum eſt per quencunque actum caritatis abſolute ſalutem mereri, ſed per ſubſequens peccatum impeditur ne ſortiatur effectum.

Artic. 8. Vtrum homo poſsit mereri augmentum gratiæ & caritatis.

Augmentum gratiæ ſiue caritatis cadit ſub merito condigni.

1. Ex Auguſt. qui ait: Caritas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici.

2. Illud cadit ſub tali merito, ad quod gratia merito ſe extendit. Sed motio diuina ſe extendit ad augmentum caritatis, ſeu gratiæ, nam ſe extendit ad aug-

4. Conc.
com. 4.
14. Concl.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
5 Concl.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
† 4. Concl.
5. Concl.
6. Concl.
1. Concl.
† 2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
1. Concl.
Tract. 5. in Ioan.

ad augmentum caritatis, seu gratiæ, nam se extendit ad vitam æternam, & ad terminum. Ergo etiam ad progressum ad hunc terminum. 2. in. Totus enim motus non solum est, ad terminum, sed etiam ad totum progressum in motu: progressus autem ad vitam æternam est secundum augmentum caritatis Prou. 4. Iustorum semita quasi lux, &c.

† 2. Concl. Duplex est terminus motus, vltimus & medius, qui est principium & terminus, & talis terminus est merces augmenti.

3. Concl. Augmentum gratiæ non est supra virtutem gratiæ præexistentis, licet sit supra quantitatem ipsius, vt arbor supra quantitatem seminis, sed non supra virtutem eius.

4. Concl. Quilibet actus meritorius meretur augmẽtum, sicut consummationem gratiæ, quæ est vita æterna, & vt vita non statim redditur, ita nec augmentum, sed suo tempore, cum quis sufficienter erit dispositus ad gratiæ augmentum.

Art. 9. Vtrum homo possit perseuerantiam mereri.

1. Concl. Cum homo habet lib. arb. flexibile ad bonum & malum, potest perseuerantiam obtinere à Deo, vel quod determinetur ad bonũ per gratiam consummatã in gloria, vel quod ex parte motionis diuinæ inclinetur ad bonũ vsque ad finem vitæ.

2. Concl. Perseuerantia in gloria cadit sub merito condigni.

Quia illud cadit sub hoc merito, quod comparatur ad motum lib. arb. à Deo directi, sicut terminus eius. At perseuerantia in gloria est terminus illius motus Ergo.

3. Concl. Perseuerantia vitæ non cadit sub merito, sed Deus gratis perseuerantiæ bonum largitur, cuicunque illud largitur.

1. Quod quis meretur à Deo, consequitur, nisi impediatur per peccatum. Sed multi habent opera meritoria, & non consequuntur perseuerantiam: nec potest dici hoc fieri propter impedimentum peccati, quia hoc quod est peccare opponitur perseuerantiæ Ergo.

2. Quod se habet vt principium meriti, non cadit sub merito de condigno. Sed perseuerantia vt sic ex motione diuina est principium omnis meriti Ergo.

† 4. Concl. Non quicquid obtinemus à Deo orando cadit sub merito.

Quia peccatores obtinent veniam, quam non meten tur: Et ita perseuerantia donum quis sibi, vel alius imperat, licet non cadat sub merito.

5. Concl. Non est par ratio de perseuerantia in gloria, & in via.

Quia vna est terminus, alia principium meriti.

Similiter non est par ratio de merito augmenti gratiæ, & de merito perseuerantiæ. 6. Concl.

Artic. 10. Vtrum temporalia bona cadant sub merito.

Quod sub merito cadit, est præmium, vel merces, quod habet rationem alicuius boni, quod vel est simpliciter bonum, vt est finis, & quod conducit ad finem: vel secundum quid, vt quod est bonum homini, vt nunc: primum bonum cadit sub merito simpliciter; alterũ secundum quid. 1. Concl.

Si bona temporalia considerentur vt vtilia ad opera virtutum quibus perducimur ad vitam æternam, directe & simpliciter cadunt sub merito, vt augmentum gratiæ, & omnia quibus iuuamur ad perueniendum ad beatitudinem post primam gratiam. 2. Concl.

Tantum enim dat Deus ipsis de bonis temporalibus & etiam de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad vitam æternam, & in tantum sunt simpliciter bona ista temporalia. Vnde Psal. 33. Timentes autem Dominum non minuentur omni bono: & alibi. Non est inopia, &c.

Si temporalia considerentur secundum se, non sunt simpliciter bona hominis, & ita cadunt sub merito secundum quid: In quantum homines mouentur à Deo ad temporalia agenda, in quibus consequuntur suum propositum Deo fauente: & ista bona habent rationem mercedis, vt referuntur ad motionem diuinã, qua voluntates hominum mouentur ad ista consequenda, licet interdum homines non habeant in his rectam intentionem. Psal 36. 3. Concl.

In temporalibus promissis veteris legis cõtinebantur bona futura spiritualia. 4. Concl.

Retributiones factæ a Deo quibusdam, vt obstetricibus Ægyptiorum, &c. intelligendæ sunt, vt habent relationem ad diuinam motionem, non ad voluntatem, & maxime interdum malam, eorum, quibus factæ fuere. 5. Concl. Exod 1.

Temporalia mala impijs in pœnam infliguntur: iusti autem his malis iuuantur, & non sunt pœnæ, sed medicinæ ratione ipsorum. 6. Concl.

Ex arg. sed contra. Æque eueniunt omnia bonis & malis, quantum ad subsistentiam bonorum, vel malorum temporalium, sed non quantum ad finem. 7. Concl. Eccle. 3.

Quia boni per ista manuducuntur ad beatitudinem, non autem mali.

Et hæc de moralibus in communi dicta sufficiant.

Finis Primæ Secundæ.

COMPENDIVM ABSOLVTISSIMVM SECVNDÆ SECVNDÆ SVMMÆ THEOLOGIÆ D. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

QVÆSTIO PRIMA.

DE FIDE.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum obiectum fidei sit veritas prima.

1. Concl. OBIECTVM formale, fidei nihil est aliud, quam veritas prima.

Nam illud est formale obiectum, quo demonstrantur omnia in scientia, ratio enim formalis, habitum cognoscitivum facit medium, quo fiunt conclusiones. Sed huiusmodi est veritas prima in fide, quia nihil credimus, nisi quia Deus revelavit. Ergo.

2. Concl. Obiectum fidei materiale, seu id quod cognoscitur, & id cui assentitur fides, non solum est Deus, sed etiam multa alia, quæ sub fide cadunt, prout ad Deum referuntur.

3. Concl. Ex hac etiam parte obiectum fidei, est quodammodo veritas prima.

Quia nihil cadit sub fide, nisi in ordine ad Deum, qui est veritas prima. Hinc factum auctoritas Dionys. docentis, fidem esse circa simplicem & semper existentem veritatem.

†. 4. Concl. Quæ pertinent ad humanitatem Christi, & ad sacramenta, & quæ sunt in scriptura, cadunt sub fide, prout his ordinamur ad Deum, & eis assentimus propter Dei veritatem.

5. Concl. Vt infidelitas est de omnibus, quæ sunt in scriptura, ita fides, sed vt de obiecto materiali.

6. Concl. Vt caritas diligit proximum propter Deũ, qui est eius proprium obiectum, ita fides credit omnia propter Deum.

Artic. 2. Vtrum obiectum fidei sit aliquid complexum per modum enuntiabilis.

1. Concl. Obiectum fidei, ex parte credentis, est quid complexum per modum enuntiabilis.

1. Opinio, & scientia sunt circa enuntiabilia. Ergo & fides, cum sit media inter vtrunque: media enim & extrema sunt eiusdem generis.

2. Cognita sunt in intellectu per modum ipsius. At modus proprius intellectus humani est, vt componendo & dividendo cognoscat. Ergo.

2. Concl. Ex parte rei creditæ obiectum fidei est aliquid incomplexum, id est, id quod creditur est aliquid simplex. Vnde soluitur primum.

†3. Concl. Actus credentis non terminatur ad enuntiabile, sed ad rem creditam.

Quia non formamus enuntiabilia, nisi vt per ea res cognoscamus. Ideo in symbolo non dicitur, Deus est omnipotens, sed, credo Deum omnipotentem.

Visio patriæ est de incomplexo.

4. Concl. *Quia est per modum simplicem intelligentiæ.*

Artic. 3. Vtrum fidei possit subesse falsum.

Fidei non potest subesse falsum.

1. Falsum est malum intellectus. At fides est virtus perficiens intellectum. Ergo.

2. *Nihil potest cadere sub fide, nisi vt stet sub veritate prima, quia potentia, habitus, & actus, nihil subest, nisi per rationem formalem obiecti. At veritas prima, quæ est ratio formalis fidei, non potest subesse falso. Ergo.*

† 2. Concl. Virtutes, quæ perficiunt intellectum, excludunt totaliter falsum non ita quæ sunt in voluntate. Quare non est simile de fide, & de spe: sed neque spei potest subesse falsum, cum nitatur auxilio gratiæ.

Deum non incarnati ex se est possibile, etiam post fidem de eius incarnatione: at vt est sub præscientia Dei habet necessitatem infallibilitatis; & sic cadit sub fide.

3. Concl.

4 Concl Iudæi credentes Christum nasciturũ, post natiuitatem errabant, non ex fide, quia per fidem sufficiebat credere aliquando nasciturum; sed ex coniectura humana circa determinationem temporis: quare credens obiectum fidei potest falli circa aliquam circumstantiam.

5. Concl. Fides dicit verum corpus Christi esse sub speciebus, recte facta consecratione: ideo si quis adoret hostiam non consecratam, quam putat consecratam, non errat ex fide.

Art. 4. Vtrum obiectum fidei possit esse aliquid visum.

1 Concl. Fides non potest esse de rebus visis, neque secundum sensum: neque secundum intellectum.

Heb. 11. 1. *Fides, ex Paulo est argumentum non apparentium. Ergo*

2. *Illa videntur, quæ per se mouent sensum, aut intellectum, & prima principia, & quæ ex illis euidenter concluduntur. At obiectum fidei non est tale, cum eo intellectus firmiter assentiat per electionem, & vnitur inclinando magis ad vnam partem, sine formidine. Ergo.*

† 2. Concl. Thomas Apostolus, aliud vidit, aliud credidit: vidit hominem, confessus est Deum.

3. Concl. Quæ creduntur sunt visa in generali: quia non crederentur, nisi viderentur credibilia propter signa, &c. in speciali autem non sunt visa.

4. Concl. Lumen fidei facit videre, quæ creduntur, prout mens per habitum fidei inclinatur ad assentiendum his, quæ conueniunt rectæ fidei, & non aliis, sicuti per alios habitus virtutum, homo videt id, quod est conueniens, secundum habitum.

5. Concl. Fides est ex auditu, sed non eorum, quæ audiuntur, scilicet, verborum, sed rerum, quas non oportet esse visas.

Artic. 5. Vtrum ea, quæ sunt fidei possint esse scita.

Non est possibile, quod ab eodem idem sit scitum, & creditum. 1. Concl.

1. *Ex Greg. quæ sunt, apparentia non habent fidem, sed agnitionem.* Hom. 26. in Euang.

2. *Omnis scientia habetur per principia per se nota, & per consequens visa. At impossibile est quod idem ab eodem sit visum, & creditum. Ergo & quod scitum sit creditum.*

Licet quod est visum ab vno, possit alteri esse creditum, vt ei, qui demonstrationẽ non nouit: tamen quæ communiter proponuntur credenda, sunt communiter non scita: quæ simpliciter fidei subsunt. 2. Concl.

† 3. Concl. Quamuis fidelis non sciat demonstratiue, quæ sunt fidei tamen non est eorũ ignorans, quia cognoscit esse credibilia.

4 Concl. Rationes probantes res fidei, non demonstrant, sed ostendunt non esse impossibile, quod creditur: & si procedunt ex principiis fidei, valent apud fideles.

5. Concl. Quæ demonstrari possunt ponuntur inter credenda, non quod de illis sit simpliciter fides apud omnes, sed quia præexiguntur ad ea, quæ sunt fidei, & propter eos, qui demonstrationem non habent.

6. Concl. A diuersis potest de eodem haberi scientia, & fides: sed non secundum idem: & sic alii sciunt, Deum esse, alii credunt, at ab eodem non ita.

Art. 6. Vtrum credibilia sint per certos articulos distinguenda.

1. Concl. Credibilia sunt per articulos distinguenda.

1. *Articulus, ait Isidor. est præceptio diuinæ veritatis. Sed perceptio Dei conuenit nobis secundum distinctionem. Ergo.*

2. *Articulus dicit coaptationem quandam aliquarum partium distinctarum. At ista partiũ coaptatio, maxime debet esse in credibilibus. Ergo.*

2. Concl. Quia obiectum fidei non est visum, ideo ibi est specialis articulus, vbi est aliquid specialiter non visum, vt quod Deus sit passus, resurrexerit, &c. vbi autem sunt multa secundum eandem rationem, vel cognita, vel non cognita: non debuit articulus distinguiri: vt Deum esse passum, mortuum, &c.

† 3. Concl. Non omnia, quæ proponuntur credenda in articulos distinguuntur, sed quæ per se ad fidem pertinent, & nos ordinant directe ad vitam æternam: alia sunt ad prædictorum manifestationem.

Ratio formalis credibilium, ex parte rei creditæ, est vna omnium, id est, veritas primæ: at ex parte nostri actus formalis est, vt sit, non vilum, & sic articuli distinguuntur.

Articulus non cogit ad credendum necessitate coactionis, sed necessitate finis.

Quia non justificabitur, nisi qui crediderit.

Artic. 7. Vtrum articuli fidei secundum successionem temporum creuerint.

Quando ad substantiam articulorum fidei, non est factum eorum augmentum temporum successione.

Quia, quæ posteriores crediderunt, continebantur explicite in quibusdam primis articulis, ad quos reliqui reducuntur: vt in his duobus Deum esse, & remuneratorem eorum illis, quæ de Deo dicuntur æternaliter, in quibus est nostra beatitudo: in hoc, quæ de Deo dicuntur ex tempore, & quæ pertinent ad salutem consequendam: & sic sub alys, &c. vt sub fide redemptionis incarnatio verbi, &c.

Quantum ad explicationem creuit numerus articulorum, quia quædam explicite cognita sunt à posterioribus, quæ non cognoscebantur explicite à prioribus.

Patet ex Greg. hom. 6 in Euang.

Licet bona speranda omni tempore fuerint: tamen quia dantur per Christum, ideò qui ei propinquiores fuerunt, clarius ea viderunt.

Profectus fidei fuit ex parte addiscentis, cuius capacitati Deus se accommodauit, & sic creuit temporum successione.

Operatio gratiæ incipit à perfectis ex parte causæ agentis, quæ est Deus: at ex parte causæ materialis, quæ est homo, ab imperfectis ad perfecta proceditur.

Consummatio gratiæ facta per Christum, & tempus eius, dicitur plenitudo gratiæ: vnde propinquiores Christo vel ante, vel post, plenius mysteria cognouerunt.

Artic. 8. Vtrum articuli fidei conuenienter numerentur.

Articuli fidei conuenienter numerantur.

1. *Auctoritate Ecclesiæ sic numerantis.*

2. *Experimenter per se ad fidem, quorum visio erit vita æterna perfruemur, & quæ ad illam nos ducunt. At cùm hæc diuersa sint, & humanitas mysterium, Ioan. 17. Hæc est vita æterna, &c. Ergo inde primo sumere debemus, quod ea pertinent ad diuinitatem, quædam ad mysterium incarnationis. De primo, proponimus tria diuina: tres, trinas personarum in tribus articulis, & opera propria diuinitatis & primum quod est naturæ, & sic creatio: deinde quod est gratiæ, & sic omnia opera sanctificationis: postremo quod est gloriæ, & sic resurrectio, & vita æterna. Vnde 7. articuli in ea diuinitatem, & inde circa Christi humanitatem, vt de incarnatione, seu conceptione, de natiuitate, de passione, morte, & sepultura, de descensu ad inferos, de resurrectione, de ascensione & de aduentu ad iudicium.*

Sub vnitate Dei continentur multa, quæ naturaliter non cognoscuntur, vt omnipotentia, prouidentia, &c. ideo de Dei vnitate ponitur articulus.

Scientia, & prouidentia Dei continentur sub omnipotentia, idcirco de illis non fit mentio.

Sub articulo vnitatis continentur omnes personæ: sed ratione personarum possunt distingui plures articuli, inquantum seorsim habent speciales difficultates.

Circa personarum Filii, & Spir. sanct. plures articuli ponuntur, quam circa personam Patris.

Quia mittuntur ad sanctificandam creaturam, de quo plura credenda occurrunt, quam de persona Patris.

Sanctificatio & glorificatio non modo per caritatem, sed etiam per sapientiã fiunt, & sic ponitur aliquid appropriatum Filio secundum diuinitatem, id est, sapientia.

Eucharistia, vt sacramentum, continetur sub operibus sanctificationis: vt autem ibi miraculose Christus est, sub omnipotentia.

Art. 9. Vtrum conuenienter articuli fidei in symbolo ponantur.

Conuenienter articuli fidei in symbolo ponuntur.

1. *Symbolum est distinctionis signum inter fideles Ecclesiæ, qui non persistere habent. Ergo.*

2. *Cum accedens ad Deum debeat credere ipsum esse creditum vnum colligere vnde nomen symboli arripuit, hominis ignorantia virtutis adiumento fulget.*

Symbolum non est additum scripturæ, sed potius ex ea sumptum, vt omnes summarie fidei veritatem intelligerent.

In omnibus symbolis idem docetur, sed in vno plenius explicatur, quod in alio erat implicite.

Confessio symboli est in persona totius Ecclesiæ, in qua semper est fides formata, ideo bene dicitur, credo in Deum, quod est eorum, qui fidem formatam habent.

5. Concl. De defectu ad infideles nullus erat error, ideo non reiteratur in symbolo patrũ, sed supponitur determinatum in primo symbolo.

6. Concl. Melius habet, vt dicatur, credo sanctam, quam in sanctam ecclesiam: vt Leo dicit.

7. Concl. Symbolum patrum dicitur immissa, quia est manifestatiuum symboli Apostolorum, & quia factum fuit fide iam promulgata: illud vero fide non promulgata, & ideo occulte dicitur.

Art. 10. *Vtrum ad summum Pontificem pertineat fidei symbolum ordinare.*

1. Concl. Ad solam auctoritatem summi Pontificis pertinet noua editio symboli.

1. Quia si in synodo generali, quæ sola auctoritate summi Pontificis potest congregari, Ergo.

2. Ad illum auct oritatem pertinet symboli editio, ad quem pertinet finaliter determinare ea, quæ sunt fidei. Ad hoc pertinet ad auctoritatem summi Pontificis, quia Christus rogauit pro Petro ne eius fides deficeret, & quia debet esse vna fides totius Ecclesiæ, quod non esset, si res fidei non determinarentur per eum qui toti Ecclesiæ præest. Ergo.

2. Concl. Ad auctoritatem Pontificis pertinent omnia, quæ spectant ad communem Ecclesiæ gubernationem.

3. Concl. Licet fides fuerit sufficienter explanata tempore Christi & Apost. tamen necessaria fuit explanatio aliis temporibus contra insurgentes errores.

4. Concl. Prohibitio de noua editione symboli se extendit ad priuatas personas, non ad Pontificem, cuius est congregare, & confirmare synodum.

5. Concl. Symbolum Athanasij, compositum per modum doctrinæ, habetur qua regula fidei.

Quia auctoritatis summi Pontificis est receptum.

Quæstio 2. De actu fidei.

Art. 1. *Vtrum credere sit cum assensione cogitare.*

1. Concl. ib. de potest. sanct. c. 2. CRedere, est cum assensione cogitare.

1. Ex aug. sic definiente.

2. Ista definitio facit distinguere actum credendi ab alijs actibus intellectus. Ergo. Nã cogitare, vel formatur pro omni cogitatione actuali: & sic non est fides, quia quis sic cũ assensione cogitat, nõ dicitur credere, vel pro cogitatione, quæ est cum inquisitione antequam perueniatur ad veritatem per plenam visionem, quæ dicitur motus intellectus: & si sit circa intentiones communes, sic pertinet ad intellectum: si circa particulares pertinet ad partem sensitiuam: vel postremo pro actu cogitatiuæ. Neque secundo modo cogitare est fides, quia vel actus intellectus habet firmam assensionem sine cogitatione, vel cum quis considerat, quæ sint, & hæc est consideratio formata, vel habet cogitationem informem sine assensione in neutram partem, & hæc est dubitatio: vel leuem assensum in vnam partem inclinat, & hæc est suspicio: vel adhæret vni, sed cum formidine, & hæc est opinio, vel cum firma adhæsione, in qua credens conuenit cum intelligente, sed differt in visione, & sic patet proprium esse credentis cum assensione cogitare.

† 2. Concl. Fides non habet inquisitionem naturalis rationis, sed inquisitionem eorum, quæ dicta sunt a Deo & miraculis confirmata.

3. Concl. Cogitare non accipitur hic prout est actus cognitiuæ virtutis, sed intellectus.

2. Concl. Credere est quidam actus intellectus, sed vt est determinatus à voluntate, & ideo dicitur, cum assensu.

Art. 2. *Vtrum conuenienter distinguantur actus fidei, per hoc quod est credere Deo, credere Deum, & credere in Deum.*

1. Concl. Conuenienter distinguuntur actus fidei per hoc, quod est credere Deo credere Deũ, & credere in Deum.

1. Ex Aug. qui sic distinguit.

2. Actus potentiæ distinguuntur secundum ordinem ipsius ad obiectum. Sed intellectus fide formatus tripliciter se habet ad obiectum, vel enim actus ipsius consideratur in se, sine voluntate, & sic. si fertur in Deum, vt in obiectum materiale, credimus Deo si vt in obiectum formale, credimus Deum, si consideretur actus, vt est motus à voluntate, credimus in Deum, in quem per voluntatem, vt in finem tendimus. Ergo, &c. In Ioan. Tract. 29.

† 2. Concl. Istæ tres non sunt diuersi actus, sed vnus, qui habet tres relationes ad obiectum.

3. Concl. Credere Deum non conuenit infidelibus sub ea ratione, qua ponitur actus fidei.

Quia non attingunt totaliter obiectum, sub conditionibus, quæ fides determinat. Heb. 11.

4. Concl. Credere in Deum non ponitur actus voluntatis, sed intellectus, vt est motus à voluntate in finem.

Articul. 3. *Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem.*

1. Concl. Ad perfectionem cuiuscunque naturæ inferiores subordinatæ non solum requiritur quod est secundum motum proprium sed

etiam aliquid secundum modum superioris naturæ; vnde cœli inferiores suo, & superioris orbis motu mouentur.

1. Concl. Sola creatura rationalis habet immediatum ordinem ad Deum primum motorem.

Quia non solum participat bonum particulare, vt alia, sed etiam cognoscit rationem vniuersalem boni. Ergo erit immediate subiecta vniuersalis principio.

† 1 Concl. Credere aliquid supra rationem est homini necessarium ad salutem, seu ad perfectionem consequendam.

Hebr. 11.

1. *Nam, vt Paul. ait, sine fide impossibile est placere Deo.*

2. *Id est homini necessarium, sine quo non potest assequi suam perfectionem, quæ non consistit in eo, quod est conueniens secundum naturam, sed in eo, quod est tributum ex supernaturali perfectione diuinæ bonitatis, id est, in visione supernaturali Dei. Sed ad hanc non potest peruenire, nisi per modum addiscentis à Doctore, secundum illud: Omnis, qui audit à Patre, &c. Huius autem disciplinæ homo particeps fit successiue secundum modum suæ naturæ. At qui sic addiscit, vt veniat ad perfectam scientiam debet credere, vt ait Arist. Ergo vt homo veniat, &c. debet credere Deo, à quo moueatur, vt discipulus à magistro.*

Ioan. 6.

† 4. Concl. Licet quæ sunt fidei, excedant naturalem rationem hominis, sunt tamen necessaria ad eius perfectionem.

Cum eius natura dependat à supernaturali natura:

5 Concl. Nihil periculi est damnationis in credendo iis, qui sunt in Christo Iesu ab ipso illuminati per fidem.

6. Concl. *Rom. 1. Eccl. 3.* Inuisibilia Dei ex creaturis, altiore modo percipit fides, quam ratio naturalis, quæ non conspicit omnia.

Art. 4. Vtrum credere ea, quæ ratione naturali probari possunt, sit necessarium ad salutem.

1. Concl. Necessarium est homini credere non solū ea, quæ sunt supra rationem, sed etiam, quæ per rationem cognosci possunt.

1. *Quia necesse est credere Deum esse, quod tamen naturaliter probatur.*

2. *Hoc est necessarium primum, vt ultimus homo ad veritatis diuinæ cognitionem perueniat, quia ad scientiam, cuius est probare Deum esse, peruenitur sanctis scientijs: deinde, vt cognitio Dei sit communior, cum non omnes possint scientijs incumbere: postremo propter certitudinem, quia quæ per fidem sunt accepta, non possunt esse falsa, sicut cognita per rationem humanam.*

Inuestigatio naturalis non sufficit ad cognitionem diuinorum, quam fideles habere debent, ideo est opus fide. 2. Concl.

De eodem non potest esse scientia, & fides apud eundem, sed apud diuersos maxime. 3. Concl.

Omnia scibilia conueniunt in vna ratione scientiæ, sed non æqualiter ordinantur ad beatitudinem, ideo non æqualiter proponuntur. 4. Concl.

Art. 5. Vtrum homo tenetur ad credendum aliquid explicite.

In omni obiecto virtutis considerantur aliquid, quod proprie & per se est obiectum: vt in fortitudine, sustinere pericula mortis, & aliquid, quod consequenter se habet ad rationem obiecti: ex. grat. quod homo armetur, vel ense percutiat, quod reducitur ad obiectum fortitudinis. 1. Concl.

Præcepta legis, quæ homo tenetur implere; dantur de actibus virtutū, qui sunt via ad salutem; quorū determinatio sumitur ex habitudine ad obiectum proprium virtutis, & est de necessitate præcepti, sicuti & actus: at determinatio actus ad ea, quæ accidentaliter se habent ad obiectum, non est de necessitate præcepti, nisi pro loco & tempore. 2. Concl.

Prima credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, sicut & tenetur habere fidem. 3 Concl. *Hebr. 11.*

1. *Accedentem ad Deum, ait Paul. oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator est; quæ sunt prima credibilia.*

2. *Quia ista tantum sunt obiectum fidei per se, id est, per quod homo beatus efficitur. Ergo.*

Alia credibilia, non tenetur homo credere, nisi implicite, vel in præparatione animi, prout paratus est credere quicquid diuina scriptura continet: quæ tunc tenetur explicite credere, cum ei constiterit in doctrina fidei contineri: quia ista secundario se habent ad obiectum fidei. 4. Concl.

Homo ad hoc tenetur; sed ad non potest sine gratia præparante, quæ aliis datur misericorditer, aliis non datur ex iustitia in pœna peccati, saltem orig. 5. Concl.

Nec ad caritatem sufficit præparatio animi, sed quisq; tenetur aliqua diligere, vt Deū & proximum: quia ista per se sunt obiectum caritatis. 6 Concl.

Virtus obedientiæ est in voluntate: ideo ad eius actum datis est promptitudo voluntatis subiectæ præcipienti; non sic fides. 7 Concl.

Art. 6. Vtrum omnes æqualiter teneantur ad habendam fidem explicitam.

Non

1 Concl. Non omnes tenentur æqualiter ad fidem explicitam habendam.

1. *Ex Greg. qui hoc docet.*

2. Mor. c. 35 Cap. 1. Cap. 4. & 7 cæles. hier. *Explicatio credendorum fit per reuelationem diuinam. Sed iste ex Dionys. ordine quodam a Deo ad hominem procedit, sicuti homines per angelos, & inferiores Angeli per superiores docentur. Ergo magis parati erunt fidem superiores, qui alios docere debent.*

† 2. Concl. Explicatio credendorum, quantum ad omnes, non est æqualiter de necessitate salutis: quia plures debent explicite credere maiores, quam minores.

3. Concl. Simplices non sunt examinandi de subtilitatibus fidei, nisi quando esset suspicio; & si in his non inueniantur pertinaces, non sunt imputandi.

4. Concl. Minores non habent fidem implicitam in fide maiorum, nisi quatenus illi adhærent doctrinæ diuinæ: vnde regula fidei non est humana cognitio, sed veritas diuina.

Art. 7. Vtrum explicite credere mysterium incarnationis Christi sit de necessitate salutis apud omnes.

1. Concl. Mysterium incarnationis, aliqualiter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes.

1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

Epist. 157. 2. *Illud est necessarium credere, vnde pendet salus. Talis est hoc mysterium. Sed 4 Ergo.*

2. Concl. Diuersimode hoc mysterium cognitum fuit pro diuersitate temporum, & personarum. Ante peccatum homo explicite cognouit, vt erat ordinatum ad consummationem gloriæ: post, etiam quantum ad passionem & resurrectionem, quibus debeat homo liberari a peccato: aliter enim non præfigurassent Christi passionem quibusdam sacrificiis, ante legem, & sub lege: quorum significationem maiores cognoscebant explicite, minores implicite, & eo magis, quo Christo fuerunt propinquiores. Post Christum, tam maiores quam minores tenentur hoc mysterium explicite credere de necessitate salutis: non tamen omnes quantum ad subtiles considerationes, sed pro ratione status.

† 3 Concl. Dionys. c. 7 cæles. hier. 4. Concl. Angelos non omnino latuit hoc mysterium: quasdam tamen rationes cogitauerunt Christo reuelante.

Ioan. Bapt. quæsiuit a Christo, *Tu quis es?* non quod ipse ignoraret, sed vt per Christi responsionem suos discipulos doceret.

5. Concl. Multis gentilibus fuit facta reuelatio de Christo, vt patet Iob. 19. & de Sybillis, &c. qui autem ex eis falsa fuerunt, habuerunt de eo saltem falsam implicitam credentes Deum liberatorem secundum modos sibi placitos.

Art. 8. Vtrum explicite credere Trinitatem sit de necessitate salutis.

1. Concl. Ante Christum maiores tenebantur credere Trinitatem explicite, minores tantum implicite.

1. *Quia in veteri testamento fuit multiplicater expresse præsertim Gen. 1. Faciamus hominem, &c.*

2. *Quia mysterium incarnationis non potest explicare cognosci sine cognitione Trinitatis, &c.*

2. Concl. Post tempus gratiæ diuulgatæ tenentur omnes explicite credere mysterium Trinitatis: quod qui renascuntur in Christo adipiscuntur per inuocationem Trinitatis.

3. Concl. Matth. vlt. Heb. 1. 4. Concl. Deum & esse remuneratorem esse, fuit semper necessarium credere, sed non fuit sufficiens omni tempore, & apud omnes.

Fides Trinitatis ante Christum fuit occulta in fide maiorum, sed post Christum est manifesta omnibus, ideo nunc omnes tenentur.

1. Concl. Bonitas Dei potest intelligi a nobis sine cogitatione personarum; non tamen a beatis, & ideo debet credi etiam mysterium Trinitatis.

Art. 9. Vtrum credere sit meritorium.

1. Concl. Actus fidei potest esse meritorius.

1. *Ex Ianua sancti per fidem adepti sunt promissionem. Ergo fide meruerunt.*

Heb. 11. 2. *Actus humanus subest lib. arb. relatus in Deum perfectæ meritorius, nisi actus dicatur meritorius, nisi sit sub arb. mere a Deo. Sed credere est actus intellectus assentiens veritati diuinæ imperio voluntatis a Deo moti, & sic subiacet lib. arb. Ergo.*

† 2. Concl. Actus naturæ & fidei sine caritate, non potest esse meritorius.

Quia natura se habet, & materia, & fides, & dispositio, quæ non operantur, nisi adueniente forma, quæ est ipsa caritas.

3. Concl. Assensus scientiæ non subiacet lib. arb. sicut consideratio rei scitæ: vnde potest esse meritoria ex fine: actus vero fidei vtroque modo est sub lib. arb. & vtroque modo potest esse meritorius: at opinio cum non habeat firmum assensum, habet parum meriti: sed ex parte considerationis potest esse meritoria.

4. Concl. Eccl. 19. Qui credit inductus auctoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ, & interiore instinctu Dei inuitantis, non leuiter credit: nec tollitur ratio meriti.

Art. 10. Vtrum ratio humana addita, quæ sunt fidei minuat meritum fidei.

Concl. Si talis ratio sit antecedens, id est, si ipsa sola sit causa, vt credamus, alias non crederemus minuit meritum fidei.

1. *Quia nemo debet credere ob rationem humanam, sed propter auctoritatem diuinam.*

2. *Et Greg. fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, & in hoc casu vera est ista assertio, quòd spes adimit præmium.*

2. Concl. Si talis ratio sit sub equens, non minuit meritum; vt cum quis habet voluntatē promptam, diligit veritatem creditam, & super eam excogitat, si quas rationes ad hoc inuenire potest: immo est signum maioris meriti.

1. Pet. 3. *Ex illo Petri: Parati semper ad satisfactionem omni petenti vos reddere rationem, &c. Vt confessio consequens in virtutibus moralibus est signum promptioris voluntatis, ita ratio consequens fidem: Iam non propter tuam narrationem credimus, &c.*

3. Concl. Quamuis demonstrationes, quæ non possunt esse de rebus fidei, sed de præambulis ad fidem, tollant rationem fidei, quia faciunt rem apparentem: non tamen minuunt caritatem, qua voluntas est prompta ad credendū: vnde nec minuunt fidei meritem.

4. Concl. Sapientes per rationes philosophorum, & martyres per pericula, non recedentes a fide magis meruerunt hac sequuta ratione adiuuante inuenire meritum, cum non minuat promptitudinem voluntatis.

Quæstio 3. De exteriore actu fidei.

Artic. 1 Vtrum confessio sit actus fidei.

1 Concl. EXterior confessio oris, est actus proprius fidei.

2. Thess. 1. *Ioseph quæ ait esse opus fidei.*

2. Actus exteriores sunt illius virtutis, ad cuius finem ordinantur. Sed terminus est actus abstinentiæ, quia ad eius finem ordinatur. Et exterior locutio ordinatur ad manifestandum conceptum interiorem eorum, quæ sunt fidei. Credimus enim propter quod loquimur. Exp.

2. Concl. Alia est confessio eorum, quæ sunt fidei; alia confessio laudis, quæ ad latriam, alia peccatorum, quæ ad pœnitentiam spectat.

3. Concl. Fortitudo, quæ tenetur impedimentum confessionis fidei, s. timorem, & erubescentiam, est causa per accidens confessionis fidei.

4 Concl Alia exteriora opera non ponuntur actus fidei, quia fides ea producit mediantibus aliis virtutibus: at confessionem producit, tanquā proprium actum, nulla alia mediante virtute.

Art. 2. Vtrum confessio fidei sit necessaria ad salutem.

1. Concl. Confessio fidei cum sit sub præcepto affirmatiuo, non est semper de necessitate salutis, sed pro tempore, & aliis circumstantiis.

2. Concl. Confessio fidei, tunc est de necessitate salutis, quando per eius missionem subtraheretur honor Deo debitus, & vtilitas proximis; vt si per taciturnitatem crederetur, vel quod quis non haberet fidem, vel quod fides non esset vera, & si alii ex hoc auerterentur à fide. Vnde, vt ait Paul. confessio fit ad salutem.

3. Concl. Finis fidei est caritas, ideo non sufficit, vt quisque per fidem coniungatur veritati diuinæ, sed oportet, vt cum caritas postulat, exterius confiteatur fidem.

4. Concl. In casu necessitatis, cum fides periclitatur, non solum maiores, sed quilibet tenetur fidem propalare; vel ad instructionem proximi, vt ad confirmationem, aut ad reprimendam infidelium insultationem.

5. Concl. Cum non est vtilitas fidei, vel fidelium, sed esset perturbatio infideliū, non exigit confessio fidei: secus si speratur vtilitas, contempta infidelium perturbatione.

Quæstio 4. De ipsa fidei virtute.

Artic. 1. Vtrum sit competens fidei definitio. Fides, est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium.

1. Concl. ESt conueniens definitio fidei: Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium.

Heb. 11. *1. Ex Paulo, qui sic definit.*

2 Illa est bona definitio habitus, qua datur per actum in ordine ad obiectum, & facit distinguere definitum ab alio. At hæc est huiusmodi. Ergo. Nam cum actus fidei sit credere ex imperio voluntatis, debet dicere ordinem ad obiectum intellectus, & voluntatis: obiectum voluntatis est res sperata, fides verorum non visa, quæ explicantur, cum dicimus Substantia, *id est, prima inchoatio rerum* sperandarum in nobis per assensum fidei, *quæ continet res sperandas*: & argumentum non apparentium, *id est, conuictio eorum, quæ nō videntur. Quare fides est habitus mentis, quo inchoatur vita*

aterna

æternam nobis, faciens assentire non apparentibus. Et per hoc fides differt ab opinione, suspitione, dubitatione scientia, & a fide communiter dicta, quæ non tendit in beatitudinem: & omnes actus fidei depraui ad hanc reducuntur.

2. Concl. Substantia, non sumitur hic vt est genus ab aliis diuisum, sed vt est primum in quolibet genere, aliaa se continens virtute.

3 Concl. Dicitur sperandarum, quia cum fides includat voluntatem, oportet vt ordinetur ad eius obiectum, vt ad finem.

4. Concl. Licet fides magis perficiatur caritate, quam spe: tamen in eius definitione ponitur res sperandæ; quia spes semper est abscentium & non vltorum, non ita caritas.

5. Concl. Fides, & argumentum hoc loco, non dicunt diuersa genera, sed diuersas habitudines vnius actus ad diuersa obiecta.

6. Concl. Argumentum, non est id: quod sumitur ex principijs rei, sed ex auctoritate diuina, quod non facit rem apparentem in se.

Art. 2. Vtrum fides sit in intellectu sicut in subiecto.

1. Concl. Fides est in intellectu, sicut in subiecto.

1. Et succedit visio patriæ, quæ est in intellectu, videmus enim nunc per speculum, &c. Ergo.

2. Habitus, qui est proximum principium actus credendi est intellectus. Sed fides est immediate, quia obiectum actus, qui est credere, est verum, quod proprie pertinet ad intellectum. Ergo.

2. Concl. Si actus fidei debet esse perfectus tam in voluntate quam in intellecta debet esse aliquis habitus.

1. Credere est actus intellectus moti a voluntate ad assentiendum, quorum neutrum connaturale est perfici habitu. Sed actus non potest esse perfectus, nisi & ea quæ principium perficiuntur per habitum, quæ est dispositio ad bene agendum. Ergo.

2. A simili de eo, qui scribit, cuius actus non potest esse perfectus sine habitu grammaticæ, & temperantiæ.

3 Concl. 1. Cor. 13. lib 3. de prædest. sanct. c. 5. Cum Aug. ait, fidem esse in voluntate, per fidem intelligit actum, qui assentitur imperio voluntatis.

Non sufficit vt voluntas sit prompta ad obediendum Deo, sed etiam oportet vt intellectus sit dispositus ad exequendum imperium voluntatis.

5 Concl. Fides est in intellectu speculatiuo, vt in subiecto, quæ per extensionem fit practica, dum per dilectionem operatur; quia prima veritas, quæ est eius obiectum, est finis omnium nostrarum actionum.

Art. 3. Vtrum caritas sit forma fidei.

1. Concl. Caritas est forma fidei, inquantum per caritatem actus fidei perficitur, & formatur.

1. Quod habet operari per suam formam, ad fidem per dilectionem non operatur. Ergo.

2. Quod est finis in actibus voluntarijs est forma, cum sit finis specificatiue. Sed obiectum caritatis quod est bonum diuinum, est finis fidei, cum ad illud fides ordinetur, tanquam ad finem. Ergo caritas est forma fidei prout eam perficit.

2. Conc. Caritas dicitur forma fidei, prout informat actum eius: & nihil prohibet vnum actum a diuersis habitibus informari

3. Concl. Nec oportet, vt caritas, & fides sint in eodem subiecto, cum caritas sit forma existimeca fidei.

4 Concl. Spes, obedientia, & quilibet virtus potest præcedere actum fidei formatæ; & ideo caritas ponitur forma, quia vltimo loco perficit.

Art. 4. Vtrum fides informis possit fieri formata, vel e conuerso.

1. Concl. Fides informis potest fieri formata, & e conuerso.

Ita Glossa super illud. Fides sine operibus, &c.

2. Concl. Idem est habitus fidei formatæ, & informis.

Nam fides est perfectio intellectus. Ergo ad fidem per se pertinet quod pertinet ad intellectum, quia habitus diuersificatur per id, quod ad eum pertinet. Substantia autem fidei formatæ, & informis sumitur secundum id, quod pertinet ad voluntatem, quæ per se non pertinet ad fidem. Ergo non diuersificat habitum fides.

3. Concl. Errant, qui dicunt esse duos habitus, & informem recedere aduenientegratia.

Quia omnis diuersitas Deum excludit aliud.

4 Concl. 1. Cor. 13. Perfectio euacuat quod ex parte est, quando imperfectio est de ratione rei imperfectæ: eatenus non est informitas respectu fidei. ideo ipsamet fides sit formata.

5. Concl. Quod dat vitam animali est de ratione eius, & ideo animal mortuum non fit viuum: quod vero facit fidem formatam, non est de eius ratione, ideo. &c.

5 Concl. Per accidens est, quod gratia aduenies fideli, in eo denuo non causet fidem, cum eam habeat, quam causat aduenies infideli.

7 Concl. Dum fides informis fit formata, non mutatur fides, sed fidei subiectum, id est, anima.

Artic. 5. Vtrum fides sit virtus.

1. Concl. Fides formata est virtus.

1 Iustitia habetur per virtutes. At fides ex Paulo iustificat. Ergo.

2. Habitus, qui est principium boni actus, est virtus; nam est, quæ actum reddit bonum. At fides formata est huiusmodi; quia eius actus infallibiliter tendit per intellectum in suum bonum, id est, in verum, & per voluntatem ordinatur ad vltimum finem, per caritatem. Ergo erit virtus, cum hæc duo ad virtutem fidei requirantur.

Fides informis non est virtus.

Quia non habet perfectionem debitam ex parte voluntatis.

Etiam fides ordinatur ad bonum: tum quia verum est bonum intellectus; tum quia cum informetur à caritate respicit bonum, quod est obiectum voluntatis.

Fides formata est virtus.

Quia est infallibilis, cùm imitatur voluntati diuinæ, non sic fides humana, vt leuon est simile.

Licet fides formata, & informis non differant specie; differunt tamen, vt perfectum, & imperfectum, & ideo, informis cum sit imperfecta, non est virtus.

Fides quæ gratia gratis data dicitur, est fides per excellentiam, & constantiam: Fructus vero, vt habet delectationem in suo actu, ratione certitudinis.

Art. 6. Vtrum fides sit vna virtus.

Si fides sumatur pro habitu ratione obiecti, est vna virtus specie.

1. *Vnus Dominus, vna Fides, &c.* ait Paul.

2. *Eius obiectum formale est vnum, scilicet, veritas prima, ad quam omnia credibilia reducuntur. Ergo.*

Si fides sumatur ex parte subiecti, diuersificatur secundum quod, est diuersorum hominum.

Quia habitus ex subiecto individuatur: vnde soluitur tertium.

Si fides sumatur pro eo, quod creditur, est vna fides: quia idem est quod creditur ab omnibus, & omnia credibilia reducuntur ad vnum.

Est vna fides de æternis, & temporalibus, quia temporalia solum pertinent ad finem, prout ordinatur ad aliquod æternum, quod est prima veritas: non sic scientia, & sapientia.

Differentia præteriti, & futuri non est ex aliqua diuersitate rei creditæ, sed ex diuersa habitudine credentium.

Art. 7. Vtrum fides sit prima inter virtutes.

Inter omnes virtutes fides per se est prima.

1. Fides, vt ait Paul. est substantia, id est, principium. Ergo. Heb. 11.

2. Cum in agibilibus finis sit principium, necesse est virtutes theologicas; quarum obiectum est vltimus finis, esse priores cæteris virtutibus. Ergo fides est prima inter Theologicas, quia vltimus finis debet esse prius in intellectu per fidem, quam in voluntate, cum voluntas non feratur, nisi in cognitum. Ergo.

Per accidens potest aliqua virtus esse prior fide, prout remouet impedimentum credendi: vt humilitas quæ remouet superbiam, per quam intellectus recusat se submittere fidei, sed nulla est perfecta virtus, nisi supposita fide, vt ait Aug. vnde patet ad primum. 2. Concl. lib. 4. contra Iul. c. 3.

Spes dicitur introducere ad fidem, prout facit, quod aliquis perseueret in fide, & ei firmiter adhæreat. † 3. Concl.

Obedientia, prout requiritur ad fidem, non est specialis virtus; sed importat inclinationem voluntatis ad implendum diuina mandata. 4. Concl.

Licet fides formata sine caritate esse non possit, non tamen oportet quod caritas sit prior fide. 5. Concl.

Actus voluntatis, qui præexigitur ad fidem non est caritate formatus, quia voluntas non potest perfecte amare Deum, nisi intellectus de eo rectam fidem habeat. 6. Concl.

Art. 8. Vtrum fides sit certior scientia & aliis virtutibus intellectualibus.

Fides simpliciter, seu ex causa certitudinis est certior scientia, & aliis habitibus intellectualibus. 1. Concl.

1. *Fides sex Paulo accipitur, vt verbum Dei. At verbo Dei nihil est certius. Ergo.* 1. Thes. 2.

2. *Est certior prudentia, & arte, ratione materiæ: quia est de æternis. est certior scientia, sapientia, & intellectu, vt sunt virtutes intellectuales, quia certitudo cuiuslibet iudicatur secundum suam causam. At fides habet certiorem causam, cum innitatur veritati diuinæ; illa autem rationi humanæ. Ergo est etiam certior his tribus, vt sunt dona Spiritus sancti, quoniam comparantur ad fidem, tanquam ad principium, quod præsupponunt. At principium est certius. Ergo.* Arist. 6. Eth. cap. 3. & 6.

Si certitudo consideretur ex parte subiecti, qua ratione illud dicitur certius, quod plenius consequitur intellectus hominis, fides secundum quid, est minus certa. 2. Concl.

Nam quæ sunt fidei, superant intellectum hominis, qui plenius percipit ea, quorum est scientia, &c.

Quod credentes possint dubitare, non est ex parte fidei. † 3. Concl.

4. Concl. Visus cæteris paribus, est certior auditu, sed ille, à quo auditur multum excedat visum videntis: ergo est in fide, certior est auditus.

5. Conc. Tertium probat scientiam, sapientiam, & intellectum excedere fidem, quantum ad maiorem manifestationem, non quantum ad certiorem inhæsionem.

Quæstio 5. De habentibus fidem.

Artic. 1. Vtrum Angelus, aut homo in prima sui conditione habuerit fidem.

1. Concl. Necesse est dicere, quod Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum habuerint fidem.

Heb. 11. 1. *Oportet, ait Paul accedentem ad Deum credere, &c. Sed Angelus, & homo in prima sui conditione erant in statu accedendi ad Deum. Ergo.*

2. *Cum fuerint creati in gratia, debuit meus esse aliqua inchoatio futuræ beatitudinis, quæ intellectus, sit per fidem.*

3. *Manifestatio, quã habuerunt de rebus diuinis, non tollebat rationem fidei, vt aliquis dixere, cum prima veritas, de qua principaliter est fides, non clare ab eis videretur. Ergo.*

2. Concl. Quantum ad materiale obiectum fidei potest dici Angelum & hominem, tunc aliqua credidisse, quæ nouimus, quæ nunc tantum cognoscuntur per fidem.

Quia habuerunt amorem contemplationem de Deo.

3. Concl. Ponentes Angelos & hominem creatos in puris naturalibus, possunt tueri, non habuisse fidem.

Quia fides est donum supra naturam.

4. Concel. lib. 1. de sacr. part. 6. c. 14. Cum Hugo ait, *hominem in primo statu contemplatum fuisse creatorem*, potest dici, quod solum contemplatio patriæ, quæ est visio Dei per essentiam, tollit rationem fidei, quam non habuerunt Angelus, & homo.

5 Concl. Licet in Angelo, & homine non esset in illo statu obscuritas culpæ, erat tamen quædam obscuritas naturalis, quæ sufficiebat ad rationem fidei.

6 Concl. Rom. 10. Quamuis in illo statu non esset auditus ab homine exterius loquente, erat tamen à Deo interius inspirante: & sic fides ex auditu.

Artic. 2. Vtrum in dæmonibus sit fides.

1. Concl. Fides, vt est actus laudabilis, est in solis fidelibus: in dæmonibus vero est fides acquisita, & coacta.

Nam, cum intellectus assentiatur rei creditæ, non quod ipsam in se, vel per resolutionem ad sua principia videat, credit per imperium voluntatis. Quod autem voluntas moueat intellectũ ad assentiendũ, potest esse, vel ex ordine voluntatis ad bonũ, & sic credere est actus laudabilis; quo modo est in fidelibus: vel quia intellectus cõmouetur, vt iudicet esse credendum his, quæ dicuntur, non propter rei euidentiam, sed per certa signa, & sic fides est in dæmonibus. Quia vident indicia, quibus percipiunt doctrinã Ecclesiæ esse à Deo, quamuis quæ Ecclesia docet, vt Trinitatẽ, &c. nõ videant. Hoc facit illud Iac. decimi, dæmones credere, & contremiscere.

† 2. Conc. Fides in dæmonibus non indicat voluntatem bonam.

Quia est quodammodo coacta ex signorum euidentia.

3. Concl. Fides dæmonum non est donũ gratiæ, cum non sit propter bonum, sed coguntur credere ex perspicacitate naturali intellectus.

4. Concl. Ex hoc, quod dæmones credunt, non minuitur eorum malitia: cum eis displiceat signa fidei esse huiusmodi; vt per ea compellantur credere.

Art. 3. Vtrum qui discredit vnum articulum fidei, possit habere fidem informem de aliis articulis.

1. Concl. In eo, qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei, non manet fides, nec formata, nec informis, qua credat alios articulos.

1. *Non remanet caritas post vnum peccatũ mortale. Ergo nec fides, & qui vnum discredit vnum articulum, vnus enim illud cõtrariatur veritati, sic discredere vnum articulum contrariatur fidei.*

2. *Sublata formali ratione obiectiua, à qua sumitur species habitus, tollitur habitus. Est formalis ratio, qua est veritas diuina manifestata doctrinæ Ecclesiæ, tollitur, cum quis non credit pertinaciter aliquem articulum, quia non amplius eis adhæret, vt infallibili regulæ. Ergo.*

2 Concl. In isto homine remanet de aliis articulis opinio quædam secundum propriam voluntatem.

† 3. Concl Hæreticus non tenet eodem modo articulos fidei, de quibus non errat, sicut fidelis, scilicet in hærendo veritati diuinæ simpliciter, ad quod opus est habitu fidei.

4. Concl. In eadem scientia potest quis scire vnam conclusionem, aliis ignoratis, quia sunt diuersa media, per quæ probantur: non sic in fide, quæ vnicum medium habet.

5. Concl Vnum legis præceptum, si præcepta referantur ad proxima motiua, sine alio potest seruari: si ad primum motiuum, quod est perfecte obedire Deo, qui vnum transgreditur, factus est omnium reus.

Artic. 4. Vtrum fides possit esse maior in vno quam in alio.

1. Concl. Fides potest esse maior in vno, quam in alio.

Nam dicitur magnum, & paruum, vbi potest esse maius, & minus. At in scriptura fides dicitur magna, & parua. Ergo

2. Concl. Ex parte eorum, quæ credenda proponuntur, fides potest esse maior in vno, quam in alio.

Matth. 14 & 15. Quia cum sint multa, potest vnus plura explicite credere, quam alius propter maiorem fidei explicationem.

3. Concl. Si consideretur fides ex parte subiecti, potest esse maior in vno, quam in alio: tum ex parte intellectus, propter maiorem certitudinem, & firmitatem; tum ex parte voluntatis propter maiorem promptitudinem.

4. Concl. Fides ex parte obiecti formalis, quod est vnum, & simplex, est vna specie, in omnibus.

Quia obiectum est vnum, & simplex.

† 5. Concl. Qui habet habitum fidei credit omnia, quæ sunt credenda, sed non explicite: ideo non sequitur, quin possit esse maior in vno.

6 Concl. Qui habent fidem, inhærent primæ veritati super omnia, sed cum quidam certius, & deuotius se subiiciant, dicitur esse maior in vno.

7. Concl. Intellectus primorum principiorum consequitur naturam humanã, quæ æqualiter est in omnibus: at fides consequitur donum gratiæ, quod non æqualiter est in omnibus.

Quæstio 6. De causa fidei.

Artic. 1. Vtrum fides sit homini à Deo infusa.

1. Concl. Necesse est, vt fides sit à Deo, quantum ad credibilium propositionem.

Nam cum sint supra naturam, oportet vt proueniant à Deo, vel immediate, vel mediate per prædicatores.

2 Concl. Fides ratione assensus, qui est principalis actus fidei est a Deo interius mouente.

1. Exteriora signa, vel persuasiones hominum non sunt causa sufficiens assensus, cum videamus alios, propter eandem prædicationem credere, alios non credere. Ergo oportet ponere Deum gratiam interius mouentem.

Ephes. 2. 3. Conc. 2. Quia ex Paulo donum Dei est. Ergo.

Fatum est, initium fidei, quoad assensum esse ex nobis, inquantum ex nobis, id est, ex libero arbitrio, vt Pelagiani ponebant.

Aug. lib. 14 de trin. c. 1. 4. Con. Nam cum non assentiendo his, quæ sunt fidei, eleuetur supra naturam suam, oportet, vt hoc sit a supernaturali principio interius mouente.

Fides dicitur gigni, & nutriri per scientiam, solam per modum exterioris persuasionis.

5. Concl. Secundum procedit de causa proponente, & persuadente.

6 Concl. Auditus, & miracula sunt causæ disponentes, non autem sufficientes fidei: ideo credere est in voluntate hominis, quæ præparatur per gratiam, vt credat.

Artic. 2. Vtrum fides informis sit donum Dei.

1. Concl. Informitas est priuatio quædã: quæ quandoque pertinet ad rationem speciei, vt priuatio commensurationis humorum in ægritudine, aliquando supereuenit habenti speciem, vt tenebrositas respectu diaphani: primo modo, qui causat speciem, causat priuationem, non autem secundo.

Fides informis est donum Dei.

2 Concl. *1. Fides, quæ est sine caritate, vt ait Paul. est donum Dei. Ergo.*

1. Cor. 13. 2. Illud est causa fidei informis, quod est causa fidei simpliciter dictæ, quia informitas fidei non pertinet ad rationem speciei ipsius, cum dicatur informis, respectu priuationis exterioris formæ, scilicet caritatis. At Deus est causa fidei simpliciter dictæ. Ergo.

† 3. Concl. Licet fides informis non sit perfecta perfectione virtutis, est tamen perfecta ea perfectione, quæ sufficit ad fidei rationem.

4. Concl. Deus non est causa actus deformis, cum deformitas est de ratione speciei ipsius, cum sit per priuationem formæ intrinsecæ, non sic in fide: vel quia deformitas in actu non solum dicit priuationem, sed contrariam dispositionem.

5. Concl. Non est inconueniens, quod aliquis accipiat a Deo fidem sine caritate, sicut donum prophetiæ, &c.

Quæstio 7. De effectibus fidei.

Artic. 1. Vtrum timor sit effectus fidei.

1. Concl. Timor est effectus fidei.

1. Nam Dæmones credunt, & contremiscunt. Ergo.

2. Causa timoris est apprehensio alicuius boni ne amittatur, vel mali patiatur. At huiusmodi apprehensio est in fide, quæ apprehendit pœnam ex mandato diuino illatam. Ergo.

2. Concl. Fides est causa timoris seruilis, quatenus aliquis timet a Deo punniri: est etiam causa filialis, quatenus aliquis timet separari a Deo: primi timoris est causa fides informis, secundi fides formata.

† 3. Concl. Timor Dei non potest vniuersaliter præcedere fidem, sed necessario præsupponit cognitionem aliquorum articulorum, cum sine aliqua cognitione fidei non possit esse Dei timor.

4. Concl. Idem secundum diuersa potest esse causa contrariorum; & sic fides est causa timoris, & spei.

5. Concl. Formale fidei obiectum est bonum, materiale vero possunt esse quædam mala, vt a Deo puniti, &c.

Artic. 2. Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei.

1. Concl. Primum principium purificationis cordis est fides, quæ si sit formata, perfectam purificationem causat.

1. *Act. 15. fide purificans corda, &c.*

2. *Creatura rationalis a sua impuritate, quam habet ex eo, quod se subiecit temporalibus, per amorem, liberatur per contrarium motum, dum tendit in id, quod est supra se, scilicet in Deum, & principium huius motus est fides, quia accedentem ad Deum oportet credere. Ergo principium purificationis cordis est fides, qua tollitur impuritas erroris: perficitur autem caritate.*

Heb. 11.

† 2. Concl. Quamuis purificatio sit in affectu: tamen ea, quæ sunt intellectu, vt fides, sunt causa eorum, quæ sunt in affectu.

3. Concl. Licet fides informis possit esse cum impuritate peccati: tamen excludit impuritatem erroris sibi oppositam: vnde etiam fides informis est causa puritatis cordis.

4. Concl. Fides purificat intellectum, sed secundum statum præsentis vitæ, cui non opponitur obscuritas quæ est quædam naturalis defectus.

Quæstio 8. De dono intellectus, & scientiæ.

Art. 1. Vtrum intellectus sit donum Spiritus sancti.

1. Concl. INtellectus importat intimam cognitionem: intelligere enim est quasi intus legere: quo intellectus differt a sensu, qui versatur circa externa; ideo obiectum intellectus est essentia.

2. Concl. Ea ad quæ opus est penetrare, sunt essentia, quæ sub accidentibus, & causæ, quæ sub effectibus, significationes quæ sub verbis, veritas quæ sub figuris, latent: quorum omnium est intellectus, cuius lumen, quo est fortius, eo ad plura penetrat.

3. Concl. Intellectus est donũ Spiritus sancti, quod est per supernaturale lumen, superadditum naturæ, quo penetrat ad cognoscenda ea, quæ naturali lumine non valet cognoscere.

1. *Isa. 11. requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus.*

2. *Quia, licet intellectus penetret ad intima: tamen, quæ naturalem cognitionem excedunt, non cognoscit sine dono Spiritus sancti. Ergo.*

† 4. Concl. Cum homo ordinetur ad beatitudinem, non solum oportet, vt cognoscat principia quædam communia; sed etiam vt ad altiora procedat: & ideo præter intellectum naturalem opus fuit intellectu, quod est donum.

5. Concl. Dicitur donum intellectus, & non rationis.

Quia ita se habet ad ea, quæ supernaturaliter cognoscuntur, sicut lumen naturale ad ea, quæ primordialiter innotescunt.

6. Concl. Hoc donum nominatur magis nomine intellectus, quam voluntatis.

Quia voluntas dicit simpliciter motum appetitus sine determinatione ad vnum excellentia.

Art. 2. Vtrum donum intellectus possit simul esse cum fide.

1. Concl. Eorum quæ per se & directe cadunt sub fide, quæ excedunt rationem naturalem, vt mysterium trinitatis, &c. non habetur intellectus perfecte in hac vita: quia non pertingimus ellentiam rei intellectæ: Habemus tamen intellectum imperfecte, quia licet essentiæ rei non cognoscatur, tamen cognoscimus secundum ea, quæ exterius apparent, res fidei non contrarias veritati, neque ab earum fide recedendum esse.

2. Concl. Ea quæ per se non cadunt sub fide, sed ad illa ordinatur, vt sunt quæ in scriptura continentur, possunt etiam perfecte per donum intellectus penetrari.

3. Concl. Primæ tres rationes procedunt secundum quod perfecte aliquid intelligitur, arg. sed contra procedit de intellectu eorum, quæ ordinantur ad fidem.

Art. 3. Vtrum donum intellectus sit speculativum tantum an etiam practicum.

1. Concl. Donum intellectus non solum est speculativum, sed etiam ad quædam operabilia se extendit, non principaliter, sed, prout in agendis regulamur rationibus æternis.

1. *Ps. 110. Intellectus omnibus facientibus eum.*

Gal. 5. 2. *Operatione bona habemus ordinem quendam ad fidem, quia fides ex dilectione operatur. At donum intellectus etiam se extendit ad ea, quæ habent ordinem ad finem. Ergo.*

Etiam operabilia humana, prout referuntur ad finem beatitudinis, habent quandam altitudinem excellentiæ, & sic circa ea potest esse intellectus. 2. Concl.

Pertinet ad dignitatem doni intellectus, vt consideret intelligibilia æterna, non solum in seipsis, vt intellectus speculatiuus: sed etiam, vt sunt regulæ vitæ. 3. Concl.

Etiam cognitio humanorum actuum vt regulantur a lege æterna excedit naturalem rationem, ideo indiget dono intellectus. 4. Concl.

Art. 4. Vtrum donum intellectus insit omnibus habentibus gratiam.

Donum intellectus est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem. 1. Concl.

1. Quia non intelligunt ex Dauid, ambulant in tenebris. Sed nullus habens gratiam ambulat in tenebris iuxta illud, qui sequitur me, &c.

2. In omnibus habentibus gratiã oportet quod sit rectitudo voluntatis in bonum supernaturale, vt ait Aug. Et voluntas non potest recte ordinari in dictũ bonũ sine aliqua illi⁹ cognitione, quæ est donum intellectus, quo cognoscitur veritas supernaturalis in quam intendenda est voluntas. Ergo 2. Concl.

Hebetudo quæ est in habentibus gratiam gratum facientem, non est circa ea, quæ sunt de necessitate salutis. 3. Concl.

Habentes fidem habent donũ intellectus, quia & si non plene intelligant quæ proponuntur, intelligunt tamen ea esse credenda, & alteris non esse detrahendum. 4. Concl.

Donum intellectus nunquam subtrahitur sanctis circa ea, quæ sunt necessaria ad salutem: sed solum aliquando, ne omnia ad liquidum penetrare possint.

Art. 5. Vtrum donum intellectus inueniatur etiam in non habentibus gratiam gratum facientem.

Nemo habet donum intellectus sine gratia gratum facente. 1. Concl.

1. Omnis, qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me, ait Dominus: ad quem nemo accedet, nisi per gratiam gratum facientem. Sed per intellectum studia addiscimus, vel penetramus. Ex Greg. Ergo. 1. Mira.

2. Intellectuale lumen ponitur bonum, vbi homo sit facile mobilis in hoc, vt apprehendat veritatem circa finem, & rectum de vltimo fine æstimationem habet in. Sed hanc æstimationem non habet nisi, vt circa finem moueret, sed cadineret tanquam vltimo, quod non est nisi in habentibus gratiam, gratum facientem. Ergo.

Aug. nominat donum intellectus quamcunque illustrationem, & sic potest esse in non habentibus gratiam gratum facientem. † 2. Concl. In Psal. 118 3. Concl.

Intelligentia, quæ est necessaria ad prophetiam, nõ est illustratio mentis circa æstimationem rectam de vltimo fine, quæ est donum intellectus.

Fides ex se solum dicit assensum ad ea, quæ proponuntur, at donum intellectus dicit perceptionem veritatis, quę non potest sine gratia. 4. Concl.

Artic. 6. Vtrum donum intellectus distinguatur ab aliis donis.

Donum intellectus distinguitur ab aliis donis. 1. Concl. epa. 11.

1. Quia distincte connumeratur ab Isaia

2. Distinguitur a pietate, fortitudine & timore, quia hæc pertinent ad appetitũ, illud ad intellectũ. Ab aliis vero quæ ordinantur ad cognitionem supernaturalem fidei, hoc modo fides primo est circa veritatem primam deinde circa creaturas. Ea autem, quæ fide tenentur, debent prius percipi, & penetrari, & hoc per donum intellectus: deinde debet ferri iudicium, quod firmiter inhærendum sit; quod si sit circa diuina, fit per sapientiam, si circa humana per scientiam: applicatio autem ad actus humanos fit per consilium. Est igitur ab aliis distinctum

Contraria his donis, scilicet stultitia, ignorantia, hebetudo, & præcipitantia, sunt proprie & formaliter diuersa, & vnumquodque respicit suum contrarium; vt hebetudo intellectum, stultitia sapientiam, &c. † 2. Concl.

Licet donum intellectus sit circa ea, quæ est fides, non ideo est superfluum. 3. Concl.

Quia versatur circa ea, aliter quam fides:

Donum intellectus versatur circa cognitionem practicam, & speculatiuam, non quantum ad iudicium, sed quantum ad apprehensionem: ideo differt ab aliis donis intellectualibus. 4. Concl.

Artic. 7. Vtrum dono intellectus respondeat sexta beatitudo, scilicet, beati mundo corde, &c.

Dono intellectus respondet sexta beatitudo, scilicet. Beati mundo corde, &c. 1. Concl. l. 1. c. 9.

1. Ita Aug. de sermone Domini in monte.

2. In hac beatitudine sicut in aliis, sunt duo: vnum per modum meriti, scilicet munditia cordis: alterũ per modum præmij, et visio Dei. Et vtrum q̃ pertinet aliquo modo ad donum intellectus; quia præter munditiam ab inordinatis affectibus, quæ

per

sit per virtutes appetitus, est etiam alia ab erroribus, & phantasmatibus, quam causat hoc donum: similiter visio Dei, vel perfecta, & in patria vel imperfecta, & in via, pertinet ad donum intellectus. Sed illa ad intellectum consummatum, Ergo. Prima duæ rationes procedunt de prima munditia: tertia de perfectia Dei visione. Dona enim hic perficiunt per inchoationem, quæ in futuro implebuntur.

Artic. 8. Vtrum in fructibus fides respondeat dono intellectus.

1. Concl. Doni, vel virtutis, vt perficiunt aliquam potentiam, potest accipi duplex fructus: alter, proprius pertinens ad suam potentiam, alter quasi vltimus pertinens ad voluntatem.

2. Concl. Dono intellectus respondet proprio fructu fides, id est, fidei certitudo. *Hoc enim donum principaliter ordinatur ad certitudinem fidei, quæ a Glos. ponitur fides fructus. Ergo.*

3. Concl. Huic dono respondet pro vltimo fructu, gaudium, quod pertinet ad voluntatem.

Quia fructus spiritus dicuntur vltima & delectabilia, quæ in nobis proveniunt ex virtute Spiritus sancti. At vltimum & delectabile habent rationem finis, qui est obiectum voluntatis. Ergo: & sua gaudium erit fructus omnium aliorum, quæ pertinent ad alias potentias.

4. Concl. Intellectus est quidam fructus fidei. quæ est virtus: at fides non accipitur hoc modo, sed pro quadam certitudine fidei, & sic est fructus.

5. Concl. Licet intellectus non sit prior fide, quæ est virtus: tamen est prior fide, quæ dicitur fructus.

6. Concl. Donis scientiæ, sapientiæ, & intellectus, quæ ponunt ad speculativam cognitionem pertinere, respondet tantum vnicus fructus, qui est certitudo signata nomine fidei: partes vero appetitus respondent plures, quia ratio finis magis pertinet ad appetitum, quam ad intellectum.

Quæstio 9. De dono scientiæ

Artic. 1. Vtrum scientia sit donum.

1. Concl. Cap. 11. Scientia est donum.

1. *Ab Isaia inter dona numeratur. Ergo*

2. *Ad hoc vt intellectus humanus assentiat veritati fidei, duo requiruntur: primum vt sane capiat, quæ proponuntur, quod pertinet ad donum intellectus: alterum, vt habeat certum & verum iudicium de eis, & ad hoc est necessarium donum scientiæ: hæc enim duo ad assensum naturalem veritatis requiruntur. Ergo cum gratia sit imperfectior natura, non debuit deficere in eis, in quibus homo per naturam perfici potest ad esse, in apprehensione, & iudicio.*

† 2. Concl. Scientia, quæ ponitur donum, non importet effectum naturalis rationis: sed est participatu similitudo scientiæ diuinæ, & ita non est ratiocinativa, vel discursiua &c.

3 Concl. Cum Aug. dicit scientiam non esse in omnibus fidelibus, loquitur de scientia, quæ est gratia gratis data, non de ea quæ est donum. 14. de trin. cap. 1.

4. Concl. Non inconvenit, vt diversa dona ad vnam virtutem theologicam ordinentur: vt intellectus & scientia ad fidem, cum non sint perfectiora virtutibus theologicis, ad quarum perfectionem ordinantur.

Artic. 2. Vtrum scientiæ donum sit circa res diuinas.

1. Concl. Donum scientiæ est tantum circa res creatas.

lib. 14. de trin. c. 1. 1. *Diuinarum rerum scientia aut Aug. propriè sapientia non vocatur, humanarum vero propriè non en scientia obtinet.*

2. *Cum iudicium rei ex sua causa sumatur, ordo iudiciorum erit secundum ordinem causarum. Ergo scientia causa prima est, causa secunda, vt per causam primam iudicetur de secunda & prima per nullam: ideo iudicium de prima, cum sit perfectissimum, habet speciale nomen scientiæ: iudicium autem de aliis omnibus dicitur sub vniversali nomine, scientia quæ iudicij certitudinem importat: Vt ergo iudicium rerum diuinarum dicitur sapientia, ita iudicium de aliis rebus, scientia.*

Per scientiam generatur fides, quia ad donum scientiæ pertinet scire quid credendum sit: at scire res creditas secundum seipsas pertinet ad sapientiam.

† 2. Concl. Scientia non ponitur speciale donum, prout communiter sumitur, sed vt restringitur ad iudicium, quod sit per res creatas.

3. Concl. Cum scientiæ magis denominentur a medio, per quod cognoscunt, quam ab eo, quod cognitio Dei per res creatas magis pertinet ad scientiam, quam ad sapientiam.

Art. 3. Vtrum scientiæ donum sit scientia practica.

1. Concl. Donum scientiæ principaliter est speculativum: quia per ipsum homo scit quæ credere debeat, secundario etiam practicum, quia per scientiam credibilium dirigimur in agendis.

1. Ex Gregor. qui ait, scientia tollit ignorantiã, quæ fit per vtranque scientiam.

2. Hoc donum dirigitur ad cognitionem fidei. Sed fides principaliter est speculatiua. Vt adhæret primæ veritati, secundario practica: quia per dilectionem operatur. Ergo.

Ex Aug. actio attribuitur scientiæ, sed non primo: & sic etiam dirigit pietatem, secundum Greg. vnde soluitur secundum

Illi soli habent donum scientiæ: qui ex infusione gratiæ habent rectum iudicium circa credenda, & agenda, & hoc conuenit solum iustis.

Artic. 4. Vtrum scientiæ dono respondeat tertia beatitudo, scilicet, Beati qui lugent.

Dono scientiæ respondet beatitudo luctus.

1. Ex Aug. dicente, scientiam conuenire lugentibus.

2. Cum ad scientiam pertineat rectum iudicium de creaturis, ex quibus homo occasionaliter à Deo auertitur, cum rectum de eis iudicium non habet, per hoc donum docetur homo de creaturis recte sentire, ex quo cognoscit peccatum & damnum, ex qua cogitatione oritur luctus. Ergo.

Bona creata non excitant gaudium spirituale, nisi vt ad bonum diuinum referuntur, vnde pax directe respondet dono sapientiæ: at dono scientiæ, primo luctus de præteritis erratis. deinde consolatio, dum homo per iudicium scientiæ creaturas ordinat in Deum, vnde ponitur luctus pro merito, & consolatio pro præmio.

De consideratione veritatis homo gaudet: sed de re circa quam eam considerat, interdum potest tristari: & ne luctus scientiæ attribuitur.

Scientiæ non attribuitur beatitudo pertinens ad contemplationem, cum beatitudo hominis non consistat in consideratione creaturarum, sed in debito earum vsu.

Quæstio 10. De infidelitate in communi.

Art. 1. Vtrum infidelitas sit peccatum.

SI infidelitas accipiatur secundum contrarietatem ad fidem, prout aliquis repugnat auditui fidei, vel eam contemnit, in quo proprie perficitur ratio infidelitatis, est peccatum.

Quia veritas non auditur eorum. Sed sic est sicut contraria est infidelitas. Ergo.

Si accipiatur secundum puram negationem, quo modo est in illis, qui nihil de fide nostra audierunt, non est peccatum, sed magis pœna.

Ioan. 15 si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum, infidelitatem scilicet non haberent

Qui sic sunt infideles damnantur ob alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt,

Infidelitas est peccatum contra naturam hominis, prout mens hominis repugnat interiori instinctui, & exteriori veritatis prædicationi, licet fides non sit in natura.

Illud, quomodo credent ei quem non audierũt, &c. intelligitur de infidelitate negatiua, quæ non est peccatum.

Infidelitas reducitur ad superbiam: quia homo non vult subjecere intellectum regulis fidei: vel vt virtutes Theologicæ non reducuntur ad Cardinales, ita nec vitia eis apposita ad vitia capitalia.

Art. 2. Vtrum infidelitas sit in intellectu, sicut in subiecto.

Infidelitas est in intellectu, sicut in proximo subiecto, & in voluntate, sicuti in proximo motiuo.

1. Contraria sunt in eodem subiecto, sed fides est in intellectu. Ergo.

2. Peccatum dicitur esse in illa potentia: quæ est principium actus peccati At intellectus est principium proprium, & proximum dissentiendi, quod est actus infidelitatis: & voluntas est primum, & generale principium, quod imperat omnes actus peccatorum, ac etiam proximum ratione consensus, cum omne peccatum sit voluntarium Ergo

Omne peccatum est in voluntate, prout voluntas est generale principium omnium, sic etiam infidelitas.

Contemptus fidei pertinet ad voluntatem & contemptus voluntatis causat dissensum intellectus, in quo perficitur ratio infidelitatis.

Qui credit Angelum malum transfiguratum, esse bonum, non dissentit ab eo, quod est fidei, quia fallitur sensus, non autem mens.

Art. 3. Vtrum infidelitas sit maximum peccatorum.

Peccatum infidelitatis est maius omnibus peccatis, quæ contingunt in peruersitate morum.

Ioan. 15. Tract. 89. in Ioan.

1. *Ex Aug. ſi illud, ſi non venissem, & locutus eis, &c.*

2. *Cum omne peccatum formaliter conſiſtat in auersione à Deo, tanto erit grauius, quanto per ipsum homo magis ſeparatur à Deo. Sed per infidelitatem, homo maxime elongatur à Deo, cum falſam de eo opinionem habeat, nec Deus ſit id quod ipſe cogitat. Ergo.*

2 Concl. Infidelitas non eſt maximum peccatorũ, ſi loquamur de peccatis, quæ opponuntur virtutibus theologicis.

†3 Concl. Nihil prohibet quod peccatum ex ſe graue ſecundum aliquas circunſtantias: & ideo Aug. noluit præcipitare ſententiam de malo catholico, & de hæretico alias non peccante.

4. Conc'. Illud, *miſericordiam ſum conſecutus, quia ignorans feci*, probat infidelitatẽ ex parte ignorantiæ aliquam excuſationem habere: & ſic non eſt grauiſſimum peccatum.

5. Concl. Peccatum infidelitatis grauius ex ſe punitur, quam quodcunque aliud: licet pro alio peccato magis puniatur fidelis propter cognitionem, & ſacramenta.

Artic. 4. Vtrum omnis actio infidelis ſit peccatum.

Non oportet, quod infideles in omni opere ſuo peccent.

1. Concl. act. 10. 1. *Cornely adhuc infidelis eleemoſyna acceptæ erant Deo, Ergo.*

2. *Peccatum mortale non corrumpit totaliter bonum naturæ, Ergo infideles poſſunt aliqualiter bona operari ad quæ ſufficit natura bonum.*

3. *Vt fidelis poteſt non referre actum in fidei finem, & ſic peccare, ita infidelis bonum agere non referendo in infidelitatis finem.*

2. Concl. Infideles non poſſunt operari bona opera, quæ ſunt ex gratia, ſcilicet opera meritoria.

Quia infidelitas quæ eſt peccatum mortale, tollit gratiam.

3. Concl. Rom. 14. Quando infideles operantur aliquod opus ex infidelitate, tunc peccant.

†4. Concl. Illud, *quod non eſt ex fide peccatum eſt*, intellige de eo, quod agitur ex infidelitate.

5. Concl. Vt fides dirigit intentionem reſpectu finis vltimi, ita lumen naturale poteſt eadem dirigere reſpectu alicuius boni connaturalis.

6. Concl Vbi non eſt fides non eſt bonum ſcilicet quoad meritum. Cornelius autem habebat fidem implicitam nondum manifeſtata Euangelij veritate, alias eius operatio accepta non fuiſſent.

Art. 5. Vtrum ſint plures infidelitatis ſpecies.

Concl. Virtus conſiſtit in attingendo aliquam regulam cognitionis, vel operationis humanæ quod fit vno modo, & receditus a regula variis modis: vnde vni virtuti multa vitia opponuntur. Diuerſitas autem vitiorum, vel attenditur ſecundum diuerſam habitudinem ad virtutes: vel ſecundum corruptionem diuerſorum, quæ ad virtutem requiruntur.

2. Concl Infidelitas in comparatione ad ſidem habet diuerſas ſpecies determinatas: quia vel reperitur fidei nondum ſuſceptæ: vt infidelitas paganorum: aut fidei ſuſceptæ, & hoc vel in figura, vt infidelitas Iudæorum: vel in ipſa manifeſtatione veritatis, vt infidelitas hæreticorum.

3 Concl. Si diſtinguatur infidelitatis ſpecies iuxta errorem in diuerſis, quæ ad finem pertinent, non ſunt determinatæ.

lib. de hæreſibus. 1. *Errores, ex quo poſſunt in infinitum multiplicari. Ergo.*

2. *Attingere regulam, eſt vno modo circa ſuam materiam attingere ante quam contingit multiplicatio, ex Dam. Ergo. Vnde patet ad ſecundam.*

4. Concl. lib. de diuin. nom. Infidelitatis obiectum eſt veritas prima, vt a qua recedit, & ſic non diuerſificatur ſed formale obiectum, ſicut ad quod conuertitur, eſt ſententia falſa, quam aliquis ſequitur, & hinc diuerſificantur ſpecies.

5 Concl. Vt fides eſt vna, quia omnia creduntur in ordine ad vnum, ita infidelitas, licet quis in multis erret, poteſt eſſe vna, vt omnia, habẽt ordinem ad vnum. Quare vnus poteſt diuerſis ſpeciebus infidelitatis errare.

Articul. 7. Vtrum infidelitas gentilium. ſeu paganorum ſit cæteris. grauior.

1. Concl. In infidelitate duo attendi poſſunt: alterũ eſt comparatio eius ad fidem: alterum corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent.

2. Concl. Si conſideretur grauitas infidelitatis ſecundum renitentiam ad fidem: grauior eſt culpa infidelitatis hæreticorum, quam Iudæorum & Iudæorum quam Paganorum.

3. Concl. Si conſideretur infidelitatis prauitas ſecundum corruptionem eorum quæ pertinent ad fidem, contrario modo res habet.

Cum in pluribus errent pagani, quam Iudæi, & iſti quam hæretici.

4. Concl. Simpliciter loquendo infidelitas hæreticorum eſt peſſima.

Quia infidelitas habet maiorem rationẽ culpæ ex re-

nuentis, quam ex eo, quod non habeat quæsumi
Vide tam illud. Melius erat illa non cognoscere
veritatem &c. Vnde patet ad obiecta.

Articul. 7. Vtrum sit cum infidelibus publice disputandum.

In disputatione attenditur aliquid ex parte disputantis: scilicet intentio, & aliquid ex parte audientium, quod sint docti, & humili in fide, vel contra.

Qui disputat de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumenta experiri intendens, peccat: tanquam dubius in fide, & infidelis.

Disputare de fide ad confutandum errores, vel ad exercitium, laudabile est.

Coram sapientibus & firmis in fide, nullū est periculum disputare de fide.

Act 9 Saulus confundebat Iudæos, &c.

Coram simplicibus sollicitatis ab infidelibus, qui nouerunt errores, & rationes illorum, necessarium est publice disputare de fide, modo adsint viri idonei, qui errores confutare possint. Vt simplices in fide cõfirmentur, &c. Huc facit auctoritas Greg. in pastorali.

Quando simplices non sunt sollicitati ab infidelibus, periculosum est disputare coram illis.

Quia ex hoc eorum fides est firmior, quod nihil diuersum audierint ab eo, quod credunt.

Paulus prohibuit immoderatam disputationem, quæ magis fit contentione verborũ quam firmitate sententiarum.

Lex Martiani, prohibet disputationem, quæ procedit ex dubitatione fidei.

De fide non debet disputari dubitando, sed ad veritatem manifestandam, & errores conuincendos.

Art. 8. Vtrum infideles compellendi sint ad fidem.

Infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, vt hæretici & quicunque apostatæ, sunt ad fidem etiam corporaliter compellendi.

Luc 14. Exi in vias, & sepes, & compelle intrare eos, & impleatur domus, id est Ecclesia, in quam intratur per fidem. Ergo aliqui sunt compellendi, vt impleant quod promiserant, & teneant quod susceperunt.

Infideles qui nunquam fidem susceperunt, nullo modo sunt ad fidem compellendi.

Quia credere voluntatis est.

Sunt tamen compellendi, si adsit facultas, ne fidem impediant, vel lai, lemis, vel malis persuasionibus, vel etiam persecutionibus. *Mat. 13.*

Illud, *ne forte colligentes zizania, eradicetis*, &c. intelligitur, cum metus iste non subest 1. Quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, vt nullos, aut non tales habeat defensores, per quos possit ecclesia contingere. *4 Concl.*

Iudæi qui iudem susceperunt, debent cogi, vt eam retineant. *5. Concl.*

Vt velle est voluntatis, & reddere necessitatis, sic accipere fidem est voluntatis, sed tenere acceptum necessitatis. *6. Concl.*

Vt Deus non vult mortem peccatorum, sic nullus vellet aliquem hæreticorum perire, sed cum Ecclesia ex perditione aliquorum exteros colligat, dolorem materni fœtus cordis, tantorum liberatione populorum. *7. Concl.* *Aug. ep. 50.*

Art. 9. Vtrum cum infidelibus possit communicari.

Prohibitio communionis in pœnam infidelium, non est respectu eorum, qui fidem nunquam susceperunt.

Quia Ecclesia non iudicat de his, qui sunt extra, spiritualiter iudicio.

Ista prohibitio intelligitur respectu eorum qui fidem susceperunt, & ab ea recesserunt, vt sunt hæretici, & apostatæ, quos Ecclesia excommunicat, in pœnam ipsorum. *1. Concl.*

Prohibitio communicationis ad tuitionem fidelium cum illis qui fidem non susceperũt, non est respectu eorum, quia ita sunt firmi in fide, vt eorum communionem magis polliceri sperari conuersio infidelium, quam eorum auersio, præsertim si necessitas vrget. *2. Concl.*

Simplices, & infirmi in fide, de quorum subuersione probabiliter timeri possit prohibendi sunt, præsertim ne magnam familiaritatem cum illis habeant. Vnde soluitur primum, quia illis prohibitum fuit, cum essent proni ad idololatriam. *3. Concl.*

Ecclesia non habet iudicium cõtra infideles, quoad pœnam spiritualem: sed quoad temporalẽ: & sic potest eis subtrahere communionem fidelium. *4. Concl.*

Licet fideli habere seruum infidelem *quia magis probabile est, quod seruus conuertatur ad fidem domini, quam contra. Quod periculum dominos immineret, debet a se abycere.* *5. Concl.*

artic.

Art. 10. Vtrum infidelespoſsint habere prælationem, ſeu dominium ſupra fideles.

1. Concl. Nullo modo permitti debet, vt inſtituatur de nouo dominium, aut prælatio infidelium ſuper fideles, tum propter contemptum, tum propter ſcandalum & periculum fidei fidelium.

2 Concl. Diſtinctio fidelium & infidelium, ex ſe conſiderata, non tollit dominium, vel prælationem præexiſtentem infidelium, ſupra fideles.

Quia tale dominium non tollit, quod eſt de iure humano, vt eſt dominium.

3. Concl. Poteſt Eccleſia ius condere, vt tali prælatione priuentur, tum merito infidelitatis, tum quia fideles transferuntur in filios Dei.

4. Concl. Eccleſia de facto talem legem conſtituit reſpectu infidelium ſubditorum principibus Chriſtianis. Quare ſeruus qui ad fidem conuertitur, debet liberari à ſeruitute nullo dato pretio, ſi fuerit vernaculus, aut emptus ad ſeruitium: ſi emptus ad mercationem: infra tres menſes emptioni exponendus eſt. Et in hoc Eccleſia non facit iniuriam alicui, quia cum huiuſmodi perſonæ ſint Eccleſiæ ſubiectæ, de earum rebus diſponere poteſt.

5. Concl. Infideles qui non ſubijciuntur ei temporaliter, non licuit hoc iure, licet poſſit, propter ſcandalum. Ideo Paulus dixit, vt ſerui dominos ſuos honorarent. Vnde patet ad primum.

† 6. Concl. Decens fuit olim, vt aliqui fideles eſſent ſub imperatore infideli, vt Chriſtianos defenderent, vt Sebaſtianus fecit.

7. Concl. Non repugnat quod infideles vtantur operæ & arte fidelium, quia non eſt neceſſe conuerſari cum eis, & non ſunt illis ſubditi in omnibus, ſed ſi timetur periculum, eſt penitus interdicendum.

Art. 11. Vtrum infidelium ritus ſint tolerandi.

Ritus infidelium ſunt tolerandi.

1. *Ex Gregor. d. 45. cap. quia ſincera.*

2. *Regimen humanum deriuatur à diuino. At Deus permittit aliqua mala fieri, ne tollantur maiora bona, aut ſequantur maiora mala. Ergo etiam qui præſunt hominibus debent permittere aliqua mala, vel propter aliquod bonum, vt in teſtimonium noſtræ fidei, ritus Iudæorum, vel ad aliquod malum vitandum, vt ſcandalum, & impedimentum ſalutis, vt ritus infidelium, qui ſic tolleràti paulatim ad fidem conuertuntur, ob quã etiam cauſam hæreticorum ritus Eccleſia aliquando tolleranit. Vnde patet ad tria arg.*

1. Concl. Aug. l. 2. de ord. c. 4.

Art. 12. Vtrum pueri Iudæorum, & aliorum infidelium ſint inuitis parentibus baptizandi.

1. Concl. Pueri Iudæorum, & aliorum infidelium ante vſum rationis, non ſunt inuitis parentibus baptizandi.

1. Fieret eis iniuria quia amitterent ius patriæ poteſtatis.

2. Ex conſuetudine Eccleſiæ, quæ id facere non conſueuit.

3. Vergeret in detrimentum fidei: nam parentes facile inducerent poſtea filios ad relinquendum, quod ignoranter ſuſceperunt.

4. Cum ſimus naturaliter ſit aliquid patriæ, & de iure naturæ, ante vſum rationis ſit ſub eius cura, eſſet contra iuſtitiam naturalem: ſi puer à cura parentum ſubtraheretur, & aliquis: de eo ordinaretur inuitis parentibus. Vnde de pueris antiquorum patrum dicitur, quod ſaluati ſunt in fide parentum. quo datur intelligi parentum eſſe præuidere filijs de ſalute.

2. Concl. Cum habent vſum rationis, etiam inuitis parentibus ſunt inducendi ad fidem, non coactione, ſed perſuaſione.

†3. Concl. Coniuges habent liberum arbitrium, & ideo vnus poteſt alterum inuito, fidei aſſentire, non ſic puer, &c.

4. Concl. Sicut nullus debet eripi à morte naturali contra leges ciuiles, ita nec aliquis debet rumpere ordinem iuris naturalis, vt aliquem liberet à morte æterna.

5 Concl. Iudæi ſunt ſerui ſeruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis, & diuini.

6. Concl. Cum homo ordinetur ad Deum per rationem, puer ante vſum rationis ad Deum ordinatur naturali ordine per rationem parentum.

7. Concl. Periculum de prædicatione omiſſa imminet illis quibus eſt commiſſum officium prædicandi: at prouidere pueris de ſacramentis Eccleſiæ, pertinet ad eorum parentes, &c.

Quæſtio 11. De Hæreſi.

Art. 1. Vtrum hæreſis ſit infidelitatis ſpecies.

1. Concl. HÆreſis eſt infidelitatis ſpecies, pertinens ad eos, qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogmata corrumpunt.

1. *Hæreticus eſt, qui falſas opiniones ſignat, vel ſequitur, falſitas autem opponitur fidei. Ergo*

2. *Species infidelitatis ſumuntur ſecundũ diuerſi-*

nem à fine fidei, quæ est Christus, quia in vnaquaque credulitate finis est is; cuius dicto aliquis assentit. Sed a Christo quis auertitur, vel quia non vult ei assentire, vnde infidelitas paganorum, & Iudeorum, sed quia deficit in electione eorum, quibus Christo assentiat & hæc est hæresis, quæ eligit noxia, quæ a Christo sunt tradita, sed quæ propria mens suggerit, & cum dicat electionem, quæ est circa finem, erit eorum, quæ sunt ad finem, Ergo.

† 2. Concl. Eo modo electio pertinet ad infidelitatem, quæ est in intellectu, sicuti voluntas ad fidem.

1. Concl. Finis proximus hæresis est adhærere falsæ sententiæ propriæ, & ex hoc speciem habet: ex fine autem remoto, scil. cetera superbia, vel cupiditate ostenditur eius causa.

4. Concl. Hæresis & secta idem sunt, & pertinent ad opera carnis, non quantum ad actum infidelitatis respectu proximi obiecti, sed respectu causæ, scilicet superbiæ, vel cupiditatis.

Art. 2. Vtrum hæresis sit proprie circa ea, quæ sunt fidei.

1. Concl. Hæresis est proprie circa ea, quæ sunt fidei, vel directe & principaliter, vt sunt articuli: vel secundario, vt sunt reliqua.

1. Ex Aug. quia ait, illa esse pestifera dogmata, quæ opponuntur dogmatibus fidei.

2. Dum loquitur de hæresi solum vt dicit corruptionem fidei Christianæ. Ergo solum tunc est, quando quis habet falsam opinionem circa ea quæ ad fidem pertinent, vel directe, vel indirecte, de quibus potest esse hæresis, sicut & fides.

2. Concl. Sicut hæreses Iudæorum, & Paganorum sunt circa ea quæ ad eos pertinent, ita hæreses Christianorum sunt circa ea, quæ pertinent ad fidem.

3. Concl. Qui aliter exponit scripturas, quam Spir. sanctus efflagitat, contrariatur ei, quod est per Spir. sanctum reuelatum: & quia ex inordinata locutione circa ea, quæ sunt fidei, sequi potest corruptio fidei, etiam circa hæc potest esse hæresis.

4. Concl. 24. q. 3. c. dixit. 24. q. 1. ca. quæritis. Doctores dissentientes in aliquibus circa fidem, nondum per Ecclesiam determinatis, cuius auctoritas principaliter relidet in summo Pontifice, non sunt inter hæreticos collocandi, quia sic quærunt veritatem, vt sint parati corrigi, cum inuenerint.

Artic. 3. Vtrum hæretici sint tolerandi.

1. Concl. Hæretici non sunt tollerandi.

Hæreticum hominem, ait Paulus, post primã & secundam correctionem deuita.

Ex parte ipsorum hæreticorum est peccatum, per quod merentur non solum ab Ecclesia per excommunicationem separari, sed etiam per mortem à mundo excludi. 2. Concl.

Quia grauis est corrumpere fidem, per quam anima est vita, quam falsificare pecunias, quib. temporalis vita subuenitur, sed propter hoc iuste homines, per seculares Principes mortis traduntur Ergo.

Ex parte Ecclesiæ est misericordia ad errantium conuersationem, & ideo non statim condemnat, sed post primam, & secundam correctionem, vt ait Apost. 3. Concl.

Si adhuc homo pertinax inueniatur, separat illum per excommunicationem, & vlterius relinquit iudicio seculari per mortem à mundo exterminandum. 4. Concl. 24. q. 3. resecande. 2. Tim. 3.

Quia cum de eius conuersione desperet, aliorum saluti prouidet.

Oportet ex Paulo seruum Dei esse mansuetum cum modestia, &c. ad quam pertiner, vt primum, & secundum frater corripiatur, &c. † 5. Concl.

Vtilitas ex hæresibus, est præter opinionem ipsorum, dum constantia fidelium comprobatur: corruptio autem est per se ab illis intenta. 6. Concl.

Si totaliter eradicentur per mortem hæretici, non fit contra præceptum Domini, quod tunc habet locum, quando non possunt extirpari zizania sine extirpatione tritici. Matt. 13.

Art. 4. Vtrum reuertentes ab hæresi sint ab Ecclesia recipiendi.

Ecclesia semper recipit ad pœnitentiam reuertentes ab hæresi. 1. Concl. Matth. 5.

Quia ex institutione Domini, extendit caritatem suam, etiam ad inimicos, & persecutores, quoad bonum spirituale, quod principaliter respicit caritas:

Quoad bonum temporale, quod secundario respicit caritas, reuertentes ab hæresi Ecclesia non recipit post secundam corruptionem. 2. Concl.

Quia non tenetur ex caritate hoc alijs velle, nisi in ordine ad salutem æternam eorum, & fidei cui quæ est præferenda bono temporali. At si semper reciperet, & conseruaret in vita, & alijs bonis, esset in præiudicium salutis aliorum, tum quia si relaberentur alios infecerent, tum quia si sine pœna euaderent, alij securius in hæresim laberentur Ergo. Hoc probat a. g. sed contra ex c. ad abolendam, de hæret. Eccle. 8.

Aliquando Ecclesia reuertentes primo ab hæresi restituit dispensatiue ad dignitates 3. Concl.

Eccle-

Ecclesiasticas, quas prius habeant, & hoc propter bonum pacis.

4. Concl. Relapsos hæreticos non recipit, vt eos cõseruet in vita.

Quia relabi videtur esse signum inconstantiæ

† 5. Concl. Ecclesia, cum non scrutetur, corda præsumit eos non vere reuerti, qui cum recipit fuerint, iterum sunt relapsi, & ideo, &c.

6. Concl. Illud de remissione peccati, intelligitur de peccato in se commissio vt scilicet fratri redeunti semper parcatur non de peccato in proximum, vel in Deum, quod non est nostri arbitrij dimittere.

7. Concl. Infideles qui nunquam fidem susceperunt, conuersi nondum ostendunt signum inconstantiæ circa fidem, vt hæretici relapsi.

Quæstio 12. De Apostasia.

Artic. 1. Vtrum apostasia pertinet ad infidelitatem.

1. Concl. RECESSIO à fide simpliciter, est apostasia, & pertinet ad infidelitatem.

1 *Multi discipuli, Ioan. 6. abierũt retro, de quibus Dominus dixerat, sunt aliqui ex vobis, qui non credunt. Ergo.*

2. *Apostasia importat retrocessionem quandam à Deo, à quo quis potest tripliciter recedere, vnde triplex apostasia. Nam, vel recedit a Deo omnino ratione fidei, per quam erat ei coniunctus. & hæc recessio dicitur simpliciter apostasia, & pertinet ad infidelitatem: vel ratione debitæ obedientiæ mandatorum, vel ratione alicuius specialis obedientiæ, qua quis erat vnitus Deo per supererogationem, vt per religionem, vel sacrum ordinem: & hæc dicitur Apostasia ordinis, vel religionis: quibus duabus apost. sijs existentibus potest quis manere coniunctus Deo per fidem, sed si a fide recedat non ista. Ergo.*

† 2. Concl. Eccl. 10. Illud. *Initium superbi*, &c. intelligitur de apostasia à mandatis Dei.

3. Concl. Etiam quædam exteriora opera, verba ad infidelitatem pertinent, ac proinde etiam ad apostasiam, inquantum sunt infidelitatis signum. Illud, *Homo apostata vir inutilis*, intelligitur de apostasia a fide sine qua impossibile est placere Deo. Prou. 6.

4 Concl. 2. Pet. 2. Apostasia non importat determinatam speciem infidelitatis, vt hæresis, sed circunstantiam aggrauantem, secundum illud, *melius erat ei veritatem &c.*

Artic. 2. Vtrum Princeps propter apostasiam à fide amittat dominium in subditos, ita quod ei obedire non teneantur.

1. Concl. Dominium & infidelitas non pugnant, sed possunt esse simul.

Quia dominium est de iure naturæ, distinctio fidelium, & infidelium, ac iure diuino, quod non tollit ius humanum.

2. Concl. Aliquis per infidelitatem peccans, potest sententialiter ius dominij amittere; sicuti & propter alias causas.

3. Concl. Ad Ecclesiam non pertinet punire infidelitatem in illis, qui nunquam fidem susceperunt.

Patet ex 1. Cor. cap. quinto.

4. Concl. Potest Ecclesia sententialiter punire infidelitatem eorum, qui fidem susceperunt, & conuenienter in hoc puniuntur, quod dominio in subditos priuantur: Quare statim ac quis denunciatur excommunicatus propter apostasiam à fide, eius subditi sunt absoluti à iuramento fidelitatis.

1. Ex Greg. qui hæc docet.

2. *Alias posset in magnam fidei corruptionem; quia vir apostata machinatur malum, &c.* 15. q. 6. c. nouo. sanctorũ Prom. 6.

† 5. Concl. Ecclesia à principio tollerauit, vt fideles obedirent Iuliano apostatæ, in his, quæ nondum erant contra fidem, vt maius periculũ fidei vitaret.

6. Concl. Non est eadẽ ratio, vt est dictũ, de his, qui nunquam fidem susceperunt, & de apostatis.

7. Concl. Apostasia totaliter separat à Deo, quod non contingit in quibuscunque alijs peccatis, vnde, &c.

Quæstio 13. De peccato blasphemiæ in generali.

Artic. 1. Vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei.

1. Concl. NOmen blasphemiæ, importat quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis & maxime Dei, qui est essentia bonitatis.

2. Concl. Quicũque, vel negat aliquid de Deo, quod ei conuenit, vel asserit de eo, quod ei non conuenit, derogat diuinæ bonitati, ac proinde blasphemat: quod vel sola mentis opinione, vel etiam affectus detestatione fit.

Si diuinæ bonitatis derogatio cõsistat tãtum in corde, est cordis blasphemia; si prodeat exterius per locutionẽ, est oris blasphe-

mia, & hic confessioni opponitur. Vnde Paulus, *Prime fui blasphemus, &c.*

Tem.1. 4. Can. b

Qui loquitur contra Deum, conuitium inferre intendens, derogat diuinæ bonitati secundum paruitatem voluntatis detestantis, & ita impedientis pro posse diuinum honorem, quod est balsphemia perfecta.

1 Concl.

Balsphenia, quæ fit in sanctos, ex consequenti in Deum redundat, sicuti & eorum laudes.

5 Concl.

Etiam quando attribuitur creaturæ, quod Deo appropriatur, est blasphemia circa Deum.

Quia est ipsum Deum dicere idem creaturæ.

Artic. 2. Vtrum blasphemia semper sit peccatum mortale.

1. Concl.

Blasphemia est peccatum mortale ex suo genere.

1. Quoniam propter eam infertur pœna mortis in scr. pura. Ergo

Conc. 24.

2. Quæcunque caritati repugnant ex suo genere sunt peccata mortalia, At blasphemia ex suo genere repugnat caritati diuinæ, quia derogat diuinæ bonitati, Ergo

2. Concl.

Blasphemia non est ponenda inter minora peccata, licet glos. ad glos. Col. 3. Inter minora dicat numerari, in quibus etiam de maioribus ponuntur.

3. Concl.

Blasphemia prohibetur eodem præcepto, quo infidelitas, vel periurium.

1. Concl.

Quando quis prorumpit in verba imaginata ex passione, & eorum significationem non considerat, tunc est peccatum veniale, & non habet proprie rationem blasphemiæ sed quando aduertit esse blasphemiam, & considerat significata verborum, non excusatur à mortali.

Artic. 3. Vtrum peccatum blasphemiæ sit maximum peccatum.

Concl. Ipa 18.

Blasphemia est maximum peccatorum pertinens ad genus infidelitatis, & ipsum aggrauans

1. Ex Gles. quæ att. omne peccatum blasphemiæ comparatum, leuius est.

2. Blasphemia opponitur confessioni fidei, & ita habet grauitatem infidelitatis & aggrauatur, si superueniat detestatio voluntatis & adhuc magis, si prorumpat in verba, sicut Iam, quæ augetur per dilectionem & confessionem. Ergo cum infidelitas sit maximum peccatum, secundum suum genus, etiam blasphemia erit maximum, & ipsum aggraua b.

2 Concl.

Blasphemus ex intentione, simpliciter magis peccat, quam homicida: quia intendit nocumentum inferre honori diuino: & etiam ratione obiecti, quia facit directe contra Deum, homicida autem contra proximum: at secundum effectum nocendi homicidium est grauius.

Qui periurat, non dicit, aut sentit aliquid falsum de Deo, vt blasphemia, & ideo minus peccat: non enim dicit Deum esse falsum, sed sperat quod super hoc non testificetur per aliquod euidens signum. 3. Concl.

Excusatio peccati dicitur maximum peccatum, quia est circũstantia aggrauans omne peccatum. 4. Concl.

Artic. 4. Vtrum damnati blasphement.

In damnatis est interior cordis blasphemia s. detestatio diuinæ iustitiæ, & credibile est, quod post resurrectionem erit in eis vocalis blasphemia, vt in beatis vocalis laus. 1. Cor. 15.

1. Ex Glos. supra illud æstuauerunt homines æstu maximo, & blasphemauerunt, &c. Apoc. 16.

2. Quia habent pernersam voluntatem auersam a Dei iustitia in hoc, quod dilgunt ea pro quibus puniuntur. & vellent eis esse: & odio habent pœnas, quæ pro huiusmodi peccatis infligũtur Ergo.

Homines deterrentur à blasphemia propter pœnas: quas putant se euadere, at damnati hoc non sperant. † 2. Concl.

Mala in damnatis non sunt demeritoria, sed pertinent ad damnationis pœnam: quare blasphemant, sed non demerentur. 3. Concl.

Qui in peccato mortali decedit licet hic non blasphemauerit, fert tamen secum voluntatem detestandi iustitiam diuinam, & sic poterit in eo esse blasphemia. 4. Concl.

Quæstio 14. De blasphemia in Spiritum Sanctum.

Artic. 1. Vtrum peccatum in spiritum sanctum, sit idem, quod peccatum ex certa malitia.

Peccare ex malitia, id est ex habitu, non est peccare in spiritum sanctum. 1. Concl.

Peccare ex certa malitia, id est, ex electione mali, prout quis contemnit, quæ poterant retrahere a peccato, est peccare contra spiritum sanctum. 2. Concl.

Ille, ait Magister, peccat in spiritum sanctum, cui malitia propter se placet, quod est peccare ex certa malitia.

Aliqui, vt Hilar. Ambros. Hieron. & Chrysost. dicunt peccatum in Spiritum sanctum 1. Concl.

esse

esse, quando ad literam dicitur contra Spiritum sanctum. Vnde Iudæi blasphemabant in Spiritum sanctum, cum attribuebant, quæ Christus faciebat virtute Spiritus sancti, principi dæmoniorum.

4. Concl. Aug. dicit esse finalem impœnitentiam, cum quis perseuerat in peccato mortali, vsque ad mortem.

5. Concl. Alij dicunt esse, quando peccatur contra id, quod est appropriatum Spiritui sancto scilic. contra bonitatem quod contingit, vel ex inclinatione habitus vitiosi, vel ex contemptu, abijciendo occasionem emendadi, & hoc est peccatum in spiritum sanctum ex certa malitia contra eius effectus.

† 6. Concl. Etiam blasphemia spiritus sancti potest consistere in ore, corde, & opere, sicuti confessio fidei.

7. Concl. Peccatum in spir. sanct. diuiditur contra peccatum in filium hominis, prout hoc peccatum est ex ignorantia & infirmitate.

8. Concl. Licet peccatum ex certa malitia, vt est ex inclinatione habitus non sit speciale peccatum: tamen, vt prouenit ex speciali contẽptu effectus spiritus sancti, est speciale genus peccati.

Articul. 2. Vtrum conuenienter assignentur sex species peccati in spiritum sanctum.

1. Concl. lib. de fid. c. 3. Ethc. Conuenienter assignantur sex species peccati in spiritum sanctum, scilicet desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis agnitæ, & inuidia fraternæ gratiæ.

28. ser. 11. de ver dom. *Pater ex Aug. qui varijs in locis has species numerat.*

2. Concl. Hæ species sumuntur secundum remotionem, vel contemptum eorum, per quæ potest homo ab electione peccati impediri, quę primo sunt ex parte diuini iudicij per spem misericordiæ, quæ tollitur per desperationem & per timorem iustitiæ, qui tollitur per præsumptionem. Secundo ex parte donorum Dei, vt per cognitionem veritatis, quam tollit impugnatio veritatis agnitæ: & per auxilium interioris gratiæ, cui opponitur inuidia fraternæ gratiæ. Tertio ex parte peccati, vt per inordinationem & turpitudinem actus, & contra hoc ponitur impœnitentia, vt dicit propositum non pœnitendi: aut per paruitatem, seu breuitatem boni, quod quis in peccato quærit, & hoc tollitur per obstinationẽ.

† 3. Concl. Peccatum desperationis, & præsumptionis non consistit in hoc quod Dei iustitia, vel misericordia non credantur, sed in hoc, quod contemnuntur: ideo non pertinet ad infidelitatem.

4. Concl. Obstinatio, & impœnitentia non solum differunt secundum prætetitum, & futurum, sed etiam secundum quasdam formales rationes: & ideo ponuntur diuersæ species.

5. Concl. Gratia & veritas sunt per Christum: prout ea dedit spiritus sancti dono, ideo corũ blasphemia non ad filium, sed ad spiritum sanctum pertinet. Ioan. 1.

6. Concl. Nolle obedire pertinet ad obstinationem, simulatio pœnitentiæ ad impœnitentiam, & schisma ad inuidiam fraternæ gratiæ.

Artic. 3. Vtrum peccatum in Spiritum sanctum sit irremissibile.

1. Concl. Si finalis impœnitentia dicatur peccatum in spiritum sanctum, certum est, cur dicatur irremissibile.

Quia peccatum in quo homo perseuerat vsque ad mortem, nec in hac vita, nec in futura dimittitur.

2. Concl. Secundum alias duas sententias supra numeratas dicitur hoc peccatum irremissibile, non quod nullo modo remittatur, sed quia quantum est de se, habet meritum, vt non remittatur, & quantum ad pœnam, & quantum ad culpam.

Nam qui ex malitia peccat, vel opera Spir. sancti diabolo tribuit, nullam excusationem habet, cur eius pœna minuatur: similiter non potest curari culpa, cum ea despiciuntur, quæ culpam tollũt: ideo dicitur irremissibile. Matth. 12 Et August. tanta est labes huius peccati, quod humilitatem deprecandi subire non potest. lib. de serm. Dom.

3. Concl. Per hoc quod non præcluditur via remittendi & sanandi misericordiæ diuinæ, per quam aliquando tales quasi miraculose spiritualiter sanantur.

4. Concl. Eph. 5. De nullo est desperandum considerata omnipotentia, & misericordia Dei, sed consideratis conditionibus peccatorum dicuntur aliqui filij diffidentiæ.

5. Concl. Etsi liberum arbitrium sit semper vertibile in hac vita: tamen aliquando abijcit à se id, per quod verti potest in bonum, & hac ratione dicitur peccatum irremissibile.

Artic. 4. Vtrum homo possit primo peccare in Spiritum sanctum.

1. Concl. Peccare in Spirit. sanct. ex certa malitia, ex habitu, non contingit à principio.

Quæ oportet, vt actum præcedant. quibus generetur habitus,

2 Concl. Peccare ex certa malitia ex contemptu eorum, quæ retrahere possunt à peccato, plerũque contingit præsuppositis aliis peccatis.

Prou 8. *Impius enim tunc contemnit, cum in profundum venerit.*

3 Concl. Potest contingere, vt aliquis in primo actu peccet per contemptum in spirit. sanct.

Eccl. 11. *Nam vt facile est Deo subito honestare pauperem: ita possibile est per malitiam demonis suggerentis, vt quis statim inducatur ad peccatum grauissimum, quod est peccatum in Spirit. sanct. Potest etiam hoc contingere, ob libertatem arbitrij, ob multas dispositiones precedentes, ob vehemens motuum ad malum, & debilem affectum ad bonum.*

4. Concl. In viris perfectis hoc vix, aut nunquam contingere potest. Ita Orig. lib. 1. periarch. cap. tertio.

Prou. 8.

5. Concl. Sic peccatum in spir. sanct. accipiatur pro finali impœnitentiam certum est supponere alia peccata.

6. Concl. In pluribus, tam in bono, quam in malo proceditur ab imperfecto ad perfectum: tamen non est inconueniens, quod quis incipiat à maiore, quam alius: quod licet sit perfectum in genere suo, est tamen imperfectum secundum seriem processus hominis in melius, vel in peius.

7. Concl. Tertium precedit iuxta primam Concl.

8. Concl. Impœnitentia, vt accipitur ab Aug. præsupponit peccata, sed impœnitentia habitualis, vt constituit determinatam speciem, potest etiam esse ante omnia peccata.

Quæstio 15. De Vitijs oppositis scientiæ & intellectui.

Art. 1. Vtrum cæcitas mentis sit peccatum.

1 Concl. VT cæcitas corporalis est priuatio eius quod est principium corporalis visionis: ita cæcitas mentis est priuatio eius, quod est principium intellectualis visionis: quod vel est lumen naturæ, vel aliud donum naturæ superadditum, vel aliquid per quod homo aliquid intelligit.

2 Concl. Lumine naturali nunquam homo priuatur, sed impeditur ab suo vsu.

3 Concl. Lumine habituali superadd to naturæ, homo interdum priuatur & hæc cæcitas est pœna: vide pater ad secundum.

4 Concl. Cæcitas mentis est priuatio principij intelligibilis, per cuius considerationem homo alia intelligit, quod contingit, vel quia homo habet voluntatem spontanee se auertendi à consideratione talis principij, iuxta illud. *Noluit intelligere, vt &c.* vel per occupationem mentis circa alia, quæ magis diligit, per quæ ab inspectione huius principij auertitur, iuxta illud. *super cecidit ignis*, scilicet concupiscentia, *& non viderunt solem:* & vtroque modo est peccatum Greg in moralibus. Psal. 3. Psalm. 75.

Illa tantum cæcitas excusat à peccato, quæ prouenit ex naturali defectu. † 5. Concl. li. 31. c. 31.

Quamuis intelligere veritatem sit per se amabile: tamen alibi per accidens potest esse odibile, vt impedit ab alijs, quæ magis amat. 6. Con c.

Art. 2. Vtrum hebetudo sensus sit aliud, peccatum à cæcitate mentis.

Hebetudo sensus est aliud peccatum à cæcitate mentis. 1. Concl. li. 31. mor. ca. 31.

1. *quia habet diuersas causas, vt patet ex Greg.*

Hebetudo sensus circa intelligentiam importat quandam debilitatem mentis circa considerationem spiritualium bonorum. At cæcitas mentis importat omnimodam priuationem cognitionis ipsorum. Ergo sunt diuersa peccata: & vtrumque opponitur dono intellectus, quo spiritualia bona percipiuntur.

Hebetudo sensus in intelligibilibus dicitur secundum similitudinem in sensibus corporalibus, in quibus sicut ille dicitur acutus qui percipit obiectum remotum, & ille sensu hebetari, qui non percipit nisi propinqua, & magna sensibilia sic in intelligibilibus, ille habet sensus hebetudinem, qui essentiam rei ex proprietatibus non cognoscit, nec causas per effectus: & tandem non nisi per multa ei expolita. 2. Concl.

Hebetudo habet rationem peccati vt cæcitas mentis, prout est voluntaria. Vnde patet ad obiecta. 3. Concl.

Artic. 3. Vtrum cæcitas mentis, & hebetudo sensus oriantur ex peccatis carnalibus.

Hebetudo sensus circa intelligentiam oritur ex gula, & cæcitas mentis ex luxuria. 1. Concl. li. 31. c. 31.

1. *Ex Greg quibusdam dicet.*

2. *Tunc hebetudo sensus, & cæcitas mentis oriuntur, cum bonum intentio applicatur ad corporalia, quia perfectio intellectualis cognitionis consistit in quadam abstractione à sensibilibus phan-

Arist. 10. eth. c. 4. & 5.

phantasmatibus: ad hoc maxime sit per gulæ, & luxuriam, quæ consistunt circa tactus venereos, & gustum, quorum delectationes sunt maximæ, delectatio autem applicat intentionem ad ea, in quibus aliquis delectatur. Ergo excessus mentis oritur ex luxuria, in qua est vehementior delectatio, & hebetando sensum ex gula.

2. Concl. Dam. c. 1.

Oppositæ virtutes, sc. abstinentia & castitas maxime disponũt hominem ad perfectionem intellectualis operationis.

†3. Concl.

Immundi possunt aliqua scire propter naturalem ingenij bonitatem: sed sua immunditia circa hoc impediuntur.

4. Concl.

Caro non agit in partem intellectiuam alterando eam: sed impediendo operationem ipsius.

5. Concl.

Vitia carnalia quo magis sunt remota à mente, magis eius intentionem ad remotiora distrahunt, & sic magis impediunt, quam vitia spiritualia propinquiora.

Quæst. 16. De præceptis fidei, scientiæ, & intellectus.

Art. 1. Vtrum in veteri lege debuerint dari præcepta credendi.

1. Concl.

Fides vnius Dei est necessaria ante legis præcepta.

Heb. 11.

Lex enim non imponitur ab aliquo domino, nisi subdito, & ideo præcepta supponunt subiectionem. At prima hominis subiectio ad Deum est per finem, quia accedentem ad Deum oportet credere, ex Paulo. Ergo: & ideo Deus ante quam daret præcepta, dixit, ego sum Dominus Deus, &c.

2. Concl.

Supposita fide vnius Dei possunt dari alia præcepta.

Quia in fide multa continentur, ordinata ad fidem, quæ credimus Deum esse. Idem docet Aug. in Ioan.

3. Concl. Rom. 13.

In veteri lege non sunt data de fide talia præcepta.

1. *Ex Paulo, qui legem dixit contra legem fidei, Ergo.*

2. *Quia secreta fidei non erant illi populo exponenda.*

†4. Concl.

Fides est quidem necessaria, tanquam principium spiritualis vitæ, & ideo præsupponitur ad legis susceptionem, sed non præcipitur.

5. Concl. Ioan. 14.

Etiam Dominus aliquid præsupposuit de fide, cum dixit, creditis in Deum: & aliquid præcipit, scilicet incarnationem, cum, inquit, *& in me credite.*

Præsupposita fide vnius Dei in lege, fuerunt dando prohibitiua præcepta, quibus homines prohiberentur à particularibus defectibus: per quos fides corrumpi posset. 6. Conc.

Magis potuerunt dari præcepta in lege pertinentia ad confessionem fidei vel ad doctrinam, quam pertinentia ad ipsam fidem. 7. Conc.

Cum sapiens ait, *qui timetis Dominum, &c.* supponit fidem de Deo, quem non timet, qui non credit, quod addit, *credite illi*, refertur ad specialia credibilia. 8 Concl. Eccle. ..

Art. 2. Vtrum in veteri lege conuenienter tradantur præcepta pertinentia ad scientiam, & intellectum.

1. Concl.

In veteri lege conuenienter traduntur præcepta pertinentia ad scientiam & intellectum

1 *Deut. 4. Audientes omnes si præcepta hæc dicant, en populus sapiens, & intelligens.*

2. *Tria considerari possunt circa scientiam & intellectum, scilicet acceptio ipsius, vsus, & conseruatio omnibus his præcipitur in lege, Ergo. De acceptione, quæ fit per doctrinam & disciplinam, dicitur*, erunt verba hæc, quæ ego præcipio in corde tuo, &c. *De vsu, qui est eorum contemplatio.* Et meditaberis ea sedens in domo tua *De conseruatione, quæ fit per memoriam*, & ligabis ea quasi signum in manu tua. *Hæc mandata abundantius in nouo testamento, tam in doctrina euangelica, quam apostolica leguntur.* Deut. 6.

†2. Con.

Scientia, & intellectus fidelium consistunt in præceptis legis, & ideo primum sunt proponenda legis præcepta, postea homines inducuntur ad eorum scientiam, vel intellectum, ideo non præcedunt præcepta decalogi ad obiectionem pertinentia.

3. Concl.

Dantur etiam præcepta pertinentia ad disciplinam, vt dictum est, expressius tamen percipitur doctrina, quia pertinet ad maiores, per quos præcepta legis debent ad minores peruenire.

4. Conc.

Scientia legis Dei non est ita annexa officio regali, sicuti officio sacerdotis, cui intelligitur iuncta cum officio ipso, Ideo Regibus fuerunt danda specialia præcepta de institutione legis.

5 Conc.

Illud, *meditaberis ea dormiens*, intelligitur, vadens dormitum.

Quæstio 17. De ſpe.

Art. 1. Vtrum ſpes ſit virtus.

1. Concl. l. 3. 1. mor. c. 31. 2. eth. ca 6

SPes eſt virtus.

1. Ex Greg qui hoc docet.

2. *Quod facit actum hominis bonum & debitã regulam attingentem eſt virtus, quæ ex Ariſtot. facit bonum habentem, & eius opus bonum reddit, dum attingit regulam rationis vel Dei. At ſpes: quæ eſt de bono futuro arduo poſſibile per diuinum auxilium, eſt huiuſmodi, quia eius actus attingit ad Deum, qui eſt ſupremus: quia & mensura humanorum actuum. Ergo.*

† 2. Concl.

Spe quæ attingit debitam menſuram, ſcilicet, Deum, nemo poteſt male vti: ſicuti nec virtuti morali.

3. Concl.

Habitus ſpei per quem aliquis expectat beatitudinem non caulatur ex meritis, ſed ex gratia, dicitur autem cauſari ratione rei ſperatæ, prout quis ſperat beatitudinem conſequi etiam ex meritis.

4. Concl.

Qui ſperat, eſt quidem imperfectus ratione rei ſperatæ quã nõ habet, ſed eſt perfectus, quatenus iam attingit propriam regulam, ſcilicet Deum.

Art. 2. Vtrum beatitudo externa ſit obiectum proprium ſpei.

1. Concl.

Proprium & principale obiectum ſpei eſt beatitudo æterna.

1. *Quia Paul. ait nos habere ſpei incidentã ad interiora velaminis, id eſt, ad beatitudinem: ex Gloſ.*

2. *Cum ſpes attingat Deum, innitens eius auxilio, oportet, vt ſit circa bonum infinitum, vt proportionetur virtuti Dei adiuuantis, quæ eſt infinita. Hoc autem bonum eſt vita æterna, quæ in fruitione Dei conſiſtit. Ergo.*

2. Concl.

Beatitudo æterna non aſcendit in cor hominis viatoris, vt cognoſcatur quæ & qualis ſit: ſed tamen ſecundum communem boni perfecti poteſt cadere in apprehenſione hominis, & ſic eam reſpicit ſpes.

3. Concl.

Spes reſpicit alia bona præter beatitudinem ſecundario, & in ordine ad beatitudinem.

4. Concl.

Licet aliqua bona præter beatitudinem ſint ardua, tamen ſpes eſt circa ea in ordine ad principale bonum.

Artic. 3. Vtrum aliquis poſſit ſperare alteri beatitudinem æternam.

5. Concl. 9. ench. 8.

Abſolute loquendo ſpes eſt ſolius boni arduii ad ſe pertinentis.

1. *Ex Aug. qui ait, ſpem eſſe rerum, quæ pertinent ad eum, qui ſperat.*

2. *Motus ſemper eſt ad terminum proportionatum mobili. At ſpes eſt motus quidam, ac tendentia in Deum.*

2. Concl.

Præſuppoſita vnione amoris ad alterum, poteſt aliquis alteri ſperare ſalutem.

Quia ex caritate conſideratur alter vt vnus cũ ſperante.

3. Concl.

Quare ſicuti eſt eadem caritas, qua quis diligit Deum, ſeipſum, & proximum: ita eſt eadem virtus ſpei, qua quis ſperat ſibi ipſi, & alij. Vnde patet ad obiecta.

Artic. 4. Vtrum aliquis poſſit licite ſperare in homine.

1. Concl. cap. 17.

Non licet ſperare de aliquo homine aut creaturã, vt de prima cauſa mouente ad beatitudinem.

1. *Maledictus homo, ait Ierem. qui confidit in homine.*

2. *Sicuti ſpes reſpicit beatitudinem æternam; vt vltimum finem, ſic diuinum auxilium vt primam cauſam inducentem ad beatitudinem. Ergo.*

2. Concl.

Licet ſperare de aliquo homine, vel creatura ſicut de agente ſecundario & inſtrumẽtali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcunque bona conſequenda ad beatitudinem ordinata: & ſic ad ſanctos conuertimur.

Quia poſſumus ſperare ſecundario aliqua bona ad finem. Ergo & ſecundario ſperare de homine. Et vituperamur illi, de quibus aliquis confidere non poteſt ad auxilium ferendum. Vnde patet ad obiecta.

Articul. 5. Vtrum ſpes ſit virtus theologica.

1. Concl. 1. Cor. 13.

Spes eſt virtus theologica.

1. *Ad Paulo commemoratus ſpes, fides, & caritas, quæ ſunt virtutes theologicæ. Ergo.*

2. *Spes, in quantum eſt virtus, principale obiectũ eſt Deus: ex hoc enim habet, quod ſit virtus, quæ attingit Deũ, eique innititur, & in ipſum fertur. At in hoc conſiſtit ratio virtutis theologicæ, vt Deũ habeat pro obiecto. Ergo*

† 2. Concl.

Quamuis ſpes ſit circa alia bona, tamen omnia ordinat ad Deum.

3. Concl.

Spes nõ habet medium & extrema ex parte principalis obiecti, quia verſatur circa ipſam regulam diuinam, & diuino auxilio nemo poteſt nimis innitilicet quantum ad ea, quæ confidit aliquis ſe adepturum, poſſunt eſſe medium & extrema, inquantum præſumit, vel deſperat.

4. Concl.

Expectatio, quæ ponitur in definitione ſpei, importat auxilium diuinum, nõ autem

dila-

dilationem, vt expectatio quæ pertinet ad longanimitatem, & ideo spes non est virtus moralis.

5. Concl. Magnanimitas tendit in arduum sperans aliquid, quod est suæ potestatis, non sic spes.

Artic. 6. Vtrum spes sit virtus distincta ab alijs virtutibus theologicis.

1. Concl. Spes est virtus distincta ob alijs virtutibus Theologicis.

1. mor. c. 18. 1. *Vbi non est distinctio, ibi non est numerus. At spes connumeratur inter alias virtutes Theologicas à Gregor. Ergo.*

2. *Virtutes Theologicæ distinguuntur secundum modum, quo inhærent obiecto, quod est Deus. Spes autem dicit modum à fide & caritate Deo inhæret, quia spes facit nos Deo adhærere, vt est principium perfectæ bonitatis in nobis: fides vt est principium cognoscendæ veritatis, caritas autem facit nos adhærere Deo per seipsum vniendo hominis mentem ipsi Deo per affectum amoris. Ergo.*

† 2. Concl. Quamuis Deus sit simplex & vnus: tamen secundum aliam, & aliam rationem est obiectum virtutum, & ad distinctionem habitum sufficit diuersa ratio obiecti.

3. Concl. Expectatio de resurrectione ponitur in symbolo fidei, sed inquãtum actus spei præsupponit fidem, & actus fidei manifestatur per actus spei.

4. Concl. Non eodem modo spes & caritas se habent erga Deum, quod est obiectum virtutum Theologicarum: quoniam spes facit tendere in Deum, vt in bonum quoddã finale adipiscendum: at vero caritas non sic se habet erga Deum, sed vnit nos Deo per affectum amoris.

Art. 7. Vtrum spes præcedat fidem.

1. Concl. Fides præcedit spem.

1. *Glos. super illud, Matth. 1. Abraham genuit Isac, id est, Fides spem.*

2. *Ad hoc, vt aliquis speret, oportet, vt ei proponatur obiectum spei, quod vno modo est beatitudo æterna, alio modo auxilium diuinum, vt possibile. At vtrunque sit per fidem, per quam nobis innotescit, quod ad vitam æternam possimus peruenire, & quod ad hoc nobis est paratum Dei auxilium. Ergo.*

2. Concl. Hebr. 11. Spes dicitur introitus fidei, quia per eam homo intrat adhuc, vt stabiliatur, & perficiatur in fide.

3. Concl. Cassiod. In definitione fidei ponitur res speranda, non quod spes præcedat fidem, sed quia obiectum fidei non est apparens secundum seipsum.

4 Concl. Quamuis ad actum meritorium sit necessaria spes: tamen non est necesse, vt actus meritorius habeat spem præcedentem, sed ad hoc sufficit vt habeat spem vel concomitantem, vel subsequentem.

Artic. 8. Vtrum caritas sit prior spe.

1. Concl. Secundum ordinem in via generationis, secundum quem imperfectum est prius perfecto, spes est prior caritate.

1. Tim. 1. 1. *Ex Glos. super illud, finis præcepti caritas.*

2. *Spes pertinet ad amorem imperfectum, quo quis amat aliquid, vt bonum sibi si proueniat, quoniam qui sperat, aliquod sibi bonum obtinere intendit. At amor imperfectus est prior amore perfecto via generationis eoque amatur aliquid secundum seipsum, quod ad caritatem pertinet. Ergo.*

3. *Spes introducit ad caritatem inquantum aliquis sperans remunerari a Deo accenditur ad amandum Deum. Ergo.*

2. Concl. Secundum viam perfectionis naturaliter prior est caritas, qua aduenient spes perfectior redditur, & sic intelligitur Ambr. Vnde pater ad primum.

†3. Concl. Omnis motus & affectus est ex amore, vt patet ex auctoritate diui Augustini allata: Verum ex hoc non sequitur quod omnis spes oriatur ex caritate, quæ est amor quidam: quoniam solum à caritate nascitur motus spei formatæ.

4. Concl. Similiter auctoritas sumpta ex Magistro lib. 3. senten. distinct. 26. de eadem spe caritate informata intelligenda est, quam naturaliter præcedunt caritas, & merita, quæ ex caritate causantur.

Quæstio 18. De subiecto spei.

Artic. 1. Vtrum Spes sit in voluntate, sicut in subiecto.

1. Concl. lib 14. de Trin. c. 3. SPes est in voluntate sicut in subiecto.

1. *Spes cum sit virtus theologica habet Deum pro obiecto, quem ex Aug. memoria, intelligentia, & voluntate attingimus, debet esse in anima, & non est in memoria, neque in intelligentia, quæ pertinent ad vim cognoscitiuam. Ergo erit in voluntate.*

† 2. Concl. 2. *Cum obiectum spei sit bonum, oportet, vt spes sit motus appetitiuæ partis: sed non potest esse motus appetitus sensitiui, quia eius principale obiectum, non est bonum sensibile, sed diuinum. Ergo erit motus appetitus superioris, qui dicitur voluntas.*

Obiectum irascibilis est arduũ sensibile,

ſpei vero arduum intelligibile, ideo pertinet ad voluntatem.

3. Concl. Caritas perficit voluntatem ſolum quantum ad diligere, ſed quantum ad alios actus requiruntur aliæ virtutes, & ita non ſat eſt caritas.

4 Concl. Motus ſpei, & motus caritatis habent ordinem ad inuicem, & ſic non inconuenit, vt ſint eiuſdem potentiæ.

Art. 2. Vtrum ſpes ſit in beatis,

Spes non habet locum in beatis.

1. Concl. Rom. 8. *1. Ex Paulo, quod videt quis, quid ſperat.*

2. Subtracto eo, quod dat ſpeciem rei, ſubtrahitur & res. Sed ſpes recipit ſpeciem à ſuo obiecto principali, quod eſt æterna beatitudo, quod non cadit ſub ratione ſpei, niſi vt eſt futura. Ergo in beatis, cum beatitudo ſit eis præſens, non erit ſpes

† 2. Concl. Etſi Chriſtus eſſet comprehenſor reſpectu fruitionis diuinæ, erat tamen viator reſpectu paſſibilitatis naturæ, & ideo potuit ſperare gloriam impaſſibilitatis: ſed non habebat virtutem ſpei, quæ non reſpicit gloriam corporis, vt principale obiectum.

3. Concl. Beati non poſſunt habere ſpem de continuatione beatitudinis, quia ibi non eſt ratio futuri.

4. Concl. Beati ſperant aliis beatitudidem, non ratione ſpei, ſed caritatis.

5. Concl. Obiectum ſpei non eſt gloria corporis, ſed gloria animæ.

Art. 3. Vtrum ſpes ſit in damnatis,

Spes non eſt in damnatis.

1. Concl. Rom. 13. Cap. 63. *1. Spes eſt cum gaudio, ex Paulo: At in damnatis non eſt gaudium, ex Iſa. Ergo.*

2. Damnati non poſſunt apprehendere beatitudinem, vt bonum poſſibile ſicuti nec beati, vt bonum futurum: quia ad conditionem miſeriæ damnatorum pertinet, vt pœna repugnet voluntati, quod ſit dum ſciunt ſe non poſſe damnationem euadere, ſicuti ad veram beatitudinem, vt beati ſciant beatitudinis perpetuitatem. Ergo ſicuti in beatis non eſt ſpes, ita nec in damnatis.

. Concl. Qui ſunt in purgatorio ſpem habent: quia habent beatitudinem, vt futuram poſſibilem.

2 Concl. Illud, *ecce ſpes eius fruſtrabitur*, intelligitur de diabolo, ſecundum membra eius, ita Greg. b. 7. mor. 24. vel ſi diabolus habet aliquam ſpem non eſt ea, de qua loquimur.

. Concl. Licet in damnatis ſit fides informis, non tamen eſt ſpes, quia illa eſt bonarum, & malarum rerum præteritarum, &c Sed hæc non eſt, niſi bonarum & futurarum.

5. Concl. Defectus ſpei in damnatis non variat demeritum, quia contingit ex mutatione ſtatus, ſicuti euacuatio ſpei in beatis non auget meritum.

Art. 4. Vtrum ſpes viatorum habeat certitudinem.

1. Concl. 3. ſ. d. 26. 1. Tim. 1. Spes viatorum certitudinaliter tendit in ſuum finem, quaſi participans certitudinem à fide, quæ eſt in virtute cognoſcitiua.

1. Quia ſpes eſt certa expectatio, futuræ beatitudinis, ex Mag. & Paul. certus ſum, &c.

2. Quamuis certitudo eſſentialiter ſit in vi cognoſcitiua, participatiue tamen eſt in omni eo, quod à vi cognoſcitiua mouetur infallibiliter ad ſuum finem huiuſmodi eſt ſpes. Ergo. Vnde patet ad primum.

† 2. Concl. Spes non innititur principaliter gratiæ iam habitæ, de qua viator non eſt certus, ſed diuinæ omnipotentiæ & miſericordiæ, de quibus certus eſt quicunque fidem habet.

3. Concl. Quod aliqui deficiant à conſecutione beatitudinis prouenit ex libero arbit. ponente obicem peccati, non autem ex defectu miſericordiæ, & omnipotentiæ Dei, quibus ſpes innititur & ſic non derogatur eius certitudini.

Quæstio 19. De dono timoris.

Art. 1. Vtrum Deus poſſit timeri.

1. Concl. Ierem. 10. Mat. 1. DEus non poteſt eſſe obiectum timoris, prout obiectum timoris eſt id, quod homo refugit.

Quia Deus eſt ipſa bonitas, vnde ſolutur primum.

2. Concl. Si Deus conſideretur, inquantum ab ipſo, vel per comparationem ad ipſum, nobis poteſt aliquod malum imminere, poteſt eſſe obiectum timoris.

1. Quis non timebit te, &c. ait ſcriptura. & alibi, ſi ego Dominus, vbi timor meus?

2. Obiectum timoris non ſolum eſt malum, ſed etiam id, à quo poteſt malum, pœna prouenire At à Deo poteſt prouenire malum pœna quod tamen eſt ſecundum quid malum, licet ſit bonum ſimpliciter, prout pendet ab ordine vltimi finis Ergo.

† 3. Concl. Non eſt inconueniens quod ſpes & timor ſint circa idem, ſcilicet circa Deum ſecundum diuerſas rationes.

4. Concl. A Deo non proueniunt mala culpæ, vt ab auctore, ſed à nobis: mala tamen pœnæ ſunt à Deo, vt habent rationem boni ſimpliciter: & ſic timeri poteſt.

Art.

Art. 2. Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem, initialem, seruilem & mundanum.

1. Concl. Timor conuenienter diuiditur in filialem, initialem, seruilem, & mundanum.

3. 5. d. 34. 1. *Ex Mag. qui sic diuidit.*

2. *Hic est sermo de timore & per ipsum homo à Deo auertitur, & ad eum conuertitur: si auertitur à Deo propter mala, quæ ab eo timet, dicitur timor mundanus: si autem ad eum cõuertatur & ei inhæreat propter timorem pœnæ est seruilis: si ob timorem culpæ, est filialis, quia filius timet offensam patris, si propter vtrunque est initialis.*

† 2. Concl. l. de fid. c. 15 Damas. diuidit timorem, vt est passio animę: vnde assignat sex species: sed hæc diuisio est in ordine ad Deum.

3. Concl. Rom. 8. Timor naturalis non connumeratur inter istos timores, quia præsupponitur bono & malo morali.

4. Concl. 1. Cor. 11. Timor castus mulieris ad virum, & filialis, ad idem pertinent: quia per eandem caritatem Deus pater noster & sponsus noster.

5. Concl. Timor seruilis, initialis, & mundanus respiciunt quidem pœnam, sed diuersimode, ideo debuerunt distingui.

6. Concl. Eadem ratione homo auertitur à Deo propter timorem amittendi bona exteriora, & incolumitatem corporis, &c. quia licet peccata sint diuersa species habent tamen hoc commune, vt à Deo auertant.

Art. 3. Vtrum timor mundanus sit semper malus.

1. Concl. l. 83. q. 4. 33 Timor mundanus semper est malus.

1. *Quia prohibetur à Domino, Nolite timere eos, qui corpus &c.*

2. *Cum timor ex Aug. ab amore semper causetur, oportet, vt timor mundanus causetur ab amore mundano. At amor mundanus est semper malus, quia inititur mundo tãquam fini, in quem appetitus fertur, & à quo specificatur. Ergo etiam timor mundanus, erit semper malus, cum à mala oriatur radice.*

2. Concl. Vituperantur homines, si non reuerentur eos in quibus est aliquid diuini, vel gratiæ vel naturalis imaginis Dei: laudantur vero, si eo non venerentur qui sunt Deo contrarij: vt iudex ille apud Lucam.

3. Concl. Timere, potestates seculares, vt inferunt pœnas ad retrahendum à peccato, non pertinet ad timorum mundanum, sed ad seruilem, vel initialem.

4. Concl. Et quidem naturale vt homo refugiat corporis & rerum temporalium detrimenta: sed quod propter ista recedat à iustitia est contra rationem naturalem. Arist. 3. Ethic. c. 2.

Artic. 4. Vtrum timor seruilis sit bonus.

1. Concl. Timor seruilis ex parte seruilitatis habet, quod sit malus.

Quia, vt talis, repugnat caritati: quæ ex voluntate operaretur, seruus enim non sui causa operaretur, sed quasi ab extrinseco motus, ideo contra rationem seruilitatis est, quod quis ex caritate operetur. Arist. 1. Met. c. 2.

2. Concl. Timor seruilis secundum suam substantiam est bonus: Rom. 8.

1. *Quia vt ait Paulus, est à Spiritu sancto.*

2. *Si non esset ex se bonus, esset, quia seruilitas de eius ratione, sed non est, sicuti nec informitas est de ratione fidei. Nam obiectum timoris est pœna, cui accidit, vt bonum eius contrariatur amittur, vt finis vltimus, & pœna timeatur vt principale malum. Vt accidit in non habente caritatem. Vel quod ordinetur in Deum vt in finem, & pœna non timeatur vt principale malum, vt accidit in habente caritatem. neque enim species habitus mutatur ex hoc quod eius obiectum, vel finis ordinatur ad vltiorem finem.*

† 3. Concl. Glos. intelligitur de eo, qui aliquid facit de amore seruili, vt seruilis est scilicet, non quod ametiustitiam, sed pœnam timeat.

4. Concl. Timor seruilis secundum suum subiectum non oritur ex timore, sed tantum eius seruilitas ex timore nascitur.

5. Concl. Amor mercenarius est semper malus, quia diligit Deum propter bona temporalia: at timor seruilis ex se non dicit, nisi timorem pœnæ, qui ex sui natura non est malus.

Artic. 5. Vtrum timor seruilis sit idem in substantia cum timore filiali.

1. Concl. Trac. 9. in con. 10. Timor seruilis, & filialis non sunt idem secundum substantiam, sed differunt specie.

1. *Ex Aug. qui hos duos timores distinguit.*

2. *Habitus distinguuntur per obiecta: sed obiectum timoris seruilis, quod est malum pœnæ differt specie ab obiecto timoris filialis, quod est malum culpæ, Ergo.*

† 2. Concl. Fides formata & informis non differunt in substantia, quia habent idem obiectum, non sic filialis & seruilis timor.

3. Concl. Licet timor tam filialis quam seruilis respiciant Deum: tamen secundum diuersas habitudines, ideo differunt.

4. Concl. Spes respicit Deum, vt principium, tam respectu fruitionis diuinæ, quã alterius beneficij

t mor autem non sic, sed filialis tantum respectu culpæ, servilis respectu pœnæ.

Artic. 6. Vtrum timor servilis remaneat cum caritate.

1. Concl. Timor pœnæ separationis à Deo includitur in caritate.

2. Concl. Timor servilis in quantum servilis non manet cum caritate.

3. Concl. Timor servilis secundum suam substantiam manet cum caritate, sicuti, & amor sui

1. Quia est à Spiritu sancto. Ergo non tollitur adveniente caritate.

2. Quæ ratio probat omnes tres conclusiones eo modo se habet timor pœnæ ad caritatem, vt amor sui, qui vel se habet ad caritatem, vt ei contrarietur, vt cum quis in sui amore finem constituit, vel vt ab ea includatur, vt cum quis amat se propter Deum, & in Deo: vel vt ab ea distinguatur, vt cum quis diligit se propter proprium bonum, in quo tamen non ponit finem: sic timor pœnæ, qui vel includitur in caritate, vt timor separationis à Deo, quæ est quædam pœna: vel respicit pœnam vt malum principale, contrarium bono: vel vt timetur, sed non constituitur ibi finis.

4. Concl. lib. 14. de civ. cap. Aug. intelligendus est, de timore, vt servilis est: quo etiam modo procedunt aliæ duæ rationes.

Artic. 7. Vtrum timor sit initium sapientiæ.

1. Concl. Timor quantum ad effectum est initium sapientiæ, id est, est id vnde sapientia incipit operari.

1. Psal. 10. Initium sapientiæ est timor Domini.

2. Cum sapientia, apud nos, non consideretur solum, vt est cognoscitiua Dei, vt apud Philosophos, sed etiam vt est vitæ directiua etiam secundum rationes diuinas, oportet vt principium sumat ex eo, quod homo Deum reuereatur, & eo subijciat.

2. Concl. Eccle. 1. Timor servilis est sapientiæ initium extra disponens, inquantum per eum quis discedit à peccato, timor autem filialis est principium, vt primus sapientiæ effectus.

3. Concl. Inest in sapientia secundum eius essentiam, iuxta prima principia sapientiæ, quæ sunt articuli fidei: & secundum hoc fides dicitur initium sapientiæ.

4. Concl. Timor non est principium sapientiæ quantum ad essentiam: & ideo non est necesse, vt sit aliquod sapientiæ.

5 Concl. Eccle. 1. Timor dicitur sapientia in quantum est eius radix: in radice enim videtur esse tota arbor.

6. Concl. Licet fides præcedat timorem, non ideo sequitur, quod timor non sit principium sapientiæ, vt dictum est.

Art. 8. Vtrum timor initialis differat secundum substantiam à timore filiali.

1. Concl. Timor initialis non differt secundum essentiam à timore filiali.

1. Quia perfectum, & imperfectum non diuersificant substantiam rei. Sed sic se habent hi timores, ex Aug. Ergo.

tr. 9. super ca. Ioan. *2. Timor initialis se habet ad timorem filialem sicut caritas imperfecta ad perfectam. Sed caritas perfecta & imperfecta non differunt secundum essentiam. sed tantum secundum statum, Ergo.*

2. Concl. Hic non accipitur timor initialis, vt distinguitur à filiali & seruili: quorum vterq; potest dici initialis, vt est initium sapientiæ, sed vt eo venit statu incipientium, in quibus inchoatur quidam timor per inchoationem caritatis.

† 3. Concl. Timor qui est principium dilectionis non est timor initialis, sed servilis.

4. Concl. Timor initialis non respicit pœnam, vt proprium obiectum, sed vt habet aliquid de timore seruili adnexum: & remota seruilitate in substantia manente caritate imperfecta in eo, qui agit ex amore amicitiæ, & ex timore pœne quod non accidit, vbi est caritas perfecta.

5. Concl. Initialis est quidem medius inter seruilem, & filialem timorem, sed non vt inter ea quæ sunt vnius generis, sed vt imperfectum est medium inter ens perfectum, & non ens.

Artic. 9. Vtrum timor sit donum Spiritus sancti.

1. Concl. Timor filialis, siue castus est donum spiritus sancti.

1. Isa. 11. numeratur inter dona.

2. Dona spir. sancti dicuntur quædam habitus perfectiones potentiarum animæ, quibus reddantur bene mobiles à spiritu sancto, ad quod requiritur, vt subiectum non repugnet, alias enim impediretur motus. Sed hoc facit timor filialis, Ergo.

2. Concl. lib. de grat. & lib. arb. c. 18. 3. Concl. lib. 22. c. 57. Timor mundanus non est donum spir. sancti, ex Aug. & hoc timore Petrus negauit Christum.

Timor servilis non est donum Spir. sancti, licet sit à Spir. sancto.

Quia, vt ait Aug. potest habere annexam voluntatem peccandi.

† 4. Concl. Timor filialis non contrariatur spei, sed

sibi

sibi inuicem cohærent & se inuicem perficiunt.

5. Concl. Cum timor formaliter sit de malo, non respicit Deum vt obiectum, quemadmodum virtutes Theologicæ, & ideo non est virtus Theologica.

6. Con c. Ex hoc, quod amor est principium timoris, non sequitur quod timor Dei non sit habitus contra distinctus à caritate, quare cum amor respiciat bonum, magis habet rationem virtutis, quam timor, qui formaliter respicit malum, cuius fugam importat.

7. Concl. Licet timor filialis, quia Deum reueretur, contrarietur superbiæ: non tamen est idem cum virtute humilitatis, sed solum principium eius.

Art. 10. Vtrum crescente caritate diminuatur timor.

1. Concl. Necesse est, vt timor filialis crescat crescente caritate: sicut effectus crescit crescente causa.

1. Timor Dei, ait Aug. non solum incipit, sed perficit, &c.

lib 83. q. q. 36. *2. Quo magis quis diligit aliquem, eo magis timet eum offendere, & ab eo separari. Ergo.*

2. Concl. Timor seruilis, quantum ad seruilitatem totaliter tollitur adueniente caritate

3. Concl. Timor seruilis manens quantum ad subiectionem, minuitur quantum ad actum

Quia quo aliquis magis diligit Deum, eo minus timet penam, & quia minus attendit ad proprium bonum, & magis confidit de premio

† 4. Concl. Crescente spe diminuitur timor seruilis, non autem filialis

5. Concl. Timor filialis non importat separationem, sed magis subiectionem, vnde amor caritatis actus reuerentiam timoris non minuit, sed auget.

Artic. 11. Vtrum timor remaneat in patria.

1. Concl. Timor seruilis, siue pœnæ nullo modo erit in patria.

Quia excluditur per beatitudinis æterna securitatem, quæ est de eius ratione.

2. Concl. Timor filialis manebit, ac perficietur in patria.

1. *Quia dicitur permanere in seculo.*

2. *Augetur nulla caritate. Ergo eadem perfectè perficietur.*

3. Concl. Hic timor non habebit omnino eundem actum in patria, quem modo habet.

1. Non erit, ait Aug. timor exiens à malo, quod accidere potest, sed tenens in bono, quod amitti non potest.

2. Quia erit ibi fuga huius mali, quod est Deo non subiecto, vt possibilis naturæ, impossibilis autem beatitudini.

3. *Quia nomine timoris significatur ea voluntas, qua nos necesse erit nolle peccare, non sollicitudine infirmitatis, sed tranquillitate caritatis, & sic erit secutus timor.* Aug. li. 14. de ciu. c. 9.

4. Concl. Forrasse dicitur in patria aliquem timorem permanere, quia id permanebit, quo timor ipse perducit.

† 5. Concl. Prom. 1. Illud, *abundantia perfruentur, &c.* excludit à beatis timorem de malo, non timorem securum.

6. Concl. Ioan. 3. Erimus quidem similes Deo, sed non secundum perfectam imitationem, ideo licet Deo non conueniat timor, cum non habeat superiorem, conuenit tamen beatis, quorum beatitudo consistit in perfecta subiectione ad Deum.

7. Concl. Spes dicit defectum seu carentiam.

8. Concl. Beatitudinis, ideo tollitur per eius præsentiam: timor autem dicit defectum naturalem creaturæ, vtpote infinitum distat à Deo, quod etiam erit in patria.

Art. 12. Vtrum paupertas spiritus sit beatitudo respondens dono timoris.

1. Concl. lib. de ser. dom. in mõte c. 1. Paupertas spiritus, est beatitudo respondens dono timoris.

1. *Ex Augustin. qui hoc docet.*

2. *Cum ad timorem filialem pertineat Deo reuerentiam exhibere, & ei subditum esse, id quod ex humili subiectione consequitur, pertinet ad donum timoris. Sed ex perfecta subiectione ad quã requiritur, vt aliquis desinat in seipso, vel in alio magnificari nisi in Deo, sequitur paupertas spiritus. Ergo respondebit dono timoris, cum nihil aliud sit, quam eximanitio inflati, & superbi spiritus, vel obiecto temporalium rerum propria voluntate per instinctum Spiritus sancti.*

† 2. Concl. Omnes beatitudines pertinent ad perfectionem vitæ spiritualis, quia sunt actus virtutis perfectæ: perfectio autem non consistit in ipsa temporalium bonorum defectione, sed est via ad perfectionem: quare ei non respondet beatitudo paupertatis spiritus, sed timor, cui est adiuncta perfectio sapientiæ.

3. Concl. Beatitudo luctus non directe, sed ex consequenti respondet timori.

Quia delectatio extranea ex consequenti etiam timori opponitur.

4. Concl. Spes est motus ad terminum, ideo ei conueni-

uenienter respondet vltima beatitudo : sed timor dicit recessum à termino, à quo, proinde ei respondet prima, quę est per recessum à rebus exterioribus impedientibus diuinam subiectionem.

5. Concl. In fructibus, quæ pertinent ad moderatum vsum, vel abstinentiam à rebus temporalibus, videntur dono timoris conuenire: vt modestia, continentia, &c. & sic ei beatitudo aliqua respondere poterit.

Quæstio 20. De vitiis oppositis.

Art. 1. Vtrum desperatio sit peccatum.

1. Concl. Motus desperationis est vitiosus, & peccatum.

1. Idper quod homines in peccata inducuntur, videtur non solum peccatum, sed principium peccatorum. Desperatio est huiusmodi, ex Paulo. Ergo.

Eph. 4. *2. Motus appetitus conformiter se habens intellectui falso, est malus, quia ex Arist. quod est in intellectu verum & falsum, est in appetitu bonum, & malum. Sed motus intellectus erga Deum, quod peccatori pœnitenti, veniam deneget, est falsus. Ergo desperatio, quæ est motus appetitus ei conformis, erit mala.*

2. Concl. Etiam desperatio dicit conuersionem ad aliquod commutabile bonum ex cõsequenti, inquantum anima deserens Deum, oportet vt consequenter ad alia conuertatur: vt accidit in alijs vitijs contra virtutes Theologicas: alia autem peccata, principaliter consistunt in conuersione, & consequenter in auersione.

3. Concl. Desperatio prouenit indirecte & occasionaliter ex timore: & sic nõ inconuenit, quod ex bona radice, & ex virtute proueniat aliquod peccatum; vt cum quis ex virtute superbit.

4. Concl. Damnati non sunt in statu sperãdi propter impossibilitatem reditus ad beatitudinem; & ideo, quod non sperent, non imputatur eis ad culpam.

Artic. 2. Vtrum desperatio sine infidelitate esse possit.

1. Concl. Desperatio potest esse sine infidelitate, sicut & alia peccata mortalia.

1 Remoto posteriore, non remouetur prius. At fides est posterior fide. Ergo.

2 Desperatio pertinet ad appetitum, qui est particularium; fides autem ad intellectum, qui est vniuersalium. Sed contingit aliquem habentem rectam æstimationem in vniuersali circa mortem appetitum peruersum non recte se habere; quia est corrupta æstimatio particularis, qua mediante ab æstimatione vniuersali ad appetitũ rei particularis deuenitur. Ergo aliquis retinendo in vniuersali veram æstimationem fidei, quod scil. sperandum sit in Deum, potest pati istum desperationis, scil. quod sibi in tali casu existenti non sit sperandum de venia, corrupta æstimatione circa particulare. Ergo.

† 2. Concl. Certitudo spei potest auferri non solum sublata vniuersali æstimatione fidei, quæ est sicuti prima eius causa, sed etiam sublata æstimatione in particulari.

3. Concl. Qui in vniuersali æstimaret diuinam misericordiam non esse infinitam, esset infidelis: sed desperans non est huiusmodi, quia tantum existimat propter aliquam particularem dispositionem non esse de diuina misericordia sperandum. Idem dicendum ad 3. quia Nouatiani Vniuerse negant remissionem peccatorum.

Art. 3. Vtrum desperatio sit maximum peccatorum.

1. Conc. Peccata, quę opponuntur virtutibus theologicis, suo genere sunt grauiora alijs.

Quia in hoc, principaliter consistit grauitas peccati, quod auertat à Deo, qui est horum virtutum obiectum, quibus virtutibus opponitur infidelitas, desperatio, & odium Dei.

2. Concl. Infidelitas, & odium Dei, ex se, sunt grauiora desperatione.

Quia illa duo sunt contra Deum, secundũ quod in se est verus, & bonus: hæc autem est contra Deũ, prout eius bonum participatur à nobis. Ergo maius peccatũ est non credere Deo veritatem, vel eum odisse, quam non sperare ab eo consequi gloriam.

3. Concl. Desperatio comparata ad illa duo peccata ex parte nostra est periculosior.

1. Quia in scriptura vocatur peccatum insanabile.

Prou. 24. *2. Subtracta spe homines irrefrenate labuntur in vitia, & a bonis operibus retrahuntur. Vnde Gios dixit, nihil esse desperatione execrabilius: & Isid. ait, desperare, esse descendere in infernum. Vnde patet ad obiecta.*

Art. 4. Vtrum desperatio ex acedia oriatur.

1. Concl. Desperatio specialius oritur ex acedia.

l. 31. mor. ca 31. *1 Ex Greg. qui desperationem numerat inter ea, quæ oriuntur ex acedia.*

2. Desperatio præcipue consistit in eo, quod homo non æstimet bonum arduum possibile sibi adipisci, vel per se, vel per alium. At hoc fit per acediam, quæ est quædam tristitia deiectiua spiritus. Ergo.

2. Concl. Potest etiam oriri ex luxuria.

Quia

Quia quod homini non sapiant bona spiritualia, vel quod ea non videantur quasi magna bona, procedit ex amore delectationum corporalium. Sed inter hæc præcipua sunt delectationes venereæ, quibus homo fastidit bona spiritualia, & nō sperat ea, quasi quædam bona ardua. Ergo. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl. Sicut spes facit delectationem & homines in delectationibus existentes efficiuntur maioris spei: sic etiam, vt ex desperatione oriatur acedia: ita homines in tristitijs existentes facilius in desperationem incidunt.

4. Concl. Et quamuis desperatio oriatur ex negligētia considerandi diuina beneficia, non ideo non prouenit ex acedia, quia illa negligentia ex acedia, proficiscitur.

Quæstio 21. De præsumptione.

Art. 1. Vtrum præsumptio innitatur Deo, an propria virtuti.

1. Concl. PRæsumptio, quæ importat quandam immoderantiam spei, vt opponitur spei, quę est virtus theologica innititur diuinæ virtuti inordinate.

1. Sicuti per desperationem, aliquis contemnit diuinam misericordiam, ita per præsumptionem contemnit diuinam iustitiam. Ergo sicuti desperatio est per auersionem à Deo, ita præsumptio per inordinatam conuersionem ad ipsum.

2. Ex præsumptione tendit aliquis in aliquod bonum, vt possibile per virtutem, & misericordiā diuinam, quod non est. Vt consequi veniam sine pœnitentia, & gloriam sine merito. Ergo.

2. Concl Hæc præsumptio est peccatum in Spirit. sanct.

Quia contemnit, & tollit eius adiutorium.

3. Concl. Attenditur etiam præsumptio circa spem, per quam aliquis propria virtute confidit, & tendit in bonum, vt sibi possibile, quod suam facultatem excedit: & hæc præsumptio opponitur virtuti magnanimitatis.

† 4. Concl. Grauior est illa præsumptio, qua quis innititur diuinæ virtuti ad consequendum, id quod non conuenit, quia hoc est diminuere diuinam virtutem, quam illa, quæ innititur propriæ virtuti.

5. Concl. Præsumptio, qua quis inordinate præsumit de Deo, amorē sui includit, quo quis proprium bonum inordinate desiderat: quare ex vtraque parte habet malitiam.

6. Concl. Etiam præsumptio de diuina misericordiā habet conuersionem ad bonum commutabile, in quantum procedit ex desiderio inordinato proprij boni, & auersionem à bono incommutabili, vt attribuit diuinæ virtuti, quod ei non conuenit.

Art. 2. Vtrum præsumptio sit peccatum.

1. Concl. Præsumptio est peccatum.

Nam motus appetitus conformiter se habens ad intellectum falsum est malus. Sed motus intellectus ergo Deum, quod in peccato perseverantibus veniam concedat, & à bono opere cessantibus beatitudinem largiatur, est falsus. Ergo præsumptio, quæ est motus appetitus ei conformis est mala.

2. Concl Præsumptio est minus peccatum, quam desperatio.

Quia magis proprium est Deo misereri, & parcere, quam punire, propter eius infinitam bonitatem: nam illud primum ex se Deo conuenit, hoc autem secundum nostra peccata.

† 3. Conc. Indist. 3 Illud, *Exaudi me de tua misericordia præsumentem*, intelligitur prout præsumere accipitur pro sperare, ratione mensuræ conditionis humanæ.

4. Concl. Præsumptio non importat superexcessum spei, id est, quod aliquis nimis speret de Deo; sed inde est quod speret de Deo, quod ei non conuenit.

5. Concl. Peccare cum proposito perseuerandi in peccato sub spe veniæ; quod est præsumptionis, non minuit, sed auget peccatum: at peccare sub spe veniæ quandoque percipiendæ cum proposito abstinendi à peccato, & pœnitendi non est præsumptio, & diminuit peccatum: quia videtur habere voluntatem minus firmatam ad peccandum.

Art. 3. Vtrum præsumptio magis opponanatur timori, quam spei.

1. Concl. Directius præsumptio opponitur spei, quam timor.

1. Duo vitia ad inuicem posita contrariantur eius virtuti. Sed præsumptio contrariatur desperationi, quæ directe opponitur spei. Ergo.

2 Magis, & directius opponuntur, quæ sunt eiusdem generis: At spes & præsumptio sunt eiusdem generis: quia innituntur eidem obiecto, sed spes ordinate, præsumptio inordinate. Ergo.

2. Concl. Præsumptio manifestam oppositionem videtur habere, præcipue ad timorem seruilem, qui respicit pœnam est diuina iustitia prouenientem, cuius remissionem præsumptio sperat: sed tamen secundum falsam similitudinem magis cōtrariatur spei, vt astutia prudentiæ.

† 3 Concl. Præsumptio dicitur inordinatio timoris abusiue, vt etiam spes dicitur de malo:

vnde

vnde non sequitur quod magis opponatur timori.

1. Concl. Præsumptio maxime distat à timore, sed non secundum eandem differentiam, sicuti spes, vt inordinatum ordinato.

2. Concl. Præsumptio totaliter excludit timorem, quia ei contraria contrarietate generis, non autem specie, cui contrariatur secundū propriam differentiam.

Artic. 4. Vtrum præsumptio causetur ex inani gloria.

Præsumptio quæ innititur propriæ virtuti attentans aliquid, quod propriam virtutem excedit, manifeste ex inani gloria procedit.

1. Præsumptio nouitatum,, est filia inanis gloriæ ex Greg. Ergo.

2. Ex hoc quod aliquis multum desiderat gloriam, sequitur quod attentet ad gloriam quandam super vires suas.

1. Concl. Præsumptio, quæ innititur inordinate misericordiæ, seu potentiæ diuinæ videtur oriri ex superbia directe,

Quia ille tantum se æstimat, vt etiam eum peccantem, Deus non puniat, vel à gloria excindat. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 22. De præceptis pertinentibus ad spem, & timorem.

Artic. 1. Vtrum de spe debeat dari aliquod præceptum.

DE spe debet dari aliquod præceptum ante legem per modum promissionis.

Quia fides, & spes sunt præambula ad legem, quibus non existentibus lex locū non habet. Est Ergo: & sicuti præceptum fidei proponendum fuit per modum denuntiationis, ita præceptum spei debuit proponi per modum promissionis.

2. Concl. Lege iam posita, adhoc debuerūt dari præcepta de spe.

Psalm. 61. *Quia sapientes non solum debet inducere homines ad seruanda præcepta, sed multo magis ea conseruandum legis fundamentum quare in scriptura inducuntur homines ad sperandum etiam per modum præcepti. Ideo Aug. ait multa esse mandata de spe.*

Præcepta quæ pertinent ad substantiam legis, non possunt dari de spe.

Quia cum hæc pertinent ad rectitudinem vitæ, danitur homini tam subiecto, & ad obediendum parato

Natura inclinat tantum sufficienter ad sperandum bonum naturæ proportionatum, non autem ad bonum supernaturale, vnde debuit dari præceptum.

3. Concl. Præceptum spei non debuit poni inter prima legis præcepta, scilicet decalogi, quia tūc sufficiebat per quasdam promissiones inducere ad spem.

6. Concl. In præceptis affirmatiuis de his, quæ facienda sunt continētur prohibitiones eorum, quæ sunt vitanda: & sic sub præcepto spei cōtinetur prohibitio desperationis.

Art. 2. Vtrum de timore fuerit dandum aliquod præceptum.

1. Concl. De timore filiali dantur præcepta in lege, sicut & de dilectione.

1. *Deut. 10. & nunc Israel, quid dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum, &c.*

Arist. 3. et c. 3. 2. *Quoniam est genus quoddam ad dilectionem Dei: & principium eorum quæ in Dei obseruantur reuerentia*, & vtrunque est præambulum ad exteriores actus, *qui percipiuntur in lege.*

2. Concl. *De timore seruili principio non fuit dandum præceptum per modum præcepti; sed ad hoc fuerunt inducendi homines per communicationem pœnarum, sicut ad actum spei per modum promissionis*

†3. Concl. Timor filialis est præambulum legis, non tanquam extrinsecum quid, sed tanquā principium legis, sicuti dilectio: & ideo de illis debuerunt dari præcepta.

4. Concl. Timor filialis oritur quidem ex amore: non tamen sufficit amoris præceptum; quia etiam alia bona opera ex eo oriuntur, de quibus dantur præcepta.

5. Concl. Inductio, vel præceptum timoris includit prohibitionem præsumptionis,

Quæstio 23. De caritate secundum se.

Art. 1. Vtrum caritas sit amicitia.

1. Concl. CAritas est amicitia quædam hominis ad Deum.

1. *Ioan. 15 Iam non dicam vos seruos, sed amicos. &c.*

Arist. 8. Eth. c. 2. & 1. Cor. 13. 2. *Ille amor habet rationem amicitiæ, qui est cū mutua benenolentia, qua fundatur super aliqua communicatione: At hominis ad Deum est aliqua communicatio, inquantum nobis suam beatitudinem communicat; & amor super hac communicatione fundatus, est caritas. Ergo.*

2. Concl. Amor, quo rebus amatis non bonum volumus, sed earum bonum nobis volumus, nō

est

est amor amicitiæ sed cuiusdam concupiscentiæ; & sic amamus equum, vinum, &c.

†3. Concl. Licet non sit nobis conuersatio, & communicatio cum Deo, & Angelis, secundum vitam exteriorem naturæ sensibilis: est tamē secundam vitam spiritualem: & hoc sufficit ad amicitiam.

4 Concl. Amicitia respectu sui ipsius, nunquam se extendit, nisi ad amicum ipsius: at ratione alterius personæ, scilicet amici se extendit etiam ad alios: & tanta potest esse dilectio amici, vt per eum amentur hi qui ad ipsum pertinent, etiam si nos offendant vel odio habeant: & sic amicitia caritatis se extendit ad amicos.

5. Concl. Amicitia honesti, tanquam ad principalem, non se habet, nisi ad virtuosum: sed tamen eius intuitu diliguntur etiam ad eum attinentes, etsi non sint virtuosi: qua ratione caritas se extendit ad peccatores propter Deum.

Art. 2. Vtrum caritas sit aliquid creatum in anima.

1. Concl. lib. 3. de doct. c. 10. Caritas est aliquid creatum in anima.

1. Caritas est, ait Aug. Voco motum animi ad fruendum Deum propter ipsum. At motus animi est quid creatum in anima. Ergo nullus.

2. Nullus actus producitur ab aliqua potentia actiua, nisi sit ei ōcnatura: is per aliquam formam, quæ sit principium actionis. Sed actus caritatis producitur à voluntate & excedit naturam potentiæ. Ergo oportet, vt in anima sit aliqua habitualis forma, superaddita potentiæ naturali inclinans ipsam ad caritatis actum, faciens eam prompte, & delectabiliter operari; præsertim cum nulla virtus habeat tantam inclinationem ad suum actum, sicut caritas; nec aliqua ita delectabiliter operetur.

2 Concl. 1. sent. dist. 17. Caritas non est motus immediatus à Spiritu sancto, vt voluit Mag. sed oportet, vt ita voluntas moueatur ad diligendum. vt etiam ipsa sit efficiens hunc actum.

1. Si humana mens esset tantum mota, diligere non esset voluntarium, cum voluntarium habeat principium intra: sed hoc dicit contractionem; quia amor de sua natura dicit actum voluntatis. Ergo.

2. Spiritus sanctus non potest mouere voluntatem ad actum intelligendi, sicut instrumentum, quod licet sit principium, non tamen est in ipso agere, vel non agere; quia sic tolleretur ratio voluntarij, & excluderetur ratio meriti; quod esset absurdum, cum dilectio caritatis sit radix merendi.

†3. Concl. Illud Augustini. Qui diligit proximum, diligit dilectionem, quæ est ipse Deus intelligge quod caritas, qua formaliter diligimus proximum est quædam participatio diuinæ caritatis. 3. de trin. cap 9.

Deus est vita animæ: sed effectiue, caritas vero formaliter. 4. Concl. Dent. 30.

Quod caritas faciat effectum infinitum, dum coniungit animam Deo iustificādo ipsam, non arguit infinitatem in caritate, sed demonstrat infinitatem virtutis Dei, qui est caritatis auctor. 5. Concl.

Artic. 3. Vtrum caritas sit virtus.

1 Concl. lib. de moribb. eccle. c. 12 Caritas est virtus.

1. Caritas, aut Augustē est virtus.

2. Sicut attingere rectam rationem facit virtutem moralem, ita attingere Deum habet rationem virtutis; quia est suprema regula humanorum actuum. At caritas attingit Deum, quia coniungit nos Deo. Ergo.

† 2. Concl lib. 8. eth. c. 1 Potest dici, amicitiam humanam esse virtutem à iustitia distinctam: *quia aliter ordinat ad alium, quam iustitia.* Potest etiam dici non esse distinctam: *quia non habet rationem laudabilis, & honesti, nisi prout fundatur super honestate virtutum: quod patet, in amicitia delectabili, & vtili. Vnde amicitia virtuosa est aliquid consequens virtutum ad caritas non fundatur super virtute humana, sed super bonitate diuina. ideo est vere virtus.*

3 Concl. Gaudium non est vltimum in caritate secundum ordinem excessus, in quo est ratio virtutis: sed secundum ordinem effectus.

Quia gaudium amorem consequitur, & ideo potius amor ponitur virtus, quam gaudium.

4. Concl. Omne accidens secūdum suum esse, quod est per accidens, est inferius substantia, quæ est per se: at secundum rationem suæ speciei non est inconueniens, quod accidens quod non causatur ex principijs subiecti; sed ex participatione superioris naturæ sit nobilius subiecto; cuiusmodi est caritas, quæ dignior est anima, prout est participatio Spiritus sancti.

Art. 4. Vtrum caritas sit virtus specialis.

1. Concl. 1. Cor. 13 Caritas est specialis virtus.

1 Quoniam connumeratur à Paulo specialibus virtutibus, spei, & fidei.

2. Cum proprium obiectum amoris sit bonum, vbi datur specialis ratio boni, datur specialis ratio amoris, quia actus, & habitus specificantur per obiecta. At bonum diuinum, vt est obiectū beatitudinis habet specialem rationem boni. Ergo

caritas, quæ est amor illius boni, est species amoris & virtus.

2. Concl. Caritas ponitur in definitione omnis virtutis, nõ quod sit essentialiter omnis virtus, sed quia ab ea aliqualiter omnes virtutes dependent.

3 Concl. Virtus ad quam pertinet finis vltimus, imperat alijs virtutibus, aut artibus, ad quas pertinent alij fines secundarij: Et hac ratione caritas imperat alijs omnibus, nec ideo non est specialis virtus.

1. Concl. 1. Tim. 1. Præceptum de diligendo, dicitur esse iussio generalis; quia ad hoc reducuntur omnia alia præcepta vt ad finem.

Art. 5. Vtrum caritas sit vna virtus.

1. Concl. Ephes. 4. Caritas simpliciter est vna virtus non distincta in plures species.

1 Fides est vna propter vnitatem diuinæ veritatis. Ergo etiam caritas est vna propter vnitatem diuinæ bonitatis.

Aristot. lib. 8. Ethic. c. 11. *2. Amicitia vel diuiditur secundum diuersitatem finis, & sic est triplex, vtilis, delectabilis, & honesta: vel secundum diuersitatem communicationis; & sic alia consanguineorum, alia conciuium, &c. Sed caritas neutro istorum modorum potest dividi in plura; quia habet tantum vnicum finem, scilicet bonitatem diuinam, & est tantum vnica communicatio beatitudinis æternæ, Ergo.*

† 2. Concl. Deus tantum, est obiectum caritatis; proximus autem diligitur propter Deum. vnde vna caritate diliguntur.

3 Concl. Vna sola ratio diligendi attenditur à caritate scil. bonitas diuina, quæ est eius substantia: aliæ rationes ad diligendum inducentes, vel debitum dilectionis facientes, sunt secundariæ sequentes primam.

4. Concl. Amicitiæ humanæ sunt diuersæ; quia habent diuersos fines, & diuersas communicationes, quod in caritate non habet locum.

Art. 6. Vtrum caritas sit excellentissima virtutum.

1. Concl. 1. Cor. 13. Caritas est excellentissima virtutum.

1. Maior horum est caritas, ait Paulus.

2 Sicut virtutes theologicæ, quæ consistunt in attingendo primam regulam humanorum actuũ, quæ est Deus, sunt præstantiores moralibus, sic in ipsis moralibus quæ consistunt in attingendo rationem humanam: ita oportet, vt inter theologicas illa sit potior, quæ attingit magis Deum. Sed caritas est huiusmodi, quia attingit Deũ, vt in se ipso sistat fides. & spes vt ex eo aliquid nobis promittat. Vel cognitio vel adeptio boni. Ergo

† 2 Concl. Fides ex eo, quod est intellectu, nõ est nobilior caritate, quæ est in voluntate, quia Deus cum nobilius esse habeat in se, quam intellectu, vbi est per modum recipientis, nobiliori modo est obiectum volũtatis, quæ fertur in ipsum, quam intellectus, qui fertur in Deum, vt est receptus.

3 Concl. Fides non operatur per caritatem, vt per instrumentum, sed vt per formam, ex quo nõ sequitur, quod fides sit nobilior.

4. Concl. Idem bonum est obiectum caritatis, & spei, sed caritas importat vnionem ad ipsum bonum spes autem distantiam, & ideo illud respicit, vt arduum, ex qua additione, spes non potest dici nobilior.

Articul. 7. Vtrum sine caritate possit esse aliqua vera virtus.

1. Concl. 1. Cor. 13. Sap. 8. Simpliciter vera virtus sine caritate esse non potest.

1. Si distribuero, ait Paulus, in cibos, &c. Caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Sed vera virtus per Sapientem nostrum prodest. Ergo.

Arist. 8. Ethic. *2. Virtus simpliciter est illa qua ordinatur ad principale bonum hominis quia virtus est dispositio perfecti ad optimum: Sed ad vltimum finem ordinatur homo per caritatem. Ergo.*

2. Concl. Si accipiatur virtus, secundum quod est in ordine ad aliquem finem particularem, sic potest esse sine caritate: & si illud particulare bonum erit verum dicetur vera virtus, si apparens falsa, & similitudo veritatis. Verum nunquam erit perfecta, nisi referatur ad finale, & perfectum bonum.

† 3. Concl. Actus eius, qui caritate caret, si est ordinatus ad id, per quod caret caritate semper est malus, vt actus infidelis, sed si fit ordinat' ad aliquod bonum. vt ad finem, & spem, vel ad bonum naturæ; quod non tollitur totaliter per peccatum sic potest esse bonus in suo genere sine caritate: non tamen perfecte bonus, cum non habeat ordinem ad vltimum finem.

4. Concl. In infideli non potest esse vera iustitia, nec vera castitas, cum ibi desit ordinatio debita ad finem, quæ est per caritatem, licet recte circa illa se habeat.

5. Concl. Scientiæ, & artes important tantum particulare bonum, non autem vltimum finem humanæ vitæ, & sic possum esse in peccatore, non ita virtutes.

Artic. 8. Vtrum caritas sit forma virtutum.

1. Concl. Caritas est forma virtutum.

1 Ex moralibus habetur.

2. in Enic. *2. In moralibus forma actus attenditur principaliter ex fine, & quod dat actui ordinem ad finem, dat etiam formam, forma enim actus consequitur formam agentis, quod in moralibus est voluntas, cuius obiectum & quasi forma est finis. Sit per caritatem ordinantur actus omnium aliarum virtutum ad vltimum finem. Ergo.*

† *2. Concl.* Caritas non dicitur forma exemplariter, aut essentialiter, sed magis effectiue, in quãtum omnibus formam imponit.

3. Concl. Ephes. 3. Caritas comparatur fundamento, & radici non prout habet rationem causæ materialis, sed vt ex ea sustentantur, & nutriuntur omnes aliæ virtutes:

4. Concl. Dicitur finis, quia omnes alias ordinat in finem suum: dicitur mater, quia ex appetitu finis vltimi concipit actus aliarum virtutum, imperando ipsos.

Quæst. 24. De caritatis subiecto.

Art. 1. Vtrum voluntas sit subiectum caritatis.

1. Concl. SVbiectum caritatis est appetitus intellectiuus, seu voluntas.

1. Caritatis obiectum est bonum, quod etiam est obiectum voluntatis. Ergo, &c.

2. Obiectum caritatis est bonum, non sensibile, quod appetitu sensitiuo percipitur, sed bonum diuinum, quod ratione cognoscitur. Ergo pertinebit ad appetitum intellectiuum tendere in illud, &c.

† *2. Concl.* Amor, qui est in concupiscibili, est amor sensitiui boni; at ad bonum diuinum est tantum amor voluntatis.

3. Concl. 3. de anim. tex. 24. Voluntas est etiam in ratione, vt ait Arist. & ideo per hoc quod caritas est in voluntate, non est aliena à ratione: à qua tamen non regulatur, sed à Dei sapientia, quia excedit humanam regulam: nec est in ratione, vt in subiecto, sed solum per quãdam affinitatem voluntatis ad rationem.

4. Concl. Licet librum arbitrium non sit alia potentia à voluntate, tamen caritas cuius obiectũ est vltimus finis non est in voluntate ratione liberi arbitrij, cuius actus est electio, quæ est eorum, quæ sunt ad finem, quia caritas est ipsius finis.

Art. 2. Vtrum caritas causetur in nobis ex infusione.

1. Concl. Rom. 5. Caritas causatur in nobis ex infusione Spiritus sancti.

1. Caritas Dei, ait Paulus, diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum.

2. Charitas est fundata super communicationem beatitudinis æternæ, quæ est secundum donum gratuitum: gratia enim Dei vita æterna. At quod est bonum meum, nec est naturale, nec per potentias naturales potest acquiri. Ergo caritas est in nobis &c. *Rom. 6.*

† *2. Concl. 1. p. 4. dist. non.* Cum Dionys. inquit, *diuinibile & amabile est omnibus bonum diuinum*, intelligit de dilectione, quæ fundatur super communicatione bonorum naturalium, non autem de caritate.

3. Concl Deus est maxime diligibilis ex se in quantum est obiectum beatitudinis sed hoc modo nõ est maxime diligibilis à nobis propter inclinationem affectus nostri ad visibilia bona.

4. Concl. 1. Tim. 1 Caritas dicitur in nobis procedere ex corde puro, &c. Quia huiusmodi actus disponunt homines ad recipiendam caritatis infusionem.

Art. 3. Vtrum caritas infundatur secundum capacitatem naturalium.

1. Concl. Quantitas caritatis non dependet ex conditione naturæ, vel ex capacitate naturalis virtutis sed solum ex voluntate Spiritus sancti.

1. Spiritus vbi vult spirat: & hæc omnia operatur vnus, & idem spiritus, diuidens singulis prout vult, ait Paul. Ergo. *Ioan. 3. 1. Cor. 12*

2. Quantitas rei dependet à propria causa rei. Sed propria causa caritatis est sola gratia Spiritus sancti. Ergo.

† *2. Conc. Matt. 25* Illud, *dedit vnicuique secundum propriam mensuram*, intelligitur de dispositione, vel præparatione præcedẽte. aut de connatu accipiendis gratiã; & ad hæc etiam omnia præuenit Spir. sanct. mouens mentem hominis plus, vel minus per suam voluntatem.

3. Concl. Gratia & gloria referuntur ad idem genus. quia gratia est inchoatio gloriæ in nobis: at caritas & natura, nõ referuntur ad idem genus, ideo non est simile.

4. Concl. Angelis data sunt gratia & dona secundũ capacitatem naturalium: quia totaliter feruntur in omne id, in quod feruntur: homo autem non sic, sed ei competit esse quandoque actu, quandoque potentia. Vnde in superioribus fuit maior conatus, tam ad bonũ, quam ad malum.

Art. 4. Vtrum caritas augeri possit.

1. Concl. Tract. 5. in Ioan. 1. Cor. 12. De ratione caritatis viæ est, vt possit augeri.

1. Caritas, ait Aug. meretur augeri, vt amicus mereatur perfici; & Paulus, adhuc excellentiorem viam, &c.

terminus, nec ratione formę, quæ habeat determinatam mensuram, quia caritas secundum rationem proprię speciei non habet terminum augmenti, cum sit participatio quædam infinitæ caritatis, nec ex parte agentis, scilicet Dei, quia est infinitæ virtutis: nec ex parte subiecti, quia semper caritate excrescente superexcrescit habilitas ad vlterius augmentum, vnde patet ad secundum.

† 2. Concl. Augmentum caritatis est ad aliquem finem, sed finis non est in hac vita, sed in futura.

3. Concl. Non est eadem ratio quantitatis caritatis viæ, quæ sequitur cognitionem fidei, & caritatis patriæ, quæ sequitur visionem apertam: ideo caritas viæ non potest attingere caritatem patriæ, sicut nec linea, si augeatur, attinget superficiem.

Art. 8. Vtrum caritas in hac vita possit esse perfecta.

1. Concl. Caritas perfecta ex parte diligibilis, quæ est cum tantum res diligitur, quantum diligibilis est, non potest esse in creatura, & sic solius Dei caritas est perfecta.

Quia solus Deus se diligit, quantum sua bonitas est diligibilis, ad quam se fruitionem creatura, quæ finita, non potest pertingere.

2. Concl. Ex parte diligentis caritas dicitur perfecta cum tantum diligit, quantum potest: quod potest contingere, vel cum totum cor actualiter semper fertur in Deum, quod solum cõtingit in patria, vel, cum totum suum studium deputat ad vacandum Deo, prætermissis alijs, nisi quantum necessitas huius vitæ requirit: & hæc perfectio non est communis omnibus habentibus caritatem. Huc pertinet quod ait Aug. tunc caritatem venisse ad perfectionem, cum ait, *cupio dissolui, & esse cum Christo*: vel, quod quis habitualiter totum cor ponat in Deo, vt nihil velit contrarium, diuinæ dilectioni, & hæc est communis omnibus habentibus caritatem.

† 3. Concl. Phil. 3. Illud, *non quod iam comprehenderim, aut perfectus sim*, intelligitur cum Glos. de perfectione patriæ.

4. Concl. 1. Ioan. 1. Illud, *si dixerimus quoniam peccatum non habemus*, intelligitur de peccatis venialibus, quæ non contrariantur perfectioni viæ.

5. Concl. Perfectio viæ non est perfectio simpliciter, & ideo potest crescere.

Art. 9. Vtrum conuenienter distinguantur tres gradus caritatis: incipiens, proficiens, & perfecta.

1. Concl. Tract. 5 ... tam. ... Conuenienter distinguuntur tres gradus caritatis: incipiens, proficiens, & perfecta.

1 *Ex Aug. Caritas cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur, cum fuerit roborata, perficitur.*

2. *Sicut in motu corporali primum est recessus à termino, deinde appropinquatio ad alium terminum, postremo quies in termino: sic in augmento caritatis, primum homo studet recedere à peccato, & resistere concupiscentijs, & hoc pertinet ad incipientes in quibus caritas fouenda est, ne corrumpatur: deinde studet vt in bono, proficiat, quod pertinet ad proficientes: tandem studet vt Deo inhæreat, & eo fruatur, quod pertinet ad perfectos, qui cupiunt dissolui, & esse cum Christo.*

† 2. Concl. Quamuis inter initium & finem caritatis alij sint eius gradus: tamen sub illis tribus continentur.

3. Concl. Licet caritas statim atque incipit esse, incipiat proficere: tamen principalior cura in illo statu est, vt homo peccatis resistat, quorum impugnatione inquietatur.

4. Concl. Et quamuis perfecti etiam in caritate proficiant: tamen non est ad hoc eorum principalis cura.

Artic. 10 Vtrum caritas possit diminui.

3. Concl. Caritas ex parte obiecti non potest diminui, quia ex hac parte neque augeri potest, vt est dictum.

1. *Ex parte subiecti, non potest directe minui, sed vel tota corrumpitur, vel tota manet.*

Cant. 1. 2. *Quia comparatur igni. At ignis, quandiu manet semper ascendit. Ergo & caritas.*

3 *Si potest minui, vel per aliquem actum, vel per solam cessationem ab actu. Hoc non potest dici, quia per cessationem solum tolluntur, vel immununtur virtutes, quæ acquiruntur per actus humanos. At caritas est à Deo. Ergo. Quare diminutio fiet, vel à Deo, vel ab aliquo peccato: non à Deo, quia ab eo non causatur defectus in nobis, nisi per modum pœnæ, quæ est propter peccata, & sic peccata sine actus inuerent: quod esse non potest, quia peccatum mortale omnino tollit, & efficiunt, quia ei contrariatur, & meritoria, quia dignus est peccator, vt caritate privetur: peccatum autem veniale non ...*

caritatem, cum eam non attingat, cum caritas sit circa vltimum finem, & veniale decordinet circa ea quæ sunt ad finem.

.. Concl. Potest dici, quod diminutio caritatis sit dispositio ad corruptionem ipsius quę fit vel per peccata venialia, vel per cessationem ab operibus ipsius: & sic indirecte minuitur.

† 3. Concl. Quamuis caritas augratur, non ideo sequitur, quod minuatur ex eo, quod contraria sunt circa idem, quia non eodem modo se habet ad augmentum, & ad diminutionem.

4. Concl. Illud Aug. *Minus te amat, qui tecum aliquid amat*, intellige non caritatem minuendo, sed eam totaliter tollendo, vt ex ipso ex posse colligitur.

10

5. Concl. In infusione caritatis requiritur motus lib. arbitrij, & ideo aliquid potest operari, vt minor caritas infundatur, sed in conseruatione non requiritur iste motus, & ideo non minuitur.

Artic. 11. *Vtrum caritas semel habita possit amitti.*

.Concl. Caritas viæ semel habita, post amitti ex parte subiecti.

1. *Apoc. 2. Habeo aduersum te pauca, quod primam caritatem reliquisti.*

2. *De ratione formæ vniuerse loquendo est, vt sit in subiecto amissibiliter, quando non replet totam potentiam materiæ: at caritas sic non ita replet potentiam sui subiecti, vt semper actus feratur in Deum, Ergo potest aliquid occurrere per quod amittatur. Similiter si comparetur vt habitus ad potentiam, de cuius ratione est inclinare potentiam, vt istud videatur bonum, quod ei conuenit, & malum quod repugnat. At caritas in hac vita non facit, vt id tantum videatur bonum, quod conuenit, Ergo.*

2. Concl. Caritas ex parte subiecti in patria non potest amitti.

Quia replet totam capacitatem subiecti, vt forma corporis cælestis, & id sicut videtur bonum, quod conuenit cum ibi videatur essentia bonitatis Ergo.

3. Concl. Si caritas consideretur ex parte Spiritus sancti mouentis animam ad diligendum, non potest amitti,

Quia impossibile est, vt spiritus sanctus velit aliquem mouere ad actum caritatis, & ipse caritatem amittat peccando: nam donum perseuerantiæ est inter beneficia Dei, quibus certissime liberantur, qui liberantur.

4. Concl. Si caritas consideretur secundum propriam rationem, non potest amitti, quia sic non potest nisi id, quod pertinet ad ipsius rationem, & sic nullo modo potest peccare, sicut ignis non potest infrigidare, sed tantum calefacere.

Illud, *qui natus est ex Deo peccatum non facit,* intelligo secundum potestatem spir. sancti, qui eum conseruat. †5. Concl. Ioan. 3.

Caritas, quæ deficere potest, ex ipsa ratione caritatis, vera caritas non est, & sic intelligo Augustinum. sed si amittatur ex mutabilitate subiecti contra propositum voluntatis nō repugnat veritati caritatis. 6. Concl. Epist. ad Iulian.

Amor Dei operatur semper magna in proposito, quod pertinet ad rationem caritatis non autem actu propter conditionem subiecti. 7. Concl.

Caritas ex se tollit omnia motiua ad peccandum: sed quia non semper agit, potest intendere motiuum, cui consentiatur. 8. Concl. Gr. 30., in Euang.

Art 12. *Vtrum caritas amittatur per vnum actum peccati mortalis.*

Caritas amittitur per vnum actum peccati mortalis. 1. Concl. Rom. 6, Ioan. 16.

1 *Per peccatum mortale fit homo dignus morte æterna. At per caritatem est dignus vita æterna, Ergo.*

2. *Vnum contrarium per aliud contrarium tollitur. Sed quilibet actus peccati mortalis contrariatur caritati secundum propriam rationem, quæ est quod Deus diligatur super omnia, & quod homo totaliter se ei subiciat. Ergo.*

3. *Caritas non est habitus acquisitus, qui non tollitur per vnicum contrarium actum, sed infusus à Deo, qui ita se habet in eius infusione, & conseruatione, sicuti lux in illuminatione aeris. Ergo vt lux statim cessaret in aere, si obstaculum poneretur illuminationi soluta caritas statim desinit esse in anima per hoc, quod aliquod obstaculum ponatur influentiæ caritatis à Deo in animam. At hoc est peccatum mortale, quia diuinis præceptis contrariatur, Ergo.*

Homo perfectus ex Orig. non subito peccat mortaliter, sed ad hoc disponitur, per aliquam negligentiam, qua ratione veniale dicitur dispositio ad mortale. † 2 Concl. Aug. li. 8. super Gen. ad lit. c. 12.

Caritas vno modo amittitur directe per actualem contemptum, & sic intelligo patres dicentes petrum negando Christum non eam amisisse, alio modo indirecte, vt committitur aliquid, quod est contrarium caritati, & sic amisit' & cito recuperauit. 3. Concl. in parachon.

Patet ex dictis, cur virtus moralis, quæ non est ita fortis, vt caritas, per vnum actum contrarium non amittatur. 5. Concl.

Inordinatio electionis circa ea quæ sunt ad fi-

ad finem, si sit huiusmodi, vt sit peccatũ mortale, tollit omnino caritatem.

6. Concl. Caritas est vnio quædam ad Deum, non autem fides, & spes, vnde omne peccatum mortale cum constitat in auersione a Deo contrariatur caritati, non autem fidei, aut spei, quæ tolluntur tantum per quædam determinata.

Quæstio 25. De obiecto caritatis.

Artic. 1. Vtrum dilectio caritatis sistat in Deo, an se extendat etiam ad proximum.

1. Concl. HAbitus caritatis se extendit ad dilectionem Dei, & proximi.

1. Mandatum habemus a Deo, vt Ioan. qui diligit Deum, diligat fratrem suum.

1. Ioan. 4. *2. Omnes actus enim species ad eundem habitũ pertinent. At actus, quo diligimus Deum, & quo diligimus proximum in Deo, sunt eiusdem speciei. quia cum species actus sumatur ex obiecto secundum formalem rationem eius, necesse est, vt eadem species sit actus, qui fertur in rationem obiecti, & qui fertur in obiectum sub tali ratione, vt patet in visione, qua videtur color sub luminis ratione. Ergo actus quo diligitur Deus, & actus quo diligitur proximus pertinent ad habitum caritatis.*

2. Concl. Timor proximi propter eius crudelitatem, vel amor propter cupiditatem distinguuntur à timore, & amore Dei, secus autem si proximus timeatur propter ministerium Dei, vel ametur propter iustitiam.

3. Concl. Amor respicit bonum in communi, honor vero proprium bonum honorati, quia defertur alicui in testimonium virtutis, & ideo eodem amore diligimus Deum, & omnes proximos propter Deum, sed diuersis, diuersos honores exhibemus, secundum propriam virtutem singulorum.

4. Concl Vituperantur, qui sperant in homine, sicuti in principali auctore salutis, non qui sperant in homine, adiuuante ministerialiter sub Deo.

Art. 2. Vtrum caritas sit ex caritate diligenda.

1. Concl. Caritas, siue actus caritatis potest esse dilectus.

Quia est quoddam bonum quod cadit sub obiecto voluntatis, cuius actus in se reflecti possunt, cum sint spontanei motus, & sic voluntas potest velle, vt intellectus intelligat se intelligere Qui dilib 8 de trin. c. 3. git proximum, ait Aug. consequens est, vt ipsam dilectionem diligat.

2. Concl. Caritas, quæ non est simpliciter amor, sed amicitia, non diligitur, vt amicus diligens habetur amicitia, sed vt bonum, quod amico volumus.

Quia caritas est illud bonum, quod optamus omnibus, quos ex caritate diligimus. Et eadem ratio de beatitudine, ac aliis virtutibus. Vnde patet obiectum.

3. Concl. Præcepta caritatis sunt tantum de Deo, & de proximo, sicut de illis ad quos amicitiam habemus: sed in illorum dilectione, includitur dilectio caritatis.

4. Concl. Caritas non fundatur super communicatione.

Quia est ipsa communicatio, & amatur vt bonum desideratum omnibus, quos ex caritate diligimus.

Art. 3. Vtrum etiam creaturæ irrationales sint ex caritate diligendæ.

1. Concl. Amicitia caritatis non potest haberi ad creaturas irrationales, vt ad amicum.

1. Caritas se extendit tantum ad Deum & proximum, sed nomine proximi non intelligitur creatura irrationalis. Ergo.

2. Ad eum habetur amicitia, cui volumus bonum. Sed non possumus velle bonum creaturæ irrationalis Ergo.

3. Quoniam nulla est communicatio creaturæ rationalis, & irrationalis in vita humana. At caritas fundatur in communione. Ergo.

4. Caritas fundatur super communicatione beatitudinis æternæ, cuius creatura irrationalis non est capax.

2. Concl Creaturæ irrationales possunt diligi ex caritate, sicuti bona, quæ aliis volumus, quo modo diliguntur etiam à Deo.

3. Concl. Similitudo vestigij quam habent istæ creaturæ de Deo, non dat capacitatem vitæ æternæ, vt similitudo imaginis, & ideo nõ est par vtriusque ratio, &c

4. Concl. Fides se extendit ad omnia quocunq; modo vera, at caritas tantum ad ea, quę nata sunt habere bonum vitæ æternæ.

Artic. 4. Vtrum homo debeat seipsum ex caritate diligere.

1. Concl. Si loquamur de caritate secundum propriam ipsius rationem, scilicet, vt est amicitia hominis ad Deum principaliter, & consequenter ad ea, quæ Dei sunt, homo inter alia, quæ caritate diligit, debet etiam seipsum diligere.

1. Diliges, ait scriptura, amicum tuum, sicut te ipsum. Sed amicum ex caritate diligimus. Ergo.

2. Quoniam etiam is, qui habet caritatem est inter ea ad quæ caritas ex consequenti se habet.

Si loquamur secundum communem rationem amicitiæ caritas non est ad seipsum, sed quid maius.

1. *Amicitia importat vnionem quandam. Sed vnicuique ad seipsum est vnitas, quæ est potior vnione ad alios, Ergo.*

2. *Sicuti vnitas est principium vnionis, ita amor quo quis diligit seipsum est forma, & radix amicitiæ: nam in hoc amicitiam habemus ad alios, quod ad eos nos habemus, sicut ad nosipsos.*

3. *Sicut de principijs non est scientia, sed quid maius, scilicet, intellectus, ita ad seipsum non est amicitia, sed quid maius.*

Cum Greg. ait, *caritatem ad minus esse inter duos*, loquitur de caritate secundum communem rationem amicitiæ: quo etiam modo procedit. 2. arg.

Amantes seipsos secundum naturam sensibilem cui obtemperant, vituperantur: sed caritas non sic diligit.

Art. 5. Vtrum homo debeat corpus suum ex caritate diligere.

Ex dilectione caritatis, qua diligimus Deũ, debemus etiam corpus nostrum diligere

1. *Ex aug. qui hoc docet,*

2. *Cum corpus sit à Deo, possumus eo vti ad seruitium Dei, & ideo debemus ipsum diligere.*

Infectionem culpæ, & corruptionem pœnæ quæ sunt in corpore, non debemus diligere, sed potius ad eorum remotionem desiderio caritatis anhelare.

Apostolus non refugiebat corporis communicationem, quantum ad corporis naturam, sed cupiebat carere infectione concupiscentiæ, quæ remanet in corpore, & corruptibilitate ipsius.

Etiam corpus est particeps diuinæ fruitionis aliquo modo, & sic debet amari caritate.

Reamatio tantum habet locum in amicitia, quæ est ad alterum, non autem in amicitia, quæ est ad se.

Art. 6. Vtrum peccatores sint ex caritate diligendi.

Peccatores, secundum naturam, quam à Deo habent, sunt ex caritate diligendi,

1 *Habemus præceptum de dilectione proximo: sed peccatores non desinunt esse proximi, quia non desinunt esse homines, cum peccatum non tollat naturam. Ergo.*

2 *Secundum naturam homo est capax beatitudinis, super cuius communione fundatur caritas. Ergo.*

Peccatores secundum culpam, non sunt diligendi, sed odio habendi etiamsi sint propinqui.

Quia per culpam contrariantur Deo propter quem ex caritate diligimus: & quia culpa est impedimentum beatitudinis.

Dauid odio habuisti iniquos, vt inquierant. id est, eorum iniquitatem.

Illud *in matutino interficiebam*, &c. & illud, *maleficos non patieris viuere*, &c. intelliguntur de illis, qui insanabiles fiunt, de quibus magis præsumitur nocumentum aliorum, quam eorum emendatio: verum cum spes habetur sanationis eorum, non debent beneficia eis subtrahi.

Illud, Conuertantur peccatores in infernum, vel intelligitur per modum pronunciationis, non optationis, vel per modum optationis, prout desiderium refertur ad iustitiam punientis, non ad pœnam: & sic lætatur iustus cum videat vindictam. Vel vt desiderium referatur ad remotionem culpæ, vt scilicet peccata destruantur: & sic intelliguntur aliæ similes, scripturæ, auctoritates.

Ex caritate diligimus peccatores, vt faciamus eos velle, quæ ipsi volumus, & gaudere de his de quibus nos gaudemus.

Conuenire cum peccatoribus infirmis est vitandum propter periculum, sed perfectis laudabile est, vt eos conuertant: & sic Dominus cum peccatoribus manducabat.

Art. 7. Vtrum peccatores diligant seipsos.

Commune est omnibus hominibus, vt quisque amet seipsum, secundum id, quod æstimat se esse: & quia vnusquisque æstimat se esse secundũ commune bonum, quod est esse compositum ex corpore, & anima, ideo tam boni, quam mali amant sui conseruationem.

Non omnes amant se secũdũ id quod est præcipuum in se, id est secundum mentem rationalem, quæ est principalior parte sensitiua.

Boni vere se cognoscentes se vere amant.

Quia cognoscunt se secundum interiorem hominem, & sic se amant

Mali non se recte cognoscentes non vere se amant.

Quia æstimant principale in seipsis partem sensitiuam: vnde qui diligit iniquitatem, odit animam

1. 19. Psal. 110.

Concl. 2 Concl.

† 3. Concl. Psal. 100. 4 Concl. Exod. 22.

Matt. 9. th. c. 8.

3. Concl. com. 17. in ang.

. Tim. 3 5. Concl. Psal. 9.

. Concl. 6. Concl.

. de doct. . 23.

. Concl. 7. Concl.

. Concl. . n. 7. ad 7.

. Concl.

Concl. 1. Concl.

2. Concl.

3 Concl.

Concl

lib. 9 etb. *nam sua, id est, se. Id. improbat Arist. per quinque, quæ sunt in amicitia. Amicus vult suum amicum esse, & vivere: vel ei bona: operatur bona ad ipsum: convivit ei delectabiliter: concordat cum ipso, dum eisdem delectatur, & contristatur, & secundum hæc omnia malis non dissentit se: bonis vero dissentit se, secundum interiorem hominem. Ergo.*

†5 Concl. Amor sui, qui est initium peccati, est ille qui est proprius malorum perueniens vsque ad contemptum Dei.

6. Concl. Naturalis amor non tollitur totaliter à malis, sed peruertitur.

7. Concl. Mali, inquantum existimant se bonos, aliquid participant de amore sui: nec tamen est vera sui dilectio, sed apparens.

Art. 8. Vtrum sit de necessitate caritatis, vt inimici diligantur.

1. Concl. Diligere inimicos, inquantum sunt inimici, repugnat caritati.

Quia hoc est diligere malum alterius.

2. Concl. Dilectio inimicorum quantum ad naturã est de necessitate caritatis: Vt scilicet aliquis diligens Deum & proximum à generali dilectione proximi non excludat inimicos Matth. 5. *diligite inimicos vestros.*

3. Concl. Non est de necessitate salutis, vt quis speciali motu dilectionis moueatur ad inimicum.

Quia non est de necessitate salutis, vt hac ratione in quoslibet homines motus dilectionis feratur: quia hoc esset impossibile. Ergo.

4. Concl. Est de necessitate caritatis secundum præparationem animi habere propositum habituale diligendi inimicum in singulari, si necessitas occurreret.

5. Concl. Quod quis extra hunc casum diligat inimicum propter Deum pertinet ad perfectionem caritatis.

Quia quo magis quis Deum diligit, eo magis diligit proximum nullis impedimente suæ malitia. Et sic intellige Augustinum. Vnde soluitur primum.

†6. Concl. Vnaquæque res naturaliter odit suum contrarium, vt contrarium est: & sic inimici non sunt diligendi: sed vt homines sunt capaces beatitudinis.

7. Concl. Caritas non facit diligere inimicos, vt inimici sunt, quod est vituperabile.

2. Reg 19.

Artic. 9. Vtrum sit de necessitate salutis, quod aliquis signa, & effectus dilectionis inimico exhibeat.

1. Concl. Beneficia, & dilectionis signa, proximi in communi, vt orationes pro omnibus fidelibus, & beneficia alicui communitati, de necessitate præcepti sunt inimicis exhibenda.

Quia contrarium pertineret ad liuorem Simonidis et contra script. quæ ait. Non quæres Simonidem.

2. Concl. Lem. 19. Benefícia, & dilectionis signa, quæ particulariter exhibentur aliquibus personis, exhibere inimicis, non est de necessitate salutis, nisi secundum præparationem animi. s. vt eis subueniantur in articulo necessitatis, si esurierit inimicus. &c.

Prou. 25. 3. Concl. Extra casum necessitatis pertinet ad perfectionem caritatis, per quam quis non solũ cauet vinci à malo, sed vult in bono vincere malum.

Ita Glos. super illud, Benefacite &c. Vnde patet ad obiecta. Matth 5.

Artic. 10. Vtrum debeamus Angelos ex caritate diligere.

1. Concl. Amicitia caritatis etiam ad Angelos se extendit.

Quia continentur præcepto, quo iubemur diligere proximum, nam ab illis multa nobis misericordiæ impenduntur officia.

Aug. 1. de doc. c. 30. *2. Quia communicamus cum illis in participatione beatitudinis æternæ: erunt enim homines sicuti Angeli in cælo.* Matth. 22

†2. Concl Proximus non solum dicitur communicatione speciei: sed etiam communicatione beneficiorum pertinentium ad vitam æternam.

3. Concl. Bruta conueniunt nobiscum in genere, ratione naturæ sensitiuæ, per quam non sumus participes beatitudinis, sed secundum mentem rationalem, qua communicamus cum Angelis.

4. Concl. Licet non conuiuamus Angelis exteriore conuersatione conuiuimus tamen secundum mentem, quamuis imperfectæ in via.

Art. 11. Vtrum debeamus dæmones ex caritate diligere.

1. Concl Cap. 28. Dæmones ex caritate non sunt diligendi.

1. Delebitur, ait Isa. fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.

2. Quia nomine dæmonis significatur natura peccato deformata.

1. Concl. Dæmones quoad naturam tantum possumus ex caritate diligere, non quod illis velimus bonum, quod respicit caritas quia hoc esset contra diuinam iustitiam; sed in quantum volumus ipsos spiritus in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei.

† 3. Concl. Caritas fundatur magis super communicationem vitæ æternæ, quam super communicationem naturæ, & ideo habetur ad Angelos: & non ad dæmones.

4. Concl. Peccatores in hac vita adhuc possunt esse capaces beatitudinis, & ideo diliguntur, non sic dæmones.

5. Concl. Vtilitas quæ nobis provenit ex dæmonibus, non est de intentione eorum, sed ex ordinatione divinæ providentiæ.

Artic. 12. *Vtrum convenienter enumerentur quatuor ex caritate diligenda, s. Deus, proximus, corpus nostrum, & nos ipsi.*

1 Concl. lib. 1. de doct. c. 26. Convenienter enumerantur quatuor ex caritate diligenda, scilicet Deus, proximus, corpus nostrum, & nosipsi.

1. Ex Augustino quo hoc enumerat: supra nos, Deus; quod nos sumus; quod iuxta nos, proximus; quod infra nos, proprium corpus.

2. In communicatione beatitudinis considerantur quatuor, vt principium influens beatitudinem, scilicet Deus, aliud beatitudinem directe participans, vt homo, & Angelus: tertium id, ad quod per quandam redundantiam beatitudo derivatur, scilicet corpus nostrum, quartum, quod est nobis consociatum in beatitudinis participatione, scilicet proximus. Ergo.

† 2. Concl. Licet qui non diligit Deum, non diligat seipsum: tamen non est vnica dilectio, quia alia est habitudo diligentis ad Deum, alia ad seipsum.

3. Concl. Homo secundum rationalem mentem, quæ est principalis in homine, alio modo diligit se secundum caritatem, alio modo corpus proprium, quod directe non est capax beatitudinis; ideo non est vnica dilectio.

4. Concl. Corpus proximi non ponitur speciale diligibile: quia homo diligit proximum, secundum totum ratione cuiusdam societatis in beatitudine.

Quæstio 26. De ordine caritatis.

Art. 1. *Vtrum in caritate sit ordo.*

1. Concl. OPortet quod in his, quæ ex caritate diliguntur, attendatur aliquis ordo, secundum relationem ad principium huius dilectionis, quod est Deus.

1. Cant. 2 Ordinauit in me in caritate.

2. Cum prius, & posterius dicantur secundum relationem ad aliquod principium necesse est, vbi datur principium, dari etiam ordo; quia ordo dicit modum prioris, & posterioris. Sed in caritate datur, vt principium, Deus, in cuius participatione caritas fundatur. Ergo.

Aristot. 5. Met. tex. 11

Aliæ virtutes non tendunt in finem vltimũ sub ratione vltimi finis, sicut caritas, & ideo non admittunt ordinem,

† 2. Concl.

Etiam in fide est aliquis ordo, prout principaliter est de Deo, secundario de his, quæ ad Deum referuntur.

3. Concl.

Ordo attribuitur rationi, vt ordinanti, vi autem appetitiuæ, vt ordinatæ.

4 Concl.

Art. 2. *Vtrum Deus sit magis diligendus, quam proximus.*

1. Concl. Principaliter, & maxime Deus est ex caritate diligendus.

1. Illud magis est diligendum, propter quod alia sunt odio habenda. Sed proximi sunt odio habendi propter Deum, scil. si a Deo abducunt, Luc. 14. Ergo.

2. Amicitia respicit principaliter id, in quo principaliter invenitur illud bonum, super cuius communicatione fundatur. At amicitia caritatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter, à quo derivatur in omnes, qui sunt eius capaces. Ergo.

† 2. Concl. Ex eo, quod aliquis non amat proximum, infertur, quod non diligat Deum, non propter hoc, quod proximus sit magis diligendus, sed quia prius diligendus occurrit.

3. Concl. Etiam ratione similitudinis magis debemus Deum diligere, quam proximum.

Quia similitudo quam habemus ad Deum, est causa similitudinis quam habemus ad proximum.

4. Concl. Deus est quidem æqualis secundum substantiam vbicunque sit: tamen non æqualiter habet proximus bonitatem Dei: sicut Deus habet: Deus enim habet essentialiter, proximus participatiue.

Art. 3. *Vtrum homo debeat ex caritate plus Deum diligere, quam seipsum.*

1. Concl. Ex caritate magis debet homo diligere Deum, qui est bonum commune omnium, quam seipsum.

lib. 1. de doct. c. 22. *1. Homo ex Augustin. diligit se propter Deum. Ergo magis Deum: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

2. Homo amore naturali, qui fundatur super communicationem bonorum naturalium, magis amat Deum, quam seipsum, quod patet etiam in rebus cognitione carentibus, quia & unaquæque pars naturaliter plus amat commune bonum totius quam bonum proprium. Ergo multo magis hoc verificatur

rificatur in amicitia caritatis, quæ fundatur super communicationem bonorum gratiæ, nam beatitudo est in Deo sicut in communi, & fontali principio omnium, qui beatitudinem participare possunt.

† 2. Concl. *Illud, amicabilia, quæ sunt ad alterum, dicuntur ex amicabilibus, quæ sunt ad se*, intelligitur de illo, in quo bonum prædictum non inuenitur secundum rationem totius.

3. Concl. Pars diligit bonum totius, vt sibi conueniens, non quod ad se illud referat, sed potius quod seipsam refert in bonum totius.

4. Concl. Aristot. 9. Ethic. Velle tui Deo pertinet ad amorem concupiscentiæ, nos autem loquimur de caritate qua diligimus Deum, vt bonum quoddam in se, non vt participatur.

Artic. 4. Vtrum homo ex caritate magis debeat diligere seipsam, quam proximum.

1. Concl. Homo secundum naturam spiritualem, magis debet diligere seipsum, quam proximum.

Leu. 19. Matth. 22. 1. *Diliges proximum tuum, sicut teipsum, ait scriptura; quare dilectio sui, est sicut exemplar dilectionis ad alterum Ergo.*

2. *Proximus diligitur secundum rationem societatis in beatitudine, vt dictum est; hæc autem consortatio est ratio dilectionis secundum quandam vnionem in ordine ad Deum. Ergo sicut vnitas potior est quam vnio, ita, quod homo ipse participet bonum diuinum, est potior ratio diligendi, quam quod alius associetur sibi in hac participatione*

† 2. Concl. Licet proximus aliquando sit Deo propinquior tamen, quia non est ita propinquus caritatem habenti, sicut ipse sibi; ideo non sequitur, quod debeat magis proximum, quam seipsum diligere.

Quia caritas habet etiam quantitatem ex parte diligentis.

3. Concl. Homo debet detrimentum corporale pati propter amicum, quod dum facit, magis diligit se secundum partem spiritualem; quia hoc pertinet ad virtutem: at in spiritualibus non debet detrimentum pati, vt proximus à peccato liberetur.

1. Cor. 12 4. Concl. Illud, *Caritas non quærit quæ sua sunt*, intelligitur quod caritas anteponat communia propriis. Aug. in regula 3.

Articul. 3. Vtrum homo magis debeat diligere proximum, quam corpus proprium.

1. Concl. Homo magis debet diligere proximum quantum ad salutem animæ, quam corpus proprium.

1. *Aug. de doctr. christi.*

2. *Idest magis ex caritate diligendum, quod habet plenorem rationem diligibilis. At ratio qua diligitur proximus est maior, ratione, qua diligitur proximus est maior, ratione, qua diligitur proprium corpus. Ergo.* lib. 1. c. 27.

Cum dicitur, *proximus est magis diligendus, quam corpus proprium*, intelligitur quantum ad animam, quæ est potior pars hominis. † 2. Concl.

3. Concl. Corpus nostrum est propinquius animæ nostræ, quam proximus, quantum ad constitutionem propriæ naturæ, non quantum ad participationem beatitudinis.

4. Concl. Non est de necessitate salutis, quod homo exponat proprium corpus pro salute proximi, nisi in casu, quo teneatur eius saluti prouidere: quia cuilibet imminet cura proprii corporis, non autem semper de salute proximi: quod quis sponte hoc faciat, pertinet ad perfectionem caritatis.

Art. 6. Vtrum vnus proximus sit magis diligendus, quam amicus.

1. Concl. Quosdam proximos debemus magis diligere, quam alios, etiam quo ad affectum.

Leu 20. 1. *Quia grauius peccat aliquis faciendo contra caritatem aliquorum proximorum, quam faciendo contra dilectionem aliorum. Ergo.*

2. *Ita est ordinatus affectus caritatis, sicut appetitus naturalis, quia vtraque inclinatio est à Deo. At appetitus naturalis proportionatur actui, vel motui, qui competit naturæ vnicuique. Ergo & affectus caritatis oportet, vt proportionetur his quæ sunt extrinsecus agenda, scilic. vt ad eos intensiorem affectum habeamus, quibus conuenit nos magis bene prodesse. Ergo.*

3. *Cum principium dilectionis sit Deus, & ipse diligens, necesse est, vt secundus in propinquitatem maiorem ad alterum istorum principiorum, maior sit dilectionis affectus. Ergo. Vnde irrationabiliter a quibusdam dicitur, omnes proximos esse æqualiter diligendos secundum affectum, sed non secundum effectum.*

† 2. Concl. Ex parte boni, quod amico optamus, omnes homines æque diligimus ex caritate, quia omnibus optamus beatitudinem, sed quantum ad intensiorem actum non oportet omnes æque diligere: vnde patet etiam ad tertiũ.

3. Concl. Non omnes homines æqualiter se habent ad Deum, sed aliqui sunt aliis propinquiores, qui sunt magis diligendi ex caritate.

Art. 7. Vtrum magis debeamus diligere meliores, quam nobis coniunctiores.

1. Concl. Si diuersitas caritatis sumatur ex parte obiecti, vnde sumuntur dilectionis species, quod obiectum est Deus, propter quem diligimus proximũ, ei qui est Deo propinquior, maius bonum ex caritate velle debemus secundum diuersos gradus beatitudinis, quod bonum caritas omnibus vult.

Quia ad caritatem pertinet, velle seruari diuinam institutam, secundum quam meliores perfectius beatitudinem participant.

2 Concl. Si diuersitas attendatur ex parte diligentis, vnde sumitur caritatis intensio, intensiori affectu homo diligit propinquiores ad illud bonum, ad quod omnes diliguntur, quã meliores ad maius bonum. Rursus est alia differentia, quia proximi sunt propinqui secundum naturalem originem, à qua discedere non possunt: sed bonitas virtutis, qua aliqui appropinquant Deo potest recedere, minui, & contra. Vnde possum ex caritate velle vt magis coniunctus sit melior alio, & ad maiorem beatitudinis gradum peruenire: Vnde Paulus. Qui suorum domesticorum curam non habet, fidem negauit, &c.

3. Concl Rursus pluribus modis diligimus magis coniunctos. Quia ad eos habemus varias amicitias: & ideo, cum bonum super quo fundatur amicitia honesta ordinetur, vt ad finẽ, ad bonum super quo fundatur caritas, consequens est, vt caritas imperet, tanquam superior actibus cuiuslibet amicitiæ, & ita hoc, quod est diligere aliquem vt consanguineũ, ciuem, &c. est ordinabile in finem caritatis, à qua potest imperari. Quare ex caritate eliciente & imperante pluribus modis diligimus magis coniunctos.

† 4. Concl. In propinquis non iubemur odisse, quod propinqui nostri sint: sed solum quod impediunt nos à Deo: & secundum hoc dicuntur nostri inimici.

5. Concl. Matt. 10. Caritas facit hominem conformari Deo secundum proportionem: vt scilicet ita se habeat homo ad id, quod suum est: sicut Deus ad id, quod suum est: quare non sequitur, quod si Deus magis diligit meliores, ita & nos, quia ex caritate possumus aliqua diligere nobis conuenientia, quæ tamen Deus non vult.

. Concl. Caritas non solum elicit actum dilectionis secundum rationem obiecti, sed etiam secundum rationem diligentis, ex quo contingit quod magis amatur.

Art. 8. Vtrum sit magis diligendus ille, qui est magis coniunctus secundum carnalem originem.

1. Concl. Exod 20. In his, quæ pertinent ad naturam, plus debemus diligere consanguineos, quam alia ratione coniunctos.

1. *Quia in præceptis decalogi mandatur de honore parentum.*

2. *Quia, vt est dictum intensius & pluribus rationibus diliguntur.*

3. *Quoniam coniunctio naturalis originis est prior, & inter omnibus aliis communionibus, cum pertineat ad substantiam*

2. Concl. In his quæ pertinent ad singulas coniunctiones aliorum, plus debemus illos diligere, quam consanguineos, vt conciues, commilitones, &c. secundum singulas coniunctiones.

3. Concl Prou. 18. Amicitia consanguineorum est stabilior, sed aliæ possunt esse potiores secundum id, quod est proprium cuique amicitiæ.

† 4. Concl. Illud, *vir amicabilis erat magis amicus quam frater*, intelligitur, quod in agendis præponderat hæc dilectio dilectioni consanguineorum, vt scilicet magis cum illis consentiamus in agendis, non quod sit stabilior, &c.

lib. 1. de offic. Illud Ambr. *Non minus vos diligo*, &c. tantum probat, quod quantum ad beneficia quæ pertinent ad communicationem gratiæ, magis debet homo subuenire filiis spiritualibus, quam corporalibus.

5. Concl. Quod duci exercitus magis obediatur in bello, quam patri, non sequitur, quod pater minus diligatur simpliciter, sed tantum secundum quid.

6. Concl.

Art. 9. Vtrum homo ex caritate magis debeat diligere filium, quam patrem.

1. Concl. Pater magis diligendus est, quam filius, si gradus dilectionis sumantur ex parte obiecti.

1. *Primo ait Ambr Deus diligendus est, secundo parentes, tertio filii. &c.*

2. *Quoniam patrem diligimus sub ratione principii, quod habet rationem eminentioris boni, & Deo similioris.*

2. Concl. Si gradus dilectionis sumatur ex parte ipsius diligentis, filius magis diligendus est, quam pater.

1. *Quia filius coniunctior est, cum sit aliquid patris, & hæc dilectio est similior dilectioni sui ipsius.*

2. *Quia parentes magis scimus aliquos esse suos filios, quam e conuerso.*

3. Quia

Quia parentes diutius amauerunt, & dilectio quanto est diuturnior, tanto est fortior.

† 3. Concl. Eccl. 9. Parentibus à filijs magis debetur honor, filijs autem a parentibus magis debetur cura prouisionis.

4. Concl. Ratione coniunctionis pater magis diligit filium sed ratione eminentioris boni, magis filius diligit patrem.

5 Concl. Parentes magis ament filios ratione utilitatis eorum: sed ratione honoris exhibendi è conuerso: in articulo necessitatis filius obligatus est maxime ex beneficijs susceptis, vt parentibus valde prouideat.

Artic. 10. Vtrum homo magis debeat diligere matrem quam patrem.

1. Concl. In Ezech. c. 44. super illud sabbatha mea Per se loquendo, pater magis est amandus, quam mater.

1. Est Deum omnium patrem, ait Hieron. diligendus est pater.

2. Pater & mater amantur, vt principia quadam naturalis originis: sed pater habet excellentiorem rationem principij, cum sit per modum agentis, quam mater, quæ est per modum patientis. Ergo.

2. Concl. Arist. 2. de gener. an. c. 4. Potest esse, vt tanta sit differentia virtutis, & malitiæ, vt amicitia dissoluatur, vel minuatur.

3. Concl. Quod fœmina in generatione det corpus, intelligitur, quod ministret materiam corporis informem, quæ formatur per virtutem, quæ est in semine patris, quæ disponit materiam ad formam recipiendam.

4. Concl. Diligere matrem, quia plus solet amare, vel quia plus solet laborare quod pertinet ad aliã dilectionem: sed nos loquimur de ea, quę debetur patri, & matri secundum rationem generationis.

Art. 11. Vtrum homo magis debeat diligere vxorem, quam patrem, & matrem.

1. Concl. Secundum rationem boni, quod est obiectũ dilectionis, magis sunt diligendi parentes, quam vxores.

1. Vir debet diligere vxorem, vt corpus suum: sed minus est diligendum corpus, quam proximi inter quos sunt parentes. Ergo.

2. Quia diliguntur sub ratione principij, & eminentioris boni.

2. Concl. Matth. 19. Secundum rationem coniunctionis, magis est diligenda vxor: quia vxor coniungitur viro, vt vna caro existens. Verum maior reuerentia parentibus est exhibenda, quam vxori.

Licet quantum ad vnionem carnalis copulæ & cohabitationis, relictis parentibus, homo debeat adhærere vxori: tamen, in quibusdam, homo magis debet assistere parenti quam vxori. † 3. Concl. Vat. 9

Quod viri debeant diligere vxores, sicut seipsos, sic intelligitur, quod dilectio sui ipsius est ratio dilectionis, qua quis vxorem sibi coniunctam diligit. 2. Concl. Bes. 3.

In amicitia paterna sunt multæ rationes dilectionis, quæ præponderãt rationi dilectionis, quæ habetur ad vxorem. Et cum dicitur *diligenda esse, sicut carnem suam, by sicut*, non importat æqualitatem, sed rationẽ dilectionis. 5. Concl.

Articul. 12. Vtrum homo magis debeat diligere benefactorem, quam beneficiatum.

1. Concl. Homo ratione maioris coniunctionis, debet magis diligere beneficiatos, quam beneficiatorem.

Arist. 9. Eth. c. 7. *1. Beneficiatus est quasi quoddam opus benefactoris, quod naturaliter ab vnoquoque agente diligitur.*

2. Naturaliter quisque diligit id, in quo perspicit summum bonum, benefactor autem inspicit in beneficiato bonum honestum, quod est magis diligibile, & optabilius, quam bonum vtile, quod beneficiatus inspicit in benefactore. Ergo.

3. Quoniam ad benefactorem proprie pertinet amare, quia vult & operatur bonum amato.

4. Difficilius est beneficia impendere, quam recipere ea autem in quibus plus laboratur, plus diliguntur. Ergo.

2. Concl. Ratione excellentioris boni benefactor est magis diligendus: quia cum sit principium boni in beneficiato habet excellentiorem boni rationem.

† 3. Concl. Benefactor diligit beneficiatum ex seipso motus, at beneficiatus diligit prouocatus ab illo: quod autem est ex se, potius est eo, quod est per alium. Vnde colligitur alia ratio prima concl.

4. Concl. Amor beneficiati ad benefactorem est magis debitus, & ideo contrarium habet rationem maioris peccati, non quod sit maior amor.

5. Concl. Benefactores, à quibus maxima beneficia recipimus, vt est Deus, & parentes, præferimus his, quibus aliqua minora beneficia impendimus.

Art. 13. Vtrum ordo caritatis remaneat in patria.

1. Concl. Ordo caritatis manebit in patria, quantum ad hoc, quod Deus super omnia diligatur.

Quia in patria bono frustur perfecte Deo, tanquam vltimo fine.

2. Concl. Ordo caritatis suiipsius ad alios, non eodem modo se habebit in patria, vt se habet in via.

Quia in patria quisque plus diliget meliores, quam seipsum, pro differentia boni, quod melioribus exoptat. Volet enim quilibet beatum, & quisque habeat, quod ei debetur secundum diuinam institiam, propter perfectam conformitatem voluntatis ad diuinam: quod in hac vita, vbi caritate proficitur, non accidit, vbi homo potest optare sibi maius bonum, quam alijs: vnde solutur secundum.

3. Concl. Secundum intensionem dilectionis, ordo caritatis manebit vt est in via prout quisque diliget plus se, quam proximum meliorem.

Quia intensio actus provenit ex parte subiecti diligentis, & quia homo est magis sibi coniunctus, quam proximus melior, ideo, &c. ad hoc enim caritas datur, vt primo homo suam voluntatem ordinet ad Deum: quod pertinet ad dilectionem sui, secundario vt velit ordinem aliorum ad Deum. Adde, quod hic ordo fundatur in natura, quæ in patria non tollitur, sed perficitur.

4. Concl. Quantum ad ordinem proximorum ad inuicem, & ratione boni voliti, & ratione intensionis, ex caritate magis diligetur melior.

Quia tota vita beata consistit in ordine mentis ad Deum respectu cuius seruabitur ordo dilectionis beatorum, vt is diligatur magis qui est Deo propinquior: Quia ibi cessabit prouisio, secundum quam hic magis coniunctos diligimus.

5 Concl. In patria contingit, vt magis coniunctus pluribus modis diligatur, quam melior: quia non cessabunt honestæ diligendi causæ: sed his præferetur in comparabiliter ratio dilectionis sumpta ex propinquitate ad Deum,

6. Illud *Aug. caritas est, vt plus potiora bona, minus minora diligamus*, procedit quantum ad coniunctos sibi, non quantũ ad seipsum: quia perfectio caritatis, ordinat hominem perfecte ad Deum, quod pertinet ad dilectionem suiipsius.

7. Concl. Licet alius sit Deo propinquior: tamen in ordine dilectionis oportet, vt post Deum homo maxime diligat seipsum.

Quæstio 27. De principali actu caritatis, quæ est dilectio.

Art. 1. Vtrum caritati magis proprium amari, quam amare.

1. Concl. Caritati magis conuenit amare quam amari.

1. Amicitia ex Arist. magis consistit in amare, quam in amari. Ergo. 8. eth. c. 8.

2. Magis conuenit vnicuique, quod conuenit ei per se, & substantialiter, quam quod conuenit per aliud: Vnde amici plus laudantur quod ament, quam quod amentur. At amare conuenit caritati per se. Vt caritas est, quia cum sit quædam virtus, habet inclinationem ad proprium actum, & amare ei conuenit, prout habet communem rationem boni. Ergo.

† 2. Concl. Meliores ex eo, quod meliores sunt, sunt magis amabiles, sed ex eo quod in eis est perfectior caritas, sunt magis amantes.

3. Concl. Multi volunt amari, quia volunt honorari, & sic propter aliud: at amare, & velle amare pertinent ad caritatem secundum se.

4. Concl. Propter amari aliqui amant, non quod amari sit finis, eius, quod est amare, sed quia est via inducens ad hoc, vt homo amet.

Art. 2. Vtrum amare, secundum quod est actus caritatis sit idem quod benevolentia.

1. Concl. Benevolentia non est idem, quod dilectio, quæ est caritatis actus.

1. Quia caritas est amicitia. At benevolentia nõ est amicitia, neque amatio, sed amicitiæ principium. Ergo. Arist 9. Eth. 5.

2. Licet amor includat benevolentiam, quæ est simplex actus, tamen addit super eam vnionem affectus amantis ad amatum.

2 Concl. Amor, & benevolentia, etiam secundum appetitum sensitiuum differunt.

Quia amor, vt sic est passio cum impetu inclinationis ad finem obiectum, quæ oritur per assiduam inspectionem rei amatæ, ex qua tam continuitate. At benevolentia non habet impetum inclinationis, sed solum ex iudicio rationis fertur bonũ alicui: & interdum oritur ex repentino. sicut nobis accidit de pugilibus, qui pugnant, quorum alicui volumus vincere. Ergo. Arist 2. Rhet.

† 3. Concl. Illa definitio, *amare est velle alicui bonum*, non explicat totam naturam ipsius amoris, sed aliquid ad rationem eius pertinens, in quo manifestatur dilectionis actus.

4. Concl. Dilectio est actus voluntatis in bonum tendens, sed cum quadam vnione ad amatũ, quod non est in beneuolentia.

5. Concl. 9. eth. c. 4. Intantum illa, quæ Arist. ponit ad amicitiã pertinent, inquantum proueniunt ex amore, quem quis habet ad seipsum: quare non pertinent ad beneuolentiam.

Artic. 3. Vtrum Deus sit propter seipsum caritate diligendus.

1. Concl. Dictio, *propter*, importat habitudinem causæ finalis, formalis, efficientis, & materialis: ad quam reducitur dispositio: secundũ quas rationes aliquid dicitur propter aliud diligendum.

2. Concl. Si dicat genus causæ, vel finalis, vel formalis, vel efficienris, Deus non diligitur propter aliud.

Quia non ordinatur ad finem, neque informatur aliquo, quo sit bonus, neque habet ob obedientiam.

3. Concl. Si dicat genus causæ materialis, prout ad illam reducitur dispositio, Deus potest diligi propter aliud, quatenus aliquibus alijs disponimur ad hoc, vt in Dei dilectione proficiamus: v. g. per dona ab eo accepta, præmia sperata, vel pœnas, quas per ip.um vitare intendimus.

4. Concl. Deus est propter ipsum ex caritate diligendus, si dictio, *propter*, dicat rationem finis, & formæ.

lib. 1. de Christ. c. 4. *Quia ipse est vltimus finis, & est ipsa substantia beatitudinis. Adde ex August. quod frui, est amore inhærere alicui propter se: Deo est fruendum ex eodem. Ergo.*

† 5. Concl. Ex his, quæ animus nouit, discit incognita amare, non ratione causæ finalis, formalis, vel efficientis, sed prout homo per ea disponitur ad amandum incognita.

6. Concl Ioan. 4. Cognitio Dei acquiritur per alia, sed post quam est acquisita non cognoscitur per alia, sed per seipsum.

7. Concl. Spes, & timor ducunt ad caritatem per modum dispositionis.

Artic. 4. Vtrum Deus in hac vita possit immediate amari.

1. Concl. Caritas etiam in statu viæ immediate Deum diligit.

1. *Cognitio in patria, quia est enigmatica euacuatur. At caritas non euacuatur, vt ait Paul.*

2. *Dilectio est actus virtutis appetitiuæ, quæ in eo differt ab apprehensiua, quod fertur in rem, vt est in se, actus vero cognoscitiuæ est secundum modum cognoscentis. Ergo caritas fertur in Deum secundum se, & consequenter immediate amatur, cum Deus sit ex se, maxime cognoscibilis, & amabilis, per cuius amorem, dilectio deriuatur ad alia. At vero in cognitione, quia nostra cognitio habet ortum à sensibus, per aliorum cognitionem venimus in cognitionem Dei.*

2. Concl. Augustin. lib. 10 de trin. c. 1. Licet incognita non possint dilligi, non tamen est necesse, vt sit idem ordo cognitionis, & dilectionis, nam dilectio incipit, vbi desinit cognitio, scilicet ipsa re.

3. Concl. Quia dilectio Dei maior est eius cognitione, maxime in hac vita, ideo præsupponit ipsam: & sic cognitio à creaturis incipiens tendit in Deum: & cognitio à Deo incipiens, sicuti ab vltimo fine, ad creaturas deriuatur.

4. Concl. Per hoc quod per caritatem tollitur auersio à Deo quæ est per peccatum, & non sola cognitione, sequitur quod caritas immediate adhæreat Deo,

Articul. 5. Vtrum Deus possit totaliter amari.

1. Concl. Si modus totalitatis referatur ad rem dilectam, Deus est totaliter diligendus.

Quoniam totum ad homo debet diligere, quod ad Deum pertinet.

2. Concl. Si totalitas referatur ad diligentem, sic etiam Deus est totaliter diligendus.

Nam hoc præcipitur. Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c.

3. Concl. Si totalitas dilectionis consideretur secundum comparationem diligentis ad rem dilectam, scilicet secundum proportionem æqualitatis, vt tantum diligatur Deus, quantum est diligibilis, non potest Deus totaliter diligi. *Quia cum sit infinitum bonum, est infinite diligibile. At nulla creatura potest infinite diligere. Ergo. Vide patet ad ob. esta: duo procedunt secundum hunc sensum: tertium, quæ sequuntur secundum.*

Artic. 6. Vtrum diuina dilectionis sit aliquis modus habendus.

1. Concl. lib. de dilig. Deo. In dilectione Dei non potest accipi modus, sicut in re mensurata, vt sit in ea accipere plus & minus.

lib. 1. Polit. c. 6. 1. *Causa diligendi Deum, ait Ber. est Deus modus sine modo diligere.*

2. *In mensura agibilium, quæ ex fine sumitur, non datur modus, quia ex Arist. est sine fine, & termino: modus autem importat quandam mensuram determinationem, quæ in mensura est, essentialiter: in mensurato vero secundum quid, prout assignant mensuram, à qua si deficiant, aut excedant, dicuntur immodificata. At dilecti-*

Dei est finis humanarum actionem, & affectionem. Ergo in dilectione Dei non potest accipi modus: quia quanto plus Deum diligitur, tanto dilectio est melior. Vnde in dilectione Dei inuenitur modus, sicut in mensura in qua non potest esse excessus.

† 2. Concl. Caritas habet modum ex se, vt mensura, & ideo præeminet alijs virtutibus, quæ habent modum, vt mensuratæ.

1. Concl. Aug. dicit modum diligendi Deum esse, vt ex toto corde diligatur, id est, quantum potest diligi, qui modus est sine modo.

4. Concl. Quamuis ratio mẽsuret actiones exteriores, quia obiectum subiacet iudicio ipsius: tamen non sic in dilectione, quia eius obiectum, qui est Dei, iudicium rationis excedit.

Artic. 7. Vtrum sit magis meritorium diligere inimicum, quam amicum.

1. Concl. Ex parte proximi magis meritorium est diligere inimicum, quam amicum.

1. Diligere meliorem est magis meritorium: At qui amat est melior, quam qui odit. Ergo

2. Quoniam amicus est magis coniunctus, & est materias magis conueniens dilectioni.

2. Concl. *3. Pejus est odisse amicum, quam inimicũ. Ergo.*

Ex parte rationis propter quam diligimus magis meritorium est diligere inimicũ quam amicum.

1. Nam dilectionis amici potest esse alia ratio q̃am Dei: at dilectionis inimici, solius Dei est ratio.

2. Quoniam ostenditur fortiorem esse Dei dilectionem, qua hominem extendit, & usque ad dilectionem inimicorum, sicut ignis tanto est fortior, quanto potest conburere materiam minus combustibilem.

3. Concl. Dilectio amicorum secundum se considerata est feruentior, & melior, quam dilectio inimicorum. Sicut etiam ignis in propinquiora magis agit, quam in remotiora ita caritas feruentius diligit propinquos, quam remotos, & amicos, quam inimicos.

4. Concl. Matt. 5. Illud, *si diligitis eos, qui vos diligunt, &c.* Intelligitur quando amici amantur, vt amici tantum, & non propter Deum: Vnde patet ad alia, duæ rationes sequentes procedunt ex parte rationis diligendi, vltima ex parte eorum quæ diliguntur.

Art. 8. Vtrum sit magis meritorium diligere proximum, quam diligere Deum.

1. Concl. Si seorsum consideretur vtraque dilectio, & Dei, & proximi, magis, meritorium est diligere Deum.

1. Quia dilectio proximi est meritoria propter dilectionem Dei. Ergo.

2. Quia dilectioni debetur merces propter seipsam, cum vltima merces sit frui Deo. Ioan. 14. Si quis diligit me, &c.

† 3. Concl. Rom. 9. Si dilectio Dei accipiatur, vt solus diligitur, dilectio vero proximi, prout diligitur propter Deum, sic dilectio proximi præeminet: quia includit dilectionem Dei perfectã: illa autem, qua solus Deus diligitur, est imperfecta & insufficiens, quia mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

4. Concl. Quod Paul. *optaret esse anathema à Christo, &c.* non probat, quod plus diligeret proximum, quam Deum, sed quod plus diligeret Deum, quam seipsum: volebat enim ad tempus priuari fruitione diuina, quod pertinet ad dilectionem sui, vt procuraretur honor Dei in proximis, quod pertinet ad dilectionẽ Dei.

5. Concl. Dilectio amici aliquando est minus meritoria, quia diligitur propter seipsum: at hoc non contingit in Deo, cum tota meriti ratio consistat, vt propter seipsum diligatur.

Non est necesse, vt omne difficilius sit magis meritorium, sed quod sic est difficilius, vt sit melius.

Quæstio 28. De gaudio,

Art. 1. Vtrum gaudium in nobis sit effectus caritatis.

1 Concl. Spirituale gaudum, quod de Deo habetur, ex caritate causatur.

Rom. 5. & 14. *1. Caritas diffusa est in nobis ex spiritu sancto, à quo causatur etiam gaudium. Ergo.*

2. Ex amore causatur gaudium & tristitia, gaudium quidem vel propter præsentiã boni amati, vel quia ipsi bono amato proprium bonum inest, & conseruatur, & hoc etiam si sit absens: tristitia vero, vel propter absentiam amati, vel quia proprio bono priuatur. At caritas est amor Dei, cuius bonum est immutabile, & ex eo, quod amatur, est in amante per nobilissimum sui effectum. Ergo.

† 2. Concl. Etiam in hac vita Deus est præsens amantibus per gratiæ inhabitationem.

Non inconuenit luctum esse ex caritate. *Quia eiusdem rationis est gaudere de aliquo bono & tristari de his quæ ei repugnant.*

3. Concl. Gaudium, quod est de bono diuino, prout à no-

nobis participatum, oritur ex spe, sed non gaudium, quod est de bono diuino in se considerato.

Art. 2. Vtrum gaudium spirituale, quod ex caritate causatur, recipiat admixtionem tristitiæ.

Gaudium, quo gaudemus de bono diuino secundum se considerato non patitur admixtionem tristitiæ.

1. Concl.

1. Quia est de diuina sapientia, quæ amaritudinem non habet. Sap. 8.

2. Quia diuinum bonum, de quo est gaudium non potest aliquam admixtionem habere.

2. Concl. Gaudiū de bono diuino prout participatur a nobis, potest habere permixtionē tristitiæ. Cor. 13. Rom. 12.

Quia potest impedire per aliud contrarium, vnde consurgit tristitia de eo quod repugnat participationi diuini boni, vel in nobis, vel in proximo.

3. Concl. Illud *flere cum flentibus &c.* probat, quod caritas facit condolere proximo, inquantum in eo diuini boni participatio impeditur.

4. Concl. Dolor de peccatis est ex caritate, prout per eam impedimur à participatione diuini boni.

5. Concl. Tristitia etiam, qua quis luget de dilatione gloriæ, pertinet ad impedimentum participationis diuini boni.

Artic. 3 Vtrum spirituale gaudium, quod ex caritate causatur, possit in nobis impleri.

1. Concl. Gaudium quod ex caritate causatur, implebitur in patria, si plenitudo accipiatur ex parte gaudentis.

Luc 6. Math. 25. *1. Ioan. 15. Vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.*

2. Gaudium comparatur ad desiderium, & quies ad motum. Vt quies est plena cum nihil restat de motu. Ergo & gaudium est plenum cum nihil ad desiderandum restat, quod erit in patria propter plenam Dei fruitionem.

2. Concl. Si plenitudo gaudij sumatur ex parte rei, de qua est gaudium, vt scilicet tantum gaudeatur de ea, quantum est dignum de ea gauderi, sic solum Dei gaudium est plenum de seipso.

Quia gaudium Dei est infinitum, creaturæ vero finitum.

3. Concl. Licet gaudium vnius sit maius, quam alterius propter pleniorem participationem diuinæ beatitudinis: tamen gaudium erit plenum ex parte gaudentis, quia cuiuslibet desiderium plene quietabitur.

4. Concl. Licet cognitio non habeat plenitudinem ex parte rei cognitæ, quia esset comprehensio: habet tamen plenitudinem ex parte cognoscentis: & idem dicendum est de gaudio.

Art. 4. Vtrum gaudium sit virtus.

1. Concl. Gaudium non est aliqua virtus à caritate distincta.

Gal. 5. *1. Non connumeratur inter virtutes theologicas, vel morales, vel intellectuales. Ergo.*

2. Virtus non definitur, aut denominatur, nisi ab actu priori, quamuis aliquis actus etiam ab ea consequantur: at primus actus appetitiuæ potentiæ est amor, ex quo sequitur desiderium, & gaudium. Ergo virtus no denominatur à gaudio &c. sed ab amore, & dicitur caritas.

2. Concl. Gaudium est quidam caritatis, actus, siue effectus, & connumeratur inter fructus. Gal. 5.

3. Concl. Aliquæ tristitiæ particulares ponuntur specialia vitia, quæ non deriuantur ab aliquo speciali vitio, sed generali. Verum amor Dei ponitur specialis virtus, quæ est caritas ad quam reducitur gaudium, vt proprius actus.

4. Concl. Spes, quæ consequitur ex amore, vt gaudium, ponitur specialis virtus: quia adest ex parte obiecti quandam specialem rationem, scilicet ardui, & possibilis adipisci, non sic gaudium.

5. Concl. Ihes. 4. De gaudio datur præceptum à Paulo, vt gaudium est actus caritatis.

Quæstio 29. De pace.

Articul. 1. Vtrum pax sit idem quod concordia.

1. Concl. PAX non est idem quod concordia.

1. Concordia potest esse aliquorum impiorum in malo. Sed non est pax impij. Ergo.

Psal. 48. *2 Licet pax includat concordiam: tamen non quicunque est concors, est pax, si nomen pacis proprie sumatur: nam concordia importat tantum vnionem appetituum diuersorum appetentium, pax supra hanc vnionem importat vnionem appetitum animæ appetentis vnionem. Ergo quicunque vnus homo habet pacem & cor quietum, nisi eius appetitus vniantur, & in vnum feruentur.*

2. Concl. Ing. 19. de Quod pax sit ordinata concordia, non sequitur simpliciter esse concordiam, sed quod sit ordinata concordia, quod conceditur. Ver. c. 1.

3. Concl. Vnio consensus est quidem concordia, sed non est pax nisi etiam sibi inuicem omnes motus appetitiui sint consentientes. 1. Concl.

Pacis & concordiæ non est idem oppositū:

1. Diliges, ait scriptura, amicum tuum, sicut te ipsum. Sed amicum ex caritate diligimus. Ergo.

2. Quoniam etiam is, qui habet caritatem est inter ea ad quæ caritas ex consequenti se habet.

Concl. Si loquamur secundum communem rationem amicitiæ caritas non est ad seipsum, sed quid maius.

1. Amicitia importat vnionem quandam. Sed vnicuique ad seipsum est vnitas, quæ est potior vnione ad alios, Ergo.

2. Sicut vnitas est principium vnionis, ita amor quo quis diligit seipsum est forma, & radix amicitiæ: nam in hoc amicitiam habemus ad alios, quod ad eos nos habemus, sicut ad nosipsos.

1. ethic. 9. th. c. 8. 3. Concl. com. 17. in 1. ang. 1. Tim. 3

3. Sicut de principiis non est scientia, sed quid maius, scilicet, intellectus, ita ad seipsum non est amicitia, sed quid maius.

Cum Greg. ait, *caritatem ad minus esse inter duos*, loquitur de caritate secundum communem rationem amicitiæ: quo etiam modo procedit. 2. arg.

Amantes seipsos secundum naturam sensibilem cui obtemperant, vituperantur: sed caritas non sic diligit.

Art. 5. Vtrum homo debeat corpus suum ex caritate diligere.

. Concl. Ex dilectione caritatis, qua diligimus Deũ, debemus etiam corpus nostrum diligere.

. 1 de doct. 1. Ex aug. qui hoc docet.

. 23. 2. Cum corpus sit à Deo, possumus eo vti ad seruitium Dei, & ideo debemus ipsum diligere.

. Concl. Infectionem culpæ, & corruptionem pœnæ quæ sunt in corpore, non debemus diligere, sed potius ad eorum remotionem desiderio caritatis anhelare.

3 Concl. com. 7. ad 7. Apostolus non refugiebat corporis communicationem, quantum ad corporis naturam, sed cupiebat carere infectione concupiscentiæ, quæ remanet in corpore, & corruptibilitate ipsius.

4. Concl. Etiam corpus est particeps diuinæ fruitionis aliquo modo, & sic debet amari caritate.

Concl. Reamatio tantum habet locum in amicitia, quæ est ad alterum, non autem in amicitia, quæ est ad se.

Art. 6. Vtrum peccatores sint ex caritate diligendi.

Concl. Peccatores, secundum naturam, quam à Deo habent, sunt ex caritate diligendi.

1 Habemus præceptum de diligendo proximo: sed peccatores non desinunt esse proximi, quia non desinunt esse homines, cum peccatum non tollat naturam, Ergo.

2. Secundum naturam homo est capax beatitudinis, super cuius communione fundatur caritas. Ergo.

Psal. 110. Peccatores secundum culpam, non sunt diligendi, sed odio habendi etiamsi sint propinqui.

2 Concl. Quia per culpam contrariantur Deo propter quem ex caritate diligimus: & quia culpa est impedimentum beatitudinis.

† 3. Concl. Psal. 100. 4. Concl. Exod. 22. Dauid odio habuisti iniquos, vt inquietant, id est, eorum iniquitatem.

Illud *in matutino interficiebam*, &c. & illud, *maleficos non patieris viuere*. &c. intelliguntur de illis, qui insanabiles fiunt, de quibus magis præsumitur nocumentum aliorum, quam eorum emendatio: verum cum spes habetur sanationis eorum, non debent beneficia eis subtrahi.

5. Concl. Psal. 9. Illud, Conuertantur peccatores in infernum, vel intelligitur per modum pronunciationis, non optationis, vel per modum optationis, prout desiderium refertur ad iustitiam punientis, non ad pœnam: & sic lætatur iustus cum viderit vindictam. Vel vt desiderium referatur ad remotionem culpæ, vt sed cet peccata destruantur: & sic intelliguntur aliæ similes, scripturæ, auctoritates.

6. Concl. Ex caritate diligimus peccatores, vt faciamus eos velle, quæ ipsi volumus, & gaudere de his de quibus nos gaudemus.

7. Concl. Conuenire cum peccatoribus infirmis est vitandum propter periculum, sed perfectis laudabile est, vt eos conuersant: & sic Dominus cum peccatoribus manducabat.

Art. 7. Vtrum peccatores diligant seipsos.

1. Concl. Commune est omnibus hominibus, vt quisque amet seipsum, secundum id, quod æstimat se esse: & quia vnusquisque æstimat se esse secundũ commune bonum, quod est esse compositum ex corpore, & anima, ideo tam boni, quam mali amant sui conseruationem.

2. Concl. Non omnes amant se secũdũ id, quod est præcipuum in se, id est secundum mentem rationalem, quæ est principalior parte sensitiua.

3 Concl. Boni vere se cognoscentes se vere amant.

Quia cognoscunt se secundum interiorem hominem, & sic se amant

Mali non se recte cognoscentes non vere se amant.

Quia æstimant principale in seipsis partem sensitiuam. Vnde qui diligit iniquitatem, odit ani-

mam

lib. 9. etb. *nam sum, id est, se. Id. probat Arist. per quinque, quæ sunt in amicitia. Amicus vult sum amicum esse, & viuere: vel ei bona: operatur bona ad ipsum: conuiuit ei delectabiliter: concordat cum ipso, dum eisdem delectatur, & contristatur; & secundum hæc omnia mali non diligunt se. boni vero diligunt se, secundum interiorem hominem. Ergo.*

†5 Concl. Amor sui, qui est initium peccati, est ille qui est proprius malorum perueniens vsque ad contemptum Dei.

6. Concl. Naturalis amor non tollitur totaliter à malis, sed peruertitur.

7. Concl. Mali, inquantum existimant se bonos, aliquid participant de amore sui: nec tamen est vera sui dilectio, sed apparens.

Art. 8. Vtrum sit de necessitate caritatis, vt inimici diligantur.

1. Concl. Diligere inimicos, inquantum sunt inimici, repugnat caritati.

Quia hoc est diligere malum alterius.

2. Concl. Dilectio inimicorum quantum ad naturã est de necessitate caritatis: Vt scilicet aliquis diligens Deum & proximum à generali dilectione proximi non excludat inimicos Matth. 5. *diligite inimicos vestros.*

3. Concl. Non est de necessitate salutis, vt quis speciali motu dilectionis moueatur ad inimicum.

Quia non est de necessitate salutis, vt hac ratione in quoslibet homines motus dilectionis feratur: quia hoc esset impossibile. Ergo.

4. Concl. Est de necessitate caritatis secundum præparationem animi habere propositum habituale diligendi inimicum in singulari, si necessitas occurreret.

5. Concl. Quod quis extra hunc casum diligat inimicum propter Deum pertinet ad perfectionem caritatis.

Quia quo magis quis Deum diligit, eo magis diligit proximum nulla impediente iniuria. Et sic intellige August. Vnde soluitur primum.

†6. Concl. Vnaquæque res naturaliter odit suum contrarium, vt contrarium est: & sic inimici non sunt diligendi: sed vt homines sunt capaces beatitudinis.

7. Concl. Caritas non facit diligere inimicos, vt inimici sunt, quod est vituperabile.

2. Reg 19.

Artic. 9. Vtrum sit de necessitate salutis, quod aliquis signa, & effectus dilectionis inimico exhibeat.

1. Concl. Beneficia, & dilectionis signa, proximi in communi, vt orationes pro omnibus fidelibus, & beneficia alicui communitati, de necessitate præcepti sunt inimicis exhibenda.

Quia contrarium pertineret ad liuorem Cindicte: contra script. qua ait. Non quæres Cindictam.

2. Concl. Lem. 19. Beneficia, & dilectionis signa, quæ particulariter exhibentur aliquibus personis, exhibere inimicis, non est de necessitate salutis, nisi secundum præparationem animi. s. vt eis subueniantur in articulo necessitatis, si eluricrit inimicus. &c.

Prou. 25. 3. Concl. Extra casum necessitatis pertinet ad perfectionem caritatis, per quam quis non solũ cauet vinci à malo; sed vult in bono vincere malum.

Matth 5. *Ita Glos. super illud, Benefacite &c. Vnde patet ad obiecta.*

Artic. 10. Vtrum debeamus Angelos ex caritate diligere.

1. Concl. Amicitia caritatis etiam ad Angelos se extendit.

Quia continentur præcepto, quo iubemur diligere proximum, nam ab illis multa nobis misericordiæ impendantur officia.

Aug. 1. de doc. c. 30. Matth. 22. *2. Quia communicamus cum illis in participatione beatitudinis æternæ: erunt enim homines sicuti Angeli in cælo.*

†2. Concl. Proximus non solum dicitur communicatione speciei: sed etiam communicatione beneficiorum pertinentium ad vitam æternam.

3. Concl. Bruta conueniunt nobiscum in genere, ratione naturæ sensitiuæ, per quam non sumus participes beatitudinis, sed secundum mentem rationalem, qua communicamus cum Angelis.

4. Concl. Licet non conuiuamus Angelis exteriore conuersatione conuiuimus tamen secundum mentem, quamuis imperfectæ in via.

Art. 11. Vtrum debeamus dæmones ex caritate diligere.

1. Concl. Cap. 28. Dæmones ex caritate non sunt diligendi.

1. Delebitur, ait Isa. fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit.

2. Quia nomine dæmonis significatur natura peccato deformata.

2. Concl. Dæmones quoad naturam tantum possumus ex caritate diligere, non quod illis velimus bonum, quod respicit caritas quia hoc esset contra diuinam iustitiam; sed in quantum volumus ipsos spiritus in suis naturalibus conseruari ad gloriam Dei.

3. Concl. Caritas fundatur magis super communicationem vitæ æternæ, quam super communicationem naturæ, & ideo habetur ad Angelos: & non ad dæmones.

4. Concl. Peccatores in hac vita adhuc possunt esse capaces beatitudinis, & ideo diliguntur, non sic dæmones.

5. Concl. Vtilitas quæ nobis provenit ex dæmonibus, non est de intentione eorum, sed ex ordinatione divinæ providentiæ.

Artic 12. *Vtrum convenienter enumerentur quatuor ex caritate diligenda, s. Deus, proximus, corpus nostrum, & nos ipsi.*

1 Concl. lib. 1. de doct. c. 26. Convenienter enumerantur quatuor ex caritate diligenda, scilicet Deus, proximus, corpus nostrum, & nosipsi.

1. Ex Augustin. qui hæc enumerat: supra nos, Deus; quod nos sumus; quod iuxta nos, proximus; quod infra nos, proprium corpus.

2. In cõmunicatione beatitudinis considerantur duo, vt principium influens beatitudinem, scilicet Deus, aliud beatitudinem directe participans, vt homo, & Angelus: tertiũ id, ad quod per quandam redundantiam beatitudo derivatur, scilicet corpus nostrum, quartum, quod est nobis consociatum in beatitudinis participatione, scilicet proximus. Ergo.

† 2. Concl. Licet qui non diligit Deum, non diligat seipsum: tamen non est vnica dilectio, quia alia est habitudo diligentis ad Deum, alia ad seipsum.

3. Concl. Homo secundum rationalẽ mentem, quæ est principalis in homine, alio modo diligit se secundum caritatem, alio modo corpus proprium, quod directe non est capax beatitudinis; ideo non est vnica dilectio.

4. Concl. Corpus proximi non ponitur speciale diligibile: quia homo diligit proximum, secundum totum ratione cuiusdam societatis in beatitudine.

Quæstio 26. De ordine caritatis.

Art. 1. *Vtrum in caritate sit ordo.*

1. Concl. OPortet quod in his, quæ ex caritate diliguntur, attendatur aliquis ordo, secundum relationem ad principium huius dilectioni, quod est Deus.

1. Cant. 2 Ordinauit in me in caritate.

2. Cum prius, & posterius dicantur secundum relationem ad aliquod principium necesse est, vt ubi datur principium, detur etiam ordo; quia ordo dicit modum prioris, & posterioris. Sed in caritate datur, vt principium, Deus, in cuius participatione caritas fundatur. Ergo. Arist. 5. Met. tex. 11

Aliæ virtutes non tendunt in finem vltimũ sub ratione vltimi finis, sicut caritas, & ideo non admittunt ordinem, † 2. Concl.

Etiam in fide est aliquis ordo, prout principaliter est de Deo, secundario de his, quæ ad Deum referuntur. 3. Concl. §

Ordo attribuitur rationi, vt ordinanti, vi autem appetitiuæ, vt ordinatæ. 4 Concl.

Art. 2. *Vtrum Deus sit magis diligendus, quam proximus.*

1. Concl. Principaliter, & maxime Deus est ex caritate diligendus.

1. Illud magis est diligendum, propter quod alia sunt odio habenda. Sed proximi sunt odio habendi propter Deum, scil. si a Deo abducunt, Luc. 14. Ergo.

2. Amicitia respicit principaliter id, in quo principaliter inuenitur illud bonum, super cuius communicatione fundatur. At amicitia caritatis fundatur super communicatione beatitudinis, quæ consistit in Deo essentialiter, à quo derivatur in omnes, qui sunt eius capaces. Ergo.

† 2. Concl. Ex eo, quod aliquis non amat proximum, infertur, quod non diligat Deum, non propter hoc, quod proximus sit magis diligendus, sed quia prius diligendus occurrit.

3. Concl. Etiam ratione similitudinis magis debemus Deum diligere, quam proximum.

Quia similitudo quam habemus ad Deum, est magis similitudo quam habemus ad proximum.

4. Concl. Deus est quidem æqualis secundum substantiam vbicunque sit: tamen non æqualiter habet proximus bonitatem Dei: sicut Deus habet: Deus enim habet essentialiter, proximus participatiue.

Arti. 3. *Vtrum homo debeat ex caritate plus Deum diligere, quam seipsum.*

1. Concl. Ex caritate magis debet homo diligere Deum, qui est bonum commune omnium, quam seipsum.

lib. 1. de doct. c. 22. *1. Homo ex Augustin. diligit se propter Deum. Ergo magis Deum: quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis.*

2. Homo amore naturali, qui fundatur super communicationem bonorum naturalium, magis amat Deum, quam seipsum, quod patet etiam in rebus cognitione carentibus, quia vnaquæque pars naturaliter plus amat commune bonum totius quam bonum proprium. Ergo multo magis hoc ve-

rificatur

rificatur in amicitia caritatis, quæ fundatur super communicationem bonorum gratiæ, nam beatitudo est in Deo sicut in communi, & fontali principio omnium, qui beatitudinem participare possunt.

† 2. Concl. *Illud, amicabilia, quæ sunt ad alterum, communi examinabilibus, quæ sunt ad se*, intelligitur de illo, in quo bonum prædictum non inuenitur secundum rationem totius.

3. Concl. Pars diligit bonum totius, vt sibi conueniens, non quod ad se illud referat, sed potius quod seipsam refert in bonum totius.

4. Concl. Arist. 9. Eth. Velle tui Deo pertinet ad amorem concupiscentiæ, nos autem loquimur de caritate qua diligimus Deum, vt bonum quoddam in se, non vt participatur.

Artic. 4. *Vtrum homo ex caritate magis debeat diligere seipsam, quam proximum.*

1. Concl. Homo secundum naturam spiritualem, magis debet diligere seipsum, quam proximum.

Leu. 19. Matth. 22. 1. *Diliges proximum tuum, sicut teipsum, ait scriptura; quare dilectio sui, est sicut exemplar dilectionis ad alterum. Ergo.*

2. Proximus diligitur secundum rationem societatis in beatitudine, vt dictum est; hæc autem consortium est ratio dilectionis secundum quandam vnionem in ordine ad Deum. Ergo sicut vnitas potior est quam vnio, ita, quod homo ipse participet bonum diuinum, est potior ratio diligendi, quam quod alius associetur sibi in hac participatione

† 2. Concl. Licet proximus aliquando sit Deo propinquior: tamen, quia non est ita propinquus caritatem habenti, sicut ipse sibi; ideo non sequitur, quod debeat magis proximum, quam seipsum diligere.

Quia caritas habet etiam quantitatem ex parte dilectionis.

3. Concl. Homo debet detrimentum corporale pati propter amicum, quod dum facit, magis diligit se secundum partem spiritualem; quia hoc pertinet ad virtutem: at in spiritualibus non debet detrimentum pati, vt proximus à peccato liberetur.

1. Cor. 12 4. Concl. Illud, *Caritas non quærit quæ sua sunt*, intelligitur quod caritas anteponat communia propriis. Aug. in regula 3.

Articul. 3. *Vtrum homo magis debeat diligere proximum, quam corpus proprium.*

1. Concl. Homo magis debet diligere proximum quantum ad salutem animæ, quam corpus proprium.

1. *Aug. de doctr. christi.*

2. *Idest magis ex caritate diligendum, quod habet plenioremrationem diligibilis. at ratio qua diligitur proximus est maior, ratione, qua diligitur proximus est maior, ratione, qua diligitur propriũ corpus. Ergo.* lib. 1. c. 27.

† 2. Concl. Cum dicitur, *proximus est magis diligendus, quam corpus proprium*, intelligitur quantum ad animam, quæ est potior pars hominis.

3. Concl. Corpus nostrum est propinquius animæ nostræ, quam proximus, quantum ad constitutionem propriæ naturæ, non quantum ad participationem beatitudinis.

4. Concl. Non est de necessitate salutis, quod homo exponat proprium corpus pro salute proximi, nisi in casu, quo teneatur eius saluti prouidere: quia cuilibet imminet cura proprii corporis, non autem semper de salute proximi: quod quis sponte hoc faciat, pertinet ad perfectionem caritatis.

Art. 6. *Vtrum vnus proximus sit magis diligendus, quam amicus.*

1. Concl. Quosdam proximos debemus magis diligere, quam alios, etiam quo ad affectum.

Leu 20. *1. Quia grauius peccat aliquis faciendo contra caritatem aliquorum proximorum, quam faciendo contra dilectionem aliorum. Ergo.*

2. Ita est ordinatus affectus caritatis, sicut appetitus naturalis, quia vtraque inclinatio est a Deo. At appetitus naturalis proportionatur actui, vel motui, qui conuenit naturæ vnuscuiusque. Ergo & affectus caritatis oportet, vt proportionetur his quæ sunt exterius agenda, scilic. vt ad eos intensionem affectus habeamus, quibus conuenit nos magis bene posse esse. Ergo.

3. Concl. *Cum principium dilectionis sit Deus, & ipse diligens, necesse est, vt secundum propinquitatem maiorem ad alterum istorum principiorum, maior sit dilectionis affectus. Ergo. Vnde irrationabiliter a quibusdam dicitur, omnes proximos esse æqualiter diligendos secundum affectum, sed non secundum effectum.*

† 2. Concl. Ex parte boni, quod amico optamus, omnes homines æque diligimus ex caritate, quia omnibus optamus beatitudinem, sed quantum ad intensiorem actum non oportet omnes æque diligere: vnde patet etiam ad tertiũ.

3. Concl. Non omnes homines æqualiter se habent ad Deum, sed aliqui sunt aliis propinquiores, qui sunt magis diligendi ex caritate.

Art. 7. *Vtrum magis debeamus diligere meliores, quam nobis coniunctiores.*

1. Concl. Si diuersitas caritatis sumatur ex parte obiecti, vnde sumuntur dilectibnis species, quod obiectum est Deus, propter quem diligimus proximũ, ei qui est Deo propinquior, maius bonum ex caritate velle debemus secundum diuersos gradus beatitudinis, quod bonum caritas omnibus vult.

Quia ad caritatem pertinet, velle seruari diuinam æqualitatem, secundum quam meliores perfectum beatitudinem participant.

2. Concl. Si diuersitas attendatur ex parte diligentis, vnde sumitur caritatis intensio, intensiori affectu homo diligit propinquiores ad illud bonum, ad quod omnes diliguntur, quã meliores ad maius bonum. Rursus est alia differentia, quia proximi sunt propinqui secundum naturalem originem, a qua discedere non possunt: sed bonitas virtutis, qua aliqui appropinquant Deo potest recedere, minui, & contra. Vnde possum ex caritate velle vt magis coniunctus sit melior alio, & ad maiorem beatitudinis gradum peruenire: Vnde Paulus. Qui suorum domesticorum curam non habet, fidem negauit, &c.

3. Concl. Rursus pluribus modis diligimus magis coniunctos. Quia ad eos habemus varias amicitias: & ideo, cum bonum super quo fundatur amicitia honesta ordinetur, vt ad finẽ, ad bonum super quo fundatur caritas, consequens est, vt caritas imperet, tanquam superior actibus cuiuslibet amicitiæ, & ita hoc, quod est diligere aliquem vt consanguineũ, ciuem, &c. est ordinabile in finem caritatis, à qua potest imperari. Quare ex caritate eliciente & imperante pluribus modis diligimus magis coniunctos.

† 4. Concl. In propinquis non iubemur odisse, quod propinqui nostri sint: sed solum quod impediunt nos à Deo: & secundum hoc dicuntur nostri inimici.

5. Concl. Matt. 10. Caritas facit hominem conformari Deo secundum proportionem: vt scilicet ita se habeat homo ad id, quod suum est: sicut Deus ad id, quod suum est: quare non sequitur, quod si Deus magis diligit meliores, ita & nos, quia ex caritate possumus aliqua diligere nobis conuenientia, quæ tamen Deus non vult.

6. Concl. Caritas non solum elicit actum dilectionis secundum rationem obiecti, sed etiam secundum rationem diligentis, ex quo contingit quod magis amatur.

Art. 8. *Vtrum sit magis diligendus ille, qui est magis coniunctus secundum carnalem originem.*

In his, quæ pertinent ad naturam, plus debemus diligere consanguineos, quam alia ratione coniunctos. 1. Concl. Exod 20.

1. *Quia in præcepto decalogi mandatur de honore parentum.*

2. *Quia, vt est dictum intensius, & pluribus rationibus diliguntur.*

3. *Quoniam coniunctio naturalis originis est prior, & eam obligat omnibus aliis coniunctionibus, cum pertineat ad substantiam*

In his quæ pertinent ad singulas coniunctiones aliorum, plus debemus illos diligere, quam consanguineos, vt conciues, commilitones, &c. secundum singulas coniunctiones. 2. Concl.

Amicitia consanguineorum est stabilior, sed aliæ possunt esse potiores secundum id, quod est proprium cuique amicitiæ. 3. Concl. Prom. 18.

Illud, *vir amicabilis erat magis amicus quam frater*, intelligitur, quod in agendis præponderat hæc dilectio dilectioni consanguineorum, vt scilicet magis cum illis consentiamus in agendis, non quod sit stabilior, &c. † 4. Concl. lib. 1. de offic.

Illud Ambr. *Non minus vos diligo*, &c. tantum probat, quod quantum ad beneficia quæ pertinent ad communicationem gratiæ, magis debet homo subuenire filiis spiritualibus, quam corporalibus. 5. Concl.

Quod duci exercitus magis obediatur in bello, quam patri, non sequitur, quod pater minus diligatur simpliciter, sed tantum secundum quid. 6. Concl.

Art. 9. *Vtrum homo ex caritate magis debeat diligere filium, quam patrem.*

Pater magis diligendus est, quam filius, si gradus dilectionis sumantur ex parte obiecti. 1. Concl.

1. *Primo ait Ambr. Deus diligendus est, secundo parentes, tertio filii, &c.*

2. *Quoniam patrem diligimus sub ratione principii, quod habet rationem eminentioris boni, & Deo similioris.*

Si gradus dilectionis sumatur ex parte ipsius diligentis, filius magis diligendus est, quam pater. 2. Concl.

1. *Quia filius coniunctior est, cum sit aliquid patris, & haec dilectio est similior dilectioni sui ipsius.*

2. *Quia parentes magis sciunt aliquos esse suos filios, quam è conuerso.*

3. Quia

Quia parentes diutius amauerunt, & dilectio quanto est diuturnior, tanto est fortior.

† 3. Concl. Eccl. 9. Parentibus à filijs magis debetur honor, filijs autem a parentibus magis debetur cura prouisionis.

4. Concl. Ratione coniunctionis pater magis diligit filium sed ratione eminentioris boni, magis filius diligit patrem.

5 Concl. Parentes magis ament filios ratione curæ vtilitatis eorum: sed ratione honoris exhibendi è conuerso: in articulo necessitatis filius obligatus est maxime ex beneficijs susceptis, vt parentibus valde prouideat.

Artic. 10. Vtrum homo magis debeat diligere matrem quam patrem.

1. Concl. In Ezech. c. 44. super illud sabbatha mea Per se loquendo, patet magis est amandus, quam mater.

1. *Post Deum omnium patrem, ait Hieron. diligendus est pater.*

2. *Pater & mater amantur, vt principia quædam naturalis originis: sed pater habet excellentiorem rationem principij. cum sit per modum agentis, quam mater, quæ est per modum patientis. Ergo.*

2. Concl Arist. 2. de gener. ani. c. 4. Potest esse vt tanta sit differentia virtutis, & malitiæ, vt amicitia dissoluatur, vel minuatur.

3 Concl. Quod fœmina in generatione det corpus, intelligitur, quod ministret materiam corporis informem, quæ formatur per virtutem, quæ est in semine patris, quæ disponit materiam ad formam recipiendam.

4. Concl. Diligere matrem, quia plus solet amare, vel quia plus solet laborare quod pertinet ad aliã dilectionem: sed nos loquimur de ea, quę debetur patri, & matri secundum rationem generationis.

Art. 11. Vtrum homo magis debeat diligere vxorem, quam patrem, & matrem.

1. Concl. Secundum rationem boni, quod est obiectũ dilectionis, magis sunt diligendi parentes, quam vxores.

1. *Vir debet diligere vxorem, vt corpus suum: sed minus est diligendum corpus, quam proximi. inter quos sunt parentes. Ergo.*

2. *Quia diliguntur sub ratione principij, & eminentioris boni.*

1. Concl. Matth. 19. Secundum rationem coniunctionis, magis est diligenda vxor: quia vxor coniungitur viro, vt vna caro euidens. Verum maior reuerentia parentibus est exhibenda, quam vxori.

Licet quantum ad vnionem carnalis copulæ, & cohabitationis, relictis parentibus, homo debeat adhærere vxori: tamen, in quibusdam, homo magis debet assistere parenti quam vxori. † 3. Concl. Mat. 9

Quod viri debeant diligere vxores, sicut seipsos, sic intelligitur, quod dilectio sui ipsius est ratio dilectionis, qua quis vxorem sibi coniunctam diligit. 2. Concl. 5. def. 5.

In amicitia paterna sunt multæ rationes dilectionis, quæ præponderãt rationi dilectionis, quæ habetur ad vxorem. Et cum dicitur, *diligenda esse, sicut carnem suam, ly, sicut*, non importat æqualitatem, sed rationẽ dilectionis. 5. Concl.

Artic. 12. Vtrum homo magis debeat diligere benefactorem, quam beneficiatum.

1. Concl. Homo ratione maioris coniunctionis, debet magis diligere beneficiatos, quam beneficiatorem.

1. *Beneficiatus est quasi quoddam opus benefactoris, quod naturaliter ab vnoquoque agente diligitur.* Arist. 9. Eth. c. 7.

2. *Naturaliter quisque diligit id, in quo perspicit suum bonum, benefactor autem inspicit in beneficiato bonum honestum, quod est magis diligibile, & optabilius, quam bonum vtile, quod beneficiatus inspicit in benefactore. Ergo.*

3. *Quoniam ad benefactorem proprie pertinet amare, quia vult & operatur bonum amato.*

4. *Difficilius est beneficia impendere, quam recipere ea autem in quibus plus laboratur, plus diliguntur. Ergo.*

2. Concl. Ratione excellentioris boni benefactor est magis diligendus: quia cum sit principium boni in beneficiato habet excellentiorem boni rationem.

† 3. Concl. Benefactor diligit beneficiatum ex seipso motus, at beneficiatus diligit prouocatus ab illo: quod autem est ex se, potius est eo, quod est per alium. Vnde colligitur alia ratio proprima concl.

4. Concl. Amor beneficiati ad benefactorem est magis debitus, & ideo contrarium habet rationem maioris peccati, non quod sit maior amor.

5. Concl. Benefactores, à quibus maxima beneficia recipimus, vt est Deus, & parentes, præferimus his, quibus aliqua minora beneficia impendimus.

Art. 13. Vtrum ordo caritatis remaneat in patria.

1. Concl. Ordo caritatis manebit in patria, quantum ad hoc, quod Deus super omnia diligatur.

Quia in patria beatus non fruitur perfecte Deo, tanquam vltimo fine.

2. Concl. Ordo caritatis suiipsius ad alios, non eodem modo se habebit in patria, vt se habet in via.

Quia in patria quisque plus diliget meliores, quam seipsum, pro differentia boni, quod melioribus exoptat. Volet enim quilibet beatus, vt quisque habeat, quod ei debetur secundum diuinam institutam, propter perfectam conformitatem voluntatis ad diuinam: quod in hac vita, vbi caritate proficitur, non accidit, vbi homo potest optare sibi maius bonum, quam alijs: vnde soluitur secundum.

3. Concl. Secundum intensionem dilectionis ordo caritatis manebit vt est in via prout quisque diliget plus se, quam proximum meliorem.

Quia intensio actus prouenit ex parte subiecti diligentis. & quia homo est magis sibi coniunctus, quam proximus melior, ideo, &c. ad hoc enim caritas datur, vt primo homo suam voluntatem ordinet ad Deum: quod pertinet ad dilectionem sui, secundario vt velit ordinem aliorum ad Deum. adde, quod hic ordo fundatur in natura, quæ in patria non tollitur, sed perficitur.

4. Concl. Quantum ad ordinem proximorum ad inuicem, & ratione boni voliti, & ratione intensionis, ex caritate magis diligetur melior.

Quia tota vita beata consistit in ordine mentis ad Deum respectu cuius seruabitur ordo dilectionis beatorum, vt is diligatur magis qui est Deo propinquior: Quia ibi cessabit prouisio, secundum quam hic magis coniunctos diligimus.

5 Concl. In patria continget, vt magis coniunctus pluribus modis diligatur, quam melior: quia non cessabunt honestæ diligendi causæ: sed his præsertim in comparabiliter ratio dilectionis sumpta ex propinquitate ad Deum,

de Vera rel. c. 48. Illud *Aug. caritas est, vt plus petora bona, minus minora diligamus*, procedit quantum ad coniunctos sibi, non quantũ ad seipsum: quia perfectio caritatis, ordinat hominem perfecte ad Deum, quod pertinet ad dilectionem suiipsius.

6. Concl. Licet alius sit Deo propinquior: tamen in ordine dilectionis oportet, vt post Deum homo maxime diligat seipsum.

Quæstio 27. De principali actu caritatis, quæ est dilectio.

Art. 1. Vtrum caritati magis proprium amari, quam amare.

1. Concl. CAritati magis conuenit amare quam amari.

1. Amicitia ex Arist. magis consistit in amare, quam in amari. Ergo. 8. eth. c. 8.

2. Magis conuenit vnicuique, quod conuenit ei per se, & substantialiter, quam quod conuenit per aliud: Vnde amici plus laudantur quod ament, quam quod amentur. At amare conuenit caritati per se, vt caritas est, quia cum sit quædam virtus, habet inclinationem ad proprium actum & amare ei conuenit, prout habet communem rationem boni. Ergo.

† 2. Concl. Meliores ex eo, quod meliores sunt, sunt magis amabiles, sed ex eo quod in eis est perfectior caritas, sunt magis amantes.

3. Concl. Multi volunt amari, quia volunt honorari, & sic propter aliud: at amare, & velle amare pertinent ad caritatem secundum se.

4. Concl. Propter amari aliqui amant, non quod amari sit finis, eius, quod est amare, sed quia est via inducens ad hoc, vt homo amet.

Art. 2. Vtrum amare, secundum quod est actus caritatis sit idem quod bene volentia.

1. Concl. Benevolentia non est idem, quod dilectio, quæ est caritatis actus.

1. Quia caritas est amicitia. At benevolentia nõ est amicitia, neque amatio, sed amicitiæ principium. Ergo. Arist 9. Eth. c. 5.

2. Licet amor includat benevolentiam, quæ est simplex actus, tamen addit super eam vnionem affectus amantis ad amatum.

2 Concl. Amor, & benevolentia, etiam secundum appetitum sensitiuum differunt.

Quia amor, vt sic est passio cum impetu inclinationis ad suum obiectum, quæ oritur per aliquam assiduam inspectionem rei amatæ, ex qua fit conjunctio. At benevolentia non habet impetum inclinationis, sed solum ex iudicio rationis boni alicui: & interdum oritur ex repentino. sicut nobis accidit de pugilibus, qui pugnant, quorum alterum vellemus vincere. Ergo. Arist 2. Rhet.

† 3. Concl. Illa definitio, *amare est velle alicui bonum*, non explicat totam naturam ipsius amoris, sed aliquid ad rationem eius pertinens, in quo manifestatur dilectionis actus.

Dico

Dilectio est actus voluntatis in bonum tendens, sed cum quadam vnione ad amatũ, quod non est in benevolentia.

Intantum illa, quæ Arist. ponit ad amicitiã pertinent, inquantum proveniunt ex amore, quem quis habet ad seipsum: quare non pertinent ad benevolentiam.

Artic. 3. Vtrum Deus sit propter seipsum caritate diligendus.

Dictio, *propter*, importat habitudinem causæ finalis, formalis, efficientis, & materialis: ad quam reducitur dispositio: secundũ quas rationes aliquid dicitur propter aliud diligendum.

Si dicat genus causæ, vel finalis, vel formalis, vel efficientis, Deus non diligitur propter aliud.

Quia non ordinatur ad finem, neque informatur aliquo, quo sit bonus, neque habet ob aliud nitatem.

Si dicat genus causæ materialis, prout ad illam reducitur dispositio, Deus potest diligi propter aliud, quatenus aliquibus alijs disponimur ad hoc, vt in Dei dilectione proficiamus: v.g. per dona ab eo accepta, præmia sperata, vel pœnas, quas per ipsum vitare intendimus.

Deus est propter ipsum ex caritate diligendus, si dictio, *propter*, dicat rationem finis, & formæ.

Quia ipse est vltimus finis, & est ipsa substantia bonitatis. Adde ex August. quod frui, est amore inhærere alicui propter se: Deo est fruendum ex eodem. Ergo.

Ex his, quæ animus novit, discit incognita amare, non ratione causæ finalis, formalis, vel efficientis, sed prout homo per ea disponitur ad amandum incognita.

Cognitio Dei acquiritur per alia, sed post quam est acquisita non cognoscitur per alia, sed per seipsum.

Spes, & timor ducunt ad caritatem per modum dispositionis.

Artic. 4. Vtrum Deus in hac vita possit immediate amari.

Caritas etiam in statu viæ immediate Deum diligit.

1. *Cognitio in patria, quia est enigmatica evacuatur. At caritas non evacuatur, vt ait Paul.*

2. *Dilectio est actus virtutis appetitivæ, quæ in eo differt ab apprehensiua, quod fertur in rem, vt est in se. actus vero cognoscitiua est secundum modum cognoscentis. Ergo caritas fertur in Deum secundum se, & consequenter immediate amatur. cum Deus sit ex se, maxime cognoscibilis, & amabilis, per cuius amorem, dilectio derivatur ad alia. At vero in cognitione, quia nostra cognitio habet ortum à sensibus, per alterum cognitionem venimus in cognitionem Dei.*

Licet incognita non possint dilligi, non tamen est necesse, vt sit idem ordo cognitionis, & dilectionis, nam dilectio incipit, vbi desinit cognitio, scilicet ipsa re.

Quia dilectio Dei maior est eius cognitione, maxime in hac vita, ideo præsupponit ipsam: & sic cognitio à creaturis incipiens tendit in Deum: & cognitio à Deo incipiens, sicuti ab vltimo fine, ad creaturas derivatur.

Per hoc quod per caritatem tollitur aversio a Deo quæ est per peccatum, & non sola cognitione, sequitur quod caritas immediate adhæreat Deo,

Articul. 5. Vtrum Deus possit totaliter amari.

Si modus totalitatis referatur ad rem dilectam, Deus est totaliter diligendus.

Quoniam totum ad homo debet diligere, quod ad Deum pertinet.

Si totalitas referatur ad diligentem, sic etiam Deus est totaliter diligendus.

Nam hoc præcipitur, Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c.

Si totalitas dilectionis consideretur secundum comparationem diligentis ad rem dilectam, scilicet secundum proportionem æqualitatis, vt tantum diligatur Deus, quantum est diligibilis, non potest Deus totaliter diligi. *Quia cum sit infinitum bonum, est infinite diligibilis. At nulla creatura potest infinite diligere. Ergo. Vnde patet ad ob. ejus: duo procedunt secundum hunc sensum: tertium, sextum secundum.*

Artic. 6. Vtrum diuinæ dilectionis sit aliquis modus habendus.

In dilectione Dei non potest accipi modus, sicut in re mensurata, vt sit in ea accipere plus & minus.

1. *Causa diligendi Deum, ait Ber. est Deus modus sine modo diligere.*

2. *In mensura agibilium, quæ ex fine sumitur, non datur modus, quia ex Arist. est sine fine, & termino: modus autem importat quandam mensuræ determinationem, quæ in mensura est, essentialiter: in mensurato vero secundum quid, prout attingunt mensuram, à qua si deficiant, aut excedant, dicuntur immoderata. At dilecti-*

nobis participatum, datur ex spe, sed non gaudium, quod est de bono diuino in se considerato.

Art. 2. Vtrum gaudium spirituale, quod ex caritate causatur, recipiat admixtionem tristitiæ.

1. Concl. Gaudium, quo gaudemus de bono diuino secundum se considerato non patitur admixtionem tristitiæ.

Sap. 8. 1. *Quia est de diuina sapientia, quæ amaritudine non habet.*

2. *Quia diuinum bonum, de quo est gaudium non potest aliquam admixtionem habere.*

2. Concl. Gaudio de bono diuino prout participatur a nobis, potest habere permixtionem tristitiæ.

Cor. 13. Rom. 12. *Quia potest impedire per aliud contrarium, unde consurgit tristitia de eo quod repugnat participationi diuini boni, vel in nobis, vel in proximo.*

3. Concl. Illud *flere cum flentibus &c.* probat, quod caritas facit condolere proximo, inquantum in eo diuini boni participatio impeditur.

4. Concl. Dolor de peccatis est ex caritate, prout per eam impeditur à participatione diuini boni.

5. Concl. Tristitia etiam, qua quis luget de dilatione gloriæ, pertinet ad impedimentum participationis diuini boni.

Artic. 3 Vtrum spirituale gaudium, quod ex caritate causatur, possit in nobis impleri.

1. Concl. Gaudium quod ex caritate causatur, implebitur in patria, si plenitudo accipiatur ex parte gaudentis.

Luc 6. Matth. 25. 1. Ioan. 15. *Vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.*

2. *Gaudium comparatur ad desiderium. Sed quies ad motum. At quies est plena cum nihil restat de motu. Ergo & gaudium est plenum cum nihil ad desiderandum restat, quod erit in patria propter visionem Dei fruitionem.*

2. Concl. Si plenitudo gaudij sumatur ex parte rei, de qua est gaudium, vt scilicet tantum gaudeatur de ea, quantum est dignum de ea gauderi, sic solum Dei gaudium est plenum de seipso.

Quia gaudium Dei est infinitum, creaturæ vero finitum.

† 3. Concl. Licet gaudium vnius sit maius, quam alterius propter pleniorem participationem diuinæ beatitudinis: tamen gaudium erit plenum ex parte gaudentis, quia cuiusque desiderium plene quietabitur.

4. Concl. Licet cognitio non habeat plenitudinem ex parte rei cognitæ, quia esset comprehensio: habet tamen plenitudinem ex parte cognoscentis: & idem dicendum est de gaudio.

Art. 4. Vtrum gaudium sit virtus.

1. Concl. Gaudium non est aliqua virtus a caritate distincta.

Gal. 5. 1. *Non connumeratur inter virtutes theologicas, vel morales, vel intellectuales. Ergo.*

2. *Virtus non definitur, aut denominatur, nisi ab actu priori, quamuis ab actu etiam ab ea consequantur: at primus actus appetitiuæ potentiæ est amor, ex quo sequitur desiderium, & gaudium. Ergo virtus non denominatur a gaudio sed ab amore, & dicitur caritas.*

2. Concl. Gal. 5. † 3. Concl. Gaudium est quidam caritatis, actus, siue effectus, & connumeratur inter fructus.

Aliquæ tristitiæ particulares ponuntur specialia vitio, quia non deriuantur ab aliquo speciali vitio, sed generali. Verum amor Dei ponitur specialis virtus, quæ est caritas ad quam reducitur gaudium, vt proprius actus.

4. Concl. Spes, quæ consequitur ex amore, vt gaudium, ponitur specialis virtus: quia addit ex parte obiecti quandam specialem rationem, scilicet ardui, & possibilis adipisci, non sic gaudium.

5. Concl. Ibid. 4. De gaudio datur præceptum à Paulo, vt gaudium est actus caritatis.

Quæstio 29. De pace.

Articul. 1. Vtrum pax sit idem quod concordia.

1. Concl. PAX non est idem quod concordia.

Psal. 48. 1. *Concordia potest esse aliquorum impiorum in malo. Sed non est pax impijs. Ergo.*

2. *Licet pax includat concordiam: tamen non quicunque est concordia, est pax, si nomen pacis proprie sumatur: nam concordia importat tantum vnionem appetituum diuersorum appetentium, pax supra hanc vnionem importat vnum appetitum vnius appetentis vnionem. Ergo quicunque non habet vnum appetitum vnius appetentis vnitum, & in vnum seruentur, non habet pacem & cor quietum, nisi eius appetitus vniantur, & in vnum seruentur.*

† 2. Concl. Aug. 19. de ciu. c. 13. 3. Concl. 1. Concl. Quod pax sit ordinata concordia, non sequitur simpliciter esse concordiam, sed quod sit ordinata concordia, quod conceditur.

Vnio consensus est quidem concordia, sed non est pax nisi etiam sibi inuicem omnes motus appetitiui sint consentientes.

Pacis & concordiæ non est idem oppositum:

quo est contra voluntatem electionis, quod magis prouocat ad misericordiam: tertium quod est contra totam voluntatem, quod magis miserabile est, vt cum quis semper sectatus est bona, & semper eueniunt ei mala.

† 3. Concl. Culpa, ex se non est prouocatiua misericordiæ, quia est voluntaria, ex quo non habet rationem miserabilis, sed punitionis verum, vt habet aliquid quod est contra voluntatem peccantis, potest habere rationem miserabilis.

4. Concl. Illud, *quod dorum sit expulsiuum miseratio-nis* intelligitur, quod in malis filiorum, aut parentum non proprie miseremur, sed condolemus: sicut in vulneribus proprijs.

5 Concl. Etiam signa malorum sunt mala, prout repræsentant nobis mala miserabilia, sicuti præsentia.

Artic. 2. Vtrum defectus sit ratio miserendi ex parte miserentis.

1. Concl. Semper defectus est ratio miserendi, vel inquantum aliquis defectum alicuius reputat, vt suum, propter vnionem amoris, quia amans reputat amicum, tanquam seipsum. & malum ipsius tanquam suum malum, vel propter possibilitatem similia patiendi. Vnde senes, sapientes, debiles, & qui considerant se posse in mala incidere, sunt magis misericordes.

Nam misericordia est tristitia quædam Sed defectus, est ratio tristitiæ Ergo.

† 2. Concl. Deus non miseretur, nisi propter amorem, prout nos amat, vt aliquid sui.

3. Concl. Qui sunt in infinitis malis, non timent se vlterius pati aliquid, & ideo non miserentur, sicuti & qui valde timent, quia tantum intendunt propriæ passioni.

4. Concl. Qui sunt in contumeliatiua dispositione, vel quia eam sint passi, vel quia eam inferre velint, prouocantur ad iram, & ad audaciam, & ideo non miserentur, sicuti superbi, quia alios contemnunt, & reputant eos malos, & quod digne patiantur quidquid patiuntur.

Art. 3. Vtrum misericordia sit virtus.

1. Concl. Misericordia, vt est motus appetitus intellectiui, est virtus.

1. Ex Aug. qui hoc docet.

2. Motus animi à ratione regulatus est virtus. At misericordia est motus appetitus sensitiui regulatus a ratione, quando scilicet misericordia ita præbetur, vt conseruetur iustitia, siue cum indigo tribuitur, siue cum ignoscitur pœnitenti. Ergo.

Misericordia, vt dicit motum appetitus sensitiui, non est virtus, sed passio. 1 Concl.

Misericordia, quæ impedit iudicium rationis est passio, à ratione non regulata. † 3. Co

Nemesis, quæ dicitur passio laudabilis, contrariatur misericordiæ, vt est passio, ex parte æstimationis, quæ habetur de alienis malis. Sed misericordiæ propriæ opponitur inuidia. 4. Concl

Gaudium & pax, nihil addunt super rationem boni, quod est obiectum caritatis, ideo non sunt virtutes, sed actus caritatis: at misericordia respicit specialem rationem, scilicet miseriam alicuius. 5. Concl.

Misericordia est virtus moralis circa passiones existens, & reducitur ad illam medietatem, quæ dicitur nemesis: medietates autem si ab aliquo habitu electiuo proueniant, assumunt rationem virtutis. 6. Concl

Art. 4. Vtrum misericordia sit maxima virtutum.

1. Concl. Misericordia in comparatione ad habentem non est maxima virtutum, nisi ille, qui eam habet, sit maximus.

1 Colos. 3. *Induite vos sicut electi Dei viscera-bus misericordiæ, &c. super omnia caritatem habere. Ergo.*

2. Maius & melius est coniungi superiori, quia supplere defectum inferioris. Ergo potior est caritas, qua coniungimur Deo, quam misericordia, qua defectus proximorum supplemus.

2 Concl. Misericordia secundum se, & vt ad proximum pertinet, potissima & maxima virtus est.

Quia supplere defectum alterius, inquantum huius modi, est superioris, & melioris Ergo.

† 3. Concl. Dominus dixit misericordiam volo. non sacrificium, quia misericordia est sacrificiũ magis acceptũ, cum propinquius proximorum vtilitatem inducat. Matth. 12.

Glos. Ambros. intelligitur de misericordia respectu proximi.

4 Concl. 1. Tim. 4. Per misericordiam assimilamur Deo per similitudinem operationis: at per caritatem assimilamur ei, tanquam per affectum vniti, & ideo maior est caritas. Vnde in hominibus melior, & potior est caritas: qua vniuntur Deo, quod est eis optimum Et inter omnes virtutes quæ ad proximum pertinent, potissima est misericordia. 5. Concl

Quæstio 31. De beneficentia.

Art. 1. Vtrum beneficentia actus caritatis.

1. Concl. Beneficentia secundum communem rationem est amicitiæ, vel caritatis actus.

9. Eth. c. 4. 1. *Nam ab Arist. inter actus amicitiæ enumeratur.*

2. *Imperat dilectionis includitur beneuolentia, per quam vult aliquis bonum amico: Beneficentia autem est species eorum, quæ vult dare amico: Ergo.*

2. Concl. Si bonum, quod quis facit alteri, accipiatur sub aliqua speciali ratione boni, sic beneficentia accipit specialem rationem, & pertinet ad specialem virtutem: v.g. dare quia debes, est actus iustitiæ: si quia miseris, actus misericordiæ: si quia amicus, actus caritatis, & amicitiæ & hæc est beneficentia.

† 3. Concl. Beneficentia est actus caritatis non quod nolitum sit Deo benefacere, sed vt eius est ex sua dilectione nobis benefacere.

4. Concl. In datione duo sunt actus, scilicet interior, & exterior: liberalitas moderatur actum interiorem: ex parte autem exteriori pertinet ad caritatem in generali.

5. Concl. Licet in beneficio collato iustitia respiciat rationem debiti, & misericordia rationem releuantis defectus, tamen quia caritas respicit ibi communem rationem boni, ideo beneficentia est eius actus.

Artic. 2. Vtrum sit omnibus benefaciendum.

1. Concl. Sicut dilectio caritatis se extendit ad omnes, ita beneficentia debet se extendere ad omnes, Pro loco tamen, & tempore.

Gal. 6. 1. *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.*

2. *Beneficentia consequitur amorem ex ea parte, qua motus superioris ad præcisionem inferiorum, in hominibus autem, gradus sunt multi: ideo cum sit superior secundum aliquid, & est, vel potest esse inferior secundum aliud, ideo beneficentia ficut & caritas potest esse ad omnes.*

2. Concl. Caritas non requirit, vt homo actu omnibus benefaciat, sed quod sit hoc animo, si facultas adesset, & datur benedictum orationis, quod potest omnibus impendi.

3. Concl. Illud. *Date bona, & non reddite peccatorem*, intelligo peccatori non esse subueniendum quantum ad fomentum culpæ, sed quantum ad sustentationem naturæ.

Eccli. 12.

4. Concl. Etiam excommunicato, & inimico reipublicæ esset subueniendum cum immineret necessitas: ne natura deficeret, nisi ex iustitia paterentur.

Artic. 3. Vtrum sit magis benefaciendum his, qui sunt nobis magis coniuncti.

1. Concl. ab 1. de doc. c. 26. Simpliciter loquendo, vnicuique est magis exhibendum beneficium pertinens ad illam rem, secundum quam est magis nobis coniunctus.

1. *Quia Augustin. ait, cum necessitatibus omnibus, coniunctionibus esse subueniendum.*

2. *Gratia, & virtus instauratur naturæ ordinem: at ordo naturæ est, vt quis primo agat in propinquos. Vt patet in igne, qui propinquiora magis calefacit, Ergo exhibitio beneficiorum, quæ est actus caritatis, magis debet esse ad coniunctiores, iuxta varias propinquitates, tam consanguineorum, quam conciuium, & commilitonum, &c.*

2. Concl. Ordo iste debet variari iuxta locorum, temporum, & negotiorum diuersitatem: nã aliquando magis subueniendum est extraneo, quam patri, si tanta non necessitatem non patiatur. At cæteris paribus cõiunctionibus est magis benefaciendum.

† 3 Concl. Illud, *cum sic facimus*, &c. non prohibet simpliciter vocare amicos, & consanguineos, sed vocare ea intentione, vt reuniuirẽt. Rursus, quia potest contingere, quod extranei sint magis inuitandi propter maiorem indigentiam. Cum autem vnus esset magis cõiunctus alter magis indigens, non potest dedeterminari vniuersali regula, sed requiritur prudentis iudicium.

4. Concl. In militia præferatur miles coniuncto, secũdum carnem, quia miles præbens commilitoni auxilium, totam remp. iuuat, cuius bonum est magis amandum.

5. Concl. Debitum quod debet numerari inter bona illius, cui debetur, vt cum aliquis habet rem alterius, ex furto, mutuo & depositio, debet prius restitui, quam quod ex eo beneficiat coniunctis, nisi essent in tanta necessitate, in qua liceret, si tamen ille non esset in simili necessitate. Debitum quod computatur in bonis eius, qui habet, quod debetur ex moali æquitate, præcipue debetur parentibus: ideo in beneficijs recompensandis ante ponendi sunt, nisi necessitas ex alia parte præponderaret, vel aliqua condicio, vt communis vtilitas Ecclesiæ, vel reip. In alijs est æstimatio habenda, & beneficij, & conuersationis, &c. nec enim certa regula dari potest.

Licet

6. Concl. Licet quisque magis teneatur ad benefaciendum filiis, in articulo tamen necessitatis magis liceret deferre filios, quam parentes, quos nullo modo deferre licet propter obligationem beneficiorum acceptorum.

Artic. 4. Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

1. Concl. Beneficentia non est alia virtus à caritate, sed nominat quendam caritatis actum.

1. Actus interior, & exterior non requirunt diuersas virtutes. Sed benexecentia & beneficentia non differunt, nisi sicut actus exterior, & interior. Ergo sicut benuolentia non est virtus, ita, &c.

2. Eadem est ratio formalis obiecti caritatis, & beneficentiæ, cum virtus respiciat communem rationem boni. Ergo.

2. Concl. Diuersitas præceptorum non significat diuersos habitus virtutum, sed diuersos actus.

3. Concl. Beneficia, & nocumenta omnia, si considerentur sub communi ratione boni, & mali reducuntur, vel ad amorem, vel ad odium: si autem considerentur secundum speciales rationes reducuntur ad speciales virtutes, vel vitia, vnde patet ad 3.

Quæstio 32. De Eleemosyna.

Art. 1. Vtrum dare eleemosynam sit actus caritatis.

1. Concl. 1. Ioan. 3. Dare eleemosynam est actus caritatis, misericordia mediante.

1. Qui habuerit substantiam huius mundi, ait Ioann. &c.

2. Actus exteriores ad illam virtutem referuntur, ad quam pertinet id, quod est motiuum ad agendum huiusmodi actus: motiuum autem ad dandam eleemosynam est misericordia, vt subueniatur necessitate patientis; Eleemosyna enim est opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum, & misericordia est effectus caritatis. Itaque est actus elicitus a misericordia, imperatus a caritate.

÷ 2. Concl. Dare eleemosynas materialiter potest esse sine caritate, quia actus virtutis, vt ex. gra. facere iusta, potest esse sine virtute: sed formaliter dare eleemosynam, eo scilic. modo, quo debet non est sine caritate.

3 Concl. Non repugnat, vt actus, qui est eroptius vnius virtutis elicitiue attribuatur alteri virtuti: & sic dare eleemosynas connumeratur inter opera satisfactoria pro miseratione in defectum patientis ordinatur ad satisfaciendum pro culpa: vt ordinatur ad placandum Deum, habet rationem sacrificij, & imperatur à latria.

4. Concl. Dare eleemosynam pertinet ad liberalitatem, vt solum remoueat impedimentum.

Art. 2. Vtrum conuenienter eleemosynarum genera distinguantur.

1. Concl. Conuenienter eleemosynarum genera distinguuntur: corporales eleemosynæ sunt, pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, colligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum, & sepelire mortuos: vnde versus. *Pasco, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo*: spirituales sunt docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offentiam, portare onerosos, & pro omnibus orare. Vnde versus: *Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora*. sub quo intelliguntur consilium, & doctrina.

1. Ex Greg hom 9. in Euang habens intellectum curet omnem nomen, &c.

2. Quæ dantur contra defectus animæ, & corporis: corporales, vel sunt in vita, vel post sit in vita, vel communes, vel particulares: communes, vel interiores. Et fames, vnde pascere, & sitis, potare: vel exteriores, & nuditas vestire: habitaculi defectus, suscipere hospitem. Particulares, aut ex intrinseca causa, & infirmitas, visitare: aut extrinseca. redemptio captiuorum: post vitam, sepultura. Spirituales, vel petendo auxilium a Deo, orare, vel impendendo humanum auxilium, & hoc aut contra defectum intellectus speculatiui, docere ignorantem; aut practici, consulere: aut ex passione appetitus, & tristitia consolari: aut ex parte inordinati actus, & hoc, vel ex parte peccantis, corrigere, vel eius in quem peccat, remittere offendenti: vel rectificatione eorum, quæ ex actu sequuntur, portare onerosos, maxime cum ex infirmitate peccatur. Rom 15.

÷ 2. Concl. Dominus non connumerauit sepulturam, quia narrauit tantũ, opera, quæ sunt euidentioris necessitatis. Reponitur autem, quia mortuus viuit in memoriis hominum, & eiorum affectus conformantur in cura, quam habebat viuens de corpore suo. Gal. 6. Matth 10

3 Concl. Dirigere cæcum, & sustentare claudum reducuntur ad visitationem infirmorum, sicut & omnes aliæ ad has.

4. Concl. Correctio peccantis quantum ad executionem actus pertinet ad iustitiam; at quantum ad intentionem corrigentis, ad misericordiam.

5. Concl. Non quælibet ignorantia pertinet ad hominis defectum, sed tantum ea quæ nescit, quæ conuenit eum scire, & sic non quælibet debet docere quemlibet.

Art. 3. Vtrum eleemosynæ corporales sint potiores, quam spirituales.

1. Concl. Simpliciter loquendo eleemosynæ spirituales præeminent corporalibus.

1. Ex Aug. sic hoc docet.

2. Donum spirituale præeminet corporali.

3. Spiritus cui subuenitur nobilior est corpore.

4. Spirituales sunt actus nobiliores corporalibus.

2 Concl. Secundum particulatē aliquem casum, corporalis eleemosyna spirituali præfertur.

Quia magis est pascendus, qui fame moritur, quam docendus.

† 3. Concl. Dare magis indigenti melius est, cæteris paribus: sed si minus indigens, sit melior, & meliotibus indigeat, ei dare melius est: & sic se habet in proposito.

4. Concl. Recompensatio, quæ semper est in bonis spiritualibus non minuit meritum, aut laudes eleemosynæ spiritualis, si non sit intenta: sicuti humana gloria non minuit rationem virtutis; vnde non tollit quin spiritualis eleemosyna non præmineat corporali.

5. Concl. Licet interdū pauperi magis grata sit eleemosyna corporalis quam spiritualis: tamen meritum dantis attenditur secundum id, in quo debet rationabiliter quiescere voluntas accipientis.

Artic. 4. Vtrum eleemosynæ corporales habeant effectum spiritualem,

1. Concl. Eleemosynæ corporales habent fructum spiritualem, tum ex parte causæ. f. dilectionis Dei, & proximi. Eccl. 29. *Tunde pecuniam propter fratrem, &c* tum ex parte effectus inquantum ille, sui subuenitur, mouetur ad orandum pro benefactore. Eleemosyna enim viri gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit.

2. Concl. Si eleemosyna corporalis consideretur, secundum suam substantiam, non habet spiritualem effectum. Vnde soluitur primum.

3. Concl. Qui dat eleemosynam non intendit emere aliquid spirituale, sed tantum per caritatis affectum spiritualem fructum promereri.

4. Concl. Vidua apud Luc. minus dedit secundum quantitatem, sed plus secundum suam proportionem: ex quo pensatur in ipsa maior caritatis affectus.

Art. 5. Vtrum dare eleemosynam sit in præcepto.

1. Concl. Dare eleemosynam de superfluo: & dare ei, qui est in extrema necessitate, est in præcepto: alias est in consilio.

1. *Aliqui puniuntur pœna mortis propter omissionem eleemosynarum, vt patet ex scriptura. Ergo.*

Matt. 25. 2. *Cum dilectio proximi sit in præcepto, necesse est omnia ea cadere sub præcepto, sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet, vt ei secundum bonum, & opetemur ei subueniendo, quod fit per eleemosynam. Ergo.*

2. Concl. In eleemosyna, cum sit actus virtutis, vt recta ratio requirit, consideratur vnum ex parte, dantis, scilicet vt id quod est erogandum sit superfluum, respectu sui, & illorum, quorum cura ei incumbit: quisq; enim prius sibi, & suis prouidere debet, Alterum ex parte recipientis, scilic. quod habeat necessitatem, non quamlibet, sed talem, vt sine eleemosyna sustentari non possit. Luc. 17.

† 3. Concl. D. 86. c. 4. Cont. Illud Dan. *quod eleemosyna sit in consilio*, intelligitur extra casum necessitatis.

Temporalia bona sunt quidem eius tantum, qui ea possidet, quantum ad proprietatem, sed non quantum ad vsum.

5 Concl. Datur tempus in quo mortaliter peccat, qui non dat eleemosynam: ex parte recipientis, quando apparet euidens necessitas & grauis: ex parte dantis, quando habet superflua secundum statum præsentem, quæ non sunt ei necessaria, vt probabiliter æstimari potest.

6 Concl. Dare eleemosynam continetur sub præcepto de honorandis parentibus, sub quo continetur omnis subuentio proximi.

Art. 6. Vtrum quis debeat dare eleemosynam de necessario.

1 Concl. De necessariis sine quibus is qui dat, vel sui sustentari non possunt, non est facienda eleemosyna, nisi casus immineret, in quo subtrahendo sibi daret alicui personæ, per quam Ecclesia; aut resp. sustentaretur: quia commune bonum proprio præferendum est.

2. Concl. De necessario sine quo potest conuenienter vita transigi secundum conditionem & statum propriæ personæ, & aliarum, quæ suæ curæ incumbunt, potest dari eleemosyna, & est bonum, & continetur sub consilio.

5. Concl. Dare eleemosynam taliter, quod homo

non

non conuenienter viuat secundum suum statum, potest esse peccatum, exceptis tribus casibus.

1. Quando mutat statum, vt per ingressum religionis dans omnia propter Christum, facit opus perfectionis.

2. Quando de facili resarciri possunt.

3. Quando esset aliqua extrema necessitas alicuius priuatæ personæ, aut aliqua necessitas reip. vnde soluuntur obiecta.

Art. 7. Vtrum possit fieri eleemosyna de iniuste acquisitis.

1. Concl. De iniuste acquisitis, quæ debent restitui ei à quo acquisita sunt, vt per rapinam & vsuram, non potest fieri eleemosyna.

1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Quæ debent restitui.*

ser. 35 de ver. dom. 2. Concl. *De iniuste acquisitis, quæ nec qui acquisiuit potest retinere, nec debent restitui ei à quo sunt acquisita, vt acquisita per simoniam, debent fieri eleemosynæ.*

3. Concl. De iniuste acquisitis non ex parte acquisitionis, sed illius ex quo acquiritur, potest fieri eleemosyna: vt est pretium mulieris acquisitum per meretricium.

† 4. Concl Luc. 16. *Quod amici facienda sint de mammona iniquitatis*, nõ intelligitur de rebus alienis, sed propriis: diuitiæ enim appellantur iniquitates quod non sint omnibus æqualiter distributæ.

5. Concl. De acquisito per meretricium fit eleemosyna, non autem sacrificium, autem oblatio propter scandalum, & reuerentiam sacrorum. Lucrari in ludo ab illis, qui alienare non possunt, vel a furiosis, vel ab eo quem ad ludum aliquis traxit, vt fraudulenter luctaretur, est illicitum ex iure Diuino, & obligat ad restitutionem: & ex iure positiuo, quando prohiberet vniuersaliter talem ludum: & tunc qui lucratur, tenetur vniuersaliter ad restitutionem, nisi contraria consuetudo præualeat, aut sit lucratus ab eo, qui eum traxit ad ludum, in quo casu, cum qui amisit non sit dignus recipere, & ille durante statuto non possit retinere, debet de illo eleemosynam facere.

6. Concl. In extrema necessitate omnia sunt communia. & licet patienti accipere de alieno ad suam sustentationem, si non est, qui det: quo casu licet etiam eleemosynam facere de alieno: sed hoc fieri potest, requiratur voluntas domini.

Artic. 8. Vtrum ille qui est in aliena potestate constitutus, possit eleemosynam facere.

1. Concl. Is qui est sub potestate constitutus de rebus secundũ quam superiori subiicitur, eleemosynam facere non debet, nisi quatenus a superiore ei fuerit commissum.

1. Eleemosynæ non sunt faciendæ de alieno, ait Aug. sed de iustis laboribus propriis. De Ver. dom. ser. 35.

2. Concl. *Qui est sub alterius potestate, in quantum huiusmodi, & ordine naturali secundum superiorem potestatem regulari debet. Ergo.*

Is si habeat aliquid proprii secundum quod potestati superioris nõ subest, de eo eleemosynam facere potest.

† 3. Concl. Monachus cum nihil proprii habeat, si non habet dispensationem à prælato, aut licentiam Abbatis expressam, vel probabiliter præsumptam, non potest eleemosynam facere de rebus monasterii, nisi in casu necessitatis: nec ideo est peioris conditionis, quia melius est cum intentione sequendi dominum, simul omnia donasse, & tunc solicitudine egere cum Christo.

4. Concl. Vxor habet alia præter dotem, vel ex proprio lucro, vel alio licito modo, ideo potest dare eleemosynas, sine consensu viri. sed moderate tamen, ne vir depauperetur. Alias non debet sine consensu, vel expresso, vel præsumpto, nisi in articul. necessitatis. Beata Lucia sponsum habebat, non virum, vnde poterat de consensu matris eleemosynas facere.

5. Concl. Filius familias non potest eleemosynam facere, nisi fortasse modicam, de qua potest præsumere, quod patri placeat, nisi alicuius rei sibi a patre sit dispensatio commissa.

Artic. 9. Vtrum sit magis propinquioribus eleemosyna danda.

1 Concl. Simpliciter eleemosyna est danda magis propinquioribus.

1 Tim. 5. *Si quis, aut Paul suorum & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit. Idem docent Aug. & Ambr.*

2. Concl. Hoc tamen faciendum est secundum differentiam coniunctionis, sanctitatis, & vtilitatis.

Nam multo sanctiori, & magis indigenti, & magis vtili communi bono est magis eleemosyna danda, quam propinquiori, si non sit minus sanctus, coniunctus, vt nobis cura commineat, & si magnam necessitatem non habeat.

† 3. Con. Peccatori non est subueniendum, vt peccator

1 Concl. 1 Tim. 5. prin. 1. de doct. c. 9. lib. 1. offic. 30.

carorest, sed vt homo, vt natura sustentetur.

4. Concl. Eleemosyna valet ad retributionem æternam, vel ratione caritatis, cuius ordo est, vt proximioribus magis prouideamus, & non solum sanctioribus: vel ex merito, eius, cui donatur, qui orat pro eo, qui eleemosynam dedit, & sic intelligendus est Aug.

5 Concl. ser. 35. de verb. dom. Nullus sibi eleemosynam facit, nisi forte se ex persona alterius, vt si esset distributor eleemosynarum, & indigeret, posset sibi accipere eo tenore, quo alius ministrat.

Art. 10. *Vtrum eleemosyna sit abundanter facienda.*

1. Concl. Ex parte dantis abundanter dare secundum proportionem propriæ facultatis, laudabile est.

Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: & Dominus laudauit viduam, quæ dedit quod habuit, sed seruari debent quæ dicta sunt circa eleemosynam faciendam de necessariis, &c.*

Luc. 21. 2. Concl. Ex parte eius cui datur, abundanter dare eleemosynam, quod suppleat sufficienter eius indigentiam, laudabile est: non autem, quod superabundet ad superfluitatem, sed melius est pluribus indigentibus elargiri.

1 Cor. 15. *Ita Glos. in illud, it. diuisit, &c.*

c. 1. de off. c. 30. Ambo intelligitur de abundantia superexcedente necessitatem recipientis: similiter illud, non debent simul esse diuitiæ, sed dispensari, intelligitur, quod Deus non vult vt simul omnes opes effundantur, nisi in mutatione status.

† 3. Concl. Ambr. ibid. Illud, *non grauis sis vxori, &c.* intelligitur de abundantia quæ super excedit necessitatem recipientis, cui non est danda eleemosyna, vt inde luxuretur, sed vt sustentetur: in quo est discretio adhibenda secundum diuersas conditiones hominum.

Quæstio 33. De correctione fraterna.

Art. 1. *Vtrum fraterna correctio sit actus caritatis.*

. Concl. Correctio fraterna, quæ adhibet remedium peccato, vt est malum ipsius peccantis, est actus caritatis.

1. *Quæ est quædam eleemosyna, quæ est actus caritatis. Ergo.*

2. *Removere malum alicuius est eiusdem rationis sicut bonum illius procurare. Sed bonum procurare pertinet ad caritatem. Ergo.*

. Concl. Correctio quæ adhibet remedium peccati secundum quod est alteri nociuum, & innocumentum communis boni, est actus iustitiæ.

Matt. 18. *Quia conseruare sanitatem animæ ad alterum est actus iustitiæ.*

3. Concl. Cum Glos. dicit fratrem esse arguendum ex zelo iustitiæ, vel loquitur de secunda correctione, vel accipit iustitiam, vt est vniuersalis virtus.

4. Concl. Admonitio est actus prudentiæ, sed secundario, quasi exequentis & dirigentis actum: sed caritatis principaliter quasi imperantis.

5. Concl. Correctio fraterna non opponitur supportationi infirmorum, sed magis ex ea consequitur.

Artic. 2. *Vtrum correctio fraterna sit in præcepto.*

1. Concl. Correctio fraterna est in præcepto.

Ser. 16. de ver. dom. *Si negligentes corrigere, aut aliquid deteriores facimus eos; qui peccant, quod non esset, nisi esset sub præcepto.*

Correctio fraterna est in præcepto affirmatiuo: & ideo non debet fieri quolibet modo, sed obseruatis debitis circumstantiis: s. vbi debet, quando debet: & secundum quod debet. Et quia in circumstantiis attendenda est ratio finis, & finis correctionis fraternæ est fratris emendatio, ideo tantum cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad istum finem.

Eccl. 7. † 3. Concl. Licet nemo possit corrigere, quem Deus despexerit: tamen vnusquisque tenetur facere quod in se est, & fraternæ correctionis officium impendere sub spe diuini auxilii.

4. Concl. Reducitur ad præceptum de honoratione parentum, ad quod reducuntur omnia, quæ pertinent ad impendendum aliquod beneficium proximo.

5. Concl. Correctio potest omitti, vel meritorie, quando ex caritate fit, vt si timeat quis, ne deterior efficiatur, vel cum peccato mortali, vt cum quis præsumit de aliquo delinquente probabiliter quod posset eum a peccato retrahere, & tamen prætermittit: vel cum peccato veniali, vt cum timor vel cupiditas facit hominem tardiorem ad corrigendum fratris delicta, quibus tamen in animo suo proponit caritatem fraternam. & hoc modo quandoq; viri sancti negligunt corrigere.

6. Concl. Correctio fraterna est beneficium, quod non debetur certæ personæ, sed vniuersaliter omnibus proximis, ideo non oportet quærere eos, quibus impendamus, sed sufficit vt eis impendamus, qui occurrunt.

Art. 3. Vtrum correctio fraterna pertineat tantum ad prælatos.

1. Concl. 24. q. 3. ea quæ facerdotes.

Correctio, quæ est actus caritatis tendens ad emendationem delinquentis per simplicẽ admonitionem pertinet ad quemlibet, caritatem habentem: siue sit subditus, siue prælatus. Ita habetur in decretis.

2 Concl.

Correctio, quæ est actus iustitiæ, qua intenditur bonum commune, & per admonitionem, & punitionem pertinet ad solos prælatos, qui non solum debent admonere, sed etiam corrigere puniendo, quia ad illos solos pertinet punire.

3. Concl.

Hieron. noluit dicere, ad solos sacerdotes pertinere hoc præceptum, sed quod ad eos specialiter pertinet: quod etiam August. dixit.

lib. 1. de fide. c. 9. 4. Concl.

Licet pertineat ad superiores, non tamen tantum ad prælatos: quia etiam, qui habet sanum rationis iudicium, quo possit alterum corrigere quantum ad hoc, est superior habendus.

5 Concl.

Quamuis aliquis non sit simpliciter superior: tamen in quantum habet sanum rationis iudicium potest in eo, in quo alter delinquit, eum corrigere.

Artic. 4. Vtrum quis teneatur corrigere prælatum suum.

1. Concl.

Correctio fraterna, quæ est actus caritatis pertinet ad vnumquenq; respectu cuiuslibet personæ, ad quam caritatem debet habere, si in ea aliquid corrigibile inueniatur.

In reg. c. 49

1. *Non solum vestri, ait August. sed etiam prælati miseremini, &c.*

2. *Actus ex aliqua potentia, vel habitu procedens se extendit ad omnia, quæ continentur sub obiecto illius potentiæ, vel habitus. Sed huiusmodi actus continetur sub obiecto caritatis. Ergo.*

Cap. 43. 2 Concl.

Correctio, vt est actus iustitiæ non competit subditis, respectu prælati.

3. Concl.

In correctione, qua subditi corrigunt superiores debet modus congruus adhiberi; cum mansuetudine & reuerentia.

1. Tim. 5.

1. *Quia actus virtuosus debet esse cum debitis circumstantiis.*

2. *Ex Paulo, seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem.*

4. Concl. 2. Reg. 6.

Diuina non sunt tangenda tactu inordinato: & tunc prælatus inordinate videtur tangi, quando irreuerenter obiurgatur, aut ei aliquid detrahitur.

5. Concl.

Publice admonere excedit modum fraternæ correctionis: & Paulus non reprehendisset Petrum, nisi aliquo modo par ei fuisset, quantum ad fidei defensionem: at in occulto reuerenter admonere potest etiam is, qui non est par. Quando autem immineret periculum fidei etiam prælati publice arguendi essent: & sic Paulus, qui erat subditus Petro, eum reprehendit.

Col. 1. 6 Concl.

Præsumere se esse simpliciter meliorem prælato videtur esse superbiæ, sed æstimare se meliorẽ quantum ad aliquid, non est præsumptionis. Item qui caritatiue monet, non propter hoc se esse meliorem existimat, sed auxilium impertitur.

Art. 5. Vtrum peccator debeat corrigere delinquentem.

1. Concl.

Peccator ex eo, quod peccator est, non eximitur à præcepto correctionis fraternæ.

Quia peccatum non tollit iudicium rationis, ratione cuius correctio ad aliquem pertinet.

2. Concl.

Peccator per accidens impeditur, quin digne corrigere possit. Primum si maius peccatum commiserit. *Quid videst festucam in oculo, &c.* Matt. 7. Deinde propter scandalum, si peccatum corripientis sit manifestum. *Quomodo dicis fratri tuo, &c.* Chrysost. 17. Tertio propter superbiam corripientis in quantum propria peccata parui pendit, & in corde suo seipsum proximo præfert. *In quo alium iudicas, &c.* ait Paul. Rom. 2. *Quia in his casibus deficit finis correctionis.*

Si peccator cum humilitate delinquentem corripiat, non peccat, nec sibi nouam condemnationem acquirit, licet pro peccato præterito in conscientia sua condemnabilem se ostendat: vnde patet ad obiecta.

Art. 6. Vtrum quis debeat à correctione cessare propter timorem ne ille fiat deterior.

1. Concl.

Cum probabiliter existimatur quod peccator admonitionem non recipiet, sed ad peiora labetur, est à correctione desistendum.

Prou. 9.

1. *Noli arguere derisorem, ait sapiens, ne oderit te.*

Glos. hic.

2. *Quia quæ sunt ad finem debent regulari secundum quod exigit ratio finis. At correctio habet pro fine bonum delinquentis. Ergo.*

2. Concl.

Correctio, quæ ordinatur ad bonum commune, vt est actus iustitiæ, & habet vim coactiuam, non est dimittenda propter perturbationem eius, qui corripitur: sed si ponte nolit, cogendus est per pœnas, quia licet ille incorrigibilis: tamen prouidetur bono com

muni, dum seruatur ordo iustitiæ, & exemplo vnius, alii deterrentur.

† 3. Concl. Medicus vtitur quadam coactione in phrenetico, cui assimilatur correctio prælatorum, quæ habet vim coactiuam: non sic correctio simplex, & communis.

4. Concl. Correctio fraterna est sub præcepto, vt est actus virtutis, ideo debet proportionari fini: quare non pertinet ad veritatem vitæ, quando est impeditiua finis, scilicet quando homo fit deterior.

5. Concl. Correctio fraterna cum est impeditiua finis, iam non habet rationem boni: vnde non potest dici, quod prætermittatur bonum, ne eueniat malum.

Art. 7. Vtrum in correctione fraterna debeat ex necessitate præcepti admonitio secreta præcedere denuntiationem.

1. Concl. Potest esse de necessitate præcepti, vt secreta admonitio publicam denunciationem præcedat, scilicet quando peccatū est occultum, & est tantum malum peccantis, & eius in quem peccatur, vbi tantum attendendum est, vt fratri peccanti subueniatur.

serm. 16. de Ver. do. 1. *Ex Aug. quis hoc docet.*

2. *Sicut medicus corporalis sanitatem ægroto confert si potest, sive alicuius membri abscissione, sive autem abscindit membrum minus necessariū, vt vita totius conseruetur, sic quilibet ita debet studere emendationi fratris, vt fama eius quantum fieri potest conseruetur: quia est vitalis peccanti, & quantum ad corporalia, & quantum ad spiritualia; nam timore infamiæ multi a peccato retrahuntur: & infamati irrefrenate peccant, vt Hieron. & Aug. dicunt.*

Matth. 18. Epist. 137. 2. Concl. Peccata publica sunt publice arguenda: vnde non oportet, vt præcedat secreta admonitio.

1. Tim. 5. *Peccantes, ait Paulus, coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Idem docet Augustin. Quia tunc oportet adhibere remedium, ne aliis scandalizentur, dum vident peccata impune committi.*

Ser. 16. de Ver. dom. 3. Concl. Peccata occulta quæ sunt in nocumentum proximorum, vel corporale, vt si quis velit tradere ciuitatem hostibus: vel spirituale, vt si hæreticus priuatim homines a fide auerteret, sunt statim denuncianda, nisi quis firmiter existimaret per simplicem admonitionem se posse huiusmodi mala impedire.

Quia ille non solum in te, sed etiam in alios peccat, &c.

Ita se habent peccata occulta ad diuinum iudicium, vt publica ad humanum, & ideo interdum Deus statim punit: sed plerunque peccatores secreta admonitione arguit, interius inspirando. † 4. Concl.

Iob. 35. Dominus peccatum Iudæ non publicauit, sed obscuris verbis eum admonuit. Petrus peccatum Ananiæ, & Saphiræ publicauit, vt executor Dei. Credendum est Ioseph fratres suos admonuisse: vel potest dici, peccatum fuisse publicum. 5 Concl.

Non est de necessitate præcepti, vt admonitio præcedat, quando imminet periculum multitudinis: quia tunc frater non peccat tantum in te. 6 Concl.

Proclamationes, quæ in capitulis religiosorum fiunt; sunt de rebus leuibus, quæ famæ non derogant: quare sunt potius commemorationes oblitarum culparum, quam accusationes, & cætera. 7. Concl.

Quando prælatus præcipit, vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligitur semper saluo ordine fraternæ correctionis; quia prælato non est obediendum contra præceptum Domini. Vnde non potest præcipere aliquid super occultis; nisi prout per quædam indicia manifestantur: tunc enim potest etiam exigere iuramentum de veritate dicenda. 8 Concl. Act. 5.

Art. 8. Vtrum testium inductio debeat præcedere publicam denuntiationem.

Testium inducto debet præcedere publicam denunciationem. 1. Concl.

1. Matth. 18. *Adhibe tecum vnum, vel duos, &c.*

2. *Ab vno extremo conuenienter transitur per medium. Sed principium correctionis fraternæ debet esse occultum inter te, & ipsum solum, aut Dominum: finis autem publicus: ideo, subdit, dic ecclesiæ. Ergo conuenienter in medio ponitur testium inductio.*

† 2. Concl. Post secretam admonitionem semel, vel pluries factam, si non valet procedendum est vlterius, licet peccatum sit occultum, ad testium productionem, nisi exinde existimetur, quod frater deterior euadet.

3. Conc. Aug. reg 3. ca. 23. Homo non indiget testibus ad emendationem peccati sui, quod tamen potest esse necessarium ad emendationem peccati fratris: vnde non est similis ratio.

4. Concl. Testes non inducuntur solum ad ostendendum, quod illud sit peccatum, aut ad conuincendum de actu, si iteratur, sed etiam ad testificandum,

ficandum, quod frater admonens, fecit quod in se fuit.

5. Concl. In reg. c. 23. Augustinus inquit, quod prius dicatur prælato, quam testibus, prout prælatus est quædam singularis persona, quæ magis potest prodesse; non autem quod ei dicatur, vt ecclesiæ.

Quæstio 34. De odio.

Art. 1. Vtrum quis possit Deum odio habere.

1. Concl. DEus potest odio haberi, inquantum apprehenditur, vt peccatorum prohibitor, & pœnarum inflictor.

Psal 83. Ioan. 15. 1. *Superbia eorum, ait Dauid, qui te oderunt, &c.*

2. *Inflictio pœnæ, & cohibitio peccatorum per legem diuinam repugnant voluntati depranatæ per peccatum. Ergo sub hac ratione potest Deus odio haberi.*

2. Concl. Impossibile est, quod aliquis videns Deum per essentiam eum odio habeat.

Quia eius essentia est ipsa bonitas, de cuius ratione est, vt ametur. Vnde patet ad primum.

3. Concl. Deus non potest odio haberi, vt est auctor quorundam effectuum, qui nullo modo possunt esse contrarii voluntati humanæ: vt esse: viuere & intelligere.

4. Concl. Deus, vt est ipsa bonitas, non potest odio haberi; sicut, vt est ipsa veritas.

5. Concl. Deus conuertit omnia ad seipsum, inquantum est essendi principium; possunt tamen alia auertere ab ipso, alia ratione.

Art. 2. Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum.

6. Concl. Odium Dei inter alia peccata est grauius.

Eth. 1. *Quod opponitur optimo, ex Aristot. est pessimum. At odium Dei opponitur eius dilectioni, in qua consistit optimum hominis. Ergo.*

2. *Defectus peccati consistit in auersione à Deo voluntaria. At hoc est secundum se in odio Dei, in aliis vero peccatis quasi partim passiue, in quantum in inordinata delectatione est annexa auersio à Deo. Ergo.*

2. Concl. Odium Dei, maxime est peccatum in Spiritum sanctum, vt dicit speciale peccatum: sed non computatur inter illa, quia inuenitur in omnibus.

8 Concl. Greg. 25. mor. c. 16. Infidelitas non habet rationem culpæ, nisi vt est ex odio Dei, circa cuius veritatem est fides: & ideo odium Dei est maius peccatum, quam infidelitas.

Causa enim potior est effectu.

4. Concl. Anc. 10. conf. c. 18. Greg. 25. mor. 26. Non quicunque odit pœnas, odit Deum pœnarum auctorem: quia multi oderunt, & eas patienter ferunt ex reuerentia diuinæ iustitiæ: at prorumpere in odium Dei punientis, est grauissimum peccatum.

Artic. 3. Vtrum omne odium proximi sit peccatum.

1. Concl. 1. Ioan. 2. Simpliciter loquendo, odium fratris semper est cum peccato.

1. *Qui odit fratrem suum, ait Ioan. in tenebris est, id est in peccatis, quæ sunt tenebræ spirituales.*

2. *Quia odium fratris, non dicitur, simpliciter loquendo, quando in illo odio habemus omnem defectum oppositum diuinæ iustitiæ, vt sunt, quæ habet a se, vel a diabolo, sed secundum id quod habet a Deo, auctore naturæ, & gratiæ; quæ odisse non debemus. Vnde odisse defectum ex amore procedit, cum eiusdem rationis sit, alicui velle bonum, & odisse malum in ipso.*

Luc. 14. 2. Concl. Quod debeamus odio habere parentes, intelligitur, prout impedimentum præstant accedendi ad perfectionem.

3. Concl. Detractores sunt Deo odibiles, non quantum ad naturam, sed quantum ad culpam; & sic nobis etiam odisse licet.

4. Concl. Inimici solum sunt odio habendi, vt inimici sunt, non autem vt homines, & vt habent bona à Deo.

Artic. 4. Vtrum odium proximi sit grauissimum peccatorum, quæ in proximum committuntur.

1. Concl. Ex deordinatione eius, qui peccat, seu ex parte affectus, odium est grauissimum peccatorum, quæ in proximum committuntur.

Quia per odium deordinatur voluntas hominis, quæ est potissimum in homine, & ex qua est radix peccati. Vnde si quid est vel, a in exterioribus peccatis contra proximum, totum est ex interiore odio.

2. Concl. Quantum ad nocumentum, quod proximo infertur peiora sunt exteriora peccata, quam interius odium, quod proximo non nocet. Vnde patet ad obiecta.

Articul. 5. Vtrum odium sit vitium capitale.

1. Concl. lib. 31. Mor. c. 31. Odium non est vitium capitale.

1. *Quia non numeratur à Greg. inter septem vitia capitalia.*

2. *Vitium capitale est ex quo frequentius oriuntur alia vitia, quæ cum sint contra naturam hu-*

minus, & est rationalis, & paulatim destruunt naturam, primo recedunt ab eo, quod est minus secundum naturam: & postea ab eo, quod est maxime secundum naturam. At odium cum opponatur dilectioni Dei, & proximi, quæ maxime est secundum naturam, recedit ab eo, quod est maximum. Ergo. &c.

2. Concl. Caritas ponitur principalissima virtutum.

Quia primum, & principale in virtutibus, oportet vt sit id, quod est primum, & principale in ordine naturali, qua ratione odium non potest esse primum in virtus.

. Concl. Odium mali, quod contrariatur naturali bono, est primum inter passiones animæ; sicut amor naturalis boni: at odium boni nequaquam, quia habet rationem vltimi, cum attestetur corruptioni naturæ iam factæ.

. Concl. Odium veri mali potest habere rationem prioritatis inter passiones at odium mali apparentis, quod quidem est verum bonum; æstimatur vt malum propter corruptionem naturæ; oportet vt sit in vltimo.

Artic. 6. Vtrum odium oriatur ex inuidia.

Odium oritur ex inuidia.

.Concl. *1. Ex Gregor. qui hoc docet.*

·1. mor. ·31. *2. Vt omne animal naturaliter diligit delectationem, ita naturaliter fugit tristitiam: quare, sicut ex delectatione nascitur amor, sic ex tristitia oritur odium; quo fit vt moneamur ad habendum odio, quæ nos contristant, inquantum sub ratione mali apprehenduntur. At inuidia est de bono alterius tristitia. Ergo.*

Aristot. 7. Eth. c. 17. § 13. lib. 10. c. 2. 2. Concl. Potest esse quod tristitia causetur ex odio: vt odium ex tristitia; sicuti in motibus appetitiuæ virtutis, datur quædam circulatio.

Quia reflectitur super suos actus.

3. Concl. Deus non potest haberi odio in se, sicuti diligi; sed tantū in suis effectibus: vnde prius est odium proximi, quam Dei, & inuidia proximi, per consequens, est etiam causa odii, quod est in Deum.

4. Concl. Nihil prohibet aliquid secundum diuersas rationes oriri ex diuersis causis; & sic odium potest oriri ex ira dispositiue, & ex inuidia formaliter.

Quæstio 35. De acedia.

Art. 1. Vtrum acedia sit peccatum.

Concl. 1. n. 6. Acedia est peccatum.

1. Quia interdicitur in sacra scriptura.

2. Acedia est torpor mentis bona negligentis inchoare, vel tristitia quæ animum deprimit, vt nihil agere debeat. ex Damasceno, quæ tristitia semper est mala, vel secundum se, vel secundum effectum: secundum se, cum est de eo, quod est apparens malum, & est vere bonum: vt amare Deum. Quare tristitia, quæ est de bono spirituali, quod semper est vere bonum, semper erit mala. At acedia, vt hic sumitur, nominat tristitiam spiritualis boni. Ergo erit dupliciter mala, & secundum se, & secundum effectum, sicut homines aggravet, vt totaliter à bono opere retrahat. Nam etiam in motibus appetitus dicitur esse peccatum.

†2 Concl. Passiones ex se non sunt peccata; sed vt laudantur si applicantur bono: ita vituperantur si applicentur malo: & sic tristitia de malo moderata est laudabilis: de bono immoderato, vituperabilis: & sic est peccatum.

3. Concl. Licet aliquando acedia accidat certis horis: tamen potest habere rationem peccati.

Quia potest contingere, quod secundum aliquas transmutationes corporales, certis temporibus proucnientes, aliqua peccata nos magis impugnent.

4 Concl. Quod quis bona à Deo accepta contemnat, vnde oritur acedia, non pertinet ad humilitatem; ed potius ad ingratitudinem.

Quia de his tristamur quæ quasi mala, vel vilia reputamus. Eccl. 21.

5 Concl. Peccatum semper est fugiendum; sed impugnatio peccati aliquando vincenda fugiendo; vt in luxuria: aliquando resistendo, vt in acedia.

Art. 2. Vtrum acedia sit speciale vitium.

1. Concl. Acedia est speciale vitium, prout est tristitia de bono, de quo caritas gaudet.

Greg. enim eam distinguit ab aliis vitiis.

2. Concl. lib. 31. Mor. c 31. Acedia, vt est tristitia de bono spirituali, in communi, quod est in actu singularum virtutum, non pertinet ad speciale vitium, sed ad omnia vitia.

Quia quodlibet vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositæ.

3. Concl. Acedia non est vitium speciale, vt est de spirituali bono, prout est laboriosum, aut molestum corpori, vel delectationis eius impeditiuum.

Quia sic non distingueretur à vitiis carnalibus quibus aliquis quæreret, & delectationem corporis quærit. Vnde patet ad tria argumenta.

Arti-

Artic. 3. Vtrum acedia sit peccatum mortale.

1. Concl. Acedia secundum suum genus, est peccatum mortale.

2. Cor. 7. 1. *Tristitia secularis, ait Paul. mortem operatur. Huiusmodi est acedia, quæ non est tristitia, secundum Deum, quæ dividitur contra tristitiam sæculi. Ergo.*

2. Illud peccatum ex suo genere est mortale, quod contrariatur caritati, quæ vitam præbet. Huiusmodi est acedia, quia est tristitia de bono spirituali, scilicet divino. Ergo.

2. Concl. Peccatum humanum non est mortale, nisi habeat suam perfectionem, scilicet, consensum rationis: ideo acediæ motus, si sit in sola sensualitate propter repugnantiam carnis ad spiritum, est peccatum veniale tantum: si autem sit cum consensu rationis, carne contra spiritum omnino prævalente, est mortale.

3. Concl. Acedia contrariatur præcepto de sanctificatione sabathi, in quo, vt est morale, præcipitur quies mentis in Deum.

4. Concl. Cum quis tristatur, quod aliquis eum cogat, implere opera virtutis, quæ facere non tenetur, non est peccatum acediæ, sed solum quando contristatur in his, quæ ei imminent facienda propter Deum.

5. Concl. In viris sanctis si inveniuntur aliqui imperfecti motus acediæ, non pertingunt ad consensum rationis.

Artic. 4. Vtrum acedia debeat poni vitium capitale.

1. Concl. lib. 31. Mor. c. 31. Acedia convenienter ponitur vitium capitale.

1. Quoniam Greg. eam inter hæc vitia reponit.

2. Illud est vitium capitale, ex quo frequenter alia vitia oriuntur, secundum rationem causæ finalis. At huiusmodi est acedia, quia homines multoties tristitiam operantur, vt ipsam evitent, vel eius pendere in aliqua agenda prorumperent. Ergo.

† 2. Concl. Tristitia impedit ab operibus, quæ tristitiam causant: sed tamen inducit ad illa agenda, quæ sunt tristitiæ consona, vel per quæ tristitia evitatur: & id ita movet, quod capiti tribuitur.

3. Concl. lib. 31. Mor. cap. 31. Convenienter assignantur à Greg. sex filiæ acediæ. Homo per acediam, recedit a contristantibus, & transit ad ea quæ delectant. Primo ergo fugit contristantia, deinde impugnat quæ tristitiam ingerunt. Rursus bona spiritualia de quibus tristatur, sunt vel finis, vel ea, quæ sunt ad finem. Fuga finis fit per desperationem eorum quæ sunt ad finem, quantum ad ardua, quæ labsant consilijs per pusillanimitatem, quantum ad pertinentia ad communem iustitiam, per torporem circa præcepta. Impugnatio contristantium, aut est circa homines inducentes ad spiritualia, & est rancor: aut circa ipsa spiritualia bona, & est malitia: Prout vero a spiritualib, se transfert ad delectabilia exteriora ponitur evagatio mentis circa illicita: & sic solvitur secundum, quia malitia non accipitur vt genus vitiorum, nec rancor pro odio.

4. Concl. lib. de summo bon. Etsi Isidor. distinguat acediam a tristitia, & earum species distinctas enarret tamen melius Greg. acediam, tristitiam vocat: quæ Isidor. adducit, reducuntur ad ea, quæ Greg. ponit. Nam amaritudo est effectus rancoris: otiositas, & somnolentia reducuntur ad torporem: importunitas mentis: inquietudo corporis, instabilitas, verbositas, & curiositas, pertinet ad evagationem mentis circa illicita.

Quæstio 36. De invidia.

Artic. 1. Vtrum invidia sit tristitia.

1. Concl. lib. 2. Rhe. c. 3. De bono alieno potest esse tristitia.

Quia potest apprehendi vt malum proprium, de quo est tristitia.

2. Concl. Tristitia de bono alterius, inquantum ex eo imminet periculum nocumenti, non est invidia, sed magis timoris effectus, vt Aristot. docet. Vt cum quis tristatur de exaltatione inimici, timens ne eum lædat.

3. Concl. Invidia est tristitia de bono alterius, vt æstimatur malum proprium, inquantum est diminutivum propriæ gloriæ, vel excellentiæ. Vnde Damas. ait esse tristitiæ speciem, & tristitiam esse de malis alienis.

† 4. Concl. lib. 2. c. 10. Tristitia potest esse etiam de bono, prout bonum vnius apprehenditur, vt malum alterius.

Similitudo causat delectationem, prout concordat voluntati: sed de ea potest esse tristitia, prout homo invidet his, qui sunt propinqui, quibus se nititur æquare, vel præferre: at his a quibus multum distat non invidet cum videat se non posse illis æquare.

5. Concl. Amatores honoris, sunt magis invidi, cum frustrentur eorum conatus propter excessum gloriæ alterius, similiter pusillanimes

quia omnia reputant magna, & in omnibus se superari existimant.

Memoria præteritorum bonorum, vt fuerunt habita, causat delectationem, at vt sunt amissa causat tristitiam: & inquantum ab alijs habentur, causant inuidiam: vnde senes inuident iunioribus.

Artic. 2. Vtrum inuidia sit peccatum.

Inuidia prout est tristitia de bono proximi, inquantum alter excedit ipsum in bonis, quod proprie est inuidia, semper est praua.

1. *Non efficiamur, ait Paul. inuicem inuidentes.*

2. *Quia dolet de eo, de quo est gaudendum: quod semper est prauum, vt ait Arist.*

Tristitia de bono alicuius, prout ex eo timetur nocumentum vel sibi ipsi, vel alijs bonis, non est proprie inuidia, & potest esse sine peccato, vt est dictum: & ex Greg. patet.

Tristitia de bono alterius, non quod ipse illud habeat, sed quia nobis deest, vocatur zelus ab Arist. siue æmulatio, quæ si sit circa bona honesta, est laudabilis, vt patet ex Paulo.

Tristitia de bono alterius, inquantum is, qui illud habet, est eo indignus, quod euenit in diuitijs, quæ nolunt accidere dignis, & indignis: ab Arist. vocatur, nemesis. & pertinet ad bonos mores: sed secundum fidem, talis tristitia prohibetur: quia etiam indignis proueniunt ex iusta Dei ordinatione.

Primum procedit de inuidia, quæ est zelus: secundum de tristitia alienorum bonorum, secundum proprium modum: tertium non concludit, quia inuidia differt a zelo, vnde potest dari zelus bonus, non sic inuidia.

Licet tristitia, sit quædam pœna: tamen nihil prohibet, quod peccatum ratione alicuius adiuncti sit pœnale.

Art. 3. Vtrum inuidia sit peccatum mortale.

Inuidia ex genere suo est peccatum mortale.

1. *Paruulum occidit inuidia, vt ait Iob. At nihil occidit spiritualiter nisi peccatum mortale. Ergo.*

2. *Genus peccati: sumitur ex obiecto. at inuidia ratione obiecti contrariatur caritati, a qua habetur vita, quia hæc gaudet de bono proximi, illa de eodem tristatur. Ergo.*

Inueniuntur tamen aliqui primi motus inuidiæ in sensualitate existentes, etiam in viris perfectis, qui sunt peccata venialia.

Inuidia vt est passio in sensualitate tantũ, sine consensu rationis: non est peccatum sicuti inuidia paruulorum vnde patet etiam ad secundum.

Inuidia opponitur directe misericordiæ, & caritati.

Nam misericors, miseretur de malo proximi: inuidus tristatur de bono illius. Vnde falsum est contrariari solum, nemesi, quæ est passio.

Artic. 4. Vtrum inuidia sit vitium capitale.

Inuidia est vitium capitale.

1. *Quia Greg. numerat eam inter capitalia.*

2. *Sicut accidia est tristitia de bono spirituali diuino, ita inuidia est tristitia de bono proximi: At accidia est vitium capitale, quia mouet ad quædã Facienda. Ergo etiam inuidia*

Licet inuidia oriatur ex inani gloria, non tamen sequitur non esse vitium capitale.

Quia sufficit, vt habeat aliquam principalem rationem producendi ex se multa genera peccatorum. Vel dicas nempe Vitium capitale, vt oriatur ex inani gloria.

Auctoritas Greg. non probat inuidiam esse grauissimum peccatorum, sed ad hoc homines induci, quando diabolus inuidiam suggerit. Datur etiam inuidia quæ est inter grauissima peccata: vt inuidia fraternæ gratiæ quæ est peccatum in Spir. sanct.

Conuenienter a Greg. numerantur inuidiæ filiæ. Nam in conatu inuidiæ est aliquid tanquam principium, & aliquid tanquam medium, & aliquid tanquam terminus: principium, vt minuat gloriam alterius, vel in occulto, & sic susurratio: vel manifeste, & sic detractio. Medium vel potest diminuere, & sic exultatio in aduersis, aut non potest, & sic afflictio in prosperis. Terminus autem est in ipso odio: vnde afflictio in prosperis & exultatio in aduersis sunt filiæ, inuidiæ, non autem ipsa inuidia, quæ est tristitia, de bonis proximi, vt habent gloriam quandam,

Quæstio 37. De peccatis, quæ opponuntur paci.

Art. 1. Vtrum discordia sit peccatum.

Discordia ea ratione est peccatũ, in quantum contrariatur concordiæ, quæ ex caritate nascitur, cuius est corda in vnum vnire.

Discordia qua quis scienter ex intentione dissentit a bono diuino & a bono proximi, in quo

quo debet consentire, ex suo genere est peccatum mortale: licet primi motus sint peccata venialia.

1. Discordiæ à Paulo ponuntur inter opera carnis quæ qui agunt regnum Dei non consequentur. Ergo.

2. Quia est contraria caritati, quæ corda, &nit, quod principaliter est bonum diuinum.

3. Concl. Discordia per accidens circa bonum diuinum & proximi, cum quis existimat illud esse bonum, alius vero contra, non est peccatum, nec repugnat caritati, nisi sit cum errore, & pertinacia circa ea; quæ sunt de necessitate fidei.

† 4. Concl. Voluntas proximi ex se non est regula voluntatis nostræ, sed inquantum adhæret voluntati diuinæ, & sic ei dissentire, est peccatum.

5. Concl. Act. 23. Matt. 10. Act. 15. Causare discordiam, per quam tollitur mala concordia in mala voluntate laudabile est, & sic Paulus induxit ad dissentionem: sic etiam intelligitur illud. *Non veni pacem mittere, sed gladium.*

6. Concl. Discordia inter Paulum, & Barnabam fuit per accidens: quia vterque intendebat bonum: nec erat de his, quæ sunt de necessitate salutis: quamuis id factum fuerit ex diuina prouidentia propter vtilitatem inde consequentem.

Art. 2. *Vtrum discordia sit filia inanis gloriæ.*

Discordia ponitur filia inanis gloriæ.

1. *Ex auctoritate Gregorij.*

2. *Discordia importat quandam disgregationem voluntatis inquantum quisque, quæ sua sunt præfert his, quæ sunt alterius. At hoc cum inordinate fit, pertinet ad superbiam, & maxime gloriari. Ergo.*

† 2. Concl. Rixa non est idem, quod discordia: nam consistit in exteriore opere, & causatur ex ira: discordia autem in disiunctione motuum voluntatis, quam facit inanis gloria.

3. Concl. Discordia, vt à termino à quo causatur ab inuidia, & vt à termino ad quem, vnde fit denominatio, ab inani gloria.

4. Concl. Non propterea, quod per discordiam res maxime dilabuntur, debet esse vitium capitale, quia hoc pertinet ad proprium effectum ipsius, cum sit diuisio voluntatis.

Quæstio 38. De contentione.

Artic. 1. Vtrum contentio sit peccatum mortale.

1. Concl. Contentio importat contrarietatē quandam in locutione, vt discordia in voluntate: quæ attenditur, vel quantum ad intentionem, vel quantum ad modum.

2. Concl. 2 Tim. 2. Ga. 5. Si contentio accipiatur, vt importat impugnationem veritatis, & inordinatum modum, est peccatum mortale.

3 Concl. *Quoniam contrariatur præcepto Apostoli, qui eam prohibet, & inter opera carnis numerat.*

Contentio, vt est impugnatio falsitatis, debito modo est laudabilis: si indebito modo potest esse peccatum veniale, nisi tanta fiat inordinatio, quæ generet scandalum.

4. Concl. Cic. lib. 2. de inuent. Luc. 22. Contentio, vt est oratio ad confirmandū, & confutandum accommodata, si conueniat personis, & negotijs, laudabilis est, & ponitur color rhetoricus: si autem excedat conuenientiam personarum, & negotiorum, est vituperabilis.

1. Concl Contentio inter discipulos Domini non erat cum intentione impugnandi veritatem, licet esset inordinata quia erat de eo, de quo non debebat esse, scilicet de primatu honoris.

6 Concl Phil. 1. Apostolus non gaudebat de contentione prædicantium, sed de fructu, qui ex hoc prouenitebat: vt ex malis occasionaliter sequuntur bona.

7. Concl. Contentio, proprie est, cum quis intendit impugnare veritatem: & sic catholici non contendunt contra hæreticos, sed è conuerso. Si autem sumatur pro acrimonia locutionis, non semper est peccatum mortale.

8 Concl. Cap. 39 Contentio illa Iob, cum Deo accipitur pro disputatione ad inquirendam veritatem: vt patet ex cap. 13.

Art. 2. *Vtrum contentio sit filia inanis gloriæ.*

1. Concl. Contentio ponitur filia inanis gloriæ, eadem ratione, vt discordia.

1. Auctoritas Gregorij.

l. 31. Mor. c. 31. *2. Vt aliqui sunt discordantes ex hoc, quod sit corde, in propijs, sic aliqui sunt contendentes ex hoc, quod vnusquisque verbo id, quod sibi videtur defendit. Ergo sicut discordia est filia inanis gloriæ, sic & contentio.*

† 2. Concl. Contentio habet quidem affinitatem cum inuidia quantum ad recessum eius, à quo aliquis discordat: at cum inani gloria, quantum ad id, in quo fulcit.

3. Concl. Clamor non est principale in contentione: vnde non oportet, vt si clamor oriatur ex ira, quod etiam contentio.

Concl. 4. Nihil prohibet, vt quæ ex superbia, vel

inani

inani gloria per se oriuntur, causentur ex contrarijs eorum, ex quibus occasionaliter superbia oritur: vt cum quis de humilitate superbit. Nihil ergo obstat, quod contrario sæpe oriatur ex defectu scientiæ, ex qua oritur inanis gloria.

Quæstio 39. De schismate.

Art 1. Vtrum schisma sit peccatum speciale.

1. Concl. SChisma est speciale peccatum.

l. 20. contra Faust. c. 3. 1. *Patet ex Aug. Qui distinguit inter schisma, & hæresim.*

2. *Schismatici dicuntur, qui propria sponte subesse renuunt summo Pontifici, & qui membris ecclesiæ & subiectis communicare recusant: quia peccatum schismatis dicitur, quod directe, & per se opponitur vnitati. Schisma enim ab animorum scissura, dicitur, quam caritas facit, quæ non solum alteram personam alteri spiritualis dilectionis vinculo vnit, sed etiam totam ecclesiam in vnitate spiritus. Sed vnitas ecclesiæ attenditur, & in connexione membrorum adinuicem, & in ordine omnium ad vnum caput. quod est Christus, cuius vicem gerit summus Pontifex. c. x. Ergo est speciale peccatum, & est separatio ab ecclesiastica vnione, & summi Pontificis subiectione.*

2. Concl. Diuisio hominis à Deo per peccatum, cum non sit per se intenta a peccante, nõ est schisma, per se loquendo.

3. Concl. Non omnis qui præceptis ecclesiæ non obedit, est schismaticus, sed qui cum rebellione, id est, qui pertinaciter præcepta ecclesiæ contemnit, & iudicium eius subire recusat.

2. Concl. Schisma, & hæresis sunt diuersa vitia: nam hæresis peruersum dogma habet, schisma separat ab ecclesia, licet hæreticus sit etiam schismaticus, sed non conuertitur. Verum nullum est schisma, quod non sibi aliquam hæresim confingat, vt schismaticus retro ab ecclesia recessisse videatur.

Artic. 2. Vtrum schisma sit grauius peccatum infidelitate.

Infidelitas est grauius peccatum schismate & suo genere.

1. *Quia infidelitas super schisma, addit peruersum dogma.*

2. *Illud peccatum, quod maiori bono contrariatur ex suo genere grauius est, quia genus, & species peccati sumuntur ab obiectis. At infidelitas est circa ipsum Deum, & est in se Veritas prima, schisma vero circa ecclesiasticam vnitatem, quæ est bonum participatum, & minus, quam ipse Deus. Ergo.*

2. Concl. Potest contingere, quod aliquis schismaticus grauius peccet, quam quidam infidelis, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, quod inducit, &c.

3. Concl. Peccatum schismatis quandoque grauius est punitum in populo Hebræo, quia erat ad schismata promptus: non quod esset maius peccatum, quam infidelitas. Et quia pœnæ sunt medicinæ, ideo vbi est maior pronitas ad peccandum, ibi seuerior pœna adhibetur.

4. Concl. Num. 16. Bonum ecclesiasticæ vnitatis, cui opponitur schisma, est minus quam bonum veritatis diuinæ, cui opponitur infidelitas.

5. Concl. Schisma, & alia peccata, quæ fiunt in proximum, opponuntur caritati, quantum ad secundarium bonum, quod est minus, quã obiectum fidei, quod est ipse Deus. Sed inter peccata, quæ fiunt in proximum, schisma est maximum, quia opponitur bono spirituali multitudinis.

Artic. 3. Vtrum schismatici habeant aliquam potestatem.

1. Concl. Schismatici habent potestatem sacramentalem, quæ per consecrationem confertur.

Quia talis potestas secundum essentiam remanet in homine quandiu viuit, siue in schisma, siue in hæresim labatur, quod patet, quia si redeat ad ecclesiam, non amplius consecratur. Et hoc probant tria argumenta ab auctoritate sumpta.

2. Concl. Schismatici amittunt vsum potestatis, ita vt eis non liceat sua potestate vti

Quia potestas inferior non debet exire in actum, nisi, si moueatur a prima. Et hoc probat auctoritas Cypr. in arg. sed contra.

3. Concl. Si schismatici vtuntur sua potestate, effectum producunt in sacramentalibus, vbi nõ requiritur iurisdictio.

4. Concl. Potestas iurisdictionis non manet in schismaticis, & hæreticis. Vnde non possunt excommunicare, absoluere, indulgentias dare, &c.

Articul. 4. Vtrum sit conueniens pœna schismaticorum, vt excommunicentur.

Est conuenies pœna schimatitorum, vt excommunicentur, & potestate temporali coerceantur.

Num

1. *Num.16 Recedite a tabernaculis hominum impiorum, qui schisma fecerunt, &c.*

Sep.11. 2. *Per quæ, peccat quis, per ea debet puniri. At schismatici peccant, tum quia separant se à communione membrorum ecclesiæ, tum quia subdi recusant capiti ecclesiæ. Ergo.*

2. Concl. Non licet a schismaticis recipere baptismũ, nisi in articulo necessitatis.

Quia melius est ex hac vita cum signo baptismi exire, quam sine.

3. Concl. Schismatici non excommunicantur, vt magis segregentur; sed vt de sua separatione confusi, quandoque ad pœnitentiam reducantur.

Pœnæ præsentis vitæ sunt medicinales; ideo quando vna non sufficit, superadditur alia: & tic ecclesia post excommunicationem, adhibet coertionem brachii secularis: si vna pœna sufficit, non debet altera adhiberi.

Quæstio 40. De Bello.

Articul. 8. Vtrum bellare sit semper peccatum.

1 Concl. BEllare non est semper peccatum.

Patet ex Aug. qui ait, Christianam disciplinam non omnino culpare bella.

Trist. 5. ad Marcel.

2. Concl. Vt bellum sit iustum tria requiruntur: Primum auctoritas principis, cuius mandato bellum est gerendum: priuatæ enim personæ non possunt, cum debeant ius suum in iudicio superioris prosequi: & quia Principi commissa est cura reipubl. quam tueri debet materiali gladio, & contra interiores perturbationes, Rom.13. *Non sine causa, &c. & ab exterioribus hostibus* Psal. 81. *Eripite pauperem, &c.* Ita Aug. contra Faust. Deinde iusta causa, vt qui impugnantur propter aliquam culpam impugnentur, vt August. docet. Postremo recta bellantium intentio, scilicet, vt bonum promoueatur, & vt malum vitetur, vt August. scribit.

lib. 22. c. 74. Potest contingere, vt sit legitima auctoritas indicentis bellum, & causa iusta; nihilominus propter prauam intentionem bellum reddatur illicitum, vt propter nocendi, & vlciscendi cupiditatem: ita docet Aug.

lib. 83. q. q. 80. Illud, *omnis qui acceperit gladium, &c.* intelligitur de iis, qui nulla superiore, aut legitima potestate, iubente, vel concedente in sanguinem alicuius armantur: qui semper gladio pereunt, quatenus pro peccato gladii æternaliter puniuntur, nisi eos pœniteant.

lib. de Verb. Dom. 23. Illud, *non resistere malo.* &c. & illud, *non vos*

q. 1.

3. Concl. *defendentes*, sunt seruanda in præparatione animi, non autem quando aliter agendum est propter cõmune bonum, vel etiam illorum, cum quibus pugnatur.

Matth. 5. Rom. 12. Aug. epist 5. ad Marcel.

6. Concl. Paci non contrariatur iustum bellum, sed malum.

Nam qui bella gerunt, pacem intendunt: bellum eus gerimur, vt pax acquiratur.

7. Concl. Exercitia hominum ad res bellicas spectantia non sunt vniuersaliter prohibita, sed tantum inordinata, & periculosa, ex quibus sequuntur occisiones, &c.

Art. 2. Vtrum Clericis, & Episcopis sit licitum pugnare.

1. Concl. Clericis non licet omnino bella gerere, quæ ordinantur ad sanguinis effusionem.

Matth. 26. 1. *Petro enim in persona Episcoporum, & clericorum dictum est, Converte gladium tuum in vaginam.*

2. Tim. 2. 2. *Bellica exercitia, maxime repugnant officiis, quibus Episcopi, & clerici deputantur; tum quia habent maximam inquietudinem, unde multum impediunt animum a contemplatione diuinorum, laudem Dei, & orationem pro populo: tum etiam quod omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento representatur passio Christi & ideo non licet eis effundere sanguinem, sed magis esse paratos ad sui sanguinis effusionem, pro Christo: & ministrare opere, quod gerunt ministerio. Ideo institutum est, vt effundentes sanguinem, etiam sine culpa, sint irregulares.*

1. Cor. 11.

2. Concl. 2. Cor. 10. Prælati debent resistere non solum spiritualiter, interficientibus gregem, sed etiam raptoribus, & tyrannis: non materialibus armis, sed spiritualibus, vt ait Paul.

3. Concl. Prælati, & clerici auctoritate superioris possunt interesse bellis: non vt pugnent, & si qui faciunt, abusus est: sed vt iuste pugnantibus spiritualiter subueniant: Vnde sacerdotes olim sacris bucinis in bello clangebant.

Ios. 6. 4. Concl. Ad clericos pertinet disponere alios ad bellandum bella iusta: *quia hæc referuntur, tanquam ad finem in bonum spirituale, ens clerici deputantur*, illis vero interdicitur bellum: *quia eorum personæ non conueniunt.*

5. Concl. Licet bellare quandoque sit meritorium tamen illicitum est clericis.

Quia sunt ad opera magis meritoria deputati.

Articul. 3. Vtrum sit licitum in bellis vti insidiis.

1. Concl. lib. 1. de off. c. 20. & lib. 3. c. 10. 2 Concl. Ios. 8. lib. 9. in Ios. q. 10. Matth 7.

Non est licitum in bellis vti insidiis dicendo falsum, aut non seruando promissum.

Ita docet Diuus Ambros.

Licitum est in bellis vti insidiis ad fallendos hostes, eis propositum, aut intellectum nostrum non aperiendo.

1. *Auctoritate Domini, qui mandauit Iosue, vt insidias collocaret habitatoribus ciuitatis. Idem confirmatur auctoritate. Aug.*

2. *Sicuti in doctrina sacra multa sunt occultanda infidelibus, ne detur sanctum canibus, ita multo magis ea, quæ ad impugnandos inimicos, parantur, sunt ea occultanda. At hoc pertinet ad rationem insidiarum. Ergo. Vnde inter cetera documenta militaria ponitur hoc, de occultandis insidiis.*

2. Concl.

Huiusmodi insidiæ non proprie vocantur fraudes, nec iustitiæ repugnant, nec ordinatæ voluntati.

Quia esset inordinata voluntas, si aliquis vellet sibi, sibi ab inimicis occultari. Vnde patet ad obiecta.

Articul. 4. Vtrum in diebus festiuis liceat bellare.

1. Concl.

In diebus festiuis licitum est iusta bella exercere pro tuitione reipub. fidelium, si hoc necessitas exposcat.

lib. 1. Mach. c. 2.

1. *Iudas laudabiliter id fecerunt. Ergo.*

Ioan. 7.

2. *Obseruatio festorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominum salutem, etiam corporalem, & ideo Christus sanauit in sabbatho: quare & multo magis ea, quæ pertinent ad salutem reipubl. huiusmodi sunt bella. Ergo Vnde si quis necessitate existente cessaret, Deum tentaret.*

2. Concl.

Necessitate cessante non est licitum bellare in diebus festis.

Exod. 20. Cap. 58.

1. *Quia festa sunt ordinata ad vacandum diuinis, vt scriptura docet.*

2. *Ab Isai reprehenduntur, qui in diebus festiuis repetunt debita. Ergo. Vnde patet ad obiecta.*

Quæstio 41. De rixa.

Art. 1. Vtrum rixa sit semper peccatum.

1. Concl. Gal. 5.

RIxæ semper sunt peccata: & in eo, qui alteram iniuste inuadit peccatum mortale.

1. *Nam a Paul. ponuntur inter opera carnis.*

2. *Rixa est quoddam primatum bellum inter personas priuatas, non ex publica auctoritate sed ex inordinata voluntate, impertans contradictionem in factis, quando extra inuicem se percutiunt, vt ait Glos. Ad inferre hoc modo nocumentum proximo, est mortale peccatum. Ergo.* Gal. 5.

1. Concl.

In eo, qui se defendit, vel non erit peccatum, vt si sit solo animo repellendi iniuriam illatam, & moderate se defendat: vel erit peccatum veniale, quando non multum excedit moderatam defensionem, sed cum aliquo leui motu odii, aut vindictæ: vel mortale, quando ob firmato animo in impugnantem insurgit ad occidendum, aut grauiter lædendum.

† 3. Concl.

Tria requiruntur ad rixam.

1. Vt aliquis sit paratus ad impugnandum, & promptus ad contradicendum.

2. Vt contentione delectetur.

3. Vt alios ad contentionem prouocet.

4. Conc.

Illud, Gen. 26. non intelligitur, quod serui Isaac rixati sint, sed quod incolæ terræ rixati sunt contra eos, & hi tantum peccauerunt, non autem serui.

5 Concl.

Tunc bellum non est peccatum, cum fit publica auctoritate, &c. at rixa fit priuato quodam affectu iræ, vel odii. Si autem ministri Principis, aut iudicis publica potestate aliquos inuadant, non dicuntur rixari, sed qui publicæ potestati, se iniuste defendendo resistunt.

Artic. 2. Vtrum rixa sit filia iræ.

1. Concl. Prou. 15. & 29. Greg. 31. mor. c. 31.

Rixa proprie oritur ex ira.

1. *Ex Gregor. qui hoc docet: & Sapiens ait, iracundum prouocare rixas.*

2. *Rixa proprie est, cum aliquis intendit alicui nocere, ei sciente, & repugnante. At hoc proprie pertinet ad iram, quæ est appetitus vindictæ. Ergo.*

2. Concl.

Rixa oritur etiam ex concupiscentia, tanquam ex prima radice, ex ira autem proxime.

3. Concl.

Iactatio, & dilatatio sui tantum occasionaliter concitant rixas, prout concitant iram.

4. Concl.

Rixa non oritur ex stultitia, sed cum ea similitudinem habet, prout impedit iudicium rationis.

5. Concl.

Licet quandoque rixa ex odio oriatur: tamen non est proprius effectus odii, sed præter intentionem odientis.

6. Concl.

Licet ex rixa sequatur odium, & discordia in cordibus rixantium: non tamen sequitur quod rixa proprie, & directe oriatur ex inani gloria.

Quia quodlibet peccatum potest impetrare alium alterius ordinatione ad suum finem.

Artic.

Quæstio 42. De seditione, quæ opponitur paci.

Art. 1. Vtrum seditio sit speciale peccatum ab aliis distinctum.

1. Concl. 2. Cor. 12. SEditio est speciale peccatum.

1. Quoniam Paulus seditionem ab aliis peccatis distinxit.

2. Quia habet speciale bonum, cui opponitur scilicet vnitatem, & pacem multitudinis. Erit igitur speciale vitium.

2. Concl. Seditio conuenit cum bello, & rixa, prout importat contradictionem quandam: differt autem, primo, quia bellum & rixa important impugnationem in actu, at seditio etiam præparationem ad impugnationem. Secundo bellum est multitudinis ad multitudinem, rixa vnius ad alterum, vel paucorum ad paucos: seditio autem est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes.

† 3. Concl. Peccatum seditionis non solum est in eo, qui discordias seminat, sed etiam in eis, qui inordinate ad inuicem dissentiunt.

4. Concl. Seditio differt a schismate, quia hoc opponitur spirituali vnitati, seditio corporali: schisma importat tantum ipsam pugnam spiritualem: seditio vero etiam præparationem animi ad pugnam.

5. Concl. Seditio continetur sub discordia, sicut schisma: quia ambo dicunt discordiam partium multitudinis.

Art. 2. Vtrum seditio sit semper peccatum mortale.

1. Concl. 1. Cor. 12 Seditio ex genere suo est, peccatum mortale, & tanto maius rixa, quanto bonũ commune est maius priuato.

1. Seditiones prohibentur à Paulo inter alia peccata mortalia.

lib 2. de ciu. c. 21. *2. Vnitas cui opponitur seditio est vnitas iustitiæ, & communis vtilitatis, ex Aug. & sic opponitur iustitiæ, & communi bono. Ergo, &c.*

2. Concl. Peccatum seditionis primo pertinet ad eos, qui seditionem procurant, deinde ad illos, qui eos sequuntur perturbantes commune bonum: at qui commune bonum defendentes illis resistunt, non sunt dicendi seditiosi.

† 3. Concl. Seditio importat quidem pugnam sed non eam, quæ fit propter communem vtilitatem, sed contra: vnde semper est peccatum.

4. Concl. Seditio non est discordia a quocunq; bono, sed ab eo, quod est manifeste bonum scilicet a communi vtilitate: vnde semper est peccatum.

Perturbatio regiminis tyranni, non habet rationem seditionis. 5. Concl.

Quia non ordinatur ad bonum commune; nisi forte quando sic inordinate perturbatur tyranni regimen, & multitudo magis detrimentum patiatur ex perturbatione sequenti, quam ex tyranni regimine: & tunc esset peccatum.

Quæst. 43. De vitiis, quæ beneficentiæ opponuntur.

Artic. 1. Vtrum scandalum conuenienter definiatur, quod est dictum vel factum minus rectum prabens occasionem ruinæ.

1. Concl. Matt. 15 COnuenienter definitur scandalum quod est dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ.

1. Ex Hieron. super illud, seu quia Pharisæi audito, &c.

2. Sicuti obex, qui ponitur alicui in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam, dicitur scandalum, ita in processu vitæ spiritualis contingit aliquem dissimilem ad ruinam per dictum, & factum alterius, dum, scilicet trahitur ad peccandum illius exemplo, & hoc dicitur scandalum græce, latine ruina & impactio pedis. Sed nihil disponit ad spiritualem ruinam, nisi quod habet aliquem defectum rectitudinis. Ergo conuenienter definitur, &c.

† 2. Concl. Non ponitur in hac definitione; concupitum, quia cum concupiscentia mali lateat in corde, non ponit alteri obicem.

3. Concl. Minus rectum non dicitur per hoc, quod ab altero superetur in rectitudine, sed quia habet rectitudinis defectum, cum vel sit per se malum, vel habeat speciem mali.

4 Concl. Nihil prohibet, vt quod est per accidens ponatur in definitionibus: quia quod est secundum accidens vni potest per se alteri conuenire, vnde recte ponitur occasio in definitione scandali.

5. Concl. Scandalum, aliud actiuum, cum aliquis dicto, vel facto intendit inducere alium ad peccandum ex se est inductiuum ad peccandum, vt si publice aliquis peccet, & iste proprie dat occasionem ruinæ. Aliud passiuum sine actiuo, vt cum præter intentionem operantis, & conditionem operis, aliquis male dispositus inducitur ad peccandum: & tunc non datur occasio ruinæ ex se, sed alius eam sumit. Quandoque sunt simul actiuum, & passiuum: quandoque actiuum sine passiuo, & contra. Rom. 7.

5. Concl. Infirmitas est promptitudo ad scandalum, & offensio est indignatio contra peccantem, & ideo non sunt scandalum, quod importat ipsam impactionem ad ruinam.

Articul. 2. Vtrum scandalum sit peccatum.

1. Concl. Scandalum passiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizatur: quia semper aliqualiter ruit spirituali ruina, quæ est peccatum.

2. Concl. Similiter scandalum actiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizat: quia, vel ipsum opus est peccatum, vel habet speciem peccati, & sic est dimittendum propter proximi caritatem.

Nam in vtroq; à rectitudine deficitur: in quo consistit ratio peccati. Ergo.

3. Concl. Potest esse scandalum passiuum sine peccato illius, ex cuius facto bono aliquis scandalizatur, sicuti scandalum actiuum sine peccato illius, qui scandalizatur.

Matth. 18. 4. Concl. Illud, *Nec esse est, vt eueniant scandala*, intelligi non de necessitate absoluta, sed conditionali, vt sunt sub præscientia Dei, vel necessitate finis quia sunt vtilia, vt qui probati sunt manifesti fiant: vel secundum conditionem hominum, qui sibi a peccatis non cauent, & conuersationem malam non mutant.

5. Concl. Matth. 16. Illud, *scandalum es mihi*, intelligitur large pro quocunque impedimento: Petrus enim pietatis quodam effectu cupiebat impedire passionem Christi.

6. Concl. Qui spiritualiter impingit; semper saltem retardatur aliqualiter a processu in via Dei: vnde saltem peccat venialiter.

Art. 3. Vtrum scandalum sit speciale peccatum.

1. Concl. Scandalum actiuum per se quando quis intendit trahere aliquem ad peccandum ex intentione specialis finis, est speciale peccatum.

1. Quia opponitur speciali virtuti scilicet caritati. Ro. 14. Si propter cibum, &c.

2. Finis dat speciem in moralibus. Ad scandalum intendit particulare proximi nocumentum, & opponitur directe correctioni fraterne. Ergo.

2. Concl. Scandalum passiuum non potest esse speciale peccatum: quoniam non habet specialem deformitatem speciali virtuti oppositam.

3. Concl. Similiter scandalum actiuum per accidens, hoc est, quando aliquis aliquo verbo suo, aut facto non intendit dare, huis occasionem peccati, sed solum explere voluntatem suam.

4. Concl. Licet materialiter omne peccatum possit se habere ad scandalum actiuum: tamen scandalum potest habere specialem rationem peccati ex intentione finis.

5. Concl. Scandalum actiuum potest inueniri separatum ab aliis peccatis, vt cum quis scandalizat facto, quod non est peccatum, sed habet speciem mali.

6. Concl. Scandalum non habet specialem rationem peccati ex eo, quod publice peccatur, sed ex intentione finis.

Art. 4. Vtrum scandalum sit peccatum mortale.

1 Concl. Scandalum passiuum aliquando est peccatum veniale, vt cum quis ex inordinato dicto, vel facto alterius commouetur motu venialis peccati: quandoque est mortale, cum commouetur vsque ad peccatum mortale.

2 Concl. Similiter scandalum actiuum per accidens aliquando est peccatum veniale, cum quis facit actum aliqua ex indiscretione, qui, vel sit peccatum veniale, vel saltem habet aliquã speciem mali: aliquando mortale, cum quis committit actum peccati mortalis, vel contemnit salutem proximi.

3. Concl. Scandalum actiuum per se, si intendat inducere ad peccandum mortaliter, est mortale similiter si ad peccandum venialiter per actum peccati venialis: si autem sit per actum peccati venialis ad venialiter peccandum, est veniale tantum. Vnde patet ad obiecta.

Art. 5. Vtrum scandalum passiuum possit etiam in perfectis cadere.

1. Concl. In iis, qui perfecte Deo adhærent per amorem scandalum non inuenitur.

1. Ex Hieron. qui eum malo es non scandalizari.

In Matth. c. 18. *2. Scandalum passiuum importat commotionem quandam animi a bono. Isti perfecti cum adhæreant, non commouentur, quia rectum mobile adhæret. Ergo quamuis mentem a malo esse habere videamus, vel dicta, vel facta, non tamen auertunt a bono sua recedunt. Qui confidunt in Domino, &c. Pax multa diligentibus legem tuam. &c.*

Psalm. 124. Psalm. 118 † 2. Concl. Quod Dominus dixit Petro, *scandalum mihi es*, intelligitur large pro quolibet impedimento.

3. Concl. 1. Thes. 2. In exterioribus actibus perfecti viri possunt impediri: sed in interiori voluntate quo minus ferantur in Deum non impediuntur per dicta, vel facta alterius.

Rom. 8. 4. Conc. Viri perfecti incidunt interdum in peccata venia-

4. Concl. ra venialia sed infirmitate, carnis, non quod scandalizentur.

Artic. 6. Vtrum scandalum actiuum possit inueniri, vir perfectis.

1. Concl. Scandalum actiuum non in potest inueniri in viris perfectis.

1. Quia in eis non potest esse scandalum passiuum, quod minus repugnat perfectioni. Ergo.

2. Cor. 14. *2. Scandalum actiuum non est, vbi nihil inordinate fit, vel dicitur sed perfecti omnia ordinant secundum regulam rationis, & præcipue cauent, ne alijs offensionem pareant. Ergo.*

2. Concl Id quod deest in eorum dictis, vel factis ab hac moderatione, prouenit ex infirmitate humana, secundum quam à perfectione deficiunt: non tamen ita: vt multum a ratione recedant: vnde non possunt alij rationabiliter inde occasionem sumere peccandi.

† 3. Concl. Scandalum passiuum non semper prouenit ex scandalo actiuo alterius, sed eiusdem, qui scandalizatur, quia ipse seipsum scandalizat, vt Pharisæi.

Matt. 15. Factum Petri, de quo ad Galat. 2. non fuit tam graue peccatum, vt merito possent alij scandalizari: vnde gentiles patiebantur scandalum passiuum, & in Petro non erat scandalum actiuum.

5. Concl. Si quæ venialia viri perfecti committunt in exterioribus dictis, vel factis, non sunt huiusmodi, vt scandalizandi vim habeant.

Art. 7. Vtrum bona spiritualia sint propter scandalum dimittenda.

1. Concl. Cum scandalo actiuo nihil est faciendum.

2. Concl. Spiritualia bona, quæ sunt de necessitate salutis, non sunt propter scandalum passiuum dimittenda.

Hom. 7. in Ezech. *1. Ea Greg. qui ait, Citius nasci permitti scandalum, quam veritas relinquatur.*

2. Ea dimittere sit peccatum mortale, quod secundum ordinem caritatis nunquam homo debet committere, & impediat peccatum alterius.

3 Concl. Etiam bona spiritualia, quæ non sunt de necessitate salutis, non sunt dimittenda propter scandalum, quod oritur ex malitia eorum, qui volunt impedire huiusmodi bona: vt scandalum Pharisæorum.

4. Concl. Si autem procedat ex infirmitate, vel ignorantia, vt scandalum pusillorum, tunc spiritualia bona sunt occultanda, vel etiam differenda, quousque, reddita ratione, scandalum cesset: quod si duret post redditam rationem, videtur esse ex malitia.

Aug. intelligitur quando ob excommunicationem aliquorum imminet periculum schismatis: tunc enim eam ferre non pertinet ad veritatem iustitiæ: quia pœnæ debent esse in medicinam. † 1. Cor. 5. 2. contra 2. Corinth.

Actus docendi, cum ponatur inter spirituales eleemosynas, debet exerceri secundũ congruentiam temporum, & personarum. Sed tamen propter nullum scandalum debet homo prætermissa veritate falsitatem docere. 6. Concl.

Quando correctio fraterna propter scandalum dimittitur, non dimittitur spirituale bonum, quia non habet rationem boni, prout ex ea sequitur scandalum. 7 Concl. Matth. 7.

In veritate vitæ, doctrinæ, & iustitiæ non solum comprehenditur id quod est de necessitate salutis, sed etiam id per quod peruenitur perfectius ad salutem. Vnde consilij opera non sunt simpliciter prætermittenda, sed interdum occultanda, vel differenda. 8. Concl. Gloss. Matth. 15.

Implicat, quod sit committendum veniale ad vitandum scandalum; quia si esset committendum non esset amplius peccatum, cum peccatum non possit esse eligibile: tum etiam, quia vergit in detrimentum propriæ salutis, prout veniale disponit ad mortale. 9. Concl. 1. Cor. 12.

Art. 8. Vtrum propter scandalum sint temporalia dimittenda.

Temporalia bona quæ sunt alijs commissa ad conseruandum, vt bona ecclesiæ prælatis, & bona communia rectoribus reip. non sunt propter scandalum dimittenda 1. Concl.

1. Nam Thomas cantuariens, repetiit res ecclesiarum cum scandalo Regis.

2. Quia conseruatio illorum bonorum immanet illo ex necessitate. Ergo.

Quando scandalum oritur ex malitia, nõ sunt temporalia bona propter scandalum dimittenda: tum propter bonum commune, quia daretur malis rapiendi occasio: tũ quia noceret rapientibus, qui in peccato remanerent. 2. Concl. lib. 1. de Serm. dom. c. 4.

Si scandalum sit propter ignorantiam, vel infirmitatem, tunc vel totaliter dimittenda sunt, vel aliter scandalum sedandum, vt August. docet. 3. Concl.

Licet magis debeamus diligere salutem spiritualem proximi, quam temporalia: non tamen propter quodcunque scandalum ista bona sunt dimittenda quia vergeret in detrimentum vitæ, veritatis, & iustitiæ. † 4. Concl.

1. Deut.6. *Diliges dominum tuum ex toto corde tuo.*

2. *Cum actus diligendi Deum sit sub præcepto, & est actus virtutis, requirit non solum debitam materiam, sed etiam omnes debitas circumstantias, quibus vestitur, & sit proportionatus tali materiæ: cum ergo Deus sit diligendus vt finis vltimus, ad quem omnia referuntur, quædam totalitas sunt apponenda circa eum præceptum.*

† 2. Concl. Sub præcepto alicuius actus virtutis non cadit modus quem ille actus habet à superiori virtute, sed ille qui pertinet ad rationem propriæ virtutis: & talis modus significatur, cum dicitur, *ex toto corde.*

3. Concl. Diligere Deum ex toto corde contingit, vel actu, & hæc est perfectio patriæ: vel habitu, & hæc est perfectio vitæ, cui non contrariatur peccatum veniale: quia sufficit, vt nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat.

4. Concl. Perfectio caritatis, ad quam ordinantur consilia, est media inter perfectiones prædictas, vt homo se abstrahat à rebus corporalibus licitis, quæ impedium actualem cordis motum in Deum.

Art.5. Vtrum super hoc, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, conuenienter addatur, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.

1. Concl. Conuenienter super hoc, *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, additur. Et ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Deut.6. Matt. autem 22. loco fortitudinis, dicitur *in tota mente tua:* Marci 12. *ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute:* Luc. 10. loco fortitudinis, *ex omnibus viribus tuis.* Vbi vnum horum omittitur, est, quia id intelligitur ex alijs.

Nota, quod hoc loco, voluntas significatur per cor: quia sicut cor est principiũ omnium corporaliũ motuũ, ita volũtas, quantũ ad intentionem finis, est principium omniũ motuum spiritualium. Et quia tria sunt motuum principia, quæ mouentur à voluntate. s. intellectus, qui significatur per mentem, vis appetitiua inferior, quæ significatur per animam, & vis exsecutiua exterior, quæ significatur per fortitudinem, seu virtutem & vires, ideo conuenienter præcipitur, ex toto corde, i. vt tota intentione feratur in Deũ: *tota mente.* i. vt intellectus subdatur Deo, *ex tota anima* i. vt appetitus reguletur secundum Deum: *ex tota fortitudine, virtute, vel viribus,* id est, vt exterior actus obediat Deo. At Chrysost. Aug. & Greg. Nis. alia ratione exponunt. Vnde patet ad obiecta.

Artic.6. Vtrum hoc præceptum de dilectione Dei possit in via impleri.

1. Concl. Hoc præceptum de dilectione Dei in patria implebitur perfecte: in via autem impletur, sed imperfecte.

1. de perfect. 1. *Ex Aug. qui ait, quod implebitur in plenitudine caritatis patriæ, &c.*

2. *Tunc perfecte adimpletur præceptum, cum pertenitur ad finem, quem intendit præcipiens, imperfecte autem, cum non pertenitur, sed tamen non recedituir ab ordine ad finem: finis Dei præceptum est vt homo totaliter ei vniatur, & hoc perfecte adimplebitur in patria: In via autem imperfecte, prout non recedituir ab ordine ad finem.*

† 2. Concl Ad hoc, quod præceptum non sit impossibile, sufficit, vt aliquo modo possit adimpleri.

3. Concl. Non peccat, qui præceptum hoc perfecte non implet, sed sufficit vt contra diuinam dilectionem non agat.

4. Concl. *Aug. de perfect. Iust. resp. 6.* præcipitur ista perfectio, quamuis non habeatur in via, quia non recte curritur, si quo currendum est nesciatur, & non sciretur nisi esset præceptum.

Artic. 7. Vtrum conuenienter detur præceptum de dilectione proximi.

Conuenienter datur præceptum de dilectione proximi.

1. Concl. 1. *Matt. 22. Diliges proximum sicut teipsum.*

2. *Quia tangitur ratio diligendi, cum dicitur,* proximus, vel frater, *qui nobis est proximus, secundum naturalem Dei imaginem, & secundum capacitatem gloriæ: tangitur modus dilectionis, cum dicitur,* vt teipsum: *quod non est intelligendum, vt proximum quis sibi æqualiter diligat, sed similiter sibi: & hoc tripliciter primo ex parte finis: vt diligat eum propter Deum sicut seipsum diligit & sic dilectio est sancta: secundo ex regula dilectionis, vt ei non condescendat in aliquo malo: & sic dilectio est iusta, tertio, vt eum non diligat propter propriam vtilitatem, sed quod ei velit bonum, sicut sibipsi vult, & sic dilectio est vera. Itaque conuenienter datur hoc præceptũ. Vnde patet ad obiecta.*

Art. 8. Vtrum ordo caritatis cadat sub præcepto.

Ordo caritatis cadit sub præcepto.

1. Concl. 1. *Quod Deus in nobis facit per gratiam, instruit per legis præcepta. Hier 31. Dabo legem meam in cordibus eorum. At Deus causat in nobis ordinem caritatis, Cant. 2. Ergo.*

2. Modus, qui pertinet ad rationem virtuosi actus, cadit sub præcepto, de illo actu. At ordo caritatis pertinet ad rationem virtutis, cum accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile Ergo.

2 Concl. Qui minus diligere, eum, quem plus deberet diligere, faceret ei iniuriam: & ideo ordo est sub præcepto.

3. Concl. Ordo diligendorum ex caritate, exprimitur in scriptura, cum dicitur, *diliges Deum ex toto corde*, præfertur Deus omnibus: & *proximum sicut seipsum*, præfertur dilectio suiipsius dilectioni proximi, cum dicitur, *quod debemus pro fratribus animam ponere*, intelligitur, quod plus debeamus diligere proximum, quam corpus proprium. Et alibi dicitur, quod inter proximos meliores, & propinquiores debemus diligere.

1. Ioan. 3.

1. Tim. 5.

4. Concl. Ex eo quod dicitur, *dilige proximum tuum*, intelligitur consequenter quod qui magis sunt proximi, magis sunt diligendi.

Quæst. 45. De dono sapientiæ.

Artic. 1. Vtrum sapientia debeat inter dona spiritus sancti computari.

1. Concl. SApientia est donum spiritus sancti.

1. *Isa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, &c.*

2. Ad sapientem pertinet considerare altissimã causam per quam certissime iudicat & ordinat omnia. Sicut ergo qui cognoscit causam altissimam in genere, per eam potest de omnibus, quæ sunt illius generis ordinare, & iudicare. 1. ad Cor. 3. Vt sapiens architectus, &c. Ita, qui cognoscit causam altissimam simpliciter, quæ Deus est, dicitur sapiens simpliciter, & omnia per regulas diuinas potest ordinare, & iudicare. Ad hoc iudicium consequitur homo per spiritum sanctum. Ergo.

† 2. Concl. 1. Cor. 2. Sicuti in bonis homo ex cognitione summi boni dicitur vere sapiens, ita in malis ex cognitione illius, ad quod cætera reducuntur, tanquã ad vltimum finem, dicitur sapiens ad male agendum: & si finis sint bona exteriora, vocatur sapientia terrena: si bona corporalia, sapientia animalis: si sit in aliqua excellentia, vocatur sapientia diabolica.

Iac. 3. 15. Iob. 31.

3. Concl. Sapientia, quæ est donum, differt ab ea, quæ est virtus acquisita, quia illa infunditur, differt à fide, quia hæc assentit veritati diuinæ secundum seipsam, ad illam autem pertinet iudicare secundum veritatem diuinam.

† 4. Concl. 28. Dicitur timorem, & pietatem esse sapientiam, quia ista sapientiam ostendunt. Ex hoc enim cognoscitur hominem habere rectum iudicium de diuinis, quod Deum timet, & colit.

Art. 2. Vtrum sapientia sit in intellectu, sicut in subiecto.

1. Concl. Sapientia, quæ est donum, habet quidem causam in voluntate. s. caritatem, sed efficientiam habet in intellectu.

1. *Sapientia est in intellectu, Ergo & sapientia, quæ est sapientiæ contraria.*

2. Ad hanc sapientiam pertinet habere rectum iudicium de rebus diuinis, non ex rationis inquisitione, quæ ad communem sapientiæ, quæ est virtus intellectualis, sed secundum quandam connaturalitatem ad huiusmodi connaturalitas fit per caritatem, quæ unit nos Deo ergo.

Greg. lib. 2. Moral. c. 36 1. Cor. 6. Cum Augustin. inquit, quod sapientia est caritas Dei, loquitur de sapientia secundum suam causam.

2. Concl. lib. de grat. c. 28. Cum dicitur, sapientia doctrinæ secundũ nomen eius, quasi sapida scientia, accipitur sapientia pro eius fama, quæ ab omnibus commendatur.

Eccl. 6.

4. Concl. Intellectua sufficienter perficitur à dono intellectus secundum actum percipiendi tantum, non secundum actum iudicandi, ad quod pertinet donum sapientiæ, quæ iudicat secundum rationes diuinas, & donum scientiæ, secundum rationes humanas.

Art. 3. Vtrum sapientia sit speculativa tantum, an etiam practica.

1. Concl. Sapientia, vt est donum, non solum est speculativa, sed etiam practica.

1. *Insapientia, ait Paul. ambulate ad eos, qui foris sunt. Ad hoc pertinet ad actionem. Ergo.*

Coloss. 4.

2. *Ex eam superior ratio, quæ sapientiæ deputatur, intendit rationibus superioris, scil. diuinis, & conspiciendis, & consulendis, scil. vt diuina in seipsis contemplatur, hoc secundum quod per diuinas regulas iudicat de humanis actibus & dirigit eo Ergo.*

lib. 12. de Trin. c. 14.

† 2. Concl. Ex eo, quod sapientia, quæ est donum, est excellentior ea, quæ est virtus dirigit in contemplatione & actione.

Quia quanto aliqua virtus est altior, tanto ad plura se extendit.

3. Concl. lib. de caus. propriet. 10 Licet diuina de quibus est sapientia sint necessaria, & æterna, tamen sunt regulæ contingentium, quæ humanis actibus subsunt.

4. Concl. lib. 6. Mor. c. 28. Auctoritas Gregor. solum probat ad sapientiam prius pertinere contemplationem diuinorum: ad quam posterius pertinet

diri-

dirigere actus humanos secundum regulas diuinas, in quibus non prouenit amaritudo ex directione sapientiæ, sed potius amaritudo vertitur in dulcedinem, & laborin requiem.

Art. 4. Vtrum sapientia possit esse sine gratia, & cum peccato mortali,

1. Concl. Sapientia, de qua loquimur, non potest esse cum peccato mortali.

1 Sap. 1. In malenolam animam non intrabit sapientia.

2. Quæ præsupponit caritatem, cum habeat rectum iudicium per regulas diuinas de aliis, ex quadam connaturalitate, quæ est per caritatem. At caritas non potest esse cum peccato mortali. Ergo.

† 2. Concl. Illud, non glorietur sapiens, &c. intelligitur de sapientia in rebus mundanis, vel diuinis per rationes humanas, & de hac sancti non gloriantur, sed de sapientia diuina, vt ex Paulo patet.

3. Concl. 1. Cor. 1. Cognitio diuinorum, quæ est cum peccato mortali, qualis fuit in Philosophis est, quę per studium, & inquisitionem acquiritur: nō autem sapientia, quæ est donum.

Rom. 1. 4 Concl. Sapientia differt quidem a caritate, sed tamen quia præsupponit eam, non potest esse cum peccato mortali.

Art. 5. Vtrum sapientia sit in omnibus habentibus gratiam.

1. Concl. Sapientia est in omnibus habentibus gratiam.

1. Qui est sine peccato mortali, diligitur à Deo. At Deus neminem diligit, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Ergo.

Sap. 7. 1. Ioan. 2. *2. Sicut natura non deficit in necessariis, multo minus gratia, Nihil enim decet de omnibus. Ergo sapientia, quæ importat rectitudinem iudicii circa diuina cognoscenda, & consulenda, saltem quantum est necessarium ad salutem, nulli sine peccato mortali existenti deerit.*

2. Concl. Gradus sapientiæ, quo quis altiora quædam mysteria cognoscit, & aliis manifestare potest, nec non seipsum, & aliis ordinare, non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem, sed potius pertinet ad gratias gratis datas, quas Spirit. sanct. dat, vt vult.

† 3. Concl. 1. Cor. 12. 1. Cor. 2. Illud sapientiam loquimur inter perfectos, intelligitur quantum ad occulta mysteria diuinorum.

4 Concl. Ordinare alios homines, & de eis iudicare, pertinet quidem ad solos prælatos, sed dirigere proprios actus, & de eis iudicare pertinet ad vnumquenque.

5. Concl. Amentes baptizati, sicut & pueri, licet non habeant actum sapientiæ, tamen habent habitum.

Art. 6. Vtrum sapientiæ dono respondeat septima beatitudo.

1. Concl. Septima beatitudo, scilicet, *Beati pacifici*, congrue aptatur dono sapientiæ, & quantum ad meritum, & ad quantum ad præmium: ad meritum, cum dicitur, *Beati pacifici*, qui sic dicuntur, quasi pacem facientes, vel seipsis, vel in aliis, quod fit ex constitutione debiti ordinis, vt ait Aug. At ordinare pertinet ad sapientiam. Ergo. Ad præmium pertinet hoc, *Filii Dei vocabuntur*. Dicuntur aliqui filii Dei, inquantum participant similitudinem filii vnigeniti, vt patet ex Paulo. Sed hoc fit participando sapientiam, quia Dei filius est sapientia genita. Ergo.

lib. 19. de ciu. c. 13. Rom. 8.

Confirmatur ex August. qui ait, sapientiā conuenire pacificis, in quibus nullus est rebellis.

lib. 1. de ser. Dom. c. 9. Psal. 118. Licet sit caritatis habere pacem, vt inquit Dauid: tamen facere pacem, est sapientiæ ordinantis. Similiter Spiritus sanct. dicitur adoptionis spiritus, vt per eum nobis detur similitudo filii naturalis, qui est sapientia genita.

† 2. Concl. Quod sapientia dicatur, *se per animas sanctas transferre*, intelligitur de sapiētia increata, quæ est causa caritatis: sapientia autem quæ est donum, non est causa caritatis, sed magis effectus: vnde non sequitur, quod septima beatitudo pertineat ad caritatem, vt ad immediatum effectum.

Sap. 7. 3. Concl. Conuenienter assignatur sapientiæ, quod sit pudica, quasi vitans corruptelas peccati, quod sit pacifica, qui est effectus finalis sapientiæ: quod sit modesta, & suadibilis, vt homo habeat pacem in se ipso, quod bonis consentiat, & sit plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione, vt homo sit pacificus etiam aliis.

4. Concl. Iac. 3.

Quæstio 46. De stultitia, quæ opponitur sapientiæ.

Art 1. Vtrum stultitia opponatur sapientiæ.

STultitia opponitur sapientiæ, sicuti contrarium.

1. Concl. lib. 2. Mor. c. 27. *1. Ex Greg. qui ait, dementem sapientia dari contra stultitiam.*

sub. 6. etym. c. 18. *2. Stultitia dicitur à stupore ex Isidoro: Quod*

stultus est, qui propter stuporem non mouetur. Differt autem stultitia à fatuitate, quia illa importat hebetudinem cordis, & obtusionem sensus, fatuitas uero totalem priuationem spiritualis sensus. At sapiens dicitur est à sapore, quia est aptus ad dignoscentiam rerum, atq; causarum. Ergo stultitia opponetur sapientiæ, vt contrarium, fatuitas autem, vt pura negatio.

† 2. Concl.

Idem est insipientia, & stultitia: licet illa dicatur esse circa diuina, hæc circa humana: cum stultus dicatur is, qui deficit in iudicio, secundum causas altissimas.

3. Concl. 1. Cor. 3.

Cum Apostol. ait, *vt sapiens stultus fiat*; loquitur de stultitia quadam bona, per quam aliquis terrena contemnit, quæ opponitur sapientiæ malæ sæculi, & est via ad sapientiam; quæ est donum.

4. Concl.

Sapientia, quæ est causa stultitiæ, est sapientia sæculi, quæ decipit, & facit esse stultum apud Deum, vt ait Paul.

Ierem. 10. 5. Concl.

Non moueri iniuriis, si contingat ex eo, quod homines non sapiant terrena, sed sola cælestia, non pertinet ad stultitiam, sed ad sapientiam Dei. Si vero contingat ex eo, quod homo est circa omnia stupidus simpliciter, tunc pertinet ad stultitiam simpliciter.

Art. 2. Vtrum stultitia sit peccatum.

1. Concl. 1. Cor. 2.

Stultitia, quæ prouenit ex dispositione naturali, vt in amentibus, non est peccatum.

2. Concl.

Stultitia, quæ prouenit ex eo, quod homo sensum suum immergit rebus terrenis, vnde redditur ineptus ad percipiendum diuina, iuxta illud, *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* est peccatum.

Prou. 1. prosperitas stultorum perdet eos. At nemo perditur, nisi ob peccatum. Ergo. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl.

Stultitia est voluntaria; quia licet nemo velit stultitiam, vult tamen ea, ad quæ consequitur esse stultum. Sicut luxuriosus, qui non vult peccatum, sed delectationem.

4. Concl.

Stultitia opponitur præceptis, quæ dantur de contemplatione veritatis.

Art. 3. Vtrum stultitia sit filia luxuriæ.

1. Concl.

Stultitia, quæ est peccatum, maxime oritur ex luxuria.

1. Prou. 7. Statim eam, scilicet meretricem sequitur ignorans, &c.

2. Stultitia ideo est peccatum, quia homo immergit sensum rebus terrenis, & non sit aptus ad spiritualia inuicanda. At hoc maxime fit per luxuriam, quæ est circa maximas delectationes, quibus anima maxime absorbetur. Ergo.

† 2. Concl. 31. Mor. c. 31.

Licet Gregorius inter filias luxuriæ non enumeret stultitiam; numerat tamen duas filias luxuriæ, nimirum odium Dei, & desperationem futuri sæculi, quæ ad stultitiam pertinent.

3. Concl. 1. Cor. 12.

Illud Apost. *quod sapientia mundi sit stultitia apud Deum*, non intelligitur causaliter, sed essentialiter: & ita non est necesse, vt quæ pertinent ad sapientiam mundi, sint causa huius stultitiæ.

4 Concl.

Ira causat stultitiam quæ prouenit ex impedimento corporali; sed illa, quæ prouenit ex impedimento spirituali, causatur ex luxuria.

Quæstio 47. De prudentia secundum se.

Art. 1. Vtrum prudentia sit in vi cognoscitiua an in appetitiua.

1. Concl. lib. 83. q. q. 61.

PRudentia proprie est in ratione.

1. Prudentia ex Aug. est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum. Ergo est in intellectu.

lib. 10. Etym. c. 15.

2. Prudens dicitur, quasi porro videns, perspicax enim est, & incertorum videt euentus, vt ait Isid. At visio non est virtutis appetitiuæ, sed cognoscitiuæ. Ergo.

3. Ad prudentiam pertinet cognoscere futura ex præteritis, & præsentibus. At hoc rationis est. Ergo.

† 2. Concl.

Prudentia dicitur esse amor, non essentialiter, sed inquantum amor mouet ad actum prudentiæ: sicuti amor dicitur discernere, quia mouet rationem ad discernendum.

3. Concl.

Electio potest attribui prudentiæ consequenter, inquantum electionem per consilium dirigit.

Quia licet electio, & consilium sint eorum, quæ sunt ad finem; tamen electio præsupponit consilium.

4. Concl. lib. 6. eth. c. 5.

Laus prudentiæ non consistit in sola consideratione, sed etiam in applicatione ad opus, quod est finis practicæ rationis: quod fit per voluntatem: & hoc voluit Arist.

Art. 2. Vtrum prudentia pertineat tantum ad rationem practicam, an etiam ad speculatiuam.

1. Concl. lib. 6. eth. c. 5.

Prudentia non consistit, nisi in ratione practica.

1. Prudentia est bene posse consiliari, ex Arist.

Ad conſilium eſt de agendis in ordine ad finem, quod pertinet ad rationem practicam. Ergo.

2. *Idem inquit, prudentiam eſſe rectam rationem agibilium, quod pertinet ad rationem practicam.*

† 2. Concl. Prom. 10. Illud, *Sapientia eſt in viro prudentia*, intelligitur, quod ſapientia ſit prudentia in rebus humanis: ſed non ſapientia ſimpliciter: quia non eſt circa cauſam altiſſimam; ſimpliciter vnde non ſequitur, quod prudentia conſiſtat in ſpeculatione.

3 Concl. lib. 1. de offic. c. 24. Ambroſ. dicens, *prudentiam in inueſtigatione verſari*, accipit prudentiam late pro qualibet cognitione humana: dici etiam poteſt, actum ſpeculatiuæ rationis cadere ſub electione, & conſilio vt eſt voluntarius, quantum, ad exercitium, non quantum ad ſpeciem.

4. Concl. Licet inueniatur aliqua ars ſpeculatiua, non tamen inuenitur prudentia.

Quia ratio ſpeculatiua procedit ſecundum certas, & determinatas vias. At prudentia, quæ eſt applicatio rationis rectæ ad ea, de quibus eſt conſilium, non habet determinatas vias.

Art. 3. Vtrum prudentia ſit cognoſcitiua ſingularium.

Prudentia ſingularia cognoſcit.

1 Concl. lib. 6 eth. c 7. 1. *Ex Ariſt. qui ait, prudentiam vniuerſalia, & ſingularia cognoſcere.*

2. *Ad prudentiam pertinet non ſolum conſideratio rationis, ſed etiam applicatio ad opus, quod eſt finis practicæ rationis. At nullus poteſt conuenienter alteri aliquid applicare, niſi cognoſcat vtrumque, ſcilicet quod eſt applicandum, & id cui applicatur, quia operationes ſunt in ſingularibus. Ergo.*

† 2. Concl. Licet ratio primo, & principaliter ſit vniuerſalium; tamen poteſt vniuerſales rationes ad particularia applicare, vt patet in ſyllogiſmis particulariter concludentibus: vnde nihil obſtat, quod prudentia ſit in ratione.

3. Concl. Quamuis ſingularia ſint infinita; tamen per experientiam reducuntur ad aliqua finita, quæ in pluribus accidunt: & horum cognitio ſufficit ad prudentiam humanam.

4. Concl. Et ſi ſingularia per ſenſum cognoſcantur: tamen prudentia, quæ principaliter eſt in ratione, etiam per quandam applicationem pertingit ad ſenſum.

Art. 4. Vtrum prudentia ſit virtus.

1. Concl. Prudentia eſt virtus intellectualis, & moralis.

1. *Ex Greg. quæ eam numerat inter ſeptem virtutes.* lib. 2. Mor. c 36.

2. *Virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: bonum autem cum accipiatur, vel materialiter ſub ratione veri, vel formaliter, ſub ratione boni quæ ratione eſt obiectum appetitiuæ virtutis; ſequitur, illos habitus, qui faciunt rectam conſiderationem rationis, non habito reſpectu ad rectitudinem appetitus, minus habere de ratione virtutis; quia non ordinant ad bonum ſub ratione boni; illos autem plus habere, qui reſpiciunt rectitudinem appetitus; quia ſic ſpectant bonum ſub ratione boni. At ad prudentiam pertinet applicatio rectæ rationis ad opus; quod nõ fit ſine appetitu recto. Ergo prudentia, &c.*

† 2. Concl. lib. 1. ac lib. arbit. c. 13. Cum Aug. dicit prudentiam eſſe ſcientiam, accipit ſcientiam large pro quacunque recta ratione.

3. Concl. Ariſt. 6. Eth. 6. 5. Dicitur artis eſſe virtutem; *quia ars non dicit rectitudinem appetitus*; ideo vt homo recte vtatur arte, debet habere virtutem. Prudentia autem non eſt de his, quæ ſunt artis: *tum quia ars habet determinata media: tum ordinatur ad particularem finem.*

4. Concl. Prom. 26. Cum dicitur, *prudentiæ tuæ pone modum*, intelligitur, non quod prudentia ſit moderanda, ſed quod ſecundum eam eſt aliquis modus imponendus.

Art. 5. Vtrum prudentia ſit virtus ſpecialis.

1. Concl. Prudentia eſt ſpecialis virtus ab omnibus aliis virtutibus diſtincta.

1. *Quia conſideratur, & connumeratur aliis virtutibus, à ſapiente.*

Sap. 7. 2. *Habitum boni, cui reſpondet ſpeciale obiectum, ſub ratione formali ab alio diſtinctum eſt ſpecialis virtus. At prudentia eſt huiuſmodi. Ergo. Nam cum ſit in ratione, differt à ſcientia, ſapientia, & intellectu, quod hæc ſunt circa neceſſaria: at prudentia, & ars circa contingentia: ſed ars circa factibilia, quæ in exteriore materia, prudentia circa agibilia, quæ in ipſo operante conſiſtunt. Differt à moralibus, quia iſtæ ſunt in voluntate; prudentia in intellectu.*

† 2. Concl. lib. 2. Eth. c. 6. Illa definitio virtutis, quæ ait, *eſſe habitum electivum, &c.* non eſt virtutis in communi, ſed virtutis moralis: quæ ideo habet rationem virtutis, prout participat virtutem intellectualem; vnde conuenienter in tali definitione ponitur prudentia.

3. Concl. Ex eo, quod prudentia ſit eorum, quæ ſunt ad finem, colligitur, non quod, non ſit ſpecialis virtus, ſed quod adiuuet omnes virtutes, vt Sol qui influit in omnia corpora.

4. Concl. Agibilia sunt materia moralium virtutum, sub ratione boni, prudentiæ vero sub ratione veri: ideo habet particulare obiectum.

Art. 6. Vtrum prudentia præstituat finem virtutibus moralibus.

1. Concl. Ad prudentiam non pertinet præstituere finem virtutibus moralibus, sed solum disponere de his quæ sunt ad finem.

lib. 6. Eth. c. 1. 1. *Virtus moralis, ait Arist. facit intentionem finis rectam, prudentia autem, quæ ad hanc.*

2. *Cum finis virtutum moralium sit bonum humanum, quod est, esse secundum rationem, oportet, vt finis præexistat in ratione: & quoniam finis se habet in operabilibus sicut principium in speculabilibus: ideo sicut in ratione speculativa sunt quædam naturaliter nota, quorum est intellectus, & quædam, quæ per illa innotescunt, vt conclusiones, quarum est scientia: ita in practica ratione præexistunt quædam, vt naturaliter nota; & huiusmodi sunt fines virtutum moralium: quædam vero, vt conclusiones, cuiusmodi sunt, quæ sunt ad finem in quæ pervenimus ex ipsis finibus, & horum est prudentia. Ergo.*

† 2. Concl. Virtutibus moralibus præstituit finem ratio naturalis, quæ dicitur synderesis, non autem prudentia: vnde patet ad secundum.

3. Concl. Morales virtutes tendunt ad finem naturaliter præstitutum, ad quod iuuantur per prudentiam, vnde prudentia est illis nobilior, & eas mouet: synderesis vero mouet prudentiam, vt intellectus principiorum scientiam.

Art. 7. Vtrum ad prudentiam pertineat inuenire medium in virtutibus moralibus.

1. Concl. Ad prudentiam pertinet inuenire medium in virtutibus moralibus.

1. *Quia virtus moralis dicitur in medietate existere determinata ratione, prout sapiens determinabit.*

2. *Finis proprius virtutis moralis est conformari rectæ rationi, quia vnicuique naturalis ratio dictat, vt secundum rationem operetur. Ad quæ autem, & per quæ homo in operando attingat medium rationis pertinet ad rationem prudentiæ. Ergo licet attingere medium sit finis virtutis moralis: tamen inuenire medium pertinet ad prudentiam, per rectam dispositionem eorum, quæ sunt ad finem: vnde patet ad primum.*

† 2. Concl. Prudentia non facit, vt medium quærere sit virtutis, cum esse in medio per se insit virtuti, sed tantum constituit medium passionibus & operationibus.

3. Concl. Inclinatio naturæ perueniendi ad medium non sufficit, quia semper eodem modo operatur: at medium non eodem modo inuenitur in omnibus; & ideo requiritur ratio prudentiæ.

Art. 8. Vtrum præcipere sit principalis actus prudentiæ.

1. Concl. Præcipere est principalis actus prudentiæ.

lib. 6. Eth. c. 10. 1. *Prudentia præceptiua est, ait Arist.*

3. *Cum prudentia sit recta ratio agibilium, oportet, vt ille sit principium actus prudentiæ, qui tres habet actus, qui est principium actus rationis agibilium. Sed actus præcipiendi, qui consistit in applicatione consiliandorum, & iudicandorum ad operandum est huiusmodi; quia est propinquior finis rationis practicæ, quam sit consiliari, qui est primus actus, & pertinet ad inuentionem, & iudicare de inuentis, qui est secundus actus, & percipere tertius. Ergo.*

Arist. 6. Eth. c. 5. In arte putatus melior artifex, qui volens peccat, quasi habens rectum iudicium: at in prudentia imprudentior vocatur, qui volens peccat, quasi deficiens in principali actu prudentiæ, qui est præcipere.

2. Concl. Præcauere insidias non attribuit Aug. prudentiæ, quasi ad principalem actum ipsius, sed quia ille actus non restat in patria.

14. de trin. c. 9. Consiliari pertinet quidem ad prudentiam, sed non tanquam principalis actus.

Arist. 6. Eth. c. 5. Mouere simpliciter pertinet ad voluntatem: at præcipere importat motionem cum quadam ordinatione, & ideo est actus rationis, & pertinet ad prudentiam.

† 3. Concl.

Art. 9. Vtrum solicitudo pertineat ad prudentiam.

4. Concl. Solicitudo proprie ad prudentiam pertinet.

5. Concl. 1. *Estote prudentes & vigilate, ait Petrus. Sed vigilantia idem est cum solicitudine. Ergo.*

lib. 10. Eth. c. 18. 2. *Ex Isid. solicitus dicitur, quasi solers cui, inquantum ei aliquis ex quadam solertia animi velox est ad prosequendum ea, quæ sunt agenda. Sed hoc pertinet ad prudentiam ex Arist. & Aug. Ergo.*

6. Ety. c. 9. lib. de mor. Et si motus pertineat ad vim appetitiuam; tamen non nisi secundum præceptum, & directionem rationis, in quo consistit ratio solicitudinis.

† 2. Concl. Eccl. 24. Certitudo prudentiæ, quæ est circa singularia contingentia, nõ potest esse tanta, quod omnino solicitudo tollatur.

3. Concl. Magnanimus dicitur esse piger, & otio-

4. Concl. sus. non.

sus, non quia de nullo sit solicitus, sed quia non est superflue solicitus de multis.

Arist. 4. Eth. c. 3.

Articul. 10. *Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.*

1. Concl.

Prudentia non solum se habet ad bonum priuatum vnius hominis, sed etiam ad bonum commune multitudinis.

1. Cor. 13

Matt. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam.

lib. Eth. c. 1.

2. *Quarere tantum bonum proprium repugnat caritati, quæ non quærit quæ sua sunt, vt ait Paulus: repugnat etiam rationi rectæ, quæ iudicat, quod bonum commune sit melius, quam bonum vnius, Ergo.*

† 2. Concl.

Cum Arist. ait, *virtutem relatam ad bonum commune esse iustitiam*, loquitur de virtute morali, quæ relata ad tale bonum dicitur iustitia legalis: & prudentia relata ad bonum commune dicitur prudentia politica.

3. Concl.

Qui quærit bonum commune multitudinis, ex consequenti quærit bonum proprium, tum quia bonum proprium non potest esse sine bono communi, vel familiæ, vel ciuitatis: tum quia homo est pars multidinis: pars autem dispositio, accipitur secundum habitudinem ad totum, vt ait Aug.

lib 2. cons

4. Concl.

Etiam temperantia, & fortitudo possunt referri ad bonum commune: sed tamen magis prudentia, & iustitia, quæ pertinent ad rationem, ad quam directe pertinent communia.

Artic. 11. *Vtrum prudentia, quæ est respectu boni propriji: eadem specie cum ea, quæ se extendit ad bonum commune.*

1. Concl.

Prudentia, quæ est respectu boni proprij, differt specie ab ea, quæ se extendit ad bonum commune.

1. *Politica, quæ est de bono communi ciuitatis, & œconomica, quæ est de bono communi domus, & monastica, quæ est ad bonum vnius personæ, inter se differunt. Ergo etiam prudentiæ earum species diuersæ secundum diuersitatem materiæ.*

2. *Cum species habitus diuersificentur, secundum diuersitatem rationis formalis obiecti, & ratio formalis eorum, quæ sunt ad finem, attendatur ex parte finis, necesse est, vt secundum relationem ad diuersos fines diuersificentur species habitus. At bonum vnius, & bonum familiæ, & bonum ciuitatis sunt diuersi fines. Ergo prudentiæ diuersarum specie: & alia est prudentia sui, alia vxoria, alia politica, alia œconomica, alia pedagogica.*

† 2. Concl. lib. 6 Eth. c. 3.

Arist. dicens, *quod politica, & prudentia sunt idem habitu* loquitur de prudentia secundum quandam rationem communem, vt est recta ratio agibilium: quæ dicitur politica secundum ordinem ad bonum commune.

3. Concl. lib 3. Polit. c. 8.

Arist inquit, *eandem esse virtutem viri boni, & principis*, quia ad virum bonum pertinet bene posse principari, & bene subiici: non autem quod virtus Principis, & virtus subditi non differant specie.

4. Concl.

Quod vnum bonum ordinetur ad aliud, non impedit differentiam specificam: sed inde sequitur vnum esse præstantius altero.

Art. 12. *Vtrum prudentia sit in subditis, an solum in principibus.*

1. Concl.

Prudentia non solum est in principibus, sed etiam in subditis: sed in illis per modum artis architectonicæ, in his per modum artis manu operantis

lib. 6. Eth

1. *Ex Arist. qui hoc docet, & idem ait, quam speciem prudentiæ esse circa singularia: At singularia operari pertinet etiam ad subditos. Ergo.*

2. *Quilibet homo, vt est rationalis, participat aliquid de regimine, secundum arbitrium rationis, in quo ratio prudentiæ consistit. Ergo.*

2. Concl. Arist. 3. Polit. c. 3.

Prudentia non est virtus subditi, inquantū est subditus, nec serui vt serui.

Quia huiusmodi rationem eorum non est regere, & gubernare, sed regi, & gubernari: sed intantum vnicuique conuenit, inquantum participat de regimine, & gubernatione. Ergo. Vnde patet, ad primum.

† 3. Concl

Quamuis seruus non sit consiliatiuus, vt est sub potestate domini, est tamen consiliatiuus, vt est animal rationale.

4. Concl.

Licet serui non præcipiant alijs tamen possunt præcipere sibijpsis, & hoc sufficit.

Art. 13. *Vtrum prudentia possit esse in peccatoribus.*

1. Concl.

Prudentia vere & perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ recte consiliatur, iudicat, & præcipit, quæ dicitur prudentia simpliciter, non potest esse peccatoribus.

6. Eth. c. 1

Nam vt ait Arist. impossibile est prudentem esse non bonum.

2. Concl

Prudentia falsa secundum quam aliquis disponit propter malum finem, aliqua congruentia illi fini, quo modo potest dici secundum similitudinem prudens latro, est

tantum in peccatoribus: de qua ait Apost. prudentia carnis mors est.

Prudentia, quæ est quidem vera, quia adinuenit accommodatas vias ad finem vere bonum, sed est imperfecta, vel quia illud bonũ non est communis finis totius humanæ vitę, sed alicuius specialis negotij, vnde prudens negotiator, vel nauta dicitur, vel quia non efficaciter præcipit, est communis, bonis, & malis.

Illud, filij huius sæculi prudentiores, &c. intelligitur, non de prudentia simpliciter, sed de secunda, & ideo subdit, in generatione sua.

Quamuis fides sit nobilior prudentia, tamen potest esse cum peccato: quia consistit in sola cognitione, non autem prudentia, cũ importet ordinem ad rectum appetitum, & rectam æstimationem, & non possit esse sine virtutibus moralibus.

Peccatores non possunt esse consiliatiui perfecte ad finem bonum totius vitæ, quia consilium ad effectum non perducunt: possunt tamen esse consiliatiui ad finem malum, vel ad particulare bonum.

Art. 14. Vtrum prudentia sit in omnibus habentibus gratiam.

Prudentia est in omnibus habentibus gratiam.

1. *Nullus habet gratiam, nisi sit virtuosus. At nullus est virtuosus sine prudentia, ex Gregor Ergo.*

2. *Virtutes sunt necessario connexæ, ita vt qui vnam habet, omnes habeat: At qui habet gratiam, habet caritatem. Ergo & alias virtutes.*

Nullus habens gratiam caret industria sufficienti ad ea, quæ sunt de necessitate salutis, & hæc sufficit ad habendam prudentiam.

Qui aliorum indigent consilio, saltem in hoc sibi consulere sciunt, si gratiam habent, vt aliorum requirant consilia, & discernant bona a malis.

Quod iuuenes non possunt esse prudẽtes, intelligitur de prudentia acquisita: nos vero loquimur de prudentia gratuita, quæ infunditur, & in pueris baptizatis est secundum habitum, vt in amentibus: in adultis autem, etiam secundum actum, quantum, ab ea, sunt pe necessitate salutis.

Art. 15. Vtrum prudentia insit nobis à natura.

Prudentia non inest nobis à natura.

1. *Quia est virtus intellectualis, quæ plurimum ex doctrina habet generationem, & augmentum, vnde experimento indiget & tempore.* Arist. 2. Eth. c. 1.

2. *Licet circa prima principia vniuersalia sit naturalis prudentia, quia illa sunt naturaliter nota: tamen alia principia posteriora, siue sint rationis speculatiuæ, siue practicæ, habemus tantum, vel per inuentionem, vel per disciplinam. Quantum autem ad particularem cognitionem eorum, circa quæ operatio consistit, si operatio consistat circa finem, quia fines rectæ humanæ vitæ sunt determinati, potest esse circa eos naturalis quædam recta, per aliquam naturalem virtutem, & rectum iudicium: si vero consistat circa ea, quæ sunt ad finem, horum cognitio non potest esse naturalis, quia non sunt determinata, sed variantur pro diuersitate negotiorum, &c. Sed prudentia est circa hæc. Ergo.*

Cum dicitur, *ea quæ pertinent ad prudentiam esse naturalia*, intelligitur de prudentia, prout ordinatur ad fines.

Prudentia est magis in senibus, & propter naturalem dispositionem, & propter maiorem experientiam.

In brutis sunt naturales prudentiæ, quia habent determinatas vias perueniendi ad finem, non sic in hominibus.

Art. 6. Vtrum prudentia possit amitti per obliuionem.

Prudentia directe amitti non potest per obliuionem, sed magis corrumpitur per passiones.

1. *Nam obliuio est artis, ex Arist. non prudentiæ.*

2. *Obliuio respicit cognitionem tantum. Sed prudentia non consistit in cognitione solum, sed etiam in appetitu. Ergo. Vnde ex Arist. delectabile, & triste pertinent ad constitutionem prudentiæ.* Dan. 3. Exod. 23.

Obliuio potest impedire prudentiam, inquantum procedit ad præcipiendum ex aliqua cognitione, quæ per obliuionem tolli potest.

Scientia est in sola ratione, vnde de ea est alia ratio.

Licet virtus ex eisdem generetur, & corrũpatur: tamen experimentum prudentiæ non acquiritur ex sola memoria, sed exercitio recte præcipiendi.

Obliuio vniuersalium non corrumpit, quod est principale in prudentia, scilicet applicationem ad opera, sed aliquod impedimentum affert.

1. Concl. Rom. 8.

4. Concl. Luc. 16.

5. Concl.

6. Concl.

1 Concl. li. 2. Moral cap. 26.

2. Concl.

3. Concl.

4. Concl.

5. Concl.

† 2. Concl. Arist 6. Eth. c. 11.

3. Concl. Arist. lib. 8. de hist. animal. c. 10.

4. Concl.

1. Concl. li. 6. Eth. c. 5.

2. Concl.

† 3. Concl.

4. Concl.

5. Concl.

Quæstio 48. De partibus prudentiæ.

Art. 1. Vtrum conuenienter assignentur tres partes prudentiæ.

1. Concl. Conuenienter prudentiæ partes sic assignantur. Integrales, quæ sunt illæ, quæ necesse est concurrere ad perfectum actum illius, sunt octo: quinque ad eã pertinent, vt est cognoscitiua, scilicet memoria, ratio, intellectus, docilitas, & solertia: tres vt est præceptiua, scilicet prouidentia, circumspectio, & cautio. Nam si cognitio sit præteritorum est memoria, si præsentium, intellectus: si acquiratur per disciplinam, docilitas, si per inuentionem, eustochia, vel solertia: si consideretur in vsu, vt a quibusdã cognitis procedit ad alia cognoscenda, dicitur ratio: quæ vt recte præcipiat, primum debet ordinare aliquid commodum ad finem, vnde prouidentia: Deinde attendere circunstantias, vnde circumspectio: postea vitare impedimenta, vnde cautio. Partes subiectiuæ sunt eius species diuersæ, vnde alia prudentia est qua quis regit seipsum: alia qua regit multitudinem: Et si sit circa speciale negotium, vt circa exercitum, dicetur prudentia militatis, &c. vel est vnius familiæ, vnde œconomica: vel ciuitatis, & regni, vnde politica. Si autem prudentia accipiatur large, erunt etiam eius species, rhetorica, dialectica, & physica. Nam si procedat ex necessarijs, est physica, sub qua continentur omnes scientiæ speculatiuæ: si ex probabilibus dialectica: si ex coniecturis ad persuadendũ rhetorica: quę partes possunt pertinere ad prudentiam proprie acceptam: cum prudentia interdum ex necessarijs, interdum ex probabilibus, & coniecturis ratiocinetur. Potentiales partes sunt virtutes adiunctæ, quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus: quæ sunt, eubulia, quæ est circa consilium, & synesis, quæ est circa iudicium: prudentia vero est circa principalem actum, qui est præcipere.

† 2. Concl. Diuersæ assignationes partium prudentiæ differunt, vel propter diuersa genera partium, vel quia Cicero sub vna parte, scilicet sub prouidentia, includit cautionem, circũspectionem, &c.

3. Concl. Oeconomica, & politica, hic accipiuntur, non vt sunt scientiæ, sed vt sunt prudentiæ quædam.

4. Concl. Memoria, intellectus, &c. non ponuntur partes prudentiæ secundum eorum communitatem sed prout pertinent ad ea, de quibus est prudentia.

5. Concl. Recte præcipere, & ratione vti semper comitantur vnde, vsus non ponitur alia pars prudentiæ.

6. Concl. Solicitudo autem continetur sub prouidentia.

Quæstio. 49. De singulis prudentiæ partibus, quasi integralibus.

Art. 1. Vtrum memoria sit pars prudentiæ.

1. Concl. lib. 2. de inuent. Conuenienter memoria ponitur pars prudentiæ.

1. *Ex Tullio, qui memoriam inter partes prudentiæ reponit.*

2. *Cum prudentia sit circa contingentia operabilia, in his homo potest tantum dirigi per ea, quæ vt in pluribus accidunt. quia oportet, vt principia sint proportionata conclusionibus. At scire quid sit in pluribus sit verum contingit experimento, quod fit ex memoria, vt Arist. docet. Ergo.*

† 2. Concl. lib. 2. Eth. c. 1. Quamuis memoria sit in parte sensitiua, tamen pertinet ad prudentiam, quia applicat vniuersalem cognitionem ad particularia, quorum est sensus.

3. Concl. Arist li. de mem. c. 3. Non propterea quod memoria est à natura, ideo non est pars prudentiæ, quia multum perficitur arte: maxime his quatuor.

1. Si quis eorum, quorum vult recordari similitudines assumat, necomnino consuetas: quia spirituales intentiones facilius ex anima elabuntur, nisi similitudinibus corporalibus quasi alligentur.

1. Si sua cõsideratione ea ordinare disponat, quia vno memorato facilius ad alterum proceditur.

3. Concl. Si ad ea solicitudinem apponat, & affectũ adhibeat quia quanto magis aliquid fuerit impressum: tanto minus elabitur

Quia ex præteritis oportet argm. sumere de futuris, ideo memoria ponitur pars prudentiæ, &c.

Art. 2. Vtrum intellectus sit pars prudentiæ.

1. Concl. lib. 2. de inuent. Intellectus est pars prudentiæ.

1. *Ex Tullio & Macrobio, qui hoc docent.*

2. *Cum intellectus hoc loco accipiatur, vt importet rectam æstimationem alicuius principij, quod accipitur vt per se notum, oportet, vt omnis processus rationis ab intellectu procedat. At prudentia est recta ratio agibilium. Ergo.*

Intel-

Concl. Intellectus ponitur virtus intellectualis, condiuiſa prudẽtię, vt eſt cognoſcitiuus vniuerſalium: pars vero prudentiæ, vt eſt quædam recta æſtimatio de aliquo particulari fine.

Concl. Intellectus, qui ponitur donum Spirſanct. eſt quædam acuta perſpectio diuinorum.

Concl. Recta æſtimatio de fine particulari, dicitur intellectus, inquantum eſt alicuius principij: ſenſus vero, vt eſt particularis.

Art. 3. Vtrum docilitas debeat poni pars prudentiæ.

1. Concl. Conuenienter docilitas ponitur pars prudentiæ.

Arist. in somn. c. 1. Scipionis. 1. *Ex Macrobio, qui ex Platone eam ponit partem prudentiæ.*

.. *Homo in particularibus operabilibus, quæ ad prudentiam pertinent, in quibus sunt infinitæ diuersitates, quæ non possunt ab vno sufficienter considerari, maxime indiget ab alio erudiri, & maxime, vt Sapiens, & Aristot. docent, a senibus. Sed hoc pertinet ad docilitatem. Ergo.*

† 2. Concl. Arist. 6. h. 11 Cic. 11. Licet docilitas ſit communis omnibus virtutibus intellectualibus: tamẽ præcipue pertinet ad prudentiam.

Concl. Docilitas eſt quidem à natura tamen perficitur ſtudio, ac induſtria, dum ſolicite, frequenter, & reuerenter homo applicat animum ſuum documentis maiorum.

Concl. Etſi docilitas ſit diſcipuli, cuius inquantum huiuſmodi, non eſt præcipere alijs: tamen præcipit ſibipſi, & hoc ſufficit.

Art. 4. Vtrum ſolertia ſit pars prudentiæ.

1. Concl. Conuenienter ſolertia ponitur pars prudentiæ.

Isid. 10. Cyprian. c. 18. 1. *Solicitudo ad prudentiam ſpectat. Ergo, & ſolertia, quia ſolicitus dicitur, quaſi ſolers, & citus.*

Arist. 6. Eth. c. vlt. 2. *Solertia, quæ ad hoc pertinet, vt homo bene ſe habeat ad acquirendam rectã æſtimationem per ſeipſum, nihil aliud eſt, ſi accipitur pro euſtochia, quam facilis & prompta coniecturatio, circa inuentionem medij: vt ait Arist. quæ ſic definitur:* Solertia eſt habitus, qui prouenit ex repentino, inueniens quod congruit: *At hoc pertinet ad prudentiam. Ergo.*

† 2. Concl. Arist. 6. h. 9. Cic. 5. 3. Concl. Solertia non ſolum ſe habet circa inuentionem medij in demonſtratiuis, ſed etiam in operatiuis.

Licet oporteat tandem conſiliari: & ſolertia ſit coniectura volox, non tamen excluditur, quin bona coniecturatio ad bene conſiliandum valeat, & ſit interdum neceſſaria, & conſequenter quin ſit pars prudentiæ.

Concl. Nihil prohibet coniecturationem pertinere ad Rhetoricam, & ad prudentiam: ſed hic ſolertia ſumitur prout in quibuſcunque veritatem homo dicitur conijcere.

Artic. 5. Vtrum ratio debeat poni pars prudentiæ.

Concl. Ratio inter partes prudentiæ connumerari debet.

1. *Ex Macrobio qui de ſententia Platonis, hoc docet.*

Arist. 6. Eth. c. 6. 2. *Prudentis opus, eſt eſſe bene conſiliatiuum, ex Arist. At conſilium eſt inquiſitio quædam ex quibuſdam ad alia procedens, quod eſt opus rationis. Ergo: nam quæ exiguntur ad perfectionem prudentiæ, ſunt partes ipſius.*

† 2. Concl. Sumitur hic ratio non pro potentia, ſed pro eius bono vſu.

3. Concl. Licet in alijs quibuſdam virtutibus intellectualibus, & artibus ſit certior ratio, quam in prudentia: tamen ad prudentiam maxime requiritur, vt homo ſit bene ratiocinatiuus, vt poſſit bene applicare vniuerſalia principia ad particularia, quæ ſunt varia, & incerta.

4. Concl. Etſi intellectus, & ratio non ſint diuerſæ potentiæ: tamen denominantur à diuerſis actibus: intellectus ab intima penetratione veritatis, ratio ab inquiſitione, & diſcurſu.

Art. 6. Vtrum prouidentia debeat poni pars prudentiæ.

1. Concl. Prouidentia eſt pars prudentiæ.

1. *Ex Tul. & Marc. qui hoc docent.*

2. *Prudentia proprie eſt circa contingentia futura operabilia vt ſunt per hominem in finem humanæ vitæ ordinabilia, præterita enim & præſentia, vt ſunt præſentia, neceſſitatem habent. At prouidentia importat reſpectum quendam alicuius diſtantis ad ea, quæ in præſenti occurrunt, & ordinanda ſunt. Ergo.*

† 2. Concl: Prudentia denominatur à prouidentia, tanquam a principaliore parte.

Nam quæ requiruntur ad prudentiam, ſunt neceſſaria ad hoc, vt aliquid ordinetur recte ad finem.

3. Concl. Prouidentia non dicitur proprie in ſpeculariuis, quia vniuerſalia, & neceſſaria ſecundum ſe non ſunt procul, ſed ſolum in practicis.

4. Concl. In ratione prouidentiæ importatur rectitudo conſilij & iudicij & præcepti, quia ſine his recta ordinatio ad finem eſſe non poteſt.

Artic. 7. Vtrum circumspectio possit esse pars prudentiæ.

1. Concl. Circumspectio est necessaria ad prudentiam, vnde est eius pars.

1. *Ex Magr. qui hoc docet.*

2. *Ad prudentiam pertinet, vt recte ordinet ad finem, & vt finis sit bonus, & id quod ordinatur ad finem sit bonum, & conueniens fini. Circa singularia operabilia contingit aliquid ex se consideratum esse bonum, & conueniens fini, quod tamen ex aliquibus concurrentibus redditur, vel malum, vel non oportunum ad finem, Ergo ad prudentiam est necessaria circumspectio, vt homo quæ ordinantur in finem conferat etiam cum his quæ circumstant.*

† 2. Concl. Licet ea, quæ possunt circumstare sint infinita, tamen quæ actu circumstant sunt finita, &c.

3. Concl. Circunstantiæ pertinent quidem ad virtutes morales, vt per circunstantiarum determinationem perficiuntur; sed ad prudentiam: prout eas determinat.

4. Concl. Ad prouidentiam pertinet prospicere id, quod est per se conueniens fini, ad circunspectionem autem, an id sit conueniens fini secundum ea, quæ circunstant.

Art. 8. Vtrum cautio debeat poni pars prudentiæ.

Cautio est necessaria ad prudentiam.

1. Concl. Ephes. 5. 1. *Videte, aut Paul. quo modo caute ambuletis.*

2. *Ea, circa quæ est prudentia, sunt contingentia operabilia, in quibus, sicut verum potest admisceri falso ita malum bono, propter multiformitatem huiusmodi operabilium, in quibus mala habent speciem boni, quare opus est cautione, vt sic accipiantur bona, vt vitentur mala.*

† 2. Concl. Cautio est necessaria, non vt aliquis sibi caueat ab actibus virtutum, sed ab eis, per quæ actus virtutis impediri potest.

3. Concl. Licet cauere mala, & prosequi bona eiusdem rationis sint, tamen vitare aliqua impedimenta extrinseca, pertinet ad aliam rationem & sic cautio differt à prouidentia, quæ prouidet bona.

4. Concl. Mala, quæ causaliter accidunt, & vt in pluribus, sunt infinita. sed non quæ, vt in pluribus euenire solent, circa quæ est cautio.

Quæstio 50. De partibus subiectiuis prudentiæ.

Art. 1. Vtrum regnatiua debeat poni species prudentiæ.

1. Concl. lib. 3. Pol. c. 3 Regnatiua ponitur species prudentiæ.

1. *Quia prudentia ex Aristot. est propria virtus Principis.*

2. *Vbi est specialis ratio regiminis, est specialis ratio prudentiæ quia prudentis est regere & præcipere, sed in eo qui regnum, vel ciuitatem regit, est speciale regimen, cum non solum se, sed etiam alios regat & tanto regimen est perfectius: quo ad plura se extendit. Ergo.*

† 2. Concl. Regnatiua magis ponitur species prudentiæ quæ est directiua omnium, quæ pertinent ad alias virtutes, quam iustitiæ, quæ est executiua, cum etiam executio iustitiæ pertineat ad subditos, & indigeat directione prudentiæ,

3. Concl. Sub regnatiua continentur omnia alia regiminis recta: denominatur autem à regno, quia regnum est optimum regimen inter alias politiæ species.

4. Concl. Regnatiua denominatur à principali actu Regis, qui est leges condere, quod aliis principatibus non conuenit, nisi vt participant de regimine Regis.

Art. 2. Vtrum politica conuenienter ponatur pars prudentiæ.

1. Concl. lib. 6. c. 8. Politica conuenienter ponitur pars prudentiæ.

1. *Ex Arist. in Ethicis.*

2. *Homines aliter mouentur à suis superioribus, quam moueantur irrationabilia, & inanimata à suis motoribus, nam hæc ab alio tantum aguntur, & non agunt se, vnde rectitudo regiminis ipsorum non est in ipsis, sed solum in motoribus. Sed homines ita aguntur ab aliis per præceptum, vt etiam agant seipsos, per lib. arbit. vnde requiritur in eis quædam rectitudo regiminis, per quam seipsos dirigant in obediendo principantibus, & hæc prudentia politica vocatur. Ergo.*

† 2. Concl. Regnatiua dicitur pars politicæ, non quod politica non sit pars, sed quia prudentia subditorum, quæ deficit à prudentia regnatiua retinet sibi nomẽ cõmune, vt prudentia dicatur.

1. Concl. Licet sint eadem, quæ oportet regnantem præcipere, & subditum exequi, tamen sunt diuersæ rationes alterius præcipientis, altera obedientis.

1. Concl. Per prudentiam communiter dictam homo

2. Modus, qui pertinet ad rationem virtuosi actus, cadit sub præcepto, de illo actu. At ordo caritatis pertinet ad rationem virtutis, cum accipiatur secundum proportionem dilectionis ad diligibile Ergo.

2 Concl. Qui minus diligere, eum, quem plus deberet diligere, faceret ei iniuriam: & ideo ordo est sub præcepto.

Concl. Ordo diligendorum ex caritate, exprimitur in scriptura, cum dicitur, *diliges Dominum ex toto corde*, præfertur Deus omnibus: & *proximum sicut seipsum*, præfertur dilectio suiipsius dilectioni proximi, cum dicitur, *quod debemus pro fratribus animam ponere*, intelligitur, quod plus debeamus diligere proximum, quam corpus proprium. Et alibi dicitur, quod inter proximos meliores, & propinquiores debemus diligere.

3. Concl. Ex eo quod dicitur, *dilige proximum tuum*, intelligitur consequenter quod qui magis sunt proximi, magis sunt diligendi.

Quæst. 45. De dono sapientiæ.

Artic. 1. Vtrum sapientia debeat inter dona spiritus sancti computari.

1. Concl. SApientia est donum spiritus sancti.

1. *Isa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, &c.*

2. Ad sapientem pertinet considerare altissimã causam per quam certissime iudicat & ordinat omnia. Sicut ergo qui cognoscit causam altissimam in genere, per eam potest de omnibus, quæ sunt illius generis ordinare, & iudicare. 1. ad Cor. 3. Vt sapiens architectus, &c. Ita, qui cognoscit causam altissimam simpliciter, quæ Deus est, dicitur sapiens simpliciter, & omnia per regulas diuinas potest ordinare, & iudicare. At hoc inditum consequitur homo per spiritum sanctum. Ergo.

1. Cor. 2. Concl. Sicut in bonis homo ex cognitione summi boni dicitur vere sapiens, ita in malis ex cognitione illius, ad quod cætera reducuntur, tanquã ad vltimum finem, dicitur sapiens ad male agendum: & si finis sint bona exteriora, vocatur sapientia terrena: si bona corporalia, sapientia animalis: si sit in aliqua excellentia, vocatur sapientia diabolica.

Concl. Sapientia, quæ est donum, differt ab ea, quæ est virtus acquisita, quia illa infunditur, differt a fide, quia hæc assentit veritati diuinæ secundum seipsam, ad illam autem pertinet iudicare secundum veritatem diuinam.

† Concl. 28. Dicitur timorem, & pietatem esse sapientiam, quia ista sapientiam ostendunt. Ex hoc enim cognoscitur hominem habere rectum iudicium de diuinis, quod Deum timet, & colit.

Art. 2. Vtrum sapientia sit in intellectu, sicut in subiecto.

3. Concl. Sapientia, quæ est donum, habet quidem causam in voluntate. s. caritatem, sed essentiam habet in intellectu.

1. *Sed ista est in intellectu, Ergo & sapientia, quæ est scientiæ contraria.*

2. Ad hanc sapientiam pertinet habere rectum iudicium de rebus diuinis, non ex rationis inquisitione, quia id commune est sapientiæ, quæ est virtus intellectualis, sed secundum quandam connaturalitatem ad huiusmodi connaturalitas fit per caritatem, quæ vnit nos Deo ergo. Greg. lib. 2. Moral. c. 36 1. Cor. 6.

Cum Augustin. inquit, quod sapientia est caritas Dei, loquitur de sapientia secundum suam causam. 2. Concl. lib. de grat. c. 28.

Cum dicitur, sapientia doctrinæ secundũ nomen eius, quasi sapida scientia, accipitur sapientia pro eius fama, quæ ab omnibus commendatur. Eccl. 6.

Intellectua sufficienter perficitur à dono intellectus secundum actum percipiendi tantum, non secundum actum iudicandi, ad quod pertinet donum sapientiæ, quæ iudicat secundum rationes diuinas, & donum scientiæ, secundum rationes humanas. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum sapientia sit speculatiua tantum, an etiam practica.

Sapientia, vt est donum, non solum est speculatiua, sed etiam practica. 1. Concl.

1. *Insapientia, ait Paul. ambulate ad eos, qui foris sunt. At hoc pertinet ad actionem. Ergo.* Colos. 4.

2. Ea sunt superior ratio, quæ sapientiæ deputatur, intendit rationibus superioris, scil. diuinis, & considerandis, & consulendis, scilicet, vt diuina in seipsis contemplatur, hoc secundum quod per diuinas regulas iudicat de humanis actibus & dirigit eo Ergo. lib. 12. de Trin. c. 14.

† 2. Concl. Ex eo, quod sapientia, quæ est donum, est excellentior ea, quæ est virtus dirigit in contemplatione & actione.

Quia quanto aliqua virtus est altior, tanto ad plura se extendit.

Licet diuina de quibus est sapientia sint necessaria, & æterna, tamen sunt regulæ contingentium, quæ humanis actibus subsunt. 3. Concl. lib. de caus. propriet. 10

Auctoritas Gregor. solum probat ad sapientiam prius pertinere contemplationem diuinorum: ad quam posterius pertinet 4. Concl. lib. 6. Mor. c. 28.

diri-

dirigere actus humanos secundum regulas diuinas, in quibus non prouenit amaritudo ex directione sapientiæ, sed potius amaritudo vertitur in dulcedinem, & laborin requiem.

Art. 4. Vtrum sapientia possit esse sine gratia, & cum peccato mortali,

1. Concl. Sapientia, de qua loquimur, non potest esse cum peccato mortali.

1 Sap. 1. In malenolam animam non intrabit sapientia.

2. Quæ præsupponit caritatem, cum habeat rectum iudicium per regulas diuinas de aliis, ex quadam connaturalitate, quæ est per caritatem. At caritas non potest esse cum peccato mortali. Ergo.

† 2. Concl. Illud, non glorietur sapiens, &c. intelligitur de sapientia in rebus mundanis, vel diuinis per rationes humanas, & de hac sancti non gloriantur, sed de sapientia diuina, vt ex Paulo patet.

3. Concl. 1. Cor. 1. Cognitio diuinorum, quæ est cum peccato mortali, qualis fuit in Philosophis est, quę per studium, & inquisitionem acquiritur: nō autem sapientia, quæ est donum.

Rom. 1. 4 Concl. Sapientia differt quidem a caritate, sed tamen quia præsupponit eam, non potest esse cum peccato mortali.

Art. 5. Vtrum sapientia sit in omnibus habentibus gratiam.

1. Concl. Sapientia est in omnibus habentibus gratiam.

1. Qui est sine peccato mortali, diligitur à Deo. At Deus neminem diligit, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Ergo.

Sap. 7. 1. Ioan. 2. *2. Sicut natura non deficit in necessariis, multo minus gratia, Vtilius enim decet de omnibus. Ergo sapientia, quæ importat rectitudinem iudicii circa diuina cognoscenda, & consulenda, saltem quantum est necessarium ad salutem, nulli sine peccato mortali existenti deerit.*

2. Concl. Gradus sapientiæ, quo quis altiora quædam mysteria cognoscit, & aliis manifestare potest, nec non seipsum, & aliis ordinare, non est communis omnibus habentibus gratiam gratum facientem, sed potius pertinet ad gratias gratis datas, quas Spirit. sanct. dat, vt vult.

†3. Concl. 1. Cor. 12. 1. Cor. 2. Illud sapientiam loquimur inter perfectos, intelligitur quantum ad occulta mysteria diuinorum.

4 Concl. Ordinare alios homines, & de eis iudicare, pertinet quidem ad solos prælatos, sed dirigere proprios actus, & de eis iudicare pertinet ad vnumquenque.

5. Concl. Amentes baptizari, sicut, & pueri, licet non habeant actum sapientiæ, tamen habent habitum.

Art. 6. Vtrum sapientia dono respondeat septima beatitudo.

1. Concl. Septima beatitudo, scilicet, *Beati pacifici*, congrue aptatur dono sapientiæ, & quantum ad meritum, & ad quantum ad præmium: ad meritum, cum dicitur, *Beati pacifici*, qui sic dicuntur, quasi pacem facientes, vel seipsis, vel in aliis, quod fit ex constitutione debiti ordinis, vt ait Aug. At ordinare pertinet ad sapientiam, Ergo. Ad præmium pertinet hoc, *Filii Dei vocabuntur*. Dicuntur aliqui filii Dei, inquantum participant similitudinem filii vnigeniti, vt patet ex Paulo. Sed hoc fit participando sapientiam, quia Dei filius est sapientia genita. Ergo.

lib. 19. de ciu. c. 13. Rom. 8.

Confirmatur ex August. qui ait, sapientiā conuenire pacificis, in quibus nullus est rebellis.

Lib. 1. de ser. Dom. c. 9. Psal. 118. † 2 Concl. Licet sit caritatis habere pacem, vt inquit Dauid: tamen facere pacem, est sapientiæ ordinantis. Similiter Spiritus sanct. dicitur adoptionis spiritus, vt per eum nobis detur similitudo filii naturalis, qui est sapientia genita.

Sap. 3. 3. Concl. Quod sapientia dicatur, *se per animas sanctas transferre*, intelligitur de sapiētia increata, quæ est causa caritatis: sapientia autem quæ est donum, non est causa caritatis, sed magis effectus: vnde non sequitur, quod septima beatitudo pertineat ad caritatem, vt ad immediatum effectum.

4. Concl. Isa. 1. Conuenienter assignatur sapientiæ, quod sit pudica, quasi vitans corruptelas peccati, quod sit pacifica, qui est effectus finalis sapientiæ: quod sit modesta, & suadibilis, vt homo habeat pacem in se ipso, quod bonis consentiat, & sit plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione, vt homo sit pacificus etiam aliis.

Quæstio 46. De stultitia, quæ opponitur sapientiæ.

Art 1. Vtrum stultitia opponatur sapientiæ.

Concl. Stultitia opponitur sapientiæ, sicuti contrarium.

lib. 2. Mor. c. 27. lib. 6. etym. c. 18. 1. *Ex Greg. qui ait, donum sapientiæ dare contra stultitiam.*

2. *Stultitia dicitur à stupore ex Isidoro: Quod*

stultus est, qui propter stuporem non meretur. Differt autem stultitia à fatuitate, quia illa importat hebetudinem cordis, & obtusionem sensus, fatuitas vero totalem privationem spiritualis sensus. At sapiens dictus est à sapore, quia est aptus ad dignoscentiam rerum, atq; causarum. Ergo stultitia opponetur sapientiæ, vt contrarium, fatuitas autem, vt pura negatio.

Idem est insipientia, & stultitia: licet illa dicatur esse circa diuina, hæc circa humana: cum stultus dicatur is, qui deficit in iudicio, secundum causas altissimas.

Cum Apostol. ait, *vt sapiens stultus fiat*; loquitur de stultitia quadam bona, per quam aliquis terrena contemnit, quæ opponitur sapientiæ malæ sæculi, & est via ad sapientiam; quæ est donum.

Sapientia, quæ est causa stultitiæ, est sapientia sæculi, quæ decipit, & facit esse stultum apud Deum, vt ait Paul.

Non moueri iniuriis, si contingat ex eo, quod homines non sapiant terrena, sed sola cælestia, non pertinet ad stultitiam, sed ad sapientiam Dei. Si vero contingat ex eo, quod homo est circa omnia stupidus simpliciter, tunc pertinet ad stultitiam simpliciter.

Art. 2. Vtrum stultitia sit peccatum.

Stultitia, quæ prouenit ex dispositione naturali, vt in amentibus, non est peccatum.

Stultitia, quæ prouenit ex eo, quod homo sensum suum immergit rebus terrenis, vnde redditur ineptus ad percipiendum diuina, iuxta illud, *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei*, est peccatum.

Prou. 1. prosperitas stultorum perdet eos. At nemo perditur, nisi ob peccatum. Ergo. Vnde patet ad primum.

Stultitia est voluntaria; quia licet nemo velit stultitiam, vult tamen ea, ad quæ consequitur esse stultum. Sicut luxuriosus, qui non vult peccatum, sed delectationem.

Stultitia opponitur præceptis, quæ dantur de contemplatione veritatis.

Art. 3. Vtrum stultitia sit filia luxuriæ.

Stultitia, quæ est peccatum, maxime oritur ex luxuria.

1. Prou. 7. Statim eam, scilicet meretricem sequitur ignorans, &c.

2. Stultitia ideo est peccatum, quia homo immergit sensum rebus terrenis, & non sit aptus ad spiritualia iudicanda. At hoc maxime fit per luxuriam, quæ est circa maximas delectationes, quibus anima maxime absorbetur. Ergo.

Licet Gregorius inter filias luxuriæ non enumeret stultitiam; numerat tamen duas filias luxuriæ, nimirum odium Dei, & desperationem futuri sæculi, quæ ad stultitiam pertinent.

Illud Apost. *quod sapientia mundi sit stultitia apud Deum*, non intelligitur causaliter, sed essentialiter: & ita non est necesse, vt quæ pertinent ad sapientiam mundi, sint causa huius stultitiæ.

Ita causat stultitiam quæ prouenit ex impedimento corporali; sed illa, quæ prouenit ex impedimento spirituali, causatur ex luxuria.

Quæstio 47. De prudentia secundum se.

Art. 1. Vtrum prudentia sit in vi cognoscitiua an in appetitiua.

PRudentia proprie est in ratione.

1. Prudentia ex Aug. est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum. Ergo est in intellectu.

2. Prudens dicitur, quasi porro videns, perspicax enim est, & incertorum videt causas, vt ait Isid. At visio non est virtus appetitiua, sed cognoscitiua. Ergo.

3. Ad prudentiam pertinet cognoscere futura ex præteritis, & præsentibus. At hoc rationis est. Ergo.

Prudentia dicitur esse amor, non essentialiter, sed inquantum amor mouet ad actum prudentiæ: sicuti amor dicitur discernere, quia mouet rationem ad discernendum.

Electio potest attribui prudentiæ consequenter, inquantum electionem per consilium dirigit.

Quia licet electio, & consilium sint eorum, quæ sunt ad finem; tamen electio præsupponit consilium.

Laus prudentiæ non consistit in sola consideratione, sed etiam in applicatione ad opus, quod est finis practicæ rationis: quod fit per voluntatem: & hoc voluit Arist.

Art. 2. Vtrum prudentia pertineat tantum ad rationem practicam, an etiam ad speculatiuam.

Prudentia non consistit, nisi in ratione practica.

1. Prudentis est bene posse consiliari, ex Arist.

Ad conſilium eſt de agendis in ordine ad finem, quod pertinet ad rationem practicam. Ergo.

2. *Idem inquit, prudentiam eſſe rectam rationem agibilium, quod pertinet ad rationem practicam.*

† 2. Concl. Prou. 10. Illud, *Sapientia eſt in viro prudentia*, intelligitur, quod ſapientia ſit prudentia in rebus humanis: ſed non ſapientia ſimpliciter: quia non eſt circa cauſam altiſſimam; ſimpliciter vnde non ſequitur, quod prudentia conſiſtat in ſpeculatione.

3 Concl. lib. 1. de offic. c. 24. Ambroſ. dicens, *prudentiam in inueſtigatione verſari*, accipit prudentiam late pro qualibet cognitione humana: dici etiam poteſt, actum ſpeculatiuæ rationis cadere ſub electione, & conſilio vt eſt voluntarius, quantum, ad exercitium, non quantum ad ſpeciem.

4. Concl. Licet inueniatur aliqua ars ſpeculatiua, non tamen inuenitur prudentia.

Quia ratio ſpeculatiua procedit ſecundum certas, & determinatas vias. At prudentia, quæ eſt applicatio rationis recta ad ea de quibus eſt conſilium, non habet determinatas vias.

Art. 3. Vtrum prudentia ſit cognoſcitiua ſingularium.

Prudentia ſingularia cognoſcit.

1 Concl. lib. 6 eth. c. 7. 1. *Ex Ariſt. qui ait, prudentiam vniuerſalia, & ſingularia cognoſcere.*

2. *Ad prudentiam pertinet non ſolum conſideratio rationis, ſed etiam applicatio ad opus, quod eſt finis practicæ cognitionis. At nullus poteſt conuenienter alteri aliquid applicare, niſi cognoſcat vtrumque, ſcilicet quod eſt applicandum, & ad quæ applicatur, quia operationes ſunt in ſingularibus. Ergo.*

† 2. Concl. Licet ratio primo, & principaliter ſit vniuerſalium; tamen poteſt vniuerſales rationes ad particularia applicare, vt patet in ſyllogiſmis particulariter concludentibus: vnde nihil obſtat, quod prudentia ſit in ratione.

3. Concl. Quamuis ſingularia ſint infinita; tamen per experientiam reducuntur ad aliqua finita, quæ in pluribus accidunt: & horum cognitio ſufficit ad prudentiam humanam.

4. Concl. Et ſi ſingularia per ſenſum cognoſcantur: tamen prudentia, quæ principaliter eſt in ratione, etiam per quandam applicationem pertingit ad ſenſum.

Art. 4. Vtrum prudentia ſit virtus.

1. Concl. Prudentia eſt virtus intellectualis, & moralis.

1. *Ex Greg. quæ eam numerat inter iſtas virtutes.* lib. 2. Mor. c. 36.

2. *Virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: bonum autem cum accipiatur, vel materialiter, ſub ratione veri, vel formaliter, ſub ratione boni quæ ratione eſt obiectum appetitiuæ virtutis; ſequitur, illos habitus, qui faciunt rectam conſiderationem rationis, non habito reſpectu ad rectitudinem appetitus, minus habere de ratione virtutis; quia non ordinant ad bonum ſub ratione boni; illos autem plus habere, qui reſpiciunt rectitudinem appetitus; quia ſic ſpectant bonum ſub ratione boni. At ad prudentiam pertinet applicatio rectæ rationis ad opus; quod nõ ſit ſine appetitu recto. Ergo prudentia, &c.*

† 2. Concl. lib. 1. de lib. arbit. c. 13. Cum Aug. dicit prudentiam eſſe ſcientiam, accipit ſcientiam large pro quacunque recta ratione.

3. Concl. Ariſt. 6. Eth c. 5. Dicitur artis eſſe virtutem; *quia ars non dicit rectitudinem appetitus*; ideo vt homo recte vtatur arte, debet habere virtutem. Prudentia autem non eſt de his, quæ ſunt artis: *tum quia ars habet determinata media: tum ordinatur ad particularem finem.*

4. Concl. Prou. 26. Cum dicitur, *prudentiæ tuæ pone modum*, intelligitur, non quod prudentia ſit moderanda, ſed quod ſecundum eam eſt aliquis modus imponendus.

Art. 5. Vtrum prudentia ſit virtus ſpecialis.

Prudentia eſt ſpecialis virtus ab omnibus aliis virtutibus diſtincta.

1. Concl. 1. *Quia conſtituitur, & connumeratur aliis virtutibus, à ſapiente.*

Sap. 7. 2. *Habitus boni, cui reſpondet ſpeciale obiectum, ſub ratione formali ab alio diſtinctum eſt ſpecialis virtus. At prudentia eſt huiuſmodi. Ergo. Nam cum ſit in ratione, differt à ſcientia, ſapientia, & intellectu, quod hæc ſunt circa neceſſaria: at prudentia, & ars circa contingentia: ſed ars circa factibilia, quæ in exteriore materia, prudentia circa agibilia, quæ in ipſo operante conſiſtunt. Differt à morali ab. 2. quia iſta ſunt in voluntate; prudentia in intellectu.*

† 2. Concl. lib. 2. Eth. c. 6. Illa definitio virtutis, quæ ait, *eſſe habitum electivum*, &c. non eſt virtutis in communi, ſed virtutis moralis: quæ ideo habet rationem virtutis, prout participat virtutem intellectualem; vnde conuenienter in tali definitione ponitur prudentia.

3. Concl. Ex eo, quod prudentia ſit eorum; quæ ſunt ad finem, colligitur, non quod, non ſit ſpecialis virtus, ſed quod adiuuet omnes virtutes, vt Sol qui influit in omnia corpora.

4. Concl. Agibilia sunt materia moralium virtutum, sub ratione boni, prudentiæ vero sub ratione veri: ideo habet particulare obiectum.

Art. 6. Vtrum prudentia præstituat finem virtutibus moralibus.

1. Concl. Ad prudentiam non pertinet præstituere finem virtutibus moralibus, sed solum disponere de his quæ sunt ad finem.

lib. 6. Eth. c. 1. 1. *Virtus moralis, ait Arist. facit intentionem finis rectam: prudentia autem, quæ ad hanc.*

2. *Cum finis virtutum moralium sit bonum humanum, quod est, esse secundum rationem, oportet, vt finis præexistat in ratione: & quoniam finis se habet in operabilibus sicut principium in speculabilibus: ideo sicut in ratione speculativa sunt quædam naturaliter nota, quorum est intellectus, & quædam, quæ per illa innotescunt, vt conclusiones, quarum est scientia: ita in practica ratione præexistunt quædam, vt naturaliter nota; & hæc sunt quod sunt fines virtutum moralium: quædam vero, vt conclusiones eiusmodi sunt, quæ sunt ad finem in quæ pervenimus ex ipsis finibus, & horum est prudentia. Ergo.*

† 2. Concl. Virtutibus moralibus præstituit finem ratio naturalis, quæ dicitur synderesis, non autem prudentia: vnde patet ad secundum.

3. Concl. Morales virtutes tendunt ad finem naturaliter præstitutum, ad quod iuuantur per prudentiam, vnde prudentia est illis nobilior, & eas mouet: synderesis vero mouet prudentiam, vt intellectus principiorum scientiam.

Art. 7. Vtrum ad prudentiam pertineat inuenire medium in virtutibus moralibus.

1. Concl. Ad prudentiam pertinet inuenire medium in virtutibus moralibus.

1. *Quia virtus moralis dicitur in medietate existere determinata ratione, prout sapiens determinabit.*

2. *Finis proprius virtutis moralis est conformari rectæ rationi, quia cuicunque naturalis ratio dictat, vt secundum rationem operetur. Ad quæ autem, & per quæ homo in operando attingat medium rationis pertinet ad rationem prudentiæ. Ergo licet attingere medium sit finis virtutis moralis: tamen inuenire medium pertinet ad prudentiam, per rectam dispositionem eorum, quæ sunt ad finem: vnde patet ad primum.*

† 2. Concl. Prudentia non facit, vt medium quærere sit virtutis, cum esse in medio per se insit virtuti: sed tantum constituit medium passionibus & operationibus.

3. Concl. Inclinatio naturæ perueniendi ad medium non sufficit, quia semper eodem modo operatur: at medium non eodem modo inuenitur in omnibus; & ideo requiritur ratio prudentiæ.

Art. 8. Vtrum præcipere sit principalis actus prudentiæ.

1. Concl. Præcipere est principalis actus prudentiæ.

lib. 6. Eth. c. 10. 1. *Prudentia præceptiua est, ait Arist.*

2. *Cum prudentia sit recta ratio agibilium, oportet, vt ille sit principium actus prudentiæ, qui tres habet actus, qui est principium actus rationis agibilium. Sed actus præcipiendi, qui consistit in applicatione consiliatorum, & iudicandorum ad operandum est huiusmodi; quia est propinquior finis rationis practicæ, quam sit consiliari, qui est primus actus, & pertinet ad inuentionem. & iudicare de inuentis, qui est secundus actus, & percipere tertius. Ergo.*

Arist. 6. Eth. c. 5. In arte peritus melior artifex, qui volens peccat, quasi habens rectum iudicium: at in prudentia imprudentior vocatur, qui volens peccat, quasi deficiens in principali actu prudentiæ, qui est præcipere.

2. Concl. Præcauere insidias non attribuit Aug. prudentiæ, quasi ad principalem actum ipsius, sed quia ille actus non restat in patria.

14. de trin. c. 9. Consiliari pertinet quidem ad prudentiam, sed non tanquam principalis actus.

Arist. 6. Eth. c. 5. Mouere simpliciter pertinet ad voluntatem: at præcipere importat motionem cum quadam ordinatione, & ideo est actus rationis, & pertinet ad prudentiam.

Art. 9. Vtrum solicitudo pertineat ad prudentiam.

† 3. Concl. Solicitudo proprie ad prudentiam pertinet.

4. Concl. 1. *Estote prudentes & vigilate, ait Petrus. Ai vigilantia idem est cum solicitudine. Ergo.*

5. Concl. 2. *Ex ipsa solicitus dicitur, quasi solers cuius, inquantum ex aliquo ex quadam solertia animi velox est ad prosequendum ea, quæ sunt agenda. Sed hoc pertinet ad prudentiam ex Arist. & Aug. Ergo.*

lib. 10. Eth. c. 18. Et si motus pertineat ad vim appetitiuam; tamen non nisi secundum præceptum, & directionem rationis, in quo consistit ratio solicitudinis.

6. Eth. c. 9. lib. de mor. Eccl. 24. Certitudo prudentiæ, quæ est circa singularia contingentia, nõ potest esse tanta, quod omnino solicitudo tollatur.

† 2. Concl. Magnanimus dicitur esse piger, & otio-

Arist.4. Eth.c.3. sus, non quia de nullo sit solicitus, sed quia non est superflue solicitus de multis.

Articul. 10. Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

1. Concl. Prudentia non solum se habet ad bonum priuatum vnius hominis, sed etiam ad bonum commune multitudinis.

1. Cor. 13 *Matt. 24. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam.*

lib. Eth. c. 1. 2. *Quarere tantum bonum proprium repugnat caritati, quæ non quærit quæ sua sunt, vt ait Paulus: repugnat etiam rationi rectæ, quæ iudicat, quod bonum commune sit melius, quam bonum vnius, Ergo.*

† 2. Concl. Cum Arist. ait, *virtutem relatam ad bonum commune esse iustitiam*, loquitur de virtute morali, quæ relata ad tale bonum dicitur iustitia legalis: & prudentia relata ad bonum commune dicitur prudentia politica.

3. Concl. Qui quærit bonum commune multitudinis, ex consequenti quærit bonum proprium, tum quia bonum proprium non potest esse sine bono communi, vel familiæ, vel ciuitatis: tum quia homo est pars multidinis: partium autem dispositio, accipitur secundum habitudinem ad totum, vt ait Aug.

lib 2. conf 4. Concl. Etiam temperantia, & fortitudo possunt referri ad bonum commune: sed tamen magis prudentia, & iustitia, quæ pertinent ad rationem, ad quam directe pertinent communia.

Artic. 11. Vtrum prudentia, quæ est respectu boni proprij sit eadem specie cum ea, quæ se extendit ad bonum commune.

1. Concl. Prudentia, quæ est respectu boni proprij, differt specie ab ea, quæ se extendit ad bonum commune.

1. *Politica, quæ est de bono communi ciuitatis, & œconomica, quæ est de bono communi domus, & monastica, quæ est ad bonum vnius personæ, inter se differunt. Ergo etiam prudentiæ erunt species diuersæ secundum diuersitatem materiæ.*

2. *Cum species habitus diuersificentur, secundum diuersitatem rationis formalis obiecti, & ratio formalis eorum, quæ sunt ad finem, attendatur ex parte finis, necesse est, vt secundum relationem ad diuersos fines diuersificentur species habitus. At bonum vnius & bonum multitudinis, & bonum ciuitatis sunt diuersi fines. Ergo prudentiæ differunt specie: & alia est prudentia sic dicta, alia œconomica, alia politica.*

† 2. Concl. lib. 6. Eth. c. 8. Arist. dicens, *quod politica, & prudentia sunt idem habitu* loquitur de prudentia secundum quandam rationem communem, vt est recta ratio agibilium: quæ dicitur politica secundum ordinem ad bonum commune.

3. Concl. lib 3. Polit. c. 8. Arist inquit, *eandem esse virtutem viri boni, & principis*, quia ad virum bonum pertinet bene posse principari, & bene subiici: non autem quod virtus Principis, & virtus subditi non differant specie.

4. Concl. Quod vnum bonum ordinetur ad aliud, non impedit differentiam specificam: sed inde sequitur vnum esse præstantius altero.

Art. 12. Vtrum prudentia sit in subditis, an solum in principibus.

1. Concl. Prudentia non solum est in principibus, sed etiam in subditis: sed in illis per modum artis architectonicæ, in his per modum artis manu operantis

lib. 6. Eth 1. *Ex Arist. qui hoc docet, & idem ait, quam speciem prudentiæ esse circa singularia: at singularia pertinet etiam ad subditos. Ergo.*

2. *Quilibet homo, vt est rationalis, participat aliquid de regimine, secundum arbitrium rationis, in quo ratio prudentiæ consistit. Ergo.*

2. Concl. Arist. 3. Polit. c. 3. Prudentia non est virtus subditi, inquantũ est subditus, nec serui vt serui

Qui habet rationem eorum non est regere, & gubernare, sed regi, & gubernari: sed in tantum vnicuique conuenit, in quantum participat de regimine, & gubernatione. Ergo. Vnde patet, ad primum.

† 3. Concl. Quamuis seruus non sit consiliatiuus, vt est sub potestate domini, est tamen consiliatiuus, vt est animal rationale.

4. Concl. Licet serui non præcipiant alijs tamen possunt præcipere sibijpsis, & hoc sufficit.

Art. 13. Vtrum prudentia possit esse in peccatoribus.

1. Concl. Prudentia vere & perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ recte consiliatur, iudicat, & præcipit, quæ dicitur prudentia simpliciter, non potest esse peccatoribus.

6. Eth. c. 12 *Nam, vt ait Arist. impossibile est prudentem esse non bonum.*

2. Concl. Prudentia falsa secundum quam aliquis disponit propter malum finem, aliqua congruentia illi fini, quo modo potest dici secundum similitudinem prudens latro, est

tantum in peccatoribus: de qua ait Apost. prudentia carnis mors est.

. Concl. Rom 8. Prudentia, quæ est quidem vera, quia adinuenit accommodatas vias ad finem veræ bonum, sed est imperfecta, vel quia illud bonũ non est communis finis totius humanæ vitę, sed alicuius specialis negotij, vnde prudens negotiator, vel nauta dicitur, vel quia non efficaciter præcipit, est communis, bonis, & malis.

. 4. Concl. Rom. 16. Illud, filij huius sæculi prudentiores, &c. intelligitur, non de prudentia simpliciter, sed de secunda, & ideo subdit, in generatione sua.

. Concl. Quamuis fides sit nobilior prudentia, tamen potest esse cum peccato: quia consistit in sola cognitione, non autem prudentia, cũ importet ordinem ad rectum appetitum, & rectam æstimationem, & non possit esse sine virtutibus moralibus.

6. Concl. Peccatores non possunt esse consiliatiui perfecte ad finem bonum totius vitæ, quia consilium ad effectum non perducunt: possunt tamen esse consiliatiui ad finem malum, vel ad particulare bonum.

Art. 14. *Vtrum prudentia sit in omnibus habentibus gratiam.*

1 Concl. Prudentia est in omnibus habentibus gratiam.

h 2. Moral cap. 26. *1. Nullus habet gratiam, nisi sit virtuosus. At nullus est virtuosus sine prudentia, ex Gregor Ergo.*

2. Virtutes sunt necessario connexæ, ita vt qui vnam habet, omnes habeat: At qui habet gratiam, habet caritatem. Ergo & alias virtutes.

2. Concl. Nullus habens gratiam caret industria sufficienti ad ea, quæ sunt de necessitate salutis, & hæc sufficit ad habendam prudentiam.

3. Concl. Qui aliorum indigent consilio, saltem in hoc sibi consulere sciunt, si gratiam habent, vt aliorum requirant consilia, & discernant bona a malis.

. Concl. Quod iuuenes non possunt esse prudẽtes, intelligitur de prudentia acquisita: nos vero loquimur de prudentia gratuita, quæ infunditur, & in pueris baptizatis est secundum habitum, vt in amentibus: in adultis autem, etiam secundum actum, quantum, ab ea, sunt pe necessitate salutis.

Art. 15. *Vtrum prudentia insit nobis à natura.*

. Concl. Prudentia non inest nobis à natura.

1. *Quia est virtus intellectualis, quæ plurimum ex doctrina habet generationem, & augmentum, vnde experimento indiget & tempore.* Arist. 2. Eth. c. 1.

2. *Licet circa prima principia vniuersalia sit naturalis prudentia, quia illa sunt naturaliter nota, tamen alia principia posteriora, sive sint rationis speculativæ sive practicæ, habentur tantum, vel per inventionem, & vel per disciplinam. Quantum autem ad particularem cognitionem eorum, circa quæ operatio consistit, si operatio consistat circa finem, quia fines recti humanæ vitæ sunt determinati, potest esse circa eos naturalis simul natio, per aliquam naturalem virtutem, & rectum iudicium: si vero consistat circa ea, quæ sunt ad finem, horum cognitio non potest esse naturalis, quia non sunt determinata, sed variantur pro diuersitate negotiorum, &c. Sed prudentia est circa hæc. Ergo.*

† 2. Concl. Arist 6. Eth. c. 11. Cum dicitur, *ea quæ pertinent ad prudentiam esse naturalia*, intelligitur de prudentia, prout ordinatur ad fines.

3. Concl. Arist. lib. 8. de hist. animal. c. 10. Prudentia est magis in senibus, & propter naturalem dispositionem, & propter maiorem experientiam.

4. Concl. In brutis sunt naturales prudentiæ, quia habent determinatas vias perueniendi ad finem, non sic in hominibus.

Art. 6. *Vtrum prudentia possit amitti per obliuionem.*

. Concl. lib. 6. Eth. c. 5. Prudentia directe amitti non potest per obliuionem, sed magis corrumpitur per passiones.

1. Nam obliuio est artis, ex Arist. non prudentiæ

Dam. 3. Exod. 23. *2. Obliuio respicit cognitionem tantum. Sed prudentia non consistit in cognitione solum, sed etiam in appetitu. Ergo. Vnde ex Arist. delectabile, & tristе peruertit æstimationem prudentiæ.*

2. Concl. Obliuio potest impedire prudentiam, inquantum procedit ad præcipiendum ex aliqua cognitione, quæ per obliuionem tolli potest.

† 3. Concl. Scientia est in sola ratione, vnde de ea est alia ratio.

4. Concl. Licet virtus ex eisdem generetur, & corrũpatur: tamen experimentum prudentiæ non acquiritur ex sola memoria, sed exercitio recte præcipiendi.

5. Concl, Obliuio vniuersalium non corrumpit, quod est principale in prudentia, scilicet applicationem ad opera, sed aliquod impedimentum affert.

Qua-

Quæstio 48. De partibus prudentiæ.

Art. 1. Vtrum conuenienter assignentur tres partes prudentiæ.

Conuenienter prudentiæ partes sic assignantur. Integrales, quæ sunt illæ, quæ necesse est concurrere ad perfectum actum illius, sunt octo: quinque ad eã pertinent, vt est cognoscitiua, scilicet memoria, ratio, intellectus, docilitas, & solertia: tres vt est præceptiua, scilicet prouidentia, circumspectio, & cautio. Nam si cognitio sit præteritorum est memoria, si præsentium, intellectus: si acquiratur per disciplinam, docilitas, si per inuentionem, eustochia, vel solertia: si consideretur in vsu, vt a quibusdã cognitis procedit ad alia cognoscenda, dicitur ratio: quæ vt recte præcipiat, primum debet ordinare aliquid commodum ad finem, vnde prouidentia: Deinde attendere circunstantias, vnde circumspectio: postea vitare impedimenta, vnde cautio. Partes subiectiuæ sunt eius species diuersæ, vnde alia prudentia est qua quis regit seipsum: alia qua regit multitudinem: Et si sit circa speciale negotium, vt circa exercitum, dicetur prudentia militaris, &c. vel est vnius familiæ, vnde œconomica: vel ciuitatis, & regni, vnde politica. Si autem prudentia accipiatur large, erunt etiam eius species, rhetorica, dialectica, & physica. Nam si procedat ex necessarijs, est physica, sub qua continentur omnes scientiæ speculatiuæ: si ex probabilibus dialectica: si ex coniecturis ad persuadendũ rhetorica: quę partes possunt pertinere ad prudentiam proprie acceptam: cum prudentia interdum ex necessarijs, interdum ex probabilibus, & coniecturis ratiocinetur. Potentiales partes sunt virtutes adiunctæ, quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus: quæ sunt, eubulia, quæ est circa consilium, & synesis, quæ est circa iudicium: prudentia vero est circa principalem actum, qui est præcipere.

† 2. Concl. Diuersæ assignationes partium prudentiæ differunt, vel propter diuersa genera partium, vel quia Cicero sub vna parte, scilicet sub prouidentia, includit cautionem, circũspectionem, &c.

3. Concl. Oeconomica, & politica, hic accipiuntur, non vt sunt scientiæ, sed vt sunt prudentiæ quædam.

4. Concl. Memoria, intellectus, &c. non ponuntur partes prudentiæ secundum eorum communitatem sed prout pertinent ad ea, de quibus est prudentia.

5. Concl. Recte præcipere, & ratione vti semper comitantur vnde, vsus non ponitur alia pars prudentiæ.

6. Concl. Solicitudo autem continetur sub prouidentia.

Quæstio. 49. De singulis prudentiæ partibus, quasi integralibus.

Art. 1. Vtrum memoria sit pars prudentiæ.

1. Concl. Lib. 2. de inuent. Conuenienter memoria ponitur pars prudentiæ.

1. *Ex Tullio, qui memoriam inter partes prudentiæ reponit.*

2. *Cum prudentia sit circa contingentia operabilia, in quibus homo potest tantum dirigi circa ea, quæ vt in pluribus accidunt. quia oportet, vt principia sint proportionata conclusionibus. At scire quid in pluribus sit verum contingit experimento, quod fit ex memoria, vt Arist. docet. Ergo.*

† 2. Concl. lib. 2. Eth. c. 1. Quamuis memoria sit in parte sensitiua, tamen pertinet ad prudentiam, quia applicat vniuersalem cognitionem ad particularia, quorum est sensus.

3. Concl. Arist li. de mem. c. 3. Non propterea quod memoria est à natura, ideo non est pars prudentiæ, quia multum perficitur arte: maxime his quatuor.

1. Si quis eorum, quorum vult recordari similitudines assumat, necomnino consuetas: quia spirituales intentiones facilius ex anima elabuntur, nisi similitudinibus corporalibus quasi alligentur.

1. Si sua cõsideratione ea ordinare disponat, quia vno memorato facilius ad alterum proceditur.

3. Concl. Si adea solicitudinem apponat, & affectũ adhibeat quia quanto magis aliquid fuerit impressum: tanto minus elabitur

Quia ex præteritis oportet argm. sumere de futuris, ideo memoria ponitur pars prudentiæ, &c.

Art. 2. Vtrum intellectus sit pars prudentiæ.

1. Concl. Lib. 2. de inuent. Intellectus est pars prudentiæ.

1. *Ex Tullio & Macrobio, qui hoc docent.*

2. *Cum intellectus hoc loco accipiatur, vt importet rectam æstimationem alicuius principij, quod accipitur vt per se notum, oportet, vt omnis processus rationis ab intellectu procedat. At prudentia est recta ratio agibilium. Ergo.*

Intel-

Artic. 7. Vtrum circumspectio possit esse pars prudentiæ.

1. Concl. Circumspectio est necessaria ad prudentiam, vnde est eius pars.

1. *Ex Macr. qui hoc docet.*

2. *Ad prudentiam pertinet, vt recte ordinet ad finem, & vt finis sit bonus. & id quod ordinatur ad finem sit bonum, & conueniens fini. At circa singularia operabilia contingit aliquid ex se consideratum esse bonum, & conueniens fini, quod tamen ex aliquibus concurrentibus redditur, vel malum, vel non oportunum ad finem, Ergo ad prudentiam est necessaria circumspectio, vt homo quæ ordinantur in finem conferat etiam cum his quæ circumstant.*

2. Concl. Licet ea, quæ possunt circumstare sint infinita, tamen quæ actu circunstant sunt finita, &c.

3. Concl. Circunstantię pertinent quidem ad virtutes morales, vt per circunstantiarum determinationem perficiuntur: sed ad prudentiam: prout eas determinat.

4. Concl. Ad prouidentiam pertinet prospicere id, quod est per se conueniens fini, ad circunspectionem autem, an id sit conueniens fini secundum ea, quæ circunstant.

Art. 8. Vtrum cautio debeat poni pars prudentiæ.

Cautio est necessaria ad prudentiam.

1. Concl. Ephes. 5. 1. *Videre, aut Paul. quo modo caute ambuletis.*

2. *Ea, circa quæ est prudentia, sunt contingentia operabilia, in quibus, sicut verum potest admisceri falso ita malum bono, propter multiformitatem huiusmodi operabilium, in quibus mala habent speciem boni, quare opus est cautione, vt sic accipiantur bona, & vitentur mala.*

† 2. Concl. Cautio est necessaria, non vt aliquis sibi caueat ab actibus virtutum, sed ab eis, per quæ actus virtutis impediri potest.

3. Concl. Licet cauere mala, & prosequi bona eiusdem rationis sint, tamen vitare aliqua impedimenta extrinseca, pertinet ad aliam rationem & sic cautio differt à prouidentia, quæ prouidet bona.

4. Concl. Mala, quæ causaliter accidunt, & vt in pluribus, sunt infinita. sed non quæ, vt in pluribus euenire solent, circa quæ est cautio.

Quæstio 50. De partibus subiectiuis prudentiæ.

Art. 1. Vtrum regnatiua debeat poni species prudentiæ.

1. Concl. lib. 3. Pol. c. 3 Regnatiua ponitur species prudentiæ.

1. *Quia prudentia ex Aristot. est propria virtus Principis.*

2. *Vbi est specialis ratio regiminis, est specialis ratio prudentiæ, quia prudentia est regere & præcipere, sed in eo qui regnum, vel ciuitatem regit, est speciale regimen, cum non solum se, sed etiam alios regat & tanto regimen est perfectius: quo ad plura se extendit. Ergo.*

† 2. Concl. Regnatiua magis ponitur species prudentiæ quæ est directiua omnium, quæ pertinent ad alias virtutes, quam iustitiæ, quæ est executiua, cum etiam executio iustitiæ pertineat ad subditos, & indigeat directione prudentiæ.

3. Concl. Sub regnatiua continentur omnia alia regiminæ recta: denominatur autem à regno, quia regnum est optimum regimen inter alias politiæ species.

4. Concl. Regnatiua denominatur à principali actu Regis, qui est leges condere, quod aliis principatibus non conuenit, nisi vt participant de regimine Regis.

Art. 2. Vtrum politica conuenienter ponatur pars prudentiæ.

1. Concl. lib. 6. c. 8. Politica conuenienter ponitur pars prudentiæ.

1. *Ex Arist. in Ethicis.*

2. *Homines aliter mouentur à suis superioribus, quam moueantur irrationabilia, & inanimata à suis motoribus, nam hæc ab alio tantum aguntur, & non agunt se, vnde rectitudo regiminis ipsorum non est in ipsis, sed solum in motoribus. Sed homines ita aguntur ab aliis per præceptum, vt etiam agant seipsos, per lib. arbit. vnde requiritur in eis quædam rectitudo regiminis, per quam seipsos dirigant in obediendo principantibus, & hæc prudentia politica vocatur. Ergo.*

† 4. Concl. Regnatiua dicitur pars politicæ, non quod politica non sit pars, sed quia prudentia subditorum, quæ deficit à prudentia regnatiua retinet sibi nomẽ cõmune, vt prudentia dicatur.

1. Concl. Licet sint eadem, quæ oportet regnantem præcipere, & subditum exequi, tamen sunt diuersæ rationes alterius præcipientis, altera obedientis.

1. Concl. Per prudentiam communiter dictam homo

dirigit seipsum in ordine ad bonum propriũ tantum: at per politicam in ordine ad bonum commune.

Art. 3. Vtrum œconomica debeat poni species prudentiæ.

1. Concl. Lib. 6. Eth. c. 8. Oeconomica debet poni species prudentiæ.

1. Ex Arist. qui hoc docet in Eth.

2. Ratio obiectis diuersificata secundum ✠*universale, & particulare, vel secũdum totum, & partẽ, diuersificat artes, & virtutes, vnde* ✠*principalius est respectu alterius: At domus medio modo se habet ad singularem personam, & ad ciuitatem, vel regnum, quia sicut persona est pars domus, ita domus pars ciuitatis. Ergo sicuti prudentia regnativa* ✠*unius distinguitur a politica, ita œconomica ab utraque.*

† 2. Concl. Lib. 1. Pol. c. 5. Cum Arist. ait, *œconomicam esse ad diuitias*, non intelligas tanquam ad finem vltimum, sed vt ad instrumenta: vel loquitur secundum studium plurimorum.

3. Concl. Nec œconomica est malorum, quia licet peccatores possint prouide aliqua disponere in domo: non tamen ipsum totum bene viuere domesticæ conuersationis: ad quod requiritur vita virtuosa.

4. Concl. Pater in domo non habet perfectam potestatem regiminis, sicut rex: & ideo potestas paterna non ponitur specialis species, sicut regnatiua.

Art 4. Vtrum militaris debeat poni specialis prudentiæ.

1. Concl. Militaris debet poni species Prudentiæ.

1. Quoniam in bello sunt multa consilia, Prouer. 24. Sed consilia pertinent ad prudentiam. Ergo.

2. Cum natura ad duo tendat, scil. ad regendam vnamquamq; rem in se, & ad resistendum cõtrarijs, ideo ✠*brutis, non solum dedit* ✠*concupiscibilem qua conuenientia appeterent, sed etiam irascibilem, qua resisterent impugnantibus: ita etiam in his, quæ sunt secundum rationem: quia hæc debent naturalibus esse conformia: ideo non solum debet dari politica prudẽtia, per quam disponuntur, quæ pertinent ad bonum commune; sed etiam militaris, per quam hostium insultus repellantur.*

† 2. Concl. Militaris potest dici ars, vt habet regulas vtendi armis, equis, &c. sed magis habet rationem prudentiæ, vt ordinatur ad bonum commune.

3. Concl. Omnia negotia ciuitatis ordinantur ad aliquam particularem vtilitatem; & ideo non constituunt speciem prudentiæ, sicut militaris, quæ est ad publicam vtilitatem.

Militiæ executio pertinet ad fortitudinem, directio vero ad prudentiam. 4. Concl

Quæstio 51. De virtutibus adiunctis prudentiæ.

Art. 1. Vtrum eubulia sit virtus.

1. Concl. Lib. 6. Eth. c 9. Eubulia est virtus humana.

1. Quia est rectitudo consilij, secundum Arist. At recta ratio constituit rationem ✠*virtutis. Ergo.*

2. Quod facit actum hominis bonum est ✠*virtus, hoc enim est de ratione* ✠*virtutis: At eubulia est talis; quia facit bene consiliari: vnde dicta est eubulia, id est, bonum consilium. Ergo.*

2. Concl Lib. 6. Eth c 9. Eubulia nemo male vtitur,

Quia mala consilia, & ad malos fines: ex Arist. sunt contra rationem eubuliæ.

3. Concl Lib. 7. Phys. tex. 17. Virtus est quædam perfectio, vt ait Arist. sed per modum hominis: vnde dubitatio, & inquisitio consilij non tollunt eubuliæ virtutem.

4. Concl. In nullo peccatore inuenitur eubulia.

Quia omne peccatum est contra bonam consiliationem, ad quam non solum requiritur inuentio opportunorum ad finem, sed alia circumstantia. Et tempus congruum, modus in consilio, &c. quæ peccatores peccando non obseruant.

Art. 2. Vtrum eubulia sit virtus distincta à prudentia.

1. Conc. Oportet aliam esse virtutem eubuliæ, per quam homo est bene consiliatiuus, & aliam prudentiæ, per quam est bene præceptiuus.

1. Nam prudentia est præceptiua, quod non competit eubuliæ.

2. Secundum diuersitatem actuum, in quibus non est eadem ratio bonitatis, oportet esse diuersas virtutes: At actus rationis consiliatiuus. & præceptiuus sunt diuersi, nec habent eandem rationem bonitatis, quod patet, quia ab inuicem separantur. Ergo.

2. Concl. Sicut consiliari ordinatur ad præcipere, vt ad principalius, ita eubulia ordinatur ad prudentiam, tanquam ad principaliorem virtutem; sine qua non esset virtus, vt nec alię morales.

3. Concl. Bene consiliari ad prudentiam pertinet imperatiue, ad eubuliam vero elicitiue.

4. Concl. Licet eubulia, & prudentia habeant eundem finem vltimum: habent tamen diuersos fines proximos: & ideo sunt diuersæ virtutes.

5. Concl. Etiam in speculatiuis, alia scientia est dialectica, cuius est inuenire, alia est demõstratiua, cuius est determinare veritatem.

Art. 3. Vtrum synesis sit virtus.

1. Concl. Synesis, quæ importat rectum iudiciũ circa operabilia, circa quę est prudentia, est virtus.

1. Eubulia, quæ est bene consiliatiua, est virtus. Ergo multo magis synesis, quæ est bene iudicatiua: cum iudicium sit perfectius.

2. Oportet vt secundum diuersitatem actuum, qui non reducuntur ad eandem causam sit etiam diuersitas virtutum. At bonitas consilij, & bonitas iudicij non reducuntur ad eandem causam; quia multis sunt bene consiliatiui sed non eusynetici, id est, bene sensati quasi recte iudicantes. Ergo praeter eubuliam, oportet esse aliam virtutem, quæ sit bene iudicatiua, & hæc dicitur synesis.

2. Concl. Rectum iudicium consistit in hoc, quod vis cognoscitiua apprehendit rem, sicuti est in se, quod prouenit ex recta virtutis dispositione, quæ radicaliter est à natura, consummatiue ab exercitio, vel ex munere gratiæ: & hoc vel directe, quia virtus cognoscitiua non est imbuta falsis conceptibus, sed veris, & rectis, quod pertinet ad synesim, vt est specialis virtus: vel indirecte ex bona dispositione appetitiuæ virtutis, quæ consequitur habitus virtutum moralium.

3. Concl. In malis potest esse rectum iudicium in vniuersali, non autem in particulari.

4. Concl. Præter synesim est necessaria virtus præceptiua.

Quia contingit, quod bene consiliatum, differatur, vel neg igenter agatur.

Art. 4. Vtrum gnome sit specialis virtus.

1. Concl. lib. 6. eth. c. 11. Gnome est specialis virtus.

1. Ex Aristot. qui hoc docet.

2. Vt habitus cognoscitiui distinguuntur secundum altiora, vel inferiora principia, vt sapientia, & scientia; ita habitus actiui: quia aliquando, quæ sunt præter ordinem inferioris principij, & causæ reducuntur ad ordine superioris principij: vt monstruosi partus, qui sunt præter ordinem actiuæ virtutis in semine, ad ordine causæ corporis, vel prouidentiæ diuinæ: de quibus qui considerat causas particulares, non potest rectum ferre iudicium. At quandoq; contingit aliquid facere præter communes regulas, de quibus est synesis, in quibus iudicãdum est secundum altiora principia. Ergo requiritur altior virtus; & hæc vocatur gnome, quæ importat quandam perspicacitatem iudicij, vnde patet ad primum, quia non sufficit iudicium synesis.

† 2. Concl. Eubulia est vna, *quia inquisitio consilij est vna de omnibus*: similiter prudentia, *quia præceptum est omnibus requirit vnam rationem boni*: non sic iudiciũ, quod debet sumi ex proprijs principijs rei: ideo synesis, & gnome distinguũtur.

3. Concl. Etsi quæ præter communem modum accidunt, sint prouidentiæ Dei: tamen qui est magis perspicax, potest horum plura sua ratione dijudicare.

Quæstio 52. De dono consilij.

Art. 1. Vtrum consilium debeat poni inter dona Spiritus sancti.

1. Concl. Consilium ponitur inter dona Spiritus sancti.

1 Isa. 11. Requiescet super eum spiritus cõsilii, &c

2 Dona Spiritus sancti sunt dispositiones, quibus anima redditur bene mobilis ab ipso: & Deum ipsum vnumquodq; ad modum suum, quod monetur. Est proprium est hominis, vt moueatur per rationis inquisitionem, quæ consilium dicitur. Ergo Spiritus sanctus dicetur per motum cõsilii mouere hominem, & propter hoc consilium ponitur inter dona.

† 2. Concl. Per prudentiam, & eubuliam fit homo bene consiliatiuus secundum rationem humanam, quæ cum non possit comprehendere omnia contingentia, ideo homo indiget dirigi à Deo, per donum consilij.

3. Concl. Quod quis recte alijs consilium præbeat, potest esse gratia gratis data: sed quod à Deo consilium habeat de his, quæ sunt necessaria ad salutem, est cõmune omnium sanctorum.

4. Concl. Rom. 8. Filij Dei aguntur à Spiritu sancto; sed tamen libero arb. & ideo eius competit donum consilij.

Art. 2. Vtrum donum consilij respondeat virtuti prudentiæ.

1. Concl. Donum consilij respondet prudentiæ sicut ipsam adiuuans, & perficiens.

1. Donum consilii est circa agenda propter finem: sicut & prudentia. Ergo.

2. Principium motionum inferius, iuuatur & perficitur ex hoc, quod monetur a principio superiore. At rectitudo humanæ rationis est quid inferius respectu rectitudinis diuinæ, quæ est suprema regula. Ergo prudentia quæ importat rationis rectitudinem perficitur; prout monetur à Spir. sanc. quod pertinet ad donum consilij.

† 2. Concl. In donis Spir. sanct. mens humana se habet vt mota, non vt mouens; præcipere autem & iudicare, non est moti, sed mouentis; vnde donum, respondens prudentiæ non dicitur præceptum, vel iudicium, sed consilium.

3. Concl. Donum scientiæ respondet prudentiæ, sed indirecte, vt per quandam extensionem eam adiuuat; & ideo quia non sufficit, requiritur donum consilij.

4. Concl. Mens humana ex ipso quod dirigitur à Spir. sancto.

sancto, sit potens dirigere se, & alios; vnde non tollitur quin prudentia dirigat.

Art. 3, Vtrum donum consilij maneat in patria.

1. Concl. Donum consilij est in beatis, inquantum in eis à Deo continuatur cognitio eorum, quæ sciunt, & inquantum illuminantur de his quę nesciunt circa agenda.

17. mor. c. 7. 1. Ex Greg. in hoc docet.

2. *Licet alius sit dispositio eius, quod monetur, dum monetur; & alia dum est in termino, motus tamen quando mouens non tantum est principium motus, quia tunc cessante motu cessaret actio; sed etiam causa forma ad quam est motus, non cessat actio mouentis, etiam adepta forma: sed hoc modo Deus causat in nobis virtutem, & cognitionem. Ergo etiam in beatis, non tanquam in ignorantibus, sed quasi continuando in eis cognitionem: quia quædam sunt quæ pertinent ad gubernationem rerum, quæ beati non cognoscunt.*

2. Concl. Aliter mouetur à Deo mens in viatoribus, aliter in beatis: in illis mouetur in agendis prout sedatur anxietas dubitationis in eis præcedens: in his mouetur ad ea quæ non cognoscunt ex simplici nescientia, à qua etiam Angeli purgantur, vt ait Dion & hoc est Angelos Deum consulere, ex August.

Cap. 7. de div. nom. l. 5 sup. Cœl. ad lit. c. 19. † 3. Concl. Etiam in beatis sunt aliqui actus ordinati ad finem: vt sunt illi quibus Deum laudant, vel alios trahunt ad finem; & sic eis competit consilium.

4. Concl. Dubitatio non pertinet ad consilium simpliciter, sed secundum statum præsentis vitæ.

5. Concl. Consilium non est in Deo, vt in recipiente; sed vt in dante: conformantur autem sancti Deo, vt recipiens influenti.

Art. 4. Vtrum quinta beatitudo, quæ est misericordia, respondeat dono consilii.

1. Concl. li. 1. de ser. dom. c. 9. Specialiter dono consilij respondet beatitudo misericordiæ; non sicut eligendi, sed sicut dirigendi.

1. *Consilium, ait Aug. competit misericordibus, &c. Cum consilium sit proprie de his quæ sunt ordinata ad finem; ea quæ sunt maxime ordinata, maxime debent correspondere dono consilij. Ad hoc ex Paul. est misericordia. Ergo.*

† 2. Concl. 1. Tim. 4. Consilium dirigit in omnibus actibus virtutum: sed specialiter in operibus misericordiæ, ratione iam dicta.

4. Concl. Consilium quod est donum, dirigit in omnibus, quæ sunt ad finem, siue sint de necessitate salutis, siue non.

4. Concl. Fructus importat vltimum, quod in practicis est operatio, non autem cognitio: & ideo inter fructus non ponitur quid respondens dono consilij, sed bonitas, & benignitas, quæ respondent misericordiæ.

Quæstio 53, De vitiis prudentiæ oppositis.

Art. 1. Vtrum imprudentia sit peccatum.

1. Concl. SI imprudentia sumatur priuatiue pro carentia prudentiæ; quam quis natus est habere, & debet habere est peccatum, ratione negligentiæ.

Qui non adhibuit studium, ad prudentiam habendam.

2. Concl. Si imprudentia accipiatur contrarie, prout ratio contrario modo mouetur, vel agit prudentiæ, est peccatum secundum rationem propriam.

Quia esse non potest, vt quis contra prudentiam agat, nisi discedat a regulis quibus prudentia ratio rectificatur.

3. Concl. Si id fiat per auersionem à regulis diuinis, est peccatum mortale, vt si quis contemnens diuina documenta præcipitanter agat.

Quia, vt ait sapiens, imprudens dissipat thesaurum gratiæ.

4. Concl. Prou. 12. Qui præter regulas diuinas agit, absque contemptu, & sine detrimento eorum, quæ pertinent ad salutem peccat venialiter.

† 5 Concl. Et si nemo deformitatem imprudentiæ velit: tamen temerarius eius actum vult, dum vult præcipitanter agere.

6. Concl. Imprudentia à natura, non est nisi negatiue; & sic non est peccatum, nec proprie dicitur.

7. Concl. Per pœnitentiam restituitur prudentia infusa & tollitur habitus contrarius prudentiæ acquisitæ.

Art. 2. Vtrum imprudentia sit speciale peccatum.

1. Concl. Imprudentia est speciale peccatum.

1. *Quia opponitur vni speciali virtuti, scilicet prudentiæ.*

2. *Quia est circa actus speciales, scilicet circa actiuam rationem.*

2 Concl. Imprudentia non est generale peccatum per essentiam; quia non prædicatur de omnibus pec-

bus peccatis, ſicut nec prudentia de omnibus virtutibus.

3. Concl. Imprudentia per participationem eſt generale peccatum.

Quia inuenitur in omnibus vitiis, & peccatis, cum vitium non poſſit eſſe ſine aliquo defectu in actu rationis dirigentis: vnde ſolutum primum.

4. Concl. Si peccatum generale dicatur, non ſimpliciter, ſed ſecundum genus, prout continet ſub ſe alias ſpecies, ſic imprudentia eſt peccatum generale.

Quia habet ſub ſe multas ſpecies.

1. *Per oppoſitum ad diuerſas ſpecies ſubiectiuas prudentiæ.*

2. *Ad partes potentiales; & ſic ad defectum conſilij, eſt præcipitatio ſine temeritate, ad defectum iudicij, inconſideratio: quantum ad ipſum præceptum eſt inconſtantia, & negligentia. Et ad has reducuntur, quæ accipiuntur per oppoſitum ad partes integrales: vt caſtitas, & non curioſitas ad inconſiderationem: defectus docilitatis & memoriæ, ad præcipitationem: defectus intelligentiæ, & ſolertiæ ad negligentiam & inconſtantiam.*

5. Concl. Scientia eſt magis remota à moralibus, quam prudentia, & ideo ignorantia ponitur inter generales cauſas peccati, non autem ſpeciale vitium, vt imprudentia.

6. Concl. Defectus eorum, quæ requiruntur ad prudentiam ſcilicet corruptio circumſtantiarum, ſi habeat idem motiuum non diuerſificat ſpeciem peccati: vt ſi quis acciperet non ſua, vbi non deberet, & quando non deberet: ſecus ſi habeat diuerſa motiua, vt ſi vnus acciperet vbi non deberet, vt faceret iniuriam loco ſacro.

Art. 3. Vtrum præcipitatio ſit peccatum ſub imprudentia contentum.

1. Concl. Peccatum præcipitationis ſub imprudentia continetur.

1. *Prou. 4. Via peccatorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant.*

2. *Sicut illud dicitur præcipitari ſecundum corporalem motum, quod a ſuperiori ad ima pertingit ſecundum impetum non deſcendendo per gradus; ita metaphorice in actibus animæ, in qua ſummum eſt ipſa ratio, immediata operatio per corpus exercita: gradus autem medij per quos ordinate oportet deſcendere ad recte conſiliandum, ſunt memoria præteritorum; intelligentia præſentium, ſolertia in futuris, ratiocinatio, & docilitas: ideo ſi quis feratur ad agendum per impetum voluntatis, vel paſſionis præter iſtum medium vere præcipitatio. At hæc inordinatio conſilij ad imprudentiam pertinet. Ergo.*

2. Concl. Præcipitatio non ſolum opponitur dono conſilij, ſed etiam prudentiæ.

Quia rectitudo conſilij pertinet ad vtrumque.

3. Concl. Temeritas, cum poſſit prouenire, vel ex impetu voluntatis aut paſſionis, vel ex contemptu regulæ dirigentis, continetur ſub præcipitatione, quæ reſpicit vtrunque licet magis primum.

4. Concl. Præcipitatio directius opponitur rectitudini conſilij, quam tarditas ſuperflua. *Quia oportet conſiliari tarde.* *Ariſt. lib. 6 ethi. c. 9.*

Art. 4. Vtrum inconſideratio ſit ſpeciale peccatum ſub imprudentia contentum.

1. Concl. Inconſideratio eſt ſpeciale peccatum ſub imprudentia contentum.

1. *Prou. 4. oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ precedant greſſus tuos, quod pertinet ad prudentiam. Sed contrarium fit per inconſiderationem, Ergo.*

2. *Conſideratio proprie pertinet ad iudicium, quia eſt actus intellectus veritatem reſumentis: vnde inconſideratio erit defectus iudicij recti, ex eo quod homo neglexit, aut contempſit attendere ea, ex quibus rectum iudicium procedit, Ergo.*

† 2. Concl. Matth. 5. Cum Dominus ait, *nolite cogitare, &c.* non prohibet conſiderare quæ ſunt agenda, vel dicenda, quando homo habet opportunitatem, ſed dat fiduciam, vt oportunitate deficiente, in diuino confidat auxilio: ſed ſi prætermittat facere quod poteſt, ſolum diuinum auxilium expectans, videtur tentare Deum.

3. Concl. Etiam inconſideratio opponitur rectitudini iudicij, ſicut præcipitatio.

4. Concl. Inconſideratio non accipitur hic, vt etiam eſt in ſpeculatiuis, ſed tantum ſecundum determinatam materiam agibilium humanorum.

Artic. 5. Vtrum inconſtantia ſit vitium ſub imprudentia contentum.

1. Concl. Inconſtantia ſecundum ſui conſummationem ad imprudentiam pertinet.

1. *Deſiſtere a meliore bono pertinet ad imprudentiam, ſed hoc eſt inconſtantia, Ergo.*

2. *Vt omnis recti ſiue rationis practicæ pertinet aliqualiter ad prudentiam, ita omnis defectus eius pertinet ad imprudentiam, Sed inconſtantia, licet principium habeat in vi appetitiua, quia nemo recedit a priore bono propoſito, quod ad inconſtan-*

nisi propter aliquid, quod sibi inordinate placet, tamen quantum ad sui consummationem pertinet ad defectum rationis, quæ fallitur dum repudiat id quod recte acceperat, Ergo.

2. Concl. Vt præceps ratio est circa actum consilij, & inconsideratio circa actum iudicij, ita inconstantia circa actum præcepti.

† 3. Concl. Inconstantia contrariatur etiam fortitudini, prout bonum prudentiæ participatur omnibus virtutibus moralibus.

4 Concl. Ira, & inuidia faciunt inconstantiam ex parte appetitiuæ virtutis: vnde inconstantia habet tantum principium, vt dictum est.

5. Concl. Continentia, & perseuerantia non sunt in vi appetitiua, sed in ratione, licet continens patiatur peruersas concupiscentias, & perseuerans graues tristitias: quia ratio firmiter in vtroque persistit. Vnde continentia & perseuerantia sunt species constantiæ ad rationem pertinentes, ad quam pertinet etiam inconstantia.

Art. 6. Vtrum prædicta vitia oriantur ex luxuria.

1. Concl. l. 13. c. 13. Prædicta vitia maxime oriuntur ex luxuria.

1. *Ita docet Gregor. in Mor. l.*

2. *Defectus prudentiæ, & cuiuslibet intellectualis virtutis prouenit ex sensibili delectatione, quia delectatio maxime corrumpit æstimationem prudentiæ, cuius perfectio consistit in abstractione a sensibilibus. At delectatio maxime est in venereis, quæ totam animam absorbent Ergo.*

† 2. Concl. Inuidia causat inconstantiam perturbando rationem ad aliud: sed luxuria totaliter extinguendo iudicium rationis.

3. Concl. Duplicitas, vt importat vertibilitatem animi ad diuersa, est quoddam consequens ad luxuriam, cum per se ad dolositatem pertineat.

4. Concl. Etsi vitia spiritualia sint rationi propinquiora, quam carnalia tamen carnalia tanto magis extinguunt iudicium rationis, quanto longius abducunt à ratione.

Quæstio 54. De Negligentia.

Art. 1. Vtrum Negligentia sit peccatum speciale.

1. Concl. QVædam vitia dicuntur specialia, *quia sunt circa specialem materiam*: quædam propter specialitatem actus se extendentis ad omnem materiam: vt sunt omnia vitia, quæ sunt circa actum rationis: *quia quilibet actus rationis se extendit ad quamlibet materiam moralem.*

Negligentia est peccatum. 2. Concl.

Quia importat defectum debitæ solicitudinis, & omnis defectus est peccatum.

Negligentia est speciale peccatum. 3 Concl.

1 Quia peccata ex negligentia, opponuntur peccatis ex contemptu.

2. Quia opponuntur specialis virtutis, scilicet solicitudini: quare erit speciale peccatum, sicuti solicitudo est specialis actus virtutis.

† 4 Concl. Diligentia & solicitudo requiruntur ad quamlibet virtutem, inquantum in vnaquaque requiruntur debiti actus rationis.

5. Concl. Licet negligentia inueniatur aliqualiter in omnibus peccatis, tamen est speciale peccatum propter defectum specialis actus rationis.

6. Concl Negligentiæ materia propria, sunt bona, quæ quis agere debet, non quod sint bona dum negligenter aguntur, sed quia in eis per negligentiam accidit defectus bonitatis.

Art. 2. Vtrum negligentia opponatur prudentiæ.

Negligentia opponitur prudentiæ.

1. Concl. *1. Ecc. 20 Lascivus, & imprudens non observant tempus.*

2. Directe opponitur solicitudini. At rectitudo solicitudinis pertinet ad prudentiam, Ergo.

3. Negligens ex Isid. dicitur quasi, non eligens. At recta electio pertinet ad prudentiam. Ergo.

l. 10. etym. c. 13. Negligentia consistit in defectu interioris actus, ad quem pertinet etiam electio: ideo non est idem quod pigritia, & torpor, quæ magis pertinent ad executionem actus.

† 2. Concl.

3. Concl. Omissio pertinet ad exteriorem actum, & est effectus negligentiæ, & opponitur iustitiæ, non sic negligentia.

4. Concl. Negligentia est circa actum præcipiendi aliter, ac inconstantia: nam inconstans deficit tanquam ab alio impeditus: negligens ex propria voluntate.

5. Concl. Eccl. 7. Timor Domini facit negligentiam vitare, non quod ei directe negligentia opponatur, sed prout excitat homines ad actus rationis.

Art. 3. Vtrum negligentia possit esse peccatum mortale.

1. Concl. Negligentia dupliciter potest esse peccatum mortale, vel cum præternittitur aliquid, quod est de necessitate salutis, siue sit actus, siue circumstantia: vel cum voluntas ita est remissa circa ea, quæ Dei sunt, vt totaliter a caritate deficiat: & hoc præcipue quando est ex contemtu.

Prouer 19. qui negligit vitam suam, mortificabitur.

2. Concl. Si prætermissio actus, vel circunstantiæ, quæ non sunt de necessitate salutis, nec fiat ex contemptu, erit veniale peccatum.

½ 3. Concl Minor amor potest accipi, vel per defectum feruoris caritatis, & sic causatur negligentia, quæ est peccatum veniale vel per defectum caritatis, vt cum diligitur Deus solũ amore naturali, & hæc negligentia est peccatum mortale.

4. Concl. Parua oblatio, quæ purgat negligentias si humili mente & pura dilectione fiat, purgat etiam peccata mortalia.

Glos. Eccl. 7.

1 Concl. Sacrificiorum oblatio in lege, erat quædam publica protestatio peccati, quæ non est facienda de peccato occulto, vt est negligentia, ideo non erat sacrificium pro hoc peccato.

Quæstio 55. De vitijs oppositis prudentiæ.

Art. 1. Vtrum prudentia carnis sit peccatum.

. Concl. tom. 8. PRVDENTIA carnis est peccatum.

1. Ex Paulo, qui ait esse inimicam Deo.

2. Prudentia carnis dicitur secundum quod aliquis bona carnis habet, & vltimum finem. Sed hoc est peccatum, quia per hoc homo inordinatur à vltimo fine Ergo.

2 Concl. Quamuis prudentia simpliciter dicta sit virtus, & sit bona: tamen aliquo addito potest esse mala, & sic sit prudentia carnis.

Concl. thes. Tunc licite amatur caro, cum ordinatur ad bonum animæ: at si in bono carnis constituatur finis, est inordinata dilectio, ad quã ordinatur prudentia carnis.

Concl. Dicitur etiam prudentia mundi, quia etiam mundus tentat per modum appetibilis; non dicitur prudentia dæmonis: quia ipse non tentãt per modum appetibilis, ad quem finem habet ordinem prudentia sed per modum suggestionis. Potest etiam dici esse triplicem prudentiam, sicut sapientia Iac. 3. sapientia terrena, animalis, & diabolica, cum prudentia sit quædam sapientia.

Artic. 2. Vtrum prudentia carnis sit peccatum mortale.

Concl. Si prudentia carnis accipiatur secundum rationem particularis prudentię, id est in ordine ad aliquem finem particularem, puta ad negotia, est peccatum veniale.

1. Quod diminuit peccatum non importat deserationem peccati mortalis. At caute prosequi, quæ pertinent ad curam carnis quod ad prudentiam carnis pertinet, minuit peccatum. Ergo.

2. Quoniam contingit quandoque, vt aliquid inordinate afficiatur delectatione carnis, sine hoc quod homo auertatur à Deo. Ergo.

2. Concl. Si prudentia carnis accipiatur secundum absolutam prudentię rationem scilicet in ordine ad finem totius vitæ, ita vt in cura carnis constituatur vltimus finis, est peccatũ mortale.

Quia per hoc homo auertitur à Deo cum non possint esse plures fines vltimi.

½ 3. Concl. Prudentia carnis quæ non est subiecta legi, est illa, quæ constituit finem in carne.

4. Concl. Prudentia carnis non importat peccatum in Spirit. sanct. quasi is, qui eam habet non possit subijci Spirit. sanct. sed ipsa prudentia est, quæ non potest subijci Deo.

5. Concl. Rom. 8. Non oportet, vt id, quod opponitur prudentiæ sit grauissimum; quia prudentia participatur ab omni virtute: sed solum cum opponitur in aliquo maximo.

Art. 3 Vtrum astutia sit speciale peccatum.

1. Concl. Astutia est speciale peccatum, prudentiæ oppositum, à prudentia carnis distinctum.

1. Non ambulamus in astutia, ait Paul.

2. Cor. 4. *2. Sicut dupliciter erramus in speculatiuis, vel quia inducitur ratio ad conclusionem falsam, quæ apparet vera, vel quia ratio procedit ex falsis, sic contra prudentiam peccatur vel quia finem rationis ordinatur ad finem non vere bonum, sed apparentem, & hoc pertinet ad prudentiam carnis; vel quia ad finem non vtitur veris vijs sed apparentibus, quod spectat ad peccatũ astutiæ. Ergo.*

½ 2. Concl Prou. 1. Sicuti prudentia accipitur aliquando in malo, sic astutia in bono, sed proprie est de malo, vt docet Arist.

3. Concl. lib. 6. Eth c. 11. Etiamsi astutia sit ad bonum finem, est peccatum, quia ad bonum finem, nũ est perueniendum falsis vijs.

4 Concl lib 10. Mo cap. 27. Greg. comprehendit sub prudentia mundi omnia, quæ possunt pertinere ad falsam prudentiam, vnde etiam astutiam.

Articul. 4. Vtrum dolus sit peccatum ad astutiã pertinens.

1. Concl. Dolus est peccatum ad astutiam pertinẽs, prout importat astutiæ executionem.

Ephes. 4 *1. Astutia ordinatur ad circumueniendum, vt patet ex Paulo. Sed ad hoc ordinatur etiam dolus. Ergo*

2. *Cum ad astutiam pertineat assumere vias similitatas ad aliquem finem, si huiusmodi assumptio consideretur in excogitatione talium viarũ, proprie pertinet ad astutiam: si secundum executionem operis, proprie pertinet ad dolum. Ergo.*

Dolus aliquando accipitur in bono, & sic datur in viris perfectis.

Cum dolus sit executio astutiæ principaliter consistit in verbis: reperitur etiam in factis, & in corde, prout quis dolos excogitat.

Dolus in corde pertinet ad astutiam, prout qui cogitat malum facere, ex cogitat aliquas vias, vt suum propositum impleat: licet interdum sine dolo per violentiam, quis malum inferat.

Artic. 5. Vtrum fraus ad astutiam pertineat.

Fraus ad astutiam pertinet.

1. *Fraus ordinatur ad deceptionem, vt patet ex Iob, & ad idem ordinatur astutia. Ergo.*

2. *Fraus ea qua proprie pertinet ad executionem astutiæ, vt fit per facta, quam dolus qui fit etiam per verba. Ergo.*

Illud, *Quare non magis fraudem patimini?* non intelligitur quod fideles decipiantur in cognoscendo, sed quod sustineant iniurias fraudolenter illatas.

Nihil prohibet defraudationem pertinere ad auaritiam, & illiberalitatem: cum executio astutiæ possit fieri per multa vitia.

Iusto Dei iudicio prouenit, vt quod aliqui contra alios moliuntur, contra eos retorqueatur, non autem ex intentione ipsorum.

Art. 6. Vtrum licitum sit solicitudinem habere de temporalibus rebus.

Solicitudo importat quoddam studiũ ad aliquid consequendum: & maius studium adhibetur vbi est maior timor deficiendi, vbi vero minor remittitur solicitudo.

Solicitudo temporalium rerum tripliciter potest esse illicita.

1. Si temporalia tãquam finem quæramus, ex Augustin.

2. Propter superfluum studium, quod opponitur ad ea procuranda, propter quod quis retrahitur à spiritualibus.

3. Ex parte timoris superflui, quãdo quis timet, ne faciendo quod debet sibi necessaria deficiant; quod Dominus excludit: primum propter maiora beneficia homini diuinitus exhibita, deinde propter subuentionem, qua Deus, animalibus, & plantis subuenit: postea ex diuina prouidentia: propter cuius ignorantiam gentiles soliciti erant. Vnde concludit, nostram solicitudinem debere esse de spiritualibus bonis, sperantes; quod etiam temporalia nobis proueniant, si fecerimus, quod debemus.

Temporalia bona sunt subiecta homini, vt eis vtatur ad necessitatem, non autem, vt superflue circa ea soliciteur.

Solicitudo eius, qui corporali labore panẽ acquirit, non superflua, si sit moderata, & de hac loquitur Paul. Vnde Hieron. labor exercendus est, solicitudo tollenda.

Solicitudo temporalium in operibus misericordiæ ordinatur ad finem caritatis, & ideo est licita, nisi sit superflua.

Artic. 7. Vtrum quis debeat esse solicitus futurorum.

Nemo debet esse solicitus, futurorum.

1. *Nolite solliciti esse in crastinum, id est de futuro.*

2. *Omni negotio, tempus est opportunitas, cum debitum tempus sit circumstantia virtuosi actus, quod non solum in exterioribus operibus, sed etiam in interiori solicitudine locum habet. Ergo sicut quis superflue afflatus de fundenda esset solicitus superflue occuparet futuris temporibus solicitudinem, sic de reliquo: quia quodlibet tempus habet propriam solicitudinem: Crastinus enim solicitus erit sibi ipsi; & sufficit diei malitia sua, id est afflictio solicitudinis.*

Illud, vade ad formicam, intelligitur, quod sicut formica habet solicitudinem congruam tempori, ita & nos, &c.

Ad prudentiam pertinet prouidentia debita futurorum, quæ esset inordinata si superflua quis quæreret vltra necessitatem vitæ: vel si tempus solicitudinis præoccuparet.

Non est solicitus de crastino, qui propter imminentem famem prouidet sibi necessaria: quia hoc Dominus & Apostoli fecerunt. Vnde non prohibetur, si quis humano modo ista procuret, sed si propter ista non militet Deo.

Art. 8. Vtrum huiusmodi vitia oriantur ex auaritia.

Prædicta vitia maxime ex auaritia oriuntur.

1. *Ex Greg. in Moralibus.*

2. *Cum habeant quandam similitudinem cum prædicta malignitate; & ista ratione maxime constitat in iustitia, ideo ista rationis indebitum maxime apparet in suis oppositis iustitiæ. At iustitiæ maxime opponitur auaritia. Ergo.*

In præ-

1. Cor. 12. † 2. Concl. Psal. 5. 104. 1. Concl. 4. Concl. 1. Concl. Iob. 15. † 2. Concl 1. Cor. 6. 3. Concl. 4. Concl. 1. Concl. 2. Concl. 3. de oper. monachc. c. 26. Mat. 13. Math. 6. Psalm. 9. 3. Concl. 4. Concl. 2 Thes. 3. 5. Concl. 2. Tim. 2. 1. Concl. Matt. 6. Eccl. 8. Prou. 6. 2. Concl. 3. Concl. 4. Concl Ioan. 12. 1. Concl. lib. 11. c. 31.

4. Etsi 3. In prædictis vitijs est aliquis vsus rationis, licet inordinatus: & ideo non pertinent directe ad luxuriam, quæ propter vehemẽtiam delectationis totaliter opprimit rationem; quod Aristot. venerem dolosam appellet, intellige secundum quandam similitudinem.

3. Concl. Fraus & dolus non pertinent directe ad superbiam, quæ cum quandam similitudinem magnanimitatis, præse ferat, vult in omnibus manifesta esse: sed potius ad auaritiam, quæ propriam vtilitatem quærit.

4. Concl. Prædicta vitia non sunt absque consilio, licet inordinato, & ideo nõ spectant ad iram, quæ est subitus motus.

Quæstio 57. De præceptis pertinentibus ad prudentiam.

Art. 1. Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi.

1. Concl. NOn fuit conueniens, vt inter præcepta decalogi daretur aliquod præceptum ad prudentiam pertinens directe, ad quam tamen omnia præcepta decalogi pertinent, vt est directiua omnium virtuosorum actuum.

1. Quia inter illa non habetur tale præceptum.

2. Licet præcepta decalogi cadant in æstimatione omnium, quæ sunt ad naturalem rationem pertinentia; tamen præcipue sunt de dictamine rationis naturalis simplicis hominis viatoris, qui se habet in agendis, sicut principia naturaliter cognita in speculativis. At prudentia non est circa finem, sed circa ea, quæ sunt ad finem. Ergo.

† 2. Concl. Etsi prudentia sit simpliciter principalior virtus inter morales; tamen iustitia principalius respicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum: vnde præcepta decalogi magis ad eam debuerunt pertinere, quam ad prudentiam.

3. Concl. In doctrina Euangelica oportuit de prudentia præcepta dari, quia est doctrina perfectionis, vt homo perfecte instrueretur de omnibus.

4. Concl. Conuenienter præcipitur de actu prudentiæ in veteri testamento, Prouer. 3. & 4.

Quia illa doctrina ordinatur ad præcepta decalogi, sicut ad finem.

Art. 2. Vtrum in veteri lege fuerint conuenienter præcepta prohibitiua proposita de vitijs oppositis prudentiæ.

1. Concl. Conuenienter in veteri lege fuerunt proposita præcepta prohibitiua de vitijs oppositis prudentiæ.

Quia cum iustitia reddat cuique quod suum est, maxime respicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum. Atqui astutia, quantum ad executionem, maxime committitur in his circa quæ est iustitia, ideo conuenienter data sunt præcepta prohibitiua de executione astutiæ, & eũ qui fraudo, & dolo alteri calumniam ingerit.

† 2. Concl. Alia vitia non opponuntur directe prudentiæ manifesta contrarietate, vt imprudentia, & partes eius, & ideo non ita pertinent ad iustitiam, nec prohibentur in lege.

3. Concl. Leuit. 19. Deut. 23. Specialiter datur præceptum prohibitiuum de fraude circa emptionem, & venditionem; quia ibi præcipue solet exerceri: licet possit dici, quod omnis fraus sit prohibita in Leuit.

Cap. 19. 4. Concl. Præcepta in lege de actibus iustitiæ, pertinent ad executionem prudentiæ: sicuti prohibitiua præcepta de furto, calumnia, &c. pertinent ad executionem astutiæ.

Quæstio 57. De iure.

Art. 1. Vtrum ius sit obiectum iustitiæ.

1. Concl. Lt. 5. etym. Cap. 3. 1. Seth. c. 1. IVs est obiectum iustitiæ.

1. Ius dictum est, quia est iustum, ex Isid. At iustum est obiectum iustitiæ, ex Arist. Ergo.

2. Cum iustitia proprium sit, vt ordinet hominem in his, quæ sunt ad alterum; rectum quod est in eius opere, non constituitur solum per comparationem ad agentem, vt in aliis virtutibus, quæ perficiunt hominem secundum seipsum; sed etiam per comparationem ad aliud; iustum enim est quod respondet secundum aliquam æqualitatem alteri: & ita iustum est rectitudo iustitiæ, ad quam terminatur eius actio: & hoc est eius obiectum. Sed iustum est idem, quod ius. Ergo.

† 2. Concl. Ius primo fuit impositum ad significandam ipsam rem iustam: deinde artem, qua cognoscitur quid sit iustum: deinde locum vbi ius redditur: dicitur etiam ius id, quod redditur ab eo, ad cuius officium pertinet iustitiam facere.

3 Concl. Lex proprie loquendo non est ipsum ius, sed aliqualis ratio iuris, & ideo non est obiectum iustitiæ, sed prudentiæ.

Concl. Lex diuina non dicitur proprie ius, quia Deo non possumus æquiualens reddere; sed sas, quia sufficit Deo, vt impleamus, quod possumus: tamẽ iustitia in hoc tendit, vt homo, quantum potest Deo recompenset, totaliter animam ei subijciendo.

Artic. 2. Vtrum ius conuenienter diuidatur, in ius naturale & ius positiuum.

. Concl. Ius conuenienter diuiditur in ius naturale, & ius positiuum.

1. Politicorum dicit, ait Arist. hoc quidem naturale est, hoc autem legale.

1.5.etj.6.7 *2. Ius, siue iustum est opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum. Aliquod autem aliquid sit homini adæquatum, contingit, vel ex ipsa natura rei, cum tantum quis dat, vt tantundem recipiat; & hoc est ius naturale: vel ex condicto, siue ex communi placito; quod contingit, aut per priuatum condictum, quod firmatur inter priuatas personas, aut per publicum, cum totus populus consentit aut ordinatur a principe, & hoc dicitur ius positiuum. Ergo.*

† 2. Concl. Quod est naturale, homini non est immutabile, cum natura hominis mutabilis sit: ideo ius naturale potest variari, vt aliquando non sit reddendum depositum ebrio, &c.

3 Concl. Arist. lib. 5. eth. c. 7. Voluntas humana ex communi condicto potest aliquid facere iustum in his, quæ secundum se non habent repugnantiam ad naturalem iustitiam.

4. Concl. Ius diuinum partim est de his, quæ sunt naturaliter iusta, quorum tamen iustitia homines latet; partim de his, quæ sunt iusta institutione iusta diuina. Vnde etiam hoc ius potest diuidi, vt ius humanum: cum in lege diuina sint quædã præcepta, quia bona; & prohibita, quia mala; & quædam bona, quia præcepta; & mala, quia prohibita.

Art. 3. Vtrum ius gentium sit idem cum iure naturali.

1. Concl. Ius gentium non est idem cum iure naturali si naturale sumatur secundum absolutam sui considerationem.

Lr. 5. etym. c. 4. *1. Ex Isid. ius aut est naturale, aut ciuile, aut gentium. Ergo.*

2. Ius naturale est commune omnibus animalibus: ius autem gentium solum hominibus. Ergo

2. Concl. Si ius naturale sumatur secundum aliquid, quod ex ipsa sequitur, cuiusmodi est possessionum proprietas, &c. ius gentium est idem cum iure naturali.

Quia considerare aliquid ad id, quod ex ipso sequitur, est proprium rationis. Ergo ideo est homini naturale, cum ratio id dictat. Quare, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes gentes custoditur, ius gentium vocatur.

†3. Concl. Seruitus, quæ pertinet ad ius gentium, non est naturalis primo modo, scilicet absolute considerato iure, sed secundo modo.

4. Concl. Ius gentium non indiget aliqua speciali institutione.

Quia, quæ sunt humana, ratio naturalis dictat.

Artic. 4. Vtrum debeat specialiter distingui in paternum, & dominatiuum.

1. Concl. Ius specialiter debet distingui in paternum, & dominatiuum.

1. Ex Arist. quis sic distinguit.

Lib. 5. Eth. c. 6. *2. Ius, siue iustum dicitur per commensurationem ad alterum: alterum autem potest dici dupliciter: primo simpliciter, quod est omnino distinctũ; vt duo homines, quorum vnus non est alterius subiectus, sed ambo sunt sub principe; & circa talem est ius simpliciter, vt ait Arist. secundo, quod non est simpliciter distinctum, sed potius aliquid alterius existens; & sic filius est quasi pars patris, vt Arist. ait: vnde inter eos non est ius simpliciter. Secundus paternum: similiter inter Dominum & seruum, est ius denominatiuum: quia seruus est instrumentum Domini, vt ait Arist.*

Lib. 8. Eth. c. 12. Inter virum & vxorem, cum habeant immediatam relationem ad domesticam communitatem, non est simpliciter ius politicum, vt docet Aristoteles, sed magis iustum œconomicum.

Lib. 1. Pol. c. 3. *Quia vt idem dicit, inter virum & vxorem plus est de ratione iusti, quam inter patrem, & filium, Dominum & seruum.*

Lib. 5. Eth. c. 6. Pertinet ad iustitiam ius suum vnicuique reddere, sed supposita diuersitate vnius ad alterum: & quia quod est filij est patris, & quod est serui est Domini, ideo inter hos non est proprie iustitia, sed tale ius.

†3. Concl. Si filius & seruus considerentur vt quidam homines sunt, ad eos aliquomodo est iustitia: sed prout vterque aliquid alterius est, deficit ibi perfecta ratio iuris, vel iusti.

4. Concl. Potest etiam dici ius militare, magistratuum, aut sacerdotum, non propter defectum a simpliciter iusto, vt patet in paterno, & dominatiuo: sed quia vnicuique secundum proprium officium aliquid proprium debetur.

5. Concl.

Quæstio 58. De iustitia.

Art. 1. Vtrum conuenienter definiatur iustitia, quod est perpetua, & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens.

1. Concl. Conuenienter definitur iustitia, quod est perpetua & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens

1. Quia qui iuristperiti sic definiunt.

2. Cum iustitia sit virtus circa ea, quæ sunt ad alterum tanquam circa propriam materiam, oportet, vt definiatur per actum bonum, circa ea; quæ sunt ad alterum? & hoc tangitur cum dicitur, ius suum cuique tribuens Rursus, vt actus circa aliquam materiam sit virtuosus, requiritur ex ipsa, vt sit voluntarius, ibi includitur scientia, & quod sit stabilis, & firmus, ex Arist. Vnde in definitione ponitur voluntas, & additur de constantia & perpetuitate ad designandam actus firmitatem. Ergo. est bona definitio, actus autem ponitur loco habitus. Vnde oritur talis definitio.

l. 10. etym. 2. Eth. c. 4.

Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit

÷ 2. Concl. Arist. 5. Eth. c. 1. 3. Concl. Voluntas non nominat potentiam, sed actum: & consuetum est, quod habitus definiatur per actus.

Nec iustitia est essentialiter ipsa rectitudo, sed causaliter, quo modo iustitia est voluntas.

4. Concl. Ex parte actus, qui perpetuo durat sola Dei voluntas est perpetua ex parte obiecti, quia homo perpetuo vult facere aliquid, etiam voluntas humana est perpetua.

5 Concl. Dicitur, *perpetua*, ad ostendendum propositum conseruandi per etuo iustitiam: additur, *constans*, vt in proposito firmiter perseueret.

6. Concl. Principes, iudices, &c. reddunt vnicuique suum per modum imperantis, & dirigentis: subditi per modum executionis: & sic iustitia non est solius Principis

7. Concl. lib. de mor. eccl. c. 18. In hoc quod homo Deo seruit, includitur quod reddat vnicuique, quod suum est: ideo Aug. dixit, Iustitiam esse amorem, qui tantum Deo seruit.

Art. 2, Vtrum iustitia semper sit ad alterum

1. Concl. lib. 1. offic. Iustitia ex sui natura habet, quod sit ad alterum.

1. Ex Tullio, qui ait iustitia hominum societatem contineri, quod importat respectum ad alterum.

2. Nomen iustitiæ æqualitatem importat. At nihil est sibi æquale, sed alteri; Ergo.

3 Cum rectitudo iustitiæ sit circa actus humanos, qui sunt suppositorum, necesse est, vt æqualitas ista; quam requirit iustitia, sit diuersorum suppositorum agere potentium, non igitur erit, nisi actus hominis ad alium.

2. Concl. Metaphorice in vno, & eodem homine dicitur esse iustitia, secundum quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & hæ potentiæ obediunt rationi: & vniuersaliter secundum quod cuique parti hominis attribuitur, quod ei conuenit.

† 3. Concl. Arist. 5. Eth. cap. 9. Iustitia, qua iustificatur impius, pertinet ad iustitiam metaphorice dictam, quæ potest inuenire etiam in aliquo solitarie vitam agenti.

4. Concl. Quamuis iustitia Dei non sit ab æterno secundum effectum, quia Deo nihil coæternum est, tamen est ab æterno secundum voluntatem, & propositum æternum.

5. Concl. Actiones, quæ sunt ad seipsum rectificantur rectificatis passionibus per alias virtutes morales: at actiones, quæ sunt ad alterum indigent rectificari speciali virtute, scilicet iustitia.

Art. 3. Vtrum iustitia sit virtus.

Iustitia est virtus.

1. Concl. lib. 2. Mor. cap. 36. *1. Ex Greg. qui eam inter quatuor virtutes numerat.*

2. Illa est virtus, quæ bonum facit habentem, & opus eius perfectum reddit. Huiusmodi est iustitia: quia rectificat operationes humanas, vt Tullius scripsit, Ergo.

† 2. Concl lib. off. Luc. 17. Illud, *Cum feceritis, &c.* intelligitur, quod qui facit, quod debet, non affert vtilitatem lucri ei, cui debet: verum sibi facit, quia virtuose agit,

3. Concl. Necessitas coactionis, quia repugnat voluntati, tollit rationem meriti, at necessitas ex præcepto, & ex fine, non excludit meritum: & sic actus iustitiæ est necessarius.

4. Concl. Iustitia non est circa factibilia, vt ea faciat, quod est artus: sed quia eis vtitur ad alterum.

Art. 4 Vtrum iustitia sit in voluntate, sicuti in subiecto.

1. Concl. Iustitia est in voluntate, sicuti in subiecto.

1. Ex arist. quæst, iustitiam esse rectitudinem voluntatis.

2. Illa potētia est subiectum virtutis ad cuius actum rectificandum virtus ordinatur. At iustitia non est ordinata ad rectificandum actum intellectus quia non dicimur boni ex eo, quod aliquid recte intelligimus; sed quia recte operamur; principium autem proximum actus est vis appetitiua: sed quia appetitum sensitiuum non percipit proportionem rationis ad animam; sed solum ratio, ideo iustitia erit in appetitu rationali, id est in voluntate ad quam pertinet reddere vnicuique quod suum est.

l. 2. eth c. 1. 2. Concl. 3. Quia ab Arist. definitur per actū voluntatis.

Iustitia vocatur veritas; quia rectitudo rationis voluntati impressa propter propinquitatem ad rationem, vocatur veritas.

3 Concl. Ordinare aliquid ad alterum est rationis, quo posito, voluntas potest aliquid velle ad alterum.

4. Concl. Etiam voluntas potest esse subiectum virtutis moralis, cum rationale per participationem conueniat etiam voluntati, quia omnis appetitus obedit rationi.

Art. 5. Vtrum iustitia sit virtus generalis.

1. Concl. Iustitia secundum suam rationem ordinat ad alium, vel singulariter consideratum, vel vniuersaliter, prout qui seruit communitati, seruit omnibus, qui in illa continentur; cui comparantur, vt partes ad totum, ad cuius bonum ordinatur illorum bonum.

2. Concl. l. 3. Eth. c. 1. Iustitia, prout ordinat hominem ad bonū commune, est virtus generalis.

1 Ex Aristot. qui eam vocat communem virtutem.

2. Quia sub hac ratione ordinat actus cuiuscunque virtutis, siue ordinantis hominem ad seipsum, siue ad alias personas singulares, quarum bonum est ordinabile in commune bonum.

3 Concl. Talis iustitia dicitur legalis.

Quia per eam bonus concordat legi, cuius est ordinare actus omnium virtutum in bonum commune.

† 4 Concl. Iustitia connumeratur alijs virtutibus, vt est specialis virtus, ad aliud singulariter consideratum.

5. Concl Temperantia, est fortitudo sunt in appetitu sensitiuo circa bona particularia: ideo non sunt generales virtutes, vt iustitia, quæ est in appetitu intellectiuo.

6. Concl. Si iustitia ordinetur commune, malum erit peccatum commune.

1. Ioannis 3. Omne peccatum est iniquitas.

Art. 6. Vtrum iustitia secundum quod est generalis sit idem per essentiam cum omni virtute.

1. Concl. Iustitia generalis non est idem per essentiam cum omni virtute.

lib. 5. Eth. c. 1. & lib. 3. Pol. c. 3. 1. Quia vt ait Arist. non est eadem virtus boni viri, & boni ciuis.

2. Iustitia legalis non dicitur virtus generalis per prædicationem, vt animal de homine & bruto; sed secundum virtutem, prout causa vniuersalis dicitur generalis ad suos effectus in quantum, scilicet ordinat ad actus aliarum virtutum in suum finem, quod est mouere per imperium omnes actus virtutes. Vnde vt caritas dicitur generalis, vt ordinat actus virtutū ad bonum vltimum, quod est eius obiectum, & tamen est specialis virtus, sic iustitia legalis: quæ in Principe est architectonice, in subditis secundarie, & administratiue.

2. Concl. lib. 5. Eth. Illud Arist, quod virtus, & iustitia & legalis sunt idem omni virtuti, intelligitur, quod quælibet virtus potest dici iustitia legalis, vt ab ea ordinatur in bonum commune, & vt est ab ea imperata: & sic iustitia legalis est idem in essentia cum omni virtute, sed differunt ratione. Vnde patet ad primum, & secundum.

† 3. Concl. Quælibet virtus ordinat actum ad propriū finem, si autem ordinetur ad vlteriorem finem, hoc debet esse a superiore virtute; & ideo debet dari ista superior virtus ab alijs distincta; quæ est iustitia legalis.

Artic. 7. Vtrum sit aliqua iustitia particularis præter iustitiam generalem.

1. Concl Hom. 15. in Matt. Præter generalem iustitiam debet esse aliqua iustitia particularis.

Ex Chrys. qui ponit vniuersalem & particularem iustitiam.

2. Cum virtus legalis non sit essentialiter omnis virtus, oportet, vt præter eam, quæ ordinat immediate ad bonum commune, sint aliæ virtutes, quæ ordinent hominem ad particularia bona. Ergo sicut dantur particulares virtutes, quæ ordinant hominem in seipso, scilicet temperantia, fortitudo, & ita præter legalem iustitiam debet dari iustitia quædam particularis, quæ cum ordinet circa particulare bonum personæ.

† 2. Concl. Legalis ordinat hominem sufficienter, quantum ad bonum commune immediate; ad particularem autem personam, mediate: vnde debet esse particularis iustitia, quæ immediate ad hoc hominem dirigat.

Arist lib. 1. Pol. c. 3. 3. Concl: Bonum commune ciuitatis, & bonum cōmune vnius personæ non solum differunt vt multum, & paucum, sed etiam secundum

forma-

formalem differentiam : & ideo requirunt diuersas virtutes.

4. Concl. Li 5. Eth. c. 6.

Circa multitudinem domesticam, quæ constituitur per coniunctionem vxoris & viri, patris & filij, domini & serui, non est simpliciter iustitia sed eius species, œconomica.

Art. 8. Vtrum iustitia particularis habeat materiam specialem.

1. Concl. Lib 5. Eth c. 2.

Iustitia particularis habet materiam specialem.

1. Ex Arist. qui ait esse circa communicationem vitæ.

2. Omnia, quæ rectificari possunt per rationem, sunt materia virtutis; & hæ sunt tam interiores animi passiones secundum quas consideratur rectitudo hominis ad seipsum quam exteriores actiones, & res, secundum quas attenditur ordinatio vnius hominis ad alterum. At iustitia ordinat solum ad alterum. Ergo non est circa totam materiam virtutis, sed habet speciale obiectum.

† 2. Concl.

Iustitia essentialiter pertinet ad vnam partem animæ id est ad voluntatem: indirecte autem, & per redundantiam ad omnes alias animæ partes.

3. Corol. Li. 38. 9. q. 61.

Cum Aug. ait iustitiam in omnes virtutes diffundi, non accipit iustitiam prout est circa certam materiam, sed secundum quosdam generales modos virtutis.

4. Concl.

Passiones interiores, secundum se non ordinantur ad alterum, vnde falsum est quod per omnia quæ sunt huius vitæ homo possit ordinari ad alterum.

Art 9. Vtrum iustitia sit circa passiones.

1. Concl. Li 5. Eth. c. 1.

Iustitia non est circa passiones.

1 Ex Aristo. qui ait esse circa operationes.

2. Quia est in voluntate; cuius actus, vel motus non sunt passiones; vt motus appetitus sensitiui.

3. Iustitia est circa ea, quæ sunt ad alterum. At passiones non mediate non sunt ad alterum. Ergo.

† 2. Concl. 2. Eth. c. 3. Arist. 7. Eth. c. 11.

Illud, Virtutes esse circa voluptates, & tristitias, non intelligitur, quod quælibet moralis virtus sit circa illa, vt circa materiam sed vt ad quosdam fines consequentes: quod etiam pertinet ad iustitiam: quæ de istis operibus gaudet.

3. Concl.

Rectificatio operationum, secundū quod ad exteriora terminantur, pertinet ad iustitiam: sed rectificatio earum, vt a passionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes, quæ sunt circa passiones.

4. Concl.

Iustitia legalis potest se extendere ad passiones interiores, quia ordinatur ad bonum commune, & se extendit ad alias virtutes: non sic iustitia particularis.

Articul. 10. Vtrum medium iustitiæ sit medium rei.

1. Concl. Lib. 2. eth. c 6.

Iustitia habet medium rei.

1. Ex Arist. qui assignat medium iustitiæ secundum proportionem arithmeticam, quod est medium rei.

2. Cum materia iustitiæ sit exterior operatio, secundum quod ipsa, vel res cuius est, habet debitam proportionem ad alteram personam, ideo medium iustitiæ consistit in quadam proportionis æqualitate rei exterioris ad personam exteriorem. At æquale est realiter medium inter maius, & minus, vt ait Arist. Ergo.

2. Concl. Lib. 10. me. tex. 18.

In alijs virtutibus moralibus est tantum medium secundum rationē quoad nos: quia sunt circa passiones, quarum rectificatio attenditur secundum cōparationem ad ipsum hominem, cuius sunt passiones.

† 3. Concl.

Medium rei est etiam medium rationis, & ita in iustitia saluatur ratio virtutis moralis.

4. Concl.

In bonis simpliciter, quæ sunt omni ex parte bona, vt virtutes, non est accipere mediū, aut extrema, in illis autem quæ sunt bona sua natura, & tamen ex abusu possunt esse mala, vt diuitiæ, &c. est dare medium, & extrema: & de his est iustitia.

5. Concl.

Æquare iniuriam Principi & personæ priuatæ illatam, per vindictam, non solum pertinet ad diuersitatem rationis, sed etiam rei.

Art. 11. Vtrum actus iustitiæ sit reddere vnicuique, quod suum est.

1. Concl. Lib. 1. de off 6. 24.

Proprius actus iustitiæ est reddere vnicuique quod suum.

1. Iustitia, ait Ambr. est quæ, vnicuique, quod suum est tribuit.

2. Materia iustitiæ est operatio exterior, vt ipsa, vel res proportionatur alteri personæ ad quam iustitia ordinatur. Ad hoc dicitur esse suum vnius-cuiusque personæ, quod ei secundum proportionis æqualitatem debetur. Ergo.

† 2. Concl

Subuenire miseris, attribuitur iustitiæ per quandam reductionem, inquantum, cum sit virtus Cardinalis, aliquæ secundariæ virtutes ei adiunguntur, vt misericordia, & liberalitas. &c. vnde patet etiam ad secundum.

1. Concl.

Cum iustitia principaliter exerceatur in voluntarijs commutationibus: ideo omne superfluū in his circa quæ versatur, vocatur

extenso nomine lucrum, & omne minus dānum, quæ nomina deriuantur ad omnia: circa quæ potest esse iustitia.

Artic. 12. Vtrum iustitia præeminet inter omnes virtutes morales.

1. Concl. Iustitia legalis est præclarior inter omnes virtutes morales.

1. Ex Arist. qui ait esse hespero, & lucifero admirabiliorem.

Quia est circa bonum commune quod præeminet bono vnius personæ.

2. Concl. Etiam iustitia particularis præcellit inter alias virtutes morales

l. 5. eth c. 1. l. 1. de coel. *1. Ex Tul. in iustitias plendor est maximus, ex qua viri boni nominantur.*

2. Quia est in voluntate, alia vero morales in appetitu sensitiuo.

l. 5. eth. c. 1. l. 1. c. 9 *3. Aliæ virtutes laudantur solum secundum bonum ipsius virtuosi, iustitia autem laudatur etiam prout virtuosus ad alium bene se habet: vnde iustitia est quodammodo bonum alterius. & ideo est maxima virtus, vt docet Aristot. in Rhet. cum sit benefactiua.*

† 3. Concl. Quamuis liberalis de suo det: tamen considerat ibi propriæ virtutis bonum: at iustitia dando quod suum est, intendit bonum commune, & sic est præstantior, & obseruatur ad omnes, non sic liberalitas.

4. Concl. Licet magnanimitas superueniendo iustitiæ augeat eius bonitatem: non tamen est iustitia præstantior, cum sine ipsa nec virtutis rationem haberet.

5. Concl. Fortitudo consistit circa difficiliora; sed non circa meliora, cum in bello tantum sit vtilis iustitia autem in bello, & pace.

Quæstio 59, De iniustitia.

Artic. 1. Vtrum iniustitia sit vitium speciale.

1. Concl. IN iustitia prout dicit inæqualitatem ad alterum est speciale vitium.

1. Quia opponitur iustitiæ, quæ est specialis virtus.

2. Cum dicatur secundum inæqualitatem quandam ad alterum, cum quis sibi plus habere debeat, habet specialem materiam. Ergo.

2. Concl. In iustitia legalis secundum essentiam est speciale vitium: quia respicit speciale obiectum, scilicet bonum commune, quod contemnit, sed quantum ad intentionem est vitium generale.

1. Quoniam potest homo ad illa ab omnia peccata deuenire.

Quia omnia vitia vt repugnãt communi bono, habent rationem iniustitiæ.

† 3. Concl. 1. Ioan. 3 Omne peccatum dicitur iniquitas; vt repugnat bono diuino.

4. Concl. Indirecte particularis iniustitia opponitur omnibus virtutibus, vt exteriores actus pertinēt ad iustitiam, & ad alias virtutes, sed diuersimodo.

5. Concl. Iustitia perficit voluntatem suam quantum ad operationes, quæ sunt ad alterum, similiter iniustitia, & ideo est speciale vitiū.

Artic. 2. Vtrum aliquis dicatur iniustus ex hoc quod facit iniustitiam.

1 Concl. Potest aliquis iniustum facere, id est, inducere inæquale, quod est iniustitiæ obiectum & non esse iniustus.

Aliquis iniustum facit, ait Arist. & non est iniustus.

2. Concl. l. 5. eth. c. 6. Qui inducit inæquale præter intentionē, facit iniustum, sed non est iniustus; Neque actus est iniustificatio: quia operatio recipit speciem ab obiecto per se non ab obiecto per accidens, cuiusmodi est id, quod fit præter intentionem: quare ob defectum comparationis ipsius operationis ad obiectum proprium, solum facit iniustum materialiter.

3. Concl. Qui ex aliqua passione puta, iræ, indudit inæquale, facit iniustum, sed non est iniustus, id est: non ex habitu iniustitiæ, ob defectum comparationis operationis ad habitum.

4 Concl. Facere iniustum ex intentione, & electione est proprium iniusti, prout iniustus dicitur qui habet iniustitiæ habitum

† 5. Concl. Si obiectum accipiatur materialiter, & per accidens, non specificat habitum vt accidit in eo, qui præter intentionem facit iniustum.

6. Concl. l. 5. eth. c. 4 Facere iniustum ex electione, quasi quid per se placens est proprium habentis habitu iniustitiæ: & hoc voluit Arist.

7. Concl. Obiectum temperantiæ non est quid exterius constitutum: vnde non potest dici, intemperatum per accidens, aut materialiter, vt accidit in iustitia: vnde quicunque facit aliquid intemperatum, dicitur intemperans.

Artic. 3. Vtrum aliquis possit pati iniustum volens.

1. Concl. Iniustum per se, & formaliter loquendo nullus potest facere, nisi volens & pati, nisi nolens.

1. Iniustum patiens est oppositum ei, quod est iniustè facere. Sed nemo facit iniustum, nisi volens. Ergo non patitur nisi nolens.

2. Idem secundum idem non potest esse agens, & patiens: quia actio est ab agente; passio autem secundum suam rationem est ab alio. At homo tunc proprie, & per se est agens, cum volens facit quia principium faciendi est voluntas; & è converso, tunc proprie patitur cum præter voluntatem patitur; quia ut volens habet principium in seipso, & est agens. Ergo.

2. Concl. Per accidens, & quasi materialiter loquendo potest aliquis, id, quod est ex se iniustum, vel facere nolens, vt cum præter intentionẽ operatur, vel pati volens, vt cum aliquis alteri plus dat sua voluntate, & quam debeat.

†3. Concl. Qui sua voluntate dat alicui id, quod non debet, non facit iniustitiam, aut inæqualitatem, quia per voluntatem possidet res.

4. Concl. Persona singularis ex se considerata, si inferat sibi nocumentum, peccat, vel contra temperantiam, vel prudentiam, &c. non autem contra iustitiam: vt est aliquid ciuitatis, vel Dei, iniuriam facit, non sibi, sed ciuitati, & Deo.

5. Concl. Aliquem facere iniustum, & alium pati, materialiter, semper se concomitantur, sed formaliter potest aliquis facere iniustum, quia ex intentione facit, & alius non pati quia volens patitur, & contra.

Articul. 4. Vtrum quicunque facit iniustum peccet mortaliter.

1. Concl. Facere iniustum ex genere suo est peccatum mortale.

1. Quoniam est contra præceptum legis Dei: nam, vel reducitur ad furtum, vel ad aliquod huiusmodi.

2. Quod ex se contrariatur caritati, est peccatum mortale. At omne nocumentum alterius illatum per se caritati repugnat, & iniustitia semper est cum nocumento alterius. Ergo

†2. Concl. Lib. 5. eth. c. 8. Cum Arist. ait, *esse dignum venia qui ignoranter iniusta facit*, intelligitur de ignorantia facti, quæ veniam meretur, non de ignorantia iuris, quæ non excusat.

3. Concl. Qui in paruis est iniustus, prout putatur, quod non sit omnino contra voluntatem eius, qui patitur, non grauiter peccat.

4. Concl. Peccata, quæ sunt contra alias virtutes nõ sunt semper in nocumentum alterius, vt iniustitiam, & ideo non sunt semper mortalia.

Quæstio 60. De Iudicio.

Art. 1 Vtrum iudicium sit actus iustitiæ.

1. Concl. Iudicium, quod importat rectam determinationẽ eius, quod est iustum, proprie pertinet ad iustitiam.

1. Psal. 93. quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.

2. Iudicium importat secundum nominis impositionem definitionem, vel determinationem iusti, quia nominat actum iudicis, qui est quasi iusta dicens. quod est obiectum iustitiæ. Sed quod quis rectè definiat in actibus virtuosis, pertinet ad habitum virtutis. Ergo quod importat iustum proprie, &c. Vnde homines confugiunt ad iudicem, quasi ad iustitiam animatam. Arist. l. 5. eth. c. 4.

2. Concl. Iudicium significat rectam determinationem, respectu virtutis iudicantis, vt est actus rationis, at respectu dispositionis est actus illius virtutis, ad quam pertinet id de quo iudicatur.

3. Concl. Spiritualis iudicat quidem omnia, sed secundum regulas diuinas, de quo iudicio non loquimur. 1. Cor. 2.

4. Concl. Iudicium specialius pertinet ad iustitiam, quam ad aliam virtutem: quia homo est Dominus eorum quæ ad ipsum, non eorum, quæ ad alium spectant, de quibus est iustitia: vnde requiritur iudicium superioris, qui vtrunque possit arguere.

5. Concl. Iudicium non pertinet ad iustitiam simpliciter, sed tantum, vt est principaliore modo in præsidente.

Art. 2. Vtrum sit licitum iudicare.

1. Concl. Iudicium intantum est licitum, inquantum est actus iustitiæ, ad quod tria requiruntur: primo vt procedat ex inclinatione iustitiæ: secundo ex auctoritate præsidentis: tertio vt proferatur secundum rectam rationem prudentiæ.

2. Concl. Tunc iudicium est malum, cum quodcunque horum defecerit: si defit inclinatio iustitiæ, dicitur peruersum vel iniustum: si auctoritas, vsurpatum: si recta ratio vt cum quis iudicat de dubijs, vel occultis propter leues coniecturas, dicitur temerarium, vel suspitiosum. Deut. 16.

†3 Concl. Illud, *velle iudicare*, intellige de iudicio temerario, vel de iudicio de rebus diuinis. Matt. 7.

4 Concl. Licet Deus sit omnium Dominus tamen iudex potest iudicare, quia constituitur vt minister Dei.

5 Concl. Qui sunt in grauibus peccatis publicis non debent iudicare eos, qui sunt in eisdem, Deut. 1. Hom. 24 in Matt.

vel

si propter aliquid, quod sibi inordinate placet, tamen quantum ad sui conformationem pertinet ad defectum rationis, qua fallitur dum repudiat id quod recte acceperat, Ergo.

2. Concl. Vt præceps ratio est circa actum consilij, & inconsideratio circa actum iudicij, ita inconstantia circa actum præcepti.

† 3. Concl. Inconstantia contrariatur etiam fortitudini, prout bonum prudentiæ participatur omnibus virtutibus moralibus.

4 Concl. Ira, & inuidia faciunt inconstantiam ex parte appetitiuæ virtutis: vnde inconstantia habet tantum principium, vt dictum est.

5. Concl. Continentia, & perseuerantia non sunt in vi appetitiua, sed in ratione, licet continens patiatur peruersas concupiscentias, & perseuerans graues tristitias: quia ratio firmiter in vtroque persistit. Vnde continentia & perseuerantia sunt species constantiæ ad rationem pertinentes, ad quam pertinet etiam inconstantia.

Art. 6. Vtrum prædicta vitia orientur ex luxuria.

1. Concl. l. 13. c. 13. Prædicta vitia maxime oriuntur ex luxuria.

1. *Ita docet Gregor. in Mor. l.*

2. *Defectus prudentiæ, & cuiuslibet intellectualis virtutis prouenit ex sensibili delectatione, quia delectatio maxime corrumpit æstimationem prudentiæ, cuius perfectio consistit in abstractione à sensibilibus. At delectatio maxime est in venereis, quæ totam animam absorbent. Ergo.*

† 2. Concl. Inuidia causat inconstantiam perturbando rationem ad aliud: sed luxuria totaliter extinguendo iudicium rationis.

3. Concl. Duplicitas, vt importat versibilitatem animi ad diuersa, est quoddam consequens ad luxuriam, cum per se ad dolositatem pertineat.

4. Concl. Etsi vitia spiritualia sint rationi propinquiora, quam carnalia tamen carnalia tanto magis extinguunt iudicium rationis, quanto longius abducunt à ratione.

Quæstio 54. De Negligentia.

Art. 1. Vtrum Negligentia sit peccatum speciale.

1. Concl. QVædam vitia dicuntur specialia, *quia sunt circa specialem materiam*: quædam propter specialitatem actus se extendentis ad omnem materiam: vt sunt omnia vitia, quæ sũt circa actum rationis: *quia quilibet actus rationis se extendit ad quamlibet materiam moralem.*

Negligentia est peccatum. 2. Concl.

Quia importat defectum debitæ solicitudinis, & omnis defectus est peccatum.

Negligentia est speciale peccatum. 3 Concl.

1. Quia peccata ex negligentia, opponuntur peccatis ex contemptu.

2. Quia opponitur speciali virtuti, scilicet solicitudini: quare erit speciale peccatum, sicuti solicitudo est specialis actus virtutis.

† 4 Concl. Diligentia & solicitudo requiruntur ad quamlibet virtutem, inquantum in vnaquaque requiruntur debiti actus rationis.

5. Concl. Licet negligentia inueniatur aliqualiter in omnibus peccatis, tamen est speciale peccatum propter defectum specialis actus rationis.

6. Concl Negligentiæ materia proprie, sunt bona, quæ quis agere debet, non quod sint bona dum negligenter aguntur, sed quia in eis negligentiam accidit defectus bonitatis.

Art. 2. Vtrum negligentia opponatur prudentiæ.

Negligentia opponitur prudentiæ.

1. Concl. *1. Ecc. 20 Lasciuus, & imprudens non obseruant tempus.*

2. Directe opponuntur solicitudini. At rectitudo solicitudinis pertinet ad prudentiam, Ergo.

Is. 10. etym. c. 13. 3. *Negligens ex Isid. dicitur quasi, non eligens. At recta electio pertinet ad prudentiam. Ergo.*

† 2. Concl. Negligentia consistit in defectu interioris actus, ad quem pertinet etiam electio: ideo non est idem quod pigritia, & torpor, quæ magis pertinent ad executionem actus.

3. Concl. Omissio pertinet ad exteriorem actum, & est effectus negligentiæ, & opponitur iustitiæ, non sic negligentia.

4. Concl. Negligentia est circa actum præcipiendi aliter, ac inconstantia: nam inconstans deficit tanquam ab alio impeditus: negligens ex propria voluntate.

5. Concl. *Eccl. 7.* Timor Domini facit negligentiam vitare, non quod ei directe negligentia opponatur, sed prout excitat homines ad actus rationis.

Art. 3. Vtrum negligentia possit esse peccatum mortale.

1. Concl. Negligentia dupliciter potest esse peccatum mortale, vel cum praetermittitur aliquid, quod est de necessitate salutis, siue sit actus, siue circumstantia: vel cum voluntas ita est remissa circa ea, quæ Dei sunt, vt totaliter a caritate deficiat: & hoc præcipue quando est ex contemtu.

Prouer 19. qui negligit vitam suam, mortificabitur.

Si prætermissio actus, vel circunstantiæ, quæ non sunt de necessitate salutis, nec fiat ex contemptu, erit veniale peccatum.

Minor amor potest accipi, vel per defectum feruoris caritatis, & sic causatur negligentia, quæ est peccatum veniale vel per defectum caritatis, vt cum diligitur Deus solũ amore naturali, & hæc negligentia est peccatum mortale.

Parua oblatio, quæ purgat negligentias si humili mente & pura dilectione fiat, purgat etiam peccata mortalia.

Sacrificiorum oblatio in lege, erat quædam publica protestatio peccati, quæ non est facienda de peccato occulto, vt est negligentia, ideo non erat sacrificium pro hoc peccato.

Quæstio 55. De vitijs oppositis prudentiæ.

Art. 1. Vtrum prudentia carnis sit peccatum.

PRVDENTIA carnis est peccatum.

1. Ex Paulo, qui ait esse inimicam Deo.

2. Prudentia carnis dicitur secundum quod aliquis bona carnis habet, & vltimum finem. Ad hoc est peccatum, quia per hoc homo inordinatur à vltimo fine Ergo.

Quamuis prudentia simpliciter dicta sit virtus, & sit bona: tamen aliquo addito potest esse mala, & sic sit prudentia carnis.

Tunc licite amatur caro, cum ordinatur ad bonum animæ: at si in bono carnis constituatur finis, est inordinata dilectio, ad quã ordinatur prudentia carnis.

Dicitur etiam prudentia mundi, quia etiam mundus tentat per modum appetibilis; non dicitur prudentia dæmonis: quia ipse non tentãt per modum appetibilis, ad quem finem habet ordinem prudentia sed per modum suggestionis. Potest etiam dici esse triplicem prudentiam, sicut sapientia Iac. 3. sapientia terrena, animalis, & diabolica, cum prudentia sit quædam sapientia.

Artic. 2. Vtrum prudentia carnis sit peccatum mortale.

Si prudentia carnis accipiatur secundum rationem particularis prudentiæ, id est in ordine ad aliquem finem particularem, puta ad negotia, est peccatum veniale.

1. Quod diminuit peccatum, non importat de se rationem peccati mortalis. Ad caute prosequi, quæ pertinent ad curam carnis quod ad prudentiam carnis pertinet, minuit peccatum. Ergo.

2. Quoniam contingit quandoque, vt aliquid inordinate afficiatur delectatione carnis, sine hoc quod homo auertatur à Deo. Ergo.

Si prudentia carnis accipiatur secundum absolutam prudentiæ rationem scilicet in ordine ad finem totius vitæ, ita vt in cura carnis constituatur vltimus finis, est peccatũ mortale.

Quia per hoc homo auertitur à Deo cum non possint esse, duo fines vltimi.

Prudentia carnis quæ non est subiecta legi, est illa, quæ constituit finem in carne.

Prudentia carnis non importat peccatum in Spirit. sanct. quasi is, qui eam habet non possit subijci Spirit. sanct. sed ipsa prudentia est, quæ non potest subijci Deo.

Non oportet, vt id, quod opponitur prudentiæ sit grauissimum; quia prudentia participatur ab omni virtute: sed solum cum opponitur in aliquo maximo.

Art. 3 Vtrum astutia sit speciale peccatum.

Astutia est speciale peccatum, prudentiæ oppositum, à prudentia carnis distinctum.

1. Non ambulantes in astutia, ait Paul.

2. Sicut dupliciter erratur in speculatiuis, vel quia inducitur ratio ad conclusionem falsam, quæ apparet vera, vel quia ratio procedat ex falsis, sic contra prudentiam peccatur vel quia finis rationis ordinatur ad finem non vere bonum, sed apparentem, & hoc pertinet ad prudentiam carnis; vel quia ad finem non vtitur veris vijs sed apparentibus, quod spectat ad peccatũ astutiæ. Ergo.

Sicuti prudentia accipitur aliquando in malo, sic astutia in bono, sed proprie est de malo, vt docet Arist.

Etiamsi astutia sit ad bonum finem, est peccatum, quia ad bonum finem, nõ est perueniendum falsis vijs.

Greg. comprehendit sub prudentia mundi omnia, quæ possunt pertinere ad falsam prudentiam, vnde etiam astutiam.

Articul. 4 Vtrum dolus sit peccatum ad astutiã pertinens.

Dolus est peccatum ad astutiam pertinẽs, prout importat astutiæ executionem.

1. Astutia ordinatur ad circumuenidum, vt patet ex Paulo. Sed ad hoc ordinatur etiam dolus. Ergo

1. Concl.
3. Concl.
Prou. 8.
1. Concl.
2. Concl.
Ephes. 5.
Ephes. 4.
1. Concl.
2. Cor. 4.
3. Concl.
Prou. 1.
3. Concl. lib. 6. Eth. c. 11.
4 Concl. lib. 10. Mo. cap. 27.
1. Concl.
Ephes. 4

2. *Cum ad astutiam pertineat assumere vias similitatis ad aliquem finem, si huiusmodi assumptio consideretur in excogitatione talium viarũ, proprie pertinet ad astutiam: si secundum executionem operis, proprie pertinet ad dolum. Ergo.*

1. Cor. 12. † 2. Concl. Psal. 5. 104. 3. Concl.

Dolus aliquando accipitur in bono, & sic datur in viris perfectis.

Cum dolus sit executio astutiæ principaliter consistit in verbis: reperitur etiam in factis, & in corde, prout quis dolos excogitat.

4. Concl.

Dolus in corde pertinet ad astutiam, prout qui cogitat malum facere, excogitat aliquas vias, vt suum propositum impleat: licet interdum sine dolo per violentiam, quis malum inferat.

Artic. 5. Vtrum fraus ad astutiam pertineat.

Fraus ad astutiam pertinet.

1. Concl. Iob. 15.

1. *Fraus ordinatur ad deceptionem, vt patet ex Iob, & ad idem ordinatur astutia Ergo.*

2. *Fraus magis proprie pertinet ad executionem astutiæ, vt sit per facta, quam dolus qui sit etiam per verba. Ergo.*

† 2. Concl 1. Cor. 6.

Illud, *Quare non magis fraudem patimini?* non intelligitur quod fideles decipiantur in cognoscendo, sed quod sustineant iniurias fraudolenter illatas.

3. Concl.

Nihil prohibet defraudationem pertinere ad auaritiam, & illiberalitatem: cum executio astutiæ possit fieri per multa vitia.

4. Concl.

Iusto Dei iudicio prouenit, vt quod aliqui contra alios moliuntur, contra eos retorqueatur, non autem ex intentione ipsorum.

Art. 6. Vtrum licitum sit solicitudinem habere de temporalibus rebus.

1. Concl.

Solicitudo importat quoddam studiũ ad aliquid consequendum: & maius studium adhibetur vbi est maior timor deficiendi, vbi vero minor remittitur solicitudo.

2. Concl.

Solicitudo temporalium rerum tripliciter potest esse illicita.

3. de oper. monach. c. 26.

1. Si temporalia tãquam finem quæramus, ex August.

2. Propter superfluum studium, quod opponitur ad ea procuranda, propter quod quis retrahitur à spiritualibus.

Mat. 13.

3. Ex parte timoris superflui, quãdo quis timet, ne faciendo quod debet sibi necessaria deficiant; quod Dominus excludit: primum propter maiora beneficia homini diuinitus præstita, deinde propter subuentionem, qua Deus, animalibus, & plantis subuenit: postea ex diuina prouidentia: propter cuius ignorantiam gentiles soliciti erant. Vnde concludit, nostram solicitudinem debere esse de spiritualibus bonis, sperantes; quod etiam temporalia nobis proueniant, si fecerimus, quod debemus.

Math. 6. Psalm. 3.

Temporalia bona sunt subiecta homini, vt eis vtatur ad necessitatem, non autem, vt superflue circa ea solicitetur.

3. Concl.

Solicitudo eius, qui corporali labore panẽ acquirit, non superflua, si sit moderata, & de hac loquitur Paul. Vnde Hieron. labor exercendus est, solicitudo tollenda.

4. Concl. 2 Thes. 3.

Solicitudo temporalium in operibus misericordiæ ordinatur ad finem caritatis, & id eo est licita, nisi sit superflua.

5. Concl. 2. Tim. 2.

Artic. 7. Vtrum quis debeat esse solicitus futurorum.

Nemo debet esse solicitus, futurorum.

1. Concl. Matt. 6. Eccl. 8.

1. *Nolite solliciti esse in crastinum, id est de futuro.*

2. *Omni negotio, tempus est opportunitas, cum debitum tempus sit circumstantia virtuosi actus, quod non solum in exterioribus operibus, sed etiam in interiori solicitudine locum habet. Ergo sicut quis tempore aptatis de vindemia esset solicitus superflue occuparet futuri temporis solicitudinem, ita de reliquis: quia quod libet tempus habet propriam solicitudinem: Crastinus enim solicitum erit sibi ipsi; & sufficit diei malitia sua, id est afflictio solicitudinis.*

Prou. 6.

Illud, vade ad formicam, intelligitur, quod sicut formica habet solicitudinem congruam tempori, ita & nos, &c.

2. Concl.

Ad prudentiam pertinet prouidentia debita futurorum, quæ esset inordinata si superflua quis quæreret vltra necessitatem vitæ: vel si tempus solicitudinis præoccuparet.

3. Concl.

Non est solicitus de crastino, qui propter imminentem famem prouidet sibi necessaria: quia hoc Dominus & Apostoli fecerunt. Vnde non prohibetur, si quis humano modo ista procuret, sed si propter ista non militet Deo.

4. Concl Ioan. 12.

Art. 8. Vtrum huiusmodi vitia oriantur ex auaritia.

Prædicta vitia maxime ex auaritia oriuntur.

1. Concl. lib. 11. c. 31.

1. *Ex Greg. in Moralibus.*

2. *Cum habeant quandam similitudinem cum prudentia in aliquali vsu rationis; & vsus rationis maxime consistat in astutia, ideo vsus rationis indebitus maxime apparet in vitijs oppositis astutiæ. At astutia maxime opponitur auaritiæ. Ergo.*

In præ-

4. Eth 3. In prædictis vitijs est aliquis vitus rationis, licet inordinatus: & ideo non pertinent directe ad luxuriam, quæ propter vehemẽtiam delectationis totaliter opprimit rationem; quod Aristot. venerem dolosam appellet, intellige secundum quandam similitudinem.

3. Concl. Fraus & dolus non pertinent directe ad superbiam, quæ cum quandam similitudinem magnanimitatis, præse ferat, vult in omnibus manifesta esse: sed potius ad auaritiam, quæ propriam vtilitatem quærit.

4. Concl. Prædicta vitia non sunt absque consilio, licet inordinato, & ideo nõ spectant ad iram, quæ est subitus motus.

Quæstio 57. De præceptis pertinentibus ad prudentiam.

Art. 1. Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi.

. Concl. NOn fuit conueniens, vt inter præcepta decalogi daretur aliquod præceptum ad prudentiam pertinens directe, ad quam tamen omnia præcepta decalogi pertinent, vt est directiua omnium virtuosorum actuum.

1. Quia inter illa non habetur tale præceptum.

2. Licet præcepta decalogi cadant in æstimatione omnium, quæ sunt ad naturalem rationem pertinentia, tamen præcipue sunt de dictamine rationis naturalis: huiusmodi autem est, quæ se habent in agendis, sicut principia naturaliter cognita in speculatiuis. At prudentia non est circa finem, sed circa ea, quæ sunt ad finem. Ergo.

2. Concl. Etsi prudentia sit simpliciter principalior virtus inter morales; tamen iustitia principalius respicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum: vnde præcepta decalogi magis ad eam debuerunt pertinere, quam ad prudentiam.

. Concl. In doctrina Euangelica oportuit de prudentia præcepta dari, quia est doctrina perfectionis, vt homo perfecte instrueretur de omnibus.

4. Concl. Conuenienter præcipitur de actu prudentiæ in veteri testamento, Prouer. 3. & 4.

Quia illa doctrina ordinatur ad præcepta decalogi, sicut ad finem.

Art. 2. Vtrum in veteri lege fuerint conuenienter præcepta prohibitiua proposita de vitijs oppositis prudentiæ.

1. Concl. Conuenienter in veteri lege fuerunt proposita præcepta prohibitiua de vitijs oppositis prudentiæ.

Quia cum iustitia reddat cuique quod suum est, maxime respicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum. At quia astutia, quantum ad executionem, maxime committitur in his circa quæ est iustitia, ideo conuenienter data sunt præcepta prohibitiua de executione astutiæ, & cũ quasi fraude, & dolo alicuius calumniam ingerit.

†2. Concl. Alia vitia non opponuntur directe prudentiæ manifesta contrarietate, vt imprudentia, & partes eius, & ideo non ita pertinent ad iustitiam, nec prohibentur in lege.

3. Concl. Leuit. 19. Deut. 23. Specialiter datur præceptum prohibitiuum de fraude circa emptionem, & venditionem; quia ibi præcipue solet exerceri: licet possit dici, quod omnis fraus sit prohibita in Leuit.

Cap. 19. 4. Concl. Præcepta in lege de actibus iustitiæ, pertinent ad executionem prudentiæ: sicuti prohibitiua præcepta de furto, calumnia, &c. pertinent ad executionem astutiæ.

Quæstio 57. De iure.

Art 1. Vtrum ius sit obiectum iustitiæ.

1. Concl. Lt. 5. etym. Cap. 3. 1. Seth. c. 3. IVs est obiectum iustitiæ.

1. Ius dictum est, quia est iustum, ex Isid. At iustum est obiectum iustitiæ, ex Arist. Ergo.

2. Cum iustitia proprium sit, vt ordinet hominem in his, quæ sunt ad alterum; rectum quod est in eius opere, non constituitur solum per comparationem ad agentem, vt in aliis virtutibus, quæ perficiunt hominem secundum seipsum; sed etiam per comparationem ad aliud; iustum enim est quod respondet secundum aliquam æqualitatem alteri: & ita iustum est rectitudo iustitiæ, ad quam terminatur eius actio: & hoc est eius obiectum. Sed iustum est idem, quod ius. Ergo.

† 2. Concl. Ius primo fuit impositum ad significandam ipsam rem iustam: deinde autem, qua cognoscitur quid sit iustum: deinde locum vbi ius redditur: dicitur etiam ius id, quod redditur ab eo, ad cuius officium pertinet iustitiam facere.

3 Concl. Lex proprie loquendo non est ipsum ius, sed aliqualis ratio iuris, & ideo non est obiectum iustitiæ, sed prudentiæ.

Concl.

Lex diuina non dicitur proprie ius, quia Deo non possumus æquiualens reddere; sed sas, quia sufficit Deo, vt impleamus, quod possumus: tamẽ iustitia in hoc tendit, vt homo, quantum potest Deo recompensẽt, totaliter animam ei subijciendo.

Artic. 2. Vtrum ius conuenienter diuidatur, in ius naturale & ius positiuum.

Concl. Ius conuenienter diuiditur in ius naturale, & ius positiuum.

1. Politicorum iusti, aut Arist. hoc quidem naturale est, hoc autem legale.

Concl. *2. Ius, siue iustum est opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum. At quod aliquid sit homini adæquatũ, contingit, vel ex ipsa natura rei, cum tantum quis dat, vt tantundem recipiat; & hoc est ius naturale: vel ex condicto, siue ex communi placito; quod contingit, aut per priuatum condictum, quod firmatur inter priuatas personas, aut per publicum, cum totus populus constituit aut ordinatur a principe, & hoc dicitur ius positiuum. Ergo.*

2. Concl. Quod est naturale, homini non est immutabile, cum natura hominis mutabilis sit: ideo ius naturale potest variari, vt aliquando non sit reddendum depositum ebrio, &c.

Concl. Arist. lib. 5. c. 7. Voluntas humana ex communi condicto potest aliquid facere iustum in his, quæ secundum se non habent repugnantiam ad naturalem iustitiam.

Concl. Ius diuinum partim est de his, quæ sunt naturaliter iusta, quorum tamen iustitia homines latet; partim de his, quæ sunt iusta institutione iusta diuina. Vnde etiam hoc ius potest diuidi, vt ius humanum: cum in lege diuina sint quædã præcepta, quia bona; & prohibita, quia mala; & quædam bona, quia præcepta; & mala, quia prohibita.

Art. 3. Vtrum ius gentium sit idem cum iure naturali.

Concl. Ius gentium non est idem cum iure naturali si naturale sumatur secundum absolutam sui considerationem.

1. 5. etym. 4. *1. Ex Isid. ius aut est naturale, aut ciuile, aut gentium. Ergo.*

2. Ius naturale est commune omnibus animalibus, ius autem gentium solum hominibus. Ergo

Concl. Si ius naturale sumatur secundum aliquid, quod ex ipso sequitur, cuiusmodi est possessionum proprietas, &c. ius gentium est idem cum iure naturali.

Quia considerare aliquid ad id, quod ex ipso sequitur, est proprium rationis. Ergo ideo est homini naturale, cum ratio id dictat. Quare, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & apud omnes gentes custoditur, ius gentium vocatur.

3. Concl. Seruitus, quæ pertinet ad ius gentium, non est naturalis primo modo, scilicet absolute considerato iure, sed secundo modo.

4. Concl. Ius gentium non indiget aliqua speciali institutione.

Quia, quæ sunt huiusmodi, ratio naturalis dictat.

Artic. 4. Vtrum debeat specialiter distingui in paternum, & dominatiuum.

1. Concl. Ius specialiter debet distingui in paternum & dominatiuum.

1. Ex Aristot. qui sic distinguit.

Lib. 5. Eth. c. 6. *2. Ius, siue iustum dicitur per commensurationem ad alterum: alterum autem potest dici dupliciter: primo simpliciter, quod est omnino distinctum; vt duo homines, quorum vnus non est alteri subiectus, sed ambo sunt sub principe; & circa talem est ius simpliciter, vt ait Arist. secundo, quod non est simpliciter distinctum, sed potius aliquid alterius existens; & sic filius est quasi pars patris, vt Arist. ait: vnde inter eos non est ius simpliciter. Secundo paternum: similiter inter Dominum & seruum, est ius denominatiuum: quia seruus est instrumentum Domini, vt ait Arist.*

Lib. 8. Eth. c. 12. Inter virum & vxorem, cum habeant immediatam relationem ad domesticam communitatem, non est simpliciter ius politicum, vt docet Aristoteles, sed magis iustum œconomicum.

Lib. 1. Pol. c. 3. *Quia vt idem dicit, inter virum & vxorem plus est de ratione iusti, quam inter patrem, & filium, Dominum & seruum.*

2. Concl. Pertinet ad iustitiam ius suum vnicuique reddere, sed supposita diuersitate vnius ad alterum: & quia quod est filij est patris, & quod est serui est Domini, ideo inter hos non est proprie iustitia, sed tale ius.

Lib. 1. Pol. c. 7. Si filius & seruus considerentur vt quidam homines sunt, ad eos aliquomodo est iustitia: sed prout vterque aliquid alterius est, deficit ibi perfecta ratio iuris, vel iusti.

Lib 5. Eth. c. 6. Potest etiam dici ius militare, magistratuum, aut sacerdotum, non propter defectum a simpliciter iusto, vt patet in paterno, & dominatiuo: sed quia vnicuique secundum proprium officium aliquid proprium debetur.

3. Concl.

4. Concl.

5. Concl.

Quæstio 58. De iustitia.

Art. 1. Vtrum conuenienter definiatur iustitia, quod est perpetua, & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens.

1. Concl. Conuenienter definitur iustitia, quod est perpetua & constans voluntas ius suum vnicuique tribuens.

1. Quia a iurisperitis sic definiunt.

2. Cum iustitia sit virtus circa ea, quæ sunt ad alterum tanquam circa propriam materiam, oportet, vt definiatur per actum bonum, circa ea, quæ sunt ad alterum: & hoc tangitur cum dicitur, ius suum vnicuique tribuens. Rursus, vt actus circa aliquam materiam sit virtuosus, requiritur ex ipsa, vt sit voluntarius, ibi includitur scientia, & quod sit stabilis, & firmus, ex Arist. Vnde in definitione ponitur voluntas, & additur de constantia & perpetuitate ad designandam actus firmitatem. Ergo est bona definitio, actus autem ponitur loco habitus. Vnde oritur talis definitio.

Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit

† 2. Concl. Arist. 5. Eth. c. 1. 3. Concl. Voluntas non nominat potentiam, sed actum: & consuetum est, quod habitus definiatur per actus.

Nec iustitia est essentialiter ipsa rectitudo, sed causaliter, quo modo iustitia est voluntas.

4. Concl. Ex parte actus, qui perpetuo durat sola Dei voluntas est perpetua at ex parte obiecti, quia homo perpetuo vult facere aliquid, etiam voluntas humana est perpetua.

5 Concl. Dicitur, *perpetua*, ad ostendendum propositum conseruandi perpetuo iustitiam: additur, *constans*, vt in proposito firmiter perseueret.

6. Concl. Principes, iudices, &c. reddunt vnicuique suum per modum imperantis, & dirigentis: subditi per modum executionis: & sic iustitia non est solius Principis

7. Concl. lib. de mor. eccl. c. 18. In hoc quod homo Deo seruit, includitur quod reddat vnicuique, quod suum est: ideo Aug. dixit, Iustitiam esse amorem, qui tantum Deo seruit.

Art. 2, Vtrum iustitia semper sit ad alterum

1. Concl. lib. 1. offic. Iustitia ex sui natura habet, quod sit ad alterum.

1. Ex Tullio, qui ait iustitia hominum societatem contineri, quod importat respectum ad alterum.

2. Nomen iustitia æqualitatem importat. At nihil est sibi æquale, sed alteri; Ergo.

3 Cum rectitudo iustitiæ sit circa actus humanos, qui sunt suppositorum, necesse est, vt æqualitas ista; quam requirit iustitia, sit diuersorum suppositorum agere potentium, non igitur erit, nisi vnius hominis ad alium.

2. Concl. Metaphorice in vno, & eodem homine dicitur esse iustitia, secundum quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & hæ potentiæ obediunt rationi: & vniuersaliter secundum quod cuique parti hominis attribuitur, quod ei conuenit.

† 3. Concl. Arist. 5. Eth cap. 9. Iustitia, qua iustificatur impius, pertinet ad iustitiam metaphorice dictam, quæ potest inuenire etiam in aliquo solitarie vitam agenti.

4. Concl. Quamuis iustitia Dei non sit ab æterno secundum effectum, quia Deo nihil coæternum est, tamen est ab æterno secundum voluntatem, & propositum æternum.

5. Concl. Actiones, quæ sunt ad seipsum rectificantur rectificatis passionibus per alias virtutes morales: at actiones, quæ sunt ad alterum indigent rectificari speciali virtute, scilicet iustitia.

Art. 3. Vtrum iustitia sit virtus.

Iustitia est virtus.

1. Concl. lib. 2. Mor. cap. 36. *1. Ex Greg. qui eam inter quatuor virtutes numerat.*

2 Illa est virtus, quæ bonum facit habentem, & opus eius perfectum reddit. Huiusmodi est iustitia. quia rectificat operationes humanas, vt Tullius scripsit. Ergo.

† 2. Concl lib. off. Luc. 17. Illud, *Cum feceritis, &c.* intelligitur, quod qui facit, quod debet, non affert vtilitatem lucri ei, cui debet: verum sibi facit, quia virtuose agit.

3. Concl. Necessitas coactionis, quia repugnat voluntati, tollit rationem meriti, at necessitas ex præcepto, & ex fine, non excludit meritum: & sic actus iustitiæ est necessarius.

4. Concl. Iustitia non est circa factibilia, vt ea faciat, quod est artus: sed quia eis vtitur ad alterum.

Art. 4 Vtrum iustitia sit in voluntate, sicuti in subiecto.

1. Concl. Iustitia est in voluntate, sicuti in subiecto.

1. Ex verbis quæ ait, iustitiam esse rectitudinem voluntatis.

2. Illa potētia est subiectum virtutis ad cuius actum rectificandum virtus ordinatur. At iustitia non est ordinata ad rectificandum actum intellectus quia non dicimur boni ex eo, quod aliquid rectè intelligimus; sed quia rectè operamur; principium autem proximum actus est vis appetitiua: sed quia appetitus sensitiuus non percipit proportionē vltimi ad finem; sed solum ratio, ideo iustitia erit in appetitu rationali, id est in voluntate ad quam pertinet reddere vnicuique quod suum est.

l. 5. eth c. 1. 3. Quia ab Arist. definitur per actū voluntatis.

2. Concl. Iustitia vocatur veritas; quia rectitudo rationis voluntati impressa propter propinquitatem ad rationem, vocatur veritas.

3 Concl. Ordinare aliquid ad alterum est rationis, quo posito, voluntas potest aliquid velle ad alterum.

4. Concl. Etiam voluntas potest esse subiectum virtutis moralis, cum rationale per participationem conueniat etiam voluntati, quia omnis appetitus obedit rationi.

Art. 5. Vtrum iustitia sit virtus generalis.

1. Concl. Iustitia secundum suam rationem ordinat ad alium, vel singulariter consideratum, vel vniuersaliter, prout qui seruit communitati, seruit omnibus, qui in illa continentur, cui comparantur, vt partes ad totum, ad cuius bonum ordinatur illorum bonum.

2. Concl. l. 3 Eth. c. 1. Iustitia, prout ordinat hominem ad bonū commune, est virtus generalis.

1 Ex Aristot. qui eam vocat communem virtutem.

2. Quia sub hac ratione ordinat actus cuiuscunque virtutis, siue ordinantis hominem ad seipsum, siue ad alias personas singulares, quarum bonum est ordinabile in commune bonum.

3 Con l. Talis iustitia dicitur legalis.

Quia per eam homo concordat legi, cuius est ordinare actus omnium virtutum in bonum commune.

† 4 Concl. Iustitia connumeratur alijs virtutibus, vt est specialis virtus, ad aliud singulariter consideratum.

5. Concl Temperantia, est fortitudo sunt in appetitu sensitiuo circa bona particularia: ideo non sunt generales virtutes, vt iustitia, quæ est in appetitu intellectiuo.

6. Concl. Si in iustitia ordinetur commune, malum erit peccatum commune.

1. Ioannis 3. Omne peccatum est iniquitas.

Art. 6. Vtrum iustitia secundum quod est generalis sit idem per essentiam cum omni virtute.

1. Concl. Iustitia generalis non est idem per essentiam cum omni virtute.

lib. 5. Eth. c. 1. & lib. 3. Pol. c. 3. 1 Quia vt ait Arist. non est eadem virtus boni viri, & boni ciuis.

2. Iustitia legalis non dicitur virtus generalis per predicationem, vt animal de homine & bruto, sed secundum virtutem, prout causa vniuersalis dicitur generalis ad suos effectus in quantum, scilicet ordinat ad actus aliarum virtutum in suum finem, quod est mouere per imperium omnes alias virtutes. Vnde vt earum dicitur generalis, vt ordinat actus virtutū ad bonum commune, quod est eius obiectum, & tamen est specialis virtus, ita iustitia legalis; quæ in Principe est architectonice, in subditis secundarie, & administratiue.

2. Concl. lib. 5. Eth. Illud Arist, quod virtus, & iustitia & legalis sunt eadē omni virtuti, intelligitur, quod quælibet virtus potest dici iustitia legalis, vt ab ea ordinatur in bonum commune, & vt est ab ea imperata: & sic iustitia legalis est idem in essentia cum omni virtute, sed differunt ratione. Vnde patet ad primum, & secundum.

† 3. Concl. Quælibet virtus ordinat actum ad propriū finem, si autem ordinetur ad vlteriorem finem, hoc debet esse a superiore virtute; & ideo debet dari ista superior virtus ab allijs distincta; quæ est iustitia legalis.

Artic. 7. Vtrum sit aliqua iustitia particularis præter iustitiam generalem.

1. Concl Hom. 15. in Matt. Præter generalem iustitiam debet esse aliqua iustitia particularis.

Ex Chrys. qui ponit vniuersalem & particularem iustitiam.

2. Cum virtus legalis non sit essentialiter omnis virtus, oportet, vt præter eam, quæ ordinat immediate ad bonum commune, sint aliæ virtutes, quæ ordinent hominem ad particularia bona. Ergo sicut dantur particulares virtutes, quæ ordinant hominem in seipso, scilicet temperantia, fortitudo, & ita præter legalem iustitiam debet dari iustitia quædam particularis, quæ cum ordinet circa particulare, persona.

† 2. Concl. Legalis ordinat hominem sufficienter, quantum ad bonum commune immediate; ad particularem autem personam, mediate: vnde debet esse particularis iustitia, quæ immediate ad hoc hominem dirigat.

Arist lib. 1. Pol. c. 3. 3. Concl: Bonum commune ciuitatis, & bonum cōmune vnius personæ non solum differunt vt multum, & paucum, sed etiam secundum

formalem differentiam : & ideo requirunt diuersas virtutes.

4. Concl. Li 5. Eth. c. 6.

Circa multitudinem domesticam, quæ constituitur per coniunctionem vxoris & viri, patris & filij, domini & serui, non est simpliciter iustitia sed eius species, œconomica.

Art. 8. Vtrum iustitia particularis habeat materiam specialem.

1. Concl. Lib 5. Eth c. 2.

Iustitia particularis habet materiam specialem.

1. *Ex Arist. qui ait esse circa communicationem vitæ.*

2. *Omnia, quæ rectificari possunt per rationem, sunt materia virtutis; & hæc sunt tam interiores animi passiones secundum quas consideratur rectitudo hominis ad seipsum quam exteriores actiones, & res, secundum quas attenditur ordinatio vnius hominis ad alterum. At iustitia ordinat suum ad alterum. Ergo non est circa totam materiam virtutis, sed habet speciale obiectum.*

† 2. Concl. Iustitia essentialiter pertinet ad vnam partem animæ id est ad voluntatem: indirecte autem, & per redundantiam ad omnes alias animæ partes.

3. Concl. Li. 38. q. 1. 60. Cum Aug. ait iustitiam in omnes virtutes diffundi, non accipit iustitiam prout est circa certam materiam, sed secundum quosdam generales modos virtutis.

4. Concl. Passiones interiores, secundum se non ordinantur ad alterum, vnde saltim est quod per omnia quæ sunt huius vitæ homo possit ordinari ad alterum.

Art 9. Vtrum iustitia sit circa passiones.

1. Concl. Li 5. Eth. c. 1. Iustitia non est circa passiones.

1 *Ex Aristo. qui ait esse circa operationes.*

2. *Quia est in voluntate; cuius actus, vel motus non sunt passiones; sed motus appetitus sensitiui.*

3. *Iustitia est circa ea, quæ sunt ad alterum. At passiones immediate non sunt ad alterum. Ergo.*

† 2. Concl. 2. Eth. c. 3. Arist. 7. Eth. c. 11. Illud, Virtutes esse circa voluptates, & tristitias, non intelligitur, quod quælibet moralis virtus sit circa illa, vt circa materiam sed vt ad quosdam fines consequentes: quod etiam pertinet ad iustitiam: quæ de istis operibus gaudet.

3. Concl. Rectificatio operationum, secundū quod ad exteriora terminantur, pertinet ad iustitiam: sed rectificatio earum, vt a passionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes, quæ sunt circa passiones.

4. Concl. Iustitia legalis potest se extendere ad passiones interiores, quia ordinatur ad bonum commune, & se extendit ad alias virtutes: non sic iustitia particularis.

Articul. 10. Vtrum medium iustitiæ sit medium rei.

1. Concl. Lib. 2. eth. c 6. Iustitia habet medium rei.

1. *Ex Arist. qui assignat medium iustitiæ secundum proportionem arithmeticam, quod est medium rei.*

2. *Cum materia iustitiæ sit exterior operatio, secundum quod ipsa, vel res cuius est, suo debitam proportionem habet ad aliam personam, ideo medium iustitiæ consistit in quadam proportionis æqualitate rei exterioris ad personam exteriorem. At æquale est realiter medium inter maius, & minus, vt ait Arist. Ergo.*

2. Concl. Lib. 10. me. tex. 18. In alijs virtutibus moralibus est tantum medium secundum rationē quoad nos: quia sunt circa passiones, quarum rectificatio attenditur secundum cōparationem ad ipsum hominem, cuius sunt passiones.

† 3. Concl. Medium rei est etiam medium rationis, & ita in iustitia saluatur ratio virtutis moralis.

4. Concl. In bonis simpliciter, quæ sunt omni ex parte bona, vt virtutes, non est accipere mediū, aut extrema, in illis autem quæ sunt bona sua natura, & tamen ex abusu possunt esse mala, vt diuitiæ, &c. est dare medium, & extrema: & de his est iustitia.

5. Concl. Æquare iniuriam Principi & personæ priuatæ illatam, per vindictam, non solum pertinet ad diuersitatem rationis, sed etiam rei.

Art. 11. Vtrum actus iustitiæ sit reddere vnicuique, quod suum est.

1. Concl. Lib. 1. de off c. 24. Proprius actus iustitiæ est reddere vnicuique quod suum.

1. *Iustitia, ait Ambr. est quæ, vnicuique, quod suum est tribuit.*

2. *Materia iustitiæ est operatio exterior, vt ipsa, vel res proportionatur alteri personæ, ad quam iustitia ordinatur. Ad hoc dicitur esse suum vnicuique personæ, quod ei secundum proportionis æqualitatem debetur. Ergo.*

† 2. Concl Subuenire miseris, attribuitur iustitiæ per quandam reductionem, inquantum, cum sit virtus Cardinalis, aliquæ secundariæ virtutes ei adiunguntur, vt misericordia, & liberalitas. &c. vnde patet etiam ad secundum.

1. Concl. Cum iustitia principaliter exerceatur in voluntarijs commutationibus: ideo omne superfluū in his circa quæ versatur, vocatur

extenso nomine lucrum, & omne minus dānum, quæ nomina deriuantur ad omnia circa quæ potest esse iustitia.

Artic. 12. Vtrum iustitia præeminet inter omnes virtutes morales.

1. Concl. Iustitia legalis est præclarior inter omnes virtutes morales.

1. Ex Arist. qui ait esse hespero, & lucifero admirabiliorem.

Quia est circa bonum commune quod præeminet bono vnius personæ.

2. Concl. Etiam iustitia particularis præcellit inter alias virtutes morales

1. Ex Tul. in iustitias plendor est maximus, ex qua viri boni nominantur.

2. Quia est in voluntate, alia vero morales in appetitu sensitiuo.

3. Aliæ virtutes laudantur solum secundum bonum ipsius virtuosi: iustitia autem laudatur etiam prout virtuosus ad alium bene se habet: vnde iustitia est quodam modo bonum alterius. & ideo est maxima virtus, vt docet Aristot. in Rhet. cum sit benefactiua.

† 3. Concl. Quamuis liberalis de suo det: tamen considerat ibi propriæ virtutis bonum: at iustitia dando quod suum est, intendit bonum commune, & sic est præstantior, & obseruatur ad omnes, non sic liberalitas.

4. Concl. Licet magnanimitas superueniendo iustitiæ augeat eius bonitatem: non tamen est iustitia præstantior, cum sine ipsa nec virtutis rationem haberet.

5. Concl. Fortitudo consistit circa difficiliora; sed non circa meliora, cum in bello tantum sit vtilis iustitia autem in bello, & pace.

Quæstio 59. De iniustitia.

Artic. 1. Vtrum iniustitia sit vitium speciale.

1. Concl. IN iustitia prout dicit inæqualitatem ad alterum est speciale vitium.

1. Quia opponitur iustitiæ, quæ est specialis virtus.

2. Cum dicatur secundum inæqualitatem quandam ad alterum, cum quis vult plus habere de bono, habet specialem materiam. Ergo.

2. Concl. In iustitia legalis secundum essentiam est speciale vitium: quia respicit speciale obiectum, scilicet bonum commune, quod contemnit, sed quantum ad intentionem est vitium generale.

1. Quoniam potest homo ad illa ab omnia peccata declinare.

Quia omnia vitia vt repugnãt communi bono, habent rationem iniustitiæ.

† 3. Concl. 1. Ioan. 3 Omne peccatum dicitur iniquitas; vtrepugnat bono diuino.

4. Concl. Indirecte particularis iniustitia opponitur omnibus virtutibus, vt exteriores actus pertinēt ad iustitiam, & ad alias virtutes, sed diuersimodo.

5. Concl. Iustitia perficit voluntatem suam quantum ad operationes, quæ sunt ad alterum, similiter iniustitia, & ideo est speciale vitiū.

Artic. 2. Vtrum aliquis dicatur iniustus ex hoc quod facit iniustitiam.

1 Concl. Potest aliquis iniustum facere, id est, inducere inæquale, quod est iniustitiæ obiectum non esse iniustus.

Aliquis iniustum facit, ait Arist. & non est iniustus.

2. Concl. Qui inducit inæquale præter intentionē, facit iniustum, sed non est iniustus; Neque actus est iniustificatio: quia operatio recipit speciem ab obiecto per se non ab obiecto per accidens, cuiusmodi est id, quod fit præter intentionem: quare ob defectum comparationis ipsius operationis ad obiectum proprium, solum facit iniustum materialiter. l. 5. ethic. 6.

3. Concl. Qui ex aliqua passione puta, iræ, inducit inæquale, facit iniustum, sed non est iniustus, id est: non ex habitu iniustitiæ, ob defectum comparationis operationis ad habitum.

4 Concl. Facere iniustum ex intentione, & electione est proprium iniusti, prout iniustus dicitur qui habet iniustitiæ habitum

† 5. Concl. Si obiectum accipiatur materialiter, & per accidens, non specificat habitum vt accidit in eo, qui præter intentionem facit iniustum.

6. Concl. l. 5. ethic. c. 4 Facere iniustum ex electione, quasi quid per se placens est proprium habentis habitu iniustitiæ: & hoc voluit Arist.

7. Concl. Obiectum temperantiæ non est quid exterius constitutum: vnde non potest dici, intemperatum per accidens, aut materialiter, vt accidit in iustitia: vnde quicunque facit aliquid intemperatum, dicitur intemperans.

Artic. 3. Vtrum aliquis possit pati iniustum volens.

1. Concl. Iniustum per se, & formaliter loquendo nullus potest facere, nisi volens & pati, nisi nolens.

1. Iniustum pati est oppositum ei, quod est iniustè facere. Sed nemo facit iniustum, nisi volens. Ergo non patitur nisi nolens.

2. Idem secundum idem non potest esse agens, & patiens: quia actio est ab agente; passio autem secundum suam rationem est ab alio. At homo tunc proprie, & per se est agens, cum volens facit quia principium faciendi est voluntas; & è converso, tunc proprie patitur cum præter voluntatem patitur; quia ut vult habet principium in seipso, & est agens. Ergo.

2. Concl. Per accidens, & quasi materialiter loquendo potest aliquis, id, quod est ex se iniustum, vel facere nolens, vt cum præter intentionē operatur, vel pati volens, vt cum aliquis alteri plus dat sua voluntate, & quam debeat.

†3. Concl. Qui sua voluntate dat alicui id, quod non debet, non facit iniustitiam, aut inæqualitatem, quia per voluntatem possidet res.

4. Concl. Persona singulari ex se considerata, si inferat sibi nocumentum, peccat, vel contra temperantiam, vel prudentiam, &c. non autem contra iustitiam: vt est aliquid ciuitatis, vel Dei, iniuriam facit, non sibi, sed ciuitati, & Deo.

5. Concl. Aliquem facere iniustum, & alium pati, materialiter, semper se concomitantur, sed formaliter potest aliquis facere iniustum, quia ex intentione facit, & alius non pati quia volens patitur, & contra.

Articul. 4. Vtrum quicunque facit iniustum peccet mortaliter.

1. Concl. Facere iniustum ex genere suo est peccatum mortale.

1. Quoniam est contra præceptum legis Dei: nam, vel reducitur ad furtum, vel ad aliquod huiusmodi.

2. Quod ex se contrariatur caritati, est peccatum mortale. Atqui nocumentum alteri illatum per se caritati repugnat, & iniustitia semper est cum nocumento alterius. Ergo

†2. Concl. Lib. 5. eth. c. 8. Cum Arist. ait, *esse dignum venia qui ignoranter iniusta facit*, intelligitur de ignorantia facti, quæ veniam meretur, non de ignorantia iuris, quæ non excusat.

3. Concl. Qui in paruis est iniustus, prout putatur, quod non sit omnino contra voluntatem eius, qui patitur, non grauiter peccat.

4. Concl. Peccata, quæ sunt contra alias virtutes nō sunt semper in nocumentum alterius, vt iniustitiam, & ideo non sunt semper mortalia.

Quæstio 60. De Iudicio.

Art. 1 Vtrum iudicium sit actus iustitiæ.

1. Concl. Iudicium, quod importat rectam determinationē eius, quod est iustum, proprie pertinet ad iustitiam.

1. Psal. 93. quoadusque iustitia conuertatur in iudicium.

2. Iudicium importat secundum nominis impositionem definitionem, vel determinationem iusti, quia nominat actum iudicis, qui est quasi ius dicens. quod est obiectum iustitiæ. Sed quod quis rectè definiat in actibus virtuosis, pertinet ad habitum virtutis. Ergo quod importat iustum proprie, &c. Vnde homines confugiunt ad iudicem, quasi ad iustum animatum. Arist. l. 5. eth. c. 4.

2. Concl. Iudicium significat rectam determinationem, respectu virtutis iudicantis, vt est actus rationis, at respectu dispositionis est actus illius virtutis, ad quam pertinet id de quo iudicatur.

3. Concl. 1. Cor. 2. Spiritualis iudicat quidem omnia, sed secundum regulas diuinas, de quo iudicio non loquimur.

4. Concl. Iudicium specialius pertinet ad iustitiam, quam ad aliam virtutem: quia homo est Dominus eorum quæ ad ipsum, non eorum, quæ ad alium spectant, de quibus est iustitia: vnde requiritur iudicium superioris, qui vtrunque possit arguere.

5. Concl. Iudicium non pertinet ad iustitiam simpliciter, sed tantum, vt est principaliore modo in præsidente.

Art. 2. Vtrum sit licitum iudicare.

1. Concl. Iudicium intantum est licitum, inquantum est actus iustitiæ, ad quod tria requiruntur: primo vt procedat ex inclinatione iustitiæ: secundo ex auctoritate præsidentis: tertio vt proferatur secundum rectam rationem prudentiæ.

2 Concl. Deut. 16. Tunc iudicium est malum, cum quodcunque horum defecerit: si deficit inclinatio iustitiæ, dicitur peruersum vel iniustum: si auctoritas, vsurpatum: si recta ratio vt cum quis iudicat de dubijs, vel occultis propter leues coniecturas, dicitur temerarium, vel suspitiosum.

†3 Concl. Matt. 7. Illud, *nolite iudicare*, intellige de iudicio temerario, vel de iudicio de rebus diuinis.

4 Concl. Licet Deus sit omnium Dominus tamen iudex potest iudicare, quia constituitur vt minister Dei.

5 Concl. Deut. 1. Hom. 24. in Matt. Qui sunt in grauibus peccatis publicis non debent iudicare eos, qui sunt in eisdem,

vel

2. de ser. dom. in m. c. c. 28.

el minoribus, ex Chrysost si peccata sunt occulta, & necessitas iudicandi immineat, ex officio possunt cum humilitate, & timore, vel arguere, vel iudicare, vt Aug. docet.

Art. 3. Vtrum iudicium ex suspicione procedens sit licitum.

1. Conel. Ho. 33. ope. imper. Eccl. 10.

Iudicium ex suspicione procedens non est licitum.

1. *Ex Chrys. super illud, Nolite iudicare.*

2. *suspicio quæ importat opinionem mali ex leuibus iudicijs, ex Tullio, est vitium, quia colligitur ex mente suspicantis. quæ cum sit mala, omnes malos esse existimat, vel ex mala affectione ad alterum, vt ex odio, &c. quia quisque facilius credit quod appetit. Ergo, si vero oriatur ex longa experientia, quapropter senes sunt suspiciosi, vt ait Aristot non est proprie suspicio, propter certitudinem.*

lib 2. rethor. c. 13

2. Concl.

Triplex est gradus suspicionis.

1. Vt homo ex leuibus indicijs de bonitate alterius dubitare incipiat, & hoc est veniale, & leue peccatum: quia pertinet ad tentationem humanam, sine qua hæc vita non ducitur.

2. Cum quis pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus indicijs, quod si sit de graui est peccatum mortale, vt glos. docet.

1. Cor. 4.

3. Cum iudex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum: quod directe ad iniustitiam pertinet, & est peccatum mortale.

† 3. Concl.

Etiam in humanis actibus inuenitur aliqua certitudo conueniens tali materiæ, scilicet, per idoneos testes.

4. Concl.

Ex hoc ipso quod aliquis habet malam opinionem de alio ex suspicione, indebite contemnit ipsum, & ideo iniuriatur ei, & ita ex suspicione oritur iniuria.

5. Concl.

Iudicium suspiciosum, tunc directe ad iustitiam pertinet, cum ad actum exteriorem procedit: & tunc est peccatum mortale, iudicium autem interius non directe.

Art. 4. Vtrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.

1. Concl. Rom. 14.

Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

1. *Ex Glos. super illud, qui non manducat.*

2. *Qui habet malam opinionem de aliquo, sine sufficienti causa iniuriatur ei, & contemnit ipsum. at nullus debet alium contemnere, Ergo. Vnde cum non appareant manifesta indicia de malitia alterius, debemus eum vt bonum habere.*

† 2. Concl.

Licet possit contingere, vt qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallatur: tamen melius est hoc, quam rarius falli, habendo malam opinionem de aliquo bono: quia ex hoc fit iniuria, non ex illo.

3. Concl.

In iudicio rerum non attenditur malum ex parte rei iudicatæ, sed bonum iudicantis, vt vere iudicet: verum enim est bonum intellectus, & falsum malum ipsius, non sic in iudicio de homine, quia si male de eo iudicamus, redditur contemptibilis, vnde in dubio potius debemus iudicare bonum.

4. Concl.

Interpretari secundum deteriorem, vel meliorem partem, contingit, vel ex suppositione, vt cum aliquibus malis debemus adhibere remedium, siue nostris, siue alienis, & tunc expedit, vt seuerius remedium apponatur, quod supponatur id, quod est deterius, vel de finiendo, & sic debemus res interpretari, sicuti sunt: in iudicio vero personarum, in melius.

Art. 5. Vtrum sit semper secundum leges scriptas iudicandum.

1. Concl.

Necesse est, quod iudicium fiat secundum legis scripturam: alioquin iudicium deficeret, vel à iusto naturali, vel à iusto positiuo.

lib. de Vera relig. c. 35.

1. *Ex August. qui docet iudicandum esse secundum leges.*

2. *Iudicium nihil aliud est quam determinatio eius; quod iustum est, quod contingit, vel ex ipsa natura rei, & dicitur ius naturale, vel ex quodam conducto inter homines, & dicitur ius positiuum. At leges scribuntur ad vtrumq; iuris declarationem, licet diuerso modo, quia lex scripturæ continet ius naturale, sed non instituit, non enim habet robur ex lege, sed ex natura: positiuum vero continetur, & instituitur, & inde habet robur, Ergo.*

† 2. Concl.

Scripturæ continentes aliquid contra iu naturale, sunt iniustæ, nec habent vim obligandi: vnde non dicuntur leges, sed legis corruptiones.

3. Concl. In digest. vet. lib. 1. tit. 3. lib. 24.

Quando leges recte positę in aliquibus casibus deficiunt propter circumstantias facti, nõ est secundum literam legis iudicandum, sed recurrendum est ad æquitatem, quam legislator intendit, vt in Digest. habetur. Vnde patet ad tertium.

Art. 6. Vtrum iudicem per vsurpationem reddatur peruersum.

1. Concl. Rom. 14.

Iudicium per vsurpationem redditur peruersum.

1. *Tu quis es, ait Paul. qui iudicas alienum seruum.*

2. *Qui fert iudicium, legis dictum quodammodo in-*

do interpretatur, applicando illud ad particulare negotium. At hoc est tantum illius, qui publicam, habet auctoritatem, quia eiusdem auctoritatis est legem interpretari, & legem condere, quæ condi non potest, nisi publica auctoritate. Ergo.

† 2. Concl. Veritas potest pronunciari à quolibet, quia non cogit, vt suscipiatur: at iudicium habet quandam impulsionem; & ideo iniustum est, vt quis iudicetur à non habente publicam auctoritatem.

3. Concl. Exod. 2. Moyses occidit Ægyptium, vel inspiratione diuina, vel defendẽdo eum, qui iniuriam patiebatur cum moderamine inculpatę tutelæ, ex Ambros. Phinees etiam fecit ex inspiratione diuina: vel potuit id efficere tanquã summi sacerdotis filius.

4. Concl. Non est vsurpatum iudicium, si spiritualis prælatus se intromittat de quibusdam temporalibus: quia potestas temporalis subditur spirituali, vt corpus animæ.

5. Concl. Iustitia, & scientia sunt perfectiones singularis personæ: & ideo per eorum defectum non dicitur vsurpatum iudicium, sicut ex defectu publicæ auctoritatis.

Quæstio 61. De partibus iustitiæ.

Articul. 1. Vtrum conuenienter ponantur duæ species iustitiæ, scilicet commutatiua, & distributiua.

1 Concl. Conuenienter ponuntur duæ species iustitiæ, scilicet commutatiua, & distributiua.

1. Ex Arist. in Ethicis.

lib. 5. c. 2. *2. Iustitia particularis ordinatur ad particulares personam, quæ comparatur ad communitatem, vt pars ad totum. At in hoc duplex ordo potest attendi; vel partis ad partem, scilicet vnius personæ ad aliam, & hunc ordinem dirigit commutatiua iustitia, vel totius ad partes, scilicet illius quod est commune ad singulas personas; & hunc dirigit iustitia distributiua. Ergo.*

† 2. Concl In distributione bonorum communium est moderatio seruanda, in quo dirigit iustitia, distributiua: & hoc multitudini non nocet.

3. Concl. Cum distribuitur bonum commune ad singulos, quilibet aliquo modo recipit, quod suum est.

Quia quod totius, quodammodo est etiam partis.

4 Concl. Licet distribuere communia pertineat solum ad præsidentem illis bonis: tamen iustitia distributiua est etiam in subditis, quibus distribuitur, vt sunt contenti iusta distributione.

5. Concl. Ad legalem iustitiam pertinet ordinare, quæ sunt priuatarum personarum ad bonum commune, at ordinare è contrario est iniustitiæ particularis: & ita distributi, non est species legalis.

6. Concl. Commutatiua, & distributiua non distinguuntur solum, vt vnum, & multa, sed secundum debiti rationem: quia alia ratione deberetur alicui commune, & alia id, quod est proprium.

Artic. 2. Vtrum medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiua & commutatiua.

1. Concl. Medium non accipitur eodem modo in iustitia distributiua, & commutatiua.

lib. 5 eth. c. 3. *1. Nam ex Arist. in distributiua accipitur secundum geometricam proportionalitatem, in commutatiua secundum arithmeticam.*

2. In iustitia distributiua non accipitur medium secundum æqualitatem rei, ad rem, sed secundum proportionem rerum ad personas. Vt sicut vna persona excedit aliam, ita res, quæ datur vni, excedat rem, quæ datur alij; quia bonum totius tanto magis debetur alicui parti, quanto pars maiorem principalitatem habet in toto: & hoc est medium secundum proportionem geometricam: quia scilicet attenditur sola proportio, non quantitas: & sicut se habent sex ad quatuor, ita tria ad duo: In commutatiua accipitur secundum æqualitatem rei, ad rem, quod vocatur secundum arithmeticam medietatem: cum singulari personæ redditur aliquid propter rem ab ea acceptam: vt si quinque esset medium inter sex, & quatuor, fieret iustitia, si acciperetur vnum ab eo, qui habet sex, & daretur ei, qui habet quatuor, & sic fieret æqualitas, si vterque à principio habebat quinque. Ergo.

† 2. Concl. In alijs virtutibus accipitur medium secundum rationem, non secundum rem: ideo non habent diuersa media, vt iustitia propter diuersitatem rerum.

3. Concl. Distributiua, & commutatiua habent quidem vnicam formam genericam, quæ est æqualitas; sed in vna est secundum vnam proportionem, in alia secundum aliam.

4. Concl. Conditio personæ in actionibus, & passionibus facit quantitatem rei: vnde maior est iniuria si percutiatur princeps, quam subditus; & sic attenditur à commutatiua, scilicet secundum quod per hoc diuersificatur res: à distributiua vero attenditur conditio personæ, secundum se.

Articul. 3. Vtrum materia vtriusque iustitiæ sit diuersa.

1. Concl. Iustitia est circa operationes, scilicet commutationem, & distributionem, quæ sunt vsus exteriorum; vel rerum, vel personarum, vel operum.

2. Concl. Si accipiantur vt materia vtriusque iustitiæ ea, quorum operationes sunt vsus, eadem est vtriusq; materia.

Nam res distribui à communi in singulos possunt, & commutari de vno in alium: sic etiam opera, &c.

3. Concl. Si accipiamus, vt materiam vtriusque iustitiæ actiones principales, quibus vtimur rebus, &c. non est eadem materia.

1. *Ex Arist. in Ethicis.*

2. *Quia vna est directiua distributionum, altera commutationum, quæ attenduntur inter duas personas.*

4. Concl. Commutatio, alia inuoluntaria, alia voluntaria: inuoluntaria quando quis vtitur, vel re alterius, vel persona, vel opere, & hoc, vel occulte, vel manifeste, eo inuito: opere, vel per furtum, & rapinam: re, per occisionē: persona, vt per detractionem, & accusationem; quantum ad personam coniunctam, per adulterium, vel per subductionem in seruo. Voluntaria est cum aliquis voluntarie transfert rem suam in alium; quod si fiat absolute, erit actus liberalitatis, si cum aliquo debito erit actus iustitiæ; qui vel fiet per recuperationem alterius rei, vt in emptione, & venditione; vel cedendo vsum rei, cum debito recuperandi rem; & tunc, si vsus cedatur gratis, erit vsus fructus in rebus, quæ fructificant, aut mutuum, vel accommodatum, in alijs; si non cedatur gratis vocatur locatio, & conductio. Si autem aliquis tradat rem, vt recuperandam ratione conseruationis, erit depositum, si ratione obligationis, pignus. Et in omnibus his est eadem ratio inueniendi medium secundum æqualitatem recompensationis.

Art. 4. Vtrum iustum sit simpliciter idem quod contrapassum.

1. Concl. Non quodlibet iustum est contrapassum.

1. *Ex Arist. qui hoc docet.*

2. *Contrapassum importat æqualem recompensationem passionis ad actionem precedentem. At in distributiua iustitia non attenditur æqualitas secundum proportionem rei ad rem, vel passionis ad*

2. Concl. Iustum commutatiuum est idem quod contrapassum.

Quia in commutatiuis oportet secundum proportionatam cōmēsurationem adæquare passionem actioni, ad quod inuenta sunt nummismata: tunc autem passio recompensata est æqualis actioni, cum qui ledit personam maiorem, maiori pena punitur, quam intulit; & quando, qui aliquid alicui iniuste rem abstulit; non solum punitur in eo, quod ablatum restituit, sed quia multiplicem reddere cogitur. At hoc importat contrapassum. Ergo Nam licet contrapassum primo dicatur de passionibus iniuriosis, secundo de rebus: tamen transfertur etiam ad voluntarias transmutationes, in quibus est actio, & passio; licet voluntarium deminuat de ratione passionis.

† 3. Concl. Matth. 7. Illud, *in quo iudicio iudicaueritis; &c.* intelligitur secundum iustitiam commutatiuam; & sic iustum est idem, quod contrapassum.

4. Concl. Si alicui, qui communitati seruisset, retribueretur aliquid pro seruitio, nō esset distributiuæ iustitiæ, sed commutatiuæ.

Quia in illa non attenditur equalitas eius, quod accipitur ad id quod expenditur; sed secundum modum vtriusq; persone.

5. Concl. Actio iniuriosa, quando est voluntaria, accipitur, vt maior res, & ideo magis punitur, non secundum differentiam, quo ad nos, sed secundum differentiam rei.

Quæstio 62. De restitutione.

Art. 1. Vtrum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ.

1. Concl. Restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ.

1. *Quia opponitur ablationi, quæ est actus iniustitiæ circa commutationes.*

2. *In restitutione attenditur æqualitas iustitiæ secundum recompensationem rei ad rem; restituere enim est iterato statuere aliquem in possessionē, vel dominium rei suæ, quæ vel habetur per emptionem, vt in mutuo, & deposito, vel contra, vt in furto & rapina. At hoc pertinet ad iustitiam commutatiuam. Ergo.*

† 2. Concl. Quando quis reddit alteri, quod ei non debetur, non est restitutio, licet eius aliquam similitudinem habeat; sed noua donatio.

3. Concl. Nomen restitutionis prout importat iterationem quandam, supponit rei identitatem, quæ licet realiter tranleat; tamen manet in effectu: vel corporali, vt cum quis percussione lēditur: vel in opinione hominum, vt cum quis verbo remanet infamatus.

4. Concl. Recompensatio, quam facit distribuens

ei, cui minus dedit, quam debuit, est per cõparationem rei ad rem, & ideo pertinet ad commutatiuam

Art. 5. Vtrum sit necessarium ad salutem, vt fiat restitutio eius quod ablatum est.

1. Concl. Epist. 54. ad M. ac. 14. q. 6. scires. Restituere id, quod est ablatum, est de necessitate salutis.

1. Ex Aug. qui ait: si res aliena propter quam peccatum est reddi potest, & non redditur, pœnitentia non agitur, &c.

2. Conseruare iustitiam est de necessitate salutis. At per restitutionem; quæ importat redditionem rei iniuste ablata conseruatur iustitia; quia æqualitas reparatur. Ergo.

† 2. Concl. Quando non potest recompensari æquialens, sufficit vt recompensetur quod possibile est: vt qui abstulit membrum, debet recompensare vel in pecunia, vel in honore, &c consideratа vtriusque persona.

3. Concl. Qui aufert famam verum dicendo, & iuste, scilicet debito ordine, non tenetur restituere: si falsum dicendo, & iniuste, debet restituere confitendo se falsum dixisse: si verum dicendo, sed iniuste contra debitum ordinem, tenetur ad restitutionem famæ quãtum potest, sine mendacio tamen, dicendo se malum dixisse, & iniuste diffamasse; vel si non possit famam restituere debet ei aliter recompensare.

4. Concl. Actio contumeliæ, non potest non fuisse: sed per exhibitionem honoris, & reuerentiæ potest reparari dignitas personæ.

5. Concl. Qui impedit ne aliquis accipiat præbendã iuste, scilicet intendens honorem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ, non tenetur restituere: si iniuste consulens ne detur digno, si antequã sit firmatum quod ei detur, tenetur aliquam recompensationem pro arbitrio boni viri, si iam statutum erat, tenetur ad restitutionem æqualis secundam suam facultatem.

Art. 3. Vtrum sufficiat restituere simplum, quod iniuste oblatum est.

1. Concl. Sufficit restituere simplum, quod iniuste ablatum est, quantum ad inæqualitatem ex parte rei, quæ potest sine iniustitia, vt in mutuis.

Quia restitutio reducit ad æqualitatem, quod inæqualiter ablatũ est, sed quisque reddendo simplum quod accepit ad æqualitatem reducit; quia sufficit, vt tantum restituat, quantum accepit de alieno. Ergo.

2. Concl. Quantum ad culpam iustitiæ, quæ etiam potest esse cum æqualitate rei, vt cum quis intendit inferre violentiam, sed non præualet reus antequam sit condemnatus per iudicem, non tenetur restituere plus quam accepit: post condemnationem vero tenetur pœnam soluere.

Quia culpa satisfit per pœnam. Et pœnarum distinctio pertinet ad iustitiam. Ergo. Et sic intelligendum illud, si quis furatus fuerit, &c. Vnde patet ad primum.

Exh. 22. † 3. Conc. Luc. 19. Zachæus dixit, se reddere quadruplum, quasi superrogare volens.

4. Concl. Iudex condemnando iuste potest accipere aliquid amplius loco emendæ, quod tamen ante condemnationem non debebat.

Artic. 4. Vtrum aliquis debeat restituere, quod non abstulit.

1. Concl. Nemo debet restituere, quod non abstulit.

Nam restitutio ad iustitiam pertinet, vt æqualitatem inducat. At restituendo non ablatum, non fieret æquale. Ergo.

2. Concl. Damnum alicui potest inferri, vel quia aufertur ei, quod actu habebat, & tale damnum est semper recompensandum secundum restitutionẽ æqualis, vel impediendo ne adipiscatur, quod erat in via habendi, & tale damnum non oportet recompensare ex æquo.

1. Quia maius est habere aliquid vt iustitiæ cum possit multiplicater impedire, quam habere actu.

2. Quia alias non restitueretur simplum quod ablatum est, sed multiplicatum. Tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundum cõditionem personarum, & negotiorum. Ex his solumuntur duo argumenta: quia qui sparsit semen, non habet frumentum in actu, & qui habet pecuniam, non dum habet lucrum.

† 3 Concl. Matth. 25. Illud, *scebas, quod meto vbi non semino, &c.* vel intelligitur secũdum prauam æstimationem serui pigri: vel quantum ad hoc, quod Deus requirit à nobis fructus donorum, qui sunt, & à Deo, & à nobis, quamuis ipsa dona sint à Deo sine nobis.

Art. 5. Vtrum oporteat semper restitutionem facere ei, à quo acceptum est aliquid.

1 Concl. Rom. 13. Oportet semper restitutionem facere ei, à quo acceptum est aliquid.

1. Reddite, ait Paul. omnibus debita, cui tributum, tributum &c.

2. Restitutio debet inducere æqualitatem cõmutatiuæ iustitiæ, quæ consistit in rerũ adæquatione.

At hoc fieri non potest nisi ablatum ei restituatur à quo acceptum est. Ergo.

† 2. Concl. Quando id quod est restituendum esset grauiter nociuum, vel ei cui restitutio est facienda, vel alteri non debet restitui, sed debet conseruari, vt congruo tempore restituatur: restitutio enim ordinatur ad vtilitatem eius cui fit.

3. Concl. Cum datur illicite, ita vt ipsa datio sit illicita, vt in simonia restitutio non est facienda dandi, qui meretur amittere: nec recipiens potest retinere, quia iniuste recipit, sed debet in pios vsus conuertere Si datio non est illicita, sed propter rem illicitam, vt cum datur meretrici ob fornicationem: tunc mulier potest retinere, nisi superflue ad fraudem, vel dolum extorserit.

4. Concl. Si is, cui facienda est restitutio sit omnino ignotus, facta diligenti inquisitione, restitutio fiat vt potest, dando in eleemosynas pro salute illius: si sit mortuus fiat hæredibus. Si sit multum distans, debet tranmitti, si comode fieri potest, aut aliquo tuto loco deponi, & omnino significari.

5. Concl. De propriis debemus magis parentibus satisfacere, vel his à quibus maxime beneficia accepimus: de alieno non nisi in extrema necessitate.

6. Concl. Prælatus, tripliciter potest rem ecclesiæ surripere: vel vsurpando rem alteri deputatam: & tunc restituat illis, ad quos de iure pertinet: vel rem sibi deputatam in alterius dominium transferendo & tunc Ecclesiæ restituat: vel solo animo si eam possideat, vt suam, & tunc tenetur animum deponere.

Art. 6. Vtrum semper teneatur restituere ille, qui accepit.

1. Concl. Circa eum qui rem alienam accepit potest considerari res accepta, & ipsa acceptio: ratione rei semper tenetur restituere quandiu apud se habet.

1. Restitutio ad satisfactionem pertinet. At qui peccauit debet satisfacere. Ergo.

2. Quia quod est vltra id, quod suum est, debet subtrahi, & dari ei, cui deest.

2 Concl. Acceptio rei alienæ potest se habere tripliciter: si sit iniuriosa: vt in furto, & tunc, qui accepit tenetur restituere non solum ratione rei sed etiam ratione iniuriosæ actionis propter quã debet puniri secũdo. Si sit in vtilitatem recipientis cum voluntate omini, vt in mutuo qui accepit tenetur restituere non solum ratione rei, sed etiam ratione acceptionis, etiamsi rem amittat.

3. Concl. Si non sit in vtilitatem recipientis, vt in deposito, qui recipit in nullo tenetur ratione acceptionis: sed ratione rei si eam amittat sine sua culpa, non tenetur restituere: secus si cum sua maxima culpa.

† 4. Concl. Licet qui abstulit non habeat id, quod accepit, sed alius: tamen quia alter priuatur re sua, tenetur ei restituere ratione iniuriosæ actionis & is qui rem habet ratione rei.

5. Concl. Homo tenetur detegere crimen suum, si non hominibus, tamen Deo in confessione: & sic per sacerdotem potest restituere.

6. Concl. Quando multi alicui, quod suum est abstulerunt, & vnus eorum satis faciat illi, alij tenentur satisfactum refundere, non alteri.

Art. 7. Vtrum illi, qui non acceperunt, teneantur restituere.

1. Concl. Etiam illi, qui non acceperunt, & sunt causa iniustæ acceptionis, aut directe, aut indirecte, tenentur ad restitutionem.

1. *Sunt digni morte, ait Paul. non solum qui faciunt, sed qui consentiunt.*

Rom. 5. 2. *Non solũ aliquis tenetur ad restitutionẽ ratione rei alienæ: sed etiam ratione iniuriosæ acceptionis, Ergo quicunque est causa iniustæ acceptionis tenetur restituere.*

2. Concl. Est aliquis causa directe.

1. Cum inducit alium ad accipiendum, vel præcipiendo vel consulendo, vel consentiendo expresse aut, laudando.

2. Cum eum receptat, vel qualitercunque ei auxilium dat.

3. Cum est particeps furti, & quasi socius maleficij.

3. Concl. Indirecte est aliquis causa, cum non impedit cum possit, & debeat: vel quia subtrahit præceptum, vel consilium, vel suum auxilũ, quibus posset obsistere, vel quia occultat factum. Vnde versus: *Iussio, consilium consensus, palpo, recursus: Participans, mutus, non obstans, non manifestans.*

4. Concl. Ex his adulatio, & consilium non semper ad restitutionem obligant sed quando probabiliter existimari potest quod ex huiusmodi causis iniusta acceptio fuerit secuta.

† 5 Concl. Non solum peccat, qui peccatum exequitur, sed etiam qui est quocunque modo eius causa.

6. Concl. Principaliter restituere tenetur principalis in facto, qui est præcipiens, secundario exsequens, &c. & vno restituente, cæteri ei reintegrare tenentur.

7. Concl. Non semper qui non manifestat latronem, vel non obstat, vel non reprehendit, tenetur restituere, sed solum quando id incumbit

ex of

ex officio, & non imminet multum periculi obsistentis

Art. 8. Vtrum quis teneatur statim restituere an vero possit restitutionem differre.

1. Concl. Quilibet tenetur statim restituere, si potest vel petere dilationem ab eo, qui habet vsum rei concedere.

Lenit. 13. 1. *Eadem ratio est in omnibus, quæ sunt restituenda. At qui conducit operas mercenarij, non potest differre restitutionem, Ergo.*

2. Sicuti accipere rem alienam est peccatum contra iustitiam, sic eam detinere, quia impeditur dominus de ea statuere sua, & sic ei fit iniuria. At nec modicum tempus licet impeccato morari, Ergo.

† 2. Concl. Eccl. 21. Præceptum restitutionis est affirmatiuum secundum formam: tamen implicat in se negatiuum, quo prohibemur rem alterius detinere.

3. Concl. Qui statim non potest restituere, aut omnino est impotens, liberatur à statim, & à totaliter restituendo: debet tamen petere dilationē, vel remissionem ab eo, cui debet, per se, aut per alium.

4. Concl. Necesse est tempus esse determinatum, vt statim restitutio fiat, quia per dilationem committitur peccatum iniustæ detentionis.

Quæstio 63. De acceptione personarum.

Art. 1. Vtrum personarum acceptio sit peccatum.

1. Concl. PErsonarum acceptio est peccatum.

Deut. c. 1. 1. *Quia prohibetur in lege diuina.*

2. Acceptio personæ est cum aliquis considerat in eo, cui aliquid confert, non id, propter quod id, quod ei datur esset proportionatum, vel debitū, sed solum quod est, vel Petrus, vel Martinus. At hoc est contra iustitiam distributiuam, cuius æqualitas consistit in hoc, quod diuersis personis diuersa tribuuntur secundum proportionem ad dignitates personarum. Ergo.

2. Concl. Si quis consideret illam proprietatem personæ, propter quam aliquid, quod ei confertur, est ei debitum, non est acceptio personæ, sed causæ: vt si Iudex promoueat aliquem ad magisterium propter sufficientiam scientiæ, sic esset acceptio, si considererut illa conditio, quæ non facit ad causam, propter quam ille esset dignus: vt si quis promoueat aliquem ad prælationem, quia est diues, vel consanguineus.

Distributiua iustitia considerat conditiones personarum, quæ faciunt causam debiti, vt. 3. Concl. dignitatis: in acceptione personarum autem considerantur conditiones, quæ non faciunt causam.

Personæ redduntur dignæ, in aliquibus propter aliquas conditiones, quæ sunt attendendæ, tanquam propriæ causæ non sic in rebus, & ideo acceptio personarum est peccatum, non autem acceptio rerum. 4. Concl.

Acceptio personarum habet tantum locum in datione, quæ pertinet ad iustitiam, non autem in ea, quæ est liberalitatis, vt sunt collationes munerum gratias, per quam peccatores assumuntur à Deo & ideo in Deo non est acceptio personarum. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum in distributione spiritualium locum habeat personarum acceptio.

1. Concl. In distributione spiritualium non habet locum personarum acceptio.

1. *Quia ferat, ait Augustin. si quis dimisem eligit ad sedem honoris Ecclesiæ contempto paupere instructiore, & sanctiore.*

Epist. 29. ad Hieron. *2. Quanto in maioribus aliquis iustitiam transgreditur, tanto grauius peccat. Sed spiritualia sunt potiora temporalibus. Ergo esset grauius malle acceptio personarum.*

2. Concl. Aliquando sine acceptione personarum in distributione spiritualium, qui sunt simpliciter minus boni melioribus præferuntur.

1. Cor. 12. *Quia dispensationes spiritualium principaliter ordinantur ad vtilitatem communem. Accidit quandoque, quod minus sanctus, & minus sciens potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, vel industriam secularem, &c. Ergo. Sic etiam Deus quandoque gratias gratis datas concedit minus bonis.*

† 3. Concl. Quando consanguinei sunt minus digni, & simpliciter, & respectu ad bonum commune, si præferantur dignioribus est peccatum acceptionis personarum in dispensatione spiritualiū. *Quia prælatus non est dominus, sed dispensator:* si vero sint æqui digni, possunt præferri.

4. Concl. Præferuntur diuites, & potentiores in dispensatione matrimonij pauperibus, quia fit propter firmamentum pacis, quod magis est necessarium publicæ vtilitati circa personas excellentes.

5. Concl. Vtrelectio non possit impugnari, sufficit eligere bonum: sed quantum ad conscientiam eligentis necesse est eligere meliorem, vel simpliciter, vel in comparatione ad bonum commune.

eligetur magis ille, qui est de gremio Ecclesiæ, quia vtin pluribus conueniens esse vtilior, quantum ad bonum commune: quia magis diligitur Ecclesia, in qua quisque est nutritus.

Art. 3. Vtrum in exhibitione honoris, & reuerentiæ locum habeat peccatum acceptio personarum.

1. Concl. Acceptio personarum in exhibitione honoris, & reuerentiæ est peccatum.

Quicunque, ait Iacobus diuitem propter diuitias honorat, peccat. Ergo etiam qui aliquem honorat ob alias causas, quæ non faciunt dignum honore.

2. Concl. Cap. 2. Licet sola virtus sit causa debita honoris, quia honor est testimonium virtuus: tamen possunt aliqui honorari non solum propter virtutem propriam, sed etiam propter virtutem alterius: sicut Principes, & Prælati, etiamsi sint mali, inquantum gerunt personam Dei, & communitatis.

Prouer. 26.

3. Concl. Cap. 4. Eadem ratione parentes, & domini propter participationem diuinæ dignitatis.

4. Concl. Senes sunt honorandi, quia senectus est signum quandoque deficiat.

5. Concl. Diuites autem non propter diuitias - sed quia maiorem locum in communibus obtinent. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum in iudiciis locum habeat peccatum, acceptionis personarum.

1. Concl. Per personarum acceptionem iudicium corrumpitur.

1. *Prou. 18. accipere personam in iudicio non est bonum.*

2. *Iudicium est actus iustitiæ, prout index æqualitatem inducit. At acceptio personarum inæqualitatem quandam habet, Ergo.*

2. Concl. Iudicium quantum ad rem iudicatam est commune ad distributiuam, & commutatiuam: quantum ad formam iudicij, vt accipit ab vno, & alteri dat, pertinet ad distributiuam, & ideo potest ibi cadere acceptio personarum.

4. Concl. Exo. 23. Quando quis punitur grauius propter iniuriam in maiorem personam, non est acceptio personarum.

4. Concl. Pauperi in iudicio est subueniendum, sed sine læsione iustitiæ.

Quæstio 64. De vitijs oppositis communitatiuæ iustitiæ.

Art. 1. Vtrum occidere quæcunque viuentia sit illicitum.

1. Concl. Licitum est plantas mortificare in vsum animalium, & animalia in vsum hominum, ex pia ordinatione diuina.

1. Ex Aug. qui ait præceptum, non occides, intelligis tantum de homine. lib. 1. decim. c. 2.

2. Nemo peccat ex hoc, quod vtitur re aliqua, ad id, ad quod est. Sed plantæ sunt communiter propter animalia, & animalia propter hominem. quia imperfectiora sunt propter perfectiora, vt patet in generatione. Ergo non est illicitum quod homo eis vtatur ad suam vtilitatem, vt ait Aristot. sed inter alios vsus maxime est necessarius, vt animalia plantis vtantur in cibum, & homines animalibus, quod non potest fieri sine eorum mortificatione, Ergo. Gen 1. & 9. idem docetur. lib. 1. Pol. c. 5.

Ex ordinatione diuina conseruatur quidem vita animalium, & plantarum, sed non propter seipsam, sed propter hominem.

† 2. Concl. Aug. li. 1. de ciu. c. 20. Animalia, & plantæ habent quidem vitam, sed non rationalem: vnde semper quasi ab alio aguntur: vnde colligitur esse aliorum vsibus accommodata.

3. Concl. Qui occidit bouem alterius peccat, non homicidio, sed furto, vel rapina.

4. Concl. *Quia damnificat hominem in re sua.*

Art. 2. Vtrum sit licitum occidere peccatores.

1. Concl. Quando homo est periculosus communitati, & corruptiuus ipsius, propter aliquod peccatum, laudabiliter, & salubriter occiditur, vt bonum commune conseruetur.

1. *Maleficos, ait scriptura non patieris viuere.* Exo. 22.

2. *Quælibet persona singularis comparata ad communitatem, est sicut pars ad totum, & membrum ad corpus, sed si salus totius corporis humani expediat præcisio alicuius membri, vt cum est putridum, vel corruptiuum aliorum, laudabiliter, & salubriter abscinditur. Ergo,* Psalm 100

† 2. Con. 1. Cor. 5 Mat. 13. Prohibitio eradicationis zizaniæ, intelligitur cum non possunt occidi mali, quin etiam simul boni, vel cum latent inter bonos, vel cum habent multos sequaces, cum non immineat periculum bonis possunt occidi.

3. Concl. Deus aliquando statim peccatores occidit ad libertationem bonorum, aliquando seruat ad pœnitentiam: quod etiam iustificatur: quia qui peccant, alijs grauiter non nocentes, ad pœnitentiam reseruat.

4. Con. l. lib. 7. Eth c. 6. Licet hominem in sua dignitate manentem occidere, sit ex se malum: tamen hominem peccatorem occidere, potest esse bonum, sicut occidere bestiam: quia peior est malus homo, quam bestia, vt scripsit Arist. Psalm. 43.

Art.

Artic. 3. Vtrum occidere hominem peccatorem liceat priuatæ personæ.

1. Concl. Solum habentibus publicam auctoritatem licet malefactores occidere, non autem priuatis personis.

1. Ex Aug. qui hoc docet.

1. 1. de ciu. c. 26. 2. Cum occidere malefactores sit licitum, inquãtum ordinatur ad salutem communitatis, ad illos tãtum id pertinet, quibus committitur cura communitatis seruanda. At huiusmodi sunt habentes publicam auctoritatem, Ergo.

† 2. Concl. Exod. 32. Qui occiderunt proximos; & amicos ex mandato Dei, non videntur ipsi id fecisse, sed is, cuius auctoritate fecerunt, vt cum minister qui latronem auctoritate iudicis occidit.

3. Concl. Occidere bestiam siluestrem, est priuatæ personæ, non autem occidere peccatorem, qui cum non sit naturaliter distinctus ab hominibus, indiget iudicio publico, vt discernatur, an sit occidendus ad salutem communem,

4. Concl. Facere aliquid vt vtilitatem communem, quod nulli nocet, est licitum priuatæ personæ, cuiusmodi non est occisio peccatorum.

Art. 4. Vtrum occidere malefactores liceat clericis.

1. Concl. • Non licet clericis occidere.

1. Tim. 3. 1. Oportet, ait Paul. Episcopum sine crimine esse, non violentum, non percussorem, &c.

2. Pet. 2. Eccle. 10. 2. Quia sunt electi ad ministerium altaris, in quo repræsentatur passio Christi, qui cum percuteretur, non repercutiebat. At ministri debent imitari dominum, Ergo.

3. Quia eis committitur ministerium nouæ legis, in quo non determinatur pœna occisionis, vel multilationis.

† 2. Concl. Licet Deus corporaliter malefactores occidat: non tamen est necesse, vt omnes in hoc eum imitentur, sed solum in eo, quod sibi prinei; aliter congruit. Veteribus sacerdotibus licebat, quia in illa lege pœnæ corporales infligebantur.

3. Concl. Ministerium clericorum est in melioribus, in his, quæ pertinent ad salutem: ideo eis non congruit, vt minoribus, id est, in corporalibus occisionibus se ingerant.

4. Concl. Prælati ecclesiarum accipiunt officio principum terræ, non vt iudicium sanguinis exerceant per seipsos, sed sua auctoritate per alios.

Art. 5. Vtrum liceat alicui occidere seipsum.

1. Concl. Seipsum occidere est omnino illicitum.

1. Eth. 1. de ciu. Dei. c. 20. 1. Non occides, ait Aug. nec alterum. Ergo. nec te.

2. Quia est contra inclinationem naturalem scilicet contra legem naturæ, & contra caritatem, qua quilibet debet seipsum diligere.

3. Pars ciuitatis communitatis, cuius est pars, quia id, quod est, est totius.

4. Peccatur in Deum, cum vita sit quoddam ipsius donum: & inde ad solum Deum pertinet iudicium mortis. & vitæ. Arist. lib. 5. Eth.

Homicidium suiipsius in comparatione ad seipsum, est peccatum: quia contrariatur caritati. in comparatione ad cõmunitatem, quia contrariatur iustitiæ. † 2. Concl. Deut. 33

Qui habet publicam potestatem, potest malefactorem occidere, quia potest de illo iudicare, non autem seipsum, quia nemo est iudex suiipsius: potest tamen se committere iudicio aliorum. 3. Concl.

Non licet seipsum interficere, vt fiat transitus ad meliorem vitam: quia hoc est tantum in potestate diuina: nec vt miseriæ huius vitæ vitentur, quia esset assumere maius malum: cum mors sit maximum terribilium: nec propter peccatum commissum, quia hoc est publicæ auctoritatis, & quia ademitur tempus pœnitentiæ: nec mulieri, ne ab alio corrumpatur, quia violenta violatio non est peccatum, nisi consensus adsit: & quæ minus peccatum est fornicatio, quam homicidium: nec ob timorem consentiendi in peccatum, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. 4. Concl. Arist. 3. Eth. c. 6.

Samson, & quædam mulieres quæ tempore persecutionis seipsas occiderunt, fecerunt instinctu Spirit. sancti. 5. Concl.

Non refugere pati mortem ab alio propter bonum virtutis, & ad vitandum peccatum, pertinet ad fortitudinem: sed inferre sibi mortem ad vitandum pœnalia mala, potius pertinet ad mollitiem animi: quod fecit Razias. 6. Concl. Arist 3. Eth. c. 8. Aug. li. 1. de ciu. c. 23. 2. Mac. 14.

Art. 6. Vtrum liceat in aliquo casu interficere innocentem.

1. Concl. Nullo modo licet occidere innocentem.

Exod. 23. 1. Insontem, scrip. & iustum non occides.

2. Mors peccatorum sit tantum licita propter bonum commune, quod per peccatum corrumpitur alias etiam nullum peccatorem licet occidere, cum in quolibet debeamus amare naturam, quam Deus fecit. At vita iustorum est conseruatiua, & promotiua boni communis. Ergo.

† 2. Concl. Qui ex mandato Dei occidit innocentem, non peccat.

Quia Deus habet dominium vitæ, & mortis.

3. Concl. Qui iustum occidit, grauius peccat, q[uam]

magis agit contra caritatem, & contra iustitiam: priuat communitatem maiore bono: ac magis Deum contemnit: & quod iustus occisus ad gloriam perueniat: per accidens se habet, ad occisionem.

Luc. 10.

4. Concl. Iudex qui scit aliquem falsis testibus conuictum, esse innocentē debet diligentius examinare testes, vt inueniat occasionem liberandi eum: si hoc non potest, superiori relinquat iudicandum: si non potest, non peccat secundum allata iudicando, quia non ipse, sed testes potius eum occidunt. Minister iudicis condemnantis innocentem, si sententia contineat intollerabilem errorem, non debet obedire: secus, si non contineat manifestam iniustitiam.

Art. 7. Vtrum liceat alicui occidere aliquem se defendendo.

1. Concl. Licet alicui occidere aliquem defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ.

1. Ex script. qui furem occiderit, non est homicida. Ergo multo minus qui occidit pro defensione vitæ.

2. Actus moralis speciem recipit ab intentione. Si conseruatio propriæ vitæ, quam intendit defensor, habet rationē licitis, cum sit naturalis. Ergo Debet autem fieri moderate, quia si maior violentia, quam oporteat, est illicitum.

2. Concl. Non est necessariū hunc actum moderatæ tutelæ prætermittere ad euitandam occisionem alterius: quia plus tenetur homo vitæ suæ prouidere quam alienæ.

3. Concl. Illicitum est, quod homo intendat occidere hominem, vt seipsum defendat; nisi habeat publicam auctoritatem, intendens occidere ad sui defensionem, refert ad hoc cōmune bonum: vt patet in milite contra hostes, & in ministro iudicis contra furem, qui etiam peccant, si moueantur priuata libidine.

†4 Concl. Epist. 154. ad Pub. l. 1. tit. ar. c. 5 5 Concl. Aug. loquitur in eo casu, quo quis intendit occidere hominem, vt se defendat: & ideo hoc damnat, vnde patet ad secundum.

Clericus defendendo se, si interficiat aliquem est irregularis: quia irregularitas consequitur homicidium, etiamsi sit sine peccato.

6. Concl. Nunquam licet fornicari, & adulterium committere, quia non ordinantur hi actus ad conseruationem vitæ ex necessitate, vt actus, ex quo sequitur quandoque homicidium,

7. Concl. con. 12 Cum Paulus ait: *Non sos defendentes*, prohibet defensionem quæ est cum liuore vindictæ

Art. 8. Vtrum quis casualiter occidens hominē incurrat homicidij reatum.

1. Concl. Secundum iura, si quis det operam rei licitę debitam diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium sequatur; non incurrit homicidij reatum.

Epist. 154. *1. Absit, aut Aug. Et ea quæ propter bonum, &c.*

2. Phys. tex. 49. *2. Omne peccatum est voluntarium. At casualia, non sunt simpliciter loquendo voluntaria; quia ex Arist. casus est causa agens præter intentionem. Ergo.*

2. Concl. Si quis det operam rei illicitæ non adhibens diligentiam debitam, non euadit homicidij reatum, si ex eius opere homicidium sequatur.

Quia licet per se, & actu homicidium non sit voluntum: est tamen intentum: & voluntum per accidens, quatenus non remouetur causa.

† 3. Concl. Gen. 4. Lamech non adhibuit sufficientem diligentiam ad homicidium vitandum; ideo eius reatum non euasit.

4. Concl. Qui percutit mulierem, dat operam rei illicitæ; & ideo recte statuitur Exod. 21. Si quis &c.

5. Concl. Canones imponunt pœnam casualiter occidentibus tantum, quando dant operam rei illicitæ, vel non adhibent diligentiam debitam.

Quæstio 65 De mutilatione membrorum.

Artic. 1. Vtrum mutilare aliquem membro suo in aliquo casu possit esse licitum.

1. Concl. Dispōnendum est de mēbro humani corporis prout expedit toti.

Quia est propter totum, sicut imperfectum propter perfectum: cum vt per se est vtile, sic per accidēs potest esse nocuum.

2. Concl. Potest aliquis per publicam potestatem priuari membro, ob aliquas minores culpas, vt priuatur vita ob maiores.

1. Exod. 21. Oculum pro oculo, &c.

2. Abscisio membri etiam si vergat in detrimētum corporis, cum est sanum; tamen ordinata ad bonum communitatis, in quam ad cohibitionem peccatorum est vtile, cum totum homo ordinetur ad communitatem tanquam pars. Ergo.

3. Concl. Non est licitum priuatæ personæ priuare aliquem membro, & quia fit iniuria ciuitati, cuius homo est pars etiam volente illo cuius est membrum.

4. Con. Si membrum sit putridum & corruptiuum totius corporis, licitum est ex voluntate

eius

eius, cuius est membrum, vel alterius, cuius est cura de illo, illud abscindere propter salutem totius.

Quia vnicuique cõmissa est cura propriæ salutis.

† 5. Concl. Licet mutilare aliquem membro sit contra naturam particularem illius: est tamen secũdum naturalem rationem in comparatione ad bonum commune.

6. Concl. Præcisio membri potest ordinari ad propriam salutem vnius hominis: & ideo in aliquo casu potest ad illum pertinere: non sic tota vita.

7. Concl. Præciso membri est licita ad corporalem salutem, quando aliter toti subueniri non potest: non autem ad spiritualem; quia ei semper potest aliter subueniri. Vnde illud; sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt intelligitur, non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem.

Chry. hom. 65. in Matth.

Art. 2. Vtrum liceat patribus verberare filios, aut dominis seruos.

1. Concl. Pater potest licite verberare filium, Dominus seruum causa correctionis & disciplinæ.

Prou. 13. & 22. Eccl. 33. *1. Quia sapiens ait, non esse parcendum virgæ, & non esse subtrahendam à puero disciplinam.*

2. Cum nullus iuste puniat aliquem, nisi sit eius iurisdictioni subiectus, ergo potest aliquis verberare, nisi habeat aliquam potestatem super illum; quia verberare est nocumentũm inferre, quod non licet nisi per modum pœnæ propter iustitiam. At filius subditur potestati patris, & seruus potestati Domini. Ergo.

† 2. Concl. Ephes. 9. Per illud. *vos patres nolite ad iracundiam.* &c. non prohibetur, quin filios ob causas dictas, verberent, sed ne immoderate: idem dicitur dominis, vt remittant minas: vel quod non semper impleant, quod comminati sunt.

3. Concl. Arist. 10. eth. c. 9. Quod, *fermo paternus non habeat coactionem*, dicitur respectu potestatis pfectæ, quæ est in principe coercendi, & infligendi pœnas irreparabiles.

4. Concl. Exhibere disciplinam volenti, cuilibet licet: sed nolenti, est tantum illius cui alterius cura committitur.

Artic. 3. Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare.

1. Concl. Licet aliquem hominem incarcerare si fiat secundum ordinem iustitiæ, aut in pœnam, aut ad cautelam alicuius mali.

Nam Leuit. 24. quidam fuit incarceratus propter blasphemiam.

Alias vel incarcerare, vel qualitercunque aliquem detinere, omnino illicitum est. 2. Concl.

Quia impeditur vnum ex tribus bonis corporis; quæ sunt, substantia, & integritas vitæ delectatio & quies, motus & vsus membrorum: quæ bona tolluntur, occisione mutilatione, verberatione, & carcere.

Conuenienter incarceratur, qui abusus est libero vsu membrorum: nam qui abutitur potestate sibi data, meretur eam amittere. † 3. Conc

Etiam Deus aliquando impedit peccatores, ne possint peccatum implere: & sic humana iustitia imitatur Deum. 4. Concl

Detinere hominem ad horam ab aliquo opere illicito, scilicet ne alium feriat, aut se præcipitet, cuilibet licet, sed simpliciter includere, vel ligare pertinet ad habentem publicam potestatem. 5. Concl. loc. c.

Articul. 4. Vtrum peccatum aggrauetur ex hoc, quod prædictæ iniuriæ inferantur in personas aliis coniunctas.

Cæteris paribus aggrauatur peccatum ex hoc quod prædictæ iniuriæ inferũtur in personas aliis coniunctas. 1. Concl.

1. Deuter. 28. Filij tui, & filiæ tuæ tradẽtur, &c.

2. Quando aliqua iniuria in plures redundat, cæteris paribus, tanto grauius est peccatum; vt patet de iniuria erga Principem. At huiusmodi est illa, quæ infertur in personas aliis coniunctas. Ergo.

Propter aliquas circũstantias, erit aliquãdo grauius peccatum cõtra personarum nulli coniunctam, vt propter dignitatem personæ vel magnitudinem nocumenti. 2. Concl.

Qui lædit personam alijs coniunctam, etiam coniunctam secundum se lædit, quod supperadditur peccato. † 3. Concl.

Iniuriæ in viduas, & pupillos magis exaggerantur; quia magis opponuntur misericordiæ; & quia nocumentum eorum est pauius, cum non habeat reuelantem. 4. Concl.

Minoratur iniuria ex parte mulieris, quæ consentit in adulterium: sed non tollitur iniuria ex parte viri: idem de similibus dicas. 5. Concl.

Quæst. 66. De peccatis iustitiæ oppositis. De furto, & rapina.

Art. 1. Vtrum naturalis sit homini possessio exteriorem rerum.

QVantum ad vsum, homo habet naturale dominum exteriorum rerum; quia per 1. Concl.

tationem, & voluntatem poteſt illis vti ad ſuam vtilitatem, quaſi propter te factis.

1. Pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c.

2. Ariſtot hoc probat ex eo quod imperfectiora ſint propter perfectiora.

3. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit, &c. nam hoc ipſum eſt homini ſecundum rationem, in qua imago Dei conſiſtit.

1. Concl. Quantum ad naturam res exteriores ſolum ſubiacent voluntati diuinæ.

Illud, *Domini eſt terra*, &c. non excludit naturale dominium hominis, quantum ad vſum rerum.

2. Concl. num. 23. Diues, qui volebat congregare, reprehenditur; quia exteriora bona putabat eſſe principaliter ſua, quaſi non accepiſſet à Deo.

Concl. nu. 12. Tertium procedit iuxta ſecundam concluſionem.

Art. 2. Vtrum liceat alicui rem aliquam, quaſi propriam poſſidere.

1. Concl. Quantum ad poteſtatem procurandi, & diſpenſandi licet homini rem aliquam, tanquam propriam poſſidere.

Lib. de hær. n. 40. *1. Ex Aug. qui contrarium damnat, tanquam erroneum.*

2. Quia hoc eſt neceſſarium ad humanam vitã: primo, quia vnuſquiſque eſt magis ſolicitus ad propria, quam ad communia: deinde, quia ordinatim res humanæ tractantur; alias eſſet confuſio: tertio, quia ſtatus hominum magis pacificus conſeruatur: nam ex eo, quod indiuiſum poſſidetur, frequentius rixæ oriuntur.

2. Concl. Quantum ad vſum, homo non debet habere res exteriores, vt proprias, ſed vt communes, vt ſcilicet de facili eas communicet in neceſſitates aliorum.

† 3. Concl. 1. Tim. vlt. Ariſt. lib. 2. Polit. Proprietas poſſeſſionum non eſt contra ius naturale, ſed ei additum: quia communitas rerum attribuitur iuri naturali, non quod hoc ratio naturalis doceat; ſed quia ſecundum ius naturale non eſt diſtinctio poſſeſſionum.

4. Concl. Baſ. ſer. ad cunct. Ser. 6. Concl. Diues non peccat occupando poſſeſſionem rei communis, ſed ſi alios ab illius vſu indiſcrete prohibeat.

Cum Amb. ait, *nemo dicat proprium, quod eſt commune*, loquitur de proprietate, quantum ad vſum.

Art. 3. Vtrum ſit de ratione furti accipere occulte rem alienam.

1. Concl. Li. 10. Ety. c. 6. Propria ratio furti eſt, vt ſit occulta acceptio rei alienæ.

1. Fur, aut Iſidorus, à furuo dictus eſt, id eſt, à fuſco: nam noctis vtitur tempore.

2. Quia tria requiruntur ad furtum: primum vt vſurpetur alienum, & ſic contrariatur iuſtitiæ: ſecundum, vt ſit circa rem poſſeſſam, & ſic diſtinguitur ab homicidio, & adulterio quæ ſunt circa perſonas: tertium, vt occulte vſurpetur alienum; & in hoc eſt propria ratio furti.

† 2. Concl. Occultatio quandoque eſt cauſa peccati; vt in dolo, & fraude, & conſtituit ſpeciem peccati: aut cum eſt ſimplex circumſtantia minuit peccatum: quia eſt ſignum verecundiæ, & tollit ſcandalum.

3. Concl Sub iniuſta acceptione intelligitur etiam iniuſta detentio: quia habet eandem rationem nocumenti.

4. Concl. Nihil prohibet, vt quod eſt ſimpliciter vnius, ſit ſecundum quid alterius: & ſic quod eſt rapina ablatum, eſt rapientis, quantum ad detentionem.

Art. 4. Vtrum furtum, & rapina ſint peccata diuerſa ſpecie.

1. Concl. Furtum, & rapina, ſunt peccata ſpecie differentia.

1. Ex Ariſt. qui ponit furtum occultum, & rapinam violentam.

2. Furtum, & rapina ex hoc habent rationem peccati, quia acceptio eſt inuoluntaria ex parte eius, cui aliquid ſubtrahitur. Sed inuoluntarium eſt duplex, aut per ignorantiam, & ſic furtum; aut per violentiam, & inde rapina. Ergo habent diuerſas rationes, & ſic differunt ſpecie.

† 2. Concl. In alijs generibus peccatorum, occultum, & manifeſtum non faciunt differentiam ſpecificam.

Quia in illis non attenditur ratio inuoluntarij.

3. Concl. Habere aliena eſt finis remotus furti & rapinæ, & non ſufficit ad identitatem ſpeciei: finis autem proximus raptoris eſt per propriam poteſtatem obtinere; furis vero per aſtutiam.

4. Concl. Licet mulieris raptus ſit occultus ex parte aliorum, quibus rapitur: tamen ſemper remanet ratio rapinæ, quia non eſt occultus ex parte mulieris, cui violentia infertur.

Articul. 5. Vtrum furtum semper sit peccatum.

1. Concl. Omne furtum est peccatum.

1. *Exod. 20. Non furtum facies.*

2. *Quia opponitur iustitiæ, & est acceptio rei alienæ: ratione doli, seu fraudis quia ex insidijs rem alienam usurpat.*

† 2. Concl. Iudæi spoliantes Aegyptum non commiserunt furtum: quia id fecerunt ex Dei præcepto.

3. Concl. Res inuentæ, si nunquam fuerunt in bonis alicuius, vt lapilli, & quæ in littore maris inueniuntur, sunt occupantis: idem dicas de thesauro cuius pars debet dari secundum leges ciuiles domino agri: Si fuerunt in bonis alicuius, & non habentur pro derelictis, qui accipit animo restituendi, non committit furtum si autẽ habeantur pro derelictis, & hoc credat inuentor, nõ committit furtum: si retineat.

4. Concl. Qui furtim rem suam depositam rapit, peccat, quia grauat depositarium & tenetur: reuelare grauamen: si vero furtim accipiat ab eo, qui iniuste eam detinebat, peccat quidem contra communem iustitiam, prætermittendo ordinem iuris; sed non tenetur restituere; sed tantum ad sedandum scandalum, si fit ortum.

Artic. 6. Vtrum furtum sit peccatum mortale.

2. Concl. Zach. 5. Furtum est peccatum mortale.

1. *Quia damnatur in scriptura.*

2. *Quod contrariatur caritati, est peccatum mortale. At furtum est huiusmodi; quia per illud infertur nocum enim proximo; ad caritatem autem pertinet, vt proximo bonum velimus. Ergo.*

† 2. Concl. Proverb. 6. Furtum dicitur non esse grandis culpæ, vel propter necessitatem inducentem ad furandum, quæ vel minuit vel totaliter tollit culpam: vel per comparationem ad reatum adulterij, quod punitur morte.

3. Concl. Exod. 25. Pro furto nisi aggrauetur aliqua graui circunstantia, vt contingit in sacrilegio, non infligitur pœna mortis, secundum iudicium præsentis vitæ, non quod non sit mortale, sed quia non infert nocumẽtum irreparabile.

4. Concl. Si quis furtiue res minimas accipiat, potest excusari à mortali nisi habeat animum furandi, & inferendi nocumentum proximo.

Art. 7. Vtrum liceat alicui furari propter necessitatem.

1. Concl. Licite potest aliquis res alienas sue necessitati subuenire: cum alter non possit siue manifeste, siue occulte subuenire quod proprie nec furti, nec rapinæ rationem habet.

1. *Quia in necessitate sunt omnia communia.*

2. *Quæ sunt iuris humani, non possunt derogare iuri naturali, vel diuino. At communis naturalis ordinem a diuina prouidentia institutum res inferiores sunt ordinatæ subuenientium hominum necessitati. Ergo talis ordo non tollitur per rerum diuisionem &c.*

2. Concl. Quæ alij superabundanter habent iure naturali, debentur pauperum sustentationi.

Superfluum panis est, quem tu detines, aut Ambros. Vnde omnibus communitur dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniant necessitatem patientibus. dist. 47. c. sicut.

† 3 Concl. c. si quis. 4. Concl. Decretalis illa, de furtis intelligitur cum non est vrgens necessitas.

Vti re aliena occulte accepta in casu necessitatis, non habet proprie rationem furti.

5. Concl. Aug. in ep. mend. c. 7. Etiam alijs licet occulte rem alienam accipere, vt subueniat proximo sic indigenti.

Arti. 8. Vtrum rapina possit fieri sine peccato.

1. Concl. Isa. 61. Per rapinam aliquid accipere non est licitum.

1. *Quia Deus odio habet rapinas.*

2. *Rapina importat violentiam & coactionem, per quam contra iustitiam alicui aufertur quod, suum est. At hoc non licet nec priuatæ, nec publicæ personæ. Ergo.*

2. Concl. Aug. lib. 4. de ciu. c. 4 Ezech. 22. Principibus licet violentia, & coactione vti contra hostes, & contra malefactores: & quod sic aufertur, non habet rationem rapinæ: sed si auferant contra iustitiam, est rapina, & tenentur restituere. Vnde patet ad tertium.

† 3. Concl. Qui in bello iusto aliquid acquirunt per violentiam, non committunt rapinam, nec restituere tenentur; licet possint peccare accipiendo, ex praua intentione: si bellum iniustum sit, ex rapina, & tenentur restituere.

4. Concl. Ab infidelibus possunt violenter subtrahi res, non priuata, sed publica auctoritate: quia iniuste possident: cum secundum leges terrenorum Principum eas amittere iusti sint.

Art. 9. Vtrum furtum sit grauius peccatum, quam rapina.

1. Concl. Rapina est grauius peccatum, quam furtum.

1. *Quia secundum leges grauius punitur.*

2. *Ideo furtum & rapina habent rationem peccati, quia efficiunt inuoluntarium. At rapina magis efficit inuoluntarium, quia scientia magis, & correctioni opponitur voluntati, quam ignorantia respectu furti. Ergo.*

3. *Per rapinam non solum infertur damnum, sed etiam ignominia quædam, & iniuria personæ, quod præponderat dolo, & fraudi in furto. Ergo. Vnde patet ad primum.*

† 2. Concl. Homines minus verecundantur de rapina, quam de furto, quia magis gloriantur de virtute exteriori, quæ ostenditur per rapinam, quam de virtute interiori, quę tollitur per peccatum.

3. Concl. Per furtum potest quidem noceri pluribus. per rapinam grauiora nocumenta possunt inferri: & ideo est detestabilior.

Quæstio 67. De vitijs oppositis commutatiuæ iustitiæ.

Art. 1. Vtrum quis possit iuste iudicare eum, qui non est sibi subiectus.

1. Concl. NVllus potest iudicare aliquem: nisi aliquo modo subditus eius sit vel per commissionem, vel per potestatem ordinariam.

1. *Ex Greg. qui hoc docet.*

6. q. 3. c. scripsum. Aust. 10. Esth. c. 1 an. 15. 2. *Sententia iudicis debet habere vim coactiuam, vt quælibet pars cogatur eam seruare. At hanc vim non habent licite in rebus humanis, nisi qui sunt publica potestate, vel ordinaria, vel per commissionem, qui vocantur superiores respectiue eorum, in quos, vt in subditos, talem potestatem recipiunt. Ergo.*

† 2. Concl. Daniel accepit potestatem adiudicandum, quasi commissam instinctu diuino. *Suscitauit Dominus, &c.*

3. Concl. Christus non habebat superiorem, sed ipse e subiecit humano iudicio, quod fieri potest: sicut & Leo Papa iudicio Imperatoris.

4. Concl. Si aliquis exemptus, vel extraneus committat crimen, potest per ordinarium condemnari: quia fit superior illius ratione delicti.

Art. 2. Vtrum iudici liceat iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea, quæ proponuntur.

Concl. Iudici licet iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea, quæ proponuntur.

1. Ex Aug. & Ambr. qui hoc docent. lib. de vera relig. c. 31. In Psalm. 118. ser. 20

2. *Iudicare pertinet ad iudicem, secundum quod habet publicam potestatem. Ergo debet iudicare secundum id, quod scit, vt persona publica. Cognoscit autem aliquid dupliciter, vel in communi per publicas leges, vel diuinas, vel humanas, & contra has nullas probationes debet admittere, vel in particulari negotio per instrumenta, testes, &c.* & hæc debet sequi in iudicando magis, quam quod nouit, vt priuata persona: facta tamen prius diligenti discussione, vt possit probationum defectum inuestigare.

2. Concl. Debent quidem iudices veritatem iudicare, sed secundum ea, quæ fuerunt sibi proposita. Deut. 18.

3. Concl. Deo competit iudicare secundum propriam potestatem, ideo iudicat secundum suam cognitionem, sicuam Christus, non autem cæteri iudices.

4. Concl. Quod, *in notorijs non sit necessarius iudicialis ordo* intelligitur, quando aliquid non solum est manifestum iudici, sed etiam alijs: quia reus ex ipsa euidentia facti conuincitur: quod non accidit, cum iudex solus nouit.

5. Concl. Homo in his, quæ ad propriam personam pertinent, debet informare conscientiam, sua propria scientia, in his vero, quæ pertinet ad publicam potestatem, secundum ea, quæ in publico iudicio sciri possunt.

Art. 3. Vtrum iudex possit aliquem condemnare, etiamsi non sit alius accusator.

1. Concl. Iudex in criminibus non potest aliquem iudicio condemnare, nisi habeat accusatorem. 23. q. 4 c si quis.

1. *Ex Ambr. qui hoc docet.*

2. *Iudex debet inter aliquos duos iudicare, cum iustitia sit ad alterum. At hoc fit quando vnus est actor, & alter reus. Ergo. Act. 25. Non est consuetudo. &c.*

† 1. Concl. Deus etiam in suo iudicio vtitur accusatore. qui est conscientia peccantis. Rom. 2.

3. Concl. Publica infamia habet locum accusatoris, vt ait Glos. in denunciatione autem non requiritur accusatio: quia non intenditur punitio, sed emendatio, peccantis Nec ex eo, quod iudex videt, potest procedere ad sententiam, nisi secundum ordinem publici iudicij, quod se tenet loco accusatoris. In Gen. c. 4

4. Concl. Daniel fuit accusator simul, & iudex: quasi diuini iudicij executor.

Artic. 4. Vtrum iudex licite possit pœnam relaxare.

1. Concl. Iudex inferior non habet potestatem absoluendi reum à pœna contra leges à superiore sibi impositas.

1. *Patet ex auctoritate scrip. Deut. 13. & 9. & ex Aug.*

In Ioan. tract. 116. 2. *Ratione accusatoris, ad cuius impertinet quandoque, & reus punitur: iudex autem tenetur reddere cuique suum quicunque, Ergo.*

3. *Ex parte reipubl. cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, vt malefactores puniantur.*

2. Concl. Princeps, qui habet plenariam potestatem in republica, si qui patius est iniuriam, velit eam remittere, poterit reum licite absoluere: si publicæ vtilitati non sit nocumento.

† 3. Concl. Iure. 2. Non est iudicis misericordiam facere in his, quæ sunt determinata secundum leges diuinas, vel humanas, sed sedin bis, quæ eius arbitrio relinquuntur.

4. Concl. Deus est supremæ potestatis, & ideo potest remittere quicquid contra aliquem peccatur.

3. Concl. Remittere inordinate pœnam, nocet communitati, vt est dictum: & personæ iniuria affectę quæ recompensationem quandam honoris accipit in pœna iniuriantis.

Quæstio 68. De pertinentibus ad iniustam accusationem.

Art. 1. Vtrum homo teneatur ad accusandum.

1. Concl. QVando crimen vergit in detrimentum spirituale: vel corporale reipubli tenetur homo ad accusationem, modo sufficienter possit probare: quod pertinet ad officium accusatoris

1. *Leuit. 5 Si peccauerit anima, &c.*

2. *Quies reipub. quam omnes debent procurare procuratur per punitionem peccantium. At accusatio intendit punitionem peccantium, sicuti denunciatio eorundem emendationem, Ergo.*

2. Concl. Quando crimen non esset in detrimentum reipub. vel aliquis sufficientem probationem non haberet, non tenetur accusare.

Quia nemo tenetur ad id, quod non potest debito modo perficere.

† 3. Concl. Nihil prohibet per peccatum aliquem reddi impotentem ad ea, quę homines facere tenentur: nec ex hoc reportatur commodum, immo est grauissima pœna: & hac ratione excommunicati, infames, &c. non possunt accusare.

Prohibentur subditi prælatos suos accusare, quando non ex caritate, sed ex prauitate vitam eorum diffamare, aut reprehendere quærunt. 4 Concl.

Reuelare secretum in malum personæ, est contra fidelitatem, non autem si reueletur propter bonum commune. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum sit necessarium accusationem in scriptis fieri.

Rationabiliter institutum est, vt accusatio, sicut & alia, quæ in iudicio aguntur, redigantur in scriptis. 1. Concl. 2 q. 8. ... exhibitum

1. *Ex Decr. Accusatorum personæ sine scripto nunquam accipiantur.*

2. *Iudex in accusatione constituitur medium inter accusatorem, & eum, qui accusatur ad examen instituæ, in quo quantum possibile est, oportet procedere secundum certitudinem. At quæ solo verbo dicuntur, facile labuntur, nec esset alias certum quid, aut qualiter dictum sit, Ergo.*

† 2. Concl. Etiam si post modicum tempus debeat sententia promulgari, expedit ad certitudinem iudicij, vt accusatio redigatur in scriptis.

3 Concl. 2. q 8. ... scripta. Illud, *Nullus accusatio suscipiatur, &c.* intelligitur de absente, qui peremptam accusationem mittat non tamen excluditur, quin cum præsens fuerit, necessaria sit scriptura.

4. Concl. Denunciator non obligat se ad probandum, & non punitur, si probare nequiuerit: ideo in denunciatione non est opus scriptura.

Art. 3. Vtrum accusatio reddatur iniusta propter calumniam, prauaricationem, & tergiuersationem.

1. Concl. Accusatio redditur iniusta propter calumniam, prævaricationem, & tergiuersationem.

1. *Habetur 2. q. 8. ca. sequem.*

2. *Accusatio ordinatur ad bonum commune, ad quod promouendum nemo debet alteri nocere quod potest contingere, primo cum quis iniuste agit contra eum, qui accusatur falsum imponendo, quod est calumniari: deinde ex parte reip. cum quis impedit malitiose punitionem peccati, & hoc, vel adhibendo fraudem in accusatione, quod pertinet ad prævaricationem, nam prævaricator is dicitur, qui aduersam partem iuuat, prodita causa sua vel totaliter accusatione desistendo; quod est tergiuersari. Ergo.*

† 2. Con... Non semper, qui falsum crimen imponit calumniatur, vt qui ex leuitate animi, aut ex iusto errore mouetur ad accusandum, sed solum cum ex malitia infallam accusationem

rorum, et: & nemo ad accusationem procedere debet, nisi re perspecta, in qua non habet locum ignorantia facti.

Concl. Tantum is prævaricatur, qui abscondit fraudulenter vera crimina, de quibus est accusatio, & colludit cum reo proprias probationes dissimulando, & falsas excusationes admittendo.

4. Concl. Tergiversari est ab accusatione desistere deponendo animum accusandi inordinate. Quod ordinate potest fieri, vel si cognoverit falsum id, de quo accusavit, vel quando Princeps accusationem aboleverit.

Art. 4. Vtrum accusator, qui in probatione defecerit, teneatur ad pœnam talionis.

1. Concl. Accusator, qui in probatione defecerit, tenetur ad pœnam talionis.

9 3. c. qui non. 1. *Qui non probauit quod obiecit, ait Adrianus, pœnam, quam intulit ipse patiatur.*

2. *Ad iudicem pertinet, vt inter accusatorem qui in causa accusationis constituitur parem, & accusatum iustitia æqualitatem constituat. At iustitia æqualitas requirit, vt nocumentum, quod quis alteri intendit, ipse patiatur. Ergo.*

2. Concl. Cum iudex cognouerit aliquem de falso accusasse, non voluntate nocendi, sed propter ignorantiam, ex iusto errore non imponit pœnam talionis,

Quia inuoluntario non debetur pœna.

Concl. Qui male accusat, peccat contra personam accusati, & contra rempub. & propterea vtrunque punitur. Verum innocenter accusatus iniuriam, & princeps pœnam accusanti remittere potest.

Concl. Pœnam talionis accusator meretur propter recompensationem nocumenti, quod intendebat inferre: pœnam vero infamiæ propter malitiam: & vtraque princeps abolere potest, cum Gelas. dicat, *infamiam aboleri non possumus* loquitur de infamia facti.

Quæstio 69. De peccatis, quæ sunt contra iustitiam.

Art. 1. Vtrum absque peccato mortali possit accusatus veritatem negare, per quam condemnaretur.

Concl. EX debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam iuris exigit, quam si confiteri noluerit, aut negauerit, peccat mort.

1 *Quia pertinet ad gloriam Dei, quod reus cõfi-*

teatur: quod si contra se ergo si non faciat, peccat mort. Ergo.

Iosu. 7. 1. Cor. 10 2. *Qui facit contra debitum iustitiæ, mortaliter peccat: sed debitum iustitiæ est, vt aliquis obediat suo superiori, vt est iudex rectè iudicans, qui iudicauerit. Ergo.*

2. Concl. Studeat aliquid exquirat non secundum ordinem iuris, non tenetur ei accusatu respondere, sed per appellationem, vel alter eum subterfugere potest: mendacium autem dicere non licet.

† 3. Concl. Cum quis legitime interrogatur à iudice, non ipse se prodit, sed ab alio proditur, dum ei necessitas respondendi imponitur per eum, cui obedire tenetur.

4 Concl. Mentiri ad liberandum aliquem à morte cum iniuria alterius, vel ad fugiendam excusationem, non est simpliciter mendacium officiosum.

5. Concl. Greg. l. 22 Mor. c. 13 Qui mentitur in iudicio facit contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & contra iudicem, cui debitum negat, & contra accusatorem, &cæt.

Art. 2. Vtrum accusato liceat calumniose se defendere.

1. Concl. Decret. c. 1. Accusato non licet calumniose se defendere.

1. *In causa criminali iuramentum de calumnia præstandum est. Ergo.*

2. *Licet accusatus non teneatur omnem veritatem confiteri, sed solum illam, quam secundum ordinem iuris index potest ab eo requirere, vt cum præcesserit, vel infamia, vel manifesta indicia, vel semiplena probatio, & aliter posset sententiari veritatem occultando, tamen sicuti falsitatem proponere in nullo casu licet sicut nec id, quod actum est ei, non debet tentare per quæstionem, vt per fraudem & dolum, quod est calumniose se defendere, quia pertinet ad iustitiam, & vitiosum est, sed per conuenientes modos, vt non respondendo ad ea, ad quæ non tenetur.*

† 2. Concl. Reus in causa sanguinis, corrumpendo aduersarium, peccat, sed lege ciuili non punitur, quia nõ requirit ab homine omnimodam virtutem, & ita videtur licitum; sed non secundum iudicium diuinum.

3. Concl. Sicut peccat accusator, colludens cum reo, sic reus colludens cum accusatore sed reo non imponitur pœna per leges humanas, quia facit ad vitanda n mortem.

4. Concl. Sapiens timet, & declinat à malo, non calumniose, sed prudenter.

Art.

Art. 3. Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

1. Concl. Act 25.

Appellare, confidentia iustæ causæ, cum a iudice iniuste quis grauatur, licitum est.

Patet ex facto Pauli, qui appellauit ad Cæsarem.

2. q. 3 c. omnes. 2. Concl.

Appellare causa differendæ moræ, ne contra se iusta sententia proferatur illicitum est: quia est calumniose se defendere, quod quid facit iniuriam iudici, cuius officium impedit, & aduersario, cuius iusticiam perturbat: & ideo puniendus est.

† 3. Concl.

Cum iudex inferior aliquem grauat, relinquit potestatis superioris ordinem, ob quem illi subijcitur, ideo licet aggrauato appellare ad superiorem, vel ante sententiam, vel post. Sed Catholico non licet appellare ad infidelem quia præsumitur quod vbi non est fides, non sit rectitudo.

4. Concl. 2. q. 6. c. Catholicus.

Negatur subsidium appellationis à iudicibus arbitrarijs, qui non habent potestatem, nisi ex consensu partium, quia ex proprio defectu procedit, vt quis se subijciat sua sponte iudicio illius, de cuius iustitia non confidit.

5. Concl.

Non licet appellare post decimum diem, ne certitudo iudicij remaneat suspensa, & ne ita subueniatur vni, vt alter grauetur. Nec licet tertio appellare sub eodem, quia non est probabile toties iudicem à recto iudicio declinare.

Art. 4. Vtrum liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit.

1. Concl. Rom. 13.

Iuste condemnatus, peccat se defendendo.

1. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem acquirit, ex Paulo. At iste resistit. Ergo.*

2. *Licitum est iudici cum resistentem impugnare. Ergo ex parte illius est bellum iniustum.*

2 Concl.

Iniuste cõdemnato licet resistere maioribus principibus, nisi forte propter scandalum vitandum: quia huiusmodi iudicium est simile violentiæ latronum.

† 3. Concl. Ezech.

Non quælibet defensio sui est licita, sed quæ fit cum debito moderamine: ea enim ad quæ natura inclinat, secundum rationis ordinem sunt exequenda.

4. Concl.

Licet vnicuique per fugam à morte se liberare: quia nemo tenetur facere id vnde mors sequatur, vt est manere in carcere: sicut condemnato, vt fame moriatur, licet sumere cibum sibi ministratum: nunquam tamen licet resistere agenti, quin patiatur, quod iustum est eum pati.

Qui damnantur ad mortem, iuste occidi possunt non contra ordinem iustitiæ.

Quæstio 70. De iustitia pertinente ad personam testis.

Art. 1. Vtrum homo teneatur ad testimonium ferendum.

TEstimonium, vel requiritur, vel non: si requiritur, vel à superiore, cui quis tenetur obedire in his, quæ ad iustitiam pertinent, secundum ordinem iuris, & sic quilibet tenetur testimonium ferre, in manifestis, & in his, de quibus infamia præcessit: vel requiritur à non superiore, cui non tenetur obedire, & tunc tenetur ad testificandum, cum requiritur ad liberandum aliquem ab iniusta morte, vel à pœna, vel à falsa infamia, &c. Et si non requiratur, tenetur facere quod in se est, vt veritatem alicui denunciet, qui ad hoc possit prodesse.

Qui veritatem occultat, ait Augustinus, & qui prædit mendacium, vterque reus est, &c. idem patet ex auctoritate Scripturæ.

In his, quæ ad condemnationem alicuius pertinent, non tenetur aliquis ferre testimonium, nisi cum à superiore compellitur secundum ordinem iuris: quia nullum ex hoc speciale damnum innascitur: de accusatore autem si immineat periculum, cum non potest probare, non est curandum, quia sua sponte in periculum se ingressit.

† 3.

Occultatio veritatis tunc est licita, quando quis non compellitur auctoritate superioris, & quando nulli specialiter est damnosa: & sic Abraham occultauit veritatem.

4. Concl. Gen.

Quæ in secreto per confessionem sciuntur nullo modo per testimonium sunt manifestanda: quia ita homo scit, vt minister Dei & maius est sacramenti vinculum, quam hominis præceptum. Quæ aliter committuntur sub secreto, si pertineant ad corruptionem multitudinis, vel spiritualem, vel corporalem, vel ad graue damnum alicuius personæ, debent manifestari: quia alias homo fangeret fidem, quam alteri debet: & ita per secretum commissum non potest quis obligari ad contrarium. Quando non sunt huiusmodi, nullo modo tenetur ea prodere, nec etiam ex præcepto superioris: quia seruare fidem est de iure naturali

5. Concl.

Clerici non possunt cogi ad ferendum testimonium in causa sanguinis: quia nõ decet ministros altaris cooperari ad occisionem hominis

Eligitur magis ille, qui est de gremio Ecclesiæ, quia vtin pluribus consueuit esse vtilior, quantum ad bonum commune: quia magis diligitur Ecclesia, in qua quisque est nutritus.

Art. 3. Vtrum in exhibitione honoris, & reuerentiæ locum habeat peccatum acceptionis personarum.

1. Concl. Acceptio personarum in exhibitione honoris, & reuerentiæ est peccatum.

Quicunque, ait Iacobus dimittem propter diuitias honorat, peccat. Ergo etiam qui aliquem honorat ob alias causas, quæ non faciunt dignum honore.

2. Concl. Cap. 2. Licet sola virtus sit causa debita honoris, quia honor est testimonium virtutis: tamen possunt aliqui honorari non solum propter virtutem propriam, sed etiam propter virtutem alterius: sicuti Principes, & Prælati, etiamsi sint mali, inquantum gerunt personam Dei, & communitatis. Prouer. 26.

3. Concl. Cap. 4. Eadem ratione parentes, & domini propter participationem diuinæ dignitatis.

4. Concl. Senes sunt honorandi, quia tenectus est signum quandoque deficiat.

5. Concl. Diuites autem non propter diuitias - sed quia maiorem locum in communibus obtinent. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum in iudiciis locum habeat peccatum, acceptionis personarum.

1. Concl. Per personarum acceptionem iudicium corrumpitur.

1. *Prou. 18. accipere personam in iudicio non est bonum.*

2. *Iudicium est actus iustitiæ, prout iudex æqualitatem inducit. At acceptio personarum inæqualitatem quandam habet, Ergo.*

2. Concl. Iudicium quantum ad rem iudicatam est commune ad distributiuam, & commutatiuam: quantum ad formam iudicij, vt accipit ab vno, & alteri dat, pertinet ad distributiuam, & ideo potest ibi cadere acceptio personarum.

3. Concl. Quando quis punitur grauius propter iniuriam in maiorem personam, non est acceptio personarum. 1. Cor. 3. 23.

4. Concl. Pauperi in iudicio est subueniendum, sed sine læsione iustitiæ.

Quæstio 64. De vitijs oppositis communitati iustitiæ.

Art. 1. Vtrum occidere quæcunque viuentia sit illicitum.

1. Concl. Licitum est plantas mortificare in vsum animalium, & animalia in vsum hominum, ex pia ordinatione diuina.

1. *Ex Aug. qui ait præceptum, non occides, intelligi tantum de homine.* lib. 1. decim. c. 2.

2. *Non peccat ex hoc, quod vtitur re aliqua, ad id, ad quod est. Sed planta sunt communiter propter animalia, & animalia propter hominem. quia imperfectiora sunt propter perfectiora, vt patet in generatione. Ergo non est illicitum quod homo eis vtatur ad suam vtilitatem, vt ait Aristot. sed inter alios vsus maxime est necessarius, vt animalia plantis vtantur in cibum, & homines animalibus, quod non potest fieri sine eorum mortificatione, Ergo. Gen 1. & 9. idem docetur.* lib. 1. Pol. c. 5.

Ex ordinatione diuina conseruatur quidem vita animalium, & plantarum, sed non propter seipsam, sed propter hominem. † 2. Concl. Aug. li. 1. de ciu. c. 20.

Animalia, & plantæ habent quidem vitam, sed non rationalem: vnde semper quasi ab alio aguntur: vnde colligitur esse aliorum vsibus accommodata. 3. Concl.

Qui occidit bouem alterius peccat, non homicidio, sed furto, vel rapina. 4. Concl.

Quæ damnificat hominem in re sua.

Art. 2. Vtrum sit licitum occidere peccatores.

1. Concl. Quando homo est periculosus communiti, & corruptiuus pbius, propter aliquod peccatum, laudabiliter, & salubriter occiditur, vt bonum commune conseruetur.

1. *Malefices, aut scripsit non patris vsus.*

2. *Quilibet persona singularis comparata ad communitatem, est sicut pars ad totum, & membrum ad corpus. Sed si saluti totius corporis humani expediat præcisio alicuius membri, vt cum est putridum, & corruptiuum aliorum, laudabiliter, & salubriter abscinditur. Ergo,* Exo. 22. Ipsa 100

Prohibitio eradicationis zizaniæ, intelligitur cum non possunt occidi mali, quin etiam simul boni, vel cum latent inter bonos, vel cum habent multos sequaces, cum non immineat periculum bonis possunt occidi. † 2. Conc. 1. Cor. 5 Mat. 13.

Deus aliquando statim peccatores occidit ad libertationem bonorum, aliquando seruat ad pœnitentiam: quod etiam iustitiam tatur: quia qui peccant, alijs grauiter non nocentes, ad pœnitentiam reseruat. 3. Concl.

Licet hominem in sua dignitate manentem occidere, sit ex se malum: tamen hominem peccatorem occidere, potest esse bonum, sicut occidere bestiam: quia peior est malus homo, quam bestia, vt ipsit Arist. 4. Concl. lib. 7. Eth c 6. Psalm. 48.

Art.

Artic. 3. Vtrum occidere hominem peccatorem liceat priuatæ personæ.

1. Concl. Solum habentibus publicam auctoritatem licet malefactores occidere, non autem priuatis personis.

1. Ex Aug. qui hoc docet.

i. 1. de ciu. c. 26. 2. *Cum occidere malefactores sit licitum, inquãtum ordinatur ad salutem communitatis, ad illos tãtum id pertinet, quibus committitur cura communitatis seruande. At huiusmodi sunt habentes publicam auctoritatem, Ergo.*

† 2. Concl. Exod. 32. Qui occiderunt proximos; & amicos ex mandato Dei, non videntur ipsi id fecisse, sed is, cuius auctoritate fecerunt, vt cum minister qui latronem auctoritate iudicis occidit.

3. Concl. Occidere bestiam siluestrem, est priuatæ personæ, non autem occidere peccatorem, qui cum non sit naturaliter distinctus ab hominibus, indiget iudicio publico, vt discernatur, an sit occidendus ad salutem communem,

4. Concl. Facere aliquid vt vtilitatem communem, quod nulli nocet, est licitum priuatæ personæ, cuiusmodi non est occisio peccatorum.

Art. 4. Vtrum occidere malefactores liceat clericis.

1. Concl. 1. Tim. 3. 2. Pet. 2. Eccle. 10. • Non licet clericis occidere.

1. *Oportet, ait Paul. Episcopum sine crimine esse, non violentum, non percussorem, &c.*

2. *Quia sunt electi ad ministerium altaris, in quo representatur passio Christi, qui cum percutieretur, non repercutiebat. At ministri debent imitari dominum, Ergo.*

3. *Quia eis committitur ministerium nouæ legis, in quo non determinatur pœna occisionis, vel mutilationis.*

† 2. Concl. Licet Deus corporaliter malefactores occidat: non tamen est necesse, vt omnes in hoc eum imitentur, sed solum in eo, quod sibi conuenit, aliter congruit. Veteribus sacerdotibus licebat, quia in illa lege pœnæ corporales infligebantur.

3. Concl. Ministerium clericorum est in melioribus, in his, quæ pertinent ad salutem: ideo eis non congruit, vt minoribus, id est, in corporalibus occisionibus se ingerant.

4. Concl. Prælati ecclesiarum ac principum officio principum terræ, non vt iudicium sanguinis exerceant per seipsos, sed sua auctoritate per alios.

Art. 5. Vtrum liceat alicui occidere seipsum.

1. Concl. Seipsum occidere est omnino illicitum.

li. 1. de ciu. Dei. c. 20. 1. *Non occides, ait Aug. nec alterum. Ergo, nec te.*

2. *Quia est contra inclinationem naturalem scilicet contra legem naturæ, & contra caritatem, qua quilibet debet seipsum diligere.*

3. *Est iniuria communitatis, cuius est pars, quia id, quod est, est totius.*

Arist. li. 5. Eth. 4. *Peccatur in Deum, cum vita sit quoddam ipsius donum: vnde ad solum Deum pertinet vndecimum mortis, & vitæ.*

† 2. Concl. Deut. 32. Homicidium suiipsius in comparatione ad seipsum, est peccatum: quia contrariatur caritati in comparatione ad cõmunitatem, quia contrariatur iustitiæ.

3. Concl. Qui habet pnblicam potestatem, potest malefactorem occidere, quia potest de illo iudicare, non autem seipsum, quia nemo est iudex suiipsius: potest tamen se committere iudicio aliorum.

4. Concl. Non licet seipsum interficere, vt fiat transitus ad meliorem vitam: quia hoc est tantum in potestate diuina: nec vt miseriæ huius vitæ vitentur, quia esset assumere maius malum: cum mors sit maximum terribilium: nec propter peccatum commissum, quia hoc est publicæ auctoritatis, & quia ademitur tempus pœnitentiæ: nec mulieri, ne ab alio corrumpatur, quia violenta violatio non est peccatum, nisi consensus adsit: & quia minus peccatum est fornicatio, quam homicidium: nec ob timorem consentiendi in peccatum, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

Arist. 3. Eth. c. 6. Samson, & quædam mulieres quæ tempore persecutionis seipsas occiderunt, fecerunt iussu Spirit. sancti.

5. Concl. Non refugere pati mortem ab alio propter bonum virtutis, & ad vitandum peccatum, pertinet ad fortitudinem: sed inferre sibi mortem ad vitandum pœnalia mala, potius pertinet ad mollitiem animi: quod fecit Razias.

6. Concl. Arist 3. Eth. c. 8. Aug. li. 1. de ciu. c. 23. 2. Mac. 14.

Art. 6. Vtrum liceat in aliquo casu interficere innocentem.

1. Concl. Exod. 23. Nullo modo licet occidere innocentem.

1. *Insontem, scrip. & iustum non occides.*

2. *Mors peccatoris sit tantum licita propter bonum commune, quod per peccatum corrumpitur alias etiam nullum peccatorem licet occidere, cum in quolibet debeamus amare naturam, quam Deus fecit. At vita iustorum est conseruatiua, & promotiua boni communis. Ergo.*

†2. Concl. Qui ex mandato Dei occidit innocentem, non peccat.

Quia Deus habet dominium vitæ, & mortis.

3. Concl. Qui iustum occidit, grauius peccat, q[ui]

magis agit contra caritatem, & contra iustitiam: priuat communitatem maiore bono: ac magis Deum contemnit: & quod iustus occisus ad gloriam perueniat: per accidens se habet, ad occisionem.

Luc. 10.

4. Concl. Iudex qui scit aliquem falsis testibus conuictum, esse innocentē debet diligentius examinare testes, vt inueniat occasionem liberandi eum: si hoc non potest, superiori relinquat iudicandum: si non potest, non peccat secundum allata iudicando, quia non ipse, sed testes potius eum occidunt. Minister iudicis condemnantis innocentem, si sententia contineat intollerabilem errorem, non debet obedire: secus, si non contineat manifestam iniustitiam.

Art. 7. Vtrum liceat alicui occidere aliquem se defendendo.

1. Concl. Licet alicui occidere aliquem defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ.

1. Ex script. qui furem occiderit, non est homicida. Ergo multo minus qui occidit pro defensione vitæ.

2. Actus moralis speciem recipit ab intentione. At conseruatio propriæ vitæ, quam intendit defensor, habet rationē licitis, cum sit naturalis. Ergo Debet autem fieri moderate, quia vt maior violentia, quam oporteat, est illicitum.

2. Concl. Non est necessariū hunc actum moderatæ tutelæ prætermittere ad euitandam occisionem alterius: quia plus tenetur homo vitæ suæ prouidere quam alienæ.

3. Concl. Illicitum est, quod homo intendat occidere hominem, vt seipsem defendat; nisi habeat publicam auctoritatem, intendens occidere ad sui defensionem, referat hoc cōmune bonum: vt patet in milite contra hostes, & in ministro iudicis contra furem, qui etiam peccant, si moueantur priuata libidine.

4 Concl. Epist. 154. ad Pub. l. 1. de Lat. c. 5

Aug. loquitur in eo casu, quo quis intendit occidere hominem, vt se defendat: & ideo hoc damnat, vnde patet ad secundum.

5 Concl. Clericus defendendo se, si interficiat aliquem est irregularis: quia irregularitas consequitur homicidium, etiamsi sit sine peccato.

6. Concl. Nunquam licet fornicari, & adulterium committere, quia non ordinantur hi actus ad conseruationem vitæ ex necessitate, vt actus, ex quo sequitur quandoque homicidium.

Concl. sum. 12 Cum Paulus ait: *Non vos defendentes*, prohibet defensionem quæ est cum liuore vindictæ

Art. 8. Vtrum quis causaliter occidens hominē incurrat homicidij reatum.

1. Concl. Secundum iura, si quis det operam rei licitę debitam diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium sequatur; non incurrit homicidij reatum.

Epist. 154. *1. Absit, aut Aug. Vt ea quæ propter bonum, &c.*

2. Phys. tex. 49. *2. Omne peccatum est voluntarium. At causalia, non sunt simpliciter loquendo voluntaria; quia ex Arist. causa est causa agens præter intentionem. Ergo.*

2. Concl. Si quis det operam rei illicitæ non adhibens diligentiam debitam, non euadit homicidij reatum, si ex eius opere homicidium sequatur.

Quia licet per se, & actu homicidium non sit voluntum: est tamen intentum: & voluntum per accidens, quatenus non remouetur causa.

† 3. Concl. Gen. 4. Lamech non adhibuit sufficientem diligentiam ad homicidium vitandum; ideo eius reatum non euasit.

4. Concl. Qui percutit mulierem, dat operam rei illicitæ; & ideo recte statuitur Exod. 21. Si quis &c.

5. Concl. Canones imponunt pœnam causaliter occidentibus tantum, quando dant operam rei illicitæ, vel non adhibent diligentiam debitam.

Quæstio 65. De mutilatione membrorum.

Artic. 1. Vtrum mutilare aliquem membro suo in aliquo casu possit esse licitum.

1. Concl. Dispōnendum est de mēbro humani corporis prout expedit toti.

Quia est propter totum, sicut imperfectum propter perfectum: cui vt per se est vtile, sic per accidēs potest esse nocuum.

2. Concl. Potest aliquis per publicam potestatem priuari membro, ob aliquas minores culpas, vt priuatur vita ob maiores.

1. Exod. 21. Oculum pro oculo, &c.

2. Abscisio membri etiam si vergat in detrimēntum corporis, cum est sanum; tamen ordinata ad bonum communitatis, imperatam ad cohibitionem peccatorum est virtus, cum totum homo ordinetur ad communitatem tanquam pars. Ergo.

3. Concl. Non est licitum priuatæ personæ priuare aliquem membro, & quia fit iniuria ciuitati, cuius homo est pars etiam volente illo cuius est membrum.

4. Con. Si membrum sit putridum & corruptiuum totius corporis, licitum est ex volūtate

eius

eius, cuius est membrum, vel alterius, cuius est cura de illo, illud abscindere propter salutem totius.

Quia vnicuique cõmissa est cura propriæ salutis.

† 5. Concl. Licet mutilare aliquem membro sit contra naturam particularem illius: est tamen secũdum naturalem rationem in comparatione ad bonum commune.

6. Concl. Præcisio membri potest ordinari ad propriam salutem vnius hominis: & ideo in aliquo casu potest ad illum pertinere: non sic tota vita.

7. Concl. Præciũo membri est licita ad corporalem salutem, quando aliter toti subueniri non potest: non autem ad spiritualem; quia ei semper potest aliter subueniri. Vnde illud; Chry. hom. 65. in Matth. sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt intelligitur, non per membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem.

Art. 2. Vtrum liceat patribus verberare filios, aut dominis seruos.

1. Concl. Patet potest licite verberare filium, Dominus seruum causa correctionis & disciplinæ.

Prou. 13. & 22. Eccl. 33. *1. Quia sapiens ait, non esse parcendum virgæ, & non esse subtrahendam a puero disciplinam.*

2. Cum nullus iuste puniat aliquem, nisi sit eius iurisdictioni subiectus, nemo potest aliquem verberare, nisi habeat aliquam potestatem super illum; quia verberare est nocumentum inferre, quod non licet nisi per modum pœnæ propter iustitiam. At filius subditur potestati patris, & seruus potestati Domini. Ergo.

† 2. Concl. Ephes. 9. Per illud. *vos patres nolite ad iracundiam.* &c. non prohibetur, quin filios ob causas dictas, verberent, sed ne immoderate: idem dicitur dominis, vt remittant minas: vel quod non semper impleant, quod comminati sunt.

3. Concl. Arist. 10. eth. c. vlt. Quod, *sermo paternus non habeat coactionem*, dicitur respectu potestatis pfectæ, quæ est in principe coercendi, & infligendi pœnas irreparabiles.

4. Concl. Exhibere disciplinam volenti, cuilibet licet: sed nolenti, est tantum illius cui alterius cura committitur.

Artic. 3. Vtrum liceat aliquem hominem incarcerare.

1. Concl. Licet aliquem hominem incarcerare si fiat secundum ordinem iustitiæ, aut in pœnam, aut ad cautelam alicuius mali.

Nam Leuit. 24. quidam fuit incarceratus propter blasphemiam.

Alias vel incarcerare, vel qualitercunque aliquem detinere, omnino illicitum est. 2. Concl.

Quia imperitur vnum ex tribus bonis corporis; quæ sunt, substantia, & integritas vitæ delectatio & quies. motus & vsus membrorum: quæ bona tolluntur, occisione mutilatione, verberatione, & carcere.

Conuenienter incarceratur, qui abusus est libero vsu membrorum: nam qui abutitur potestate sibi data, meretur eam amittere. † 3. Conc

Etiam Deus aliquando impedit peccatores, ne possint peccatum implere: & sic humana iustitia imitatur Deum. 4. Concl.

Detinere hominem ad horam ab aliquo opere illicito, scilicet ne alium feriat, aut se præcipitet, cuilibet licet, sed simpliciter includere, vel ligare pertinet ad habentem publicam potestatem. 5. Concl. loc. c.

Articul. 4. Vtrum peccatum aggrauetur ex hoc, quod prædictæ iniuriæ inferantur in personas aliis coniunctas.

1. Concl. Cæteris paribus aggrauatur peccatum ex hoc quod prædictæ iniuriæ inferũtur in personas alijs coniunctas.

1. Deuter. 28. Filij tui, & filiæ tuæ tradẽtur, &c.

2. Quando aliqua iniuria in plures redundat, cæteris paribus, tanto grauius est peccatum; vt patet de iniuria erga Principem. At huiusmodi est illa, quæ infertur in personas alijs coniunctas. Ergo.

2. Concl. Propter aliquas circũstantias, erit aliquãdo grauius peccatum cõtra personarum nulli coniunctam, vt propter dignitatem personæ vel magnitudinem nocumenti.

† 3. Concl. Qui lædit personam alijs coniunctam, etiam coniunctam secundum se lædit, quod supperadditur peccato.

4. Concl. Iniuriæ in viduas, & pupillos magis exaggerantur; quia magis opponuntur misericordiæ; & quia nocumentum eorum est prauius, cum non habeat reuelantem.

5. Concl. Minoratur iniuria ex parte mulieris, quæ consentit in adulterium: sed non tollitur iniuria ex parte viri: idem de similibus dicas.

Quæst. 66. De peccatis iustitiæ oppositis. De furto, & rapina.

Art. 1. Vtrum naturalis sit homini possessio exteriorem rerum.

1. Concl. QVantum ad vsum, homo habet naturale dominum exteriorum rerum; quia per ratio-

rationem, & voluntatem poteſt illis vti ad ſuam vtilitatem, quaſi propter te factis.

1. Pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c.

2. Ariſtot hoc probat ex eo quod imperfectiora ſint propter perfectiora.

3. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit, &c. nam hoc ipſum eſt homini ſecundum rationem, in qua imago Dei conſiſtit.

1. Concl. Quantum ad naturam res exteriores ſolum ſubiacent voluntati diuinæ.

Illud, *Domini eſt terra*, &c. non excludit naturale dominium hominis, quantum ad vſum rerum.

2. Concl. ſimi. 23. Dives, qui volebat congregare, reprehenditur; quia exteriora bona putabat eſſe principaliter ſua, quaſi non acceperit à Deo.

Concl. nc. 12. Tertium procedit iuxta ſecundam concluſionem.

Art. 2. Vtrum liceat alicui rem aliquam, quaſi propriam poſſidere.

1. Concl. Quantum ad poteſtatem procurandi, & diſpenſandi licet homini rem aliquam, tanquam propriam poſſidere.

Lib. de hær. c. 40. *1. Ex Aug. qui contrarium damnat, tanquam erroneum.*

2. Quia hoc eſt neceſſarium ad humanam vitam: primo, quia quiſque eſt magis ſolicitus ad propria, quam ad communia: deinde, quia ordinatius res humanæ tractantur; alias eſſet confuſio: tertio, quia ſtatus hominum magis pacificus conſervatur: nam ex eo, quod unuſquiſque poſſidet, frequentius ſurgia oriuntur.

2. Concl. Quantum ad vſum, homo non debet habere res exteriores, vt proprias, ſed vt communes, vt ſcilicet de facili eas communicet in neceſſitates aliorum.

†*3. Concl. 1. Tim. vlt. Ariſt. lib. 2. Pol.* Proprietas poſſeſſionum non eſt contra ius naturale, ſed ei additum: quia communitas rerum attribuitur iuri naturali, non quod hoc ratio naturalis doceat; ſed quia ſecundum ius naturale non eſt diſtinctio poſſeſſionum.

4. Concl. Baſ. ſer. ad anim. Ser. 8 Dives non peccat occupando poſſeſſionem rei communis, ſed ſi alios ab illius vſu indiſcrete prohibeat.

5. Concl. Cum Ambr. ait, *nemo dicat proprium, quod eſt commune*, loquitur de proprietate, quantum ad vſum.

Art. 3. Vtrum ſit de ratione furti accipere occulte rem alienam.

1. Concl. Iſ. 10. Etym. c. 6. Propria ratio furti eſt, vt ſit occulta acceptio rei alienæ.

1. Fur, ait Iſidorus, à furuo dictus eſt, id eſt, à fuſco: nam noctis vtitur tempore.

2. Quia tria requiruntur ad furtum: primum vt ſumatur alienum, & ſic contrariatur iuſtitiæ: ſecundum, vt ſit circa rem poſſeſſam, & ſic diſtinguitur ab homicidio, & adulterio quæ ſunt circa perſonas: tertium, vt occulte ſumatur alienum; & in hoc eſt propria ratio furti.

†*2. Concl.* Occultatio quandoque eſt cauſa peccati; vt in dolo, & fraude, & conſtituit ſpeciem peccati: aut cum eſt ſimplex circumſtantia minuit peccatum: quia eſt ſignum verecundiæ, & tollit ſcandalum.

3. Concl Sub iniuſta acceptione intelligitur etiam iniuſta detentio: quia habet eandem rationem nocumenti.

4. Concl. Nihil prohibet, vt quod eſt ſimpliciter vnius, ſit ſecundum quid alterius: & ſic quod eſt rapina ablatum, eſt rapientis, quantum ad detentionem.

Art. 4. Vtrum furtum, & rapina ſint peccata differentia ſpecie.

1. Concl. Furtum, & rapina, ſunt peccata ſpecie differentia.

1. Ex Ariſt. qui ponit furtum occultum, & rapinam violentam.

2. Furtum, & rapina ex hoc habent rationem peccati, quia acceptio eſt involuntaria ex parte eius, cui aliquid ſubtrahitur. Sed involuntarium eſt duplex, aut per ignorantiam, & ſic furtum; aut per violentiam, & ſic rapina. Ergo habent diuerſas rationes, & ita differunt ſpecie.

†*2. Concl.* In aliis generibus peccatorum, occultum, & manifeſtum non faciunt differentiam ſpecificam.

Quia in illis non attenditur ratio involuntarij.

3. Concl. Habere aliena eſt finis remotus furti & rapinæ, & non ſufficit ad identitatem ſpeciei: finis autem proximus raptoris eſt per propriam poteſtatem obtinere; furis vero per aſtutiam.

4. Concl. Licet mulieris raptus ſit occultus ex parte aliorum, quibus rapitur: tamen ſemper remanet ratio rapinæ, quia non eſt occultus ex parte mulieris, cui violentia infertur.

Articul. 5. Vtrum furtum semper sit peccatum.

1. Concl. Omne furtum est peccatum.

1. Exod. 20. Non furtum facies.

2. Quia opponitur iustitiæ, & est acceptio rei alienæ: ratione doli, seu fraudis quia ex iusto dominio rem alienam usurpat.

† 2. Concl. Iudæi spoliantes Aegyptum non commisserunt furtum: quia id receperunt ex Dei præcepto.

3. Concl. Res inuentæ, si nunquam fuerunt in bonis alicuius, vt lapilli, & quæ in littore maris inueniuntur, sunt occupantis: idem dicas de thesauro cuius pars debet dari secundum leges ciuiles domino agri: Si fuerunt in bonis alicuius, & non habentur pro derelictis. qui accipit animo restituendi, non committit furtum si autẽ habeantur pro derelictis, & hoc credat inuentor, nõ committit furtum: si retineat.

4. Concl. Qui furtim rem suam depositam rapit, peccat, quia grauat depositarium & tenetur: reuelare grauamen: si vero furtim accipiat ab eo, qui iniuste eam detinebat, peccat quidem contra communem iustitiam, prætermittendo ordinem iuris; sed non tenetur restituere; sed tantum ad sedandum scandalum, si fit ortum.

Artic. 6. Vtrum furtum sit peccatum mortale.

2. Concl. Zach. 5. Furtum est peccatum mortale.

1. Quia damnatur in scriptura.

2. Quod contrariatur caritati, est peccatum mortale. At furtum est huiusmodi; quia per illud infertur nocumentum proximo; ad caritatem autem pertinet, vt proximo bonum velimus. Ergo.

† 2. Concl. Proverb. 6. Furtum dicitur non esse grandis culpæ, vel propter necessitatem inducentem ad furandum, quæ vel minuit vel totaliter tollit culpam: vel per comparationem ad reatum adulterij, quod punitur morte.

3. Concl. Exod. 22. Pro furto nisi aggraueturaliqua graui circunstantia, vt contingit in sacrilegio, non infligitur pœna mortis, secundum iudicium præsentis vitæ, non quod non sit mortale, sed quia non infert nocumẽtum irreparabile.

4. Concl. Si quis furtiue res minimas accipiat, potest excusari à mortali nisi habeat animum furandi, & inferendi nocumentum proximo.

Art. 7. Vtrum liceat alteri subuenire de rebus alienis ex necessitate.

1 Concl. Licite potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subuenire cum dominus non possit, siue manifeste, siue occulte subtrahit quod proprie nec furti, nec rapinæ rationem habet.

1. Quia in necessitate sunt omnia communia.

2. Quæ sunt iuris humani, non possunt derogare iuri naturali, vel diuino. At secundum naturalem ordinem a diuina prouidentia institutum res inferiores sunt ordinatæ ad subueniendum hominum necessitati. Ergo talis ordo non tollitur per rerum diuisionem &c.

2. Concl. Quæ alij superabundanter habent iure naturali, debentur pauperum sustentationi.

dist. 47. c. sicut. *Esurientium panis est, quem tu detines, ait Ambros. Vnde omnibus committitur dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniant necessitatem patientibus.*

† 3 Concl. c. si quis. 4. Concl. Decretalis illa, de furtis intelligitur cum non est vigens necessitas.

Vti re aliena occulte acceptain casu necessitatis, non habet proprie rationem furti.

5. Concl. Aug. lib. ce. mend. c. 7. Etiam alijs licet occulte rem alienam accipere, vt subueniat proximo sic indigenti.

Arti. 8. Vtrum rapina possit fieri sine peccato.

1. Concl. Isa. 61. Per rapinam aliquid accipere non est licitum.

1. Quia Deus odio habet rapinas.

2 Rapina importat violentiam & coactionem, per quam contra iustitiam alicui auferitur quod, suum est. At hoc non licet nec priuatæ, nec publicæ personæ. Ergo.

2. Concl. Aug. lib. 4. de ciu. c. 4 Ezech. 22. Principibus licet violentia, & coactione vti contra hostes, & contra malefactores: & quod sic aufertur, non habet rationem rapinæ: sed si auferant contra iustitiam, est rapina, & tenentur restituere. Vnde patet ad tertium.

† 3. Concl. Qui in bello iusto aliquid acquirunt per violentiam, non committunt rapinam, nec restituere tenentur; licet possint peccare accipiendo, ex praua intentione: si bellum iniustum sit, ex rapina, & tenentur restituere.

4. Concl. Ab infidelibus possunt violenter subtrahi res, non priuata, sed publica auctoritate: quia iniuste possident: cum secundum leges terrenorum Principum eas amittere iusti sint.

Art. 9. Vtrum furtum sit grauius peccatum, quam rapina.

1. Concl. Rapina est grauius peccatum, quam furtum.

1. *Quia secundum leges grauius punitur.*

2. *Ideo furtum & rapina habent rationem peccati, quia efficiunt involuntarium. At rapina magis efficit involuntarium, quia violentia maius, & directius opponitur voluntati, quam ignorantia respectu facti. Ergo.*

3. *Per rapinam non solum infertur damnum, sed etiam ignominia quædam, & iniuria personæ, quod præponderat dolo, & fraudi in furto. Ergo. Vnde patet ad primum.*

† 2. Concl. Homines minus verecundantur de rapina, quam de furto, quia magis gloriantur de virtute exteriori, quæ ostenditur per rapinam, quam de virtute interiori, quę tollitur per peccatum.

3. Concl. Per furtum potest quidem noceri pluribus. per rapinam grauiora nocumenta possunt inferri: & ideo est detestabilior.

Quæstio 67. De vitijs oppositis commutatiuæ iustitiæ.

Art. 1. Vtrum quis possit iuste iudicare eum, qui non est sibi subiectus.

1. Concl. NVllus potest iudicare aliquem: nisi aliquo modo subditus eius sit vel per commissionem, vel per potestatem ordinariam.

1. *Ex Greg. qui hoc docet.*

6. q. 3. c. scriptum. Aust. 10. Eth. c. 1 an. 15. 2. *Sententia iudicis debet habere vim coactiuam, vt quælibet pars cogatur eam seruare. At hanc vim non habent laici in rebus humanis, nisi eis fungantur publica potestate, vel ordinaria, vel per commissionem, qui vocantur superiores respectiue eorum, in quos, & in subditos, talem potestatem recipiunt. Ergo.*

† 2. Concl. Daniel accepit potestatem ad iudicandum, quasi commissam instinctu diuino. *Suscitauit Dominus, &c.*

3. Concl. Christus non habebat superiorem, sed ipse se subiecit humano iudicio, quod fieri potest: sicut & Leo Papa iudicio Imperatoris.

4. Concl. Si aliquis exemptus, vel extraneus committat crimen, potest per ordinarium condemnari: quia fit superior illius ratione delicti.

Art. 2. Vtrum iudici liceat iudicare contra veritatem, quam nouit propter ea, quæ proponuntur.

Concl. Iudici licet iudicare contra veritatem, quam [illegible] ea, quæ proponuntur.

1. Ex Aug. & Ambr. qui hoc docent. lib. de vera relig. c. 31. In Psalm. 118. ser. 20

2. Indicare pertinet ad iudicem, secundum quod habet publicam potestatem. Ergo debet iudicare secundum id, quod scit, vt persona publica. Cognoscit autem aliquid dupliciter, vel in communi per publicas leges, vel diuinas, vel humanas, & contra has nullas probationes debet admittere, vel in particulari negotio per instrumenta, testes, &c. & hæc debet tenui in iudicando magis, quam quod nouit, vt priuata persona: facta tamen prius diligenti discussione, vt possit probationum defectum inuestigare.

2. Concl. Debent quidem iudices veritatem iudicare, sed secundum ea, quæ fuerunt sibi proposita. Deut. 12.

3. Concl. Deo competit iudicare secundum propriam potestatem, ideo iudicat secundum suam cognitionem, sicuam Christus, non autem cæteri iudices.

4. Concl. Quod, *in notorijs non sit necessarius iudicialis ordo* intelligitur, quando aliquid non solum est manifestum iudici, sed etiam alijs: quia reus ex ipsa euidentia facti conuincitur: quod non accidit, cum iudex solus nouit.

5. Concl. Homo in his, quæ ad propriam personam pertinent, debet informare conscientiam, sua propria scientia, in his vero, quæ pertinet ad publicam potestatem, secundum ea, quæ in publico iudicio sciri possunt.

Art. 3. Vtrum iudex possit aliquem condemnare, etiamsi non sit alius accusator.

1. Concl. 23. q. 4 c. si quis. Iudex in criminibus non potest aliquem iudicio condemnare, nisi habeat accusatorem.

1. *Ex Ambr. qui hoc docet.*

2. *Iudex debet inter aliquos duos iudicare, cum iustitia sit ad alterum. At hoc fit quando vnus est alter, & alter vnus. Ergo. Act. 25. Non est consuetudo. &c.*

† 2. Concl. Rom. 2. Deus etiam in suo iudicio vtitur accusatore. qui est conscientia peccantis.

3. Concl. In Gen. c. 4 Publica infamia habet locum accusatoris, vt ait Glos. in denunciatione autem non requiritur accusatio: quia non intenditur punitio, sed emendatio, peccantis Nec ex eo, quod iudex videt, potest procedere ad sententiam, nisi secundum ordinem publici iudicij, quod se tenet loco accusatoris.

4. Concl. Daniel fuit accusator simul, & iudex: quasi diuini iudicij executor.

Artic. 4. Vtrum iudex licite possit pœnam relaxare.

1. Concl. Iudex inferior non habet potestatem absoluendi reum à pœna contra leges à superiore sibi impositas.

1. Patet ex auctoritate scrip. Deut. 13. & 9. & ex Aug.

In Ioan. tract. 116. *2. Ratione accusatoris, ad cuius non pertinet quandoque, & reus puniatur: iudex autem tenetur reddere cuique suum, Ergo.*

3. Ex parte reipubl. cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, vt malefactores puniantur.

2. Concl. Princeps, qui habet plenariam potestatem in republica, si qui patius est iniuriam, velit eam remittere, poterit reum licite absoluere: si publicæ vtilitati non sit nocumento.

† 3. Concl. Luc. 2. Non est iudicis misericordiam facere in his, quæ sunt determinata secundum leges diuinas, vel humanas, sed sedin his, quæ eius arbitrio relinquuntur.

4. Concl. Deus est supremæ potestatis, & ideo potest remittere quicquid contra aliquem peccatur.

3. Concl. Remittere inordinate pœnam, nocet communitati, vt est dictum: & personæ iniuria affectę quæ recompensationem quandam honoris accipit in pœna iniuriantis.

Quæstio 68. De pertinentibus ad iniustam accusationem.

Art. 1. Vtrum homo teneatur ad accusandum.

1. Concl. QVando crimen vergit in detrimentum spirituale: vel corporale reipubli tenetur homo ad accusationem, modo sufficienter possit probare: quod pertinet ad officium accusatoris

1. Leuit. 5 Si peccauerit anima, &c.

2. Quies reipub. quam omnes debent procurare procuratur per punitionem peccantium. At accusatio intendit punitionem peccantium, sicuti denunciatio eorundem emendationem, Ergo.

2. Concl. Quando crimen non esset in detrimentum reipub. vel aliquis sufficientem probationem non haberet, non teneretur accusare.

Quia nemo tenetur ad id, quod non potest debito modo perficere.

† 3. Concl. Nihil prohibet per peccatum aliquem reddi impotentem ad ea, quę homines facere tenentur: nec ex hoc reportatur commodum, immo est grauissima pœna: & hac ratione excommunicati, infames, &c. non possunt accusare.

Prohibentur subditi prælatos suos accusare, quando non ex caritate, sed ex prauitate vitam eorum diffamare, aut reprehendere quærunt. 4 Co...

Reuelare secretum in malum personæ, est contra fidelitatem, non autem si reueletur propter bonum commune. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum sit necessarium accusationem in scriptis fieri.

Rationabiliter institutum est, vt accusatio, sicut & alia, quæ in iudicio aguntur, redigantur in scriptis. 1. Cons' 2 q. 8. ...ta tionem

1. Ex Decr. Accusatorum personæ sine scripto nunquam accipiantur.

2. Iudex in accusatione constituitur medius inter accusatorem, & eum, qui accusatur ad examen iustitiæ, in quo quantum possibile est, oportet procedere secundum certitudinem. At quæ solo verbo dicuntur, facile labuntur, nec esset alias certum quid, aut qualiter dictum sit, Ergo.

Etiam si post modicum tempus debeat sententia promulgari, expedit ad certitudinem iudicij, vt accusatio redigatur in scriptis. † 2. Concl.

Illud, *Nullus accusatio suscipiatur*, &c. intelligitur de absente, qui peremptam accusationem mittit non tamen excluditur, quin cum præsens fuerit, necessaria sit scriptura. 3 Concl. 2. q 8. ... per ... rep. s.

Denunciator non obligatur se ad probandum, & non punitur, si probare nequiuerit: ideo in denunciatione non est opus scriptura. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum accusatio reddatur iniusta propter calumniam, prauaricationem, & tergiuersationem.

Accusatio redditur iniusta propter calumniam, prævaricationem, & tergiuersationem. 1. Concl.

1. Habetur 2. q. 8. ca. siquem.

2. Accusatio ordinatur ad bonum commune, ad quod promouendum nemo debet alicui nocere: quod potest contingere, primo cum quis iniuste agit contra eum, qui accusatur falsum imponendo, quod est calumniari: deinde ex parte rei, cum quis impedit malitiose punitionem peccati, & hoc, vel adhibendo fraudem in accusatione, quod pertinet ad prævaricationem, nam prævaricator is dicitur, qui aduersam partem iuuat, prodita causa sua vel totaliter accusatione desistendo; quod est tergiuersari. Ergo.

Non semper, qui falsum crimen imponit calumniatur, vt qui ex leuitate animi, aut ex iusto errore mouetur ad accusandum, sed solum cum ex malitia iustam accusationem ... † 2. Cons...

Art. 3. Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

1. Concl. Act 25. 2. q. 3 c. omnes.

Appellare, confidentia iustæ causæ, cum a iudice iniuste quis grauatur, licitum est.

Patet ex facto Pauli, qui appellauit ad Cæsarem.

2. Concl.

Appellare causa differendæ moræ, ne contra se iusta sententia proferatur illicitum est: quia est calumniose se defendere, quod quis facit iniuriam iudici, cuius officium impedit, & aduersario, cuius iustitiam perturbat: & ideo puniendus est.

† 3. Concl.

Cum iudex inferior aliquem grauat, relinquit potestatis superioris ordinem, ob quem illi subijcitur, ideo licet aggrauato appellare ad superiorem, vel ante sententiam, vel post. Sed Catholico non licet appellare ad infidelem quia præsumitur quod vbi non est fides, non sit rectitudo.

4. Concl. 2. q. 6. c. Catholicus.

Negatur subsidium appellationis á iudicibus arbitrarijs, qui non habent potestatem, nisi ex consensu partium, quia ex proprio defectu procedit, vt quis se subijciat sua sponte iudicio illius, de cuius iustitia non confidit.

5. Concl.

Non licet appellare post decimum diem, ne certitudo iudicij remaneat suspensa, & ne ita subueniatur vni, vt alter grauetur. Nec licet tertio appellare sub eodem, quia non est probabile toties iudicem à recto iudicio declinare.

Art. 4. Vtrum liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit.

1. Concl. Rom. 13.

Iuste condemnatus, peccat se defendendo.

1. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & sibi damnationem acquirit, ex Paulo. At iste resistit. Ergo.*

2. *Licitum est iudici eum resistentem impugnare. Ergo ex parte illius est bellum iniustum.*

2 Concl.

Iniuste cõdemnato licet resistere maioribus principibus, nisi forte propter scandalum vitandum: quia huiusmodi iudicium est simile violentiæ latronum.

† 3. Concl. Ezech.

Non quælibet defensio sui est licita, sed quæ fit cum debito moderamine: ea enim ad quæ natura inclinat, secundum rationis ordinem sunt exequenda.

4. Concl.

Licet vnicuique per fugam à morte se liberare: quia nemo tenetur facere id vnde mors sequatur, vt est manere in carcere: sicut condemnato, vt fame moriatur, licet sumere cibum sibi ministratum: nunquam tamen licet resistere agenti, quin patiatur, quod iustum est eum pati.

Qui ducantur ad mortem, iuste euadendo, si non contra ordinem iustitiæ.

Quæstio 70. De iustitia pertinente ad personam testis.

Art. 1. Vtrum homo teneatur ad testimonium ferendum.

1. Concl.

Testimonium, vel requiritur, vel non: si requiritur, vel à superiore, cui quis tenetur obedire in his, quæ ad iustitiam pertinent, secundum ordinem iuris, & sic quilibet tenetur testimonium ferre, in manifestis, & in his, de quibus infamia præcessit: vel requiritur à non superiore, cui non tenetur obedire, & tunc tenetur ad testificandum, cum requiritur ad liberandum aliquem à non iusta morte, vel à pœna, vel à falsa infamia, &c. Et si non requiratur, tenetur facere quod in se est, vt veritatem alicui denunciet, qui ad hoc possit prodesse.

Qui veritatem occultat, sit Augustinus & qui prodit mendacium, vterque reus est, &c. idem patet ex auctoritate scripturæ.

2. Concl.

In his, quæ ad condemnationem alicuius pertinent, non tenetur aliquis ferre testimonium, nisi cum à superiore compellitur secundum ordinem iuris: quia nullum ex hoc speciale damnum innascitur: de accusatore autem si immineat periculum, cum non potest probare, non est curandum, quia sua sponte in periculum se ingressit.

† 3. Concl.

Occultatio veritatis tunc est licita, quando quis non compellitur auctoritate superioris, & quando nulli specialiter est damnosa: & sic Abraham occultauit veritatem.

4. Concl. Gen.

Quæ in secreto per confessionem sciuntur nullo modo per testimonium sunt manifestanda: quia ita homo scit, vt minister Dei & maius est sacramenti vinculum, quam hominis præceptum. Quæ aliter committuntur sub secreto, si pertineant ad corruptionem multitudinis, vel spiritualem, vel corporalem, vel ad graue damnum alicuius personæ, debent manifestari: quia alias homo fraudaret fidem, quam alteri debet: & ita per secretum commissum non potest quis obligari ad contrarium. Quando non sunt huiusmodi, nullo modo tenetur ea prodere, nec etiam ex præcepto superioris: quia seruare fidem est de iure naturali

5. Concl.

Clerici non possunt cogi ad ferendum testimonium in causa sanguinis: quia nõ decet ministros altaris cooperari ad occisionem hominis

Art. 2. Vtrum sufficiat duorum, vel trium testimonium.

1. Concl. Deut. 19. Sufficit duorum, vel trium testimonium.

1. Deut. 17. in ore duorum, vel trium, &c.

2. Quia de actibus humanis super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia, non requiritur certitudo demonstrationis, cum sint circa contingentia, sed sufficit probabilis certitudo, quæ habetur ex duorum, vel trium testimonio. Ergo: probabile enim est quod magis contineat veritatem dictum multorum, quam dictum vnius. Si omnis multitudo in tribus comprehenditur, scilicet, principio, medio, & fine. Ergo.

† 2. Concl. Arist. l. 6. 1. de cælo tex. 2. Eccl 4. Aug. tract. 36. in Ioan. 3 Reg. c. 21. 1. Concl. Quod Naboth duorum testimonio falso sit condemnatus, solum probat quod in talibus non potest haberi infallibilis veritas, sed non ideo debet negligi certitudo, quæ probabiliter haberi potest p duos, vel tres testes.

Discordia testium in circumstantijs, quæ variant substantiam facti, vt in tempore, loco, &c. infirmat testimonium; non autem si vnus dicat se non recordari, & alius assignet circumstantias: Et si testes actoris, & rei sint discordes, & æquales numero & dignitate, statur pro reo: quia facilior debet esse iudex ad absoluendum, quam ad condemnandum, præterquam in causis favorabilibus. Si testes eiusdem partis dissideant, iudex aduertat cui parti sit standum, vel ex numero testium, vel ex dignitate, vel ex conditione negocij, vel causæ: an aliquis sibi contradicat in his, quæ visu, & scientia scit; de auditu, & fama non refert. Quando discordia est in circumstantijs non pertinentibus ad substantiam facti, non præiudicat testimonio, immo aliquando facit illud probabilius.

4. Concl. Chrys. hom. in Matt. 2. q. 5. c. præsul. Specialiter contra Episcopos, presbyteros, diaconos, & clericos Ecclesiæ Romanæ requiruntur plures testes.

1. Quia tales esse debent, & eorum sanctitati plus credatur, quam multis testibus.

2. Ne derogetur dignitati Ecclesiæ, si condemnentur.

3. Quia cum inducent alios, habent aduersarios.

Art. 3. Vtrum alicuius testimonium sit absq; eius culpa repellendum.

5. Cone. 2. q. 4. c. præsul. Testimonium alicuius repellitur, & propter culpam, & absque culpa.

1. Ex Greg. qui hoc docet.

2. Cum testimonium non habeat nisi probabilem veritatem, ideo quando probabiliter aliquid asseritur in contrarium, redditur testimonium inefficax: quod fit & propter culpam, quæ ratione repellitur à testimonio infames, infideles, & qui sunt reipublicæ crimine, qui nec etiam accusare possunt: vel præter culpam, & hoc, vel ex defectu rationis, vt pueri amentes, mulieres, &c. vel ex affectu, vt inimici personæ coniunctæ, & domestici: vel ob exteriorem conditionem, vt sunt pauperes, serui, &c. de quibus probabile est, quod possint seduci.

† 2. Concl. Repellere aliquem à testimonio potius pertinet ad cautelam falsi testimonij vitandi, quam ad pœnam.

3. Concl. 2. Ioan. 4. De quolibet præsumendum est bonum, nisi appareat contrarium, quando non vergat in periculum alterius, quia tũc caute procedendum est, ne de facili cuique credatur.

4. Concl. Testificari veritatem est de necessitate salutis, suppositâ testis idoneitate.

Art. 4. Vtrum falsum testimonium semper sit peccatum mortale.

1. Concl. Falsum testimonium ex periurio, semper est peccatum mortale.

2. Concl. Falsum testimonium ex violatione iustitiæ, est pec. mor. ex genere suo, sicut quælibet iniustitia.

Quia sub hac ratione interdicitur in præcepto decalogi.

3. Concl. Exod. 20. Tract. 9. Falsum testimonium ex ipsa falsitate non habet, quod semper sit peccatum mortale.

Quia non quodlibet mendacium est peccatum mortale.

4. Concl. In testimonio quisque debet dubium pro dubio, & certum pro certo asserere: si quis autem affirmet falsum post inquisitionem, putans ita esse, non peccat: quia est præter intentionem.

5. Concl. Falsum testimoniũ ex iniusto iudicio prolatum ad iniustitiam impediendam ex vi iudicij non est peccatum mortale; sed ex iuramento violato.

6. Concl. Licet falsum testimonium ex se esset peccatum mort. tamen requiritur iuramentum testis, quia homo magis abhorret peccare contra Deum, quam contra proximum.

Quæstio 71. De iniustitia, quæ fit in iudicio ex parte aduocatorum.

Art. 1. Vtrum aduocatus teneatur præstare patrocinium causæ pauperum.

2. Concl. ADuocatus non tenetur semper causæ pauperum patrocinium præstare.

1. Maior est necessitas cibi, quam aduocati. Sed quis potest cibare, non semper tenetur. Ergo.

2. Cum hoc aduocatus exercendo peccet, idem

de endum est, quod supra, cum de operibus misericordiæ: Vnde tenetur tantum secundum illud aug. Cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constricti tibi quodammodo forte coniunguntur, hoc est, homo non indigens quærere indigentes, sed sufficientes vt ipse, qui occurrunt pro præsenti necessitate succurrat: & a quo commodo, quam alijs. Exod. 23. si occurrerit bos. &c Tunc ergo teneretur, quando his concurrentibus aliquis esset in tanta necessitate, vt non esset in promptu, quomodo aliter ei subueniendum esset aliunde non teneatur, & non faciendo, non peccat. Nam alias deberet omnia, alia negotia prætermittere & idem dicendum est de medico, quod dictum est.

1. Ioan. 3. 1. Tim. 5.

2. Concl. Exod. 23.

Alino iacenti subuenire, non potest aliter subueniri; ideo aliquis tenetur iuuare: pauper autem potest aliunde remedium affectri.

3. Concl. Matth. 24.

Homo talem sibi traditum tenetur vtiliter dispensare, sed seruatis circumstantijs dictis.

4 Concl.

Non quælibet necessitas causat debitum subueniendi, sed tanta illa, quam diximus.

Art. 2. *Vtrum conuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi.*

1. Concl. 3. q. 6. c. impares.

Conuenienter aliqui secundum iura arcentur ab officio aduocandi, vel propter impotentiam, quæ simpliciter excludit ab actu, vt furiosi, & impuberes, surdi, & muti: quia aduocato necessaria est peritia, vt iustitiã causæ ostendat, & loquela cum auditu, vt possit pronunciare, & audire quod ei dicitur: vel propter indecentiam, quæ non omnino excludit, quia necessitas indecentiam tollit, & hoc, vel quia aliquis est rebus maioribus obligatus, vt monachi, presbyteri, & clerici respectu alicuius causæ, & iudicij secularis, sed possunt clerici pro ecclesijs suis, & monachi pro causa monasterij, si abbas præcipiat, vel propter defectum personæ, siue corporalem, vt cæci, siue spirituale, vt infames, infideles, & damnati grauioribus criminibus quia non debet alterius iustitiæ patronus existere, qui in seipso iustitiam contemsit.

† 2. Concl.

Etiam ab operib. misericordiæ impediuntur aliqui propter impotentiam, aliqui propter indecentiam, vt ignorantem docere, & cætera.

3. Concl.

Quidam arcentur à patrocinio in causis, quia sunt maiores tali officio, vt religiosi, & clerici: quidam, quia sunt minores, vt infames, & infideles: quamuis hæc duo personarum genera sint inter se contraria.

4. Concl.

Aliqui possunt sibi, & non alijs patrocinari, quia non ita immiuet necessitas in alienis cautis, vt in suis.

Art. 3. *Vtrum aduocatus peccet si iniustam causam defendat.*

1. Concl

Si aduocatus scienter iniustam causam defendat, grauiter peccat, & ad restitutionem tenetur eius damni, quod contra iustitiam per eius auxilium altera pars incurrit.

1. Par. c. 19

1. *Improbat scrip. prabes auxilium, & ideo iram Domini mereberis, &c.*

Rom. 1.

2. *Illicitum est cooperari ad malum faciendum, siue consulendo, siue aliquando, aut qualitercunq; consentiendo. At aduocatus auxilium, & consilium præstat ei, cuius causa patrocinatur. Ergo.*

2. Concl.

Si ignoranter iniustam causam defendat, putans esse iustam, excusatur ea ratione, qua ignorantia excusare potest.

† 3. Concl

Medicus curando infirmitatem desperatam nulli facit iniuriam, sicuti aduocatus defendendo iniustã causam, in qua licet ostendat peritiam artis, peccat tamen: quia abutitur arte.

4. Concl.

Si aduocatus in principio credidit causam iustam esse, & in progressu contra appareat, non debet eam prodere, vt alteram partem iuuet: potest tamen; & debet causam deserere, vel inducere eum, cuius causam agit, ad componendum, sine aduersarij damno.

5. Concl.

Aduocato defendenti causam iustam licet prudenter occultare ea, quibus impediri posset processus eius, nunquam tamen licet ei aliqua falsitate vti.

Art. 4. *Vtrum aduocato liceat pro suo patrocinio pecuniam accipere.*

1. Concl.

Aduocatus vendens suum patrocinium, non facit contra iustitiam.

1. *Ex August. epist ad Macedonium.*

2. *Quisque iuste potest recompensationem accipere pro eorum exhibitione, quæ facere nõ tenetur. At aduocatus non semper tenetur patrocinium præstare. Ergo.*

2. Concl.

Idem dicendum est de medicis, & alijs huiusmodi personis, dummodo moderate accipiant, cõsiderata consuetudine, & conditione personarum, negotiorum, laborum; si immoderate extorqueant, peccant contra iustitiam, vt ait August.

Epist. ad Macreb.

Non semper quæ homo potest misericorditer facere, tenetur facere gratis: & cum misericorditer facit, non humanã, sed diuinam remunerationem quærat.

† 3. Con

4. Concl. Licet scientia iuris sit spiritualis tamen vsus eius sit opere corporali vtile &c.

5. Concl. Iudex & testis sunt communes vtriq; parti, ideo iudicibus de publico sunt stipendia laboris statuta, ar testes accipiunt, expensas, & non aliud, quia tenentur verum testimonium dicere: aduocatus autem alteram partem tantum defendit, ideo licite potest accipere stipendium à patre.

Quæstio. 72. De iniurijs verborum quæ inferuntur extra iudicium.

Art. 1. Vtrum contumelia consistat in verbis.

1. Concl. CONtumelia Proprie loquendo, in verbis consistit.

1. Contumelia accipitur in duplici, Ierem. 20. Ad hoc est proprium verbo n.n. Ergo.

2. Adeo etiam proprie pertinet vt aliquis ad quod est contra honorem alicuius, deducatur in notitiam eius, & aliorum, quod fit per aliqua signa. At verba inter homines obtinent principatum signandi ex Aug. Ergo. Inde contumelia ex Isid. dicitur aliquis, quia velox est, tamen verbis iniuriæ.

Contumelia, extenso nomine, etiam in factis dicitur.

Gio. docet: quia etiam per facta aliquid significatur.

Verba non vt sunt soni, sed vt sunt signa repræsentatiua possunt multa damna inferre; vt detrimentum honoris, & reuerentiæ.

4. Concl. Facta prout faciendo dehonorant nõ pertinent ad contumeliam, sed ad alias species iniustitiæ, sed prout significant loco verborum.

† 5. Concl. Etiam conuitium, & improperium consistunt in verbis: quia per omnia hæc repræsentatur aliquis defectus alicui⁹ in detrimẽtum honoris ipsius: ad contumeliam pertinent defectus culpæ; ad conuitium generalis defectus, & culpæ, & pœnæ, qui repræsentantur per conuitium: quia conuitium dicũtur respectu defectus corporis & animæ, at ad improperium ratione defectus indigentiæ, cum aliquis iniuriosè alteri reducit ad memoriã auxilium, quod contulit ei necessitatem patienti: *Eccl. 20 Exigua dabit, & multa improperabit*: aliquando tamen vnum pro altero sumitur.

Artic. 2. Vtrum contumelia siue conuitium sit peccatum mortale.

1. Concl. Proferre verba cum intentione, vt alterius honorem auferant, quod est proprie dicere conuitium, & contumeliam facere est peccatum mortale, non minus quam furtum, & rapina.

1. Quicunq; fecit, meretur pœnam inferni Matth 5 Qui dixerit fratri suo, &c.

2. Quia homo non minus amat honorem suum, quam rem possessam.

2. Concl. Quando autem aliquis verbum conuitij, vel contumeliæ proferret, non cum animo dehonorandi sed vel propter correctionem, vel propter aliquid huiusmodi, non est formaliter conuitium, aut contumelia; sed per accidens & materialiter; & sic potest esse veniale aut nullum; nisi ex hoc etiam auferatur honor alicuius: quia tunc posset esse mortale etiam si sit præter intentionem.

†3. Concl. Ad eutrapeliam pertinet dicere aliquod leue conuitium, nõ ad dehonorationem, vel contristationem eius, in quem dicitur, sed causa delectationis, & ioci, quod potest esse sine peccato: sed contristare aliquem, vt alijs risus excitetur, vitiosum est, vt Aristot. ait. *l 4. eth c 8.*

4. Concl. Causa disciplinæ potest aliquis ei, quem debet corrigere, verbum aliquod conuitiosum dicere: & sic Dominus dixit: ô stulti, &c. & Apost. ô insensati, &c. sed rarò. *Luc. vlt. Gal. 3.*

5. Concl. Licet conuitium ex genere suo sit mortale: tamen quia ex animo dicentis dependet, potest esse; vt sit veniale; si dicatur per iocum intendendo tantum leuiter contristare, sine intentione dehonestandi. *Psalm. 27.*

Art. 3. Vtrum aliquis debeat iniurias sibi illatas sustinere.

1. Concl. Quilibet tenetur habere animum præparatum ad contumelias tolerandas, si expediens fuerit.

1. Ego tanquam surdus, non audiebam, ait Dauid.

2. Eadem ratio est de his, quæ contra nos fiunt & de his quæ contra nos dicuntur: quia patientia est necessaria circa vtrunque. At præcepta patientiæ in his, quæ contra nos fiunt, sunt in præparatione animi habenda non autem actu, ex Aug. Ergo

2. Concl. Quandoque oportet vt iniurias illatas repellamus. Primum vt iniuriantis audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet, Prou. *respondе stulto*, &c, deinde propter bonum illorum quorum profectus impeditur [illegible] illatas.

Hi quorum cura, aut Gregin exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere, &c.

† 3. Concl. Hom. 4. in Ezech.

Debet aliquis alterius audaciam reprimere, sed moderate propter caritatem, Prou. 26. *Ne respondeas stulto, &c.*

4 Concl.

Magis alienas, quam suas contumelias reprimere licet.

Quia videtur magis prominere ex caritate.

5. Concl.

Qui tacet, vt contumeliam ad iracundiam prouocet, facit id quod pertinet ad vindictam: si taceat, dando locum iræ, laudabile est.

Artic. 4. Vtrum contumelia oriatur ex ira.

1. Concl. Lib. 31. Mor. c. 21.

Contumelia maxime oritur ex ira,

1. *Ex Greg. qui hoc docet.*

2. *Peccatum dicitur principaliter habere originem ex eo, ex quo frequentius procedere consuevit propter propinquitatem ad finem ipsius. At contumelia magnam habet propinquitatem cum fine iræ qui est vindicta, quia nulla vindicta est tanto magis imminens, quam inferre contumeliam, Ergo.*

2. Concl.

Contumelia non oritur directe ex superbia, sed prout superbia ad contumeliam disponit.

3. Concl.

Contumelia oritur ex stultitia propter affinitatem, quam habet cum ira.

Quia ira non audit perfectæ rationem.

4. Concl. Arist. 7. eth. c. 6.

Iratus intendit manifestam offensam, quam non curans odiens: & sic contumelia magis ad iram spectat, quam ad odium.

Quæstio 73. De detractione.

Art. 1. Vtrum detractio conuenienter definiatur quod est denigratio alienæ famæ per verba.

1. Concl.

DEtractio conuenienter sic definitur: est denigratio alienæ famę per occulta verba.

1. *Eccl. 10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit.*

2. *Sicuti factio quis nocet dupliciter, ita & verbo manifeste, & occulte. qui primo modo nocet parupendit, & achonorat & hoc ad contumeliam pertinet. At qui occulte verba contra aliquem profert, potius videtur eum verere, quam parui-pendere, ideo non infert detrimentum honori, sed famæ, prout facit habere malam opinionem de eo, & hoc conatur detrahens, Ergo.*

† 2. Concl.

Occultum, & manifestum diuersificant rationem peccati.

Quia alia est ratio involuntarij per violentiam alia per ignorantiam.

Verba detractionis dicuntur occulta, non simpliciter, sed respectu illius contra quem dicuntur: quia eo absente, vel ignorante proferuntur: contumeliosus autem in faciem contra hominem loquitur.

3. Concl.

4. Concl.

Detrahere dicitur aliquis, non quo de veritate, sed qua diminuit de fama, & hoc, vel directe, imponendo falsum, augendo peccatum, reuelando occultum, & dicendo quod est bonum, mala intentione fuisse factum, vel indirecte, negando bonum alterius, malitiose reticendo, aut minuendo.

Artic. 2. Vtrum detractio sit peccatum mortale.

1. Concl.

Detractio per se loquendo est peccatum mortale.

1. *Rom. 1. Detractores, ait Paul. Deo odibiles: quod ideo additur, inquit Glos. ne bene videantur.*

2. *Cum detractio ex sua ratione ordinetur ad denigrandam famam alicuius, ille proprie detrahit, qui ad hoc, de aliquo obloquitur eo absente, vt eius famam denigret. At auferre famam grauis est, quia pretiosior est inter res temporales. Et ob eius defectum impeditur homo à multis bene agendis.*

2. Concl. Eccl. 14.

Quando dicuntur verba propter aliquid aliud, & per ea non ex intentione, minuitur fama alterius, non est detrahere, nisi per accidens, & si fiat propter aliquod bonum necessarium cum circumstantijs, non est peccatum: si ex leuitate animi non propter causam necessariam, non est mortale, nisi verbum sit graue, & notabiliter famam alicuius lædat, in his quæ pertinent ad honestatem vitæ.

3. Concl.

Ad restitutionem famæ quilibet tenetur, vt supra dictum est.

† 4. Concl.

Reuelare peccatum occultum alicuius propter eius emendationem denuntiando, vel propter bonum iustitiæ publicæ accusando, non est detrahere

5. Concl. Prouer. 24.

Glos. non dicit quod detractio in toto humano genere inueniatur, sed addit pene.

Quia stultorum infinitus est numerus: & quia rarissimi qui non offendant verbo.

6. Concl. Luc. 3. Hom. 14. de simil.

Aug. auctoritas intelligitur iuxta secundam concl. cum verba non dicuntur animo nocendi, sed ex leuitate, vel lapsu linguæ.

Art. 3. Vtrum detractio sit grauior omnibus peccatis, quæ in proximum committuntur.

1. Concl.

Detractio secundum suum genus est minus peccatum, quam homicidium, & adulterium.

1. *Grauius est peccare facto, quam verbo. Ergo.*

2. *Illud est grauius peccatum quod maius nocumentum inducit, & tanto maius nocumentum inducit, quanto maius bonum diminuit. At huiusmodi sunt homicidium & adulterium respectu detractionis: quia bonum corporis præeminet bono exteriorum rerum: vnde grauius est homicidium quia tollit vitam, deinde adulterium quod est contra debitum ordinem generationis humanæ, &c.*

2. Concl. Detractio secundum suum genus est maius peccatum, quam furtum.

Quia priuat maiore bono, vnde sequitur ratio culpæ istorum peccatorum. Nam melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ.

3. Concl. Prouer. 22. Potest tamen esse alius ordo horum peccatorum propter circumstantias aggrauantes, vel minuentes.

4. Concl. Ratione circumstantiæ personæ peccantis peraccidens peccatum locutionis habet quandam leuitatem inquantum de facili ex lapsu linguæ prouenit absque magna præmeditatione.

†5 Concl. Qui detrahunt Christo impedientes fidem, derogant diuinitati eius: & non est detractio, sed blasphemia.

6. Concl. Contumelia est grauius peccatum, quam detractio, quia habet maiorem contemptum proximi, non autem est maius adulterio, cuius grauitas non ex coniunctione corporum pensatur, sed ex deordinatione generationis humanæ. Detractores autem dicuntur homicidæ occasionaliter, sicut etiam intelligitur illud, Qui odit fratrem suum, homicida est. 1. Ioan. 3.

7. Concl. Non ideo detractio est grauior contumelia, cum sit in occulto, quia oritur ex inuidia, quæ est maius peccatum ira, à qua est contumelia: quia ex minore vitio potest oriri maius peccatum, cum origo peccatorum attendatur ex parte conuersionis, grauitas autem ex parte auersionis.

Prou. 15. 8. Concl. Quia homo letatur in sententia oris sui, inde est quod qui detrahit incipit magis amare & credere quod dicit, & consequenter magis odire proximum, & recedere à cognitione veritatis, quod potest sequi ex aliis peccatis, quæ pertinent ad odium proximi.

Art. 4. *Vtrum audiens, qui tolleret detrahentem grauiter peccet.*

1. Concl. Audiens, qui tolleret detrahentem, cum possit ei resistere, peccat.

*1. Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Et Hiere. 15. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Et Ps. 49. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Et Ps. 100. Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Et Ps. 14. Qui non detraxit lingua sua proximo suo. Et Ps. 33. Inquire pacem & persequere eam. Et Ps. 118. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Et Ps. 138. Perfecto odio oderam illos. Et Ps. 140. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Et Ps. 118. Iniquos odio habui. Et Prou. 24. Noli æmulari malos, neque desideres esse cum eis. Et Prou. 28. Qui custodit legem, increpat prauum. Et Ps. 25. Non sedeo cum concilio vanitatis, & cum iniquis non introibo. Et Ps. 100. Declinantem à se malum non cognoscebat. Et Ps. 118. Vidi prauos & tabescebam. Et Ps. 138. Nonne qui te oderunt, Domine, oderam? & super inimicos tuos tabescebam? Et Ps. 118. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei

Art. 2. Vtrum detractio sit grauius peccatum, quam susurratio.

3. Concl. Susurratio est maius peccatum; quam detractio & quam contumelia.

1. Eccl 5. *Detestatio prisima superbiæ, susurronem autem odium, & inimicitiæ & contumelia.*

2. *Illud est maius peccatum, quod tollit maius bonum. Sed amicus quem tollit susurratio præcipue bonum. Sed amicus quem tollit susurratio præcipue bonum est inter cætera exteriora bona; quia sine eo nemo* Lib. 8. etb. 1. *viuere potest, vt dicit Arist. & fama est necessaria ad amicitiam comparandam, & est magis amicus est melior quam honor, & amari, quam honorari, & idem dicit. Ergo.*

2. Concl. Lib. 8 Etb. c 8. Licet detractor quandoq; peiora dicat: tamen susurratio est grauior ratione finis.

3 Concl. Detractio tollendo famam operatur ad dissipationē inimicitiæ: at susurratio directe operatur ad inimicitiā inducendam: ideo &c.

4 Concl. Iacob. 1 Qui detrahit fratri videtur detrahere legi, prout contemnit præceptum de dilectione fraterna: cōtra quod directius agit, qui amicitiam disrumpere nititur. vt Isaurro. qui maxime peccat contra Deum, qui seminantes discordias detestatur. ron. 6.

Quæstio 75. De derisione.

Artic. 1. Vtrum derisio sit speciale peccatum ab alijs præmissis distinctum.

1 Concl. PEccatum derisionis distinguitur à præmissis peccatis ratione finis.

1. *Derisio fit ludio. Vnde illusio nominatur: non sic peccata præmissa. Ergo.*

Peccata verborum sunt pensanda secundum intentionem proferentis, & secundum diuersa quæ intenduntur diuersificantur. Sed per conuitium aliquis intendit honorem deprimere, per detractionem famam minuere, per susurrationem amicitiam tollere, per derisionem; vt qui irridetur, erubescat Ergo

† 2. Concl. Subsannatio & irrisio conueniunt in fine, & ideo non differāt specie, sed solum in modo; quia irrisio fit ore, id est verbis, & cachinnis, subsannatio autem naso rugato: & vtrunque differt à contumelia, sicut erubescentia à dehonoratione.

3. Concl. Gl. in Ps. 2. Derisio communicat cum prædictis vitijs in materia; quia dicit turpia; sed differt in fine; quia tantum dicit, vt generet confusionē, & erubescentiam in eo, quem irridet.

4 Concl. Prou. 16. Derisio inducit speciale nocumentū: quia inquietat irrisi conscientiam, cuius securitas est maximum bonum.

Artic. 2. Vtrum derisio possit esse peccatum mortale.

1. Concl. Derisio est de aliquo malo, vel defectu: q malum si sit magnum non pro ludo, sed seriose accipitur, & si in ludum, vel risum vertatur, est, quia accipitur vt paruum: vel secundum se, vel ratione personæ.

2. Concl. Cum malum alterius in ludum, vel risum aliquis ponit, quia secundum se est paruum, est veniale peccatum secundum suum genus.

3. Concl. Cum accipitur quasi paruum ratione personæ, sicuti defectus puerorum & stultorum parum ponderare solemus. sic aliquem irridere, est eum parupendere, vt eius malum sit quasi ludo habēdum, derisio est peccatū mor. *Nam Deus, Prou 3. irridet illusores: & deridere Deum est aliter punire, p opere mort. Ergo.*

4. Concl. Demū hoc modo est grauius pec. quam contumelia: quia contumeliosus recipit malum alterius seriose: illusor autem in ludum: vnde est maior contemptus.

5. Concl. Isa. 37. Prou. 30. Iob 12. Tanto grauius peccatum est illusio, quanto maior reuerentia debetur personæ illusæ. Vnde grauissimū peccatum est irridere Deū, deinde parentes; postea viros iustos quibus debetur honor, qui est virtutis præmiū: quæ derisio est valde nociua: qa propter hoc homines a bene agendo impediuntur.

† 6. Concl. Ludus potest importare aliquid contrarium caritati, si non respectu eius, cum quo luditur, saltem respectu eius de quo luditur, propter contemptum.

7. Concl. Qui venialiter peccat, non recidivat nisi dispositiue, & qui recidivat in peccatum, cuius pœnituit, & qui simulat, nō expresse Deū irridet, sed quasi interpretatiue, prout ad modum deridentis se habet.

8. Concl. Derisio ex se leuius quid est, quam detractio, & contumelia, quia dicit ludum; sed aliquando habet maiorem contemptum, & sic est grauius.

Quæstio 76 De maledictione.

Art. 1. Vtrum liceat maledicere aliquem.

1. Concl. MAledicere, idem est, quod malum dicere: dicere autē tripliciter se habet ad id quod dicitur: vel per modum enunciationis per indicatiuum: vel per modum causæ efficientis: quod est proprium Dei, qui dixit & facta sunt, quod homini conuenit, per imperatiuum: vel per optatiuum.

2. Concl. Maledicere, quod proprie loquendo est

cum aliquis imperat, vel optat malum alterius intendens malum, vt malum eſt, eſt illicitum.

3. Concl. Maledicere, cum aliquis imperat, vel optat malum alterius ſub ratione boni, licitum eſt: quia non eſt maledictio, niſi per accidens, cum principalis intentio feratur in bonum: & hoc, vel eſt ratione boni iuſti: & ſic iudex licite maledicit illam, cui præcipit iuſtam pœnam inferri, & Eccleſia anathema tizando: & ſic Prophetæ imprecantur malis peccatoribus, vel ratione boni vtilis, vt cum quis optat peccatorem pati aliquid, vt vel ipſe melior efficiatur, vel ab alio tum nocumento ceſſet.

Deut 27 4. Reg. 22.

4. Concl. Maledicere vt eſt tantum malum aliorum referre pertinet ad detractionem.

5 Concl. Rom. 12. Apoſt. prohibet maledicere ſub intentione mali.

6. Concl. Optare malum ſub ratione boni, non contaminatur, ſed habet conformitatem cum affectu, quo ſimpliciter deſideratur bonum.

7. Concl. In Diabolo non eſt maledicenda natura, & ſic intellige illud Eccl. 21. ſed eius culpa: quod cum facit peccator, indicat etiam ſe eſſe maledictione dignum.

8. Concl. Licet non poſſit ſciri, quem Deus maledicat ſecundum finalem reprobationem poteſt tamen ſciri, qui ſit maledictus à Deo ſecundum reatum præſentis culpæ.

Art. 2. Vtrum liceat creaturam irrationalem maledicere.

1. Concl. Licet creaturam irrationalem maledicere, prout ei dicitur bonum, vel malum contingere in ordine ad creaturam rationalem propter quam eſt: vel ſit ordinata per modum ſubuentionis, prout ex ea ſubuenitur humanæ neceſſitati, & ſic Dominus maledixit terram: vel per modum ſignificationis, & ſic Chriſtus maledixit ficulneam, in ſignificationem Iudææ: vel per modum continentis, ſcilicet temporis, vel loci: & ſic Iob maledixit diei ſuæ propter originalem culpam, quam contraxit naſcendo; & Dauid montibus Gelboë propter cædem populi ibi factam.

Gen 3. Deut. 28. Cap. 3. 2. Reg. 1.

2. Concl. Maledicere creaturis irrationabilibus, vt ſunt creaturæ Dei, eſt peccatũ blaſphemiæ.

3. Concl. Maledicere his creaturis ſecundum ſe conſideratis eſt otioſum, & vanum, & ſic illicitum; vnde patet ad obiecta.

Art. 3. Vtrum maledicere ſit peccatum mortale.

2. Concl. Maledicere, ſecundum genus ſuum, eſt peccatum mortale; & tanto grauius, quanto perſonam cui maledicimus magis amare, & reuereri tenemur.

1 Cor 5. Leu. 20. *Quia maledictio excludit à regno Dei, vt ait Paulus.*

2. Maledictio, de qua loquimur, eſt per quam pronunciatur malum contra aliquem, ſed imperando, vel optando. Ad hoc eſt contra caritatem, qua diligimus proximum volentes ei bonum. Ergo.

2. Concl. Contingit verbum maledictionis, prolatum, eſſe peccatum veniale; vel propter paruitatem mali, quod quis imprecatur; vel ſi ex leui animi motu, vel ludo, vel ſurreptione talia verba proferantur; quia peccata verborum maxime ex affectu penſantur; vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum maledicere ſit grauius peccatum, quam detractio.

1. Tim. 3. Detractio ſecundum communem rationem grauius peccatum eſt, quam maledictio ſimplex deſiderium exprimens.

Detractio non poteſt bene fieri: at maledictio quique Ergo.

2 At contumeliosum ſuſurronem, detractorem, & riſorem pertinet dicere malum culpæ: ad maledicentem malum pœnæ, non autẽ culpæ, niſi forte ſub ratione pœnæ: ſed dicere malum culpæ peius eſt, quam dicere malum pœnæ. Ergo.

3. Iſta ſunt peccata prona inferunt nocumentum proximo: & grauius eſt nocumentum inferre, quæ deſiderare, quod fit per maledictionem. Ergo.

2. Concl. Maledictio, quæ fit per modum imperij, cum habeat rationem cauſæ, poteſt eſſe detractione grauior, ſi maius nocumentum inferat, quam denigratio famę, vel leuior, ſi minus: verum ex accidentibus poſſunt augeri, vel minui hæc vitia.

† 3. Concl Maledictio creaturę, vt creatura eſt, redundat in Deum; non ſic, ſi maledicatur propter culpam.

4. Concl. Qui maledicit, ſi velit malum occiſionis alterius deſiderio, non differt ab homicida, niſi prout actus exterior aliquid addit voluntati.

Quæſt. 77. De fraudulentia, quæ committitur in emptionibus & venditionibus.

Art. 1. Vtrum licite aliquis poſſit vendere rem plus quam valeat.

1. Conc. ADhibere fraudem ad hoc, vt aliquid plus iuſto pretio venditur, omnino peccatum

tum est; quia decipitur proximus in damnum ipsius. Vnde tollendum est in reb⁹ contrahendis omne mendacium, vt monet Tullius.

2. Concl. Etiam sine fraude carius vendere, vel vilius emere rem, quam valeat, est secundum se iniustum, & illicitum: prout emptio, & venditio introducta sunt pro communi vtilitate.

Lib. 3. off. 1. *Matth. 7. Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Sed nullus vellet sibi rem vendi carius, quam valeat. Ergo.*

2. Inter ementes & vendentes debet secundum æqualitatem rei contractus institui, cum quod est pro communi vtilitate inductum, non debeat esse magis in grauamen vnius, quam alterius: quantitas autem rei commensuratur secundum pretium datum: sed si pretium excedat quantitatem valoris rei, vel econuerso, tollitur iustitia æqualitas. Ergo.

3. Concl. Si loquamur de emptione, vt cedit in vtilitatem vnius, vt cum aliquis multum indiget re aliqua, & alius læditur si ea careat, tunc licite poterit aliquid vendi plus quam ex se valeat, quamuis non vendatur plusquam valeat habenti.

4. Concl. Si autem qui emit multum iuuetur, & venditor nihil patiatur, non debet vendere rem plus quam valeat.

Quia vtilitas, quæ alteri aduenit, non est ex venditione, sed ex conditione ementis, & nemo potest vendere quod non est suum.

5. Concl. Lex humana solum intendit auferre, quæ corrumpunt commercium, ideo non punit vendentes plus æquo, nisi nimius sit excessus.

Quia tunc cogit ad restitutionem, si sit deceptus vltra dimidium iusti pretij: sed secundum legem Dei, quæ punit quidquid ad restitutionem inæqualitatem habet in æqualitate, si sit notabile damnum; nam modica additio, vel diminutio non videtur tollere iustitiæ æqualitatem.

6. Concl. Aug. lib. 13. de trin. c. 3. Vilius emere & carius vendere, vt quidam Mimus dixit, est commune multis non quod sit naturale sed quia quam plurimi per latam viam vitiorum incedunt.

7. Concl. In amicitia debet fieri recompensatio secundum vtilitatem perceptam in emptione secundum æqualitatem rei.

Art. 2. Vtrum venditio reddatur illicita propter defectum rei venditæ.

1. Concl. Venditio redditur illicita propter defectū rei venditæ cognitum à venditore: vel si sit defectus secundum speciem rei, Isaia. 1. *Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mixtum est aqua; quod enim permixtum est patitur defectum in specie: vel sit secundum quantitatem, vt si vtatur deficienti mensura in vendendo.* Deut. 25. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, & latera vel ex parte qualitatis, vt vendere animal morbum quasi sanum. Itaque in re potest considerari triplex defectus, scilicet speciei, quantitatis & qualitatis.*

In his omnibus vendens non solum peccat iniustam venditionem faciendo, & fraude vendo; sed etiam tenetur ad restitutionem. 2. Concl.

Si quis insciens vendat cum vitiis defectibus, non peccat: sed tenetur damnum recompensare emptori, cum ad eius notitiam peruenerit. 3. Concl.

Et totum hoc, quod dictum est de venditore, intelligendum est etiam de emptore. 4. Concl.

† 5. Concl. Si per alchimiam fieret verum aurum, liceret pro vero vendere; alias esset fraudulenta, & iniusta venditio: quia sunt aliquæ vtilitates, & proprietates auri veri, quas non habet aurum per alchimiam sophisticatum.

6. Concl. Licet mensuræ sint diuersæ in diuersis locis: tamen mensuras publica auctoritate, vel consuetudine institutas, non licet præterire.

7. Concl. Non est necesse, vt venditor & emptor cognoscant occultas rei venditæ qualitates, sed illas, per quas redditur humanis vsibus apta: quas facile quisque cognoscere potest.

Art. 3. Vtrum venditor teneatur dicere vitium rei venditæ.

1. Concl. Venditor tenetur dicere vitium rei venditæ, si sit occultum; alias venditio est illicita, & dolosa, & tenetur ad damni recompensationem.

Li. 5. de off. c. 10. *1. In contractibus ait Ambr. Sitis eorum, qua veneunt, prodi inbemur, &c.*

2. Dare alicui occasionem damni, vel periculi semper est illicitum. At venditor qui rem vitiosam emptori offert, dat ei occasionem damni, vel periculi: damnum si propter vitium sit minoris pretij; periculi si ipsius rei reddatur impeditus, vel noxius. Ergo.

2. Concl. Si vitium sit manifestum, & propter illud detrahat de pretio quantum oportet, non tenetur vitium manifestare.

3. Concl. Non sufficienter venditor supponit rem emptoris iudicio, quando vitia occulta non manifestat, quia iudicium non fit nisi de re manifesta

4. Concl. Nemo tenetur per præconem vitium rei vēditæ cuiq; manifestare; sed ei singulariter, qui accedit ad emendum: nec propter hoc impe-

impeditur venditio, quia res potest alienari vtilis,

1. Concl. Licet simpliciter nemo cuique teneatur veritatem dicere circa ea, quæ pertinent ad virtutes: tenetur tamen cum ex eius occultatione alteri periculum immineret in detrimentum virtutis, nisi diceret veritatem.

2. Concl. Vitium rei facit de præsentia rem minoris valoris: vnde non est peccatum cum eo, qui vendit caro non manifestando euentum futurum, in quo vilius venditur.

Art. 4. Vtrum liceat negotiando aliquid carius vendere, quam emere.

3. Concl. Ad negotiatores pertinet commutationibus rerum insistere: est autem commutatio duplex, altera naturalis & necessaria, qua fit commutatio rei ad rem, vel rerum & denariorum, propter necessitatem vitæ, & hæc propriè pertinet ad œconomos, vel politicos, qui debent domi, & ciuitati prouidere: altera denariorum ad denarios, vel quarumcunque ad denarios, non propter res necessarias vitæ, sed propter lucrum: & hæc proprie ad negotiatores pertinet.

Arist. l. 1. pol. c. 4. § 6.

2. Concl. Prima commutatio laudabilis est: quia deseruit naturali necessitati: secunda autē iuste vituperatur: quoniam ex se deseruit cupiditati lucri, quæ terminum nescit: & quatenus ex se non importat finem honestum, vel necessarium.

3. Concl. Negotiatio potest fieri honesta. Quia licet eius finis, scilicet lucrum, non importet ex se honestum, nec etiam aliquid vitiosum & virtuti contrarium, tamen si ordinetur in aliquem finem honestum vel necessarium, fiet negotiatio licita. Vt si moderatum lucrum ordinetur ad sustentationem domus, vel indigentium, vel in publicam vtilitatem & nō expectatur vt finis, sed præmium laboris.

† 4. Concl. Chrys. intelligendus est de eo, qui constituit vltimum finem in lucro.

5. Concl. Potest plus vendi res quam empta sit cū quis eam meliorauerit, vel pretium eius secundum diuersitatem loci vel temporis immutatum est, aut propter periculum cui se exponit transferendo de loco, ad locum vel, propter laborem.

6. Concl. Clericis est prohibita negociatio, nō quod sit mala, sed quia habet speciem mali tum propter lucrum terrenum, & peccata labiorum tum etiam quia spiritualibus rebus trahit.

1. Tim. 3.

Quæstio 78. De peccato vsuræ, quod committitur in mutuis.

Articul. 1. Vtrum accipere vsuram pro pecunia mutuata sit peccatum.

1. Concl. Secundum se est illicitum pro vsu pecuniæ mutuatæ accipere pretium, quod dicitur vsura; & accipiens tenetur ad restitutionem.

1. Exod. 22. vbi dicitur, *Si quis, qui dedit pecuniam pauperi, non eum grauis oppraemat.*

2. *In rebus quarum vsus est ipsarum rerum consumptio, non potest seorsum computari vsus à re ipsa, & ex eo quod conceditur res, conceditur vsus: vnde sicut vendere v.g. vinum, & vendere seorsum vsum vini vsum, esset idem bis vendere, aut vendere quod non est, quod ad iniustitiam pertinet: ita si in mutuo huiusmodi rerum aliquis peteret duas recompensationes, scilicet restitutionem æqualium rerum, & pretium vsus. At pecunia est res, cuius vsus est ipsius consumptio, prout in commutatione expenditur, cum sit ad hoc inuenta. Er. o.*

2. Concl. Accipere aliquid pro mutuo illarum rerū, quæ vsu non consummuntur, vt pro mutuatione domus, &c. licitum est: quia in talibus potest seorsum & res, & vsus rei concedi.

Arist. 5 Eth. c. 5. Pol. c. 16. Luc. 19. † 3. Concl.

Illud, *gaudentes cum vsuris*, sic intelligitur de vsura metaphorice pro exterescentia bonorum spiritualium, quam Dominus exigit ad vtilitatem nostram.

Deut. 23. 4. Concl.

Quia fuit prohibitum Iudæis accipere vsuram a fratribus, colligitur quod sit simpliciter malum, quia omnem hominem debemus habere veluti fratrem. Quod ab alijs acciperent, non fuit eis permissum, quasi licitum, sed ad vitandum maius malum. Cum dicitur,

Deut. 28. *fœnerabis gentibus multis*, accipitur fœnus mutuo.

5. Concl. Lex humana concessit vsuras non quasi iustas, sed ne impedirentur vtilitates multorū.

6. Concl. Non semper homo tenetur mutuum dare; vnde, quantum ad hoc, ponitur inter consilia, sed quod lucrum de mutuo non quærat, cadit sub præcepto.

7. Concl. Recompensatio mutui secundum æqualitatem iustitiæ est, vt quisque tantum accipiat, quantum mutuauit.

8. Concl. Principalis vsus vasorum argenteorum non est ipsa eorum consumptio, ideo potest vendi secundarius potest esse commutatio & tunc non liceret vsum vendere similiter cum pecunia concederetur ad ostentionem vel ad pōnendum loco pignoris liceret aliquid accipere, quia tunc vsus non ipsa rei consumptio.

9. Concl. Qui dat vſuram, non ſimpliciter voluntarie dat, ſed cum quadam neceſſitate, inquantum indiget accipere pecuniam mutuo, quã qui habet non vult ſine vſura mutuare.

Art. 2. Vtrum liceat pro pecunia mutua aliquam aliam commoditatem expetere.

1. Concl. Quicunque ex pacto tacito, vel expreſſo ex pecunia mutuata quodcunque aliud acceperit, cuius pretium pecunia menſurari poteſt, peccat contra iuſtitiam.

1. Ezech. 18. In ſiro iuſto requiritur, Et vſuram & ſuperabundantiam non acceperit.

lib. 4. eth. c. 5. *2. Quia idem eſt, ac ſi acciperet pecuniam: cum ex Ariſtot. pro pecunia habeatur quidquid pecunia poteſt menſurari.*

2 Concl. Si accipiat non ex aliqua obligatione tacita vel expreſſa, ſed vt gratuitum donum, non peccat.

Quia idem poterat licite accipere antequam mutuaret.

3. Concl. Recompenſationem earum rerum; quæ pecunia non menſurantur, licet pro mutuo exigere, vt benevolentiam, amorem, &c.

† 4 Concl. Poteſt qui mutuat de damno paciſci, quia non vendit vſum, ſed damnum euitat: at recompenſationem damni ex eo quod de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum ducere, quia non debet vendere id, quod nondum habet, & poteſt impediri ab habendo.

5. Concl. Dupliciter quis tenetur ad recompenſationem beneficii, vel ex debito iuſtitiæ, & ſic tenetur ſolum tantum reddere, quantum mutuo accepit: vel ex debito amicitiæ, vbi magis attenditur affectus, & ſic ciuilis obligatio non tollit, quin ſpontanea recompenſatio fiat.

6 Concl. Munus ab obſequio, vel lingua ex benevolentia, quæ ſub æſtimatione pecuniæ non cadit, licet accipere & exigere, ſed ex obligatione rei nequaquam, quia pecunia æſtimari poteſt.

7. Concl. Licet mutuanti aliud mutuum ſponte ab eo cui mutuat accipere: non tamen licet eum obligare ad mutuum in poſterum faciendum.

Quia hoc pecunia æſtimari poſſet.

8 Concl. Qui mutuat pecuniam, transfert dominiũ in eum, cui mutuat: qui tenetur integre reſtituere etiamſi amittat: at qui dat mercatori pecuniam per modum ſocietatis, non transfert dominium ſuæ pecuniæ, ideo licite poteſt partem lucri expetere.

9. Concl. Quando vſus pignoris pro mutuo accepti pretio æſtimari poteſt, debet computari in reſtitutionem mutui, niſi ſit vſus rei, qui gratis ſoleat concedi inter amicos.

10. Concl. Qui vendit carius, quam ſit iuſtum pretium, vt de pecunia ſoluenda emptorem expectet, vel emit vilius ratione anticipatæ pecuniæ, committit vſuram: ſi vero quis velit de pretio diminuere, vt pecuniam prius habeat, non committit vſuram.

Art. 3. Vtrum quidquid de pecunia vſuraria quis lucratus fuerit, reddere teneatur.

1. Concl. Non quidquid de pecunia vſuraria aliquis lucratus eſt reddere tenetur.

Quia aliquando licite aliquid per pecuniam vſurariam acquiritur. Vt cum id quod per vſuram habetur, conſumitur: vt ſumptus pecuniæ, &c. quia tunc quod ex talibus acquiritur, non eſt fructus rei, ſed induſtriæ humanæ, niſi forte per detentionem talis rei alter ſit damnificatus amittendo aliquid de bonis ſuis: nam tunc teneretur ad recompenſationem.

2. Concl. Qui autem per vſuram habet rem, quæ vſu non conſumitur; non ſolum tenetur reſtituere rem, puta domum, vel agrum, ſed etiam fructus inde perceptos.

Quia ſunt fructus rerum, quarum alius eſt dominus.

† 3. Concl. Radix reſpectu rami, non ſolum habet rationem materiæ, vt pecunia vſuraria; ſed etiam cauſæ effectiuæ: & ideo, ſi radix mala, & rami: non tamen ſi vſura mala, etiam quidquid ex illa proficiſcitur.

4. Concl. Poſſeſſiones emptæ ex vſuris ſunt earum, obligatæ tamen illis, a quibus fuerunt vſuræ acceptæ, quibus non ſunt dandæ, ſed vendendæ, vt pretia reſtituantur ſecundum quantitatem vſuræ.

5. Concl. Acquirenti ex pecunia vſuraria, debetur aliquid propter ſuam induſtriam, ſicuti propter cauſam principalem.

Artic. 4. Vtrum liceat pecuniam accipere mutuo ſub vſura.

1. Concl. Licet ab eo, qui paratus eſt vſuram facere, & vſuras exercet, mutuum accipere ſub vſuris propter aliquod bonum, quod eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis, vel alterius.

1. Quia, qui iniuriam patitur, non peccat. Sed qui accipit mutuum ſub vſura iniuriam patitur ab eo, a quo accipit. Ergo

Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 11. *2. Vtendi pecunia ad peccandum, nullo modo licet: ſic nec mutuare aliquem ad mutuandum [illegible] ad bonum*

In Ench. c. 13. epi. 154. lere. c. 41. *lecitum est: quia hoc facit etiam Deus, vt Augustin. ait. Sicut et iam licet ei, qui incidit in latrones manifestare thesaurum, quem habet, ne occidatur.*

† 2. Concl. Qui accipit pecuniam sub vsuris, non consentit peccato, sed eo vtitur ad bonum.

3. Concl. Qui accipit ad vsuram, non dat occasionē vsurario accipiendi vsuras, sed mutuādi, vnde ille sumit occasionem peccandi ex sua malitia: & est scandalum passiuum ex parte dantis, non autem actiuum ex parte petentis.

4. Concl. Qui dat pecuniam vsurario, pecunias alias, vnde vsurā exerceat non habenti, vel vt magis exerceat vsuras, est peccati particeps: si autē non ad hoc, sed vt pecunia tutius seruetur, non peccat, sed vtitur peccatore ad bonū.

Quæstio 79. De partibus integralibus iustitiæ.

Art. 1. Vtrum declinare a malo & facere bonum sint partes iustitiæ.

1. Concl. FAcere bonum, & vitare malū, si accipiantur in communi, pertinent ad omnem virtutem: & sic non sunt partes iustitiæ, nisi iustitia accipiatur pro omni virtute: quamuis iustitia sic accepta, respiciat quandam rationem boni specialem, prout est debitum ad legem diuinam, vel humanam.

2. Concl. Facere bonum, & vitare malum, sunt partes quasi integrales, specialis iustitiæ, quæ respicit bonū sub ratione debiti ad proximum, & vitare malum, id est, detrimentū proximi.

1. *Ad iustitiam legis, ait Aug. pertinet declinare a malo, & facere bonum. Ergo.*

2. *Ad iustitiā pertinet constituere equalitatem in his, quæ sunt ad alterum, quod fit faciendo bonum, id est, reddendo cuique, quod ei debetur, & eiusdē est conseruare bonum constitutū, quod fit declinando a malo, id est, a nocumento. Ergo vtrumque eorum requiritur ad perfectam iustitiam.*

3. Concl. Sunt etiam eodem modo partes iustitiæ generalis, quæ respicit illa duo in ordine ad communitatem, vel ad Deum.

† 4 Concl. Hæc duo ponuntur partes iustitiæ secundum aliquam propriam rationem boni, & mali: non sic in aliis virtutibus moralibus, in quibus facere bonum, est attingere medium, & facere malum recedere ab illo.

5. Concl. Non facere malum, hoc loco non importat puram negationem, sed motum voluntatis declinantis a malo, quod est meritorium.

6. Concl. Facere bonum est actus completus iustitiæ, & pars principalis: declinare a malo est quasi imperfecte, & minus principalis.

Art. 3. Vtrum transgressio sit speciale peccatum.

1. Concl. Transgressio proprie dicitur, cum quis agit aliquid contra præceptum negatiuum.

Nam transgressio est, qua quis terminum transgreditur, vt patet in motibus corporalibus. At terminus in moralibus præfigitur homini per præceptum negatiuum. Ergo.

2. Concl. Transgressio materialiter sumpta est communis omnibus speciebus peccatorū: quia per quamlibet peccati mortalis speciem transgreditur aliquod præceptum diuinum.

3 Concl. Si accipiatur formaliter, id est, vt est facere contra præceptum negatiuum est speciale peccatum, dupliciter.

1. Vt opponitur ad genera peccatorum apposita aliis virtutibus: vt enim ad iustitiam legalem, quæ est specialis virtus, pertinet attendere debitum præcepti: ita ad transgressionem præcepti contemptum.

2. Vt distinguitur ab omissione, quæ contrariatur præcepto affirmatiuo.

† 4. Concl. Peccatum definitur per transgressionem, quæ est peccati species, quia iniustitia legalis est materialiter omne peccatum.

1. Concl. Inclinatio naturæ pertinet ad præcepta legis naturalis: & etiam consuetudo honesta habet vim præcepti, ex Aug. vnde contra hæc potest esse transgressio, & peccatum.

Epist. 86. ad Cas. Transgressio se extendit ad omnia vitia, præterquam ad omissionem, quæ omnino ab illa distinguitur.

Art. 3. Vtrum omissio sit speciale peccatum.

1. Concl. Eo modo, quo iustitia est specialis virtus, omissio est speciale peccatum distinctum a peccatis, quæ opponuntur aliis virtutibus.

1. *Iac. 4 scienti bonum, & non facienti peccatum est illi.*

2. *Omissio importat prætermissionem boni non cuiuscunque, sed debiti ad bonum sub ratione debiti pertinet ad iustitiam, seu legalem, si sit in ordine ad legem, seu specialem, si sit in ordine ad proximum. Ergo.*

2. Concl. Vt sic bonum, cui opponitur omissio, est specialis pars iustitiæ, distincta à declinatione mali, cui opponitur transgressio, ita omissio a transgressione distinguitur.

† 3. Concl. Omissio est peccatum actuale, non quod dicat aliquem actum, sed prout negatio actus reducitur ad genus actus.

4 Concl. Nemo peccat per omissionem si non faciat,

quod

quod non potest ; quia nemo ad impossibile tenetur : & omissio non est , nisi eius, quod quis facere debet, & potest.

5. Concl. Peccatum omissionis incipit pro eo tempore, in quo per præceptum affirmatiuum aliquis est obligatus ad operandũ, etiã quando esset impotens propter culpam præcedentem: quia omissio sequens est voluntaria propter causam præcedentem.

6. Concl. Ad iustitiæ meritum requiritur actus, non autem ad omissionem : plus enim requiritur ad meritum virtutis , quam ad demeritum culpæ.

Art. 4. Vtrum peccatum omissionis sit grauius, quam peccatum transgressionis.

1. Concl. Transgressio, simpliciter & absolute loquendo, est grauius peccatum, quam omissio: licet aliqua omissio possit esse grauior aliqua transgressione.

1 Quia facilius est abstinere à malo faciendo, quam implere bonum, quod qui non facit, omittit. Ergo.

2. Quod est contrarium virtutis , magis distat ab illa , quam simplex eius negatio , & per consequens est grauius peccatum, quia peccatum ideo est graue quia distat a virtute. At transgressio est contraria actui virtutis , & omissio negationem ipsius importat Ergo.

† 2. Concl. Tunc delictum habet quandam grauitatem, vnde maiori expiatione olim indigebat, quando scienter, & cum quodam contemptu homo omittit facere, quod debet : communiter autem sumitur pro quacunque omissione.

Lenit. 5.

3. Concl. Ei, quod est bonum facere, opponitur , & non facere bonum, quod est omittere , & facere malum , quod est transgredi ; primum contradictorie, secundum contrarie opponitur, vnde grauius.

4. Concl. Transgressio negatiuis præceptis contrariatur, omissio, affirmatiuis. Vnde si vtrunque proprie accipiatur , habet rationem peccati mortalis: si autem large pro eo , quod fit præter præcepta, potest esse veniale.

5. Concl. Vt transgressioni debetur pœna damni , & sensus, ita omissioni; & hoc propter radicem, ex qua procedit; licet non habeat necessario actualem conuersionem.

Matth 7.

Quæstio 80. De partibus potentialibus iustitiæ.

Artic. 1. Vtrum conuenienter assignentur virtutes iustitiæ annexæ.

1. Concl. lib. 2. de inuent. CONueuienter enumerantur virtutes iustitiæ annexæ a Tullio.

Nam Virtutes alicui principali Virtuti annexæ oportet, vt in aliquo cum ea conueniant , & in aliquo à perfecta eius ratione deficiant. A iustitia autem , quæ in quadam æqualitate in ordine ad alium consistit, potest aliqua Virtus , quæ sit ad alterum dupliciter deficere, vel ratione æqualis , vel ratione debiti. Ratione æqualis iustitia adimpletur religio erga Deum, quia quod Deo reddimus debitum est, non tamen æquale. Pietas erga parentes, quibus secundum æqualitatem recompensare non possumus, & obseruantia propter Virtutem , quia etiam Virtus non potest secundum æquale præmiũ ab homine recompensari. Ratione debiti , debitum aliud est legale , quod per leges determinatur ; & hoc iustitia directe concernit : aliud est morale , & hoc, aut est quasi necessarium sine quo morum honestas conseruari non potest: aut non, sed conferens ad maiorem honestatem : Si primum , vel attenditur ex parte debentis, & sic annectitur iustitia Veritas, per quã talem homo se exhibet alteri, in verbis, & factis, qualis est: vel attenditur ex parte eius, cui debetur , quando scilicet redditur alicui prout decet, sine in bonis, & sic iustitiæ adiungitur gratia , in qua amicitiæ , & offensorum alterius memoria, & remunerandi voluntas continetur alterius: sine in malis, & sic adiungitur Vindicatio , in qua ira, aut iniuria, & omnino quidquid obscurum est defendendo, aut vltiscendo propulsatur: si secundũ id est debitum ex honestate , hoc respiciunt liberalitas, affabilitas, sine amicitia, & alia huiusmodi, quæ a Tullio non enumerantur , quia parum habent de ratione debiti.

Psal 115. Arist. 8. eth. c. 8. Arist. 4. eth. c. 3.

† 2. Concl. lib. 1. in somn. Scip. Vindicta , quæ fit per sententiam iudicis, pertinet ad commutatiuam : at ea quam quis facit proprio motu, non tamen contra leges, pertinet ad virtutem iustitiæ adiunctam.

3. Concl. Macrobius attendens ad duas partes integrales , posuit innocentiam , sub declinare a malo, & sex sub facere bonum; duæ sunt adæquales, scilicet amicitia exterius , & concordia interius: duæ ad superiores, pietas , & religio: quæ ad inferiores affectus , inquantum placent bona eorum, & humanitas per quam subuenitur eorum defectibus.

. Concl. Quæ afferuntur ab aliis, in his continentur vt obedientia in obseruantia , fides in veritate, æquitas sub amicitia, & disciplina sub humanitate.

5 Concl. Andronius enumerat, quæ pertinent ad particularem iustitiam, vt bona cõmutatio; & quæ ad legalem, vel in communi, & sic legis politiua, vel quantũ ad ea, qui occurrunt agenda, præter cõmunes leges, & sic eugnomi fyna, quæ est talium bene directiua: Eusebia, quasi bonus cultus, eadem est cum religione, ad quã reducitur etiam sanctitas: Eucharistia est idem, ac bona gratia: benignitas est idem cum affectu, & liberalitas ad humanitatem pertinet.

6. Concl. Epicheia autem adiungitur iustitiæ legali, & est idem cum eugnomiofyna.

Quæstio 81. De religione.

Art. 1. Vtrum religio ordinet hominem solum ad Deum.

1. Concl. lib. 2. de inuen. Isid. lib. 10. et ym. c. 17. Pron. 3. lib. 10. de ciu. c. 4. REligio proprie importat ordinem ad Deum.

1. Religio, ait Tullius, est quædam iuuans naturæ, quam diuinam vocant, quæ cultum, & eleremoniam affert.

2. Religio à relegendo dicta, & à relegendo ea, quæ diuina cultui sunt: vel quia Deum retinere debemus, quem amittendum negligentes, vt Augustinus ait, Deo nos alligare principaliter debemus, tanquã in deficiente principio, quo omnis nostra electio dirigi debet, & quem negligenter amissum, credendo, & fidem protestando recuperemus. Ergo.

† 2. Concl. lac. 1. lib. 10. de ciu. c. 1. Religio habet duplices actus, & proprios, vt sunt adorare, sacrificare, &c. & secundarios, qui sunt à virtutibus; quibus ipsa tanquam principalior imperatur, vt visitare pupillos, &c.

3. Conc. Cum Aug. dicit *religione ducimur ad propinquos*, intelligo extenso nomine religionis.

Latria interpretatur seruitus, non quæcunque, sed secundum specialem rationem, quæ tantum conuenit Deo: sicuti cultus, qui pertinet ad religionem, non est erga alios, sed solum erga Deum.

4. Concl. Omnes, qui Deum colunt, possunt dici religiosi: tamen specialiter religiosi dicuntur tantum illi, qui totam vitam suam diuino cultui dedicant.

Art. 2. Vtrum religio sit virtus.

1. Concl. Religio est virtus.

1. Quia connumeratur aliis virtutibus.

2. Omnis actus humanus ad virtutẽ pertinet, cum virtus sit quæ facit hominem habentem, & opus eius bonum reddit. Sed reddere honorem actum Deo, quod pertinet ad religionẽ, est actus bonus, quia ut hoc actum conueniens ordinatur ad vtilem, vtile autem ad rationem boni pertinet; ex Aug. Ergo.

Religio non est donum timoris, cuius actus est reuereri, sed ad illud ordinatur, tanquam ad principalius.

Exhibere Deo debitam seruitutem, potest esse actus virtutis, secundum quod homo id voluntarie facit.

4. Concl. De dictamine rationis naturalis est, vt homo aliqua faciat ad Dei reuerentiam, sed quod hæc, aut illa faciat, est de institutione iuris diuini vel humani.

Art. 3. Vtrum religio sit vna virtus.

1. Concl. Religio est vna virtus.

1. Epist. 4. Vna fides. Sed vera religio protestatur fidem vnius Dei. Ergo

2. Habitus distinguuntur secundum diuersam rationem obiecti. Ad religionem pertinet exhibere reuerentiam vni Deo, secundum vnam rationem, vt scilicet est primum principium creationis, & gubernationis; quia tanquam pater, cui debetur honor omnis gubernat. Ergo.

† 2. Concl. Personæ diuinæ sunt vnum principium creationis, & gubernationis, ideo eis vna religione seruitur.

3. Concl. Eodẽ actu homo seruit Deo, & colit ipsum.

Nam cultus reflectit Deum excellentiam; seruitus vero subiectionem hominis: & ad hæc per omnes alias, quæ religioni attribuuntur: vt vincere, vouere, &c.

4. Concl. Cultus religionis non exhibetur imaginibus considerantis in scriptis, sed vtiuntur imagines ducentes ad Deum incarnatum: & ideo non diuersificatur ex hoc virtus religionis.

Art. 4. Vtrum religio sit specialis virtus ab aliis distincta.

1. Concl. Religio est specialis virtus ab aliis distincta.

1. Quia ponitur pars iustitiæ ab aliis partibus distincta.

2. Vbi est specialis ratio boni, est specialis virtus. Sed in religione est specialis ratio boni; quia in Deo est specialis excellentia rationis cuius ei exhibemus debitum honorem, qui debetur alicui ratione excellentiæ. Inde diuersificatur excellentia diuersificantes honores. Ergo.

Mal. 1. Ex eo, quod nomen operis virtutis dicatur scribendum, vt ordinatus ad Dei reuerentiam, non sequitur, vt religio sit generalis virtus, id quod imperet omnibus aliis virtutibus.

† 2. Concl. Omnes, qui ad hoc, vt in gloriam Dei, pertinent, 3 Concl. ad religionem, non quia ad efficientem, sed ad impetrantem.

Bonitas Dei communicatur creaturis: non autem excellentia bonitatis eius: vnde [illegible] 4 Concl.

dem caritas. qua diligimus Deum, & proximum: sic religio, &c.

Artic. 4. Vtrum religio sit virtus theologica.

1. Concl. Duo considerantur in religione, scilicet id quod Deo offert, id est cultus, & hoc se habet ad religionem, vt materia, & obiectum: & id, cui cultus exhibetur, scilicet Deus, non quod actus Deum attingant, vt actus fidei, quo credimus Deo.

2. Concl. Religio non est virtus theologica, cuius obiectum est vltimus finis.

Quia cum sit virtus, quæ Deo cultum affert, versatur circa actus, quibus Deus colitur, non circa Deum, vt est materia, & obiectum, sed vt est finis.

3. Concl. Religio est virtus moralis.

1. Quia ponitur inter partes iustitiæ, quæ est moralis virtus.

2. Quia est circa ea, quæ sunt ad finem, id est circa Dei cultum, scil. circa sacrificia, obiationes, &c. Vnde solvitur secundum.

† 4. Concl. In Ench. 3. Deus colitur fide, spe, & caritate, ex Aug. prout istæ virtutes suo imperio causant actū religionis.

Quia virtutes circa finem, monent alias, quæ sunt ad finem.

5. Concl. In religione accipit medium, secundum quandam æqualitatem inter operationes, quæ sunt ad Deum, & hoc non absolute, sed secundum quandam considerationem humanæ facultatis, & diuinæ acceptationis.

Art. 6. Vtrum religio sit præferenda aliis virtutibus moralibus.

1. Concl. Cap. 20. Religio præeminet inter alias virtutes morales.

1. Quia in Exod ponuntur prius præcepta ad religionem pertinentia, tanquam præcipua.

2. Quo virtutes morales sibi sunt propinquiores, eo sunt meliores. At religio magis de propinquo accedit ad Deum: quam alia virtutes morales, quia operatur ea, quæ directe, & immediate ordinantur in honorem diuinum. Ergo.

† 2. Concl. Laus virtutis in voluntate consistit, non autem in potestate deficere: vnde non posse reddere æquale Deo, non minuit laudem religionis.

3 Concl. Deo non exhibetur aliquid propter eius vtilitatem, sed propter eius gloriam ad nostram vtilitatem.

4. Concl. Vbi est necessitas, tollitur gloria supererogationis, non autem excluditur meritum virtutis.

Art. 7. Vtrum religio habeat aliquem exteriorem actum.

1. Concl. Religio habet interiores actus, quasi principales, & per se ad religionem pertinentes, exteriores vero actus, quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos.

1. *Psal. 83. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum viuum, per cor, actus interiores, per carnem exteriores, designantur.*

2. *Deo exhibemus honorem, non propter seipsum, quia ex se est gloria plenus, sed propter nostrā vtilitatem, quia ex hoc mens nostra ei subijcitur, in quo eius perfectio consistit. Vnumquodque enim perficitur ex hoc, quod subijcitur suo superiori. Sed mens humana, vt Deo coniungatur, indiget sensibilium manuductione: vnde in diuino cultu oportet, quod aliquibus corporalibus vtatur, quibus excitetur ad spirituales actus. Ergo.* Rom. 1.

† 2. Concl. Ioan. 4. Psalm. 40. Cum Dominus inquit, *Deus spiritus est &c.* loquitur quantum ad id, quod est principale, & primo intentum in cultu diuino.

3. Concl. lib. 10. de ciu. c. 3 Exteriora exhibentur Deo, non quod illis indigeat, sed tanquam signa interiorum operum, quæ per se Deus acceptat, vt Aug. ait.

4. Concl. Idololatræ dicebantur, quia non exhibebant exteriora, tanquam signa excitantia, sed tanquam per se idolis accepta, & etiam, quia erant vana, & turpia.

Art. 8. Vtrum religio sit idem sanctitati

1. Concl. Sanctitas non differt à religione secundum essentiam, sed tantum ratione.

1. *Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia. At seruire pertinet ad religionem. Ergo.*

2. *Sanctitas importat puritatem munditiam. Vnde Græce agios, id est, sine terra, & Latine sanctus, quasi sanguine tinctus, eo quod antiquitus, qui mundari debebant, sanguine hostiæ tingebantur: deinde firmitatem, vnde sanctum dicitur, quod est legibus firmum. & virtusque requiritur, vt mens coniungatur Deo, tanquam primo principio, & vltimo fini. Pacem sequimini, ait Paul. cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua, &c. & alibi. Certum sum, quod neque mors, &c. Vnde sanctitas dicitur, per quam mens hominis seipsam, & suos actus applicat Deo: sed religio dicitur, vt specialiter Deo debitum famulatum exhibet in sacrificijs, & similibus vero, vt bonos mores, & alias virtutum opera refert in Deum, & per ea se disponit ad cultum diuinum. Ergo.* Isid. lib 10. etymol. c. 8.

2. Concl. Sanctitas secundum essentiam est specialis virtus: quomodo est quodammodo eadem religioni: habet autem quandam generalitatem, vt omnes virtutum actus per imperium ordinat in bonum diuinum.

3 Concl. Temperantia, munditiam operatur.non tamen ita, quod habeat rationem sanctitatis, nisi,referatur in Deum: idem de virginitate, ait.Aug.

4 Concl. Sanctitas condiuiditur religioni, prout ab ea distinguitur ratione.

Quæstio 82. De deuotione.

Art. 1. Vtrum deuotio sit specialis actus.

1. Concl. Deuotio est specialis actus voluntatis.

1. Actibus meremur. Sed deuotio habet specialem rationem meriti. Ergo,

Exod. 25. *2. Deuotio nihil aliud est quam voluntas quædam prompte tradendi se ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum: unde dicitur, quod filij Israel obtulerunt mente promptissima, & deuota primitias Domino. At hic est specialis actus. Ergo.*

† 2. Concl. Cum deuotio sit actus voluntatis hominis offerentis seipsum Deo,ad ei seruiendũ, qui Deus est vltimus finis, consequenter imponit modum humanis actibus,siue sint voluntatis,circa ea,quæ sunt ad finem.siue aliarum potentiarum,quæ mouentur à voluntate: & hoc non tollit speciem actus.

3 Concl. Deuotio inuenitur in multis generibus actum, non vt species, sed sicuti motio mouentis inuenitur virtute in motibus mobilium.

4. Concl. Et est actus appetitiuæ partis animæ, & motus quidam voluntatis,vt est dictum.

Art. 2 Vtrum deuotio sit actus religionis.

1 Concl. Deuotio est actus religionis.

1. Deuotio dicitur, à vouendo. Sed votum est actus religionis

ib. 5. etb. 1. *2. ad eandem virtutem pertinet velle facere aliquid, & promptam voluntatem habere ad illud faciendum,ex Aristot Sed operari ea, quæ pertinet ad diuinum cultum, spectat proprie ad religionem, Ergo etiam ad eam pertinet habere promptam voluntatem ad huiusmodi exequenda, quod præstat deuotio.*

2. Concl. Tradere seipsum Deo ei adhærendo spirituali vnione,pertinet ad caritatem:sed tradere seipsum Deo ad opera diuini cultus, immediate pertinet ad religionem.

Concl. Caritas generat deuotionem, & per deuotionem caritas nutritur:sicuti calor generat pinguedinem,eaque nutritur.

Concl. Deuotio, quæ habetur ad sanctos, transit in Deum, quem in suis ministris veneramur:at deuotio,quæ habetur ad dominos temporales,est alterius rationis.

Art. 3. Vtrum contemplatio, seu meditatio sit deuotionis causa.

1.Concl. Causa extrinseca principalis deuotionis Deus est.Vt ait Ambros.in Lucam.

2. Concl. Causa intrinseca ex parte nostra oportet, vt sit meditatio,seu contemplatio.

Psalm. *1. In meditatione mea, ait David, exardescit ignis. Sed ignis spiritualis causat deuotionem. Ergo*

2. Deuotio est actus voluntatis, qua homo prompte se tradit ad cultum Dei. Sed omnis actus voluntatis ex aliqua consideratione procedit, quia voluntatis obiectum est bonum intellectum, & vt ait Aug voluntas oritur ex intelligentia, Ergo meditatio est causa deuotionis, promptus homo per meditationem concipit, quod se tradat diuino obsequio.

3.Concl. Ad hoc inducit duplex consideratio: altera,quæ est ex parte diuinæ bonitatis,& beneficiorum Dei:& hæc excitat dilectionem, quæ est causa proxima deuotionis: altera ex parte hominis considerantis suos defectus, ex quibus indiget,vt Deo innitatur: quæ impedit præsumptionem, per quam homo impeditur,ne Deo se subijciat.

† 4. Concl. Sola ea contemplatio deuotionem impedit,quæ est earum rerum,quæ ad dilectionem Dei non pertinent.

Ea quæ pertinent ad Christi humanitatem per modum cuiusdam manuductionis,maxime deuotionem causant,cum tamen deuotio principaliter circa ea, quæ sunt diuinitatis, consistat.

5.Concl. Scientia aliquando est occasio, vt homo consideret de seipso, & non totaliter se Deo subijciat,& sic impedit deuotionem, & simpliciores, & mulieres, maiorem deuotionem habent.

Art. 4. Vtrum lætitia sit deuotionis effectus.

1. Concl. Deuotio per se.& principaliter spiritualem lætitiam mentis causat, ex consequenti, & per accidens, tristitiam, quæ est secundum Deum,

1. In collecta dicitur: quos ieiunia votiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificat.

2. Deuotio ex duplici consideratione oritur, vt art.3. est dictum: ex prima, per se sequitur delectatio, Psal 76. Memor fui Dei, & delectatus sum: & per accidens in quibusdam tristitia quædam, Psalm 41. Fuerunt mihi lacrymæ: Et secunda per se sequitur tristitia, per accidens lætitia propter spem diuinæ subuentionis.

† 2.Concl. In passione Christi est aliquid, quod contristet, & aliquid quod lętificet,scilicet defectus humani,& bonitas Dei,ac benignitas.

Lacry-

3. Concl. Idem spiritus, qui ex vna parte contribulatur propter defectus præsentis vitæ, ex alia delectatur ex spe diuini auxilij, & bonitatis.

4. Concl. Lacrymæ non solum oriuntur ex tristitia, sed etiam ex affectus teneritudine, cum consideratur aliquid delectabile, & sic lacrymæ ex deuotione oriuntur.

Quæstio 83. De oratione.

Art. 1. Vtrum oratio sit actus appetitiuæ virtutis.

1. Concl. ORatio ex Cassiod. dicitur, quasi oris ratio: ratio autem speculatiua, & practica differunt, quod illa est apprehensiua tantum, hæc vero etiam causatiua: vel perfecte necessitatem inducendo, vt cũ effectus totaliter subditur causæ, vel imperfecte, cum non totaliter subditur.

2. Concl. Ad rationem pertinet imperare, non solum inferioribus potentijs corporis, sicut necessitatem imponens, sed etiam hominibus subiectis, imperando, vel inducendo, & disponendo, respectu eorum, qui non sunt subiecti siue sint æquales, siue superiores: Vtrunque autem horum, scilicet imperare, & petere, seu deprecari ordinationem importat, prout homo disponit aliquid faciendum per aliud, quod ad rationem pertinet, cuius est ordinare, ex Aristot.

3. Concl. Oratio est rationis actus.

3. Eth. c. 5 & li. 10. ca. 7. c. 4. ser. 3. de verb. Domini. 3. c. 24 Psal. 9. † 4. Concl.

1. *Orare ex ipsi. idem est, quod dicere sed dictio ad rationem pertinet Ergo.*

2. *Hic loquimur de oratione, vt est deprecatio, & petitio quædam, vt loquitur Aug. & Damasc. aut esse petitionem decentium à Deo At petere & deprecari est rationis. Ergo.*

Illud, *desiderium pauperum exaudiuit, &c.* vel dicitur, quia desiderium est causa petendi, vel propter velocitatem exauditionis, quia Deus quandoque exaudit, antequam aliquis orationem proponat.

5. Concl. Nihil prohibet, mouente voluntate, quod actus rationis tendat in finem caritatis.

Psal. 36. *Quia voluntas mouet rationem in finem suum: quod in oratione accidit, vel cum petimus, vt Deo vniamur: vel ex parte petentis, quem oportet accedere ad eum, à quo petit. Et sic oratio dicitur ascensus mentis ad Deum, à Damasc.*

lib. 3. c. 24. 6. Concl. Simplicium apprehensio, compositio, & discursus pertinent ad rationem speculatiuã: at imperare: & petere, pertinent ad practicam, quæ apprehendit, & causat.

Artic. 2. Vtrum sit conueniens orare.

1. Concl. Est conueniens orare.

1. Luc. 18 *Oportet semper orare, & non deficere*

Circa orationem alij opinantes omnia ex necessitate euenire, alij prouidentiam Dei negantes, dixerunt orare omnino vanum esse, alij orandum esse affirmabant, quia dispositio diuinæ prouidentiæ variabilis esset: quę alibi improbata sunt. Nam ex diuina prouidentia nõ solum disponitur qui effectus fiãt, sed etiam à quibus causis, & quo ordine. Inter causas autem sunt actus humani, vnde oportet homines aliqua agere, non vt per actus diuinam dispositionem immutent, sed vt impleant quosdã effectus secundum ordinem à Deo dispositum. Quare orare debemus, non vt diuinam dispositionem immutemus, sed vt id impetremus, quod Deus disposuit per orationes sanctorum esse implendum, Vt patet etiam in naturalibus causis. Vnde patet ad secundum.

2. Concl. Oratio non est necessaria, vt aliquid Deo aperiamus, sed vt consideremus ad diuinum auxilium esse recurrendum.

4. Concl. Deus multa dat ex sua liberalitate, antequã rogetur: vult tamen propter nostram vtilitatem, vt orando aliqua impetremus: quia per hoc fiducia ad eum in nobis augetur. Chrys. 2. lib de orando Deo.

Art. 3. Vtrum oratio sit actus religionis

1. Concl. Oratio est proprie religionis actus.

Glossa ibi. 1. Psal. 10. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum, quod est religionis.*

2. *Omnia illa, per quæ Deo reuerentia exhibetur, pertinent ad religionem. At per orationem homo Deo reuerentiam exhibet, prout ei subijcitur, & profitetur orando se eo indigere. Ergo.*

† 2. Concl. Licet oratio sit in ratione: tamen, quia voluntas mouet cæteras potentias, & maxime intellectum, cui est propinquior, ordinando actus omnium ad Dei reuerentiam, ideo, est actus religionis, & præcipuus.

3. Concl. Et petere, quæ desideramus, & recte desiderare cadunt sub præcepto, hoc caritatis, illud religionis: quod præceptum habetur apud Mat.

4. Concl. Per orationem aliquid traditur Deo, scilicet, mens, quæ ei subijcitur, vnde præeminet oratio aljs actibus religionis exterioribus, cap. 7. cum offerant quid principium Deo.

Articul. 4. Vtrum solus Deus debeat orari.

1. Concl. Soli Deo oratio porrigenda est, quasi per ipsum implenda.

Psal. 83. *Quoniam omnes orationes nostræ ordinari, debent*

ens ad gratiam, & gloriam consequendam, quæ solus Deus dat. Ergo.

Concl. Oratio est etiam porrigenda sanctis Angelis & hominibus, vt per ipsos impetranda: vt scilicet eorum meritis, & precibus orationes nostræ sortiantur effectum suum.

Quod patet Apoc. 8. & modo, quo ecclesia viatur in oratio, & Ioa. 5. Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Primum intelligitur auxiapropriam concinf.

† 3. Concl. Illi soli impendimus orando religionis cultum, à quo quærimus obtinere, quod oramus, & huiusmodi nõ sunt sancti, quos quasi interpellatores requirimus.

1. Concl. Aug. lib. de cura pro mor. c. 13. 4. & 19. Mor. c. 13. Mortui ex se non cognoscunt nostras cogitationes, ideo eorum suffragia non implo ramus: at beatis manifestatur in Verbo, quod decet eos cognoscere: & ad eos pertinet, vt cognoscant orationes ad eos, vel voce, vel corde factas a viuis autem petimus colloquendo.

Art. 5. Vtrum in oratione debeamus aliquid determinate à Deo petere.

1. Concl. Bona quibus homo male vti non potest, quæ scilicet malum euentum habere nõ possunt, vt sunt ea, quibus beatificamus, & beatitudinem meremur, sunt determinate petenda.

Matt. 6. Luc. 11. *Quia Dominus docuit discipulos determinate petere ea, quæ continentur in oratione dominica quæ sunt huius generis: & Dauid petebat, Ostende faciem: & deduc. me, &c.*

2. Concl. Bona, quæ possunt malum euentum habere, quibus homo potest bene & male vti, non sunt determinate petenda, vt diuitiæ, honores, &c. quia aliquando hæc non impetrasse melius foret:

Ioan. 4. Licet ex nobis non sciamus, quid petendũ sit: Spiritus tamen in hoc adiuuat infirmitatem nostram, & nos recte postulare facit.

† 3. Concl. Rom. 8. Cum petimus orando, quæ pertinent ad

4. Concl. nostram salutem, conformamus voluntatem nostram voluntati diuinæ, quæ vult omnes saluos fieri.

5. Concl. Deus sic nos inuitat ad bona, vt ad ea pijs desiderijs, & deuotis orationibus accedamus: & ideo non frustra eum petimus.

Art. 6. Vtrum homo debeat temporalia petere à Deo orando.

1. Concl. Pro temporalibus licet orare.

1. Prou 30. *Tribue tantum victui meo necessaria.*

2. *Id ex Aug. licet orare quod licet desiderare. Sed licet desiderare ea, quibus vita sustentatur, cuiusmodi sunt ista bona, quæ necessaria sunt ad salutem corporis, & congruentem habitum personæ. Ergo.*

Epist. 12. c. 12. & 6. Vt ista bona non sunt principaliter, id est tanquam finis, sed vt instrumenta virtutis, & adminicula ad beatitudinem denderanda, ita etiam petenda.

2. Concl. Per illud, *Primum quærite regnum Dei*, ostenditur quod temporalia bona non sunt quærenda principaliter, sed secundario.

† 3. Concl. Per illud, *Nolite sollicitæ esse, &c* prohibetur tãtum solicitudo, superflua, & inordinata.

4. Concl. Mens nostra, quando intendit temporalibus in ordine ad beatitudinem, non ab eis deprimitur, sed magis eleuatur.

Matt. 6. c. 24. Mat. 6. 4. Concl. Temporalia eo tenore petuntur à Deo, vt nobis concedantur, secundum quod expediunt ad salutem.

5. Concl.

Artic. 7. Vtrum debeamus pro alijs orare.

1. Concl. Caritas requirit, vt pro alijs oremus.

Hom. 14. in Mat. 1. Iac. 5 *Orate pro inuicem, vt saluemini.*

2. *Illud debemus orare, quod debemus desiderare. At bonum non solum debemus desiderare nobis, sed etiam alijs. Ergo: & Chrysost. Vtro se orare, necessitas cogit, pro altero autem caritatis fraternitas hortatur.*

† 2. Concl. Dicimus quidem, *pater noster: & da nobis*, vt discamus orationes non esse tantum priuatim faciendas, sed pro omnibus: vt ait Cypr.

3. Concl. lib. de orat dominica. Ponitur, vt conditio orationis, pro se orare, non tanquam necessaria ad effectum merendi, sed ad indeficientiam impetrandi.

Iere. 15. Psal 34. 4. Concl. *Quia contingit vt oratio pro alio facta non impetret defectum illius, pro quo oratur: & tamen oratio est meritoria orantis.*

Etiam pro peccatoribus orandum est, vt conuertantur: pro iustis, vt perseuerent, & proficiant: & multorum preces facilius exaudiuntur, & vt a multis gratia agatur Deo de beneficijs a iustis acceptis, & ne maiores superbiant, dum considerant se minorum suffragijs indigere.

Art. 8. Vtrum debeamus pro inimicis orare.

1. Concl. Necessitatis est, vt in nostris communibus orationibus, quas pro alijs facimus, non excludamus inimicos.

Quia orare pro alijs caritatis est. Ergo quo modo tenemur diligere inimicos, tenemur pro eis orare. Sed diligere inimicos est in generali est in præcepto. Ergo.

2 Concl. In speciali absolute pro inimicis orare perfectionis est, non necessitatis.

Quia hoc etiam modo eos diligere ad perfectio-

Mat. 5.

nem perducat. Hinc facit illud, *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

3. Concl.

Orare pro inimicis in speciali est in præcepto secundum præparationem animi, vel in aliquo speciali casu, sicuti etiam eos diligere: & iuuare: vt in necessitatis articulo, vel si veniam peterent.

4. Concl. Psal. 6.

Imprecationes contra inimicos in scriptura, vel dicuntur per modum prophetiæ vel in correctionem, vel contra peccatum, vel conformando se voluntati diuinæ.

5. Concl. spec. 6. Psal. 57.

Sancti martyres postulant se vindicari, non voce, sed ratione: & gaudent de vindicta, nō propter seipsam, sed propter diuinam iustitiam.

6. Concl.

Vt licet impugnare inimicos, vt compescantur à peccato: sic licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum, vt corrigantur.

Art. 9. Vtrum conuenienter septem petitiones orationis dominicæ assignentur.

1. Concl. Epist. 121. c. 12.

Conuenienter septem petitiones orationis dominicæ assignantur.

1. *Auctoritate Christi instituentis.*

2. *Illa recte orando petimus, ait Aug. quæ desiderare debemus: At in hac oratione non solum petimur, quæ desiderare possumus, sed etiam eo ordine quo desideranda sunt. Ergo. Nam primo in desiderio nostro cadit finis, deinde ea, quæ sunt ad finem: ad finem autem, qui Deus est: affectus noster tendit, vel vt velimus gloriam Dei, quod pertinet ad eius dilectionem in seipso. Vnde prima petitio,* Sanctificetur nomen tuum: *vel vt velimus fructum gloriæ eius, quod pertinet ad dilectionem, quæ diligimus nos in Deo, Vnde secunda.* Adueniat regnum tuum. *Ad hunc finem, aliquid nos ordinat, vel per se vt bonum vtile ad finem, quod contingit, primo directe, & principaliter secundum meritum, quod consistit in obediendo Deo, Vnde ponitur* Fiat voluntas tua, &c. *Secundo instrumentaliter, & quasi coadiuuans ad meritum,* panem nostrū, &c. *sine intelligatur de pane, sacramentali, & alijs sacramentis, sine de pane corporali, s. de omni sufficientia vitæ. Vel per accidens per remotionē prohibentis: quod quidē primo est peccatum:* Dimitte nobis debita nostra: *secunda tentatio,* Ne nos inducas in tentationem, *id est, ne à tentatione vincamur: tertio, præsens penalitas.* Libera nos à malo. *Ex his patet harum petitionum ordo, & connexientia.*

1. Cor. 6.

† 2. Concl.

Dicitur, *Sanctificetur,* id est sanctum habeatur, non quod non sit: *Adueniat regnum,* id est vt nos in eo regnemus, non quod Deus modo non regnet: *Fiat voluntas,* id est obediatur ab hominibus, vt fit ab Angelis: quæ petitiones in vita futura perficientur.

3. Concl.

Oratio non respondet ordini executionis in quo prius est recedere à malo, sed ordini, desiderij, in quo prior est finis, vnde consecutio boni.

4. Concl. l. 2 de serm. dom. c. 18.

Has septē petitiones Aug. adaptat septem donis Spiritus sanct. & beatitudinibus.

5. Concl.

Lucas prætermisit tertiam petitionem, vt ostenderet contineri in primis duabus: prætermisit vltimam, quia vnusquisque liberatur à malo ex eo, quod non inducitur in tentationem.

6. Concl.

Non vt Deū flectamus, sed vt in nobismetipsis fiduciam excitemus, dicitur, *Pater noster,* considerando eius caritatem: &, *qui in cælis,* considerando excellentiam.

Art. 10. Vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ.

1. Concl.

Orare proprium est rationalis creaturæ.

1. *Quia orare est actus rationis.*

2. *Illi proprie competit orare, cui competit, & rationem habere, & superiorem, quia per orationem superiorem deprecamur: vt hoc non competat diuinis personis, cum non habeant superiorem, nec brutis, cum non habeant rationem, Ergo orare proprium erit rationalis creaturæ.*

† 2. Concl

Filius dicitur orare, secundum naturam humanam, nō secundum diuinam: Spiritus sanctus dicitur, postulare, quia postulantes nos facit.

3. Concl. Psal. 144. 4. Concl.

Cum dicitur orare esse proprium rationalis creaturæ, non excluduntur Angeli.

Pulli coruorum dicuntur inuocare Deum, propter naturale desiderium, quo omnia suo modo desiderant consequi bonitatem, diuinitatem.

Art. 11. Vtrum sancti, qui sunt in patria. orent pro nobis.

1. Concl.

Sancti, qui sunt patria. orant pro nobis.

1. *Nam. 2. Machab. vltimo dicitur. Hic, id est, Ieremias propheta, est qui multum orat pro populo, &c.*

2. *Cum oratio pro alijs facta ex caritate proueniat, quanto sancti sunt perfectioris caritatis, tanto magis orant pro viatoribus, qui eorum orationibus iuuari possunt, & quando sunt Deo coniunctiores, tanto eorum orationes sunt magis efficaces, quia ordo diuinus est, vt ex superiorum excellentia in inferiora refundatur. Heb. 7. Accedens per semetipsum ad Deum & interpellandum, &c. & Hiero contra Vigilantium, qui hoc negabat quoloco*

ait, si martyres orabant in hac vita, cum essent pro se soliciti, quanto magis in alia, &c.

† 2. Concl. Orationes à spiri. sanc. habent efficaciam impetrandi ex præcedentibus eorum meritis, & ex diuina acceptione: qui etiam orant pro seipsis, scilicet pro gloria corporis.

3. Concl. Et solum petunt, & impetrant illud, quod Deus vult fieri per orationes eorum.

4. Concl. Qui sunt in purgatorio, quia quoad pœnas sunt inferiores nobis, non sunt in statu orandi, sed magis, vt oretur pro eis.

5. Concl. Oportet etiam inferiores sanctos implorare: quod quandoque efficacius est, vel quia deuotius implorantur, vel quia Deus vult eorum sanctitatem declarare.

6. Concl. Inuocamus sanctos nominibus, quibus hic nominabantur, tum quia viuentes meruerũt, vt pro nobis orarent, tũ ad fidem resurrectionis insinuandam. Vt legitur, Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, &c.

Art. 12. Vtrum oratio debeat esse vocalis.

1. Concl. Oratio communis, quæ per ministros Ecclesiæ in persona totius populi fidelis Deo offertur, debet esse vocalis.

1. *Psalm.* 3. *Voce* mea ad dominum clamaui, &c.

3. Huiusmodi oratio debet innotescere toti populo pro quo profertur Ergo.

2. Concl. 1. Non est necesse, vt oratio singularis personę pro se, vel pro alijs orantis, sit vocalis: ei tamen adiungitur vox ob has causas.

1. Ad excitandam interiorem deuotionẽ, vt Aug. ait. *Epist.* 121. c. 9.

2. Ad redditionem debiti, vt homo Deo seruiat non solum mente, sed etiam corpore. *Psalm.* 15.

† 3. Concl. 3. Ex quadam redundantia ab anima in corpus.

Vocalis oratio profertur, non vt Deo ignotum manifestemus, sed vt mens orantis excitetur in Deum.

4. Concl. Verba significantia aliquid ad deuotionẽ pertinens, non distrahunt, sed excitant mentes, præcipue minus deuotas.

5. Concl. Cum Dominus, *Tu autem cum oraueris*, &c. non prohibuit in conuentu orare, sed ne quis oret, vt à conuentu videatur. *Matt.* 6.

Non enim videri ab hominibus, nefas est, sed ideo hoc agere, vt ab hominibus videaris, ait Aug. *lib. de ser. dom.* 21. c. 6.

Artic. 13. Vtrum de necessitate orationis sit, quod sit attenta.

1. Concl. Necessarium dicitur, vel id sine quo melius peruenitur ad finem, vel id sine quo res non potest consequi suum effectum: si primo modo sumatur attentio in oratione, præsertim vocali, de qua præcipue quæritur, est necessaria orationi absolute.

Triplex est orationis effectus. 1. Concl.

1. Communis actibus caritate informatis, scilicet mereri, & ad hũc effectum non requiritur, vt adsit attentio per totum, sed sat est prima intentio, qua quis accedit ad orandum.

2. Qui est proprius, scil. impetrare, ad quẽ sat est prima intentio, quam Deus respicit, qua deficiente, nec meretur, nec impetrat.

3. Quem præsentialiter efficit, scilicet quędam spiritualis refectio, & ad hoc necessario requiritur attentio. Vnde Paul. Si orem lingua, mens mea sine fructu est. 1. Cor. 14.

Triplex est attentio, quæ orationi vocali potest adhiberi: vna ad verba, ne quis in eis erret: secunda ad sensum verborum: tertia, qua attenditur ad finem orationis, scil. ad Deum, & ad rem, pro qua oratur, quæ est maxime necessaria, quam etiam idiotæ possunt habere. 3. Concl.

In spiritu, & veritate orat, qui ex instinctu spiritus ad orandum accedit. 4. Concl. *Ioan.* 4.

Licet postea ex infirmitate euagetur mens: & in illo ascensu ad Deum, propter infirmitatem naturæ diu stare non possit. 5. Concl. *Basilius de orand Deo* 6. Concl.

Euagatio voluntaria est peccatum, & impedit orationis effectum: at quæ est præter propositum, non tollit meritum.

Art. 14. Vtrum oratio debeat esse diuturna.

Oratio secundum suam causam, quæ est desiderium caritatis, ex quo debet procedere oratio, debet esse continua. 1. Concl.

1. Luc. 18. Oportet semper orare: & Paul. sine intermissione orate.

2. Desiderium caritatis debet esse in nobis continuum, vel actu, vel virtute, quod accidit, cum aliquid ex caritate facimus in gloriam Dei, ad quod ex Paulo, & Aug. semper tenemur Ergo. 1. *Thes.* 5.

Oratio secundum se considerata, non potest esse continua. 2. Concl.

1. Quia oportet alijs operibus occupari. 1. *Cor.* 10.

2. Cum cuiuscunq; rei quantitas debeat esse proportionata fini, conueniens est, vt oratio tamẽ duret, quantum est vtile ad excitandum interiorem desiderij feruorem, & non amplius secundũ Aug. Vnde cum sine tædio nõ potest durare, cessandũ est. *Epist.* 121. c. 9.

Et sicut in oratione singulari attenditur quantitas per comparationem ad intentionẽ orantis, ita in communi oratione per comparationem ad populi deuotionem. 3. Concl. *Epist.* 121. c. 10.

Non oportet orantem diu multum loqui, quia plerunque hoc negotium plus gemitibus, quam sermonibus, agi debet. † 4. Concl.

Por-

5 Concl. Prolixitas orationis non consistit in hoc quod multa petantur, sed quod affectus contineatur ad vnum desiderandum.

6. Concl. Dominus instituit orationem dominicã, nõ vt his tantum verbis oremus, sed vt doceret, quæ essent petenda.

7 Concl. Aliquis continue orat, vel propter affectũ desiderij, vel quia non intermittit, quia temporibus statutis oret, vel propter effectum, quia post orationẽ remanet magis deuotus.

Art. 15. *Vtrum oratio sit meritoria.*

1. Concl Oratio sicut quilibet actus virtutis habet efficaciam merendi, inquantum procedit ex radice caritatis.

Chrys. super illud Psal. 34 Oratio mea, &c.

2. Concl. Procedit autem à caritate mediante religione, concomitantibus etiam humilitate, & fide.

Nam religio sub qua continetur deuotio, offert: caritas dat desiderium rei, cuius complementum oratio petit: fides requiritur, vt credamus nos posse obtinere: humilitas, vt homo cognoscat indigentiã.

3. Concl. ub. de Ver. do im. c. ser. 5. & 29 Oratio efficaciam impetrãdi habet ex gratia Dei quem oramus, qui etiam nos ad orãdum inducit, vt Aug. & Chry. docent.

† 4. Concl. Etiam ipsa oratio, quæ gratiam gratũ facientem impetrat, procedit ex aliqua gratia, quasi gratuito dono.

5. Concl. Potest aliquis orando mereri vitiam æternam, & tamen nõ mereri illud obtinere quod petit: puta cum aliquid non est necessarium ad salutem sed manifeste saluti contrarium: propter hoc Paulus non fuit exauditus petens sibi amoueri stimulũ carnis. Qui petit, quod est vtile ad suam salutem, illud non solum meretur orando, sed etiam alia bona opera faciendo: vnde indubitanter accipit, si adsint hæ quatuor conditiones: vt pro se petat: necessaria ad salutem: pie petat; & perseueranter.

6. Concl. Oratio principaliter innititur fidei quantum ad efficaciam impetrandi, quantum autem ad meritũ principaliter adhæret caritati.

Art. 16. *Vtrum peccatores orando impetrent aliquid à Deo.*

1. Concl. Tract. 44. in Ioan Hom. 18. in Matt. Orationẽ peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem, Deus audit, non quasi ex iustitia, sed ex pura misericordia, seruatis tamen quatuor conditionibus supra positis. Ita Aug. & Chrys. docent Et publicanus alias frustra orasset.

2. Concl. Ioan. 9. Prou. 28. Quando peccator orando petit aliquid, vt peccator. i. secundum desiderium peccati in hoc non exauditur à Deo ex misericordia, sed quandoque ad vindictam. Quia Deus quædã negat propitius, quæ concedit iratus.

† 3. Conc. Quod Deus peccatores non audiat, intelligitur de eis, vt peccatores sunt.

4. Concl. Oratio peccatoris est pia, non ex habitu virtutis, sed quando petit, quæ ad pietatem pertinent: & licet non sit meritoria, potest tamen esse impetratiua, quia impetratio innititur gratiæ.

5. Concl. Oratio dominica profertur ex persona communi totius Ecclesiæ: vnde qui non vult dimittere debita proximo, illam dicens ratione personæ totius Ecclesiæ non meretur.

Art. 17. *Vtrum conuenienter dicantur esse orationis partes, obsecrationes postulationes, & gratiarum actiones.*

1. Concl. Conuenienter dicuntur esse orationis partes, obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones.

1. Auctoritate apost. qui has partes numerat.

2. Ad orationem tria requiruntur: primo eramus debet accedere ad Deum, & sic ponitur oratio, quæ est ascensus mentis in Deum: secundo debet petere, vnde postulatio, cum determinate quis petit: cum vero indeterminate, dicitur supplicatio: vel si solum factum narretur: Tertio requiritur ratio impetrandi, vel ex parte Dei, & est eius sanctitas, per quam petimus exaudiri, vnde obsecratio: vel ex parte petentis, vnde gratiarum actio per quam meremur accipere potiora. In Missa, obsecrationes sunt, quæ precedunt consecrationem: orationes sunt in consecratione, in qua mens debet elenari in Deum: postulationes in sequentibus petitionibus: gratiarum actiones in fine.

† 2. Concl. Obsecratio non est adiuratio ad cõpellendum, sed ad misericordiam implorandam.

3. Concl. Oratio communiter sumpta includit omnia: sed vt diuiditur ab alijs, dicit ascensum in Deum

4. Concl. Gratiarum actio ponitur in fine, licet sit de præteritis, quia in hoc futurum, id est petere, præcedit præteritum.

Quæstio 84. *De exterioribus actibus latriæ.*

Art. 1. *Vtrum adoratio sit actus latriæ, seu religionis.*

1. Concl. ADoratio, qua Deus adoratur, est religionis actus.

1. Mat. 4. Dominũ Deum tuum adorabis &c.

2. Adoratio ordinatur ad reuerentiam eius, quia adoratur. At reuerentiam exhibere Deo est proprium religionis Ergo.

† 2. Concl. Alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latriam, & alia excellentes creaturas, quod pertinet ad ecclesiam.

Reg. 1. *Quia Deo debemus reuerentiam propter eius excellentiam, quæ in creaturis non est, nisi per participationem: quod legitur aliquos adorasse angelos, non intelligitur de latria (vel adorauit Deum in illis. Sacrificium autem solo Deo exhibetur.*

Ioſue. 5. Sub maiestate diuina intelligitur omnis Dei excellentia: vnde non tollitur quin adoratio, quæ eius debetur maiestati, nõ sit actus religionis, quæ debetur Deo, vt est beatitudo nostra.

3. Concl. Vna est excellentia trium personarum & ideo vnus honor, vna reuerentia, & vna adoratio eis debetur.

Art. 2. Vtrum adoratio importet actum corporalem.

1. Concl. Adoratio importat etiam actum corporalem.

Exod. 20. 1. *Iosue. super illud. Non adorabis ea, &c.*

Ioan. 4. 2. *Cum ex duplici natura simus compositi, s. intellectuali, & sensibili, debemus etiam duplicem orationem Deo offerre, scilicet mentalem & corporalem, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione. Hæc autem exterior adoratio fit propter interiorem, & per signa humiliationis corporaliter exhibita excitetur mens, & affectus ad subijciendum se Deo: quia in actibus latriæ, ad quod est exterius, refertur ad id, quod est interius.*

† 2. Concl. Corporalis etiam adoratio in spiritu fit, vt ex spirituali deuotione procedit, & ad eam ordinatur.

3. Concl. 1. Cor. 14. Sicuti oratio primo in mente, secundario in voce consistit, ita adoratio, primo in interiore affectu secundario in exteriore. Vnde genu flectimus ostendendo infirmitatem nostram prosternimus nos, profitentes non, nihil esse ex nobis.

4. Concl. Licet per sensum Deum attingere nõ possimus, tamen per sensibilia signa, mens nostra prouocatur, vt tendat in Deum.

Art. 3. Vtrum adoratio requirat determinatum locum.

1. Concl. Determinatio loci non requiritur ad adorationem principaliter, quasi sit de necessitate ipsius, sed secundum quandam decentiam, sicuti & alia corporalia signa.

Isa. 56. Luc. 19. Ioan. 4. 1. *Domus mea, domus orationis, &c.*

2. *Quamuis mens apprehendat Deum, qui sit nõ comprehensum alicui loco: tamen corporalia signa, ut secundaria requiruntur ad adorationem, necesse est, quod in determinato loco & situ fiant.*

Cum Dominus dixit, *Venit hora*, &c. prænunciat cessationem adorationis secundum ritum Iudæorum, & Samaritanorum.

† 2. Concl. 3. Concl. 3. Reg. 8. 4. Concl. Mat. 18. Determinatus locus orandi eligitur non propter Deum, quasi loco claudatur, sed propter ipsos adorantes, & hoc propter loci cõsecrationem, propter sacra mysteria, & propter concursum orantium, ex quo oratio fit magis exaudibilis.

Decenter adoramus versus orientem. Cien. 2. Lucæ 6. Mat. 24.

1. *Quia diuinitas manifestatur ex motu cæli, qui est ab oriente.*

2. *Propter paradisum sibi constitutum.*

3. *Propter Christum, qui oriens nominatur, qui ascendit ad orientem, & inde expectatur ventrus.*

Quæstio 85. De his, quæ Deo, à fidelibus dantur.

Artic. 1. Vtrum offerre sacrificium Deo sit de lege natura.

1. Concl. OBlatio sacrificij pertinet ad ius naturale.

1. *Quia fuit in qualibet ætate, & apud quascunque nationes. Ergo.*

2. *Quia naturalis ratio dictat homini, secundũ naturalem inclinationem, vt ei qui est supra se, cuius auxilio eget subiectionem & honorem exhibeat, secundum modum suum. At modus conueniens homini est, vt sensibilibus signis utatur ad aliquid exprimendum. Ergo naturaliter homo offerens sensibilibus rebus offerens ea Deo in signum subiectionis & honoris: & hoc pertinet ad rationẽ sacrificij. Ergo.*

† 2. Concl. Oblatio sacrificij in communi est de lege naturali: at sacrificiorum determinatio, est de lege humana vel diuina.

3. Concl. Adam, & Isaac, & alij olim sacrificiũ Deo obtulerunt, licet non legatur in scriptura: quæ tantum mentionem de illis facit, in quibus aliquid speciale accidit.

4. Concl. Significare conceptus suos est naturale, sed determinate hoc, vel illo signo, est ad placitum.

Art. 2. Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum.

1. Concl. Soli Deo est sacrificium offerendum.

Exod. 22. 1. *Qui alt script. immolat Dijs, occidatur, &c.*

2. *Illi debetur externum sacrificium, cui debetur spirituale interius. At spirituale debetur soli Deo, quia anima se offert Deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & fini suæ beatificationis, quod soli Deo conuenit. Ergo. Ideo David dicebat: Sacrificium Deo, spiritus contribulatus.*

Aug li 10. de civ. c. 19. lib. 8 de civ c. 35.

3. *Inommisso summum rectorem, alius primato significabenoratur, quem si offenderit alios honores ei debitos in lege statuitur pena mortis ut qui summum honorem alio exhibuerit.*

† 2. *Concl.* Aliis præter Deum non debetur talis honor.

Quia illis non communicatur nomen diuinitatis per æqualitatem, scilicet participationis.

3 *Concl.* In sacrificio non constituit pretium pecoris occisi, sed significatio, quia fit in honorem Dei.

4. *Concl.* Constituimus martyribus templa sacerdotales; quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus: vt ait Aug.

Art. 3. Vtrum oblatio sacrificii sit specialis actus virtutis.

1. *Concl.* Oblatio sacrificii est actus specialis virtutis, scilicet religionis.

1. *In lege speciales præcepta de sacrificiis dantur. Ergo.*

Leuit. in princ.

2. *Actus cuius cuiuscunque virtutis ordinatus ad finem alterius, fiunt quandam rationem illius, & patet in furto propter fornicationem fidei, ita quod si aliquis non esset peccatum, fieret. At sacrificium est specialis actus in reuerentiam Dei vnde laudem habet. Ergo.*

2. *Concl.* Actus etiam aliarum virtutum sacrificia dici possunt, si ordinentur ad diuinam reuerentiam: vt dare eleemosynã propter Deum, &c.

3 *Concl.* Verum proprie sacrificia dicuntur illi actus, quia non habent aliunde laudem, nisi quod fiunt propter diuinam reuerentiam.

† 4. *Concl.* Hoc ipsum, quod Deo quadam spirituali societate volumus adhærere, ad diuinam reuerentiam pertinet: vnde quilibet actus virtutis rationem sacrificii accipit.

5. *Concl.* Hominis aliud bonum est animæ, & hoc offertur Deo interiore sacrificio per deuotionem, &c. & est principale sacrificium: aliud corporis, quod Deo quodammodo offertur per martyrium, & abstinentiam: aliud exteriorum rerum, quod Deo offertur, vel quando immediate ipsi offertur, vel quando communicatur proximo propter Deum.

Deut. 6. 6. Concl. Sacrificia dicuntur cum circa res oblatas aliquid fit, vt cum animalia occiduntur, panis frangitur, &c. oblatio est cum aliquid simpliciter Deo offertur: primitiæ autem oblationes sunt, quia Deo offerebantur: non sic decimæ.

Art. 4. Vtrum omnes teneantur ad sacrificia offerenda.

1. *Concl.* Ad sacrificium interiores, quod est principale, omnes tenentur.

1. *Quæ est de lege naturæ.*

2. *Quia eo modo tenemur Deo bonam mentem offerre.*

2. *Concl.* Ad sacrificium, quod ex hoc solũ laudẽ habet, quod Deo aliquid exterius offeratur ad protestationem diuinæ subiectionis, aliter tenentur, qui sunt sub vona, vel olim erant sub veteri lege, aliter alicui tenentur ad determinata sacrificia, secundum legis præcepta, illi nomina, sed secundum condecentiam ad eos, in quos inhabitant.

3. *Concl.* Sacrificium exterius, quod continet actus cuiuscunq; virtutis, vt ad Dei reuerentiã referatur, quandoq; est sub præcepto, cum sunt actus, ad quod omnes tenentur: quandoque est supererogationis opus, ad quod non omnes tenentur.

Rom. 3. Illud, quæcunque lex loquitur, &c. probat, quod non omnes tenentur ad determinata sacrificia secundum præcepta legis.

† 4. *Concl.* Licet non omnes sciant explicite virtutem sacrificiorum, sciunt tamen implicite.

5. *Concl.* Sacerdotes offerunt sacrificia, quæ specialiter sunt ordinata ad cultum diuinum non solum pro se, sed etiam pro aliis, quædam tamen sunt, quæ quisque pro se potest offerre.

6 *Concl.*

Quæstio 86. De oblationibus, & primitiis.

Artic. 1. Vtrum homines teneantur ad oblationes ex necessitate præcepti.

1. *Concl.* Oblatio dicitur communiter de omnibus rebus, quæ in cultũ Dei exhibentur, quæ si immutentur pertinent etiam ad sacrificiũ: si vero integræ maneant, erit solũ oblatio, de cuius ratione est, vt voluntarie offeratur.

2. *Concl.* Quadruplici ratione potest contingere, quod aliquis teneatur ad oblationes

1. Ex præcedenti conuentione: vt cum datur fundus, vt certo tempore offerat aliquid.

2. Propter præcedentem deputationem, seu promissionem: vt ex donatione, vel testamento.

3. Propter Ecclesiæ necessitatem.

4. Propter consuetudinem, vt ait Greg.

† 3. *Concl.* Homines in lege noua non tenentur ad oblationes causa solennitatum legalium, sed aliis de causis.

De consec. dist. 1. c. omnes. Ad oblationes tenentur aliqui, & antequã fiant, & postquam factæ sunt: vt per deputationem, siue promissionem.

4. *Conc.* Qui oblationes debitas non reddunt, possunt puniri per subtractionem sacramentorum: non per ipsum sacerdotem, sed per superiorem aliquem.

5. *Concl.*

Art. 2. Vtrum solis sacerdotibus debeantur oblationes.

1. Concl. Oblationes, quæ à populo Deo offeruntur ad sacerdotes pertinent; non solum, vt eas in proprium vsum conuertant, sed etiam, vt fideliter dispensent; partim expendendo in his, quæ pertinent ad cultum diuinum; partim in proprium victum, partim in vsus pauperum; in quorum vsum, vt ait Hieron. Dominus loculos habebat.

1. Cor. 9. *1. Ex Decreto Damasi Papæ.*

in Matth. c. 17. 10. q. 1. ea. hanc consuet. *2. Sacerdos constituitur quodammodo sequester, & medium inter populum, & Deum: vnde dogmata, & sacramenta debet exhibere populo, & quæ sunt populi, scilicet preces, sacrificia, & oblationes, per eum debent domino exhiberi.*

† 2. Concl. Hcb. 5. Quæ à quolibet dantur pauperibus, non sunt mirifica, nec oblationes propriæ: quia oblationes proprie dictæ in vsum pauperum cedunt; non per dispensationem offerentium, sed sacerdotum.

3 Concl. Monachi, & alii religiosi tripliciter possunt oblationes recipere; vel vt pauperes ex dispensatione sacerdotum: vel, vt ministri altaris vel tertio si parochiæ sint eorum, & sic ex debito.

4 Concl Oblationes, quæ non sunt consecratæ, possunt in vsum laicorum cedere ex dispensatione sacerdotis, vel per modum donationis, vel venditionis, &c.

Art. 3. Vtrum homo possit oblationes facere de omnibus rebus licite possessis.

1. Concl. De quolibet licite possessio, quantum est de se, potest oblatio fieri.

1. Prou. 3 *Honora Dominum Deum tuum de tua substantia: qua continetur quidquid iuste possidetur Ergo.*

ad Tit. c 1 *2. Quia in lege noua omnis creatura Dei reputatur munda.*

2. Concl. De iniuste acquisitis, & possessis non potest oblatio fieri.

Matth. 5. *Eccl. 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata.*

3. Conc. Per accidens cõtingit quod de aliquo licite possesso oblatio fieri nõ possit: quando vergit in detrimentum alterius: vel etiã propter scandalum, vel propter contemptum, &c.

4. Concl. In veteri lege prohibebatur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam; in noua autem propter scandalum, ne ecclesia videatur fauere peccato.

5 Concl. Leui. 21. Malac. 1. Prohibitiones animalium immundorum, cessant in noua lege.

6. Concl. Oblatio animalis cæci, vel claudi erat illicita, & ratione eius ad quod offerebatur, & ex contemptu; & ex voto præcedenti, ex quo obligabatur homo ad integrum: quæ causæ manent etiam in noua lege, quibus cessantibus non est huiusmodi oblatio illicita: Et ita de omnibus offerre licebit.

Art. 4. Vtrum ad primitias soluendas homines teneantur.

1. Concl. Homines tenentur ad primitias soluendas.

1. *Ex 16. q. 7. cap decimas, vbi hoc decernitur.*

2. *Pertinet ad ius naturale vt homo aliquid Deo ad eius honorem exhibeat de bonis sibi à Deo concessis ex qua causa olim offerebantur in recognitione beneficii, quasi homo profiteretur se fructus terræ à Deo accepisse, & ita offerebantur cum quadam professione, & erant quoddam oblationis genus, Deut. 25. Deo autem debemus exhibere id, quod est præcipuum cuiusmodi sunt primitiæ.*

2. Concl. Determinatio quantitatis, & quod de primis fructibus fiant, vt in veteri testamento erat statuta iure diuino, sic in nouo, determinatione ecclesiæ, ex qua homines tenentur primitias soluere secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorũ ecclesiæ.

3. Concl. Quia sacerdos constituitur pro populo in his, quæ sunt ad Deum, ideo oblatæ primitiæ in eorum vsum cedebant. Num. 18.

† 4. Concl. Cæremonialia erant in signum futuri, ideo cessarunt: at oblatio primitiarum fuit in signum præteriti beneficii, quæ recompensatio est secundum dictamen naturalis rationis, & ideo in communi manet.

5. Concl. Non dabantur primitiæ solum propter beneficium fructuum terræ promissionis, sed simpliciter propter beneficium terræ fructuum à Deo datorum.

6. Concl. Rationabiliter primitiarum quantitas non fuit determinata in lege; quia dantur per modum oblationis, de cuius ratione est, quod sit voluntaria.

Quæstio 87. De decimis.

Art. 1. Vtrum homines teneantur dare decimas ex necessitate præcepti.

1. Concl. PRæceptũ de decimis soluendis, ad sustentationẽ ministrorum, partim est naturale.

1. Ex Aug. qui ait, ex debito requiri, &c.

2. Quia ratio naturalis dictat, vt iis, qui diuino cultui ad salutem totius populi ministrant, victus necessarius debeatur à populo, vt à filiis & principibus: vnde Paul. Quis militat suis stipendiis, &c.

Hoc

1. Concl. Hoc præceptum partim est iudiciale ex institutione diuina quantum ad hoc, quod detur decima pars.

Nam ad æqualitatem inter homines seruandam fuit conueniens, vt tribus Leuitica quæ erat mancipata cultui diuino, & possessiones non habebat, reciperet ab aliis tribubus necessaria ad victum, vt honorabilius viueret.

3. Concl. Ex consequenti hoc præceptum aliquid significabat, in quo conueniebat cum cæremonialibus: quia omnia illis in figura contingebant. Qui dabat decimam, quæ est perfectionis signum, cum denarius numerus sit perfectus, quasi numerorũ limes, nouem partibus sibi reseruatis protestabatur imperfectionem ad se pertinere, & perfectionem futuram per Christũ expectandam esse a Deo.

4 Concl. Nec tamen erat cæremoniale, sed iudiciale præceptum, quia non liceret illud seruare in noua lege, quatenus est ab ecclesia innouatũ.

5. Concl. Quãuis nouæ legis popul⁹ debeat superare Iudæorũ iustitiam, & ministri noui testamenti sint maioris dignitatis: tamen ecclesia secundum quandam humanitatem instituit, vt nõ minus populus fidelis daret suis ministris, quam populus veteris legis: & pensatis temporibus, & personis & opportunitatibus posset determinare aliam partem soluendam.

† 6. Concl. Matth. 10. 1. Cor. 9. Præceptum de solutione decimarum, vt est morale datur à Domino dicente: dignus est operarius mercede sua; & ab Apost.

7. Concl. Ante tempus veteris legis non erant determinati ministri diuini cultus; nec aliquid determinatum quod eis daretur sed vbi aliquis occurrebat, vnusquisq; debet ei sponte: & sic

Gen. 14. c. 8. Abraham & Iacob decimas dederunt.

8. Concl. Decimæ illæ quæ conseruabantur ad sacrificia offerenda, non habent locum in noua lege: sed illæ quas cum pauperibus commedere debebant in noua lege augentur; quia Dominus non solum decimam partem; sed etiam

Luc. 11. omnia superflua iubet pauperibus exhiberi.

9. Concl. Rationabiliter ministri Ecclesiæ decimas non requirunt, vbi sine scandalo requiri non possunt, propter dilluetudinem, vel aliam causam: nec illi non soluentes peccant, nisi forte propter obstinationem animi, si essent parati non soluere, etiam peterentur.

Art. 2. Vtrum de omnibus teneantur homines decimas dare.

1. Concl. De omnibus possessis decimæ sunt soluendæ.

1. Gen. 28. Cunctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi.

2. Radix solutionis decimarum est debitum, quo seminibus spiritalia debentur carnalia, vt Paul docet: Super hoc debitum Ecclesia fundauit determinationem decimarum. At omnia quæ homo possidet sub carnalibus continentur. Ergo.

1. Cor. 9. † 2. Concl. In veteri lege omnes habebant possessiones, ideo de personalibus non soluebant decimas: at modo multi non viuunt ex possessionibus, & ministris nouæ legis interdicitur ne se ingerant negotiis lucratiuis, ideo homines nunc tenentur ad decimas personales soluendas secundum consuetudinem patriæ,

1. Timot. 5. & indigentiam ministrorum.

3. Concl. De male acquisitis, non quando acquisitio est iniusta, sed quando est ex causa illicita, debent decimæ dari: sed Ecclesia non debet eas recipere quamdiu personæ, quæ sic lucrantur, sunt in peccato.

4. Concl. Chrys. homil. 44. in Matth. Lex vetus non determinauit, vt de minutis rebus decimæ darentur, sed reliquit hoc arbitrio dare volentium: quia minima pro nihilo reputantur, & honestati ministrorum non conuenit, vt minima requirant.

5. Concl. Nemo tenetur decimas dare de his, quæ ei per furtum, vel rapinam sunt ablatæ, nisi forte propter culpam, aut negligentiam suam. Quando venditur triticum non decimatum potest ecclesia exigere, vel ab emptore qui habet rem ecclesiæ obligatam, vel à venditore qui defraudauit ecclesiam.

6. Concl. Decimæ debent solui ex integris fructibus ante omnia, id est, antequam soluantur tributa, &c.

Art. 3. Vtrum decimæ sint clericis dandæ.

1. Concl. Decimæ quantum ad ius accipiendi, ad solos clericos habentes curam animarum pertinent.

1. Num. 18. Filiis Leui dedi omnes decimas, &c. quibus succedunt clerici in nouo testamento. Ergo.

2. Hæc sanctio est spiritualis, & consequitur debitum, quo ministris altaris debetur sumptus de ministerio, & seminantibus spiritualia debentur carnalia. Atqui hoc est clericorum habentium curam animarum. Ergo.

2. Concl. Res quæ nomine decimæ dantur, corporales sunt: vnde possunt in vsum quorumlibet cedere, & ad laicos peruenire.

† 3. Concl. Clericis dantur decimæ, non tantum propter sustentationem, sed etiam vt ex eis subueniant pauperibus: & ideo non sunt superfluæ; sicut nec oblationes, & primitiæ.

4. Concl. Decimæ prædiales debentur ei in cuius territorio sunt prædia: personales vero illi in cuius parochia aliquis est. Pastor autem

qui

pit in duabus parochijs diuersis temporibus oues pascit, vtriq; proportionaliter debet, & magis illi in cuius territorio pascit, quam cuius territorio ouile locatur.

5. Concl. Ecclesia potest concedere Laico, vt dandas decimas recipiat, iure tamen sibi reseruato, siue pro necessitate ecclesiæ, sicuti quibusdam militibus dantur in feudum; siue in subuentionem pauperum.

Art. 4. Vtrum etiam clerici teneantur decimas dare.

Concl. Clerici, vt clerici sunt, id est, inquantum habent ecclesiasticas possessiones, decimas soluere non tenentur.

In Dec. li. 3. tit. 3. cap. 2. *1. Nouum genus est Paschalis Papæ, exactionis est, vt clerici à clericis decimas non exigant.*

2. Idem non potest esse causa dandi, & recipiendi, nisi respectu diuersorum. Sed Clericis, vt ministris altaris decimæ a fidelibus debentur. Ergo.

2. Concl. Prout possident aliquid proprio iure, vel ex successione parentum, vel ex emptione, &c. Clerici tenentur ad decimas soluendas.

† 3. Concl. Prædia propria clericorum suat obligata ad decimas, non autem prædia Ecclesiæ, etiamsi sint intra terminos alterius parochiæ.

4. Concl. a Religiosi etiamsi sint clerici, qui nõ dispensant populo spiritualia, de iure communi tenentur decimas dare: tamen habent aliquam immunitatem secundum diuersas concessiones eis à sede Apostolica factas.

1. Concl. Secundum illud Num. 18. eadem ratione tenentur modo clerici summo Pontifici decimam dare, si exigeret, sicut olim Leuitæ dabant sacerdotib. decimam decimæ.

6 Concl. Decimæ debent quidem cedere in subuentionem pauperum, sed per dispensationem Clericorum.

Quæstio 88. De voto, per quod Deo aliquid promittitur.

Vrtic. 1. Vtrum votum consistat in solo proposito voluntatis.

1. Concl. AD votum tria ex necessitate requiruntur, s. deliberatio, propositum voluntatis, & promissio, in qua perficitur ratio voti.

1. Eccl 5. Quod vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim infidelis & stulta promissio.

1. & 3. 16. *2. Votum importat obligationem quandam ad aliquid faciendum, vel dimittendum per modum promissionis, qua homini non potest fieri, nisi per verba, vel exteriora signa. Deo autem per se cum interiorem cogitationem, qui cor videt. At promissio procedit ex proposito faciendi; propositum autem aliquam deliberationem præsupponit, cum sit actus voluntatis deliberatæ. Ergo.*

2. Concl. Pronunciatio oris, & testimonij aliorum requiruntur tamen ad quandam voti confirmationem: vnde Magister dixit, quod votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his, quæ sunt Dei, fieri debet. Verum testificatio potest ad interiorem testificationem referri. Lib. 2. sent. dist. 38.

† 3. Concl. Conceptio boni propositi non firmatur ex animi deliberatione, nisi sequatur promissio.

4. Concl. Votum à voluntate accipit nomen, tanquã à primo mouente,

Quia voluntas monet rationem ad promittendum.

5 Concl. Luc. 10. *Qui mittit manum ad aratrum, &c* iam facit aliquid, sed qui solum proponit, nondum aliquid facit.

Art. 2. Vtrum votum semper debeat fieri de meliori bono.

1. Concl. Proprie loquendo votum dicitur esse de meliori bono.

1. Deut. 23. Si volueris polliceri absque peccato eris. Ergo.

2. Votum est promissio Deo facta, cui nihil est acceptum, nisi sit virtuosum: vnde non debet esse de re illicita, nec indifferenti. Cum sit liberum, & sic excludit impossibilia, & absolute necessaria: Quia necessaria ex fine sine quibus salus haberi nõ potest, possunt sub voto cadere, prout sunt voluntaria, sed non vt sunt necessaria. Quare illud proprissime est sub voto, quod non cadit sub necessitate absoluta, nec sub necessitate finis. Ad hoc dicitur malum bonum in comparatione ad bonum, quod communiter est de necessitate salutis. Ergo.

2. Concl. Necessariõ necessitate finis, vt est dictum, potest cadere sub voto, vt voluntarie fit: non autem, vt est necessitatis: & hac ratione sub voto baptizatorum cadit abrenuntiare pompis, &c. Iacob vouit se habere Dominum in Deum. per spiritualem cultum.

Gen. 28. 3. Concl. Iephte in vouẽdo fuit stultus, ex Hier. & in reddendo impius: quia, quæ sunt ex se bona, possunt, vt sic, cadere sub voto sed, vt habere possunt malum euentum, non sunt obseruanda. Ponitur tamen in catal. sanct. propter victoriam, quam obtinuit; & quia probabile est eum pœnituisse.

4. Concl. Maceratio proprio corporis tunc cadit sub voto, cum est actus virtutis, & cum discretione fit, vt scilicet cõcupiscentia refrænetur, & corpꝰ nõ grauetur nimis: & in his, debet quilibet consulere superiores: & cum manifestũ

grauamen

grauamen sentitur simpliciter seruari non debet. Vota vero de rebus vanis & inutilibus, sunt potius diridenda, quam seruanda.

Art. 3. Vtrum omne votum obliget ad sui obseruationem.

1. Concl. Maxime obligatur homo ad hoc, quod impleat vota Deo facta.

1. Eccl. 5. Quodcunq; voueris, redde: multoque melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.

2. Ad fidelitatem hominis pertinet, vt id seruet, quod promisit. Sed maxime debet homo Deo fidelitatem, tum ratione doni, tum ratione beneficij suscepti. Ergo cum fractio voti sit quedam infidelitatis species: & Deo displiceat, vt ante sapiens, infidelitas promissio.

† 2. Concl. Secundum honestatem ex qualibet promissione homo homini obligatur: & est obligatio iuris naturalis: ad obligationem autem ciuilem alia requiruntur. at Deo maxime obligantur per simplicem promissionem.

3. Concl. Quando votum ex quacunq; causa redditur impossibile, debet vouens habere voluntatem promptam faciendi, quod potest vnde qui vouit monasterium ingredi, debet dare operam quantum potest vt ibi recipiatur: & si vouit vnam religionẽ principaliter in particulari, si ibi non recipiatur, non tenetur ingredi aliam: secus si vouit religionem simpliciter. Mulier quæ vouit virginitatẽ, & postea corrumpitur, non solum debet seruare, quod potest, perpetuam scilicet continentiam, sed etiam pœnitere de eo, quod peccando amisit.

4. Concl. Dent. 25. Ligatio voti ex propria voluntate causatur: vade si vouens intẽdit se obligare ad statim soluendum, statim tenetur: secus si retro tempore: aut certa conditione: sed non debet tardare, vltra quam intendit se obligare.

Art. 4. Vtrum expediat aliquid vouere.

1. Concl. Quod nos aliquid homini voucamus non cedit in eius vtilitatem.

1. Nam aliter Deo, aliter homini promittimus: hominis in eius vtilitatem, cuius est vtile vt aliquid ei exhibeamus. & de futura exhibitione eum certificemus. At Deo non promittimus in eius vtilitatem, neq; indiget certificari à nobis.

Epist. 45. *2. Benignus exactor est, ait Aug. & non ignarus, & qui non crescat ex redditis, sed in se crescere faciat reddentes.*

2. Concl. Expedit nobis aliquid Deo vouere.

1. Psal 75. Vouete & reddite, &c.

2. Vt quod Deo damus non est ei vtile, sed nobis, quia quod ei redditur, reddenti additur, ita quod votum facimus; quia vouendo voluntatem firmamus ad id, quod expedit facere. Ergo

3. Concl. Epist. 45. Sicuti non posse peccare non minuit libertatem, vt patet in Deo; ita necessitas firmatæ voluntatis in bonum, non diminuit libertatem; & talis est necessitas voti.

4. Concl. Periculum non imminet vouenti ex ipso voto, sed ex culpa hominis, qui voluntatem mutat transgrediens votum.

5. Concl. Christo non competit vouere propter firmatam eius voluntatem in bono: Apostoli intelliguntur vouisse pertinentia ad perfectionis statum quando relictis omnibus Christum, sunt secuti.

Art. 5. Vtrum votum sit actus latriæ, siue religionis.

1. Concl. Vouere proprie est actus latriæ, siue religionis.

1. Isa. 19. Colent eum in hostiis, & muneribus, vota vouebunt Domino.

2. Votum est ordinatio quedam eorum, quæ quis vouit in diuinum cultum, & obsequium, cum sit promissio facta Deo: quæ ordinatio quedam est: sed ordinare aliquid ad diuinam reuerentiam, seu cultum, pertinet ad religionem, siue latriam per modum imperij. Ergo.

† 2. Concl. Quod cadit sub voto quandoque est actus alterius virtutis, vt ieiunare: quandoq; religionis, vt orare: tamen vtrorumque promissio ad religionem pertinet.

3. Concl. Qui promittit, inquantum se obligat ad dandum, iam quodammodo dat; quia effectus virtute continetur in causa.

4. Concl. Promissio facta sanctis, & prælatis cadit sub voto materialiter, inquantum homo vouet Deo se impleturum, quod sanctis, vel prælatis promittit.

Art. 6. Vtrum magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid ex voto, quam sine voto.

1. Concl. Gloss in Psal. 75. Magis laudabile, & meritorium est facere aliquid ex voto, quam sine voto.

1. Qui facit ex voto simpliciter duo consilia, scilicet de vouendo, & de faciendo: consilium autem est de meliore bono. Ergo.

Aug. lib de vera relig. c. 8. Arist. li. 2. eth. c. 4. *2. Melioris virtutis actus, est melior, & magis meritorius. Sed vouere est actus latriæ quæ est praecipua inter virtutes morales. Ergo.*

3. Quia vouens magis se Deo subiicit, cum se subiiciat non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem, sicuti pl. dat, qui dat arbori cum fructibus, quã qui dat fructum tantũ.

lib 2 de Sacram. c. 24.

4. Concl.

4. *Quia per votum firmabitur voluntas firmatur in bono. At ſic aliquid facere pertinet ad perfectionem virtutis.*

† 2. Concl.

Illud Proſperi, *quod non debemus nos ſubdere neceſſitati ſeruiendi* intelligitur de neceſſitate coactionis, quæ inuoluntarium cauſat, & deuotionem excludit: at neceſſitas voti, eſt per immobilitatem voluntatis, quæ deuotionem auget.

Ariſt. lib. 5 Met. tex. 6.

3. Concl.

Illud, *quod neceſſitas contriſtans eſt*, intelligitur de neceſſitate coactionis: neceſſitas autē voti in bene diſpoſitis cauſat gaudium: & licet opus ſecundum ſe triſte, & inuoluntarium redderetur, tamen dum remanet voluntas ſoluendi votum, ſemper opus eſt magis meritorium, quam ſi eſſet ſine voto.

Aug. Eth. 45.

4. Concl.

Qui facit aliquid ſine voto, habet immobilem voluntatē reſpectu illius operis, tunc, quando facit: nō autem manet voluntas eius omnino firmata in futurum, vt voluntas vouentis.

Art. 7. Vtrum votum ſolennizetur per ſuſceptionem ſacri ordinis, & per profeſſionem ad certam regulam.

1. Concl.

Voti ſolennitas adhibetur quando aliquis per ſuſceptionem ſacri ordinis diuino miniſterio applicatur, & in profeſſione certæ regulæ, quando per abrenuntiationem ſæculi, & propriæ voluntatis, aliquis ſtatum perfectionis aſſumit.

1. *Quia ſolum huiuſmodi vota impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum quod eſt effectus voti ſolennis.*

Cap. 2. de caſtit. duer.

2. *Solennitas voti attenditur ſecundū, aliquid ſpirituale ad Deum pertinens, ſcilicet ſecundum ſpiritualem benedictionem, vel conſecrationem, qua ex inſtitutione Apoſtolorum admittitur in perfectione certa regula, ſecundo gradu poſt ſacros ordines ſuſceptos, vt Dyonyſ. ait, & ratio eſt, quia ſolemnitates non conſueuerunt adhiberi, niſi quando quis totaliter mancipatur alicui rei, vt patet in celebratione nuptiarum. Ergo*

† 2. Concl.

Solennitas non ſolum pertinet ad homines, ſed etiam ad Deum, vt habet aliquam ſpiritualem conſecrationem, ſeu benedictionem, cuius Deus eſt auctor, licet homo ſit miniſter. Vnde votum ſolenne habet fortiorem obligationem; & eius tranſgreſſor grauius peccat.

3 Concl.

Solennitas non conſueuit adhiberi voto de particularibus actibus, ſed aſſumptioni noui ſtatus.

4. Concl.

Aliud eſt votum publicum, aliud votum ſolenne: quæ fiunt in publico poſſunt habere quandam ſolennitatem humanam, non autem ſpiritualem, & diuinam.

Art. 8. Vtrum illi qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti impediantur a vouendo.

1. Concl.

Nemo poteſt per votum firmiter ſe obligare in his, in quibus alteri ſubijcitur, ſine conſenſu ſui ſuperioris.

1. *Num 30. vbi hoc decernitur.*

2. *Nemo poteſt per promiſſionem ſe firmiter obligare ad id quod eſt in poteſtate alterius, ſed ad id tantum, quod eſt omnino in ſua poteſtate. At quis eſt ſubiectus alteri, quantū ad ea in quo eſt ſubiectus nō poteſt facere: quod vult, ſed dependet ex voluntate alterius. Ergo non poterit, ſub hac ratione vouere, cum votum includat promiſſionem factam Deo.*

2. Concl.

Ratio voti, quæ eſt, vt ſit de aliquo virtuoſo, non poteſt ſeruari quando quis vouet, quod eſt in poteſtate alterius, cum ſit contra virtutem.

3. Concl.

Cum filius venit ad annos pubertatis, ſi ſit liberæ conditionis, ſecus de ſeruo, eſt ſuæ poteſtatis quantū ad ea, quæ pertinent ad ſuam perſonam, de qua poteſt vouere: non quantum ad ea, quæ pertinent ad diſpenſationem domeſticam, circa quam nihil poteſt vouere, ſine conſenſu patris

4. Concl.

Licet religioſus ad horam poſſit aliquid facere, cum non occupatur a prælato: tamen quia nullum tempus eſt exceptum, in quo non poſſit à prælato occupari, nullum votum illius eſt firmum, niſi de conſenſu prælati: ſicuti nec puellæ ſine conſenſu patris, & mulieris ſine conſenſu viri ſui.

5. Concl.

Et quamuis huiuſmodi vota non ſint firma, non tamē peccant vouentes: quia ſemper intelligitur conditio, ſi ſuperioribus placuerit.

Art. 9. Vtrum pueri poſſint voto ſe obligare ad religionis ingreſſum.

1. Concl.

Votum ſimplex obligationem habet ex deliberatione animi, quæ impediri poteſt: vel propter defectum rationis, vt in amentibus: vel quia qui vouet eſt ſub alterius poteſtate: quę duo ſunt in pueris ante annos pubertatis, quia vt plurimum patiuntur defectum rationis, & ſunt ſub cura parentum, vel tutorum.

2. Concl.

Licet in aliquibus in iſta ætate accelleretur vſus rationis, propter quod dicuntur doli capaces: non obſtat eximuntur a cura parentum quæ ſubiacet legi humanæ, quæ reſpicit id, quod frequentius accidit.

Pueri,

3. Concl. Pueri, aut puellæ ante annos pubertatis nullo modo possunt se ad aliquid voto astringere, si vsum rationis non attingant.

4. Concl. Si autem attigerint, possunt se obligare quantum in se est, sed à parentibus, sub quorum cura manent, potest votum irritari. 20. q. 2. can. puella.

5. Concl. Voto autem solenni se obligare non possunt; quamuis sint doli capaces, propter statutum ecclesiæ, sub cuius dispensatione cadit solennizatio voti: vnde patet ad tertium.

6. Concl. Post annos pubertatis possunt se obligare voto religionis simplici & solenni absq; voluntate parentum.

† 7. Concl. Primum procedit de his, qui nondum attigerunt rationis vsum.

8. Concl. Vota eorum, qui sunt in potestate aliorum habent conditionem implicitam, scil. si non reuocentur, & si conditio extat, valida reduntur & licita.

Art. 10. Vtrum possit in voto dispensari.

1. Concl. Dispensatio voti in potestate ecclesiæ consistit, quoniam potest, dispensari in lege, quæ habet robur ex cõmuni voluntate. Ergo etiã in voto, quod ex singulari voluntate procedit: dispẽsatio autem quæ importat distributionem, vel applicationem cõmunis alicuius ad ea, quæ sub ipso continentur, vt cum quis distribuit cibum in familia, est in lege, quando lex in aliquo casu obseruãda nõ est: sicuti, cum furioso non est restituendus gladius, sic in voto. Quia licet votum secundum se obliget; tamen in casu legitimo accidit ipsum non esse obseruandũ, vel quia est simpliciter malum aut certe inutile, aut maioris boni impeditiuum: & tunc, si in tali casu determinetur non esse seruandum, dicitur dispensatio voti: si autem propter hoc, quod seruandum erat, aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti: sed minus est commutare, quam dispensare: & vtrunq; est in potestate Ecclesiæ.

† 2. Concl. Ideo olim animal, quod immolari poterat, non poterat commutari, quia ex hoc ipso, quod vouebatur, sanctum reputabatur: vt modo accideret in vouente rem consecratam, vt calicem, &c. Vota ergo commutantur, nisi consecratio interueniat.

3. Concl. Cum dispensatio fit: non dispensantur in iure humano, vel diuino, sed determinatur talem materiam, in hoc casu, non cadere sub voto, & sic fit, vt hoc quod erat lex, non sit in hoc casu.

4. Concl. Dispensatio voti non est contra fidelitatem Deo debitam: ad quam non pertinet, vt homo faciat id, quod ad vouendum est malum, vel inutile.

Art. 11. Vtrum in voto solenni continentiæ possit fieri dispensatio.

1. Concl. In voto continentiæ consideratur materia voti. 1. Ipsa continentia, perpetuitas, & ipsa solennitas.

2. Concl. Ratio cur hoc votum sit indispensabile, non est dignitas continentiæ: quia bonum animi, puta contemplatio, est maius bonum, quam continentia, quæ ad contemplationem ordinatur, ex Paul.

3. Concl. Hoc votum non est indispensabile propter perpetuitatem, vel vniuersalitatem: quod nõ possit præteriri nisi per id, quod est ei contrarium, quod nunquam licet in voto.

Quia in voto abstinentiæ a carnibus, &c. quod removetur per eius contrarium, sit dispensatio.

4. Concl. In voto solennizato per professionem religionis, non potest per Ecclesiam dispensari. Vnde non est verum, quod aliqui dicunt posse in hoc dispensari propter communem vtilitatem.

Patet ex cap. ad monasterium: vbi decernitur Pontificem non posse; quia castitas est annexa regulæ monachali.

5. Concl. Ratio cur non possit dispensari est, quia per tale votum homo consecratur Deo.

Nam quod semel est Deo consecratum, non potest in alios vsus commutari: sicut non potest facere prælatus, vt calix consecratus, non sit consecratus si maneat integer. Ergo multo minus, vt homo Deo consecratus, non sit consecratus: at solennitas voti consistit in quadam consecratione. Ergo Papa non potest facere, vt professus non sit religiosus, licet quidam iuristæ ignoranter contradicant. Deinde hoc votum est essentialiter, vt Pont. ait, annexum statui religionis, per quem totaliter homo renunciat sæculo, & Deo seruitus est mancipatus, & ideo non potest stare cũ matrimonio. 2. Cor. 7. Vnde mõachus dicitur solus, quia nõ debet esse diuisus. &c.

6. Concl. In voto solennizato per susceptionem sacri ordinis, ecclesia potest dispensare: quia debitum continentiæ non est annexum sacro ordini essentialiter, sed ex statuto ecclesiæ.

7. Concl. Periculis rerum humanarum est obuiandũ per res humanas, non autẽ per hoc, quod res diuinæ conuertantur in vsum humanum: vnde religiosi non sunt reuocandi ad vitam humanam occasione cuiuscunq; euentus.

8. Concl. In voto temporalis abstinentiæ potest dispensari, non autem in voto solenni per professionem.

9 Concl. Votum abstinentiæ cibi potest vergere in

periculum personæ,& hac ratione recipit dispensationem : non sic abstinentia coitus, cum possit aliter saluti subueniri per corporalia remedia.

†10. Conc. Religiosus qui fit Episcopus non absoluitur à voto paupertatis, cum nihil debeat habere quasi proprium : sicuti nec à voto obedientiæ, licet per accidens autem obedire non teneatur.

Art. 12. *Vtrum ad commutationem, vel dispensationem voti requiratur prælati autoritas.*

1. Concl. In commutatione, vel dispensatione votorum requiritur prælati auctoritas, quia in persona Dei determinat, quid sit Deo acceptum.

1. Ad dispensandum in præcepto legis requiritur prælati auctoritas. Ergo, &c.

2. Quod aliquid sit acceptum in aliqua promissione pendet ex arbitrio illius cui promittitur. Ad votum est promissio Deo facta, & prælatus ecclesiæ vicem Dei gerit. Ergo : nam & ego, ait Paulus, si quid donaui propter vos in persona Christi; ex quibus verbis colligitur dispensationem debere fieri ad honorem Christi, & vtilitatem Ecclesiæ.

2. Cor. 9.

†2. Concl. Religionem ingrediens non tenetur implere vota; quæ existens in sæculo fecit.

Quia per religionis ingressum moritur priori vitæ.

3. Concl. In manifestis dispensatio prælati sine causa non excusaret à culpa : vt si dispensaret cum aliquo super voto de ingressu religionis, nulla apparente causa: si autem esset causa apparens per quam in dubium verteretur posset stare iudicio prælati commutantis, vel dispensantis, non autem iudicio proprio.

4. Concl. Summus Pontifex, quia gerit plenarie vicem Christi in tota ecclesia, habet plenitudinem dispensandi in omnibus dispensabilibus votis. Inferioribus autem prælatis committitur dispensatio votorum, quæ frequenter fiunt, & indigent frequenti dispensatione.

Quæstio 89. De iuramento.

Artic. 1. *Vtrum iurare sit testem Deum inuocare.*

5. Concl. IVrare est assumere Deum in testem.

1. Quid est, aut quid iurare per Deum, nisi teste Deo est Deus.

Heb. 6. *2. Iuramentum, vt ait Paul. ordinatur ad confirmationem, quam rationabilibus, ratione fit, quæ procedit ex notis sed cum fides humana coniecturalis, & singulæ res non habeant rationem necessariæ : sicut probare per testes, & cum humana*

num testimonium non est sufficiens, tum quia plures in mendacium inducuntur, tum propter defectum cognitionis, quia homo non cognoscit futura, nec cordium abscondita, ideo necessarium fuit recurrere ad testimonium Dei, qui mentiri non potest, & omnia cognoscit.

2. Concl. Si Dei testimonium inducatur ad asserendum præsentia, vel præterita dicitur iuramentum assertorium: si ad confirmandum futurum, dicitur promissorium.

†3. Concl. Aliud est testimonio Dei vti iam dato : vt cum quis auctoritatem sacræ scripturæ inducit: aliud testimonium Dei implorare ad exhibendum quod fit in iuramento.

4. Concl. Matth. 5. Dicitur aliquis reddere iuramenta Deo ex eo quod implet quod iurat, vel ex eo, quod Deum testem vocat, recognoscit eum habere omnium cognitionem, & infallibilem veritatem.

5. Concl. Dupliciter Deus aliquid manifestat : primo reuelando, inspirando, vel manifestando occulta: secundo puniendo mendacem, & sic est etiam iudex. Vnde duplex modus iurandi, & per Dei simplicem contestationem, & per executionem, cum iurans ad pœnam se obligat.

Psal. 7.

Art. 2. *Vtrum sit licitum iurare.*

1. Concl. Iuramentum ex se est licitum, & honestum.

1. Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis.

2. Ex origine, quia fuit introductum ex fide, qua homines credunt Deum habere infallibilem veritatem, & omnium cognitionem, & ex fine scilicet ad iustificandos homines; & ad determinandas controuersias.

2. Concl. Heb 6. Iuramentum cedit in malum alicui ex eo, quod male vtitur eo, i. sine necessitate, & debita cautela: tum quia est contra reuerentiam Dei : si in re leui vocetur testis : tum etiam propter periculum periurii, Iac. 3. Si quis in verbo, &c. Eccles. 23. Iurationi non assuescat os tuum, &c.

†3. Concl. Matth. 5. Iac. 5. aug. lib. de mend. c. 15. Matth. 5. Illud, *non iurare omnino*, dicitur, ne iurando ad facilitatem iurandi perueniatur, & ex facilitate ad consuetudinem, & a consuetudine in periurium decidatur.

4. Concl. lib. de ser. dom. c. 30. Ille malum non facit, qui bene vtitur iuratione, vt persuadeat, quod vtiliter persuadet: sed a malo est illius, cuius infirmitate iurare quis cogitur, vt Aug. ait.

5. Concl. Qui iurat, non tentat Deum; quia non implorat diuinum auxilium absque vtilitate, & necessitate.

Artic.

Arti. 3. Vtrum conuenienter ponantur tres comites iuramenti: videlicet, iustitia, iudicium, & veritas,

1. Concl. Conuenienter ponuntur tres comites iuramenti, scilicet, iustitia, iudicium, & veritas.

1. *Ierem. 4. Iurabis: Viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & in iustitia.* & *Hier. ibi.*

2. *Iuramentum non est bonum, nisi quis bene vtitur iuramento: sed ad hoc requiritur primo, vt ex necessaria causa, & discrete iuret.* & *sic ponitur iudicium discretionis ex parte iurantis, dicit de, vt id quod confirmatur non sit falsum neque illicitum,* & *sic requiritur veritas,* & *iustitia, quibus confirmatur, quod verum & licitum est Ergo.*

22. q. 2. can Animad. vert.

2. Concl. Si deest iudicium, fit iumentum incautum: si veritas, iuramentum falsum: si iustitia, iniustum.

† 3. Concl Iudicium hic non sumitur pro executione iustitiæ, sed pro iudicio discretionis: nec veritas vt est pars iustitiæ, sed vt est quædam conditio locutionis.

4 Concl. Deuotio, fides, & huiusmodi, quę exiguntur ad debitum modum orandi, intelliguntur in iudicio.

5. Concl, Licet prædicta requirantur ad alios humanos actus: tamen maxime requiruntur in iuramento propter periculum illius.

Art. 4. Vtrum iurare sit actus religionis, siue latriæ.

Iuramentum est actus religionis, siue latriæ.

1. *Deut. 6. Dominum Deum tuum, &c.*

2. *In hoc ipso quod homo per Deum iurat, profitetur Deum prestorem, vtpote cuius veritas est indefectibilis, & cognitio omnimoda: & sic Deo aliquo modo reuerentiam exhibet: quia qui iurat per maiorem iurat, vt ait Paul.* & *Gel. veneratur, Gel. dicit, vt Hieron. scribit. est itaque teste Arist. iuramentum honorabilissimum. Et exhibere reuerentiam Deo pertinet ad religionem, seu latriam. Ergo.*

Hebr. 6. In Ma l. 1. Met. c. 3

† 2. Concl Iuramentum pertinet ad religionem ratione testimonij, quod inducitur, quod est diuinum: non autem ratione necessitatis inducendi.

3. Concl. Etiam qui iurat offert aliquid Deo, sc, reuerentiam, & honorum, cum ex eo profiteatur Deum meliorem.

4. Concl. Eccl. 23. Nihil prohibet, quod ex hoc ipso, quod intendimus hominẽ certificare, Deo reuerentiam exhibeamus.

Art 5. Vtrum iuramentum sit appetendum, & frequentandum tanquam vtile, & bonum.

1. Concl. Iuramentum non est habendum inter ea, quæ sunt ex se appetenda, sed inter ea, quæ sunt huius vitæ necessaria, quibus indebite vtitur, quicunque eis vtitur extra terminos necessitatis.

1. *Eccles. 23. Vir multum iurans replebitur iniquitate: idem docet ang.*

L. 1. de mẽd. c. 15. & l. 1. de ser dom. c. 30. 2. *Quod non quæritur nisi ad subueniendum alicui defectui, non numeratur inter ea, quæ sunt per se appetenda quæ sunt necessaria, & patet de medicina. At iuramentum est huiusmodi, quia quæritur ad subueniendum alicui defectui.*

† 2. Concl. Facere aliquid ex voto, est laudabilius, quam facere sine voto: sed non est eadem ratio de iuramento: quia per votum ordinamus aliquid in Dei reuerentiam: at in iuramento, reuerentia diuini nominis, assumitur ad promissi confirmationem.

3. Concl. Licet qui iurat vtatur veneratione eius, per quem iurat: tamen non ordinat iuramentum ad venerandum eum, sed ad aliud, & sic non est per se expetendum.

4. Concl. Iuramentum est vtile ad confirmandum: tamen quanto est magis venerandum, tanto est magis periculosum, nisi debite inducatur.

Art. 6. Vtrum liceat per creaturas iurare.

1. Concl. Iuramentũ per simplicẽ contestationẽ principaliter refertur ad ipsum Deũ, cuius testimonium inuocatur: secundario autem assumuntur ad iuramentum aliquæ creaturæ, nõ secundum se, sed inquantum in eis diuina veritas manifestatur.

Gen. 42. 1. *Ioseph iurauit per salutem Pharaonis,* & *ex consuetudine, iurauit per Euangelium, per Deum, id est cuius veritas est in Euangelio: & per reliquias,* & *per sanctos, quibus hanc veritatem crediderunt.*

2. *Huiusmodi iuramentum innititur diuinæ veritati si. ut fides. At fides per se & principaliter est de Deo, secundario autem de creaturis, in quibus veritas Dei relucet. Ergo.*

2. Concl. In iuramento per execrationem inducitur creatura: vt in qua diuinum iudicium exerceatur: Ego, ait Paulus, testem Deum inuoco, &c. & sic homo solet iurare per caput suum, & filium suum, &c. Quod autem Ioseph iurauit per salutem Pharaonis, vtroque modo intelligi potest, vel per modum contestationis, vel execrationis.

1. Cor. 1. Gen. 42. Matt. 5.

† 3. Con Dominus prohibuit iurare per creaturas,

2.q.1 c.si ita quod eis adhibeatur reuerentia diuina: & hac ratione clericus iurans per creaturas, punitur secundum canones, Vnde patet ad secundum.

Quanuis creaturæ assumantur in iuramẽto, non tamen eis exhibetur cultus latriæ, ratione dicta.

1. Concl.

Art. 7. Vtrum iuramentum habeat vim obligandi.

Cum obligatio referatur ad aliquid faciendum, vel dimittendum, non respicit iuramẽtum assertorium, quod est de præterito, vel præsenti: nec etiam iuramentum de his, quæ fiunt per alias causas, sed de his quæ faciendo fiunt per eum qui iurat: & vt illud debet habere veritatem, ita & hoc.

1 Concl.

Obligatio iuramenti assertorij est respectu actus iurandi, id est vt iuretur verum, quod est, vel fuit: at obligatio in his quæ fieri debẽt à nobis, cadit uper re a iuramẽto firmatam. Vnde qui iura it, t netur facere rem veram.

2 Concl.

Si res non est in eius potestate, deest iuramento discretio, nisi reddatur impossibilis per aliquem euentum: & tũc excusatur, dummodo faciat, quod in se est, vt, impleat.

3. Concl.

Si fiat impossibilis. vel quia est per se mala, vel quia est impeditiua boni, deest iustitia, ideo non est seruandum, vt ait Aug.

4 Concl.
22.q.4. c.si a quis.

Qui ergo iurat aliquid se facturam, obligatur ad hoc, vt veritas impleatur: modo adsint alij comites, scilicet iudicium, & iustitia.

5. Concl.

Mat. 5. Reddas Domino iuramenta tua.

Nõ est eadẽ ratio de simplici verbo, ad cuius veritatẽ sufficit, vt aliquis dicat id quod proponit se facturum, & de iuramento, quod propter diuinam reuerentiam non debet adhiberi, nisi in re, de qua aliquis certus est.

† 6. Concl.

Qui iurat se facturum rem ex se malam, peccat iurando, & adimplendo: si sit impeditiua maioris boni, vt cum quis iurat se non ingressurum religionẽ, peccat iurando, quia ponit obicem spiritui sancto, non autem implendo, licet esset melius non implere. Rursus aliquando iuramentum a principio est licitum, impletio vero est illicita, vt Amb. ait.

7. Concl.

In iuramento, quod quis coactus facit, alia obligatio est, qua obligatur homini, & hæc tollitur per coactionem: alia, qua obligatur Deo, & hæc non tollitur: quia quilibet magis debet temporale damnum sustinere, quam iuramentum violare: quo casu potest quod coactus fecit, in iudicio repetere: sed ab his iuramẽtis Romani Pontifices homines absoluerunt.

8. Concl.

22.q.4.c. Genua.

Si iurans, dolum adhibeat, iuramentum seruari debet secundum sanum intellectum illius, cui iuramentum præstatur, & duplicitor fit reus, & quia Dei nomen in vanum sumit, & quia proximum dolo capit. Si autem dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem iurantis, vt Greg. ait.

lib. 37. Mor. c. 7.

Art. 8. Vtrum maior sit obligatio iuramenti, quam voti.

Votum ex sua natura magis est obligatoriũ, quam iuramentum.

1. Concl.

1. Quicquid votum semper aliquis obligatur Deo: per iuramentum autem obligatur interdum homini. Ergo.

2. Obligatio voti causatur ex fidelitate, quam Deo debemus, obligatio autem iuramenti ex reuerentia. Sed omnis infidelitas irreuerentiam continet, & non conuertitur, immo infidelitas est maxima irreuerentia. Ergo.

† 2. Concl

Votum est quidem simplex promissio, sed facta Deo, cui infidelẽ esse grauissimum est.

3. Concl.

Iuramentum non additur voto, vt quid firmius, sed vt per duas res immobiles maior firmitas habeatur.

4. Concl.

Votum habet firmitatem ex deliberatione animi, sed maiorem causa firmitatis habet ex parte Dei.

Art. 9. Vtrum aliquis possit in iuramento dispensare.

In iuramendo dispensari potest.

1. Concl.

1. Potest dispensari in voto, quod est maioris obligationis, Ergo etiam in iuramento.

2. Quoniam contigit, vt quod in se, & communiter aliter est honestum & utile, secundum aliquem particularem euentum possit esse inhonestum & nocumentum. At quod est huiusmodi repugnat his, quæ debent attendi in iuramento, nam inhonestũ repugnat iustitiæ, nocumentum iudicio. Ergo.

† 2. Concl.

Dispensatio iuramenti non se extendit ad hoc: vt aliquid contra iuramentum fiat quia non contrariatur præcepto diuino de iuramenti obseruatione, sed respicit materiam, & efficit, vt id, quod cadebat sub iuramento, non amplius cadat, quasi indebita materia illius.

3. Concl.

Quando quis sub iuramento promittit aliquid alicui in vtilitatem illius, vt dare ei pecuniam, potest absolui a tali promissione ab eo, cui promissio facta est: secus si promisit quod pertinet ad honorem Dei, & ad vtilitatem aliorum: quia tunc promissio nõ est facta ei principaliter, sed Deo. nisi sit sub aliqua conditione.

4. Concl. Quando iuramentum est dere iniusta, quia est peccatum, quisque tenetur illud non seruare, absque alia dispensatione: si impeditiua maioris boni, hoc licitum est seruare, & non seruare: si sit de re, de qua dubium est, an sit licita, & vtilis, potest episcopus dispensare: si sit de re manifeste licita & vtili non videtur recipere dispensationem, nisi in aliquibus casibus, & pertinet ad summum Pontificem.

Art. 10. *Vtrum iuramentum impediatur per aliquam conditionem personæ vel temporis.*

1. Concl. 2. q. 5. 22. q. 5. Iuramentum impeditur per aliquam conditionem personæ, vel temporis.

1. *Ex presbyter, & can. nullus in decret.*

2. *Iuramento debetur maxima reuerentia ex parte Dei, cuius testimonium inducitur, vnde excluduntur pueri ante perfectum vsum rationis & periurij: quia ex retroactis præsumitur, quod debitam reuerentiam iuramento non exhibebunt: & 22. q. 2. can. honestum, habetur, vt qui iurat ne est, iuret scimus cum reuerentia. Deinde iuramentum derogat dignitati personæ, quia non adhibetur nisi in confirmatione eorum, de quorum veritate dubitatur: & propter hoc excluduntur sacerdotes, quibus non nisi in aliqua necessitate aut magna vtilitate licitum est iurare: & præcipue pro spiritualibus negotijs pro quibus licet iuramenta præstare, etiam in solemnibus diebus: pro rebus autem temporalibus nō nisi ex maxima necessitate.*

† 2. Concl: 2. q. 4. Vel. 5. cap. si sinus. aug. Epist. 54. Aliqui dictum suum confirmare non possunt propter defectum ipsorum: aliqui, quia confirmatione non eget.

3. Concl: Iuramentum tanto fortius est: & magis obligat, quanto maius est id, per quod iuratur: & sic maius est iurare per Deum, quam per euangelia: tamen potest esse econuerso propter modum iurandi: vt si illud per euangelia fiat cum quadam deliberatione, & solennitate, aliud non.

4. Concl. Clerici excluduntur à iuramento per modum abundantiæ, quia sunt maioris actoritatis, quam quod eos iurare deceat: pueri vero & periurij per modum defectus.

5. Concl. Iuramentum Angeli Apoc. 10. non inducitur propter defectum ipsius, sed ad ostendendum id, quod dicitur ex infallibili Dei dispositione procedere. Vnde etiam Deus aliquando iurans inducitur, ad ostendendum eius immobilitatem, vt ait Apostolus. Hebr. 6.

Quæstio 90. De assumptione diuini nominis per modum adiurationis.

Art. 1. *Vtrum liceat adiurare hominem.*

1. Concl. Adiuratio, qua quis solummodo intendit per reuerentiam diuini nominis, vel alicuius rei sacræ aliquid ab alio obtinere absque necessitatis impositione, est licita respectu quorumlibet.

Rom. 12. 1. *Quia etiam Deum per aliqua sacra obsecramus, cum obtestantes: & epistolas, obsecrat fideles per misericordiam Dei.*

2. *Sicut homo potest seipsum ordinare ad aliquid agendum, sic etiam alios, superiores quidem deprecando, inferiores autem imperando. & vtraque ordinatio per aliquod diuinum confirmata, est adiuratio. Differunt tamen, quia quisque potest sibi ipsi necessitatem imponere, per diuini nominis inuocationem, non autem alijs, nisi subditis. Vnde si quis per inuocationem diuini nominis, vel cuiuscunque rei sacræ alicui non sibi subdito, adiurando necessitatem agendi imponere intendat, adiuratio est illicita: quia vsurpat potestatem in alio, quam non habet. Vnde secundum solum sit argumentum.*

† 2. Concl. Nom. vltima Mal. Orig. loquitur de adiuratione, qua quis intendit necessitatem imponere: & sic princeps sacerdotum præsumpsit Dominum nostrum adiurare.

3. Concl. Adiurare non est aliquem in iuramentum inducere, sed per quandam similitudinem iuramenti a se inducti, alium ad aliquid agendum prouocare.

Artic. 2. *Vtrum liceat Dæmones adiurare.*

1. Concl. Possumus Dæmones adiurando per virtutem diuini nominis tanquam inimicos repellere, ne nobis nocent spiritualiter, vel corporaliter secundum potestatem diuinam datam à Christo. Mar. vlt. in nomine meo Dæmonia eijcient: & Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem. Dicitur secundum potestatem diuinam, quia actus Dæmonum non subdūtur nostræ dispositioni, sed diuinæ, & sanctorum Angelorum, vt Aug. ait.

2. Concl Ier. cap. 4. Hom. 6. ad. Non licet Dæmones adiurare per modum deprecationis, vel inductionis, ad aliquid diſcendum, vel obtinendum ab eis:

Quia iste modus videtur ad quandam benevolentiam, vel amicitiam pertinere, quæ non licet ad Dæmones vti: nisi fiat ex speciali instinctu, vel revelatione diuina, vt legitur de beato Iacobo.

2 Concl. Orige. intelligendus est iuxta secundum conclusionem, per modum benenolentiæ.

4 Concl. Nicromantici vtuntur adiurationibus, & inuocationibus Dæmonum ad aliquid ab eis discendum, vel adipiscendum: & hoc est illicitum, ex Chrys.

1 Concl. Adiurare ad expellendum dæmonem, non est cum eo societatem habere.

Art. 3. Vtrum liceat irrationalem creaturam adiurare.

1 Concl. Creaturæ irrationales aguntur ab alio ad suas operationes: vnde earum operationes nō solum ipsis, sed principaliter Deo tribuuntur: sed ex permissione diuina etiam diabolus mouet creaturas ad nocendum hominibus.

2. Concl. Adiuratio creaturæ irrationalis potest intelligi, vno modo, vt referatur ad ipsam, & sic vanum esset talem creaturam adiurare: altero vero, vt referatur ad eum, à quo mouetur, scilicet vel ad Deum, vel ad dæmonem.

3. Concl. Adiuratio per modum deprecationis ad Deum directe pertinet ad eos, qui diuina inuocatione miracula faciunt.

4. Concl. Adiuratio per modum compulsionis, quæ refertur ad diabolum, pertinet ad modū quo Ecclesia in exorcismis vtitur ad expellendā potestatem dæmonis ab irrationabilibus. Vnde legimus Simonem & Iudam adiurasse dracones.

5. Concl. Adiurare dæmones abeis auxilium implorando non licet. Vnde patet ad obiecta

Quæstio 91. De assumptione diuini nominis ad inuocandum per orationem, vel laudem.

Art. 1. Vtrum Deus sit ore laudandus.

Concl. LAude oris, ad hominem vtimur, vt ei vel alijs innotescat, cum homines non cognoscant conceptum cordis, vel vt ipse ad meliora prouocetur, & vt alios ad eius reuerentiam & imitationem inducamus.

Concl. Ad Deum sermone vtimur, non vt ei aliquid manifestemus, & ita non est necessaria laus oris propter ipsum Deum, sed propter nos: vnde soluitur tertium.

1. Vt affectum nostrum excitemus in Deū. Psal. 49 Sacrificium laudis, &c.

2. Vt excitemus affectus aliorum in Deū, & eos inducamus ad reuerentiam Dei, Psal. 33 sempet laus &c. & postea, Audiant mansueti: & lætentur, &c.

3. Quia dum per laudem affectus tendit in Deum ab his, quæ sunt contra Deum retrahitur.

† 3. Concl. Deo debetur laus quantum ad affectus ipsius, qui in nostram vtilitatem ordinantur. Isa. 63. Sed respectu essentiæ Deus est maior omni laude, & ei debetur reuerentia, & latriæ honos, Psal. 64. secundō Hier. Tibi silet laus, ratione primi: & tibi reddetur votum ratione secundi.

4. Concl Laus oris inutilis est laudanti sine laude cordis.

Art. 2. Vtrum in diuinis laudibus sint cantus assumendi.

1. Concl. Salubriter fuit institutum, vt in diuinas laudes cantus assumerentur, vt animi infirmorum magis prouocentur ad deuotionem.

l. 9. conf. 1. *Ex beato Ambrosio, vt refert August. in sua Ecclesia cantum instituit.*

2. Polit. c. 5. & 6. In proœ. n. sf. lib. 10. conf. c. 33. 2. *Quecunque ad hoc vtilia esse possunt, vt affectus hominis prouocetur in Deum, conuenienter in diuinas laudes assumuntur. Cantus sunt huiusmodi, quia per eos hominum animi valde afficiuntur, vt Arist. & Boetius docent: & Aug. se hoc commotum fuisse testatur. Ergo.*

2. Concl. Cantica spiritualia non solū dicuntur quę interius canuntur spiritu, sed etiam quæ exterius ore cantantur, vt per ea spiritualis deuotio prouocetur.

3. Concl. Hiero. reprehendit eos, qui in Ecclesia cātant more theatrico, non ad deuotionem excitandam.

4. Concl. Nobilior modus est prouocandi homines ad deuotionem per doctrinam, & prædicationem, quod pertinet ad diaconos, & prælatos, quam per cantus: vnde illi non debent cantibus insistere, ne à maioribus retrahantur, ex Greg.

Dist. 82. c. in sancta Eccles. 5. Concl. Qui cantat propter deuotionem, non abstrahit animum a consideratione eorum, quæ cantat, sed magis ea considerat, ex Aug. Auditores autem, & si non intelligant quid cantetur: tamen sciunt propter quid cantetur, quod sufficit ad deuotionem excitandam.

Quæstio 92. De vitijs religioni oppositis.

Art. 1. Vtrum superstitio sit vitium religioni contrarium.

1. Concl. REligio est virtus moralis, quæ in medio consistit: cui opponitur aliquid, vel secūdum excessum, vel defectum, & hoc, non solum secundum circunstantiam, quæ dicitur, quantum, sed etiam secundum alias circun-

dit enim virtus, non solum secundum multum & paruum, sed etiam cum facit aliquid cui non debet, vel quando non debet, &c.

2. Concl. Arist. 4. Eth. cap. 1. Superstitio est vitium religioni oppositum secundum excessum: non quia plus exhibeat, in cultu diuino, quam vera religio, sed quia exhibet cui non debet, vel eo modo, quo non debet. Tangis, ait Aug primam chordam, qua colitur vnus Deus, vt cecidit bestia superstitionis.

† 3. Concl. Superstitio dicitur esse religio metaphorice.

4. Concl. Nomen superstitionis dicitur ab illis, qui tota die deprecabantur, vt eorum liberi fierent superstites; nunc autem non oportet, vt id significet, quia aliud est etymologia nominis, aliud significatio illius.

5. Concl. Et si religio non possit habere excessum secundum quantitatem absolutam, potest tamen habere secundum quantitatem proportionis, prout in cultu diuino fit aliquid, quod fieri non debet.

Art. 2. Vtrum sint diuersæ superstitionis species.

1. Concl. Diuersæ sunt superstitionis species.

Patet ex Aug. qui varias species enumerat.

2. Concl. Lib. 2. de doc c. 20. ad 24. Hæ species sumuntur, ex parte obiecti & finis.

Quia religio est virtus moralis, quæ ex his duobus speciem sumit.

3. Concl. Diuinus cultus potest exhiberi vero Deo, sed modo indebito, & hæc est prima superstitionis species: vel ei cui nō debet, vnde aliud oritur genus, quod in multas species diuiditur secundū diuersos fines diuini cultus, qui primo ordinatur ad reuerentiā Deo exhibendam; & contra hoc, prima species huius generis ponitur idololatria, quæ creaturæ diuinā reuerentiā tribuit. Secundo ordinatur, vt homo instruatur a Deo; & contra hoc est superstitio diuinatiua, quæ Dæmones cōsulit, per aliqua pacta expressa, vel tacita. Tertio ordinatur ad quandam directionem humanorum actuum secundū institutā Dei; & contra hoc est superstitio quarundam obseruationum, quæ omnia tanguntur ab Augustino.

† 4. Concl. Loco cit. Licet religio sit vna; tamen non tollitur quin superstitionis sint plures species.

3. Topic. c. 13. *Quia vni virtuti plura vitia opponuntur: & cū Aristot. ait, si vnum oppositorum dicitur multipliciter, etiam & aliud intelligitur de opposito, in quibus est eadem ratio multiplicationis.*

5. Concl. Diuinationes & obseruationes pertinent ad superstitionem, inquantum pendent ab aliqua operatione Dæmonum.

6. Concl. Simulata religio, nihil aliud est quam cultus, Deo vero exhibitus modo indebito: & ita non est vna species superstitionis.

Quæstio 93. De speciebus superstitionis.

Art. 1. Vtrum in cultu veri Dei possit esse aliquid pernicioſum.

1. Concl. In cultu veri Dei potest esse aliquid pernicioſum: tunc scilicet quando facto, in quo cultus religionis exterior ponitur, aliquid significatur, quod veritati religionis contrariatur: quod contingit dupliciter: primo ex parte rei significatæ, a qua discordat significatio cultus: qua ratione peractis iam Christi mysteriis pernicioſum esset vti cerimoniis veteris legis, quibus Christi mysteria præfigurabantur. *Ita dicit Aug epist. ad Hieron.* Secundo ex parte colentis, & præcipue in cultu communi, qui per ministros in persona totius Ecclesiæ exhibetur; & sic pernicioſū est, vt aliquis ex parte ecclesiæ cultum exhibeat Deo contra modum diuina auctoritate ab ecclesia constitutum, & in ea consuetum.

1. Cor. 11. *1. Ambros. super illud, Quicunque ederit, & Gloſ. ad Coloſ.*

lib. 1. de mend. c. 14 *2. Ratio est, quia mendacium, maxime pernicioſum est in his quæ pertinent ad diuinam religionem, ex Aug. Sed in præfatis est huius sinodi mendacium; quia significatur aliquid, si non verbo, tamen facto contra veritatem. Ergo.*

† 2. Concl. Cum Deus sit veritas, cultus continens falsitatem non pertinet proprie ad Dei inuocationem, quæ saluat.

3. Concl. Ante tempus legis iusti per interiorem instinctum instruebantur de modo colendi Deum: nunc autem de hoc sunt præcepta, quæ præterire pestiferum est.

4. Concl. Diuersæ consuetudines ecclesiæ in cultu diuino in nullo veritati repugnant.

Art. 2. Vtrum in cultu Dei possit esse aliquid superfluum.

1. Concl. In cultu Dei potest esse aliquid superfluū, non secundum quantitatem absolutam; quia nihil homo potest facere, quod non sit minus eo, quod Deo debet; sed secundum quantitatem proportionis; quia scilicet non est finis proportionatus: vt est quidquid ad Dei gloriam non pertinet, neque ad hoc, quod mens hominis feratur in Deum, & caro dometur [illegible] vel in cultu Dei, aliis ecclesiæ

Exist. 16. ap. 18.

institutionem, seu communem consuetudinem, quæ pro lege habetur.

Probatur ex Aug. lib. de vera religione: quia hæc ad interiorem Dei cultum non pertinent. Idem docet l. 2. de doct. Christ.

cap 43. † 2. Concl.

Illud Eccles. *Glorificantes, &c.* probat tantum, quod in his quæ pertinent ad Dei gloriam, non detur superfluum.

3. Concl.

Tunc in interioribus actibus est superfluum, quando nõ pertinent ad fidem, spem, & caritatem, quibus Deum interiori cultu colamus. Tertium procedit de quantitate absoluta.

Quæstio 94. De idololatria.

Artic. 1. Vtrum idololatria recte ponatur species superstitionis.

1. Concl.

IDololatria recte ponitur species superstitionis.

Act. 15.

1. *Ex Paulo, qui Atheniensibus dixit: per omnia quasi superstitiosos vos video.*

2. *Excedere debitum modum divini cultus pertinet ad superstitionem. Sed hoc maxime fit per idololatriam, per quam cultus divinus exhibetur ei qui non debet, scilicet creaturæ. Ergo.*

2. Concl.

Circa hoc diuersi diuersimode erraruut: alii adorarunt imagines, quia habebant effectus quosdam virtute Dæmonum: Alii non imagines, sed creaturas quas repræsentabant: Et hoc, vel quia existimarunt aliquos homines Deos esse: vel totum mundum esse vnum Deum propter animã, vnde colebant aerem, aquam, &c. alii vt Platonici ponebant vnum summum Deum, deinde substantias quasdã spirituales ab eo creatas, quas Deos participative appellabant, sub his ponebant animas cœlestium corporum; deinde Dæmones, quos animalia aera vocabant: & sub his animas hominum, quas per virtutis meritum ad supradictorum societatem assumi credebant, & hæc omnia colebant. Et has duas vltimas opiniones dicebant pertinere ad physicam theologiam: illam de hominibus ad theologiam fabularem: aliam de imaginibus ad theologiam ciuilem, quam sacerdotes exercebant.

Aug. li. 18. de ciu. c. 23. Rom. 1.

Aug. 7. de ciu. c. 16.

Aug. 18. de ciu. c. 14.

† 3 Concl.

Idololatria non est species infidelitatis, quia religio cui aduersatur, non est fides, sed quædã falsa professio per exteriora signa.

2. Concl.

Si latria accipiatur, vt est idem religioni, de cuius ratione est, vt cultus diuinus exhibeatur ei cui debetur; æquiuoce dicitur de latria veræ religionis, & idololatria: sicut prudentia, de prudentia quæ est virtus, & de prudentia carnis.

Apost. dicit idolum nihil esse in mundo, quia illæ imagines, quæ idola dicebantur, non erant animatæ, & nullam virtutem diuinitatis habebant.

5. Concl.

Nomen idololatriæ est impositum ad significandum quemcunque cultum creaturæ, etiam si sine imaginibus fieret.

6. Concl.

Art. 2. Vtrum idololatria sit peccatum.

Idololatria est peccatum.

1. Concl.

Exod. cap 20. Non adorabis ea neque coles: & Glos. ibi.

2. Concl.

In hoc alii dupliciter erranerunt dicentes, quod offerre sacrificium, & alia ad latriam pertinentia non solum summo Deo, sed etiã aliis supradictis, esse debitum, & per se bonũ; quod erroneum est: quia licet superiores reuereri debeamus; non tamen eadem reuerentia omnibus debetur, sed aliquid speciale debetur summo Deo; qui singulari ratione omnes excellit, & hoc est latriæ cultus, ex Aug.

lib 10. de ciu. c. 3.

Alii existimarunt latriæ cultum exteriorem non esse Idolis exhibendum, tanquam per se bonum, aut oportunum; sed tanquam vulgari consuetudini consonum, de quo lege Augustin. Quem errorem secuti sunt quidam hæretici dicentes non esse perniciosum, si quis tempore persecutionis deprehensus exterius, idola colat; modo idem in mente seruet: quod est falsum. Nam sicuti est perniciosum mendacium si quis verbis asserat contrarium eius, quod per veram fidem tenet in corde, ita pernicioſa fallitas, si quis exteriorem vultum exhibeat alicui contra id quod sentit in mente ex Aug.

lib 6. de ciu. c. 10. & de vera relig. cap 5.

† 3. Concl. lib 6. de ciu. c. 10.

Imagines in ecclesia non instituuntur, vt eis cultus latriæ exhibeatur; sed ad quandam significationem; vt per eas mentibus hominum imprimatur, & confirmetur fides, de excellentia angelorum, & sanctorum: secus de imagine Christi, cui ratione diuinitatis latria debetur. Ad alia duo patet ex dictis.

Art. 3. Vtrum idololatria sit grauissimum peccatorum.

1. Concl. Leu. 15.

Peccatum idololatriæ est grauissimum ex parte peccati.

1. *Omne peccatum, ait Glos. est immunditia animæ, sed idololatria maxime.*

2. *Sicut in communitate grauissimum esset alios regum honorem vsurpare; ita grauissimum est quod quis diuinum honorem creaturæ impendat, quia quantum est in se, alium Deum constituit, nunc pro incipatum diuinum.*

2. Concl. Si enormitas peccati consideretur ex parte peccantis, sic peccatum hæretici scienter fidem corrumpentis, grauius est quam peccatum eius, qui ignoranter idolatrat: similiter alia peccata ratione maioris contemptus possunt esse maiora.

† 3. Concl. Idololatria præsupponit interiorem infidelitatem: cui addit indebitum cultum, vel si sit tantum exterior, addit culpam falsitatis.

4. Concl. Idololatria includit magnã blasphemiam, vt Deo subtrahitur dominij singularitas.

5. Concl. Peccatum contra naturam est minus peccatum, quam idololatria; sed quia est manifestius, ponitur quasi conueniens pœna peccati idololatriæ. Vt sicuti per idololatriam homo peruertit ordinem honoris diuini, ita per hoc peccatum propriæ naturæ confusibilem peruersitatem patiatur.

Rom. 8.

6. Concl. Peccatum Manichæorum in hoc erat grauius, quam peccatum aliorum idololatrarũ, quia ponebant duos Deos contrarios, & multa vana de Deo fingebãt.

7. Concl. Obseruatio veteris legis tempore gratiæ, non est æqualis idololatriæ secundum genus peccati, sed quia vtrobique est species pestiferæ superstitionis.

Art. 4. Vtrum causa idololatriæ fuerit ex parte hominis.

1. Concl. Causa dispositiua idololatriæ fuit ex parte hominis, idq; tripliciter. Primo ex inordinatione affectus prout nimis amantes aliquem ei diuinum honorem impenderunt, vt ex sapiente colligitur: secundo, quia homo naturaliter repræsentatione delectatur, vt Arist. ait: vnde a principio videntes per diligentiam artificum imagines hominum expressiue factas diuinitatis cultum, vt ait Sapiens, eis impenderunt. Tertio propter ignorantiam veri Dei, & pulchritudinem creaturarum, vt idem sapiens docet.

Sap. 14.

Impet. c 1.

cap. 13.

2. Concl. Causa consummatiua idololatriæ fuit ex parte dæmonum, qui in idolis dabant responsa. Psalm. 95. *omnes dij gentium dæmonia.*

† 3. Concl. Idololatria dicitur esse causa, initium & finis omnis peccati, quia non est aliquod genus peccati, quod interdum idololatria non producat aliquo modo: tamen aliqua peccata idololatriam præcedunt: quæ ad eam disponunt.

4. Concl. In prima ætate idololatria non fuit propter recentem memoriam creationis mundi. In tertia autem est exclusa per virtutem, & doctrinam Christi. Vt sic procedit de consummatione idololatriæ.

Quæstio 95. De superstitione diuinatiua.

Art. 1. Vtrum diuinatio sit peccatum.

1. Concl. NOmine diuinationis intelligitur prænunciatio futurorum: quæ vel in se, vel in suis causis cognoscuntur; quarum alij producunt effectus sui necessario, & semper aliæ vt in pluribus, raro tamen deficiunt: aliæ se habent ad vtrumlibet, vt sunt præcipue potentiæ rationales, quæ se habent ad opposita.

2. Concl. Effectus necessarij possunt præcognosci, & certo pronunciari ex consideratione causarum: vt futuræ ecclipses: similiter effectus, vt in pluribus; non certo, sed per coniecturam: vt pluuiæ & siccitates futuræ, morbi, &c. & horum prædictio non est diuinatio.

3. Concl. Effectus ad vtrumlibet non possunt cognosci in causis, quæ sunt ad hos effectus indeterminatæ, sed in seipsis: ab hominibus vt sunt actu præsentes: at vero eos cognoscere antequam fiant est solius Dei.

Cap. 41.

Quia sola ea immutabilis est scientia Dei futura quasi præsentia. Vnde Isa. Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos.

4. Concl. Hos effectus ex reuelatione diuina prædicere, non est diuinatio.

Quia qui sic prædicit, non ipse diuinat, sed quod diuinum est suscipit.

5. Concl. Tunc dicuntur aliqui diuinare quando indebito modo sibi pronunciationem futurorum, quæ est Dei propria, vsurpant. vnde dicuntur diuini, quasi Deo pleni.

Isa. 44. 8. et 47. 9.

6. Concl. Diuinatio semper est peccatum.

Patet ex dictis: & constat ex eo, quod in scriptura & in decret. interdicitur: & Hieron. scripsit semper in malam partem accipi.

7 Concl. Deut. 18. 26 q. 5. Item qui.

Diuinatio hic non dicitur a participatione alicuius diuini, sed ab indebita assumptione.

8. Concl. Artes ad prænoscendum futuros euentus, qui ex necessitate, vel frequenter eueniunt, non pertinent ad diuinationem. Ad alios autem futuros euentus præcognoscendos non sunt aliquæ veræ artes, vel disciplinæ, sed fallaces, & vanæ ex deceptione dæmonum introductæ, vt Aug docet.

9. Concl. Inclinatio hominis ad futura, est secundum humanum modum, non autem secundum indebitam diuinationis rationem.

Art. 2. Vtrum diuinatio sit species superstitionis.

1. Concl. Diuinatio est species superstitionis.

1. Quia sit ex societate dæmonum, vt Orig. ait. Ac unde est huiusmodi superstitiosum est, ex Augusti Ergo.

Hom. 16. in Num. lib. 2. de doc. c. 20. *2. Quia ad superstitionem, quæ importat, indebitum cultum diuinitatis, non solum pertinet, quod sacrificium dæmonibus offeratur per idololatriā, sed etiam quod aliquis assumat auxilium dæmonum ad aliquid faciendum vel cognoscendum. Sed omnis diuinatio ex operatione dæmonum prouenit, vel quia adhoc expresse inuocantur, vel quia se ingerunt, vt mentes hominum implicent vanitate, de qua dicitur, non respexit in vanitates, &c. Ergo.*

† 2. Concl. Psal. 39. Diuinatio pertinet ad curiositatem, tanquam ad finem intentum; sed ad superstitionem quantum ad modum operationis.

3. Concl. Pertinet etiam ad cultum dæmonum, inquantum quis vtitur quodam pacto tacito vel expresso cum illis.

4. Concl. In veteri lege erant consultationes de futuris ad religionem pertinentibus, quia illa promittebat terrena: non sic in noua; in qua etiam à principio fuerunt qui futura prædicerent.

Art. 3. Vtrum sit determinare plures diuinationis species.

1. Concl. Triplex est diuinationis genus, & sub quolibet plures species continentur. Primum per manifestā Dæmonū inuocationē, & pertinet ad nigromanticos, quod, vel fit præstigiosis quibusdam apparitionibus Dæmonum aspectui, & auditui hominum; & vocatur præstigium, quia oculi præstringuntur: vel per somnia; & vocatur diuinatio somniorum: vel per mortuorum apparitionem, vel locutionem; & vocatur, nicromantia: vel per homines viuos, vt patet in arreptitiis; & vocatur diuinatio per pythones. Vel per aliquas figuras, vel signa, quæ in rebus inanimatis apparent; & tunc, si in corpore terrestri, vocatur geomantia: si in aqua, idromantia: si in aere, aeromantia: si in igne, pyromantia: si in visceribus animalium immolatorum in aris dæmonum, vocatur auspicium. Secundum genus est per solam considerationē dispositionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures; & tunc si præcognoscantur futura ex consideratione lunæ, & motus syderum, pertinet ad Astrologos: si per motus, & voces auium, vel volatum auium, ac etiam hominum, pertinet ad augurium: si per verba hominis absq. intentione dicta, vocatur omen: si per dispositiones figuratum in aliquibus corporibus, aut ex lineamentis manus, vocatur chiromantia: si ex signis in spatula alicuius animalis, spatulamantia. Tertium est quando facimus aliquid occultum, siue expressa dæmonis inuocatione, & pertinet ad sortes: & hoc, vel per protractionē punctorum, & pertinet ad geomantiam: vel per considerationē figuratum quæ prouenit ex plumbo liquefacto in aquā proiecto, vel ex festucis inæqualibus propositis, dum considerantur quis maiorem, vel minorem accipiat: vel taxillorum proiectione, quis plura puncta proiiciat, & aliis similibus modis, quæ omnia sortium nomen habent. De his omnibus Isodo. lib. 8. etym. c. 3. agit. Val. Max. lib. 5.

† 2. Concl. In omnibus prædictis est eadem ratio peccandi generalis, non specialis; & ideo oportet ponere plures species.

3. Concl. Ex vltimo fine, qui est cognitio futurorum sumitur generalis ratio diuinationis: sed diuersæ species distinguuntur per propria obiecta, siue materias.

4. Concl. Res quas diuinantes attendunt, non considerantur ab eis, vt signa, sed vt principia cognoscendi; & ideo eorum diuersitas diuersificat species.

Art. 4. Vtrum diuinatio, quæ fit per inuocationes Dæmonum sit licita.

1. Concl. Omnis diuinatio, quæ fit per inuocationem Dæmonum est illicita.

1. Deut. 18. Non inueniatur in te, qui Ariolos scisciteur, &c.

2. Ex parte principis, quod est pactum expresse cum dæmone initum, per ipsam dæmonis inuocationem; quod est omnino illicitum.

Psal. 28. *3. Quia licet dæmones aliquando vera dicant, tamen semper intendunt perditionem hominum. Quamuis vera fateatur dæmon, vt Achan compescebat tamen Christus eius sermonem, ne simul cum veritate etiam suam iniquitatē promulgaret.* Luc. 4.

† 2. Concl. Aliud est inquirere aliquid à dæmone sponte occurrente, quod aliquando licet propter veritatem aliorum, maxime quando diuina virtute potest compelli ad vera dicenda. & aliud dæmonem inuocare ad cognitionem occultorum.

3. Concl. 1. b. Reg. 19. 28. ad simpli. l. 2. q. 3. Quod phyronissæ operā apparuerit Samuel, & futurum euentum belli prædixerit, possumus credere cum Aug. fecit non arte magicā, sed dispensatione quia tam occulta hoc factum fuisse, non per spiritum vere Samue-

lis, sed

4. Concl.

lis, sed per phantasma & illusionem dæmonis

Nulla vtilitas temporalis potest comparari detrimento spiritualis salutis, quod imminet ex inquisitione occultorum per dæmonum inuocationem.

Art. 5. Vtrum diuinatio, quæ fit per astra sit illicita.

5. Concl

Si quis consideratione astrorum vtatur ad præcognoscendos casuales, vel fortuitos euentus, aut etiam ad cognoscendum per certitudinem, futura opera hominum, procedit ex vana & falsa opinione, & sic operatio Dæmonis se immiscet, vnde erit diuinatio superstitiosa, & illicita.

1. Ex August. qui ait Christianum & veram pietatem id damnare.

lib. 2. conf. cap 3.

2. Illicitum, & superstitiosum est velle ex consideratione stellarum ea futura præcognoscere, quæ per ea præcognosci non possunt. Sed futura predicta ex huiusmodi consideratione præcognosci non possunt. Ergo. Nam cum euentus futurorum contingentium à diuina prouidentia sint dispositi, vt secundum rationem contingentiæ & variabiliter contingant sequitur quod ex inspectione syderum non accipiatur cognitio futurorum, nisi, vt ex causis præcognoscuntur effectus. Sed omnes effectus per accidens & omnes actus liberi arbitrij subtrahuntur causalitati cœlestium corporum Ergo. Nã quod pertinet ad effectus per accidens, ex Arist. ens per accidens non habet causam naturalẽ: quia quod per accidens fit, nec est ens proprie, neque vnum Sed operatio naturæ semper terminatur ad aliquod vnum, Ergo. Quod attinet ad actus liberi arbitrij, intellectus, nec est corpus, nec actus organi corporei, & per consequens nec voluntas Sed nullum corpus potest imprimere in rem incorpoream. Ergo impossibile est, quod corpora cælestia directe imprimant in intellectum & voluntatem. Ergo. alias enim intellectus non differret à sensu. Possunt tamẽ dispositiue inclinare prout imprimunt in corpus, & vires sensitiuas: sed contra talem inclinationem homo rationem operari potest.

lib. 6. Met. tex. 4.

2. Concl.

Vti consideratione astrorũ ad præcognoscendum futura, quæ ex cœlestibus causantur corporibus, vt eclipses, siccitates, pluuias, & similia non est illicita diuinatio, nec superstitiosa, vnde soluitur primum.

3. Concl.

Aliqui dixerunt, quod stellæ potius significant, quam faciant ea, quæ ex earum consideratione pronuntiantur: sed hoc irrationabiliter dicitur.

Quia cui nec corporale signum, vt est effectus eius, cuius est signum, vt fumus, ignis, vel procedit ab eadem causa: & ira significat serenitatem, quia causa eius, est causa serenitatis.

Astrologi, in multis vera prænuntiant, & præcipue in communibus euentibus, qui dependent ex multitudine, quia plures hominum passiones corporales sequuntur: & ideo actus eorum, vt in pluribus disponuntur secundum inclinationem cœlestium corporũ: vel etiam propter Dæmones se immiscentes, vt Aug. scribit. Vnde concludit, quod bono Christiano, siue Mathematici, siue quilibet impie diuinantium & maxime credentes vera, cauendi sunt ne consortio dæmoniorum animam deceptam pacto quodam societatis irretiant. vnde patet ad tertium.

† 4. Concl.

lib. 2. super Gene. ad lit. cap. 17.

Art. 6. Vtrum diuinatio, quæ fit per somnia sit licita.

Vti insomnijs ad præcognoscendum futura, secundum quod insomnia procedunt ex reuelatione diuina, vel ex causa naturali intrinseca, vel extrinseca, quantum potest se talis virtus extendere, non est illicita diuinatio. Sed si causentur ex reuelatione dæmonũ cum quibus facta habentur expressa, vt cum inuocantur, vel tacita, cum diuinatio extenditur ad quod se non potest extendere, erit illicita & superstitiosa. Ideo dicitur, *Non inueniatur inter vos, qui obseruet somnia.*

Deut. 18.

Sed nota, quod somnia quandoque sunt futurorum euentuum causa, vt cum homo propter illa inducitur ad aliquid faciendum, vel fugiendum: aliquando sunt signa futurorum, vt reducuntur in causam communem somnijs, & futuris euentibus. Causa vero somniorum est duplex, interior s. & exterior: interior ita duplex, altera animalis, prout phantasiæ dormientis occurrũt ea, circa quæ eius cogitatio, & affectus tempore vigiliæ erant intenta, & talis causa somniorum, nõ est causa futurorum. Altera corporalis, nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia conueniens tali dispositioni, & sic frigido videtur in somnijs esse in aqua, &c. & hæc obseruant medici ad cognitionem complexionis. Causa exterior est duplex, altera corporalis, vt cum phantasia dormientis immutatur ab aere, vel impressione corporum cœlestium, vnde apparent phantasiæ cœlesti dispositioni conformes. Altera spiritualis, quæ quandoque est à Deo aliquid per Angelum dormienti reuelante, quandoque ex operatione diaboli. Ex his patet ad obiecta.

Concl

Artic. 7. Vtrum diuinatio, quæ fit per auguri & omina & alias huiusmodi obseruationes exteriorum rerum, sit illicita.

1. Concl. Omnis huiusmodi diuinatio si extendatur vltra illud, ad quod potest pertingere, secundum ordinem naturæ, vel diuinæ prouidentiæ, est illicita, & superstitiosa.

1. *Deut. 18. Non inueniatur in te, qui obseruet auguria.*

2. *Futura ex prædictis non possunt cognosci, nisi vt sunt effectus aliquarum causarum, quæ sunt causantes, vel præcognoscentes futuros effectus: causa autem operationum brutorum est instinctus naturalis, qui causatur, vno modo ex causa corporali, & sic primitiuè à corpore cælesti, vnde nihil prohibet aliquas eorum operationes esse futurorum signa, vt conformantur dispositionibus cælestium corporum, & actui continentis, scilicet eorũ quæ possunt causari per corpora cælestia, & quæ ad talia animalia possunt pertinere, & ad eorum vtam sunt necessaria: vt immutationes per pluuias &c. Alio modo ex causa spirituali, & tunc, vel à Deo, vt patet in columba descendente super Christum, & in cornu, quo vnxit Eliam: vel ex Dæmonibus, qui vtuntur huiusmodi operationibus brutorum vtens ea ad decipiendos homines. Et eadem ratio videtur de omnibus aliis huiusmodi, præterquam de omnibus, quia verba hominum non subduntur dispositioni stellarum, sed disponuntur secundum diuinam prouidentiam, vel quandoque secundum dæmonum operationem.*

2. Conc. Ioseph dixit, quod non esset ei similis in sciendi augurandi, loco, & non sortilegio, secundum Augustinum. 1.

3. Concl. Illud Ierem. *Mirum cognouit.* &c. intelligitur de cognitione auium, respectu eorum, quæ ad eas pertinent & ex his diuinare licet.

4. Concl. Gedeon obseruauit recitationem, & expositionem somnij, accipiens eam pro omine, quasi ordinata ad sui instructionem, à diuina prouidentia.

Art. 8. Vtrum diuinatio sortium sit illicita.

5. Concl Vti sortibus ea intentione, quasi actus humani, qui requiruntur ad sortes secundum dispositionem stellarum sortiantur effectum, vana & falsa est opinio, & per consequens non carens dæmonum ingestione, quo fit vt talis diuinatio sit superstitiosa, & illicita.

Quia [illegible] aliquid sit, vt ex eius euentu aliquid occultum innotescat, vel sit sors diuisoria quæ quæritur, quid cuique sit adhibendum: sine [illegible] soria, quæ quæritur quid agere oporteat: sine diuinatoria, quæ inuestigatur quid sit futurum. Sed actus hominis, qui requirũtur ad sortem non subduntur dispositioni stellarũ, nec euentus eorum. Ergo.

2. Concl. Hæc causa remota necesse est, vt sortialiũ actuum expectetur euentus, aut ex fortuna, & sic est vitium vanitatis, quod solum accidit diuersoria sorte: aut ex spirituali causa, & tunc, vel ex Dæmone, vt legitur de Rege Babylonis, & tales sortes sunt illicitæ, & prohibentur secundum canones. 26. *quæst. 5. can. Sortes.* vbi dicitur, *sortes inter christianos nolumus nominari.* Vel expectatur à Deo, secundum illud, *sortes mittuntur &c.* & hoc secundum se, non est malum: potest tamen esse peccatum.

Exech 21.

Prou. 16.

1. si fiat sine necessitate, quia videtur ad Dei tentationem pertinere.

Aug. in psa 30. Ambr. in Luc. c. 2. In comme. Act. c 1. Ept. 119. c. 20. In Act. apost. c. 1.

2. Si necessitate absque reuerentia Dei, vt ait Beda.

3. Si diuina oraculo ad terrena negotia conuertantur, ex Aug.

4. Si in electionibus Ecclesiasticis, quæ spiritus sancti inspirationem fieri debent, aliquis sortibus vtatur. Vnde Beda. Matthias sorte quæritur quia nondum in ecclesia plenitudo Spiritus sancti erat effusa. Sed in temporalibus dignitatibus, si necessitas imminet, licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinum iudicium explorare, ex Aug. Vnde patet ad primum & secundum,

Epi. 180. & lib. 2. de doct. c. 28.

3. Concl. Iudicium ferri candentis, vel aquæ feruentis, vt ordinatur ad alicuius peccati manifestationem per aliquid, quod ab homine fit, conuenit cum sortibus, sed vt expectatur aliquis miraculosus effectus à Deo, excedit cõmunem sortium rationem, & iudicium illicitum redditur: tum quia ordinatur ad iudicandum occulta, quæ diuino iudicio reseruantur, tum quia non est auctoritate diuina sancitum. Eadem ratio videtur esse de lege duellorum, nisi quod plus accedit ad cõmunem rationem sortium, inquantum non expectatur ibi miraculosus effectus, nisi forte quando pugiles sunt valde impares virtute, vel arte.

Quæstio 96. De superstitionibus obseruantiarum.

Art. 1. Vtrum vti obseruantijs, artis notoriæ sit illicitum.

1. Concl. Ars notoria est penitus repudianda, & fugienda Christiano, vt illicita, & inefficax.

Quod

Quod sit illicita.

1. *Deut.18. non inueniatur, qui quærat à mortuis veritatem: quia fit arte dæmonum. Sed per artem notoriam inquiritur veritas per pacta cum dæmone inita. Ergo.*

2. *Quia cum vtatur rebus quibusdam ad scientiam comparandam, quæ non habent secundum veritatem causandæ scientiam, scilicet inspectione quarundam causarum, & prolatione verborum ignotorum, sequitur, vt hæ vtantur, non vt causis, sed vt signis, non diuinitus institutis, vt sunt sacramentalia. Ergo sequitur quod sint superuacua signa pertinentia ad pacta quædam significationū cum dæmonibus inita. Ergo.*

Quod sit inefficax, *quia cum per huiusmodi artem non intendatur acquisitio scientiæ per modum hominis connaturalem ad inuenendo, vel addiscendo, sequitur vt iste effectus expectetur à Deo, vel à dæmone. non à Deo, quia scientia, quæ à Deo infunditur, est donum quod non datur cum certa obseruatione, sed secundum arbitrium spiritus sancti, ex Paul. Ergo. Frustra etiam expectatur à dæmone, quia acquisitio sapientiæ, fit per illuminationem intellectus. Sed ad dæmonem nō pertinet illuminare intellectum. Ergo. Quod etiam probat Aug. ex Porphyrio.*

1 Cor. 2.

2. Concl. Possent dæmones hominibus, verbis colloquentes, exprimere aliqua scientiarum documenta: sed hoc non quæritur per artem notoriam.

†3. Concl. Licet acquirere scientiam sit bonum: tamen acquirere modo indebito, non est bonum: & hoc intendit ars notoria.

4. Concl. Pueri apud Danielem non abstinebant secundum vanam obseruantiam artis notoriæ, sed secundum auctoritatem legis diuinę, nolenter coinquinari cibus gentilium: ideo qua consecuti sunt à Deo scientiam.

5. Concl. Exquirere futura, ex dæmonibus est peccatum, etiam propter ipsa cognitatem cum eis initā, ratione etiam artis notoriæ, &c.

Art. 2. Vtrum obseruationes ad corporum mutationes ordinatæ, vt ad sanitatem, vel ad aliquid huiusmodi sint illicitæ.

1. Concl. Obseruationes ad corporum immutationem ordinatæ, si naturaliter non videantur tales effectus causare, sunt illicitæ.

Lib. 2. de doct. c. 20. 1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Huiusmodi res non adhibentur tanquam causæ, sed tanquam signa, & sic pertinent ad pacta signorum cum dæmonibus inita, vt ait Aug. Ergo.*

2. Concl. Si hæ obseruationes videantur posse naturaliter illos effectus producere, pro quibus adhibentur, erunt licitæ.

Quia licet causas naturales adhibere ad proprios effectus.

Adhibere simpliciter res naturales ad illos effectus, quos naturaliter producere possunt, non est illicitum: sed adiungere characteres, nomina, &c. est superstitiosum.

4. Concl. Virtutes naturales corporum naturalium consequuntur eorum formas, quas sortiuntur ex impressione cœlestium corporum, ex quorum impressione sortiuntur quasdam virtutes actiuas: non sic artificiata, quorum formæ procedunt ex conceptione artificis, nec possunt habere naturalem virtutē ad agendū.

5. Concl. Licet virtus dæmonum sit a Deo: tamen nullo modo licet homini dæmonum auxilio vti per pacta tacita, vel expressa.

Art. 3. Vtrum obseruationes, quæ ordinantur ad præcognoscendum aliqua fortunia, vel infortunia sint licitæ.

1. Concl. Omnes huiusmodi obseruationes quarum multas numerat Augustin. sunt superstitiosæ, & illicitæ.

Lib. 2. de doct. Christ. cap. 2. 1. *Pacta, aut Augustin. cum dæmonibus inita pertinent multitudinum obseruationum, &c.*

2. *Quia attenduntur vt signa quædam futurorum eventuum bonorum, vel malorum: non autem vt a Deo tradita, cum non sint diuinitus introducta, sed potius ex vanitate humana cooperante dæmonum malitia. Ergo.*

3. *Quia videntur esse quædam reliquiæ idolatriæ, secundum quam obseruabantur auguria, & quidam dies fausti, vel infausti, quod pertinet quodammodo ad diuinationem, quæ fit per astra.*

2. Concl. In nobis præcedunt infirmitatum causæ ex quibus signa cognoscuntur futurorum morborum, quæ licite obseruantur. Vnde licitum est præsagium futurorum considerare ex sua causa, quod non fit in huiusmodi obseruationibus.

3. Concl. Quod experientia apparet aliqua tempora, vel loca, vel verba audita: occursus hominum, &c. esse præsagia boni, vel mali futuri in principio accidit casu, postea operatione dæmonum.

4. Concl. Non omnia, quæ aguntur per diuinam prouidentiam sic ordinantur: vt sint futurorum signa. In populo autē Iudæorū, in quo Christus erat nasciturus non solum dicta, sed etiā facta fuerunt prophetica: & ideo possumus illa assumere ad nostram instructionem, tanquam signa diuinitus data.

Aug. contra Faust. li. 4 cap. 2.

Art. 4 *Vtrum suspendere diuina verba ad collum sit illicitum.*

. Concl.

In scripturas suspensis ad collum duo cauenda sunt: primum, ne contineant aliquid inuocationem dæmonum pertinens, quod manifeste esset licitum, & ne sub verbis ignotis aliquid illicitum lateat, & ne quid fallitatis contineant: Alterum, ne cum verbis sacris contineantur aliqua vana, vt aliqui characteres, præter signum crucis: & ne spes habeatur in modo scribendi, & ligandi, aut in aliqua vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineat, quod indicaret esse superstitiosum, vt in Decretis dicitur. Alias autem esset licitum.

uers hom 3. oper. im. f.

6. q. 5 c. on liceat.

Concl.

Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, licet attendere obseruationes, & incantationes: possunt tamen colligi cum diuino symbolo, aut dominica oratione, vt tantum creator, & Deus omnium adoretur.

3. Concl.

Proferre diuina verba, aut inuocare diuinum nomen solum ad Dei reuerentiam licitum erit alias non,

Concl.

Similiter in incantationibus serpentum, vel aliorum animalium si habeatur respectus solum ad verba sacra, & ad virtutem diuinam.

Concl.

Et eadem est ratio de portione reliquiarũ, si portentur, ex fiducia Dei, & sanctorum, quorum sunt reliquiæ, non erit illicitum.

Concl. tom 43. in Matt.

Chrysin arg. sed contra, non laudat quod euangelia suspensa ad collũ portentur, quando respectus habetur magis ad figuras scripturas quam ad sensum verborum: vnde dicebat, melius in corde posita prosunt, quam circa collum suspensa.

Quæstio 97. De tentatione Dei.

Art. 1. *Vtrum Dei tentatio consistat in aliquibus factis, in quibus solus diuina potestatis expectatur effectus.*

1 Concl.

TEntare proprie est experimentum sumere de eo, qui tentatur, vel verbis, vt experiamur, an sciat quod quærimus, vel possit, aut velit illud implere: vel factis, vt exploremus alterius prudentiam, vel voluntatem, vel potestatem: Et vtrunque, vel aperte, vt Samson, qui proposuit Philistheis probiema ad eos tentandum, vel insidiose, quo modo Pharisæi tentarunt Christum. Rursus aut expresse, vt cum quis dicto, vel facto intendit experimentum sumere de alio: aut interpretatiue, quando etiam si quis experimentum non intendat, id tamen agit vel dicit, quod ad nihil aliud videtur ordinare, quam vt experimentum sumat.

Iud. 14.

2. Concl.

Homo Deum tentat, quandoque verbis expresse, quando ea intentione aliquid ab eo postulat, vt exploret Dei scientiam, potestatem, vel voluntatem: quandoque factis expresse: quando per ea, quæ facit intendit experimentum sumere diuinæ potestatis, siue pietatis, &c. Interpretatiue quando aliquid petit, vel facit quod ad nihil est vtile, nisi ad probandũ Dei potestatem, vel scientiã, &c.

3 Concl.

Quando propter aliquam necessitatem, aut vtilitatem committit se aliquis diuino auxilio in suis petitionibus, vel factis, non est Deum tentare, vt dicitur 2. Paralipom. 20. *Cum ignoramus &c.* Sed absque necessitate, & vtilitate est interpretatiue tentare Deum, *ex Glos. & ex Aug. contra Faustum.* 1

Deut. 6.

lo. 22. c. 36.

† 4. Concl.

Etiam homo factis tentatur, an sciat, vel velit auxilium, vel impedimentum præstare.

5. Concl.

Sancti suis precibus miracula facientes ex aliqua necessitate, vel vtilitate mouentur ad petendum diuinæ potestatis effectum, quod non est tentare.

6. Concl.

Prædicatores, si soli Deo innitantur, non ex hoc tentant Deum. quia ex magna necessitate, & vtilitate subsidia temporalia prætermittunt, vt verbo Dei vacent: secus si absque necessitate, & vtilitate facerent. Beata Agata experta erat erga se diuinam beneuolentiam, ideo nolebat medicinas sumere.

Aug. loc. cit

Artic. 2. *Vtrum tentare Deum sit peccatum.*

1. Concl.

Tentare Deum, ad hoc, vt ipse tentans cognoscat Dei virtutem, est peccatum.

1. *Deut 6 Non tentabis Dominum Deum tuũ.*

2. *Cum tentare sit experimentum sumere, oportet quod omnis tentatio ex aliqua ignorantia, vel dubitatione procedat, vel eius qui tentat, vel aliorum. Sed ignorare, vel dubitare de his, quæ ad Dei perfectionem pertinent, est peccatum. Ergo.*

2. Concl.

Experimentum sumere eorum, quæ ad diuinam perfectionem pertinent, non ad suam cognitionem, sed vt quis alijs demonstret, non est tentare Deum, cũ iusta necessitas, & vtilitas, & alia adsunt, quæ ad hoc concurrere debent. Sic enim Apostoli petierunt, vt in nomine Iesu Christi fierent signa, vt virtus Christi infidelibus manifestaretur.

2 Iudæi soluendo decimas non tentabant

Deum, quia ad hoc obligabantur ex necessitate præcepti. Quod autem dicitur Malach. *Iprobate me*, non intelligitur causaliter, sed consecutiue.

4. Concl. Cognitio diuinæ voluntatis, vel bonitatis, vel est speculatiua, & de hac non licet dubitare, vel probare, an sit bona, & suauis: vel affectiua, siue experimentalis, dum quis experitur in se gustum diuinæ dulcedinis, & complacentiam diuinæ voluntatis; & propter hoc dicitur, *Gustate & videte.*

Psal. 5. 2. Cor. vel Rom. 12. Isa. 7. Deus volebat signum dare regi Achaz, non pro ipso solum, sed pro totius populi instructione; & ideo reprehenditur quasi impeditor communis boni, quod signum petere nolebat: quod non fuisset tentare Deum. Abraham signum petiit ex instinctu diuino: Gedeon ex debilitate fidei signum petiisse videtur, ideo non excusatur. Quia tantum licet ex se petere signum à Deo, ad hoc, vt instruamur, quid sit circa aliquod placitum Deo.

Art. 3. Vtrum tentatio Dei opponatur virtuti religionis.

1 Concl. Tentare Deum est peccatum religioni oppositum.

Tentare Deum, est inordinate postulare. Ergo opponitur religioni cuius actus est debito modo postulare.

2. Omnia, quæ directe pertinent ad irreuerentiam Dei religioni opponuntur. quia finis religionis est Dei reuerentia. Sed tentare Deum ad eius irreuerentiam pertinet; quia nemo tentat eum, de cuius excellentia certus est. Ergo.

± 2. Concl. Licet tentare Deum ex incertitudine fidei pertineat ad infidelitatis peccatum: tamen est irreligiositatis species, prout ad religionem pertinet protestari fidem per aliqua signa ad diuinam reuerentiam pertinentia.

Eccles. 18. 3. Conc. Qui ante orationem animã suam non præparat, dimittendo si quid aduersum aliquem habet, vel ad deuotionem se non disponendo, non facit quod in se est, vt exaudiatur à Deo: ideo quasi interpretatiue Deum tentat: quod licet videatur ex præsumptione prouenire: tamen id, vt Scriptura colligitur, ad irreuerentiam Dei pertinet.

1. Pet. 5. Tim. 2. + Concl. Dolus per accidens se habet ad tentationem Dei: quia dolose postulare non dicitur respectu Dei, qui nouit cordis abscondita: sed respectu hominum. Vnde tentatio Dei non opponitur directe veritati.

Art. 4. Vtrum tentatio Dei sit grauius peccatum, quam superstitio.

1. Concl. Grauius est peccatum superstitionis, quam peccatum tentationis Dei.

Deut. 17. *1. Maximum est scelus, auferre Glos. honorem creatori impendere creaturæ.*

2. In peccatis, quæ religioni aduersantur, tanto aliquid grauius est, quanto magis diuinæ reuerentiæ aduersatur. Sed magis contra Dei reuerentiam agit, qui suo facto protestatur errorem contra diuinam excellentiam, vt superstitiosus; quam qui protestatur dubitationem, vt qui tentat Deum. Ergo.

† 2. Concl. Peccatum idololatriæ fuit minus punitum in veteri lege, quam peccatum tentationis Dei; non quod esset minus, sed quod pro illo in posterum grauior pœna reseruabatur.

3 Concl. Superstitio habet similitudinem cum religione, quantum ad materialem actum, quem exhibet, vt religio: sed quantum ad finem magis aduersatur religioni, quam tentatio Dei.

4. Concl. Honor parentum potest sine culpa alteri communicari sed cum diuina excellentia sit singularis, est contra diuinam reuerentiam eam alteri communicare.

Quæstio 98. De periurio.

Art. 1. Vtrum falsitas eius, quod in iuramento confirmatur, requiratur ad periurium,

1. Concl. Falsitas est de ratione periurii.

1. Quia periurium definitur esse mendacium iuramento firmatum.

2. Falsitas directe euacuat finem iuramenti, qui est confirmatio veritatis, cui opponitur falsitas. Ergo a falsitate præcipue sacrificatur peruersitas iuramenti, qui periurium dicitur; cum mendacium actus ex fine speciem sortiantur.

† 2. Concl. Licet periurium incurratur etiam per defectum iudicii, & iustitiæ: tamen primo & principaliter periurium est, quando deest veritas, ratione dicta.

3. Concl. Quamuis sit peruersum iuramentum, cum quis verũ iurat per falsos Deos: tamen ab illa falsitate iuramenti, nominatur periurium, quod tollit iuramenti finem, falsum dicendo.

4 Concl. Non est ira periurus, qui falsum iurat, quod putat esse verum, vt qui verum iurat, quod putat esse falsum; quia ibi est falsitas materialiter, hic formaliter.

Art. 2. Vtrum omne periurium sit peccatum.

1. Concl. Periurium est peccatum religioni contrarium.

serm 8. & 30. de ver. Apost. l. c.

1. Videte, ait Aug. quam ista detestanda sit bellua, &c.

2. Iurare, est Deum testem invocare. Sed ad Dei reverentiam pertinet, quod quis eum testem invocet falsitatis, quasi veritatem non cognoscat, vel quod falsitatem velit testificari. Ergo.

† 2. Concl.

Qui iurat se facturum aliquid illicitum, quod non implet, incurrit periurium ex defectu iustitiæ, non autem quod non impleat.

3. Cons.

Iurans se non imgressurum religionem, vel non daturum eleemosynam, iurando periurium incurrit ex defectu iudicii: quando autem facit quod melius est, non est periurium, sed periurio contrarium.

4. Concl.

Qui iurat se facturum voluntatem alterius, quam postea non potest exequi, non cõmittit periurium: quia semper intelligitur debita conditio; vt mandatum sit licitum.

5. Concl.

Iuramentum est actio personalis: vnde qui fit de nouo ciuis alicuius ciuitatis, non obligatur iuramento ad obseruanda illa, quæ ciuitas se seruaturam iurauit, nisi ex quadam fidelitate. Canonicus autem, qui iurat se seruaturum statuta edita in aliquo collegio, non tenetur ad seruandum futura, nisi intenderit se obligare ad præterita, & futura.

Art. 3. Vtrum omne periurium sit peccatum mortale.

1. Concl.

Periurium ex sui ratione est peccatum mortale.

Lex. 15

1. Quia contrariatur præcepto. Non peierabis.

2. Quæ ex se sunt peccata venialia, vel bona ex genere, si in contemptum Dei fiant, sunt mortalia. Ergo multo magis quicquid ex se pertinet ad contemptum Dei, est peccatum mortale. Sed periurium de sui ratione importat contemptum Dei. Ergo.

† 2. Concl. Arist. 1. Post. t. 5.

Coactio non aufert iuramento promissorio vim obligandi respectu eius, quod licite fieri potest: ideo qui non implet quod coactis iurauit periurium incurrit, & mortaliter peccat: potest tamen ab obligatione per Pontificem absolui. Quod dicitur tales nõ esse puniendos, tanquam pro mortali crimine; non est intelligendum, quod non mortaliter peccent, sed quod minor pœna eis infligatur.

Exp. de iuramento c. 15.

3. Concl.

Qui iocose periurat, non euitat diuinam irreuerentiã, sed aliquo modo magis auget, & ideo non excusatur à mortali: qui ex lapsu linguæ falsum iurat, si auertat se iurare, & falsum esse quod iurat, non excusatur à mortali: secus, si non aduertat. Item grauius est peccatum, iurare solenniter per euangelia, quam communi sermone, iurare per Deum: & propter scandalum, & propter maiorem deliberationem: sed cæteris paribus, grauius est iurare per Deum.

4. Concl.

Non propter quodlibet peccatum mortale quilibet infamis efficitur ipso iure. Vnde non sequitur, iste qui iurauit falsum, non est infamis. Ergo non peccauit mortaliter.

Art. 4. Vtrum peccet ille, qui iniungit iuramentum ei, qui periurat.

1. Concl.

Ille, qui pro seipso exigit iuramentum, tanquam persona priuata, si nescit eum iuraturũ falsum, non peccat: est tamen tentatio humana, quia procedit ex quadam infirmitate, qua quis dubitat alium esse verum dicturum: de quo Dominus inquit, *Quod amplius est, a malo est.* Sed si scit cum facisse contrarium eius, quod iurat, & cogit eum iurare, homicida est: *quia ille de suo periurio se interimit: iste autem manum interficientis impressit.*

Aug. ser. 28. de Ver. Apost. Matth. 5.

2. Concl.

Qui exigit iuramentum, tanquam persona publica secundum ordinem iuris ad petitionem alterius, non peccat, siue sciat falsum iurare, siue verum: quia non videtur ipse exigere, sed ille ad cuius instantiam exigit.

† 3. Concl.

Qui exigit iuramentũ pro seipso, non semper scit illum iurare verum, vel falsum: sed quandoque dubitat de facto, & credit verum iuraturum, & ad maiorem certitudinem exigit iuramentum.

4. Concl.

Quamuis nobis dictum sit, ne iuremus: non tamen in scriptura habetur, ne iurationem ab aliquo accipiamus, secundum Augustinum. Vnde qui iuramentũ recipit, non peccat, nisi quando propria sponte cogit eum iurare, quem scit falsum iuraturum.

Aug. epist. 34.

5. Concl. Lenit. 5.

Moyses non expressit, cui sit indicandum periurium; vnde intelligendum est, quod debeat indicari talibus, qui magis possunt prodesse, quam obesse periurio. Similiter videtur seruandus ordo euangelicus, si sit peccatum periurii occultum, & non vergat in detrimentum alterius.

6. Concl. Aug. epist. 54. & 154.

Licet eius, qui per falsos Deos iurare paratus est, iuramentum recipere: non tamen licet eum ad hoc inducere: quia licet malo vti propter bonum, non tamen licet aliquem ad malum inducere. Sed alia ratio est eius, qui per verum Deum falsum iurat, quia ibi non est aliquod bonum, quo vti liceat.

Quæstio 99. De sacrilegio.

Artic. 1. Vtrum sacrilegium sit sacræ rei violatio.

1. Concl. OMne illud, quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet, ad iniuriam Dei pertinet, & habet sacrilegii rationem.

1. Sacrilegus aut Isid. dicitur ab eo, quod sacra legit, i. furatur.

lib. 10. Etym. c. 18. 2. *Sacrum dicitur aliquid ex eo, quod ad diuinum cultum ordinatur: sed ex hoc quod aliquid deputatur ad cultum Dei, efficitur quoddam amissum, & sic ei quædam reuerentia debetur, quæ refertur in Deum. Ergo.*

† 2 Concl. 17. q. 4. si quis. Quod dicitur, *committere sacrilegium, eos qui de principis iudicio disputant*, intellige secundum quandam similitudinem, prout bonum commune, cui princeps præest, est quoddam diuinum, ex Arist.

Rationabiliter sacrilegium dicitur peccatum illius, qui permittit Iudæos officia publice exercere: quia populus Christianus per fidem, & sacramenta Christi sanctificatus est. Vnde quod fit in iniuriam populi Christiani, pertinet ad irreuerentiam rei sacræ.

3. Concl. 1. Eth. c. 2. 17. q. 4. Ic. cõmittunt. 1. Cor. 6. 1. Pet. 2. 4. Concl. Irreuerentia est in eo, qui irreuerenter se habet; quamuis nihil noceat ei, cui irreuerentiam exhibet. Vnde sacrilegium committit, qui quantum est in se, rem sacram violat, licet ipsa in se non violetur.

Art. 2. Vtrum sacrilegium sit speciale peccatum.

Sacrilegium est speciale peccatum.

1. Concl. *1. Quia opponitur specialis virtuti, scilicet religioni.*

Dam. lib. 4. de fide c. 3. *2. Vbicunque inuenitur specialis ratio deformitatis, ibi necesse est, quod sit speciale peccatum; quia species cuiuslibet rei ex ratione attenditur, secundum rationem formalem ipsius. Sed in sacrilegio inuenitur specialis ratio deformitatis; quia violatur res sacra per aliquam irreuerentiam. Ergo.*

† 2. Concl. Illi tantum contra diuinæ legis sanctitatem sacrilegium committere dicuntur, qui eam impugnant, vt hæretici, & blasphemi, qui prout non credunt, sunt infideles: vt autem diuinæ legis verba peruertunt, sunt sacrilegi.

3. Concl. Nihil prohibet vnam specialem rationem peccati in pluribus peccatorum generibus inueniri. Vnde quocunq; genere peccati aliquis facit contra reuerentiam debitam rebus sacris; formaliter sacrilegium cõmittit: licet materialiter sint ibi diuersa genera peccatorũ.

4. Concl. Inuenitur etiam sacrilegium separatum ab aliis peccatis, cum actus nullam aliam deformitatem habet, nisi quia res sacra violatur.

Artic. 3. Vtrum species sacrilegii distinguantur secundum res sacras.

1. Concl. Secundum diuersam rationem sanctitatis rerum sacrarum, quibus irreuerentia exhibetur, necesse est quod sacrilegii species distinguantur.

1. Actus & habitus distinguuntur secundum obiecta. Sed res sacra est obiectum sacrilegii. Ergo.

2. Peccatum sacrilegii consistit in hoc, quod aliquis irreuerenter se habeat ad rem sacram. Sed reuerentia rebus sacris debetur ratione sanctitatis. Ergo secundum diuersam rationem sanctitatis, erit diuersitas peccati.

2. Concl. Sanctitas attribuitur personis, locis, & rebus aliis sacris: vnde tres sacrilegii species esse possunt.

3. Concl. Grauius est peccatum, contra personam sacram, quam contra locum sacrum.

2. Mach. 5. *Nam tanto sacrilegium est grauius, quanto res sacra in quam peccatur, maiorem obtinet sanctitatem. Sed sanctitas, quæ attribuitur personis sacris, est maior illa, quæ attribuitur loco sacro, quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis. Ergo. Sunt tamen in vtraq; specie varij gradus pro diuersitate personarum, & locorum sacrorum.*

4. Concl. Altera species sacrilegii est circa alias res sacras: quæ habet diuersos gradus secundum differentiam rerum sacrarum. Inter quas primum locũ obtinent sacramenta: deinde vasa consecrata ad sacramentorum susceptionem: & ipsæ imagines sacræ, & reliquiæ sanctorũ: deinde quæ pertinent ad ornatum ecclesiæ, & ministrorum: postmodum quæ sunt deputata ad sustentationem ministrorum; siue sint bona mobilia, siue immobilia. Vnde quicunque contra quodcunq; prædictorum peccat, ri-

† 5. Concl. men sacrilegii incurrit: sed grauius peccatum est contra sacramenta, grauissimum contra eucharistiam.

6. Concl. Differentia prædicta non solum est materialis, sed etiam formalis: quia non est in omnibus eadem ratio sanctitatis.

Nihil prohibet aliqua duo secundum aliquid esse vnius speciei. & secundum aliud diuersarum specierum: Et sic possunt duo peccata differre specie secundũ materiales actus, & conuenire in specie secundum vnam rationem formalem sacrilegii.

7. Concl. Omne peccatum, quod sacra persona committit, est materialiter, & quasi per accidens sacrilegium. Vnde Hieron. *Nuga in ore sacerdotis sacrilegium sunt, vt blasphemia*: sed formaliter, & proprie sacrilegium est peccatum, quod agitur contra eius sanctitatem.

In epitaphio ad Eustoch.

Art. 4. Vtrum pœna sacrilegii debeat esse pecuniaria.

1. Concl. Sap. 11.

In pœnis infligendis primo consideratur æqualitas, vt in quo quis peccat, per hoc torqueatur; & sic conueniens pœna sacrilegi est excommunicatio, per quam à sacris arcetur: secundo vtilitas, cum pœnæ, vt medicinæ quædam, infligantur, vt homines his territi à peccato desistant; à quo cum non sufficienter arceretur sacrilegus per hoc, quod ei sacra interdicuntur, de quibus non curat; ideo secundum leges humanas punitur capitali pœna, & secundum statuta ecclesiæ pœna pecuniaria.

† 2. Concl. 17 q. 4 c. si quis contumax. 3. Concl.

Licet sacrilegium sit pœna criminalis: tamen ecclesia mortem corporalem non infligit; sed eius loco excommunicationem adhibet.

Oportet duas pœnas adhiberi, quando per vnam non sufficienter reuocatur aliquis a peccando, ideo necesse fuit supra pœnam excommunicationis, adhiberi pœnam temporalem.

4. Concl.

Quando pecunia exigitur ad hominum correctionem, habet manifestam vtilitatem: vnde non pertinet ad occasionem auaritiæ.

Quæstio 100. De simonia.

Artic. 1. Vtrum simonia sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.

1. Concl.

QVi emit, vel vendit rem spiritualem, it reuerentiam exhibet Deo, & rebus diuinis, propter quod peccat eo peccato irreligiositatis, quod simonia vocatur: quæ dicitur, Studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.

1. q. 1. c. tollerabilior.

1. *Ex Greg. Aitare, vel decimas, vel Spiritum sanctum emere, &c.*

Prou. 3.

2. *Actus qui cadit super materiam indebitam est malus ex genere. Sed res spiritualis est materia indebita emptionis, & venditionis: tum quia non potest aliquo terreno pretio compensari; tum quod venditor non est dominus, sed dispensator; ac demum, quoniam venditio repugnat spirituali iustitiæ, quæ est gratuita voluntas Dei, vnde Dominus dicit, gratis accepistis gratis date. Ergo.*

1. Cor. 4. Matth. 10.

Vitia opposita religioni habent quandam protestationem infidelitatis. licet quandoq. non sit infidelitas in mente, & sic simonia dicitur hæresis secundum exteriorem protestationem. Ex eo enim, quod quis vendit donũ Spiritus sancti: quodammodo protestatur se esse dominum Spiritus sancti, quod est hæreticum.

† 2. Concl.

Simonia dicitur, *studiosa voluntas*, propter electionem, quæ principaliter pertinet ad virtutem, & vitium. Nec est verum, quod omnis qui peccat electione, peccet in Spiritũ sanctum, sed solum, qui peccatum elegit per contemptum eorum, per quæ homines soleant retrahi a peccato.

3. Concl.

Regnum cœlorum dicitur emi, dum quis dat, quod habet propter Deum, sumpto nomine emptionis, prout accipitur pro merito.

4. Concl. Greg. hom. 5 in euang.

Simon Magus emere voluit potestatem spiritualem, vt eam postea venderet, vt dicitur: ideo simonia dicitur voluntas vendendi. Qui vendunt actu, imitantur Giezi, de quo dicitur, accepisse pecuniam. Vnde simoniaci, possunt etiam dici Giezitæ.

5. Concl. act. 8. 1 q 3 c. Saluator. 4. Reg. 5.

Nomine emptionis, & venditionis, intelligitur omnis contractus non gratuitus: vnde nec permutatio præbendarum, vel beneficiorum fieri potest auctoritate partium, absque periculo simoniæ, sicuti nec translatio. Potest tamen prælatus ex officio permutationes facere pro causa vtili, vel necessaria.

6. Concl.

Dicitur, *spirituali annexum*, non quod illud non sit spirituale; sed quod non est secundum se spirituale, sed prout spirituali inhæret.

7. Concl.

Papa potest incurrere vitium simoniæ, sicut alii, & eo erit grauius, quo maiorem obtinet locum.

8. Concl.

Quia res ecclesiæ non sunt suæ, vt domini, sed vt principalis dispensatores.

Artic. 2. Vtrum semper sit illicitum pro sacramentis pecuniam dare.

Accipere pecuniam pro spiritualibus sacramentorum gratia, est crimen simoniæ, nec vlla consuetudine potest excusari, cum consuetudo non præiudicet iuri naturali, vel diuino: & nomine pecuniæ intelligitur, quidquid potest pecunia æstimari.

1. Concl.

1. *Ex ca. qui propecuniæ.*

2. *Quia gratiæ, quam sacramenta nouæ legis causant, repugnat, quod non gratuite detur.*

1. q. 1.

Accipere aliquid ad sustentationem eorum, qui sacramenta Dei ministrant, secundũ ordinationem ecclesiæ, & consuetudines approbatas, non est simonia, nec peccatum.

3. Concl.

1. *Quia dispensatores sacramentorum debent a populo sustentari, vt inquit Apost.*

1. Cor. 9.

2. Quoniam non sumitur tanquam pretium mercedis, sed vt stipendium necessarium, vt ait Aug.

Quando sacerdos absque pecunia nollet baptizare puerum morientem, tunc procedendum haberet, ac si non adesset sacerdos: & potest baptizari à quolibet alio. Si autem infans esset baptizandus esset adultus, si non posset per aliam baptizari; potius sine baptismo recedat: quia recipiet supplebitur baptismo flaminis, quod ex sacramento deesset.

3. Concl. ex 2. de pastor. c. 2.

4. Concl.

Sacerdos non accipit pecuniam quasi pretium missæ, quod esset simoniacum, sed quasi stipendium suæ sustentationis. Similiter pecunia non exigitur ab eo, qui absoluitur, quasi pretium absolutionis, sed quasi pœna culpæ præcedentis, pro qua quis fuit excommunicatus.

5. Concl.

Quod exigitur ex consuetudine, si exigatur vt pretium rei spiritualis cum intentione emendi, vel vendendi, est simonia: quia consuetudo non præiudicat iuri naturali, & diuino, quo simonia prohibetur: si autem exigatur, vt stipendium quoddam, & intentio referatur ad solam consuetudinis obseruantiã, non est simonia: cauendum tamen est, quod habet speciem simoniæ, & cupiditatis.

6. Concl.

Antequam alicui acquiratur ius in Episcopatu, vel alia dignitate per electionem, &c. simoniacum esset aduersantium obstaculà pecunia redimere: vbi vero acquisitum est, licet per pecuniam iusta impedimenta remouere.

7. Concl.

Matrimonium non solum est ecclesiæ sacramentum, sed etiam naturæ officium, ideo licet in eo dare pecuniam.

Art. 3. Vtrum liceat dare, & accipere pecuniam pro spiritualibus actibus.

In spiritualibus actibus, vendere aut emere, quod est spirituale, simoniacum est.

1. Concl. Cl.

Patet ex 1. q. 1. can. quidquid inuisibile.

Accipere, vel dare aliquid pro sustentatione ministrantium spiritualia secundum ordinem ecclesiæ, & consuetudinem approbatam, licet, dummodo desit intentio emptionis & venditionis, & ab inuitis non exigantur, per spiritualium subtractionem.

2. Concl.

Quia vt sacramenta dicuntur spiritualia, quia spiritualem conferunt gratiam, sic quædam alia spiritualia dicuntur, quod ex gratia procedunt, & ad eam disponunt, quæ per hominum ministerium exhibentur, quæ oportet à populo sustentari.

1. Cor. 9. 1. Reg 9. 3. Reg 13.

Prophetis quædam dabantur sponte ad sustentationẽ, non ad emendũ prophetię vsum.

14. Concl.

Dantes eleemosynas pauperibus, vt orationum suffragia ab eis impetrẽt, non intendunt orationes emere, sed per gratuitam beneficentiam pauperes prouocant, vt ex caritate orent. Prædicantibus autem, datur aliquid ad sustentationem, non ad emendum verbum Dei.

1. Concl.

Is cui committitur spiritualis potestas ex officio, obligatur ad vsum potestatis sibi cõmissæ, & ad sustentationem habet redditus ecclesiæ: vnde si quid acciperet pro vsu spiritualis potestatis, non videretur locare operas quas ex debito debet impẽdere. si vendere gratiæ vsum. At qui habet scientiam, nõ tenetur vsum illius alijs impendere: ideo potest pretium accipere, non quasi scientiam vendens, sed operas suas locans: Secus si ex officio teneretur docere, quia videretur veritatem vendere, & grauiter peccaret.

5. Concl.

Pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere, quasi pretium: tamen, si monasterium sit tenue, & non sufficiat ad tot personas nutriendas, liceret, gratis ingressu concesso, accipere aliquid pro victu personæ.

6. Concl. 2. q. 1. c. quamplo.

Art. 4. Vtrum sit licitum accipere pecuniam pro his quæ sunt spiritualibus annexa.

Quæ sunt spiritualibus annexa, inquantũ ex spiritualibus dependent, vt habere beneficia, ecclesiastica &c. quia non competit nisi habenti officium clericale, nullo modo vendere licet.

1. Concl.

1. *Ex Paschali Papa 1. q. 1. c. si quis obiecerit.*

2. *Cum hæc nullo modo possint esse sine spiritualibus, ea vendita, etiam spiritualia venditioni subjecta intelliguntur.*

Quæ sunt annexa spiritualibus, inquantũ ad spiritualia ordinantur, vt ius patronatus, vasa sacra, &c quia non præsupponunt spiritualia, sed magis ea præcedunt ordine temporis, aliquo modo vendi possunt, sed non prout sunt spiritualibus annexa.

2. Concl.

Omnia temporalia annectuntur spiritualibus, sicuti fini: vnde temporalia possunt vendi: sed ordo eorum ad spiritualia non cadit sub venditione.

3. Concl.

Vasa consecrata respectu materiæ propter necessitatem ecclesiæ, & pauperum vendi possunt, dummodo præmissa oratione prius cõfringantur: & non erunt amplius sacra.

4. Concl.

Abraham excusatur, quod emerit speluncã in sepulturam, quoniam redemit suum vexationem: quia quamuis Ephron gratis ei sepulturam offerret, tamen perpendit quod gratis recipere sine eius offensa, non posset,

5. Concl. Gen. 23.

cum fructibus extantibus tantum, quia bona fide possedit: nisi forte quis fraudulenter pecuniam daret pro alicuius promotione, vel nisi ipse expresse contradixerit: tunc enim nõ tenetur ad renunciandum, nisi forte postea pacto consenserit, soluendo quod fuit promissum.

6. Concl. Pecunia, vel possessio, vel fructus simoniace accepti, debent restitui ecclesiæ, in cuius iniuriam dati fuerunt: sed quando prælatus, & totum collegium sunt in culpa, ne de peccato commodum reportent, de licentia superioris, vel pauperibus, vel alij ecclesiæ dentur.

7. Concl. Si qui sunt in monasterio simoniace recepti debent abrenunciare: & si eis scientibus commissa est simonia post concilium generale, sine spe restitutionis de monasterio suo repelluntur, & ad agendam pœnitentiam in arctiore regula sunt ponendi, vel in aliquo loco eiusdem ordinis, si strictior ordo non inueniretur: si ante concilium debent in alijs locis eiusdem ordinis collocari: si hoc fieri non potest, debent dispensatiue in eisdẽ monasterijs recipi, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis: si ipsis ignorantibus, postquam renunciauerint, possunt de nouo recipi, locis mutatis.

8. Concl. Apud Deum sola voluntas facit simoniacum: at quoad pœnam ecclesiasticam exteriorem, non punitur, sed debet de mala intentione pœnitere.

9. Concl. Dispensare cum eo, qui est beneficiatus simoniace scienter, solus Papa potest, in alijs casibus etiam Episcopus: ita tamen, quod prius abrenunciet, quod simoniace acquisiuit, & postmodum dispensationem consequatur, vel paruam, vel magnam, vt scilicet maiores ordines exequatur, non tamen prælationem accipiat.

Quæstio 101. De pietate.

Art. 1. Vtrum pietas se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum.

1. Concl. Pietas principaliter se extendit ad parentes, & consanguineos, patriam conciues, & amicos patriæ.

lib. 1. de inuent. 1. *Pietas, ait Tullius, est per quam sanguine iunctis, patriæ que benenolis. &c.*

2. *Cum Deus sit excellentissimus, & sit nobis primum essendi, & gubernationis principium, secundario autem parentes, & patria, sequitur, vt post Deum homo, maxime sit debitor parentibus, & patriæ, & vt quemadmodum ad religionẽ pertinet exhibere cultum parentibus, & patriæ: nam diuersimode homo efficitur aliorum debitor secundum eorum diuersam excellentiam, & diuersa beneficia ab eis accepta: sed in cultu parentum includitur cultus omnium consanguineorũ, ex dictis. & in cultu patriæ omnium conciuium, & patriæ amicorum, Ergo.* lib. 8. Eth. cap. 12.

Nomen pietatis ad diuinum cultum refertur, prout religio includit pietatem, quia in maiori includitur minus. † 2. Concl.

3. Concl. Et more vulgi late sumpto vocabulo vtimur nomine pietatis, etiam in operibus misericordiæ.

4. Concl. Communicationes conciuium, & consanguineorum, magis referuntur ad principia nostri esse, quã aliæ communicationes vnde magis ad eas nomen pietatis extenditur.

Art. 2. Vtrum pietas exhibeat parentibus sustentationem.

1. Concl. Patri per se, vt pater est, cum sit maior & quasi principium filij existens debetur reuerentia, & obsequium.

2. Concl. Per accidens patri debetur quod decet eũ accipere secundum quod ei accidit: vt si sit infirmus, quod visitetur, & eius curationi intendatur: si pauper sustentetur, &c. Mat. 15.

lib. 2 de inuent. 1. *Ex Domini sententia, qui redarguit Pharisæos impedientes filios, ne parentibus subuenirent.*

2. *Ex Tullio, qui inquit, pietas exhibet officiũ, quod refertur ad obsequium, & cultum, quod refertur ad reuerentiam.*

† 3. Concl. In honoratione parentum intelligitur omnis subuentio, quæ debet parentibus exhiberi, vt Dominus interpretatur.

4 Concl. Quod filius aliquid conferat patri, hoc est per accidens, ratione alicuius necessitatis, in qua tenetur subuenire, non tenetur autem thesaurizare, quasi in longinquum, quia naturaliter non parentes filiorum, sed filij parentum sunt successores.

5. Concl. Licet pietas debeatur omnibus consanguineis, patriæ benenolis, &c. non tamen æqualiter omnibus, sed precipue parentibus.

Art. 3. Vtrum pietas sit specialis virtus ab alijs distincta.

1. Concl. Pietas est specialis virtus.

1. *Quia a Tullio ponitur pars iustitiæ.*

2. *Cum ad rationem iustitiæ pertineat, vt debitum alij reddat, vbi inuenitur specialis ratio debiti alicui personæ, ibi est specialis virtus: quoniã illa est specialis virtus, quæ reddit aliquod debitũ secundum speciale rationem. Sed debetur aliquid alicui specialiter, quia est connaturale principium*

prouidens esse, & gubernans, quod respicit pietatem. Ergo.

2. Concl. Pietas videtur procedere ex amore, non quocunque modo, sed vt est protestatio quędam caritatis, quam quis habet ad parentes, & ad patriam.

3 Concl. Pietas est alia virtus à religione, quæ cultum Deo exhibet: verum per excellentiam cultus Dei nominatur pietas, sicuti & Deus excellenter dicitur, Pater noster.

4 Concl. Iustitia legalis magis habet, quod sit virtus generalis, quam pietas.

Quia respicit bonum patriæ, vt est bonum commune: pietas autem patriam, vt est nobis quoddam essendi principium.

Art. 4. Vtrum occasione religionis sint prætermittenda pietatis officia in parentes.

1. Concl. Mat. 15. Propter religionem non sunt prætermittenda pietatis officia in parentes.

1. Quia Dominus redarguit Pharisęos, quod intuitu religionis honorem parentibus debitum subtrahere docerent.

2. Nulla virtus alteri virtuti contrariatur, cũ bonum non sit bono contrarium. Sed pietas & religio sunt virtutes. Ergo non se mutuo impediunt, & actus enim non excludit actum alterius: quia actus virtutis certis circumstantijs limitatur, quas si præterieat, actus non erit virtutis actus, sed vitij.

2 Concl. Si cultus parentum abstrahat nos à cultu Dei, tunc dimittenda sunt officia pietatis in parẽtes propter diuinum religionis cultum: quia excederetur debitus modus, si plus homo tenderet ad colendum patrem, quam Deum. Vnde non esset pietatis parentum insistere cultui contra Deum, *Porcalcatum, aut Hieronymo tergere patrem, &c.*

Exod. 13. Luc 14. 3 Concl. Illud, *si quis venit ad me, & non odit patrem suũ*, sic exponit Greg. Homil. 37. in Euang. quod parentes, quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo, & fugiendo nescire debemus.

Exod. 33. Leuitæ vero dicuntur suos consanguineos ignorasse, qui idololatris secundum mandatum Domini non pepercerunt.

4 Concl. Dominus prohibuit discipulum a sepultura patris, quia sicut Chrysost. inquit, per hoc Dominus eum a multis malis eripuit: & quia alij erant, qui complere poterant illud munus.

5 Concl. Qui habet parentes, qui ex se sustentari nõ possunt, non debet, eis relictis, religionem intrare: quia transgrederetur præceptum de honoratione parentum: qui est in religione mortuus, reputatur quasi mortuus mundo: vnde non debẽt occasione subuentionis parentum exire claustrum: potest tamen ex licentia sui prælati pium studium adhibere, vt suis parentibus subueniatur.

Quæstio 102. De obseruantia, & partibus eius.

Artic. 1. Vtrum obseruantia sit specialis virtus ab alijs distincta.

1. Concl. lib. 2. de inuent. OBseruantia est specialis virtus ab alijs distincta.

1. Tullius numerat eam inter alias iustitiæ partes, quæ sunt speciales virtutes.

2. Vt carnalis pater participat particulariter rationem principij, quæ communiter inuenitur in Deo, ita etiam persona, quæ quantum ad aliquid prouidentiã circa nos gerit, vt princeps, dux: magister, &c. particulariter participat proprietatem patris, & patres appellantur propter similitudinem curæ, pater enim est principium generationis, & educationis, & omnium, quæ ad perfectionem humanæ vitæ pertinent. Ergo sicut sub religione, per quam cultus exhibetur Deo, inuenitur quędammodo pietas, per quam coluntur parentes, ita sub pietate inuenitur obseruantia, per quam cultus, & honor exhibentur personis in dignitate constitutis: quia oportet, vt eo modo per quendam ordinatum descensum distinguantur virtutes, sicut excellentia personarum, quibus est aliquid reddendum.

† 2. Concl. Licet pietas per quandam excellentiam possit dici obseruantia: tamen, obseruantia proprie dicta, à pietate distinguitur.

3. Concl. Reuerentia: quæ propter quamcunque excellentiam aliquibus exhibetur, pertinet ad eandem virtutem obseruantiæ, qua licet quis per scientiam, & virtutem non fortiatur rationem principij, quantum ad alios: redditur tamen idoneus ad dignitatis statum.

4. Concl. Quamuis ad iustitiam specialem proprie sumptam pertineat reddere æquale ei, cui aliquid debetur, tamen hoc non potest fieri ad virtuosos, & ad eos, qui bene statu dignitatis vtuntur: vnde hoc ad quandam virtutem adiunctam pertinet, non ad specialem iustitiã, quæ est specialis virtus.

Artic. 2. Vtrum ad obseruantiam pertineat exhibere cultum, & honorem his, qui sunt in dignitate constituti.

1. Concl. Obseruantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, quodam cultu, & honore dignantur.

1. Ex Tullio, qui eam sic describit.

2 Cum ad eos, qui sunt in dignitate constituti, pertinat gubernare subditos, & gubernare sit mouere aliquos in debitum finem, oportet, vt in eo, qui est in dignitate constitutus, pri mum consideretur excellentia status, cum quadam potestate in subditos, deinde ipsum gubernationis officium. Sed ratione excellentiæ debetur ei honor, qui est quædã recognitio excellentiæ, & ratione officii debetur cultus, quidam quodammodo sequens ipsum. Ergo.

Lib. 2. de inuent.

† 2. Concl. In cultu non solum intelligitur honor, sed etiam quæcunq; alia, quæ pertinẽt ad decentes actus, quibus homo ad alium ordinatur.

3 Concl. Debemus cultum, & honorem in dignitate constitutis, etiam si non simus eis subiecti, non ex debito legali, sed morali, quod ex quadam honestate debetur.

4. Concl. Excellentiæ eorum, qui sunt in dignitate, debetur honor ratione sublimioris gradus, timor autem ratione potestatis, obedientia ratione officii gubernationis, & tributa, quæ sunt quasi stipendia laboris ipsorum.

Art. 3. Vtrum obseruantia sit potior virtus quam pietas.

1. Concl. Pietas obseruantiæ præeminet, inquantum cultum reddit personis magis coniunctis, quibus magis obligamur.

1. Inter præcepta legis immediate post præcepta religionis, quæ pertinent ad primam tabulam, subditur præceptum de honoratione parentum, quod pertinet ad pietatem.

2. Comparatio obseruantiæ ad pietatem debet attendi secundum diuersas habitudines diuersarum personarum ad eos, quas respicit vtraq; virtus. Sed personæ parentum, & eorum, qui sunt nobis sanguine coniuncti substantialiter nobis coniunguntur, quam quæ sunt in dignitate constitutæ; quia magis ad substantiam pertinet generatio, & educatio, cuius principium est pater, quam exterior gubernatio, cuius principium sunt personæ in dignitate constitutæ. Ergo.

† 2. Concl. Princeps comparatur ad patrem, vt virtus vniuersalis ad particularem, quantum ad exteriorem gubernationem, non autem vt pater est principium generationis.

3. Concl. Prout personæ in dignitate constitutæ ordinantur ad bonum commune, earum cultus non pertinet ad obseruantiam, sed ad pietatem.

4. Concl. Licet virtuosi secundum se considerati sint magis digni honore, quam personæ parentum: tamen filii magis obligantur propter beneficia suscepta, ad exhibendũ honorem, & cultum parentibus; quam extraneis virtuosis.

Quæstio 103. De dulia.

Art. 1. Vtrum honor importet aliquid corporale.

1 Concl. HOnor consistit in signis exterioribus, & corporalibus.

1. Honor ex Hieron. aliquando pro eleemosyna, vel munere accipitur. Sed hæc ad corporalia pertinent. Ergo.

Epist. ad Gerom.

Arist. 8. Eth. c. 2. 2. Honor testificationem quandam importat de excellentia alicuius. Sed quoad homines nemo potest testimonium ferre, nisi signis exterioribus, scilicet verbis, factis, vel extrinsecis rebus. Ergo.

2. Concl. Honor quoad Deum potest consistere in solo interiori motu credis.

Quia coram Deo, qui spectator est cordium, sufficit testimonium conscientiæ

† 3. Concl. Reuerentia non est idem quod honor, sed ex vna parte est primum motiuum ad honorandum, ex alia est honoris finis, dum quis honoratur, vt in reuerentia habeatur ab alijs.

4. Concl. Honor dicitur præmium virtutis, licet non sit sufficiens; quia nihil potest esse maius honore in corporalibus rebus, prout sunt signa manifestatiua excellentis virtutis.

Arist. lib. 4. Eth. c. 13.

5. Concl. Laus distinguitur ab honore: quia consistit in solis signis verborum: honor autem in quibuscunque exterioribus signis, qua ratione includit laudem: & quia per honorem reddimus testimonium de excellentia bonitatis alicuius absolute, sed per laudem testificamur de alterius bonitate in ordine ad finem: at gloria est effectus honoris, & laudis.

Art. 2. Vtrum honor proprie debeatur superioribus.

1. Concl. Honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem.

Lib. 5. Eth. c. 6. & lib. 4. c. 3. 1. Honor ex Arist. debetur optimis. Ergo.

2. Honor nihil aliud est, quam protestatio de excellentia bonitatis alicuius. Sed excellentia potest considerari non solum per comparationem ad honorantem, vt scil. qui honoratur sit excellentior honorante, sed etiam secundum se, vel per comparationem ad aliquos alios, & secundum hoc semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem. Nec enim oportet, vt qui honoratur sit excellentior honorante, sed vel æqualis, vel ipso honorante, quantum ad aliquid. Ergo.

† 2 Concl. Apoc. 19. Angelus prohibuit Ioannem, non à quacunque honoratione, sed ab honoratione adorationis latriæ, vel etiam fortasse duliæ, vt Ioannis dignitatem Angelis per Christum adæquati ostenderet.

.Concl.

Prælati mali non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis, secundum quam sunt Dei ministri.

1. Concl. In quolibet inuenitur aliquid, ex quo potest aliquis eum superiorem reputare: & secundum hoc omnes se inuicem debent honore præuenire.

Priuatæ personæ interdum honorantur à Regibus, nõ quod sint superiores, sed propter aliquam excellentiam virtutis ipsarum, & sic fuerunt honorati Tobias, & Mardochæus.

Art. 3. Vtrum dulia sit specialis virtus a latria distincta.

1. Concl. Dulia, quæ debitam seruitutem exhibet homini dominanti, alia virtus est a latria, quæ exhibet debitam seruitutem diuino dominio.

lib. 10. de ciu. c. 1. 1 *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Vbi est alia ratio debiti, ibi necesse est quod sit alia virtus, quæ debitum reddat. Sed alia ratione debetur seruitus Deo, & homini, sicut alia ratione competit dominium Deo & homini; Deus enim habet plenarium, & principale dominium respectu totius creaturæ: homo autem tantum particularem potestatem ex participatione similitudinis diuini dominij. Ergo.*

Dulia est quædam species obseruantiæ: Quia per obseruantiam honoramus quascunque personas dignitate præcellentes: per dulian autem propriè sumptam serui suos dominos venerantur. Vnde latine, seruitus dicitur.

¶ 3. Concl. Latria per excellentiam dicitur dulia, inquantum Deus per excellentiam est dominus: & hac ratione dulia aliquando attribuitur Deo.

4. Concl. Et si eadem sit caritas, qua diligimus Deũ & proximum; quia Deus est ratio diligendi proximum: non tamen latria & dulia sunt eadem virtus: quia alia est ratio seruiendi Deo, alia seruiendi homini.

3. Concl. Licet motus qui est in imaginem quodammodo sit in rem: non tamen motus qui est in rem oportet quod sit in imaginem. Vnde licet reuerentia, quæ fit alicui, vt est imago Dei redundet quodammodo in Deum: tamen alia est reuerentia, quæ ipsi Deo exhibetur.

Art. 4. Vtrum dulia habeat diuersas species.

1. Concl. Dulia stricte sumpta, prout secundum eam seruus reuerentiam exhibet domino, non diuiditur in diuersas species, ed est vna species obseruantiæ.

1. *Dulia diuiditur contra latriam. Sed latria* lib. 2. de inuent. *non diuiditur in plures species. Ergo.*

2. *Quia vna ratione, et aut Tullius, seruum reueretur dominum militem ducem, discipulus magistrum, &c.*

2. Concl. Si dulia communiter accipiatur, vt exhibet reuerentiam cuicunque homini, ratione cuiuscunque excellentiæ, continet sub se pietatem, obseruantiam, & omnem virtutem, qua homini reuerentiam exhibet: vnde patet ad primum.

¶ 3. Concl. Hyperdulia est potissima species duliæ communiter sumptæ: quia maxima reuerentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum.

4. Concl. Creaturæ irrationali in se consideratæ non debetur ab homine aliqua subiectio, vel honor, sed contra. Quod autem crux Christi honoretur, hoc fit eodem honore, quo Christus honoratur, sicut purpura regis, &c.

Quæstio 104. De obedientia.

Art. 1. Vtrum vnus homo teneatur alteri obedire.

1. Concl. TEnentur inferiores suis superioribus obedire ex ordine iuris naturalis, & diuini.

Heb. 13. 1. *Ex Apost. obedite præpositis vestris, &c.*

2. *Sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus; ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. Sed in rebus naturalibus oportet vt superiora moueant inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis diuinitus collatæ. Ergo etiam oportet, vt in humanis superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Sed mouere per rationem, & voluntatem est præcipere. Ergo.*

¶ 2. Concl. Eccl. 15. Deus reliquit hominem in manu consilij sui, non quod liceat ei facere quidquid velit, sed quia ad id, quod faciendum est, non cogitur necessitate naturæ; sed libera electione ex proprio consilio procedente; quod etiam requiritur ad hoc vt obediat suis superioribꝰ.

5 Concl. Diuina voluntas est prima regula humanæ actionis. Voluntas autem vnius hominis præcipientis potest esse quasi secunda regula, voluntatis alterius obedientis.

4. Concl. Licet obedire sit debitum: tamen si propria voluntate quis obediat, non ob hoc minuitur meritum, maxime apud Deum: quia opus redditur laudabile, & meritorium præcipue prout ex voluntate proceditur.

Art. 2. Vtrum obedientia sit specialis virtus.

1. Concl. Obedientia est specialis virtus.

1. Quoniam à quibusdam ponitur pars iustitiæ.

2. Ad omnes opera bona, quæ specialem habent rationem laudis, specialis virtus determinatur. Sed obedire superiori cum sit debitum secundū diuinum ordinem, est bonum, & habet specialem rationem laudis ex special. obiecto, quia specialiter inferiores tenentur præcepta superiorum obedire. Ergo. Vnde esset special. obiectum, est superioris præceptum, tacitum, vel expressum.

† 2. Concl. Si obedientia proprie accipiatur, vt respicit per intentionem formalem rationem præcepti; erit specialis virtus, & inobediētia speciale peccatum, quia secundum hoc ad obedientiam pertinet, vt impleat actum iustitiæ, vel alterius virtutis intendens implere præceptum, & ad inobedientiam, vt actualiter contemnat speciale præceptum. Si vero large sumatur pro executione cuiuscunque, quod potest cadere sub præcepto, & inobedientia pro omissione eiusdem ex quacunque intentione, obedientia erit generalis virtus, & inobedientia generale peccatum.

3. Concl. Obedientia non est virtus theologica, quia eius obiectum per se non est Deus; sed moralis, quia est pars iustitiæ, cuius superfluum non attenditur secundum quantum; sed secundum alias circumstantias, vt cum quis obedit cui non debet, vel in quibus non debet, &c.

4. Concl. Greg. Glo. Mor. c. 13. Obedientia quæ habet aliquid de suo in prosperis est, vel nulla, vel minor; quia tunc voluntas propria non videtur principaliter tendere ad implendum præceptum, sed ad exequendum proprium volitum: in aduersis autem, vel difficilibus est maior, quia voluntas in nihil aliud tendit. quam in præceptum: quod est intelligendum secundum id, quod exterius apparet: nam secundum Dei iudicium, secus aliquando accidit.

3. Conc. Obedientia non respicit diuersam rationem excellentiæ, sed propriæ præceptum personæ excellentis, ideo est tantum vnius rationis.

Art. 3. Vtrum obedientia sit maxima virtutem.

1. Concl. Greg. Glo. Mor. c. 13. Obedientia cum sit virtus moralis, est inferior virtutibus theologicis.

1 Obedientia habet laudem ex caritate. Ergo caritas est potior.

2. Sicut peccatum consistit in hoc quod homo contempto Deo commutabilibus bonis inhæret, ita meritum virtuosi actus in hoc, quod homo contemptis bonis creatis, Deo inhæret, sicut fini. Sed si bona creata contemnuntur propter hoc, vt Deo inhæreatur, maior est laus virtutis ex hoc quod Deo inhæret, quam ex hoc, quod bona terrena contemnit; quia finis potior est his, quæ sunt ad finem. Ergo virtutes theologicæ quibus Deo secundum se inhæretur sunt potiores moralibus, quibus aliquid terrenum contemnitur, vt Deo inhæretur.

2. Concl. Obedientia est suprema inter virtutes morales.

1. Inter has virtutes tanto aliqua potior est, quanto aliquis magis aliquid contemnit, vt Deo inhæreat. Sed huiusmodi est obedientia, quæ propter Deum contemnit propriam voluntatem, quæ est potior non solum bonis externis, & corporis, sed etiam animi, cum per eam homo omnibus aliis bonis fruatur. Ergo.

2. Opera aliarum virtutum ideo sunt meritoria, quæ fiunt vt obediatur voluntati diuinæ. Ergo: vnde dicitur, quod qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. 1 Ioan. 2.

† 3. Concl. Et si obedientia ex se considerata, sit specialis virtus: tamen vt procedit ex reuerētia continetur sub diuersis virtutibus: si sit ex reuerētia prælatorū, est sub obseruantia: si parentū, sub pietate: si Dei sub religione, & pertinet ad deuotionem, quæ est principalis actus religionis: & secundum hoc dicitur quod laudabilius est obedire Deo, quam sacrificium offerre: quia in sacrificio immolatur aliena caro; in obedientia propria voluntas. Greg. Glo. Mor. c. 12.

Obedientia omnes virtutes menti inserit & custodit, quia ad eam pertinent actus omnium virtutum prout sunt in præcepto: vnde causaliter, vel dispositiue operatur ad earum generationem. Nec ideo est omnibus prior, quia potest aliquis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti: rursus, quia infusio gratiæ & virtutum potest præcedere etiam tempore omnem actum virtuosum. Greg. Glo. Mor. c. 13. 4. Concl. Vlt. mor. cap. 13.

5. Concl. Cum Greg. ait, propter obedientiam debet interdum prætermitti aliquod bonum, non loquitur de his, ad quæ homo ex necessitate tenetur, sed de his, ad quæ non tenetur, quæ licet prætermittere propter obedientiam, ad quam ex necessitate tenetur.

Art. 4. Vtrum in omnibus sit Deo obediendum.

1. Concl. Sicuti naturali necessitate omnia naturalia subduntur diuinæ motioni, ita quadam necessitate iustitiæ omnes voluntates tenentur obedire diuino imperio.

1. *Exod. 24. Omnia quæcunq; locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.*

2. *Qui obedit, movetur per imperium eius cui obedit; sicut res naturales moventur per suos motores. Sed sicut Deus est primus motor omnium, quæ naturaliter moventur, sic est primus motor omnium voluntatum. Ergo.*

2. Concl. Dominus dixit cæcis vt miraculum occultarent, non quasi intendens eos ad hoc obligare, sed vt exemplum sequentibus se daret, vt ipsi virtutes suas occultare desiderent, & tamen vt alii eorum exemplo proficiant prodantur inuiti.

Deus nihil potest præcipere contra virtutem, sed bene contra consuetũ viatutis modum: & sic præcepit Abrahæ vt filium occideret: quod nõ fuit contra iustitiam; quia Deus est actor mortis, & vitæ. Sic etiam vt Iudæi, acciperent res Ægyptiorum, quia eius sunt omnia: & Oseæ, vt mulierem adulteram acciperet; quia ille est debitus modus vtendi mulieribus, quem Deus instituit.

3. Concl. Licet non semper homo teneatur velle, quod Deus vult, semper tamen tenetur velle, quod Deus vult eum velle, quod homini innotescit per præceptum.

Art. 5. Vtrum subditi teneantur suis superioribus in omnibus obedire.

4. Concl. Obediens mouetur imperio præcipientis ex quadam necessitate iustitiæ: vt res naturales virtute motoris, necessitate naturali: cuius motus impeditur, vel propter virtutem maiorem alterius motoris, vt calefactio ligni ob vim aquæ: vel ob defectum ordinis mobilis ad motorem: vt si humor subiiciatur actioni ignis, quantum ad calefieri, sed non quantum ad exiccari.

1. Concl. Similiter ex duobus quis potest impediri ne suo superiori teneatur obedire: vel ob præceptum maioris, vt habet Glos. Rom 13. & Act. 5. Obedire oportet magis Deo, quam hominibus: vel quia aliquid præcipitur, in quo præcipienti non subditur. *Errat*, ait Seneca, *si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere; partem enim melior excepit, id est animus*, &c.

3. Concl. Vnde in his quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo.

4. Concl. Similiter in his quæ pertinent ad naturam corporis, scilicet ad illius vstentationem, & prolis generationem: quare nec serui dominis, nec filii parentibus tenentur obedire de matrimonio contrahendo, & de virginitate seruanda, &c. Quia in his omnes sunt pares.

5. Concl. In his, quæ exterius per corpus sunt agenda, quæ pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum tenetur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis: & miles duci, in his quæ pertinent ad bellum, seruus Domino in his quæ pertinent ad seruilia opera: filius patri in his, quæ pertinent ad disciplinam, &c.

Coloss 3. † 6. Concl. Illud, filii obedite per omnia, &c. intellige quantum ad ea quæ pertinent ad ius patriæ, vel dominatiuæ potestatis.

7. Concl. Subditi non subiiciantur suis inferioribus in omnibus, sicuti Deo; sed quantum ad quædam determinate, & quantum ad illa, medii sunt inter Deum, & subditos; quantum ad alia vero immediate subduntur Deo, à quo instruuntur per legem naturalem, vel scriptam.

8. Concl. Religiosi obedientiam profitentur quantum ad regulatem conuersationem, secundum quam suis prælatis subduntur: vnde quantum ad illa sola obedire tenentur, quæ possunt ad regularem conuersationem pertinere: quæ est sufficiens obedientia ad salutem: si in aliis licitis obediant, pertinet ad perfectionem.

Art. 6. Vtrum Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire.

1. Concl. Per fidem Christi non excusantur fideles, quin principibus secularibus obedire teneantur. Tit. 3. 1. Pet. 2.

1. *Admone illos, ait Paul. principibus subditos esse. & Petrus, subiecti estote, &c.*

1 Rom. 3. 2. *Per fidem Christi non tollitur ordo iustitiæ, sed magis firmatur: quia ex Paul. est eius principium, & causa. Sed ordo iustitiæ requirit, vt inferiores suis superioribus obediant; quia aliter, humanum regimen statum conseruari non posset. Ergo.*

† 2. Concl. Christiani, qui filii Dei sunt per gratiam, liberi sunt à spirituali seruitute corporali, qua temporalibus dominis tenentur.

3. Concl. Lex vetus cessauit per Christum, quia fuit figura noui testamenti; non lex humana, qua homo homini subiicitur.

4. Concl. Principibus secularibus intantum homo obedire tenetur, inquantum ordo iustitiæ requirit. Vnde si non habeant iustum principatum, vel si iniusta percipiant non est eis obediendum, nisi ad vitando scandalum.

Artic

Quæstio 105. De inobedientia.

Art. 1. Vtrum inobedientia sit peccatum mortale.

1. Concl. INobedientia qua quis inobediens est præceptis superiorum, est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectioni contrarium.

Rom. 1. 1. Tim. 1. *Ex Paul. qui connumerat inobedientiam inter peccata mortalia.*

Rom. 13. *Peccatum mortale est quod contrariatur caritati, qua diligitur Deus, & proximus. Sed caritas Dei exigit, vt mandatis eius obediatur. Ergo esse inobediente in diuinis præceptis, est peccatum mortale. Sed in præceptis diuinis, est, quod superioribus obediatur, vt patet ex Paul. Ergo contrariatur etiam caritati proximi, cui subtrahitur obedientia.*

2. Concl. Ambros. dicens, *omne peccatum est inobedientia*, loquitur de mortalibus: quia veniale non est inobedientia, cũ non sit contra, sed præter præceptũ. Nec etiam omne mortale, formaliter loquendo, est inobedientia, sed solum quando quis contemnit præceptum.

lib. 2. de pecc. mer. c. 8.

3 Concl. Nihil prohibet ex peccato veniali oriri mortale, quia veniale est dispositio ad mortale, & sic inobedientia est mortale, licet oriatur ex inani gloria, quæ est peccatum veniale.

4. Concl. Si Prælatus tot præcepta ingerat, vt subditus ea implere non possit, excusatur a peccato, quia nullus obligatur ad impossibile.

Art. 2. Vtrum inobedientia sit grauissimum peccatum.

1. Concl Inobedientia non est grauissimum peccatum, sed grauius est illud, quod directe pertinet ad contemptum Dei, vt blasphemia, &c cætera. etiam remota per intellectum inobedientia a peccato.

Grauius enim est contemnere præcipientem, quam præceptum, cum exreuerentia præcipientis procedere debeat reuerentia præcepti.

2. Concl. Non omnis obedientia est æquale peccatum, sed vna potest esse grauior alterat vel ex parte præcipientis, quia magis debitum est obedire superiori potestati, quam inferiori: vel ex parte præceptorum, quia præcipiens non vult æqualiter impleri omnia, quæ mãdat, sed magis vult finem, & id quod est fini propinquius. Vnde tanto est inobedientia grauior, quanto præceptum quod quis præterit, magis est de intentione illius, qui præcipit, quod in præceptis Dei manifestum est.

Nam quanto præceptum est de maiore bono, tanto inobedientia est grauior. At præceptum Dei est tale, quia voluntas Dei semper vult magis impleri, quod melius est. Ergo, Verum, quia voluntas hominis non semper fertur in melius, ideo cum obligamur ex solo hominis præcepto, non est maius peccatum ex eo, quod maius bonum præteritur, sed ex eo, quod præteritur illud, quod est magis de intentione præcipientis. Quare inobediens præcepto de dilectione Dei, grauius peccat, quam inobediens præcepto de dilectione proximi: & qui est inobediens præcepto diuino, quam qui contemnit humanum. Oportet ergo diuersos obedientiæ gradus diuersis peccatorum generibus comparare.

† 3 Concl. Cum dicitur, quasi peccatum ariolandi est repugnare, &c. non est comparatio æqualitatis, sed similitudinis: quia inobedientia redundat in contemptum Dei, sicut idololatria.

1 Reg. 15.

4. Concl. Non omnis inobedientia est peccatum in Spiritum sanctum, sed illa, cui obstinatio adhibetur: quia non constituit peccatum in Spiritum sanctum contemptus cuius libet, quod peccatum impedit. sed tantum illorum, quæ directe ducunt ad pœnitentiam.

5. Concl. Peccatum primi parentis non fuit inobedientia, vt est speciale peccatum, sed superbia.

Quæstio 106. De gratia, siue gratitudine

Art. 1. Vtrum gratia sit specialis virtus ab aliis distincta.

1. Concl. GRatia, siue gratitudo, quæ benefactorious gratiam recompensat, distinguitur a religione, pietate, & obseruãtia, sicut quod libet posterius unum distinguitur a priore quali ab eo deficiens.

lib. 2. de inuent. 1. *Tullius eam ponit specialem iustitiæ partem.*

2. *Secundum diuersas causas, ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificari debiti redditionem. Sed post Deum parentes, & personas in dignitate constitutas particulariter obligamur benefactoribus, a quibus maxime particularia beneficia percipimus, & non quidquid debemus Dei, vel patri, vel personæ dignitate præexcellenti, debemus benefactori. Ergo.*

† 2. Concl. Licet gratia secundum quandam excellentiam contineatur in virtutibus superioribus, non ideo sit, quin sit specialis virtus, vt dictum est de aliis.

3. Concl. Retributio proportionalis tunc pertinet ad iustitiam commutatiuam, quando attenditur secundum debitum legale, sed quando fit ex solo debito honestatis, pertinet ad vir-

4. Concl. tatem gratiæ. Et si per recompensationem beneficiorum amicitia conseruetur, non ideo fit, vt recompẽsatio beneficiorum ad hãc virtutem specialiter non pertineat.

Art. 2. Vtrum magis teneatur ad gratias reddendas innocens, quam pœnitens.

1. Concl. Gratiarum actio respicit gratiam dantis: & ita vbi est maior gratia, quæ sic dicitur quia gratis datur, ex parte dantis, ibi requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis.

2. Concl. In quantum gratia dicitur maior ex quantitate dantis, sic innocens tenetur ad maiores gratiarum actiones, quam pœnitens.

Quoniam maius donum ei datur à Deo, & magis immeritum, cæteris paribus, absolute loquendo.

3. Concl: Si gratia dicatur maior, quia magis datur gratis, sic magis tenetur ad gratiarum actiones pœnitens, quam innocens.

triſt 8. 1. *Magis enim gratis datur ei, quod datur, quia dignus erat pœna, & datur ei gratia: & Luc. 7. cui plus dimittitur, plus diligit. Ergo.*

2. *Licet donum, quod datur innocenti, absolute consideratum, sit maius, i.e. ex donum, quod datur pœnitenti est maius eo, parationem ad ipsum, sicut parvum donum pauperi datum est maius, quam dimissum magnum. Et quia actus sunt circa singularia, consideratur id, quod est hic, & nunc, ideo, &c. Vnde patet ad obiecta.*

Artic. 3. Vtrum homo teneatur ad gratiarum actiones omni homini benefaciẽti.

Concl. Naturalis ordo requirit, vt ille qui suscepit beneficium per gratiarum recompensationẽ conuertatur ad benefactorem secundum malum vtriusque.

ib fi. 1. *Ex ipso in omnibus gratias agite, &c.*

2. *Omnia effectus ad suam causam naturaliter conuertuntur. Sed benefactio, inquantum huiusmodi, est causa beneficiati. Ergo.*

Cncl. Benefactori, inquantum huiusmodi, debetur honor, & reuerentia: per accidens autem subuentio, vel sustentatio, si indigeat, vt supra dictum est.

Concl. In his, quæ sunt ad seipsum non habet locum, nec gratitudo, nec ingratitudo vnde Seneca, *Non est liberalis qui sibi donat.*

Concl. Licet quis dederit beneficium non eo modo quo debuit, non ideo debet recipiens a gratiarum actione cessare: minus tamen, quã si debito modo præstitisset: quia etiam beneficium minus est.

5. Concl Summæ malignitatis est, non vocare beneficium, nisi quod dantem aliquo incommodo afficit: vnde licet quis beneficium fecerit propter suam vtilitatem, adhuc ei debetur gratiarum actio: immo etiam seruis vltra debitum facientibus, gratiæ reddendæ sunt.

6. Concl. In felicitate existenti potest recompensatio fieri per exhibitionem reuerentiæ & honoris: Si autem qui beneficium dedit in peius mutatus est, debet ei recompensatio fieri secundum statum ipsius: vt ad virtutem reducatur: si autem sit insanabilis, non debet fieri, sed quantum fieri potest, salua honestate, memoria debet haberi præstiti beneficij.

7. Concl. Aristot. 9. Eth. c. 12. Recompensatio maxime pondet ex affectu, vnde eo modo debet fieri, quo magis est vtilis: quæ si postea per incuriam in damnũ vertatur, non imputatur recompensanti.

Art. 4. Vtrum homo debeat statim beneficium recompensare.

1. Concl. lib. 4. de benef in fine. Quantum ad donum, debet expectari tempus, quo recompensatio sit benefactori opportuna.

1. *Qui festinat reddere, ait Seneca, non animũ habet gratis hominis, sed debitoris.*

2. *Si non conuenienti tempore: se statim velit aliquid munus pro munere reddere, non videtur esse virtuosa recompensatio, sed inepta.*

2. Concl. li. 2. de benef. c. 35. Quantum ad affectum recompensatio statim fieri debet.

Nam, vt inquit Seneca, Vis reddere beneficium, accipe benigne.

† 3. Concl. Debitum legale, est illud, quod est statim soluendum, sed morale dependet ex honestate debentis: vnde debet reddi tempore debito, vt requirit rectitudo virtutis.

4. Concl. Qui ex feruore animi præoccupat debitum tempus, non est laudandus.

Quia feruor voluntatis non est virtuosus, nisi sit ratione ordinatus.

5. Concl. Etiam beneficia sunt opportuno tempore danda, nec amplius tardandum, cum opportunum tempus aduenerit.

Artic. 5. Vtrum gratiarum actio sit attendenda secundum affectum beneficiantis, an secundum effectum.

1. Concl. Quando recompensatio beneficij pertinet ad iustitiam, vt cum habet rationem debiti legalis vt in mutuo, debet attendi secundum quantitatem dati.

Quando

2. Concl. Quando pertinet ad amicitiam, & habet rationem debiti moralis, vt cum pertinet ad gratiam, in amicitia vtilis, debet recompensatio fieri secundum vtilitatem, quam quis ex beneficio consecutus est: in amicitia honesti debet haberi respectus ad affectum dantis: quia hoc præcipue requiritur ad virtutē.

† 3. Concl. Sic recompensatio gratiæ attendit magis affectum dantis, quam effectum: quia respicit beneficium, vt est gratis impensum.

Senec. l. 1. de benef. c. 7. *Magis enim interdum nos obligat, qui dedit parua magnifice, ait Senec.*

4. Concl. Beneficium vt est laudabile, & vt ei gratię recompensatio debetur, materialiter consistit in effectu, sed formaliter & principaliter in voluntate.

Gratia est pars iustitiæ, non vt species generis, sed per quandam reductionem ad genus iustitiæ: vnde non oportet vt eadem ratio debiti attendatur in vtraque.

5. Concl. Affectum hominis per se solus Deus cognoscit, sed per signa manifestatus cognoscitur etiam ab homine.

Art. 6. Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in recompensationem, quam susceperit in beneficio.

1. Concl. Gratiæ recompensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid maius retribuat.

lib. 5. Eth. cap. 5. 1. *Resarcire oportet, ait Arist. qui gratiã facit, & rursus ipsum recipere, quod sit, dum aliquid maius retribuitur.*

2. *Recompensatio respicit beneficium secundum voluntatem benefacientis, in quo præcipue commendatur, quod beneficium gratis contulit: vnde qui beneficium accepit, ad hoc obligatur, vt si ipse aliquid gratis impendat. Sed non videtur aliquid gratis impendere, nisi excedat quantitatem accepti beneficij, quia quandiu reddit minus, vel aqua equa videtur reddere, quod accepit. Ergo.*

† 2. Concl. Si attendamus non ad effectum, sed ad voluntatem dantis, & retribuendis, potest filius aliquid maius patri retribuere.

3. Concl. Sen. lib. 3. de ben. c. 1. Non est inconueniens si obligatio gratitudinis interminabilis sit, quia deriuatur ex caritate, quæ quanto plus soluitur, tanto magis debetur.

4. Concl. Rom. 13. Sicut in iustitia attenditur æqualitas rerum, ita in gratitudine attenditur æqualitas voluntatum sicuti ex promptitudine voluntatis quis beneficium contulit ad quod non tenebatur, ita qui accipit aliquid supra debitum recompenset.

Quæstio 107. De ingratitudine.

Art. 1. Vtrum ingratitudo sit semper peccatum.

1. Concl. OMnis ingratitudo est peccatum.

2. Tim. 3. 1. *Ex apostolo, qui eam inter alia peccata commemorat.*

2. *Debitum gratitudinis est quoddam debitum honestum, quam virtus requirit. Sed ex hoc aliquis est peccatum, quod repugnat virtuti. Ergo.*

† 2. Concl. Ei, qui auxilium tulit ad peccandum, non debetur gratiarum actio: nisi forte propter voluntatem bonam, si fit deceptus, dum credidit adiuuare ad bonum, iuuit, ad malum.

3. Concl. Nemo propter impotentiam reddendi ab ingratitudine excusatur, quia ad hoc debitum reddendum, sufficit sola voluntas: obliuio autem beneficij ad negligentiam pertinet, si ex negligentia prouenit.

4. Concl. Debitum gratitudinis ex debito amoris deriuatur, a quo nullus debet velle absolui.

Art. 2. Vtrum ingratitudo sit speciale peccatum.

1 Concl. Sicut gratitudo, vel gratia est vna specialis virtus, ita ingratitudo est vnũ speciale peccatum.

Nam cum virtus gratitudinis in aliquid amplius tendat, proprie ingratitudo nominatur ex gratitudinis defectu, cum omne vitium ex defectu virtutis nominetur: Sed omnis defectus, seu priuatio speciem sortitur secundum habitum oppositũ. Ergo cum opponatur gratiæ, quæ est speciale virtus, erit speciale peccatum.

2. Concl. Ingratitudo habet diuersos gradus secundum ordinem eorum quæ ad gratitudinem requiruntur, in qua primum est, quod homo acceptum beneficium recognoscat: deinde quod laudet, & gratias agat: postremo quod retribuat pro loco, & tempore secundũ suam facultatem: sed quia quod est vltimum in generatione est primum in intentione, ideo primus ingratitudinis gradus est, vt homo beneficiũ non retribuat: secundus vt dissimulet: tertius grauissimus, quod non recognoscat, siue per obliuionem, &c. & quia in affirmatione opposita intelligitur negatio, ideo ad primũ gradũ pertinet quod retribuat mala pro bonis: ad secundũ quod beneficiũ vituperet, ad tertium quod illud quasi maleficiũ reputet. Vnde soluitur primũ, in quo numerantur gradus, &c.

† 3. Concl. In quolibet peccato est materialis ingratitudo in Deum, sed formaliter ingratitudo

est

vel dicas non fuisse terram ad sepulturam consecratam, quã gentiles religiosam putabant. Ius primogenituræ debebatur Iacoo ex diuina electione, ideo Esaus peccauit primogenita vendens, Iacob autem non peccauit emendo, quia suam vexationem redimit. Circa collationem beneficionem, si Episcopus antequam beneficium conferat, ex causa ordinauit aliquid subtrahendum de fructibus benificij conferendi in pios vsus expendendum, non licet: si Vero ab eo, cui beneficium confert requirat aliquid, ex fructibus, idem est, ac si aliquod munus ab eo exigeret & non careret vitio simoniæ.

Gen. 23. & 25.

Artic. 5. Vtrum liceat spiritualia dare pro munere, quod est ab obsequio, vel à lingua.

Sicut contrahitur simonia accipiendo pecuniam, vel quam libet aliam rem exteriorẽ, quod pertinet ad munus à manu, ita contrahitur per munus à lingua, vel ab obsequio.

1. Concl.

5. Ex Vrbano Papa. Quisquis res ecclesiasticas, &c.

2. Idem est, quod aliquis det rem spiritualem pro aliquo obsequio exhibito, vel exhibendo, ac si daret pro pecunia data, vel promissa: nam nomine pecuniæ intelligitur cuiuscunque rei pretium, quæ pecunia æstimari potest. Sed obsequium hominis, ad aliquam vtilitatem ordinatur, quæ potest pretio pecuniæ æstimari. Ergo.

1. q. 3. c. Satisfactor.

† 2. Concl. in regest. lib. 2. c 57.

Greg. dicens *ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes ecclesiastica dignos esse remuneratione*, loquitur cum clericus prælato impendit obsequium honestum ad spiritualia ordinatum, id est, ad ecclesiæ vtilitatem: quia ex ipsa deuotione obsequij redditur dignus ecclesiastico beneficio.

3. Concl.

Qui gratis confert alteri aliquid spirituale propter consanguinitatem, vel aliam affectionem, est illicita collatio, sed non simoniaca: si vero quis det beneficium alicui hoc pacto, vel intentione, vt inde suis consanguineis prouideat, est manifesta simonia.

4. Concl.

Qui per baudes, & preces principaliter inrendit fauorem humanum, vt spirituale conferatur, quod præcipue accidit, cum preces fiunt pro indigno, simoniam committit: non ita si preces porrigantur pro digno. & attendatur dignitas personæ, non fauor humanus. Qui proferogat, vt obtineat curam animarum, ipsa præsumptione redditur indignus: secus si beneficium sit sine cura animarum, & petens indigeat.

Concl.

Hypocrita non dat aliquid spirituale propter laudem, sed solum demonstrat, & simulando surripit laudem humanam: quod non videtur pertinere ad simoniam.

Artic. 6. Vtrum sit conueniens simoniaci pœna, vt priuetur eo, quod per simoniam acquisiuit.

Qui muneris interuentu spiritualia quæcunque assequitur, ea licita retinere non potest. 1. Concl.

1. Ex 1. q. 1. c. si quis.

2. Nullus potest licite retinere id, quod contra voluntatem domini acquisiuit, vt si dispensator daret aliquid de rebus domini, sui contra eius voluntatem. Sed Dominus, cuius ecclesiarum prælati sunt dispensatores, ordinauit vt spiritualia gratis darentur, Ergo.

Simoniaci, tam vendentes, quam ementes spiritualia, alijs pœnis puniuntur, scilicet infamia, & depositione, si sint clerici, & excõmunicatione, si sint laici. 2. Concl. Mat. 10.

Qui simoniace recipit sacrum ordinem, recipit quidem characterem, non tamen gratiam, & ordinis executionem: vnde ipso facto, est suspẽsus, & quoad se, & quoad alios, vt nullus ei communicet in ordinis executione, siue peccatum sit occultum, siue publicum. Nec potest repetere pecuniam, quam turpiter dedit, licet alius iniuste detineat: Si vero sit simoniacus, quia contulit ordinem simoniace, vel quia dedit, vel recepit beneficium simoniace, vel fuit mediator, si est publicum, est ipso iure suspensus, & quo ad se, & quo ad alios: si occultum est suspensus, quo ad se tantum. 3. Concl.

Neque propter præceptum, nec propter excommunicationem debet aliquis recipere ordinationem ab Episcopo, quem scit simoniace promotum, & si ordinetur non recipit ordinis executionem, etiam, si ignoraret esse simoniacum, sed indiget dispensatione: si autẽ Episcopus sit simoniacus aliquo alio modo, quam per promotionem suam, potest ab eo ordinem recipere si sit occultus, quia non est suspensus, nisi quoad se. 4. Concl.

Qui scienter & sponte simoniace accipit ordinem, vel ecclesiasticum beneficium: executione ordinis caret, & beneficiũ resignare debet, notatur infamia, & tenetur restituere fructus perceptos, & qui percipi potuerunt à possessore diligenti, deductis expensis factis causa fructuum, & in vtilitatem ecclesiæ. Si eo nesciente, & nolente per alios alicuius promotio simoniace procuratur, caret ordinis executione, & tenetur resignare beneficiũ 5. Concl.

cum

cum fructibus extantibus tantum, quia bona fide possedit: nisi forte quis fraudulenter pecuniam daret pro alicuius promotione, vel nisi ipse expresse contradixerit: tunc enim nō tenetur ad renunciandum, nisi forte postea pacto consenserit, soluendo quod fuit promissum.

6. Concl. Pecunia, vel possessio, vel fructus simoniace accepti, debent restitui ecclesiæ, in cuius iniuriam dati fuerunt: sed quando prælatus, & totum collegium sunt in culpa, ne de peccato commodum reportent, de licentia superioris, vel pauperibus, vel alij ecclesiæ dentur.

7. Concl. Si qui sunt in monasterio simoniace recepti debent abrenunciare: & si eis scientibus commissa est simonia post concilium generale, sine spe restitutionis de monasterio suo repelluntur, & ad agendam pœnitentiam in arctiore regula sunt ponendi, vel in aliquo loco eiusdem ordinis, si strictior ordo non inueniretur: si ante concilium debent in alijs locis eiusdem ordinis collocari: si hoc fieri non potest, debent dispensatiue in eisdē monasterijs recipi, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis: si ipsis ignorantibus, postquam renunciauerint, possunt de nouo recipi, locis mutatis.

8. Concl. Apud Deum sola voluntas facit simoniacum: at quoad pœnam ecclesiasticam exteriorem, non punitur, sed debet de mala intentione pœnitere.

9. Concl. Dispensare cum eo, qui est beneficiatus simoniace scienter, solus Papa potest, in alijs casibus etiam Episcopus: ita tamen, quod prius abrenunciet, quod simoniace acquisiuit, & postmodum dispensationem consequatur, vel paruam, vel magnam, vt scilicet maiores ordines exequatur, non tamen prælationem accipiat.

Quæstio 101. De pietate.

Art. 1. Vtrum pietas se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum.

1. Concl. Pietas principaliter se extendit ad parentes, & consanguineos, patriam conciues, & amicos patriæ.

lib. 1. de inuent. 1. *Pietas, ait Tullius, est per quam sanguine iunctis, patriæ que benenolis. &c.*

2. *Cum Deus sit excellentissimus, & sit nobis primum essendi, & gubernationis principium, secundario autem parentes, & patria, sequitur, vt post Deum homo, maxime sit debitor parentibus, & patriæ, & vt quemadmodum ad religionē pertinet exhibere cultum parentibus, & patriæ: nam diuersimode homo efficitur aliorum debitor secundum eorum diuersam excellentiam, & diuersa beneficia ab eis accepta: sed in cultu parentum includitur cultus omnium consanguineorū, ex dictis. & in cultu patriæ omnium conciuium, & patriæ amicorum, Ergo.* lib. 8. Eth. cap. 12.

2. Concl. Nomen pietatis ad diuinum cultum refertur, prout religio includit pietatem, quia in maiori includitur minus.

3. Concl. Et more vulgi late sumpto vocabulo vtimur nomine pietatis, etiam in operibus misericordiæ.

4. Concl. Communicationes conciuium, & consanguineorum, magis referuntur ad principia nostri esse, quā alię communicationes vnde magis ad eas nomen pietatis extenditur.

Art. 2. Vtrum pietas exhibeat parentibus sustentationem.

1. Concl. Patri per se, vt pater est, cum sit maior & quasi principium filij existens debetur reuerentia, & obsequium.

2. Concl. Per accidens patri debetur quod decet eū accipere secundum quod ei accidit: vt si sit infirmus, quod visitetur, & eius curationi intendatur: si pauper sustentetur, &c. Mat. 15.

1. *Ex Domini sententia, qui redarguit Pharisæos impedentes filios, ne parentibus subuenirent.* lib. 2. de inuent.

2. *Ex Tullio, qui inquit, pietas exhibet officiū, quod refertur ad obsequium, & cultum, quod refertur ad reuerentiam.*

3. Concl. In honoratione parentum intelligitur omnis subuentio, quæ debet parentibus exhiberi, vt Dominus interpretatur.

4. Concl. Quod filius aliquid conferat patri, hoc est per accidens, ratione alicuius necessitatis, in qua tenetur subuenire, non tenetur autem thesaurizare, quasi in longinquum, quia naturaliter non parentes filiorum, sed filij parentum sunt successores.

5. Concl. Licet pietas debeatur omnibus consanguineis, patriæ benenolis, &c. non tamen æqualiter omnibus, sed precipue parentibus.

Art. 3. Vtrum pietas sit specialis virtus ab alijs distincta.

Pietas est specialis virtus.

1. Concl. 1. *Quia a Tullio ponitur pars iustitiæ.*

2. *Cum ad rationem iustitiæ pertineat, vt debitum alij reddat, vbi inuenitur specialis ratio debiti alicui personæ, ibi est specialis virtus: quoniā illa est specialis virtus, quæ respicit aliquod obiectū secundum speciale rationem. Sed debetur aliquid alicui specialiter, quia est connaturale principium*

producens in esse, & gubernans, quod respicit pietas. Ergo.

2. Concl. Pietas videtur procedere ex amore, non quocunque modo, sed vt est protestatio quędam caritatis, quam quis habet ad parentes, & ad patriam.

3. Concl. Pietas est alia virtus à religione, quæ cultum Deo exhibet: verum per excellentiam cultus Dei nominatur pietas, sicuti & Deus excellenter dicitur, Pater noster.

4. Concl. Iustitia legalis magis habet, quod sit virtus generalis, quam pietas.

Quia respicit bonum patriæ, vt est bonum commune: pietas autem patriam, vt est nobis quoddam essendi principium.

Art. 4. Vtrum occasione religionis sint prætermittenda pietatis officia in parentes.

1. Concl. Mat. 15. Propter religionem non sunt prætermittenda pietatis officia in parentes.

1. Quia Dominus redarguit Pharisæos, quod instituta religionis honorem parentibus debitum subtrahere docerent.

2. Nulla virtus alteri virtuti contrariatur, cū bonum non sit bono contrarium. Sed pietas & religio sunt virtutes. Ergo non se mutuo impediunt, & actus vnius non excludit actum alterius: quia actus virtutis certis circumstantijs limitatur, quas si prætereat, actus non erit virtutis actus, sed vitij.

2 Concl. Si cultus parentum abstrahat nos à cultu Dei, tunc dimittenda sunt officia pietatis in parētes propter diuinum religionis cultum: quia excederetur debitus modus, si plus homo tenderet ad colendum patrem, quam Deum. Vade non esset pietatis parentum insistere cultui contra Deum, *Parricidatum, aut Hieronymo, perge patrem, &c.*

Exod. 32. Luc. 14. 3 Concl. Illud, *si quis venit ad me, & non odit patrem suū*, sic exponit Greg. Homil. 37. in Euang. quod parentes, quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo, & fugiendo nescire debemus

Exod. 33. Leuitæ vero dicuntur fuos consanguineos ignorasse, quia idololatris secundum mandatum Domini non pepercerunt.

4 Concl. Dominus prohibuit discipulum à sepultura patris, quia sicut Chrysost. inquit, per hoc Dominus eum a multis malis eripuit: & quia alij erant, qui complere poterant illud munus.

5. Concl. Qui habet parentes, qui ex se sustentari nō valent, non debet, eis relictis, religionem intrare: quia transgrederetur præceptum de honoratione parentum: qui est in religione mortuus, resuscitatur quasi mortuus mundo: vnde non debēt occasione subuentionis parentum exire claustrum: potest tamen ex licentia sui prælati pium studium adhibere, vt suis parentibus subueniatur.

Quæstio 102. De obseruantia, & partibus eius.

Artic. 1. Vtrum obseruantia sit specialis virtus ab alijs distincta.

1. Concl. lib. 2. de inuent. Obseruantia est specialis virtus ab alijs distincta.

1. Tullius numerat eam inter alias iustitiæ partes, quæ sunt speciales virtutes.

2. Vt carnalis pater participat particulariter rationem principij, quæ communiter inuenitur in Deo, ita etiam persona, quæ quantum ad aliquid prouidentiā circa nos gerit, vt princeps, dux: magister, &c. particulariter participat proprietatem patris, & patres appellantur propter similitudinem curæ, pater enim est principium generationis, & educationis, & omnium, quæ ad perfectionem humanæ vitæ pertinent. Ergo sicut sub religione, per quam cultus exhibetur Deo, inuenitur quodammodo pietas, per quam coluntur parentes, ita sub pietate inuenitur obseruantia, per quam cultus, & honor exhibentur personis in dignitate cōstitutis: quia oportet, vt eo modo per quendam ordinatum descensum distinguantur virtutes, sicut excellentia personarum, quibus est aliquid reddendum.

† 2. Concl. Licet pietas per quandam excellentiam possit dici obseruantia: tamen, obseruantia proprie dicta, à pietate distinguitur.

3. Concl. Reuerentia: quæ propter quamcunque excellentiam aliquibus exhibetur, pertinet ad eandem virtutem obseruantiæ, quia licet quis per scientiam, & virtutem non sortiatur rationem principij, quantum ad alios: redditur tamen idoneus ad dignitatis statum.

4. Concl. Quamuis ad iustitiam specialem propriè sumptam pertineat reddere æquale ei, cui aliquid debetur, tamen hoc non potest fieri ad virtuosos, & ad eos, qui bene statu dignitatis vtuntur: vnde hoc ad quandam virtutem adiunctam pertinet, non ad specialem iustitiā, quæ est specialis virtus.

Artic. 2. Vtrum ad obseruantiam pertineat exhibere cultum, & honorem his, qui sunt in dignitate constituti.

1. Concl. Obseruantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, quodam cultu, & honore dignantur.

lib 2. de inuent.

1. Ex Tullio, qui eam sic describit.

2 Cum ad eos, qui sunt in dignitate constituti, pertinat gubernare subditos, & gubernare sit mouere aliquos in debitum finem, oportet, vt ille, qui est in dignitate constitutus, prius considerentur excellentia quadam potestate in subditos, deinde ipsum gubernationis officium. Sed ratione excellentiæ debetur ei honor, qui est quædã recognitio excellentiæ, & ratione officii debetur cultus, qui in quodam obsequio consistit. Ergo.

† 1. Concl. In cultu non solum intelligitur honor, sed etiam quæcunq; alia, quæ pertinẽt ad decentes actus, quibus homo ad alium ordinatur.

3 Concl. Debemus cultum, & honorem in dignitate constitutis, etiam si non simus eis subiecti, non ex debito legali, sed morali, quod ex quadam honestate debetur.

4. Concl. Excellentiæ eorum, qui sunt in dignitate, debetur honor ratione sublimioris gradus, timor autem ratione potestatis, obedientia ratione officii gubernationis, & tributa, quæ sunt quasi stipendia laboris ipsorum.

Art. 3. Vtrum obseruantia sit potior virtus quam pietas.

1. Concl. Pietas obseruantiæ præeminet, inquantum cultum reddit personis magis coniunctis, quibus magis obligamur.

1. Inter præcepta legis immediate post præcepta religionis, quæ pertinent ad primam tabulam, subditur præceptum de honoratione parentum, quod pertinet ad pietatem.

2. Comparatio obseruantiæ ad pietatem debet attendi secundum diuersas habitudines diuersarum personarum ad eos, quæ respicit vtraq; virtus. Sed personæ parentum, & eorum, qui sunt nobis singulariter coniunctis substantialiter nobis coniunguntur, quam quæ sunt in dignitate constituta; quia magis ad substantiam pertinet generatio, & educatio, cuius principium est pater, quam exterior gubernatio, cuius principium sunt personæ in dignitate constitutæ. Ergo.

† 2. Concl. Princeps comparatur ad patrem, vt virtus vniuersalis ad particularem, quantum ad exteriorem gubernationem, non autem vt pater est principium generationis.

3. Concl Prout personæ in dignitate constitutæ ordinantur ad bonum commune, earum cultus non pertinet ad obseruantiam, sed ad pietatem.

4. Concl. Licet virtuosi secundum se considerati sint magis digni honore, quam personæ parentum: tamen filii magis obligantur propter beneficia suscepta, ad exhibendũ honorem, & cultum parentibus; quam extraneis virtuosis.

Quæstio 103. De dulia.

Art. 1. Vtrum honor importet aliquid corporale.

1 Concl. Epist. ad Gerom. HOnor consistit in signis exterioribus, & corporalibus.

1. Honor ex Hieron. aliquando pro eleemosyna, vel munere accipitur. Sed hæc ad corporalia pertinent, Ergo.

Arist. 8. Eth. c. 2. 2. Honor testificationem quandam importat de excellentia alicuius. Sed quoad homines nemo potest testimonium ferre, nisi signis exterioribus, scilicet verbis, factis, vel extrinsecis rebus. Ergo.

2. Concl. Honor quoad Deum potest consistere in solo interiori motu credis.

Quia coram Deo, qui spectator est cordium, sufficit testimonium conscientiæ

† 3. Concl. Reuerentia non est idem quod honor, sed ex vna parte est primum motiuum ad honorandum, ex alia est honoris finis, dum quis honoratur, vt in reuerentia habeatur ab alijs.

4. Concl. Arist. lib. 4. Eth. c. 13. Honor dicitur præmium virtutis, licet non sit sufficiens: quia nihil potest esse maius honore in corporalibus rebus, prout sunt signa manifestatiua excellentis virtutis.

5. Concl. Laus distinguitur ab honore: quia consistit in solis signis verborum: honor autem in quibuscunque exterioribus signis, qua ratione includit laudem: & quia per honorem reddimus testimonium de excellentia bonitatis alicuius absolute, sed per laudem testificamur de alterius bonitate in ordine ad finem: at gloria est effectus honoris, & laudis.

Art. 2. Vtrum honor proprie debeatur superioribus,

1. Concl. Honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem.

lib. 5. Eth. c. 6. & lib. 9. c. 3. 1. Honor ex Arist. debetur optimis. Ergo.

2. Honor nihil aliud est, quam protestatio de excellentia bonitatis alterius. Sed excellentia potest considerari non solum per comparationem ad honorantem, vt scil. qui honoratur sit excellentior honorante, sed etiam secundum se, vel per comparationem ad aliquos alios, & secundum hoc semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem. Nec enim oportet, vt qui honoratur sit excellentior honorante, sed vel æqua, vel ipso honorante, quantum ad aliquid. Ergo.

† 2 Concl. Apoc. 19. Angelus prohibuit Ioannem, non à quacunque honoratione, sed ab honoratione adorationis latriæ, vel etiam fortasse dulię, vt Ioannis dignitatem Angelis per Christum adæquati ostenderet.

3. Concl. Prælati mali non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis, secundum quam sunt Dei ministri.

4. Concl. Phil. 2. 1. Pet 2. Rom. 12. Esther. 3. In quolibet inuenitur aliquid, ex quo potest aliquis eum superiorem reputare: & secundum hoc omnes se inuicem debent honore præuenire.

5. Concl. Priuatæ personæ interdum honorantur à Regibus, nõ quod sint superiores, sed propter aliquam excellentiam virtutis ipsarum, & sic fuerunt honorati Tobias, & Mardochæus.

Art. 3. Vtrum dulia sit specialis virtus a latria distincta.

1. Concl. Dulia, quæ debitam seruitutem exhibet homini dominanti, alia virtus est à latria, quæ exhibet debitam seruitutem diuino dominio.

lib. 10. de ciu. c. 1. 1 *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Vbi est alia ratio debiti, ibi necesse est quod sit alia virtus, quæ debitum reddat. Sed alia ratione debetur seruitus Deo, & homini, sicut alia ratione competit dominium Deo & homini; Deus enim habet plenarium, & principale dominium respectu totius creaturæ: homo autem tantum particularem potestatem ex participatione similitudinis diuini dominij. Ergo.*

Dulia est quædam species obseruantiæ: Quia per obseruantiam honoramus quascunque personas dignitate præcellentes: per dulian autem proprie sumptam serui suos dominos venerantur. Vnde latine, seruitus dicitur.

†3. Concl. Latria per excellentiam dicitur dulia, inquantum Deus per excellentiam est dominus; & hac ratione dulia aliquando attribuitur Deo.

4. Concl. Et si eadem sit caritas, qua diligimus Deũ & proximum; quia Deus est ratio diligendi proximum; non tamen latria & dulia sunt eadem virtus; quia alia est ratio seruiendi Deo, alia seruiendi homini.

3. Concl. Licet motus qui est in imaginem quodammodo sit in rem; non tamen motus qui est in rem oportet quod sit in imaginem. Vnde licet reuerentia, quæ fit alicui vt est imago Dei redundet quodammodo in Deum: tamen alia est reuerentia, quæ ipsi Deo exhibetur,

Art. 4. Vtrum dulia habeat diuersas species.

1. Concl. Dulia stricte sumpta, prout secundum eam seruus reuerentiam exhibet domino; non diuiditur in diuersas species, ed est vna specierum obseruantiæ.

1. *Dulia dividitur contra latriam. Sed latria non dividitur in plures species. Ergo.* lib. 2. de inuent.

2. *Quia alia ratione, vt ait Tullius, seruus reueretur dominum, miles ducem, discipulus magistrum, &c.*

2. Concl. Si dulia communiter accipiatur, vt exhibet reuerentiam cuicunque homini, ratione cuiuscunque excellentiæ, continet sub se pietatem, obseruantiam, & omnem virtutem, qua homini reuerentiam exhibet: vnde patet ad primum.

†3. Concl. Hyperdulia est potissima species duliæ communiter sumptæ: quia maxima reuerentia debetur homini ex affinitate, quam habet ad Deum.

4. Concl. Creaturæ irrationali in se consideratæ non debetur ab homine aliqua subiectio, vel honor, sed contra. Quod autem crux Christi honoretur, hoc fit eodem honore, quo Christus honoratur, sicut purpura regis, &c.

Quæstio 104. De obedientia.

Art. 1. Vtrum vnus homo teneatur alteri obedire.

1. Concl. TEnentur inferiores suis superioribus obedire ex ordine iuris naturalis, & diuini.

Heb. 13. 1. *Ex Apost. obedite præpositis vestris, &c.*

2. *Sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentiis naturalibus; ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. Sed in rebus naturalibus oportet vt superiora moueant inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis diuinitus collatæ. Ergo etiam oportet, vt in humanis superiores moueant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Sed mouere per rationem, & voluntatem est præcipere. Ergo.*

† 2. Concl. Eccl. 15. Deus reliquit hominem in manu consilii sui, non quod liceat ei facere quidquid velit, sed quia ad id, quod faciendum est, non cogitur necessitate naturæ; sed libera electione ex proprio consilio procedente; quod etiam requiritur ad hoc vt obediat suis superioribꝰ.

3. Concl. Diuina voluntas est prima regula humanæ actionis. Voluntas autem vnius hominis præcipientis potest esse quasi secunda regula, voluntatis alterius obedientis.

4. Concl. Licet obedire sit debitum: tamen si propria voluntate quis obediat, non ob hoc minuitur meritum, maxime apud Deum: quia opus redditur laudabile, & meritorium præcipue prout ex voluntate proceditur.

Art. 2. Vtrum obedientia sit specialis virtus.

Obedientia est specialis virtus. 1. Concl.

1. Quoniam à quibusdam ponitur pars iustitiæ.

2. Ad omnia opera bona, quæ specialem habent rationem laudis, specialis virtus determinatur. Sed obedire superioribus cum sit debitum secundū diuinum ordinem, est bonum, & habet specialem rationem laudis ex special obiecto, quia specialiter inferiores tenentur præcepta superiorum obedire. Ergo Vnde ens specialē obiectū, est superiorū præceptum, tacitum, vel expressum.

† 2. Concl. Si obedientia propriè accipiatur, vt respicit per intentionem formalem rationem præcepti; erit specialis virtus, & inobediētia speciale peccatum, quia secundum hoc ad obedientiam pertinet, vt impleat actum iustitiæ, vel alterius virtutis intendens implere præceptum, & ad inobedientiam, vt actualiter contemnat speciale præceptum. Si vero large sumatur prō executione cuiuscunque, quod potest cadere sub præcepto, & inobedientia pro omissione eiusdem ex quacunque intentione, obedientia erit generalis virtus, & inobedientia genetale peccatum.

3. Concl. Obedientia non est virtus theologica, quia eius obiectum per se non est Deus; sed moralis, quia est pars iustitiæ, cuius superfluum non attenditur secundum quantum; sed secundum alias circumstantias, vt cum quis obedit cui non debet, vel in quibus non debet, &c.

4. Concl. Greg. Glt. Mor. c. 13. Obedientia quæ habet aliquid de suo in prosperis est, vel nulla, vel minor; quia tunc voluntas propria non videtur principaliter tendere ad implendum præceptum, sed ad exequendum proprium volitum: in aduersis autem, vel difficilibus est maior, quia voluntas in nihil aliud tendit, quam in præceptum: quod est intelligendum secundum id, quod exterius apparet: nam secundum Dei iudicium, secus aliquando accidit.

3. Conc. Obedientia non respicit diuersam rationem excellentiæ, sed propriæ præceptum personæ excellentis, ideo est tantum vnius rationis.

Art. 3. Vtrum obedientia sit maxima virtutem.

1. Concl. Obedientia cum sit virtus moralis, est inferior virtutibus theologicis.

Greg. Glt. Mor. c. 13. 1. Obedientia habet laudem ex caritate. Ergo caritas est potior.

2. Sicut peccatum consistit in hoc quod homo contempto Deo commutabilibus bonis inhæret, ita meritum virtuosi actus in hoc, quod bono contemptis bonis creatis, Deo inhæret, sicut fini. Sed si bona creata contemnuntur propter hoc, vt Deo inhæreatur, maior est laus virtutis ex hoc quod Deo inhæret, quam ex hoc, quod bona terrena contemnit; quia finis potior est his, quæ sunt ad finem. Ergo virtutes theologicæ quibus Deo secundum se inhæretur sunt potiores moralib. quibus aliquid terrenum contemnitur, vt Deo inhæretur.

1. Concl. Obedientia est suprema inter virtutes morales.

1. Inter has virtutes tanto aliqua potior est, quanto aliquis magis aliquid contemnit, vt Deo inhæreat. Sed huiusmodi est obedientia, qua propter Deum contemnit propriam voluntatem, quæ est potior non solum bonis externis, & corporis, sed etiam animi, cum per eam homo omnibus aliis bonis fruatur. Ergo.

2. Opera aliarum virtutum ideo sunt meritoria, quia fiunt vt obediatur voluntati diuinæ. Ergo: vnde dicitur, quod qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. 1. Ioan. 2.

† 3. Concl. Et si obedientia ex se considerata, sit specialis virtus: tamen vt procedit ex reuerētia continetur sub diuersis virtutibus: si sit ex reuerētia prælatorū, est sub obseruantia: si parentū, sub pietate: si Dei sub religione, & pertinet ad deuotionem, quæ est principalis actus religionis: & secundum hoc dicitur quod laudabilius est obedire Deo, quam sacrificium offerre: quia in sacrificio immolatur aliena caro; in obedientia propria voluntas. Greg. Glt. Mor. c. 13.

4. Concl. Obedientia omnes virtutes menti inserit & custodit, quia ad eam pertinent actus omnium virtutum prout sunt in præcepto: vnde causaliter, vel dispositiue operatur ad earum generationem. Nec ideo est omnibus prior, quia potest aliquis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti: rursus, quia infusio gratiæ & virtutum potest præcedere etiam tempore omnem actum virtuosum. Vt. mor. cap. 13.

5. Concl. Cum Greg. ait, propter obedientiam debet interdum prætermitti aliquod bonum, non loquitur de his, ad quæ homo ex necessitate tenetur, sed de his, ad quæ non tenetur, quæ licet prætermittere propter obedientiam, ad quam ex necessitate tenetur.

Art. 4. Vtrum in omnibus sit Deo obediendum.

1. Concl. Sicuti naturali necessitate omnia naturalia subduntur diuinæ motioni, ita quadam necessitate iustitiæ omnes voluntates tenentur obedire diuino imperio.

Matth. 9. Grego.

1. Exod. 24. *Omnia quæcunq; locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes.*

2. *Qui obedit, mouetur per imperium eius cui obedit; sicut res naturales mouentur per suos motores. Sed sicut Deus est primus motor omnium, quæ naturaliter mouentur, ita est primus motor omnium voluntatum. Ergo.*

† 2. Concl. Dominus dixit cæcis vt miraculum occultarent, non quasi intendens eos ad hoc obligare, sed vt exemplum sequentibus se daret, vt ipsi virtutes suas occultare desiderent, & tamen vt alii eorum exemplo proficiant prodantur inuiti.

Gen. 22. 3. Concl. Deus nihil potest præcipere contra virtutem, sed bene contra consuetũ viatutis modum: & sic præcepit Abrahæ vt filium occideret: quod nõ fuit contra iustitiam; quia Deus est actor mortis, & vitæ. Sic etiam vt Iudæi, acciperent res Ægyptiorum, quia eius sunt omnia: & Oseæ, vt mulierem adulteram acciperet; quia ille est debitus modus vtendi mulieribus, quem Deus instituit.

4. Concl. Licet non semper homo teneatur velle, quod Deus vult, semper tamen tenetur velle, quod Deus vult eum velle, quod homini innotescit per præceptum.

Art. 5. Vtrum subditi teneantur suis superioribus in omnibus obedire.

1. Concl. Obediens mouetur imperio præcipientis ex quadam necessitate iustitiæ: vt res naturales virtute motoris, necessitate naturali: cuius motus impeditur, vel propter virtutem maiorem alterius motoris, vt calefactio ligni ob vim aquæ: vel ob defectum ordinis mobilis ad motorem: vt si humor subiiciatur actioni ignis, quantum ad calefieri, sed non quantum ad exiccari.

2. Concl. Similiter ex duobus quis potest impediri ne suo superiori teneatur obedire: vel ob præceptum maioris, vt habet Glos. Rom 13. & Act. 5. Obedire oportet magis Deo, quam hominibus: vel quia aliquid præcipitur, in quo præcipienti non subditur. *Errat*, ait Seneca, *si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere; pars enim melior excepta est, id est animus*, &c.

3. Concl. Vnde in his quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo.

4. Concl. Similiter in his quæ pertinent ad naturam corporis, scilicet ad illius vstentationem, & prolis generationem: quare nec serui dominis, nec filii parentibus tenentur obedire de matrimonio contrahendo, & de virginitate seruanda, &c. Quia in his omnes sunt pares.

5. Concl. In his, quæ exterius per corpus sunt agenda, quæ pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum tenetur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis: & miles duci, in his quæ pertinent ad bellum, seruus Domino in his quæ pertinent ad seruilia opera: filius patri in his, quæ pertinent ad disciplinam, &c.

Coloss. 3. † 6. Concl. Illud, filii obedite per omnia, &c. intellige quantum ad ea quæ pertinent ad ius patriæ, vel dominatiuæ potestatis.

7. Concl. Subditi non subiiciantur suis inferioribus in omnibus, sicuti Deo; sed quantum ad quædam determinate, & quantum ad illa, medii sunt inter Deum, & subditos; quantum ad alia vero immediate subduntur Deo, à quo instruuntur per legem naturalem, vel scriptam.

8. Concl. Religiosi obedientiam profitentur quantam ad regulatem conuersationem, secundum quam suis prælatis subduntur: vnde quantum ad illa sola obedire tenentur, quæ possunt ad regulatem conuersationem pertinere: quæ est sufficiens obedientia ad salutem: si in aliis licitis obediant, pertinet ad perfectionem.

Art. 6. Vtrum Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire.

1. Concl. Tit. 3. 1. Pet. 2. Per fidem Christi non excusantur fideles, quin principibus secularibus obedire teneantur.

1. *Admone illos, ait Paul. principibus subditos esse. & Petrus, subiecti estote, &c.*

1 Rom. 3. 2. *Per fidem Christi non tollitur ordo iustitiæ, sed magis firmatur: quia ex Paul. est eius principium, & causa. Sed ordo iustitiæ requirit, vt inferiores suis superioribus obediant: quia aliter, humanum regimen stare conservarive non posset. Ergo.*

† 2. Concl. Christiani, qui filii Dei sunt per gratiam, liberi sunt à spirituali seruitute corporali, qua temporalibus dominis tenentur.

3. Concl. Lex vetus cessauit per Christum, quia fuit figura noui testamenti; non lex humana, qua homo homini subiicitur.

4. Concl. Principibus secularibus intantum homo obedire tenetur, inquantum ordo iustitiæ requirit. Vnde si non habeant iustum principatum, vel si iniusta percipiant non est eis obediendum, nisi ad vitando scandalum.

Quæstio 105. De inobedientia.

Art. 1. Vtrum inobedientia sit peccatum mortale.

1. Concl. INobedientia qua quis inobediens est præceptis superiorum, est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectioni contrarium.

Rom. 1. 1. Tim. 1. *Ex Paul. qui connumerat inobedientiam inter peccata mortalia.*

Rom. 13. *Peccatum mortale est quod contrariatur caritati, qua diligitur Deus, & proximus. Sed caritas Dei exigit, vt mandatis eius obediatur. Ergo esse inobediente in diuinis præceptis, est peccatum mortale. Sed in præceptis diuinis, est, quod superioribus obediatur, vt patet ex Paul. Ergo contrariatur etiam caritati proximi, cui subtrahitur obedientia.*

2. Concl. Ambros. dicens, *omne peccatum est inobedientia*, loquitur de mortalibus: quia veniale non est inobedientia, cũ non fit contra, sed præter præceptũ. Nec etiam omne mortale, formaliter loquendo, est inobedientia, sed solum quando quis contemnit præceptum.

lib. 2. de pecc. mer. c. 8.

3. Concl. Nihil prohibet ex peccato veniali oriri mortale, quia veniale est dispositio ad mortale, & sic inobedientia est mortale, licet oriatur ex inani gloria, quæ est peccatum veniale.

4. Concl. Si Prælatus tot præcepta ingerat, vt subditus ea implere non possit, excusatur a peccato, quia nullus obligatur ad impossibile.

Art. 2. Vtrum inobedientia sit grauissimum peccatum.

1. Concl. Inobedientia non est grauissimum peccatum, sed grauius est illud, quod directe pertinet ad contemptum Dei, vt blasphemia, & cætera etiam remota per intellectum inobedientia a peccato.

Grauius enim est contemnere præcipientem, quam præceptum, cum ex reuerentia præcipientis procedere debeat reuerentia præcepti

2. Concl. Non omnis obedientia est æquale peccatum, sed vna potest esse grauior altera vel ex parte præcipientis, quia magis debitum est obedire superiori potestati, quam inferioti: vel ex parte præceptorum, quia præcipiens non vult æqualiter impleri omnia, quæ mãdat, sed magis vult finem, & id quod est fini propinquius. Vnde tanto est inobedientia grauior, quanto præceptum quod quis præterit, magis est de intentione illius, qui præcipit, quod in præceptis Dei manifestum est.

Non quanto præceptum est de maiore bono, tanto inobedientia est grauior. At præceptum Dei est tale, quia voluntas Dei semper vult magis impleri, quod melius est. Ergo, Verum, quia voluntas hominis non semper fertur in melius, ideo cum obligamur ex solo hominis præcepto, non est maius peccatum ex eo, quod maius bonum præteritur, sed ex eo, quod præteritur illud, quod est magis de intentione præcipientis. Quare inobediens præcepto de dilectione Dei, grauius peccat, quam inobediens præcepto de dilectione proximi: & qui est inobediens præcepto diuino, quam qui contemnit humanum. Oportet ergo diuersos obedientiæ gradus diuersis peccatorum generibus comparare.

† 3. Concl. Cum dicitur, quasi peccatum ariolandi est repugnare, &c. non est comparatio æqualitatis, sed similitudinis: quia inobedientia redundat in contemptum Dei, sicut idololatria.

1 Reg. 15.

4. Concl. Non omnis inobedientia est peccatum in Spiritum sanctum, sed illa, cui obstinatio adhibetur: quia non constituit peccatum in Spiritum sanctum contemptus cuius libet, quod peccatum impedit, sed tantum illorum, quæ directe ducunt ad pœnitentiam.

5. Concl. Peccatum primi parentis non fuit inobedientia, vt est speciale peccatum, sed superbia.

Quæstio 106. De gratia, siue gratitudine

Art. 1. Vtrum gratia sit specialis virtus ab aliis distincta.

1. Concl. GRatia, siue gratitudo, quæ benefactori aliquis gratiam recompensat, distinguitur a religione, pietate, & obseruãtia, sicut quod libet posteriorum distinguitur a priore quasi ab eo deficiens.

lib. 2. de inuent. 1. *Tullius ea ponit specialem iustitiæ partem.*

2. *Secundum diuersas causas, ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificari debiti reddendi rationem. Sed post Deum parentes, & personas in dignitate constitutas, particulariter obligamur benefactoribus, a quibus magna particularia beneficia accepimus, & non quidquid debemus Dei, vel patri, vel personæ dignitate præexcellenti, debemus benefactori. Ergo.*

† 2. Conc Licet gratia secundum quandam excellentiam contineatur in virtutibus superioribus, non ideo fit, quin sit specialis virtus, vt dictum est de aliis.

3. Concl. Retributio proportionalis tunc pertinet ad iustitiam commutatiuam, quando attenditur secundum debitum legale, sed quando fit ex solo debito honestatis, pertinet ad virtutem

2. Concl. Quando pertinet ad amicitiam, & habet rationem debiti moralis, vt cum pertinet ad gratiam, in amicitia vtilis, debet recompensatio fieri secundum vtilitatem, quam quis ex beneficio consecutus est: in amicitia honesti debet haberi respectus ad affectum dantis: quia hoc præcipue requiritur ad virtutẽ.

† 3. Concl. Sic recompensatio gratiæ attendit magis affectum dantis, quam effectum: quia respicit beneficium, vt est gratis impensum.

Senec. l. 1. de benef. c. 7. *Magis enim interdum nos obligat, qui dedit parua magnifice, aut Senec.*

4. Concl. Beneficium vt est laudabile, & vt ei gratię recompensatio debetur, materialiter consistit in effectu, sed formaliter & principaliter in voluntate.

Gratia est pars iustitiæ, non vt species generis, sed per quandam reductionem ad genus iustitiæ: vnde non oportet vt eadem ratio debiti attendatur in vtraque.

5. Concl. Affectum hominis per se solus Deus cognoscit, sed per signa manifestatus cognoscitur etiam ab homine.

Art. 6. Vtrum oporteat aliquem plus exhibere in recompensationem, quam susceperit in beneficio.

1. Concl. Gratiæ recompensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid maius retribuat.

lib. 5. Eth. cap. 5. 1. *Resaluari oportet ei, aut Arist. qui gratiã fecit, & rursus ipsum recipere, quod sit, dum aliquid maius retribuitur.*

2. *Recompensatio respicit beneficium secundum voluntatem benefacientis, in quo præcipue commendatur, quod beneficium gratis contulit: vnde qui beneficium accepit, ad hoc obligatur, vt similiter aliquid gratis impendat. Sed non videtur aliquid gratis impendere, nisi excedat quantitatem accepti beneficij, quia quandiu reddit minus, vel æqua esse videtur reddere, quod accepit. Ergo.*

† 2. Concl. Si attendamus non ad effectum, sed ad voluntatem dantis, & retribuendis, potest filius aliquid majus patri retribuere.

3. Concl. sen lib. 3. de ben. c. 1. Non est inconueniens si obligatio gratitudinis interminabilis sit, quia deriuatur ex caritate, quæ quanto plus soluitur, tanto magis debetur.

4. Concl. Rom. 13. Sicut in iustitia attenditur æqualitas rerum, ita in gratitudine attenditur æqualitas voluntatum sicuti ex promptitudine voluntatis quis beneficium contulit ad quod non tenebatur, ita qui accipit aliquid supra debitum recompenset.

Quæstio 107. De ingratitudine.

Art. 1. Vtrum ingratitudo sit semper peccatum.

1. Concl. OMnis ingratitudo est peccatum.

2. Tim. 3. 1. *Ex Apostolo, qui eam inter alia peccata commemorat.*

2. *Debitum gratitudinis est quoddam debitũ honestatis, quam virtus requirit. Sed ex hoc aliquid est peccatum, quod repugnat virtuti. Ergo.*

† 2. Concl. Et, quia auxilium tulit ad peccandum, non debetur gratiarum actio: nisi forte propter voluntatem bonam, si fit deceptus, dum credidit adiuuare ad bonum, iuuit, ad malum.

3. Concl. Nemo propter impotentiam reddendi ab ingratitudine excusatur, quia ad hoc debitum reddendum, sufficit sola voluntas: oblitio autem beneficij ad negligentiam pertinet, si ex negligentia prouenit.

4. Concl. Debitum gratitudinis ex debito amoris deriuatur, a quo nullus debet velle absolui.

Art. 2. Vtrum ingratitudo sit speciale peccatum.

1 Concl. Sicut gratitudo, vel gratia est vna specialis virtus, ita ingratitudo est vnũ speciale peccatum.

Nam cum virtus gratitudinis in aliquid amplius tendat, proprie ingratitudo nominatur ex gratitudinis defectu, cum omne vitium ex defectu virtutis nominetur: Sed omnis defectus, seu privatio speciem sortitur secundum habitum oppositũ. Ergo cum opponatur gratiæ, quæ est speciale virtus, erit speciale peccatum.

2. Concl. Ingratitudo habet diuersos gradus secundum ordinem eorum quæ ad gratitudinem requiruntur, in qua primum est, quod homo acceptum beneficium recognoscat: deinde quod laudet, & gratias agat: postremo quod retribuat pro loco, & tempore secundũ suam facultatem: sed quia quod est vltimum in generatione est primum in intentione, ideo primus ingratitudinis gradus est, vt homo beneficiũ non retribuat: secundus vt dissimulet: tertius grauissimus, quod non recognoscat, siue per oblitionem, &c. & quia in affirmatione opposita intelligitur negatio, ideo ad primũ gradũ pertinet quod retribuat mala pro bonis: ad secundũ quod beneficiũ vituperet, ad tertium quod illud quasi maleficiũ reputet. Vnde soluitur primũ, in quo numerantur gradus, &c.

† 3. Concl. In quolibet peccato est materialis ingratitudo in Deum, sed formaliter ingratitudo

est quando beneficium contemnitur, quod est speciale peccatum.

Concl. Nihil prohibet formalem rationem alicuius specialis peccati, vt accidit in hoc peccato, in pluribus peccatorum generibus materialiter inuenitur.

Art. 3. Vtrum ingratitudo semper sit peccatum mortale.

Concl. Ingratitudo, per solam omissionem, vt beneficium non recognoscere, non laudare, &c. non semper est peccatū mortale: quia debitū gratitudinis est, vt homo aliquid liberaliter tribuat, ad quod non tenetur ideo, &c.

Est tamen peccatum venialet.

1. Concl. *Quia prouenit ex quadam negligentia, & indispositione ad virtutem.*

Potest tamen esse mortale: vel propter interiorem contemptum: vel propter conditionem eius, quod subtrahitur, quod ex aliqua necessitate debeatur beneficio, siue in casu necessitatis.

4. Concl. Ingratitudo, qua quis non solum prætermittit debitum gratitudinis, sed contrarium agit, quandoque est mortale, quandoque veniale, secundū conditionem eius quod agitur. sed illa tantum habet perfectam ingratitudinis rationem, quæ prouenit ex peccato mortali.

† 5. Concl. Etiam per peccatum veniale aliquis est ingratus Deo, non secundum perfectam ingratitudinis rationem, sed vt tollit aliquem actū virtutis, per quem Deo obsequitur: sed hæc non est contra caritatem.

6. Concl. Qui beneficium dedit, meminisse non debet, hoc est, illud prædicare, & iactare non debet.

7. Concl. Qui ignorat beneficium non est ingratus, si illud non recompenset, dummodo sit paratus recompensare, si sciret.

Art. 4. Vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda.

1. Concl. Circa ingratum duo considerantur: alterum quod sit dignus pati, & sic certum, est quod meretur beneficij subtractionem: alterum quid oporteat beneficium agere: & tūc, primum non debet cito iudicare alium esse ingrātum: quia, vt Seneca ait, *interdum quod reddit gratus est*, & forsitan non reddit, quia ei non occurrit opportunitas, &c. deinde debet benefic⁹ laborare, vt de ingrato facita gratum: quod si primo beneficio non facit, forte faciet secundo. Altissimus autem benignus est super ingratos, & malos, quem imitari debemus.

Lib. 3. de benef. c. 7.

Luc. 6.

Quando beneficijs multiplicatis qui recipit ingratitudinem augeat, & peior fiat à beneficiorum exhibitione cessandum. 2. Concl.

Illud, *ingratus spes tanquam hibernalis gla. ies tabescet*, intelligitur quantum ad id, quod digni pati. † 3. Concl. Sap. 26.

Qui beneficium ingrato exhibet, non dat ei occasionem peccandi, sed magis gratitudinis & amoris: quod si qui accipit ingratitudinis occasionem sumat, non est danti imputandum. 4. Concl.

Ingratus prius est beneficijs nouis sanandus, quam beneficiorum subtractione puniendus. 5. Concl.

Quæstio 108. vindicatione.

Art. 1. Vtrum vindicatio sit licita.

1. Concl. VIndicatio quæ fit per aliquod pœnale inflictum peccanti, potest esse licita quando intentio vindicantis fertur principaliter ad aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccantis: vt ad eius emẽdationem, vel cohibitionem, ad quietem aliorum, ad iustitiæ conseruationem, & Dei honorem, alijs debitis circunstantijs seruatis.

Quia quod expectatur à Deo, est bonū & licitū. Sed vindicta de hostibus est expectanda à Deo. Ergo.

2. Concl. Luc. 18. Quando intentio vindicantis fertur principaliter in malium eius de quo vindictam sumit, & ibi quiescit, est omnino illicitum.

1 Nam delectari in malo alterius pertinet ad odium, quod repugnat caritati, qua omnes homines diligere debemus.

Rom. 13. *2. Nemo excusatur si malum intendat illum, qui iniuste ipsi intulit malum, sicut non excusatur qui odit odientem, nemo enim debet in alū peccare propter hoc quod alius prius peccauit in ipsum, quia malum vindicandum est in bono. Ergo.*

† 3. Concl. Rom. 13. Qui secundum gradum sui ordinis vindictam exercet in malos, non vsurpat sibi quod Dei est, sed vtitur potestate sibi diuinitus concessa.

4. Concl. Mali tolleratur à bonis in hoc, quod ab eis proprias iniurias patienter sustinent prout oportet, non autem tolerant eos, vt sustineant iniurias Dei & proximorum.

5. Concl, Lex euangelij est lex amoris, vnde solū illis est timor incutiendus per pœnas, qui ex amore non mouentur ad bonum.

6. Concl. Quisque debet illatam iniuriam quantum pertinet ad propriam personā patienter tolletare, sed quando redundat in Deum, & in ecclesiam, debet quisque vlcisci.

7. Concl. Cum tota multitudo peccat, est de ea vindicta

23.qõ.1.ca inquanim

Exod.32. Num.25.

dicta sumenda, vel quantum ad totum multitudinem, vel quantum ad magnam partem. Quod si speretur multorum correctio, debet exerceri in paucos principaliores. Si pars multitudinis peccauit, si possunt secerni mali à bonis, illi puniantur: si non possit fieri sine scandalo, detrahendum est seueritati. Idem dicendum de Principe, cuius peccatum tollerandum est, si sine scandalo multitudinis puniri non possit, nisi forte peccatum sit maius scandalo.

Art. 2. Vtrum vindicatio sit specialis virtus.

Vindicatio est specialis virtus.

1. Ex Tullio, qui eam ponit parte iustitiæ.

2. *Cum virtutes perficiant nos ad prosequendum debito modo inclinationes pertinentes ad ius naturale, oportet quod ad quamlibet inclinationē naturalem determinatam ordinetur aliqua virtus specialis. Sed vindicatio est specialis inclinatio naturæ ad remouendum impedimenta, quia homo nocumenta repellit, per hoc, quod se defendit ne iniuriæ inferantur, vel dum illatæ vlciscitur, non intentione nocendi, sed remouendi nocumenta, quod pertinet ad vindicationem. Ergo.*

† 2. Concl. Punitio peccatorum, vt pertinet ad publicam iustitiam, est actus commutatiuæ virtutis: vt pertinet ad immutationem personæ singularis, à qua iniuria propulsatur pertinet ad virtutem vindicationis.

3. Concl. Fortitudo disponit ad actum vindictæ remouendo prohibens, s. timorem periculi: similiter zelus importat primam radicem vindicationis, prout dicit feruorem amoris: sed quia hæc non sufficiunt, requiritur specialis virtus.

4. Concl. Vindicationi opponuntur duo vitia: alterum per excessum, s. peccatum crudelitatis, vel sæuitiæ: alterum per defectum: vt cũ quis est nimis remissus in puniendo. Vnde virtus vindicationis consistit in hoc, vt homo secũdum omnes circunstantias debitam mensuram in vindicando conseruet.

Art. 3. Vtrum vindicatio debeat fieri per pœnas apud homines consuetas.

1. Co ct Vindicatio debet fieri per pœnas apud homines consuetas.

1. *Quia huiusmodi pœna determinantur in lege diuina, vt est dictum.*

2. *Vindicatio intantum licita est, inquantum tendit ad cohibitionem malorum. Sed mal. cohibentur per hoc, quod timent amittere, quæ plus amant, quam peccando adipiscuntur, alias timor nõ compesceret peccatum. Ergo vindicta de peccato, est sumenda per subtractionem omnium, quæ homo maxime diligit. Sed hoc fit per pœnas apud homines consuetas, quæ sunt, mors per quam amittitur vita: verbera, & talio, per quæ amittitur corporis incolumitas: seruitus, & vincula, per quæ amittitur libertas, exilium, per quod amittitur patria: damnum, per quod amittuntur diuitiæ: ignominia, per quam amittitur gloria.* Tul.

Dominus prohibet eradicari zizania, quãdo timetur ne simul eradicetur triticum, sed quando possunt eradicari mali per mortem, sine periculo, & cum vtilitate aliorum, debet fieri. † 2. Con Mat.13.

3. Concl. Omnes mortaliter peccantes sunt digni morte æterna, quantum ad futuram retributionem: sed quia pœnæ huius vitæ sunt medicinales, ideo illis solis peccatis pœna mortis infligitur, quæ in grauem perniciem aliorum cedunt.

4. Concl. Quando simul cũ culpa innotescit, & pœna, non est nociuum multitudini, quia plus terret pœna, quam alliciat exemplum culpæ.

Art. 4. Vtrum vindicta sit exercenda in eos, qui inuoluntarie peccauerunt.

1. Concl. Nullus punitur prout pœna consideratur secundum rationem pœnæ, nisi pro eo, quod voluntarie factum est.

1. *Pœna enim sub hac ratione, non debetur nisi peccato, cum per eam reparetur æqualitas iustitiæ, & qui peccando nimis secutus est suam voluntatē, aliquid contra suam voluntatem patitur. Sed omne peccatum est voluntarium. Ergo.*

2. Concl. Si pœna consideretur, vt est medicina, nõ solum vt sanatiua peccati præteriti sed etiam præseruatiua à peccato futuro, vel etiam promotiua ad aliquod bonum, aliquis interdum punitur sine culpa, licet non sine causa.

Quia medicina infert aliquando nocumentũ in minoribus, vt melioribus auxilium præstet: & quia bona temporalia sunt minima, & spiritualia sunt maxima, ideo quandoque punitur aliquis in temporalibus bonis sine culpa, vt sunt plures pœnæ præsentis vitæ diuinitus inflictæ, ad humiliationem, & probationem.

3. Concl. In spiritualibus bonis nemo punitur sine propria culpa, nec in præsenti, nec in futuro.

† 4. Concl. Cum aliquis punitur pro peccato alterius non pœna spirituali, sed temporali, vel quia vnus temporaliter est res alterius, vt filij &

ferur: vel vt peccatum vnius deriuatur in alterum, vel per imitationem, vel per modum meriti, qua ratione peccata subditorum meretur peccatorem Prælatum, siue per æqualem consensum, seu dissimulationem: vel tantum ad commundandam vnitatem humanæ societatis, ex qua vnus debet pro alio sollicitus esse, ne peccet. Illud, *visitans peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem*, magis videtur ad misericordiam, quam ad seueritatem pertinere, dum non statim vindicat, sed expectat, vt saltem posteri corrigantur.

5. Concl. Pœna damni punitur aliquis, secundum humanum iudicium etiam sine culpa, licet non sine causa.

1. cum quis sine sua culpa est impotens ad aliquod bonum habendum, vel consequendum: & sic propter legem retinetur aliquis ab administratione rei sic, vel propter bigamiam, vel irregularitatem sanguinis, a sacris ordinibus.

2. Quia bonum in quo damnificatur, non est proprium, sed commune vt cum clerici priuantur Episcopo, qui pertinet ad bonum ciuitatis.

3. Quia bonum vnius dependet ex bono alterius, sicut in crimine læsæ maiestatis filius amittit hæreditatem ex peccato parentis.

6. Conc. Paruuli diuino iudicio simul aliquando puniuntur cum parentibus, quia sunt res parentum, & in eis parentes quodammodo puniuntur, & id in eorum bonum cedit. Aliquando etiam exercetur vindicta in bruta animalia vt puniantur domini, & ad detestationem peccati.

7. Concl. Coactio timoris non facit simpliciter inuoluntarium, sed habet voluntarium mixtũ.

8. Concl. Apostoli pro peccato Iudæ turbabantur ex Ambros. sicut pro peccato vnius punitur multitudo.

Quæstio 109. De veritate, & vitijs oppositis.

Art. 1. Vtrum veritas sit virtus

1. Concl. VEritas, qua aliquis verum dicit, secundum quod per eam aliquis dicitur verax, est virtus.

2. Ethic. *1. Ex Arist. qui enim numerat inter cæteras virtutes.*

2. Virtus est, ex qua bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum. veritas ipsa, quæ dicit hoc esse, manifestum bonus Ergo.

4. Conc. Veritas secundum quod veritate aliquid dicitur verum, non est virtus, sed obiectum alterius virtutis.

Quia sic non est habitus, qui est genus virtutis, sed cognitio quædam intellectus, vel signum rei intellectæ, vel significatæ: vel etiam res ad finem regulatum. Vnde soluitur primum.

† 3. Concl. Quamuis laudare seipsum de vero, inquantum est confessio veri, sit bonum ex genere, tamen si sit sine debita causa, vitiosum est ex defectu aliarum circunstantiarum: idem dicas de publicatione peccati.

4. Concl. Veritas est virtus moralis, & est in medio inter superfluum, & diminutum: tam parte obiecti, quia verum ex iustitatione importat quandam æqualitatem, æquale autem est medium inter maius & minus: vnde qui verum de seipso dicit, tenet medium inter eũ, qui maiora, & inter eum, qui minora dicit tũ ex parte actus, cum dicit verum quando oportet, & secundum quod oportet: superfluit cum quis importune sua manifestat: defectus committitur, cum occultantur quando non oportet.

Art. 2. Vtrum veritas sit specialis virtus.

Veritas est specialis virtus.

1. Concl. 1. *Ex Arist. qui eam connumerat cum aliis virtutibus.*

2. Cum ad rationem virtutis humanæ pertineat, vt opus hominis bonum reddat, necesse est, vt vbi in actu hominis inueniatur specialis ratio bonitatis, ad hoc disponatur homo per specialem virtutem, ratio autem boni consideratur ex determinato ordine, ex Aug. Est autem quidam specialis ordo secundum quem exteriora nostra vel verba, vel facta debite ordinantur ad aliquid, sicut signum ad significatum, & ad hoc perficitur homo per virtutem veritatis, Ergo.

lib. de natura boni c. 3. Verum & bonum subiecto quidem conuertuntur: at secundum rationem inuicem se excedunt. Vnde verum secundum rationem propriam, quæ est perfectio intellectus, est quoddam particulare bonum, vt appetibile quoddam est. & bonum secundum propriam rationem, vt est finis appetitus, est quoddam verum, vt intelligibile sit. & quia virtus includit rationem bonitatis, potest esse quod veritas sit specialis virtus, sicut verum est speciale bonum. bonitas autem hominis non potest esse specialis virtus, quia est genus virtutis.

† 2. Concl.

3. Concl. Quod aliquis manifestet, quod circa ipsum est, pertinet ad virtutem veritatis, sicut per se intentum: ad alias autẽ virtutes potest pertinere ex consequenti. & præter principalem intentum: habitus vero virtutis, & vitij

for-

tinetur speciem ab eo quod est per se intentum, & ideo veritas est specialis virtus.

4. Concl. Veritas vitæ, est veritas non secundum quam aliquis dicit verum, sed secundum quã aliquid est verum: & hæc communis est ad quamlibet virtutem.

5. Concl. Simplicitas pertinet ad virtutem veritatis, quia dicitur per oppositum duplicitati, qua aliquis habet in corde, aliud ostẽdit exterius.

Art. 3. Vtrum veritas sit pars iustitiæ.

1. Concl. lib. 2. de inuent. Veritas est pars iustitiæ, inquantum annectitur ei, sicut virtus secundaria principali.

1. Ex Tullio, quarum verò sint partes iustitiæ.

2. Ex hoc aliqua virtus iustitiæ annectitur, sicut secundaria principali, quod partim cum iustitia conuenit, partim ab eius perfectione deficit. Sed virtus veritatis conuenit cum iustitia, & vt est ad alterum, inquantum quæ circa ipsum sunt, suis alteris manifestat. & inquantum iustitia æqualitatem quandam in rebus constituit, quod etiam facit veritas, quia adæquat signa rebus existentibus circa ipsum. Deficit autem à perfectione iustitiæ, quandam ad rationem debiti: quia iustitia attendit debitum legale, veritas autem debitum morale. Ergo.

†2. Concl. Virtus veritatis attendit rationem debiti, ptout vnus homo debet alteri id, sine quo humana societas seruari non posset, vt est veritatis manifestatio, sine qua nõ esset fides.

3. Concl. Veritas, vt cognita, pertinet ad intellectũ, sed eius manifestatio per exteriora signa est actus voluntatis

4. Concl. Veritas iustitiæ, vt est rectitudo regulata secundum regulam diuinæ legis, differt a veritate vitæ, quia hæc est secundum quam quis recte viuit in se, veritas iustitiæ secundum quam aliquis seruat rectitudinem legis in iudicijs, quæ sunt ad alterum, & sic neutra harum veritatum pertinet ac veritatem, de qua loquimur. Veritas doctrinæ consistit in quadam manifestatione verborum, de quibus est scientia, vnde nec ista pertinet ad hanc virtutem, sed solum veritas illa, qua aliquis, & vita, & sermone talẽ se demonstrat, qualis est.

Art. 4. Vtrum virtus veritatis, magis declinet in minus.

1. Concl. Virtus veritatis magis declinat in minus affirmando pura, cum quis non manifestat totum bonum, quod in ipso est.

1. Ex Arist. qui hoc docet.

2. Quia hoc fit sine præiudicio veritatis, cum in maiore, sit etiam minus: animo prudentium sit, &c. Arist. ait. Nam qui in maiora de se dicunt, quæ sint, adijcere est, quasi excellere alios volentes: quia autem minora sunt gratiosa, quasi condescendentes alijs per quandam moderationem. Vnde apost. Si voluero gloriari, &c.

2. Concl. Declinare in minus, vt negetur sibi inesse, quod ineſt, non pertinet ad hanc virtutem: quia per hoc incurreret falsum: id tamen minus repugnat veritati, non secundum propriam rationem veritatis, sed secundum rationem prudentiæ, quam oportet saluare in omnibus virtutibus: quia magis repugnat prudentiæ, quod quis se iactet habere, quod non habet, quam quod non existimet, vel dicat se non habere, quod habet. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 110. De vitijs oppositis veritati.

Artic. 1. Vtrum mendacium semper opponatur veritati.

1 Concl. Mendacium directe, & formaliter opponitur virtuti, veritatis.

1. Mendacium, ex Aug. est dicere falsum animo fallendi. Sed hoc opponitur veritati. Ergo.

lib. 1. de mend. c. 4 *2. Supposito actum moralem ex duobus speciẽ suscipere. s. ex obiecto, & fine, nam finis est obiectum voluntatis, quæ est primum motiuum in actibus moralibus, & qualibet potentia à voluntate mota habet suum obiectum, quod se habet in actu voluntatis ad finem, sicut materiale ad formale: tunc omnis manifestatio, siue enũciatio qua est cũ intentione fallendi, directe opponitur virtuti veritatis, quæ in manifestatione consistit. Sed mendaciũ formaliter sumptum, est huiusmodi. Ergo. Nam mendacium nominatur ex eo, quod contra mentem dicitur. Vnde, ratio mendacij sumitur à formali falsitate, qua tunc est, cum quis habet fallendi voluntatem, & intentionem, etiam si verum forte dicat, quia non est verum, nisi materialiter, & ex mente, qui dicit aliquid, quod credit esse verum, licet sit falsum, non est falsum, nisi materialiter, cum sit præter intentionem à qua formale in moralibus multum dependet.*

2. Concl. Quod aliquis intendat falsitatem in opinione alterius constituere fallendo ipsum, non pertinet ad speciem mendacij, sed ad quandam perfectionem ipsius, sicuti effectus, qui sequitur formam rei.

†3. Concl. Magis opponitur veritati, vt est virtus moralis, quod aliquis dicat verum intendens dicere falsum, quam quod dicat falsum, intendens dicere verum.

4. Concl. Voces præcipuum locum tenent inter alia signa: vnde cum dicitur mendacium est falsa vocis significatio, nomine vocis intelligitur omne signum: ideo qui falsum nutibus significare intenderet, mendax esset.

5. Concl. Cupiditas fallendi non pertinet ad speciē mendacij, sed ad perfectionem eius: quia nullus effectus pertinet ad speciem suæ causæ.

Art. 2. Vtrum mendacium sufficienter diuidatur per mendacium officiosum, iocosum, & perniciosum.

1. Concl. Mendacium tripliciter diuiditur.

1. Secundum propriam rationem, opponitur veritati, in iactantiam, quæ excedit verum in dicendo: in ironiam, quæ deficit à veritatis explicatione in minus.

2. Diuiditur vt habet rationem culpæ, & secundum ea, quæ ipsum aggrauant, vel diminuunt, in iocosum, quod fit propter bonū delectabile: in officiosum, quod fit propter bonū vtile, & in perniciosum, quod fit causa nocumenti.

Psal. 5.

3 Diuiditur secundum comparationē ad finem, in octo partes.

1. Quod est in doctrina religionis, quod est directe contra Deum.

2. Quod alicui obest, & nulli prodest.

3 Quod sic vni prodest, vt alteri obsit & hæc tria spectant ad mendacium perniciosum.

4. Quod fit solà mentiendi, & fallendi libidine, quod proprie oritur ex habitu vitioso.

5. Quod fit cupiditate placendi.

6. Quod alicui prodest ad obtinendum pecuniam, & nulli obest.

7. Quod nulli obest, & prodest alicui ad mortem vitandam.

8. Quod nulli obest, & alicui prodest ad vitandam corporis pollutionem. Et in his quanto bonum intentum etiam melius, tanto culpa mendacij minor est. Vnde patet ad obiecta.

Art. 3. Vtrum omne mendacium sit peccatum.

1. Concl. Omne mendacium est peccatum.

1. *Eccle. 7. Noli velle mentiri, & Aug. lib. contra mendacium.*

lib. 4. Eth. cap. 7. 2. *Quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum & licitum. Sed mendacium est malum ex genere, quoniā vt ait Arist. est per se pravum, & fugiendum: præterea est actus cadens super materiam illicitam, quia cum voces naturaliter sint signa intellectus, innaturale est, & indebitum, quod homo aliquid voce significet, quod non habet in mente. Ergo.*

2. Concl. In nulla scriptura canonica est aliquid falsum, quia periret fidei certitudo, quæ auctoritati scripturæ innititur. Quod vero in eis aliquorum verba diuersimode recitentur, nō est mendacium quia, vt inquit Aug. Non debemus arbitrari mentiri quem quam si pluribus reminiscentibus rem, quam audierunt, vel viderunt non eodem modo, atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata.

Exod. 2.

3. Concl. Obstetrices non sunt remuneratæ propter mendacium, sed ob timorem Dei & benevolentiam, ex qua processit mendacium.

4. Concl. Quę in scriptura videntur mendacia in dictis sanctorum, sunt intelligenda secundum Aug. figuraliter, & Abraham dicendo Sarà esse suam sororem, celauit veritatem, sed non dixit mendacium, quia reuera erat etiam soror. Iacob mystice dixit se esse Esau primogenitum, quia primogenitura de iure ei debebatur. Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi, quamuis possit dici eius verba veritatem habere secundum aliquem mysticum intellectum.

lib. de con. Euang. c. 12.

5. Concl. Nemini mentiri licet vt aliquem à quocūque periculo liberet: licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione.

6. Concl. Qui promittit animo faciendi, non dicit mendacium, si non faciat. sed videtur infideliter agere, quia animum mutat: potest tamē excusari ex duobus: primo si promisit manifeste illicitum, in quo peccauit, & mutando propositum bene facit: secundo si sint mutatæ conditiones personarum, & negotiorum.

7. Concl. Mendacium etiam iocosum ex ipso genere operis habet rationem fallendi, quamuis ex intentione dicentis non dicatur ad fallendū, nec fallat ex modo dicendi. Nec est simile de locutionibus hyperbolicis, quia quod figuratiue fit, vel dicitur, non est mendacium.

Art. 4. Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale.

1. Concl. Non omne mendacium est peccatum mortale.

1. *Ex Aug. duo sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa. Sed omne peccatum mortale habet grauem culpam. Ergo.*

2. *Peccatum mortale proprie est quod repugnat caritati. Sed aliquod mendacium ex se non repugnat caritati, vt iocosum, & officiosum. Ergo.*

2. Concl. Mendacium potest contrariari caritati.

1. Secundum se, ex ipsa falsa significatione, quæ si sit circa res diuinas, contrariatur ca-

ritati

ritati Dei, & virtute fidei, & religionis: vnde est mortale peccatum, & grauissimum: si sit circa aliquid cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, vel ad perfectionem scientiæ, vel morum informationem, &c. tunc opponitur caritati fraternæ, & proximo infert falsam opinionem, & est mortale.

2. Ob finem intentum: vt si dicatur ad iniuriam Dei, vel damnum ac infamiam proximi: quod etiam est mortale, quia ex sola intentione peccati mortalis aliquis mortaliter peccat: secus si finis intentus non sit contra caritatem.

3. Per accidens ratione scandali, vel cuiuscunque damni consequentis, quod etiam est mortale, dum quis propter scandalum non veretur publice mentiri.

† 3. Concl. Illud, *perdes omnes, &c.* & illud, *os quod mentitur occidit, &c.* & aliæ similes sententiæ, intelliguntur de mendacio pernicioso.

4. Concl. Mendacium intantum est contra præceptũ decalogi, inquantum est contra dilectionem Dei, & proximi.

1. Ioan. 3. Etiam peccatum veniale largo modo potest dici iniquitas, quia omne peccatum est iniquitas: & sic loquitur Aug.

6. Concl. Mendacia obstetricum quantum ad affectum beneuolentiæ in Iudæos, & ad reuerentiam diuini timoris, debetur remuneratio æterna: vnde Hiero. exponit, quod Deus ædificauit illis domos spirituales: quantum vero ad exteriorem actum mendacii non potuerunt mereri retributionem æternam, sed forte temporalem; non quod per illud beatitudinem amittere meruerint, tanquam esset peccatum mortale.

Exod. 1. 7. Concl. Mendacium iocosum, vel officiosum non est mortale in viris perfectis, nisi forte ratione scandali, & sic potest intelligi Aug. quod perfectis sit præceptum, non solum non mentiri, sed nec velle mentiri. Vel loquitur de illis qui sunt positi, in statu conseruandæ veritatis ex officio: adde quod non loquitur alleruc.

Quæstio III. De simulatione, & hypocrisi.

Art. 1. Vtrum omnis simulatio sit peccatum.

1. Concl. *In Isa. 16.* OMnis simulatio est peccatum.

1. Ex Glo. in comparatione duorum malorum leuius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare. Sed aperte peccare semper est peccatum. Ergo & simulare.

2. Sicut veritas opponitur quod aliquis per verba exteriora aliud significet, quam habet apud se, quod ad mendacium pertinet; ita etiam opponitur veritati, quod aliquis per signa factorum, vel rerum aliquid significet contrarium eius, quod in se est, quod proprie simulatio dicitur, quæ est mendacium quoddam in signis exteriorum factorum consistens, quia ad hæc refert, an quis mentiatur verbo, vel alio facto. Sed omne mendacium est peccatum. Ergo.

† 1. Concl. Ex Aug. *non omne quod fingimus mendacium est* sed quando id fingimus, quod nihil significat. Cum autem nectio nostra refertur ad aliquam significationem, nõ est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et sic Dominus *Luc.* finxit se longius ire: quia composuit motum suum, quasi vellentis longius ire ad figuratiue significandum, quod longe erat ab eorum fide. Abraham etiam figuratiue dixit ego, & *Gen. 22.* puer, &c. & vt Ambr. ait, prophetauit.

3. Concl. Quod Hiero. dicit vtilem esse simulationem, & suo tempore assumendam, vtitur large nomine simulationis, pro quacunque fictione. Commutatio autem faciei Dauid fuit *In epist. ad Galat. 2.* fictio figuralis; simulationem Iehu non necesse est excusare, quia mansuit: remuneratur tamen à Deo non pro simulatione, sed pro zelo, quo destruxit cultum Baal. *1. Reg 21.* *4. Reg. 10.*

4. Concl. Licet simulare bonum, sit malum, non tamen simulare malum est bonum.

Quia simulatio sine sit de bono, sine de malo, ex se mala est.

5. Concl. Vnusquisque potest peccatum suum occultare sine simulatione: quia nemo mentitur ex eo quod tacet, quod est, sed quando significat, quod non est.

Art. 2. Vtrum hypocrisis sit idem quod simulatio.

1. Concl. Hypocrisis, est simulatio, non autem omnis simulatio, sed illa, qua quis simulat personam alterius, vt cum peccator simulat personam iusti. *Lib. 10. etym. c. 8.*

1. Ex Isidoro. Hypocrita græco sermone latine simulator interpretatur, qui cum intus malus sit, palam se bonum ostendit.

2. Nomen Hypocritæ tractum est à specie eorũ, qui in spectaculis comœdia facie incedunt distinguentes vultum vario colore, & ad personæ quam significant colorem perueniat. Vnde qui in Ecclesia & in omni vita humana se vult videri, quod non est, Hypocrita est. simulat enim se iustum, sed non se exhibet. Ergo.

† 2. Concl. Quia per bona opera, quæ facit, ex suo genere ad Dei seruitium pertinentia, non quæ-

rit Deo placere, sed hominibus, est hypocrita, non quod simulet rectum opus quod facit, sed quia simulat intentionem rectam.

3. Concl. Habitus sanctitatis, puta religionis, significat statum, quo quis obligatur ad opera perfectionis: ideo qui talem habitum assumeret, vt se iustum ostenderet, esset Hypocrita: sed si intenderet se ad statum perfectionis transferre, & per infirmitatem deficiat, non est Hypocrita; quia non tenetur peccatum manifestare, habitum deponendo.

4 Concl. Mala intentio in hypocrisi consideratur, vt signatum, quod non respondet signo: exteriora autem per verba, vel opera considerantur in omni simulatione, & mendacio, sicut signa.

Art. 3. Vtrum hypocrisis opponatur virtuti veritatis.

1. Concl. Hypocrisis directe opponitur veritati.

1. Quia est quoddam mendacium, quod veritati opponitur.

2. Directa oppositio hypocrisis ad aliquam virtutem attendenda est secundum speciem actus, qui accipitur secundum proprium obiectum. Sed hypocrisis est quædam simulatio, qua quis simulat se habere per, ona, quæ non habet. Ergo directe opponitur veritati, per quam aliquis exhibet se talem vita & sermone qualis est.

2. Concl. Indirecta oppositio hypocrisis potest attendi secundum quodcunque accidens: puta secundum finem aliquem remotum, &c.

† 3 Concl. Hypocrita simulans aliquam virtutem, assumit eam, vt finem secundum apparentium, quasi volens videri eam habere: vnde non opponitur illi virtuti, sed veritati, inquantum vult decipere homines circa illam virtutem.

5. Concl. Hypocrisis opponitur simplicitati, prout virtus simplicitatis est eadem virtuti veritatis: quæ differunt solum ratione, nam veritas dicitur secundum quod signa concordant signatis: & simplicitas autem, secundum quod non tendit in diuersa.

6. Concl. Lucrum, vel gloria est finis remotus simulatoris, vnde non sortitur inde speciem, sed ex fine proximo, qui est offendere se alium, quam sit.

Art. 4. Vtrum hypocrisis semper sit peccatum mortale.

1. Concl. Hypocrisis, vt includit defectum sanctitatis, & simulationem ipsius, vt Hypocrita dicatur, qui non curat sanctitatem habere, sed solum sanctus apparere, vt consueuit accipi in scriptura, est peccatum mortale: *quia nullus iustus per primatur sanctitate nisi per peccatum mortale.*

2 Si Hypocrita dicatur is, qui intendit dissimulare sanctitatem a qua deficit per peccatum mortale, non semper ipsa simulatio est peccatum mortale, sed quandoque veniale; quod discernendū est ex fine: qui si erit contra caritatem Dei, vel proximi, erit mortale, secus erit veniale: & is magis videtur vanus, quam malus.

1. Hypocrisis est mendacium operis, sed non omne mendacium operis est peccatum mortale. Ergo.

2. Intentio Hypocritæ est vt videatur bonus. Sed hoc non est contra caritatem. Ergo.

3. Hypocrisis nascitur ex inani gloria. Sed inanis gloria non est semper peccatum mortale. Ergo.

4. Quia non quilibet defectus sanctitatis quam quis simulat, est de perfectione salutis. Vnde patet ad obiecta.

Greg. li 32. mor. c. 31.

Quæstio 112. De iactantia.

Art. 1. Vtrum iactantia opponatur virtuti veritatis.

1. Concl. Lib. 2. eth. c. 7. & lib. 4. c. 7. IActantia proprie dicta opponitur veritati per modum excessus.

1. Ex Arist. qui hoc docet.

2. Cor. 12. *2. Quia licet etiam iactantia sit cum aliquis verbis se extollit non supra id quod in se est, sed supra id quod de eo homines opinantur, qua fugiebat apost. dicens, Parco, ne quis existimet, &c. tamen magis proprie iactantia dicitur quando aliquis verbis se extollit supra id quod in ipso est, secundum rei veritatem. Ergo: quia magis attendendum est aliquid secundum id quod est in se, quam secundum id, quod est in opinione. Vnde soluitur primum.*

† 2. Concl. Si iactantia consideretur secundū speciem actus, opponitur veritati: si autem secundum suam causam, ex qua, & si non semper, tamen frequentius accidit, procedit ex superbia, sicut a causa interius mouua, & impellente, & sic a Greg. ponitur species superbiæ.

lib. 31 mor. c. 31. 3. Concl. Arist 4. ethic. c. 7. 1. Iactantia causatur ex diuitiis, vel occasionaliter, prout aliquis de diuitiis superbit, vel per modum finis, prout aliqui seipsos iactant, non solum propter gloriam, sed etiam propter lucrum.

Art. 2. Vtrum iactantia sit peccatum mortale.

1. Concl. Si iactantia consideretur secundum se, vt est mendacium quoddam, quandoq; est peccatum mortale, quandoque veniale: mortale quando quis iactanter de se profert, quod est

contra gloriam Dei, vel contra caritatem proximi, vt Pharisæus apud Lucam: veniale quãdo aliquis de se falsa iactat, quæ neque sunt contra Deum, neque contra proximum.

Luc. 18.

2. Concl. Si iactantia consideretur secundum suam causam; secundum superbiam, vel appetitum lucri, aut inanis gloriæ, si causa est peccatum mortale, etiam ipsa erit pec. mor. si veniale, veniale.

†3. Concl. Prou. 28. Qui se iactat vt iurgia concitet, peccat mortaliter, quando iactantia est causa iurgiorum per se: secus si sit causa per accidens.

4. Concl. Gl. Eccl. 6. intelligitur cum oritur ex superbia, quæ est mortale.

5. Concl. Non semper iactantia importat mendacium perniciosum, sed solum quando est contra caritatem Dei, aut proximi; aut secundum se, aut secundum causam.

Non pertinet aliquando ad mendacium officiosum cum quis se iactat, vt gloriam vel lucrum acquirat, aut modo sit sine alterius damno.

Quæstio 113. De ironia.

Art. 1. Vtrum ironia per quam aliquis de se fingit minora, sit peccatum.

1. Concl. Dicere minora à veritate declinando, vt cum quis asserit de se aliquid vile, quod in se non regnoscit, aut cum negat de se aliquid magnum, quod tamen percipit in seipso esse, quod pertinet ad ironiam, est semper peccatum.

lib. de Ver. Apost. ser 12. *Quia, vt ait Aug. cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentiaris, mentiendo efficeris.*

2. Concl. Dicere minora, salua veritate, dum, s. aliqui maiora quæ sunt in seipsis reticent, & quædam minora de se proferunt, quæ tamen in se esse recognoscunt, non pertinet ad ironiam, nec est peccatum secundum genus suum, nisi forte per alicuius circumstantiæ corruptionem.

3. Concl. Prou. 30. Qui a Deo erat confortatus, dixit, *stultissimus sum virorum*, loquebatur secundum reputationem humanam: quia s. humana contemnit, quæ hominum scientia quærit: vnde subdit, *sapientiam non didici, & postea, non scrutatus sapientiam*. Amos negauit se esse Prophetam origine: quia non erat de genere Prophetarum.

Am. 7.

4. Concl. Aug. epi. Aug. c. 10. Illud, Greg. *Bonorũ mentium est sua sibi agnoscere crimina, vbi nulla est culpa*, intelligendum est, quod homo, qui ad iustitiæ perfectionem tendit, in culpam reputat, non solũ si deficiat à communi iustitia, quod vere culpa est, sed etiam si deficiat à perfectione iustitiæ, quod quandoque culpa non est.

5. Concl. 22 q. 2. can. Non sta. Nemo debet mentiri, vt vitet superbiam: quia non est faciendum vnum peccatum, vt vitetur aliud. Sed ita caueatur arrogantia, vt veritas non relinquatur.

Art. 2. Vtrum ironia sit maius peccatum, quam iactantia.

1. Concl. 4. Eth. c. 17. Iactantia est grauius peccatum, quam ironia.

1. *Irones, ex Arist. & minus dicentes grauiores secundum mores videntur.*

2. *Licet ironia, & iactantia in hoc sint æquales, quod circa eandem personam, vel verbum, vel quibuscunque exterioribus signis mentiuntur: tamen iactantia ex turpiore motiuo se ex appetitu lucri, vel honoris, ironia vero ex hoc, quod fugit, licet inordinate, per ironiam aliquis grauis est se. Vnde soluitur primum, quod procedit ex parte materiæ, quia vterque declinat a veritate.*

†2. Concl. Quando aliquis per verba, vel signa prætendit quidem defectum in exterioribus rebus, & per hoc ipsum intendit ostendere aliquam excellentiam spiritualem: tunc licet vitium ironiæ & iactantiæ simul concurrant; non tamen ironia est iactantia, quia sunt ibi secundum diuersa.

3. Concl. arist 4. eth. c. 7. Prou. 26. Eccl. 19. Illud, *Quando submiserit vocem suam; ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ, &c.* intelligitur de illis, qui ex dolosa humilitate nequiter vocem suam submittunt.

Quæstio 114. De amicitia, quæ affabilitas dicitur.

Art. 1. Vtrum amicitia sit specialis virtus.

1. Concl. AMicitia est specialis virtus.

1. *Præcepta legis dantur de actibus virtutum. Sed scriptura dicit, congregationi pauperum assibi ente facio Ergo.*

Eccl. 5. 2. *Cum virtus ordinetur ad bonum, vbi occurrit speciales rationes boni, quod in ordine consistit, oportet esse specialem virtutem. Sed oportet hominem conuenienter ad alios in communi conuersatione tam in factis, quam in dictis ordinare Ergo oportet esse quandam specialem virtutem, quæ hanc conuenientiam omnibus obseruet, & hæc vocatur amicitia siue affabilitas.*

†2 Concl. arist 8. Eth c. 3. Duplex est amicitia; altera, quæ consistit principaliter in affectu, quo vnus alium diligit; & hæc potest consequi quamcunq; virtutem. Altera quæ consistit in solis exterio-

ribus

tibus verbis, vel factis, quæ non habet perfectam rationem amicitiæ: & hæc est specialis virtus, de qua loquimur.

3. Concl. Omnis homo naturaliter omni homini est amicus quodam generali amore: & hunc amorem representant signa amicitiæ; quæ exterius ostendit in verbis, vel factis etiam extrancis, & ignotis, vnde nō est ibi simulatio.

Eccl 7. 4 Concl. Cor sapientum dicitur esse vbi est tristitia, non quod ipsi proximo tristitiam inferant, sed vt contristantibus consolationem conferant. Cor autem stultorum est vbi lætitia, non vt ipsi habios lætificent, sed vt aliorum lætitia perfruantur: Nam pertinet ad sapientem, vt condelectationem honestam afferat his cum quibus versatur. Psal. 132. *Ecce quam bonum, &c.* Contristat etiam aliquando sapiens propter bonum consequendum, vel malum fugiendum: vt Paulus fecit, & Arist. docet.

2. Cor. 7. 4 Eth. c. 6.

Art. 2. Vtrū huiusmodi amicitia sit pars iustitia.

Hæc virtus amicitiæ est pars iustitiæ inquantum adiungitur ei, sicut principali virtuti.

1. Concl. Lib. 1. in Somn. Scip. *1. Ex Macrobio qui hoc docet.*

2. Quia conuenit cum iustitia prout est ad alterum; deficit tamen a perfecta iustitia, quia non habet perfectam debiti rationem, prout aliquis alteri obligatur, vel debito legali; ad cuius solutionem lex cogit, vel alio debito proueniente ex beneficio suscepto. sed solum attendit quoddam debitum honestatis quod magis est ex parte ipsius virtutis, quam ex parte alterius.

† 2. Concl. Homo tenetur ex quodam naturali debito honestatis, vt aliis delectabiliter conuiuat: nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando eos vtiliter contristare: ideo amicitia aliquo modo est pars iustitiæ.

3 Concl. Ad temperantiam pertinet refrænare delectationes sensibiles; sed hæc virtus consistit circa delectationes in commercio, quæ ex ratione prouenium: vnde non est pars temperantiæ.

4. Concl. Arist. 4. Eth. c. 6. Quod hæc virtus similiter ad notos & ignotos operetur, non est intelligendum, quod eodem modo quis debeat colloqui, & conuiuere notis, & ignotis; sed similitudo in hoc est, quod quoad omnes oportet facere, quod decet.

Quæstio 115. De adulatione.

Art. 1. Vtrum adulatio sit peccatum.

1. Concl. 2 Tim 3. Adulatio est peccatum.

1. Ex Glos. super illud, Væ qui consuunt pulvillos sub cubito mulierum adulationem.

2. Amicitia siue affabilitas licet principaliter intendat delectare: tamē ibi necesse est propter aliquod bonum exequendum, vel malum fugiendum etiam contristat. Si quis ergo velit in omnibus ad delectationem loqui, excedit modum medel tiandi: sed hoc pertinet ad adulationem, siue hoc fiat sola intentione delectandi siue lucri consequendi; qui primo modo dicitur placidus, qui altero, dicitur adulator: Verum communiter adula so tribuitur omnibus, qui supra modum alios verbis, vel factis in communi conuersatione delectant.

† 2. Concl. Laudare aliquem ad delectationem contingit & bene & male, prout debitæ circumstantiæ, vel seruantur, vel prætermittuntur: si seruentur pertinebit ad virtutem amicitiæ, si non seruentur, ad adulationem.

3. Concl. Etiam vituperare malum, debitis circumstantiis non adhibitis, est malum.

4. Concl. Nihil prohibet duo vitia esse contraria, vnde sicut detractio est mala; ita adulatio, quæ ei contrariatur, licet non respectu finis: quia adulator delectationem, detractor infamiam quærit.

Art. 2. Vtrum adulatio sit peccatum mortale.

Adulatio aliquando est peccatum mortale, aliquando veniale.

1. Concl. *Quia peccatum mortale est quod caritati opponitur. Sed adulatio quandoq; caritati contrariatur, quandoq; non. Ergo. Contrariatur primo rationem veritatis, vt cum laudatur peccatum, quod est contra dilectionem Dei, quia contra eius iustitiam loquitur, & contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet: Vnde est peccatum mortale. Isa 5. c* Capit. 5. *qui dicitis malum bonum. Secundo ratione intentionis, vt cū quis adulatur, vt fraudulenter alteri noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter, quod etiam est peccatum mortale. Tertio per occasionem,* Prou. 27. *vt cum laus adulatoria sit alteri occasio peccandi, licet sit præter adulatoris intentionem. In hoc considerandum est an sit occasio data, vel accepta, & quantus ruina consequatur. Non contrariatur caritati, cum quis ex sola cupiditate delectandi alios, vel euitandum aliquod malum, vel consequendum aliquid in necessitate, alicui adulatus fuerit: quod est tantum veniale peccatum. Vnde aug inter peccata minuta hoc numerat.*

† 2 Concl. Ser. 4. de purgato. Auctoritates allatæ in primo arg. intelliguntur de adulatore, qui laudat alterius peccata.

3. Concl Quæ afferuntur in 2. de eo, qui adulatur animo nocendi:

4. Concl. Auctoritas canonis de eo, qui proditorie alteri adulatur.

Quæstio

Questio 116. De litigio.

Artic. 1. Vtrum litigium opponatur virtuti amicitiæ seu affabilitatis.

1. Concl. Litigium propriè in verbis consistit, cum vnus verbis alterius contradicit: tunc, si contradictio contingat propter personã dicentis cui contradicens consentire tenetur propter defectum amoris, videtur ad discordiam caritati contrariam pertinere: si cõtradictio oriatur ratione personæ, quã aliquis contristare non vereatur, tũc fit litigiũ, quod amicitiæ huic affabilitati opponitur ad quam pertinet delectabiliter alijs conuiuere. Vnde 4. Eth. c. 5. Arist. litigium opponit amicitiæ: & eos qui contristant discolos & litigiosos vocat.

†2. Conc. Contentio pertinet magis proprie ad cõtradictionem discordiæ, sed litigium ad eam contradictionem, quæ fit animo contristandi.

3. Concl. Licet litigium oriatur aliquãdo ex ira, nõ tamẽ esse necesse, quod opponatur mansuetudini; quia directa oppositio vitiorum ad virtutes, non attenditur secundum causas: quia vnum vitium ex, diuersis causis potest oriri.

4 Concl. Iacob. 4. Illud, *Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris?* intelligitur de concupiscentia secundum quod est generale peccatum, ex quo omnia vitia oriuntur.

Artic. 2. Vtrum litigium sit grauius peccatum, quam adulatio.

1. Concl. Secundum speciem litigium est grauius peccatum, quã adulatio.

1 *Tanto aliquod vitium est graue, quãto magis repugnat oppositæ virtuti. Sed litigiũ est huiusmodi; quia virtus amicitiæ principaliter tendit ad delectandum, quam ad contristandum, Ergo.*

2. *Illud vitium est graue, quod spirituali statui magis repugnat. Sed huiusmodi est litigium, ex apostolo, Ergo.* 1. Tim 3. 2. Tim 2.

2. Concl. Secundum exteriora motiua aliquando adulatio est grauior: vt cum quis intẽdit per deceptionem indebitum honorem, vel lucrũ acquirere: aliquando est grauius litigium, vt cum homo intendit, vel veritatem impugnare, vel dicentem in contemptum adducere.

†3. Concl. Sicut adulator potest nocere occulte decipiendo, ita litigiosus potest interdum nocere manifeste impugnando: quod grauius est, propter violentiam; licuti eadem ratione grauior est rapina, quam furtum.

Non semper illud est grauius quod est turpius. 4 Concl.

Non peccata carnalia turpiora sunt & tamen spiritualia sunt grauiora. Vnde licet adulatio, quia est turpior litigio, sit turpius; quãdo tamen ex defectu amoris vere contristatur, hoc ipso grauius est litigium. Vnde sequitur turpitudinem. Vnde sequitur terrium.

Questio 117. De liberalitate.

Artic. 1. Vtrum liberalitas sit virtus.

1. Concl. 1.3 offi. c.30. Liberalitas est virtus.

1. *Ambros. in Euangelio doctrinam habemus iustæ liberalitatis. Sed in nullo non doceatur, aliquid ad virtutem pertinens. Ergo.*

2 *Bona vita quibus quasi vitæ possumus ex aug. pertinet ad virtutem. Sed pecunia bona, & mala vitæ sunt. Sunt enim mala quædam quæ sunt ad vitam sed extra, scilicet res ad sustentationem vitæ concessas. Ergo liberalitas est virtus: quia ad eam pertinet bene vti rebus.*

†2. Concl Ser. ad diuites. Secundum Basil superabundantia diuitiarum datur aliquibus a Deo, vt meritum bonæ dispensationis acquirant, quare liberalis cum pauca vni sufficiant, plura laudabiliter in alios expendit, quam in se punita tamen vt sic in alios intendat, quod omnino se, & suos non despiciat, quod non esset liberalitatis.

3 Concl. At liberalem non pertinet ita diuitias emittere, vt non remaneat sibi vnde sustentetur, aut vnde virtutis opera exequatur, quibus ad beatitudinẽ proficitur: ex Arist. & Ambr. Nisi forte quis vt filiæus omnia sua pauperibus daret, vt nulla cura domestica teneretur, quod pertinet ad perfectionem.

4. Concl. 4. Eth. c. 1. Nihil prohibet aliquos virtuosos, licet sint pauperes, esse liberales: quia, vt Arist. inquit secundum substantiam id est facultatẽ diuitiarum liberalitas dicitur: non enim in multitudine datorum, sed in dantis habitu consistit

Artic. 2. Vtrum liberalitas sit circa pecunias.

1. Concl. 4. Eth. c. 1. Propria materia liberalitatis est pecunia.

1 *Nam, vt Arist. ait, est medietas quædam circa pecunias.*

2. *ad liberalem pertinet esse emissiuum, quod etiam ex ipso nomine patet: nam cum aliquis a se aliquid emittit, quodammodo illud a sua custodia & dominio liberat, & animum suum ab eius affectu liberum esse ostendit, vnde ista largitas nominatur. Sed quæ emittenda sunt ab vno homi-*

ne in alium, sunt bona possessa, quæ nomine pecuniæ significantur, Ergo.

† 2. Concl. Imo ediata materia liberalitatis, sunt interiores passiones, sed pecunia exterior est obiectum ipsarum passionum: quia non attenditur in quantitate dati, sed in affectu dantis: affectus autem disponitur secundum passiones amoris, & concupiscentiæ, & per consequens delectat ons & tristitiæ, &c.

† 3. Concl. rest. loco 11. Nomine pecuniæ intelliguntur omnia, quorum dignitas numismate mensuratur, & sic comprehenduntur diuitiæ naturales, & artificiales

4. Concl. Pecunia est etiam, materia iustitiæ, sed alia ratione, scilicet vt æqualitatem constituat in his rebus.

Art. 3. Vtrum vti pecunia sit actus liberalitatis.

Proprius actus liberalitatis est vti pecunia, vel diuitijs.

1. Concl. 4. Ethi c. 1. *Vnoquoque is optime vtitur, qui habet circa singula virtutem, ex Arist. Ergo diuitijs vtetur optime, qui habet circa pecuniam virtutem. Sed huiusmodi est liberalis. Ergo.*

2. *Quælibet virtus conuenienter se habet ad suũ obiectum, ex quo sumitur species actus, Sed obiectum, seu materia liberalitatis est pecunia, & quidquid pecuniam mensurare potest, Ergo.*

† 2. Concl. Ad liberalitatem pertinet bene vti diuitijs, inquantum huiusmodi: ad iustitiam sub ratione debiti, & ad magnificentiam secundum quod assumuntur in alicuius operis magni expletionem.

3. Concl. Ad liberalem non solum pertinet vti pecunia, sed etiam eam præparare & conseruare ad idoneos vsus: & ita liberalis non solum est dare, sed etiam conseruare, & accipere.

4. Concl. Vsus pecuniæ est duplex, alter ad seipsum qui videtur ad sumptus, & expensas pertinere: alter ad alios, qui pertinet ad donationes, ideo liberalitatis est, ne quis propter immoderatum amorem pecuniæ impediatur à conuenientibus expensis: neque à conuenientibus donationibus: licet nomen liberalitatis sit præcipue circa dationes.

Art. 4. Vtrum ad liberalitatem maxime pertineat dare.

1. Concl. 4. Ethi 4. Liberalis maxime laudatur ex datione

1. *Liberalis enim, ex Arist. est inprimis abundans in dationes.*

2. *Actus virtutis est liberalis vti pecunia, cuius finis in ipsomet consistit, quia actus finis magis assimilatur generationi, & custodia habitui, quæ emissio, quando fit ad aliquid dispantius: tanto a maiori virtute procedit. Sed proprium est virtutis, vt precise tendat in id, quod perfectius est: quia virtus est perfectio quædam, Ergo ad liberalitatem maxime pertinet dare, quia ex maiori virtute procedit: quod aliquis emittat pecuniam dando alijs, quam expendendo eam circa seipsum.*

† 2. Concl. Ad prudentiam pertinet custodire pecuniã, ne furripiatur, aut inutiliter expendatur, sed vtiliter eam expendere est maioris prudentiæ, quam vtiliter eam conseruare, quia plura sunt attendenda in vsu qui assimilatur motui, quam in conseruatione, quæ assimilatur quieti.

3. Concl. Ad liberalitatem pertinet conuenienter dare, cui opponitur non dare, quod conuenienter: est dandum, & dare aliquid inconuenienter, & de vtroque tristatur liberali, sed de primo magis. quia plus opponitur proprio actui, & ideo non dat omnibus.

4. Concl. Ad liberalem non pertinet, vt sit promptus ad recipiendum, & multo minus ad petendum, quia liberalitas est principium dationis, & non est idem principium agendi, & patiendi.

5. Concl. Ad liberalem non tam pertinet expendere in seipsum, quia ad hoc inclinatur à natura, quam in alios, quod proprie pertinet ad virtutem.

Artic. 5. Vtrum liberalitas sit pars iustitiæ.

1. Concl. Liberalitas à quibusdam ponitur pars iustitiæ, sicut virtus annexa, vt principali, non quod sit species eius, cum iustitia exhibeat alteri quod eius est, liberalitas autem quod suum est: sed quia habet quandam conuenientiam cum iustitia: primo, quia principaliter est ad alterum, deinde quia est circa res exteriores, vt iustitia. Vnde Ambr. Iustitia ad societatem generis humani refertur, &c.

Lib. 1. de offi. c. 28. Quamuis liberalitas non attendat debitum † 2. Concl. legale, vt iustitia attendit, tamen debitum morale, non ex aliqua obligatione, sed ex quadam decentia.

3. Concl. Liberalitas non pertinet proprie ad temperantiam, quia hæc est circa concupiscentias corporalium delectationum: concupiscentia autem pecuniæ & delectatio non est corporalis, sed magis animalis.

4. Concl. Dare beneficentiæ, & misericordiæ procedit ex eo, quod homo est aliqualiter affectus

ex ea

circa eum, cui dat; & id, eo talis datio pertinet ad caritatem, vel amicitiam. Non sic datio liberalitatis, quæ procedit ex eo quod dãs est aliqualiter affectus circa pecuniam, dum eam non concupiscit, vnde amicis, & ignotis, das quando oportet.

Art. 6. Vtrum liberalitas sit maxima virtus.

Liberalitas non est maxima virtutum.

1. Concl. Eoc. est ib. 1. The. c. 8.

1 *Ex Ambros. iustitia est excellentior liberalitate, sed liberalitas grauior: & Arist. Fortes, & iusti maxime honorantur, & post hos liberales.*

2 *Cum quælibet virtus tendat in aliquod bonum, oportet vt illa quæ tendit per se in maius bonum, sit secundum se potior. Sed aliæ respectu liberalitatis sunt huiusmodi, quia liberalitas tendit per se ad ordinandas affectiones circa pecuniarum vsum; quæ sunt bona externa, temperantia ad ordinandas concupiscentias circa proprium corpus, fortitudo & iustitia ordinant hominem circa bonum commune. Sed bonum publicum præeminet bono priuato, & bonum corporis, bonis exterioribus rerum. Ergo Omnibus autem præferuntur virtutes, quæ ordinantur ad bonum diuinum.*

2. Concl. Liberalitas ex consequenti ordinatur ad omnia prædicta bona: quia ex hoc quod homo non est amatiuus pecuniæ, sequitur vt de facili vtatur ea, & ad ipsum, & ad vtilitatem aliorum, & ad Dei honorem, & secundum hoc habet quandam excellentiam.

† 3. Concl. Propter liberalitatem non fit aliquis maxime similis Deo; quia datio diuina magis videtur pertinere ad caritatem, quam ad liberalitatem.

4 Concl. Non solum liberalitas, sed quælibet virtus participat rationem boni, quantum ad emissionem proprij actus, qui quarundã virtutum meliores sunt; quam pecunia, quam emittit liberalis.

5. Concl. Liberales maxime amantur, non quidam amicitia honesti, quasi meliores, sed amicitia vtilis.

Quæstio 118. De vitijs liberalitati oppositis.

Artic. 1. Vtrum auaritia sit peccatum.

1. Concl. Heb. vlt. Arist. 1. Polit. c. 6. AVaritia est peccatum.

1. *Sine auaritia, ait Paul.*

2. *In his, in quibus bonum consistit in aliqua mensura necesse est, vel per excessum; vel diminutionem illius mensuræ malum proueniat, sed bonũ hominis circa bona exteriora, quæ habent rationẽ vtilium ad finem est, vt consistat in quadam mensura, quia quæ sunt ad finem debent cõmensurata esse. Ergo in excessu huius mensuræ consistit peccatum, dum scilicet quis supra modum vult ea acquirere, vel retinere, quod pertinet ad auaritiam.*

† 2. Conc. Appetitus rerum exteriorum est quidem homini naturalis, sed vt eorum, quæ sunt propter finem: vnde intantum vitio caret, inquantum cõtinetur sub regula rationis finis, quam regulam auaritia excedit.

3. Concl. Si auaritia importet immoderantiam circa res exteriores, quantum ad acceptionem, & conseruationem est directe peccatum cõtra proximum: si importet immoderantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, est peccatum hominis in seipsum: quia per hoc deordinatur eius affectus; ex consequenti est peccatum contra Deum, prout homo propter bonum temporale contemnit æternum.

4. Concl. Licet senex propter naturæ defectum auidius exteriorum rerum requirat subsidia nõ tamen à peccato excusatur, si debitam rationis mensuram excedat.

Art. 2. Vtrum auaritia sit speciale peccatum.

1. Concl. Auaritia est quoddam speciale peccatum, secundum quod est immoderatus amor habendi possessiones quæ nomine pecuniæ designantur.

Rom. 1. 1. *Quia Paul. connumerat eam inter alia specialia peccata.*

2. *Vbi est specialis ratio boni, quod inordinate appetitur, ibi est specialis ratio peccati, quia peccata sumunt speciem ab obiecto, quod est illud bonum, in quod tendit inordinatus appetitus. Sed in diuitijs est particularis ratio boni vtilis, quod auaritia inordinate appetit. Ergo.*

2. Concl. Auaritia large sumpta designat omnem inordinatum appetitum habendi quamcũq; rem; vt scientiam, altitudinem, &c. & sic nõ est speciale peccatum. Vnde patet ad primũ.

† 3. Concl. Greg. hom. 6. mutuat. Auaritia proprie est circa ea, quæ habent rationẽ boni vtilis: vnde licet quis voluptates & honores possit pecunia consequi: tamẽ quia habet aliam rationem appetibilitatis, ideo eorum appetitus non dicitur auaritia, vt est speciale peccatum.

4. Concl. Rom. 7. Glos. quæ ait, *concupiscentiam auaritiæ esse omne malum*, loquitur de concupiscentia inordinata cuiuscunque rei.

ferur: vel vt peccatum vnius deriuatur in alterum, vel per imitationem, vel per modum meriti, qua ratione peccata subditorum meretur peccatorem Prælatum, siue per æqualem consensum, seu dissimulationem: vel tantum ad communandam vtilitatem humanæ societatis, ex qua vnus debet pro alio solliritus esse, ne peccet. Illud, *visitans peccata parentum in filios in tertiam & quartam generationem*, magis videtur ad misericordiam, quam ad seueritatem pertinere, dum non statim vindicat, sed expectat, vt saltem posteri corrigantur.

Exbo. 20.

5. Concl. Pœna damni punitur aliquis, secundum humanum iudicium etiam sine culpa, licet non sine causa.

1. cum quis sine sua culpa est ineptus ad aliquod bonum habendum, vel consequendum: & sic propter lepram removetur aliquis ab administratione eccl. vel propter bigamiam, vel iudicium sanguinis, a sacris ordinibus.

2. Quia bonum in quo damnificatur, non est proprium, sed commune vt cum clerici priuantur Ep. sco. qui pertinet ad bonum ciuitatis.

3. Quia bonum vnius dependet ex bono alterius, sicut in crimine læsæ maiestatis filius amittit hæreditatem ex peccato parentis.

6. Conc. Paruuli diuino iudicio simul aliquando puniuntur cum parentibus, quia sunt res parentum, & in eis parentes quodammodo puniuntur, & id in eorum bonum cedit. Aliquando etiam exercetur vindicta in bruta animalia vt puniantur domini, & ad detestationem peccati.

7. Concl. Coactio timoris non facit simpliciter involuntarium, sed habet voluntarium mixtũ.

8. Concl. Apostoli pro peccato Iudæ turbabantur ex Ambros. sicut pro peccato vnius punitur multitudo.

Quæstio 109. De veritate, & vitijs oppositis.

Art. 1. Vtrum veritas sit virtus

1. Concl. VEritas, qua aliquis verum dicit, secundum quod per eam aliquis dicitur verax, est virtus.

2. Ethic. *1. Ex ar. qui eam numerat inter cæteras virtutes.*

2. Verum est, quia bonum facit habentem, & opus eius bonum. sed hoc ipsum, quod est dicere verum, est rectum & bonum. Ergo.

3. Concio Veritas secundum quod veritate aliquid dicitur verum, non est virtus, sed obiectum [illegible] virtutis.

Quia sic non est habitus, qui est certa virtutis, sed quædam intellecta, vel signata rem intellectam, vel signatam: vel etiam res ad suam regulam rectificatur primum.

† 3. Concl. Quamuis laudare seipsum de vero, inquantum est confessio veri, sit bonum ex genere, tamen si sit sine debita causa, vitiosum est ex defectu aliarum circunstantiarum: idem dicas de publicatione peccati.

4. Concl. Veritas est virtus moralis, & est in medio inter superfluum, & diminutum: tam parte obiecti, quia verum ex sui ratione importat quandam æqualitatem, æquale autem est medium inter maius & minus: vnde qui verum de seipso dicit, tenet medium inter eũ, qui maiora, & inter eum, qui minora dicit tũ ex parte actus, cum dicit verum quando oportet, & secundum quod oportet: superfluit cum quis importune sua manifestat: defectus committitur, cum occultantur quando non oportet.

Art. 2. Vtrum veritas sit specialis virtus.

Veritas est specialis virtus.

1. Concl. 1. *Ex arist. qui eam connumerat cum aliis virtutibus.*

2. Cum ad rationem virtutis humanæ pertineat, vt opus huius boni ex eius, necesse est, vt vbi maior hominis inueniatur specialis ratio bonitatis, ad hoc disponatur homo per specialem virtutem, ratio autem boni consideratur ex determinato ordine, ex Aug. sed est quidam specialis ordo secundum quod exteriora nostra, vel verba, vel facta debite ordinantur ad aliquid, sicut signum ad signatum, & ad hoc perficitur homo per virtutem veritatis, Ergo.

l. de natura boni c. 3.

† 2. Concl. Verum & bonum subiecto quidem conuertuntur: at secundum rationem inuicem se excedunt. Vnde verum secundum rationem propriam, quæ est perfectio intellectus, est quoddam particulare bonum, vt appetibile quoddam est. & bonum secundum propriam rationem, vt est finis appetitus, est quoddam verum, vt intelligibile est. & quia virtus includit rationem boni actus, potest esse quod veritas sit species virtutis, sicut verum est speciale eorum: bonitas autem hominis non potest esse species virtutis, quia est genus virtutis.

3. Concl. Quod aliquis manifestet, quod circa ipsum est, pertinet ad virtutem veritatis, sicuti per se intentum: ad alias autẽ virtutes potest pertinere ex consequenti & præter principalem intentum: habitus vero virtutis, & vitij

for-

timetur speciem ab eo quod est per se intentum, & ideo veritas est specialis virtus.

4. Concl. Veritas vitæ, est veritas non secundum quam aliquis dicit verum, sed secundum quã aliquid est verum: & hæc communis est ad quamlibet virtutem.

5. Concl. Simplicitas pertinet ad virtutem veritatis, quia dicitur per oppositum ad duplicitati, qua aliquis habet in corde, aliud ostendit exterius.

Art. 3. Vtrum veritas sit pars iustitiæ.

1. Concl. lib. 2. de inuent. Veritas est pars iustitiæ, inquantum annectitur ei, sicut virtus secundaria principali.

1. Ex Tullio, quia enim ponebat eas esse partes iustitiæ.

2. Ex hoc aliqua virtus iustitiæ annectitur, sicut secundaria principali, quod partem cum iustitia conuenit, partim ab ea perfectionem deficit. Sed virtus veritatis conuenit cum iustitia. Cum sit autem duorum, inquantum quæ circa ipsum sunt, sunt alteri manifestas. Et inquantum iustitia æqualitatem quandam in rebus constituit, quod etiam facit veritas, quia adæquat signa rebus existentibus circa ipsum. Deficit autem à perfectione iustitiæ, quandam ad rationem debiti: quia iustitia attendit debitum legale, veritas morale. Ergo.

† 2. Concl. Virtus veritatis attendit rationem debiti, prout vnus homo debet alteri id, sine quo humana societas seruari non posset, vt est veritatis manifestatio, sine qua nõ esset fides.

3. Concl. Veritas, vt cognita, pertinet ad intellectũ, sed eius manifestatio per exteriora signa est actus voluntatis

4. Concl. Veritas iustitiæ, vt est rectitudo regulata secundum regulam diuinæ legis, differt a veritate vitæ, quia hæc est secundum quam quis recte viuit in se, veritas iustitiæ secundum quam aliquis seruat rectitudinem legis in iudicijs, quæ sunt ad alterum, & sic neutra harum veritatum pertinet ac veritatem, de qua loquimur. Veritas doctrinæ consistit in quadam manifestatione verborum, de quibus est scientia, vnde nec illa pertinet ad hanc virtutem, sed solum veritas illa, qua aliquis, & vita, & sermone talẽ se demonstret, qualis est.

Art. 4. Vtrum virtus veritatis, magis declinet in minus.

1. Concl. Virtus veritatis magis declinat in minus affirmando puta, cum quis non manifestat totum bonum, quod in ipso est.

1. Ex Arist. qui hoc docet.

2. Quia hoc fit sine præiudicio veritatis, cum in maius, sit etiam minus: vnde prudentius sit, vt Arist. ait. Nam: qui nimia de se dicunt, quasi sint, aut ignorent si, quasi excellere alios volentes: quia autem minora sunt gratiosi, quasi condescendentes alijs per quandam moderationem. Vnde apost. Si se gloriari, &c.

2. Concl. Declinare in minus, vt negetur sibi inesse, quod inest, non pertinet ad hanc virtutem: qbia per hoc incurreret falsum: id tamen minus repugnat veritati, non secundum propriam rationem veritatis, sed secundum rationem prudentiæ, quam oportet saluare in omnibus virtutibus: quia magis repugnat prudentiæ, quod quis se iactet habere, quod non habet, quam quod non existimet, vel dicat se non habere, quod habet. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 110. De vitijs oppositis veritati.

Artic. 1. Vtrum mendacium semper opponatur veritati.

1. Concl. Mendacium directe, & formaliter opponitur virtuti, veritatis.

1. Mendacium, ex Aug. est dicere falsum animo fallendi. Sed hoc opponitur veritati. Ergo.

lib. 1. de mend. c. 2. *Oppositorum actuum moralium ex duobus speciẽ suscipere. ex obiecto, & fine, nam finis est obiectum voluntatis, quæ est primum mouens in actibus moralibus, & quælibet potentia à voluntate mota habet suum obiectum, quod se habet in actu voluntatis ad finem, sicut materiale ad formale: tunc omnis manifestatio, siue enũciatio quæ est cũ intentione fallendi, directe opponitur virtuti veritatis, quæ in manifestatione cõsistit. Sed mendacium formaliter sumptum, est huiusmodi. Ergo. Nam mendacium nominatur ex eo, quod contra mentem dicitur. Vnde, ratio mendacij sumitur à formali falsitatis, quæ tunc est cum quis habet fallendi voluntatem, & intentionem, etiam si verum forte dicat, quia non est verum, nisi materialiter, & e contra, qui dicit aliquid, quod credit esse verum, licet sit falsum, non est falsum, nisi materialiter, cum sit præter intentionem à qua formale in moralibus maxime dependet.*

2. Concl. Quod aliquis intendat falsitatem in opinione alterius constituere fallendo ipsum, non pertinet ad speciem mendacij, sed ad quandam perfectionem ipsius, sicuti effectus, qui sequitur formam rei.

† 3. Concl. Magis opponitur veritati, vt est virtus moralis, quod aliquis dicat verum intendens dicere falsum, quam quod dicat falsum, intendens dicere verum.

4. Concl. Voces præcipuum locum tenent inter alia signa: vnde cum dicitur mendacium est falsa vocis significatio, nomine vocis intelligitur omne signum: ideo qui falsum nutibus significare intenderet, mendax esset.

5. Concl. Cupiditas fallendi non pertinet ad speciē mendacii, sed ad perfectionem eius: quia nullus effectus pertinet ad speciem suæ causæ.

Art. 2. Vtrum mendacium sufficienter diuidatur per mendacium officiosum, iocosum, & pernicioſum.

1. Concl. Mendacium tripliciter diuiditur.

1. Secundum propriam rationem, opponitur veritati, in iactantiam, quæ excedit verum in dicendo: in ironiam, quæ deficit à veritatis explicatione in minus.

2. Diuiditur vt habet rationem culpæ, & secundum ea, quæ ipsum aggrauant, vel diminuunt, in iocosum, quod fit propter bonū delectabile: in officiosum, quod fit propter bonū vtile, & in pernicioſum, quod fit causa nocumenti. Psal. 5.

3 Diuiditur secundum comparationē ad finem, in octo partes.

1. Quod est in doctrina religionis, quod est directe contra Deum.

2. Quod alicui obest, & nulli prodest.

3. Quod sic vni prodest, vt alteri obsit & hæc tria spectant ad mendacium pernicioſum.

4. Quod fit solà mentiendi, & fallendi libidine, quod proprie oritur ex habitu vitioso.

5. Quod fit cupiditate placendi.

6. Quod alicui prodest ad obtinendum pecuniam, & nulli obest.

7. Quod nulli obest, & prodest alicui ad mortem vitandam.

8. Quod nulli obest, & alicui prodest ad vitandam corporis pollutionem. Et in his quanto bonum intentum etiam melius, tanto culpa mendacij minor est. Vnde patet ad obiecta.

Art. 3. Vtrum omne mendacium sit peccatum.

1. Concl. Omne mendacium est peccatum.

1. *Eccle. 7. Noli velle mentiri, & Aug. lib. contra mendacium.*

lib. 4. Eth. cap 7. 2. *Quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum & licitum. Sed mendacium est malum ex genere, quoniam vt ait Arist. est per se pravum, & fugiendum: præterea est actus cadens super materiam illicitam, quia cum voces naturaliter sint signa intellectus, immaturale est, & indebitum, quod homo aliquid voce significet, quod non habet in mente. Ergo.*

†2 Concl. In nulla scriptura canonica est aliquid falsum, quia periret fidei certitudo, quæ auctoritati scripturæ innititur. Quod vero in eis aliquorum verba diuersimode recitentur, nō est mendacium quia, vt inquit Aug. Non debemus arbitrari mentiri quem quam si pluribus reminiscentibus rem, quam audierunt, vel viderunt non eodem modo, atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata. Exod. 2.

3. Concl. Obstetrices non sunt remuneratæ propter mendacium, sed ob timorem Dei & benevolentiam, ex qua processit mendacium.

4. Concl Quę in scriptura videntur mendacia in dictis sanctorum, sunt intelligenda secundum Aug. figuraliter, & Abraham dicendo Sarā esse suam sororem, celauit veritatem, sed non dixit mendacium, quia reuera erat etiam soror. Iacob mystice dixit se esse Esau primogenitum, quia primogenitura de iure ei debebatur Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi, quamuis possit dici eius verba veritatem habere secundum aliquem mysticum intellectum. lib. de con. Euang. c. 12.

5. Concl. Nemini mentiri licet vt aliquem à quocūque periculo liberet: licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione.

6. Concl. Qui promittit animo faciendi, non dicit mendacium, si non faciat. sed videtur infideliter agere, quia animum mutat: potest tamē excusari ex duobus: primo si promisit manifeste illicitum, in quo peccauit, & mutando propositum bene facit: secundo si sint mutatæ conditiones personarum, & negotiorum.

7. Concl. Mendacium etiam iocosum ex ipso genere operis habet rationem fallendi, quamuis ex intentione dicentis non dicatur ad fallendū, nec fallat ex modo dicendi. Nec est simile de locutionibus hyperbolicis, quia quod figuratiue fit, vel dicitur, non est mendacium.

Art. 4. Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale.

1. Concl Non omne mendacium est peccatum mortale.

1. *Ex Aug duo sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa. Sed omne peccatum mortale habet grauem culpam. Ergo.*

2. *Peccatum mortale proprie est quod repugnat caritati. Sed aliquod mendacium ex se non repugnat caritati, vt iocosum, & officiosum. Ergo.*

2. Concl. Mendacium potest contrariari caritati.

1. Secundum se, ex ipsa falsa significatione, quæ si sit circa res diuinas, contrariatur ea

ritati

ritati Dei, & virtute fidei, & religionis: vnde est mortale peccatum, & grauissimum: si sit circa aliquid cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, vel ad perfectionem scientiæ, vel mornm informationem, &c. tunc opponitur caritati fraternæ, & proximo infert falsam opinionem, & est mortale.

2. Ob finem intentum: vt si dicatur ad iniuriam Dei, vel damnum ac infamiam proximi: quod etiam est mortale, quia ex sola intentione peccati mortalis aliquis mortaliter peccat: secus si finis intentus non sit contra caritatem.

3. Per accidens ratione scandali, vel cuiuscunque damni consequentis, quod etiam est mortale, dum quis propter scandalum non veretur publice mentiri.

† 3. Concl. Illud, *perdes omnes, &c.* & illud, *os quod mentitur occidit, &c.* & alia similes sententiæ, intelliguntur de mendacio pernicioso.

4. Concl. Mendacium in tantum est contra præceptũ decalogi, inquantum est contra dilectionem Dei, & proximi.

1. Ioan. 3. 5. Concl. Etiam peccatum veniale largo modo potest dici iniquitas, quia omne peccatum est iniquitas: & sic loquitur Aug.

6. Concl. Mendacia obstetricum quantum ad affectum beneuolentiæ in Iudæos, & ad reuerentiam diuini timoris, debetur remuneratio æterna: vnde Hiero. exponit, quod Deus ædificauit illis domos spirituales: quantum vero ad exteriorem actum mendacii non potuerunt mereri retributionem æternam, sed forte temporalem; non quod per illud beatitudinem amittere meruerint, tanquam esset peccatum mortale.

Exod. 1. 7. Concl. Mendacium iocosum, vel officiosum non est mortale in viris perfectis, nisi forte ratione scandali, & sic potest intelligi Aug. quod perfectis sit præceptum, non solum non mentiri, sed nec velle mentiri. Vel loquitur de illis qui sunt positi, in statu conseruandæ veritatis ex officio: adde quod non loquitur assertiue.

Quæstio 111. De simulatione, & hypocrisi.

Art. 1. Vtrum omnis simulatio sit peccatum.

1. Concl. In Isa. 16. OMnis simulatio est peccatum.

1. *Ex Clos in comparatione duorum malorum leuius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare. Sed aperte peccare semper est peccatum. Ergo & simulare.*

2. *Sicut veritas opponitur quod aliquis per verba exteriora aliud significet, quam habet apud se, quod ad mendacium pertinet; ita etiam opponitur veritati quod aliquis per signa factorum, vel rerum aliquid significet contrarium eius, quod in eo est. quod proprie simulatio dicitur, qua est mendacium quoddam in signis exteriorum factorum consistens, quæ nihil refert, an quis mentiatur verbum, vel alio facto. Sed omne mendacium est peccatum. Ergo.*

† 2. Concl. Ex Aug. *non omne quod fingimus mendacium est* sed quando id fingimus, quod nihil significat. Cum autem actio nostra refertur ad aliquam significationem, nõ est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et sic Dominus finxit se longius ire: quia composuit motum, suum, quasi volentis longius ire ad figuratiue significandum, quod longe erat ab eorum fide. Abraham etiam figuratiue dixit ego, & puer, &c. & vt Ambr ait, prophetauit. Luc. Gen. 22.

3. Concl. In epist. ad Galat. 2. 1. Reg 21. 4. Reg. 10. Quod Hieron. dicit vtilem esse simulationem, & suo tempore assumendam, vtitur large nomine simulationis, pro quacunque fictione. Commutatio autem facies Dauid fuit fictio figuralis; simulationem Iehu non necesse est excusare, quia mansuit: remuneratur tamen à Deo non pro simulatione, sed pro zelo, quo destruxit cultum Baal.

4. Concl. Licet simulare bonum, sit malum, non tamen simulare malum est bonum.

Quia simulatio siue sit de bono, siue de malo, ex se mala est.

5. Concl. Vnusquisq; potest peccatum suum occultare sine simulatione: quia nemo mentitur ex eo quod tacet, quod est, sed quando significat, quod non est.

Art. 2. Vtrum hypocrisis sit idem quod simulatio.

1. Concl. Hypocrisis, est simulatio, non autem omnis simulatio, sed illa, qua quis simulat personam alterius, vt cum peccator simulat personam iusti.

Lib. 10. etym. c. 8. 1. *Ex Isidoro Hypocrita græco sermone latine simulator interpretatur, qui cum iniquus malus sit, palam se bonum ostendit.*

2. *Nomen Hypocritæ tractum est á specie eorũ, qui in spectaculis contecta facie incedunt distinguentes vultum vario colore, & ad personæ quam simulat colorem perueniat. Vnde qui in Ecclesia & in omni vita humana se vult videri, quod non est, Hypocrita est, simulat enim se iustum, sed non se exhibet. Ergo.*

† 2. Concl. Quia per bona opera, quæ facit, ex suo genere ad Dei seruitium pertinentia, non quæ-

rit Deo placere, sed hominibus, est hypocrita, non quod simulet rectum opus quod facit, sed quia simulat intentionem rectam.

3. Concl. Habitus sanctitatis, puta religionis, significat statum, quo quis obligatur ad opera perfectionis: ideo qui talem habitum assumeret, vt se iustum ostenderet, esset Hypocrita: sed si intenderet se ad statum perfectionis transferre, & per infirmitatem deficiat, non est Hypocrita; quia non tenetur peccatum manifestare, habitum deponendo.

4 Concl. Mala intentio in hypocrisi consideratur, vt signatum, quod non respondet signo: exteriora autem per verba, vel opera considerantur in omni simulatione, & mendacio, sicut signa.

Art. 3. Vtrum hypocrisis opponatur virtuti veritatis.

1. Concl. Hypocrisis directe opponitur veritati.

1. Quia est quoddam mendacium, quod veritati opponitur.

2. Directa oppositio hypocrisis ad aliquam virtutem attendenda est secundum speciem actus, qui accipitur secundum proprium obiectum. Sed hypocrisis est quædam simulatio, qua quis simulat se habere personam, quam non habet. Ergo directe opponitur veritati per quam aliquis exhibet se talem vita & sermone, qualis est.

Contra Indirecta oppositio hypocrisis potest attendi secundum quodcunque accidens: puta secundum finem aliquem remotum, &c.

† 3 Concl. Hypocrita simulans aliquam virtutem, assumit eam, vt finem secundum apparentium, quam volens videri eam habere: vnde non opponitur illi virtuti, sed veritati, inquantum vult decipere homines circa illam virtutem.

4. Concl. Hypocrisis opponitur simplicitati, prout virtus simplicitatis est eadem virtuti veritatis: quæ differunt solum ratione, nam veritas dicitur secundum quod signa concordant signatis: simplicitas autem, secundum quod non tenditur in diuersa.

5. Concl. Lucrum, vel gloria est finis remotus simulatoris, vnde non tertitur inde speciem, sed ex fine proximo, qui est ostendere se alium, quam sit.

Art. 4. Vtrum hypocrisis semper sit peccatum mortale.

1. Concl. Hypocrisis, vt includit defectum sanctitatis, & simulationem ipsius, vt Hypocrita dicatur, qui non curat sanctitatem habere, sed solum sanctus apparere, vt consueuit accipi in scriptura, est peccatum mortale: *quia nullus totaliter privatur sanctitate nisi per peccatum mortale.*

2 Si Hypocrita dicatur is, qui intendit dissimulare sanctitatem a qua deficit per peccatum mortale, non semper ipsa simulatio est peccatum mortale, sed quandoque veniale; quod discernendum est ex fine: qui si erit contra caritatem Dei, vel proximi, erit mortale, secus erit veniale: & is magis videtur vanus, quam malus.

1. Hypocrisis est mendacium operis, sed non omne mendacium operis est peccatum mortale. Ergo.

2. Intentio Hypocritæ est vt videatur bonus. Sed hoc non est contra caritatem. Ergo.

3. Hypocrisis nascitur ex inani gloria. Sed inanis gloria non est semper peccatum mortale. Ergo.

4. Quia non quilibet defectus sanctitatis quam quis simulat, est de perfectione salutis. Vnde patet ad obiecta. Greg. li 32. mor. c. 31.

Quæstio 112. De iactantia.

Art. 1. Vtrum iactantia opponatur virtuti veritatis.

1. Concl. Lib. 2. eth. c. 7. & lib. 4. c. 7. IActantia proprie dicta opponitur veritati per modum excessus.

1. Ex Arist. qui hoc docet.

2. Quia licet etiam iactantia sit cum aliquis verbis se extollat non supra id quod in se est, sed supra id quod de eo homines opinantur, quia fugiebat apost. dicens, Parco, ne quis existimet, &c. tamen magis proprie iactantia dicitur quando aliquis verbis se extollit supra id quod in ipso est secundum rei veritatem. Ergo: quia magis attendendum est aliquid secundum id quod est in se, quam secundum id, quod est in opinione. Vnde soluitur primum. 2. Cor. 12.

† 2. Concl. Si iactantia consideretur secundū speciem actus, opponitur veritati: si autem secundum suam causam, ex qua, & si non semper, tamen frequentius accidit, procedit ex superbia, sicut a causa interius mouua, & impellente, & sic à Greg. ponitur species superbiæ. lib. 31 mor. c. 31.

3. Concl. Arist 4. ethic. c. 7. 1. Iactantia causatur ex diuitiis, vel occasionaliter, prout aliquis de diuitiis superbit, vel per modum finis, prout aliqui seipsos iactant, non solum propter gloriam, sed etiam propter lucrum.

Art. 2. Vtrum iactantia sit peccatum mortale.

1. Concl. Si iactantia consideretur secundum se, vt est mendacium quoddam, quandoq; est peccatum mortale, quandoque veniale: mortale quando quis iactanter de se profert, quod est

contra gloriam Dei, vel contra caritatem proximi, vt Pharisæus apud Lucam: veniale quãdo aliquis de se talia iactat, quæ neque sunt contra Deum, neque contra proximum.

Luc. 18.

2. Concl. Si iactantia consideretur secundum suam causam; secundum superbiam, vel appetitum lucri, aut inanis gloriæ, si causa est peccatum mortale, etiam ipsa erit pec. mor. si veniale, veniale.

† 3. Concl. Prou. 28. Qui se iactat vt iurgia concitet, peccat mortaliter, quando iactantia est causa iurgiorum per se: secus si sit causa per accidens.

4. Concl. Gl. Eccl. 6. intelligitur cum oritur ex superbia, quæ est mortale.

5. Concl. Non semper iactantia importat mendacium perniciosum, sed solum quando est contra caritatem Dei, aut proximi; aut secundum se, aut secundum causam.

Non pertinet aliquando ad mendacium officiosum cum quis se iactat, vt gloriam vel lucrum acquirat, aut modo sit sine alterius damno.

Quæstio 113. De ironia.

Art. 1. Vtrum ironia per quam aliquis de se fingit minora, sit peccatum.

1. Concl. Dicere minora à veritate declinando, vt cum quis asserit de se aliquid vile, quod in se non cognoscit, aut cum negat de se aliquid magnum, quod tamen percipit in seipso esse, quod pertinet ad ironiam, est semper peccatum.

lib. de Ver. Apost. ser. 12. *Quia vt ait Aug. cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentiaris, mentiendo efficeris.*

2. Concl. Dicere minora, salua veritate, dum, s. aliqui maiora quæ sunt in seipsis reticent, & quædam minora de se proferunt, quæ tamen in se esse recognoscunt, non pertinet ad ironiam, nec est peccatum secundum genus suum, nisi forte per alicuius circumstantiæ corruptionem.

3. Concl. Prou. 30. Quia Deo erat conformatus, dixit, *stolidissimus sum virorum*, loquebatur secundum reputationem humanam, qua s. humana contemnit, quæ hominum scientia quærit: vnde subdit, *sapientiam non didici*, & postea, *nec fui filius prophetæ*. Amos negauit se esse Prophetam origine: quia non erat de genere Prophetarum.

Am. 8. 17.

4. Concl. Aug. ep. 180. Illud, Greg. *Bonum mentitum est suas sibi ignoscere culpas, vbi nulla est culpa*, intelligendum est, quod homo, qui ad iustitiæ perfectionem tendit, in culpam reputat, non solũ si deficiat à communi iustitia, quod vere culpa est, sed etiam si deficiat à perfectione iustitiæ, quod quandoque culpa non est.

5. Concl. 22 q. 2. can. Non sit a. Nemo debet mentiri, vt vitet superbiam: quia non est faciendum vnum peccatum, vt vitetur aliud. Sed ita caueatur arrogantia, vt veritas non relinquatur.

Art. 2. Vtrum ironia sit maius peccatum, quam iactantia.

1. Concl. 4. Eth. c. 17. Iactantia est grauius peccatum, quam ironia.

1. *Irones, ex Arist. & minus dicentes grauiores secundum mores videntur.*

2. *Licet ironia, & iactantia in hoc sint aquales, quod circa condemnẽ personã, vel verbũ, vel quibuscunque exterioribus signis mentiuntur: tamen plerunque iactantia ex turpiore fine ortum se ex appetitu lucri, vel honoris, ironia vero ex hoc, quod fugit, licet inordinate, per ironiem aliis grauis ei se. Vnde soluitur primum, quod procedit ex parte materiæ, quia vtraque declinat a veritate.*

† 2. Con Quando aliquis per verba, vel signa prætendit quidem defectum in exterioribus rebus, & per hoc ipsum intendit ostendere aliquam excellentiam spiritualem: tunc licet vitium ironiæ & iactantiæ simul concurrant; non tamen ironia est iactantia, quia sunt ibi secundum diuersa.

3. Concl. arist 4. eth. c. 7. Illud, *Quando submisit vocem suam; ne crederemini, quoniam sapientem requiritis, &c.* intelligitur de illis, qui ex dolosa humilitate nequiter vocem suam submittunt. Prou. 26 Eccl. 19.

Quæstio 114. De amicitia, quæ affabilitas dicitur.

Art. 1. Vtrum amicitia sit specialis virtus.

1. Concl. AMicitia est specialis virtus.

1. *Præcepta legis dantur de actibus virtutum. Sed scriptura dicit, congregationem pauperum alibi emte facio Ergo.*

Eccl. 5. 2. *Cum virtus ordinetur ad bonum, vbi occurrit speciale rectum bonum, quod in ordine consistit, oportet esse specialem virtutem. Sed oportet hominem conuenienter ad alios se communis conuersatione tam in factis, quam in dictis exhibere. Ergo oportet esse quandam specialem virtutem, quæ hanc conuenientiam ordinis obseruet, & hæc vocatur amicitia siue affabilitas.*

† 2 Con ..ist b. Eth c. 3. Duplex est amicitia; altera, quæ consistit principaliter in affectu, quo vnus alium diligit; & hæc potest consequi quamcunq; virtutem. Altera quæ consistit in solis exterio-

tibus verbis, vel factis, quæ non habet perfectam rationem amicitiæ: & hæc est specialis virtus, de qua loquimur.

3 Concl. Omnis homo naturaliter omni homini est amicus quodam generali amore: & hunc amorem repræsentant signa amicitiæ; quæ exterius ostendit in verbis, vel factis etiam extrancis, & ignotis, vnde nō est ibi simulatio.

Eccl 7. 4 Concl. Cor sapientum dicitur esse vbi est tristitia, non quod ipsi proximo tristitiam inferant, sed vt contristantibus consolationem conferant. Cor autem stultorum est vbi lætitia, non vt ipsi alios lætificent, sed vt aliorum lætitia perfruantur: Nam pertinet ad sapientem, vt condelectationem honestam afferat his cum quibus versatur. Psal. 132. *Ecce quam bonum, &c.* Contristat etiam aliquando sapiens propter bonum consequendum, vel malum fugiendum: vt Paulus fecit, & Arist. docet.

2. Cor. 7. 4 Eth. c. 6.

Art. 2. Vtrū huiusmodi amicitia sit pars iustitia.

Hæc virtus amicitiæ est pars iustitiæ inquantum adiungitur ei, sicut principali virtuti.

1. Concl. Lib. 1. in Somn. Scip. *1. Ex Macrobio qui hoc docet.*

2. Quia conuenit cum iustitia prout est ad alterum; deficit tamen a perfecta iustitia, quia non habet perfectam debiti rationem, prout aliquis alteri obligatur, vel debito legali ad cuius solutionem lex cogit, vel alio debito proueniente ex beneficio suscepto, sed solum attendit quoddam debitum honestatis, quod magis est ex parte ipsius virtutis, quam ex parte alterius.

† 2. Concl. Homo tenetur ex quodam naturali debito honestatis, vt aliis delectabiliter conuiuat; nisi propter aliquam causam necesse sit aliquando eos vtiliter contristare: ideo amicitia aliquo modo est pars iustitiæ.

3 Concl. Ad temperantiam pertinet refrænare delectationes sensibiles; sed hæc virtus consistit circa delectationes in conuictu, quæ ex ratione prouenium: vnde non est pars temperantiæ.

4. Concl. Arist. 4. Eth. c. 6. Quod hæc virtus similiter ad notos & ignotos operetur, non est intelligendum, quod eodem modo quis debeat colloqui, & conuiuere notis, & ignotis; sed similitudo in hoc est, quod quoad omnes oportet facere, quod decet.

Quæstio CXV. De adulatione.

Art. 1. Vtrum adulatio sit peccatum.

2. Concl. 1 Sacra 13. Adulatio est peccatum.

1. Ex Gloss. super illud, Va qui consuunt cubitalia &c. damnat adulationem.

2. Amicitia siue affabilitas licet principaliter intendat delectare: tamē vbi necesse est propter aliquod bonum exequendum, vel malum fugiendum etiam contristat. Si quis ergo velit in omnibus ad delectationem loqui, excedit modum in delectando: sed hoc pertinet ad adulationem, siue hoc fiat sola intentione delectandi siue lucri consequendi: quia primo modo fictus, dicitur placidus, qui alitero, dicitur adulator: Verum communiter adulatio ea tribuitur omnibus, qui supra modum alios verbis, vel factis in communi conuersatione delectant.

† 2. Concl. Laudare aliquem ad delectationem contingit & bene & male, prout debitæ circumstantiæ, vel seruantur, vel prætermittuntur: si seruentur pertinebit ad virtutem amicitiæ, si non seruentur, ad adulationem.

3. Concl. Etiam vituperare malum, debitis circumstantiis non adhibitis, est malum.

4. Concl. Nihil prohibet duo vitia esse contraria, vnde sicut detractio est malitia adulatio, quæ ei contrariatur, licet non respectu finis: quia adulator delectationem, detractor infamiam quærit.

Art. 2. Vtrum adulatio sit peccatum mortale.

1. Concl. Adulatio aliquando est peccatum mortale, aliquando veniale.

Quia peccatum mortale est quod caritati opponitur. Sed adulatio quandoq; caritati contrariatur, quandoq; non. Ergo. Contrariatur primo rationem veritatis, vt cum laudatur peccatum, quod est contra dilectionem Dei, quia contra eum iustitiam loquitur, & contra dilectionem proximi, quam in peccato fouet: vnde est peccatum mortale. Isa. 5. Capit. 5. Qui dicitis malum bonum. Secundo ratione intentionis, vt cū quis adulatur, vt fraudulenter alteri noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter, quod etiam est peccatum mortale. Tertio per occasionem, Prou. 27. vt cum laus adulatio sit alteri occasio peccandi, licet sit præter adulatoris intentionem. In hoc considerandum est an sit occasio data, vel accepta, & quatenus ruina consequatur. Non contrariatur caritati, cum quis ea sola intentione delectandi alios, vel ad emendum aliquod malum, vel consequendum aliquod bonum ex necessitate, alicui adulatus fuerit: quod si tantum veniale peccatum. Vnde Aug. inter peccata minuta hoc numerat.

† 2 Concl. Ser. 4. de purgato. Auctoritates allatæ in primo arg. intelliguntur de adulatore, qui laudat alterius peccata.

3. Concl. Quæ afferuntur in 2. de eo, qui adulatur animo nocendi.

4. Concl. Auctoritas canonis de eo, qui proditorie alteri adulatur.

Quæstio

Quæstio 116. De litigio.

Artic. 1. Vtrum litigium opponatur virtuti amicitiæ seu affabilitatis.

1. Concl. Litigium proprie in verbis consistit, cum vnus verbis alterius contradicit: tunc, si contradictio contingat propter personã dicentis cui contradicens consentire recusat propter defectum amoris, videtur ad discordiam caritati contrariam pertinere: si cõtradictio oriatur ratione personæ, quã aliquis contristare non veretur, tũc ſt litigiũ, quod amicitiæ huic affabilitati opponitur ad quam pertinet delectabiliter alijs conuiuere. Vnde 4. Eth. c. 5. Arist. litigium opponit amicitiæ: & eos qui contristant discolos & litigiolos vocat.

†2. Concl. Contentio pertinet magis proprie ad cõtradictionem discordiæ, sed litigium ad eam contradictionem, quæ ſt animo contristandi.

3. Concl. Licet litigium oriatur aliquãdo ex ira, nõ tamẽ esse necesse, quod opponatur mansuetudini; quia directa oppositio vitiorum ad virtutes, non attenditur secundum causas: quia vnum vitium ex diuersis causis potest oriri.

4 Concl. Iacob. 4. Illud, *Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris?* intelligitur de concupiscentia secundum quod est generale peccatum, ex quo omnia vitia oriuntur.

Artic. 2. Vtrum litigium sit grauius peccatum, quam adulatio.

1. Concl. Secundum speciem litigium est grauius peccatum, quã adulatio.

1. *Tanto aliquod vitium est graue, quãto magis repugnat oppositæ virtuti. Sed litigiũ est huiusmodi; quia virtus amicitiæ principaliter tendit ad delectandum, quam ad contristandum, Ergo.*

2. *Illud vitium est graue, quod spiritualẽ statum magis repugnat. Sed huiusmodi est litigium, ex* 1. Tim. 3. 2. Tim. 2. *apostolo, Ergo.*

2. Concl. Secundum exteriora motiua aliquando adulatio est grauior: vt cum quis intẽdit per deceptionem indebitum honorem, vel lucrũ acquirere: aliquando est grauius litigium, vt cum homo intendit, vel veritatem impugnare, vel dicentem in contemptum adducere.

†3. Concl. Sicut adulator potest nocere occulte decipiendo, ita litigiosus potest interdum nocere manifeste impugnando: quod grauius est, propter violentiam; sicuti eadem ratione grauior est rapina, quam furtum.

Non semper illud est grauius quod est turpius. 4 Concl.

Nam peccata carnalia turpiora sunt & tamen spiritualia sunt grauiora. Vnde licet adulatio, quia turpis, sit turpior, tamen est grauior: quia per eam homo magis verecundatur, homo; quia verecundia sequitur turpitudinem. Vnde sequitur tertium.

Quæstio 117. De liberalitate.

Artic. 1. Vtrum liberalitas sit virtus.

1. Concl. Liberalitas est virtus.

1. *Multas ait Ambro. in Euangelio doctrinas habemus iuste liberalitatis. Sed in quam non decenter, nisi quæ ad virtutem pertinet. Ergo.* 1. 3. offi. c. 30.

2 *Bona ista quæ homo quibus supponimus, ex quibus pertinet ad virtutem. Sed possessiones bonæ, & malè ex eis quæ sunt extra. Licet ergo ad fruitionem vitæ concessi. Ergo liberalitas est virtus: quia ad eam pertinet bene vti his rebus.*

† 2. Concl. Ser. ad diuites. Secundum Basil superabundantia diuitiarum datur aliquibus a Deo, vt meritum bonæ dispensationis acquirant, quare liberalis: cum pauca vni sufficiant, plura laudabiliter in alios expendit, quam incipium: ita tamen vt se in alios intendat, quod omnino se, & suos non despiciat, quod non esset liberalitatis.

3 Concl. At liberalem non pertinet ita diuitias emittere, vt non remaneat sibi vnde sustentetur, aut vnde virtutis opera exequatur, quibus ad beatitudinẽ proficitur: ex Arist. & Ambr. Nisi forte quis, vt Eliæus omnia sua pauperibus daret, vt nulla cura domestica teneretur, quod pertinet ad perfectionem.

4. Concl. 4. Eth. c. 1. Nihil prohibet aliquos virtuosos, licet sint pauperes, esse liberales: quia, vt Arist. inquit secundum substantiam id est facultatẽ diuitiarum liberalitas dicitur: non enim in multitudine datorum, sed in dantis habitu consistit

Artic. 2. Vtrum liberalitas sit circa pecunias.

1. Concl. 4. Eth. c. 1. Propria materia liberalitatis est pecunia.

1 *Nam, vt Arist. ait, est medietas quædam circa pecunias.*

2. *Ad liberalem pertinet esse emissum, quod etiam ex ipso nomine patet: nam cum aliquis a se aliquid emittit, quodammodo illud a sua custodia & dominio liberat, & animum suum ab eius affectu liberum esse ostendit, vnde etiã largitas nominatur. Sed quæ emittenda sunt ab vno homi-*

est quando beneficium contemnitur, quod est speciale peccatum.

.Concl. Nihil prohibet formalem rationem alicuius specialis peccati, vt accidit in hoc peccato, in pluribus peccatorum generibus materialiter inueniri.

Art. 3. Vtrum ingratitudo semper sit peccatum mortale.

.Concl. Ingratitudo, per solam omissionem, vt beneficium non recognoscere, non laudare, &c. non semper est peccatū mortale: quia debitū gratitudinis est, vt homo aliquid liberaliter tribuat, ad quod non tenetur ideo, &c.

Est tamen peccatum venialet.

2. Concl. *Quia prouenit ex quadam negligentia, & indispositione ad virtutem.*

Potest tamen esse mortale: vel propter interiorem contemptum: vel propter conditionem eius, quod subtrahitur, quod ex aliqua necessitate debeatur beneficio, siue in casu necessitatis.

4. Concl. Ingratitudo, qua quis non solum prætermittit debitum gratitudinis, sed contrarium agit, quandoque est mortale, quandoque veniale, secundū conditionem eius quod agitur. sed illa tantum habet perfectam ingratitudinis rationem, quæ prouenit ex peccato mortali.

† 5. Concl. Etiam per peccatum veniale aliquis est ingratus Deo, non secundum perfectam ingratitudinis rationem, sed vt tollit aliquem actū virtutis, per quem Deo obsequitur: sed hæc non est contra caritatem.

6. Concl. Qui beneficium dedit, meminisse non debet, hoc est, illud prædicare, & iactare non debet.

7. Concl. Qui ignorat beneficium non est ingratus, si illud non recompenset, dummodo sit paratus recompensare, si sciret.

Art. 4. Vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda.

1. Concl. Circa ingratum duo considerantur: alterum quod sit dignus pati, & sic certum, est quod meretur beneficij subtractionem: alterum quid oporteat beneficium agere: & tūc, primum non debet cito iudicare alium esse ingratum: quia, vt Seneca ait, *interdum qui nō reddit gratus est & forsitan non reddit, quia ei non occurrit opportunitas*, &c. deinde debet beneficus laborare, vt de ingrato facita gratum: quod si primo beneficio non faciet, forte faciet secundo. Altissimus autem benignus est super ingratos, & malos, quem imitari debemus.

Quando beneficijs multiplicatis qui recipit ingratitudinem augeat, & peior fiat à beneficiorum exhibitione cessandum. 2. Concl.

Illud, *ingrati spes tanquam hibernale glacies tabescet*, intelligitur quantum ad id, quod digni pati. † 3. Concl. Sap. 26.

Qui beneficium ingrato exhibet, non dat ei occasionem peccandi, sed magis gratitudinis & amoris: quod si qui accipit ingratitudinis occasionem sumat, non est danti imputandum. 4. Concl.

Ingratus prius est beneficijs nouis sanandus, quam beneficiorum subtractione puniendus. 5. Concl.

Quæstio 108. vindicatione.

Art. 1. Vtrum vindicatio sit licita.

1. Concl. VIndicatio quæ fit per aliquod pœnale infictum peccanti, potest esse licita quando intentio vindicantis fertur principaliter ad aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccantis: vt ad eius emēdationem, vel cohibitionem, ad quietem aliorum, ad iustitiæ conseruationem, & Dei honorem, alijs debitis circunstantijs seruatis.

Quia quod expectatur à Deo, est bonū & licitū. Sed vindicta de hostibus est expectanda à Deo. Ergo.

2. Concl. Luc. 18. Quando intentio vindicantis fertur principaliter in malium eius de quo vindictam sumit, & ibi quiescit, est omnino illicitum.

1 *Nam delectari in malo alterius pertinet ad odium, quod repugnat caritati, qua omnes homines diligere debemus.*

2. *Nemo excusatur si malum intendat illimi, qui iniuste ipsi intulit malum, sicut non excusatur qui odit se odientem, nemo enim debet in aliū peccare propter hoc quod alius prius peccauit in ipsum, quia malum vindicandum est in bono. Ergo.* Rom. 13.

† 3. Concl. Rom. 13. Qui secundum gradum sui ordinis vindictam exercet in malos, non vsurpat sibi quod Dei est, sed vtitur potestate sibi diuinitus concessa.

4. Concl. Mali tollerātur à bonis in hoc, quod ab eis proprias iniurias patienter sustinent prout oportet, non autem tollerant eos, vt sustineant iniurias Dei & proximorum.

5. Concl, Lex euangelij est lex amoris, vnde solū illis est timor incutiendus per pœnas, qui ex amore non mouentur ad bonum.

6. Concl. Quisque debet illatam iniuriam quantum pertinet ad propriam personā patienter tollerare, sed quando redundat in Deum, & in ecclesiam, debet quisque vlcisci.

7. Concl. Cum tota multitudo peccat, est de ea vin-

dicta)

dicta sumenda, vel quantum ad totum multitudinem, vel quantum ad magnam partem. Quod si speretur multorum correctio, debet exerceri in paucos principaliores. Si pars multitudinis peccauit, si possunt fieri mali à bonis, illi puniantur: si non possit fieri sine scandalo, detrahendum est seueritati. Idem dicendum de Principe, cuius peccatum tolerandum est, si sine scandalo multitudinis puniri non possit, nisi forte peccatum sit maius scandalo.

23. qō. 1. c. inquanim. Exod. 32. Num. 25.

Art. 2. Vtrum vindicatio sit specialis virtus.

Vindicatio est specialis virtus.

1. *Ex Tullio, qui eam ponit parte iustitiæ.*

2. *Cum virtutes perficiant nos ad prosequendum debito modo inclinationes pertinentes ad ius naturale, oportet quod ad quamlibet inclinationē naturalem determinatam ordinetur aliqua virtus specialis. Sed vindicatio est specialis inclinatio naturæ ad remouendum impedimenta, quia bona natura ad remouendum impedimenta, quia homo nocumenta repellit, per hoc, quod se defendit ne iniuriæ inferantur, vel damna patiatur: cuius est, non intentione nocendi, sed remouendi nocumenta, quod pertinet ad vindicationem. Ergo*

1. Concl. lib. 2. de inuent.

Punitio peccatorum, vt pertinet ad publicam iustitiam, est actus commutatiuæ virtutis: vt pertinet ad immutationem personæ singularis, a qua iniuria propulsatur pertinet ad virtutem vindicationis.

† 2. Concl.

Fortitudo disponit ad actum vindictæ remouendo prohibens, s. timorem periculi: similiter zelus importat primam radicem vindicationis, prout dicit feruorem amoris: sed quia hæc non sufficiunt, requiritur specialis virtus.

3. Concl.

Vindicationi opponuntur duo vitia: alterum per excessum, s. peccatum crudelitatis, vel sæuitiæ: alterum per defectum: vt cū quis est nimis remissus in puniendo. Vnde virtus vindicationis cōsistit in hoc, vt homo secūdum omnes circumstantias debitam mensuram in vindicando conseruet.

4. Concl.

Art. 3. Vtrum vindicatio debeat fieri per pœnas apud homines consuetas.

Vindicatio debet fieri per pœnas apud homines consuetas.

1. *Quia huiusmodi pœna determinantur in lege diuina, vt est dictum.*

1. Co. et

2. *Vindicatio intantum licita est, inquantum tendit ad cohibitionem malorum. Sed mali cohibentur per hoc, quod timēt amittere, quæ plus amant, quam peccando adipiscuntur, alias timor nō compesceret peccatum. Ergo vindicta de peccatis, est sumenda per subtractionem omnium, quæ homo maxime diligit. Sed hoc fit per pœnas apud homines consuetas, quæ sunt, mors per quam amittitur vita: verbera, & talio, per quæ amittitur corporis integritas: fustium, & vinculi, per quæ amittitur libertas: exilium, per quod amittitur patria: damnum, per quod amittuntur diuitiæ: ignominia, per quam amittitur gloria.*

Tul.

Dominus prohibet eradicari zizania, quādo timetur ne simul eradicetur triticum, sed quando possunt eradicari mali per mortem, sine periculo, & cum vtilitate aliorum, debet fieri.

† 2. Concl. Mat. 13.

Omnes mortaliter peccantes sunt digni morte æterna, quantum ad futuram retributionem: sed quia pœnæ huius vitæ sunt medicinales, ideo illis solis peccatis pœna mortis infligitur, quæ in grauem perniciem aliorum cedunt.

3. Concl.

Quando simul cū culpa innotescit, & pœna, non est nocium multitudini, quia plus terret pœna, quam allicit exemplum culpæ.

4. Concl.

Art. 4. Vtrum vindicta sit exercenda in eos, qui inuoluntarie peccauerunt.

Nullus punitur prout pœna consideratur secundum rationem pœnæ, nisi pro eo, quod voluntarie factum est.

1. Concl.

1. *Pœna enim sub hac ratione, non debetur nisi peccato, cum per eam reparetur æqualitas iustitiæ, vt qui peccando nimis secutus est suam voluntatē, aliquid contra suam voluntatem patiatur. Sed omne peccatum est voluntarium. Ergo.*

Si pœna consideretur, vt est medicina, nō solum vt sanatiua peccati præteriti sed etiam præseruatiua à peccato futuro, vel etiam promotiua ad aliquod bonum, aliquis interdum punitur sine culpa, licet non sine causa.

2. Concl.

Quia medicina infert aliquando nocumentū in minoribus, vt melioribus auxilium præstet: & quia bona temporalia sunt minima, & spiritualia sunt maxima, ideo quandoque punitur aliquis in temporalibus bona sine culpa, vt sunt plures pœnæ præsentis vitæ diuinitus inflictæ, ad humiliationē, & probationem.

In spiritualibus bonis nemo punitur sine propria culpa, nec in præsenti, nec in futuro.

3. Concl.

Cum aliquis punitur pro peccato alterius non pœna spirituali, sed temporali, vel quia vnus temporaliter est res alterius, vt filij &

† 4. Conc.

1. Co. et

ls. 2. qō. 105. ar. 2.

ferun: vel vt peccatum vnius deriuatur in alterum, vel per imitationem, vel per modum meriti, qua ratione peccata subditorum meretur peccatorem Prælatum, siue per æqualem consensum, seu dissimulationem: vel tantum ad communandam vnitatem humanæ societatis, ex qua vnus debet pro alio solicitus esse, ne peccet. Illud, *visitans peccata patrum super filios in tertiam & quartam generationem*, magis videtur ad misericordiam, quam ad seueritatem pertinere, dum non statim vindicat, sed expectat, vt saltem postea corrigantur.

Iob. 34. 2.

Exod. 20.

5. Concl. Pœna damni punitur aliquis, secundum humanum iudicium etiam sine culpa, licet non sine causa.

1. cum quis sine sua culpa est ineptus ad aliquod bonum habendum, vel consequendum: & sic propter lepram remouetur aliquis ab administratione rei sic, vel propter bigamiam, vel indecentem sanguinis, a sacris ordinibus.

2. Quia bonum in quo damnificatur, non est proprium, sed commune vt cum clerici priuantur Ep. scopo, qui pertinet ad bonum ciuitatis.

3. Quia bonum vnius dependet ex bono alterius, sicut in crimine læsæ maiestatis filius amittit hæreditatem ex peccato parentis.

6. Conc. Paruulí iuuno iudicio simul aliquando puniuntur cum parentibus, quia sunt res parentum, & in eis parentes quodammodo puniuntur, & id in eorum bonum cedit. Aliquando etiam exercetur vindicta in bruta animalia vt puniantur domini, & ad detestationem peccati.

7. Concl. Coactio timoris non facit simpliciter inuoluntarium, sed habet voluntarium mixtũ.

8. Concl. Apostoli pro peccato Iudæ turbabantur ex Ambros. sicut pro peccato vnius punitur multitudo.

Quæstio 109. De veritate, & vitijs oppositis.

Art. 1. Vtrum veritas sit virtus

1. Concl. VEritas, qua aliquis verum dicit, secundum quod per eam aliquis dicitur verax, est virtus.

2. Ethic. *1. Ex Arist. qui eam numerat inter cæteras virtutes.*

2. Verum est, quia bonum facit habentem, & opus eius: dicit bonum. Sed obijcies, quod est dicere secundum est rectum bonum. Ergo.

4. Concl. Veritas secundum quod veritate aliquid dictum verum, non est virtus, sed obiectum [illegible] vitutis.

Quia sic non est habitus, qui est causa virtutis, sed aptitudo quædam intellectiua, vel signum ad rem intellectam, vel significatam: vel etiam res ad suam regulam conformatur primum.

† 3. Concl. Quamuis laudare seipsum de vero, inquantum est confessio veri, sit bonum ex genere, tamen si sit sine debita causa, vitiosum est ex defectu aliarum circunstantiarum: idem dicas de publicatione peccati.

4. Concl. Veritas est virtus moralis, & est in medio inter superfluum, & diminutum: tam parte obiecti, quia verum ex sui ratione importat quandam æqualitatem, æquale autem est medium inter maius & minus: vnde qui verum de seipso dicit, tenet medium inter eũ, qui maiora, & inter eum, qui minora dicit tũ ex parte actus, cum dicit verum quando oportet, & secundum quod oportet: superfluit cum quis importune sua manifestat: defectus committitur, cum occultantur quando non oportet.

Art. 2. Vtrum veritas sit specialis virtus.

Veritas est specialis virtus.

1. Conc. *1. Ex Arist. qui eam connumerat cum alijs virtutibus.*

2. Cum ad rationem virtutis humanæ pertineat, vt opus hominis bonum reddat, necesse est, vt bonum hominis immediate respiciat ratio bonitatis, ad hoc disponatur homo per specialem virtutem, ratio autem boni consideratur ex determinato ordine, ex Aug. sed est quidam specialis ordo secundum quem exteriora nostra, vel verba, vel facta debite ordinantur ad aliquid, sicut signum ad significatum, & ad hoc perficitur homo per virtutem veritatis, Ergo.

l. de natura boni c. 3.

† 2. Concl. Verum & bonum subiecto quidem conuertuntur: at secundum rationem inuicem se excedunt. Vnde verum secundum rationem propriam, quæ est perfectio intellectus, est quoddam particulare bonum, appetibile quoddam est. & bonum secundum propriam rationem, vt est finis appetitus, est quoddam verum, vt intelligibile est, & quia virtus includit rationem finitatis, potest esse quod veritas sit specialis virtus, sicut verum est speciale bonum, bonitas autem hominis non potest esse specialis virtus, quia est genus virtutis.

3. Concl. Quod aliquis manifestet, quod circa insum est, pertinet ad virtutem veritatis, sicut per se intentum: ad alias autẽ virtutes potest pertinere ex consequenti. & præter principale intentum: habitus vero virtutis, & vitij

for-

tinetur speciem ab eo quod est per se intentum, & ideo veritas est specialis virtus.

4. Concl. Veritas vitæ, est veritas non secundum quam aliquis dicit verum, sed secundum quã aliquid est verum: & hæc communis est ad quamlibet virtutem.

5. Concl. Simplicitas pertinet ad virtutem veritatis, quia dicitur per oppositum ad duplicitatem, qua aliquis habet in corde, aliud ostẽdit exterius.

Art. 3. Virum veritas sit pars iustitiæ.

1. Concl. lib. 2. de inuent. Veritas est pars iustitiæ, inquantum annectitur ei, sicut virtus secundaria principali.

1. Ex Tullio, quarum rerum sex partes insistit.

2. Ex hoc aliqua virtus insita annectitur, sicut secundaria principali, quod partem cum iustitia conuenit, partim ab eius perfectiua ratione deficit. Sed virtus veritatis conuenit cum iustitia, & vt est ad alterum, inquantum quæ circa ipsum sunt, sunt alteri manifestat. & inquantum iustitia æqualitatem quandam in rebus constituit, quod etiam facit veritas, quia adæquat signa rebus existentibus circa ipsum. Deficit autem à perfectiua ratione iustitiæ, quantum ad rationem debiti: quia iustitia attendit debitum legale, veritas morale. Ergo.

†2. Concl. Virtus veritatis attendit rationem debiti, prout vnus homo debet alteri id, sine quo humana societas seruari non posset, vt est veritatis manifestatio, sine qua nõ esset fides.

3. Concl. Veritas, vt cognita, pertinet ad intellectũ, sed eius manifestatio per exteriora signa est actus voluntaris

4. Concl. Veritas iustitiæ, vt est rectitudo regulata secundum regulam diuinæ legis, differt a veritate vitæ, quia hæc est secundum quam quis recte viuit in se, veritas iustitiæ secundum quam aliquis seruat rectitudinem legis in iudicijs, quæ sunt ad alterum, & sic neutra harum veritatum pertinet ac veritatem, de qua loquimur. Veritas doctrinæ consistit in quadam manifestatione verborum, de quibus est scientia, vnde nec illa pertinet ad hanc virtutem, sed solum veritas illa, qua aliquis, & vita, & sermone talẽ se demonstrat, qualis est.

Art. 4. Virum virtus veritatis, magis declinet in minus.

1. Concl. Virtus veritatis magis declinat in minus affirmando puta, cum quis non manifestat totum bonum, quod in ipso est.

1. Ex Arist. qui hoc docet.

2. Quia hoc fit sine præiudicio veritatis, cum in maiore, sit etiam minus: sunt prudentium sic, vt Arist. ait. Nam qui nimia de se dicunt, quasi sint, aliquo modo esse, quasi excellere alios volentes:

quia autem minora sunt grauosa, quasi condescendentes alijs per quandam moderationem. Vnde apost. Si vel lucro gloriari, &c.

2. Concl. Declinare in minus, vt negetur sibi inesse, quod inest, non pertinet ad hanc virtutem: quia per hoc incurreret falsum: id tamen minus repugnat veritati, non secundum propriam rationem veritatis, sed secundum rationem prudentiæ, quam oportet saluare in omnibus virtutibus: quia magis repugnat prudentiæ, quod quis se velet habere, quod non habet, quam quod non existimet, vel dicat se non habere, quod habet. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 110. De vitijs oppositis veritati.

Artic. 1. Virum mendacium semper opponatur veritati.

1 Concl. Mendacium directe, & formaliter opponitur virtuti, veritatis.

1. Mendacium, ex Aug. est dicere falsum animo fallendi. Sed hoc opponitur veritati. Ergo.

lib. 1. de mend. c. 4. *2. Oppositio actuum moralium ex duobus speciẽ suscipere. s. ex obiecto, & fine, nam finis est obiectum voluntatis, quæ est primum mouens in actibus moralibus, & quælibet potentia à voluntate mota habet suum obiectum, quod se habet in actu voluntatis ad finem, sicut materiale ad formale: tunc omnis manifestatio, siue enũciatio qua est cũ intentione fallendi, directe opponitur virtuti veritatis, quæ in manifestatione consistit. Sed mendacium formaliter sumptum, est huiusmodi. Ergo. Nam mendacium nominatur ex eo, quod contra mentem dicitur. Vnde, ratio mendacij sumitur à falsitate, quæ tunc est, cum quis habet fallendi falsitatem, & intentionem, etiam si verum forte dicat, quia non est verum, nisi materialiter, & e contra, qui dicit aliquid, quod credit esse verum, licet sit falsum, non est falsum, nisi materialiter, cum sit præter intentionem à qua forma actus moralis multum dependet.*

2. Concl. Quod aliquis intendat falsitatem in opinione alterius constituere fallendo ipsum, non pertinet ad speciem mendacij, sed ad quandam perfectionem ipsius, sicuti effectus, qui sequitur formam rei.

†3. Concl. Magis opponitur veritati, vt est virtus moralis, quod aliquis dicat verum intendens dicere falsum, quam quod dicat falsum, intendens dicere verum.

4. Concl. Voces præcipuum locum tenent inter alia signa: vnde cum dicitur mendacium est falsa vocis significatio, nomine vocis intelligitur omne signum: ideo qui falsum nutibus signficare intenderet, mendax esset.

5. Concl. Cupiditas fallendi non pertinet ad speciē mendacij, sed ad perfectionem eius: quia nullus effectus pertinet ad speciem suæ causæ.

Art. 2. Vtrum mendacium sufficienter diuidatur per mendacium officiosum, iocosum, & perniciosum.

1. Concl. Mendacium tripliciter diuiditur.

1. Secundum propriam rationem, opponitur veritati, in iactantiam, quæ excedit verum in dicendo: in ironiam, quæ deficit à veritatis explicatione in minus.

2. Diuiditur vt habet rationem culpæ, & secundum ea, quæ ipsum aggrauant, vel diminuunt, in iocosum, quod fit propter bonū delectabile: in officiosum, quod fit propter bonū vtile, & in perniciosum, quod fit causa nocumenti. Psal. 5.

3 Diuiditur secundum comparationē ad finem, in octo partes.

1. Quod est in doctrina religionis, quod est directe contra Deum

2. Quod alicui obest, & nulli prodest.

3 Quod sic vni prodest, vt alteri obsit & hæc tria spectant ad mendacium perniciosum.

4. Quod fit solā mentiendi, & fallendi libidine, quod proprie oritur ex habitu vitioso.

5. Quod fit cupiditate placendi.

6. Quod alicui prodest ad obtinendum pecuniam, & nulli obest.

7. Quod nulli obest, & prodest alicui ad mortem vitandam.

8. Quod nulli obest, & alicui prodest ad vitandam corporis pollutionem. Et in his quanto bonum intentum etiam melius, tanto culpa mendacij minor est. Vnde patet ad obiecta.

Art. 3. Vtrum omne mendacium sit peccatum.

1. Concl. Omne mendacium est peccatum.

1. *Eccle. 7. Noli velle mentiri, & Aug. lib. contra mendacium.*

lib. 4. Eth. cap 7. 2. *Quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum & laudabile. Sed mendacium est malum ex genere, quoniā vt ait Arist. est per se praua, & fugienda: præterea est actus cadens super materiam illicitam, quamuis voces naturaliter sint signa intellectus, innaturale est, & indebitum, quod homo aliquid voce significet, quod non habet in mente. Ergo.*

† 2. Concl. In nulla scriptura canonica est aliquid falsum, quia periret fidei certitudo, quæ auctoritati scripturæ innititur. Quod vero in eis aliquorum verba diuersimode recitentur, nō est mendacium quia, vt inquit Aug. Non debemus arbitrari mentiri quem quamuis pluribus reminiscentibus rem, quam audierunt, vel viderunt non eodem modo, atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata. Exod. 2.

3. Concl. Obstetrices non sunt remuneratæ propter mendacium, sed ob timorem Dei. & benevolentiam, ex qua processit mendacium.

4. Concl Quę in scriptura videntur mendacia in dictis sanctorum, sunt intelligenda secundum Aug. figuraliter, & Abraham dicendo Sarā esse suam sororem, celauit veritatem, sed non dixit mendacium, quia reuera erat etiam soror. Iacob mystice dixit se esse filium primogenitum, quia primogenitura de iure ei debebatur Iudith laudatur, non quia mentita est Holoferni, sed propter affectum quem habuit ad salutem populi, quamuis posset dici eius verba veritatem habere secundum aliquem mysticum intellectum. lib. de con. Euang. c. 12.

5. Concl. Neminī mentiri licet vt aliquem à quocūque periculo liberet: licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione.

6. Concl. Qui promittit animo faciendi, non dicit mendacium, si non faciat. sed videtur infideliter agere, quia animum mutat: potest tamē excusari ex duobus: primo si promisit manifeste illicitum, in quo peccauit, & mutando propositum bene facit: secundo si sint mutatæ conditiones personarum, & negotiorum.

7. Concl. Mendacium etiam iocosum ex ipso genere operis habet rationem fallendi, quamuis ex intentione dicentis non dicatur ad fallendū, nec fallat ex modo dicendi. Nec est simile de locutionibus hyperbolicis, quia quod figuratiue fit, vel dicitur, non est mendacium.

Art. 4. Vtrum omne mendacium sit peccatum mortale.

1. Concl Non omne mendacium est peccatum mortale.

1. *Ex Aug duo sunt genera mendaciorum in quibus non est magna culpa. Sed omne peccatum mortale habet grauem culpam. Ergo.*

2. *Peccatum mortale proprie est quod repugnat caritati. Sed aliquod mendacium ex se non repugnat caritati, vt iocosum, & officiosum. Ergo.*

2 Concl. Mendacium potest contrariari caritati.

1. Secundum se, ex ipsa falsa significatione, quæ si fit circa res diuinas, contrariatur ca-

ritati

ritati Dei, & virtute fidei, & religionis: vnde est mortale peccatum, & grauissimum: si sit circa aliquid cuius cognitio pertineat ad hominis bonum, vel ad perfectionem scientiæ, vel morum informationem, &c. tunc opponitur caritati fraternæ & proximo infert falsam opinionem, & est mortale.

2. Ob finem intentum: vt si dicatur ad iniuriam Dei, vel damnum & infamiam proximi: quod etiam est mortale, quia ex sola intentione peccati mortalis aliquis mortaliter peccat: secus si finis intentus non sit contra caritatem.

3. Per accidens ratione scandali, vel cuiuscunque damni consequentis, quod etiam est mortale, dum quis propter scandalum non veretur publice mentiri.

† 3. Concl. Illud, *perdes omnes, &c.* & illud, *os quod mentitur occidit, &c.* & aliæ similes sententiæ, intelliguntur de mendacio pernicioso.

4. Concl. Mendacium in tantum est contra præceptū decalogi, inquantum est contra dilectionem Dei, & proximi.

1. Ioan. 3. 5. Concl. Etiam peccatum veniale largo modo potest dici iniquitas, quia omne peccatum est iniquitas: & sic loquitur Aug.

6. Concl. Mendacia obstetricum quantum ad affectum beneuolentiæ in Iudæos, & ad reuerentiam diuini timoris, debetur remuneratio æterna: vnde Hiero. exponit, quod Deus ædificauit illis domos spirituales: quantum vero ad exteriorem actum mendacii non potuerunt mereri retributionem æternam, sed forte temporalem; non quod per illud beatitudinem amittere meruerint, tanquam esset peccatum mortale.

Exod. 1. 7. Concl. Mendacium iocosum, vel officiosum non est mortale in viris perfectis, nisi forte ratione scandali, & sic potest intelligi Aug. quod perfectis sit præceptum, non solum non mentiri, sed nec velle mentiri. Vel loquitur de illis qui sunt positi, in statu conseruandæ veritatis ex officio: adde quod non loquitur assertiue.

Quæstio III. De simulatione, & hypocrisi.

Art. 1. Virum omnis simulatio sit peccatum.

1. Concl. in Isa. 16. OMnis simulatio est peccatum.

1. Ex Ios. in comparatione duorum malorum leuius est aperte peccare, quam sanctitatem simulare. Sed aperte peccare semper est peccatum. Ergo & simulare.

2. Sicut veritati opponitur quod aliquis per verba exteriora aliud significet, quam habet apud se, quod ad mendacium pertinere dictum est: etiam opponitur veritati, quod aliquis per signa factorum, vel rerum aliquid significet contrarium eius, quod in eo est, quod proprie simulatio dicitur, quæ est mendacium quoddam in signis ex exterorum factorum consistens, quia similitudinem refert, ad quam mentiatur verbum, vel alio facto. Sed omne mendacium est peccatum. Ergo.

† 2. Concl. Ex Aug. *non omne quod fingimus mendacium est* sed quando id fingimus, quod nihil significat. Cum autem nutus noster refertur ad aliquam significationem, nō est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et sic Dominus finxit se longius ire: quia compositum motum, suum, quasi volentis longius ire ad figurative significandum, quod longe erat ab eorum fide. Abraham etiam figurative dixit ego, & puer, &c. & vt Ambr. ait, prophetauit. *Luc.* *Gen. 22.*

3. Concl. Quod Hieron. dicit vtilem esse simulationem, & suo tempore assumendam, vtitur large nomine simulationis, pro quacunque fictione. Commutatio autem faciei Dauid fuit fictio figuralis; simulationem Iehu non necesse est excusare, quia mansuetus: remuneratur tamen a Deo non pro simulatione, sed pro zelo, quo destruxit cultum Baal. *In epist. ad Galat. 2.* *1. Reg 21.* *4. Reg. 10.*

4. Concl. Licet simulare bonum, sit malum, non tamen simulare malum est bonum.

Quia simulatio sive sit de bono, sive de malo, ex se mala est.

5. Concl. Vnusquisq; potest peccatum suum occultare sine simulatione: quia nemo mentitur ex eo quod tacet, quod est, sed quando significat, quod non est.

Art. 2. Virum hypocrisis sit idem quod simulatio.

1. Concl. Hypocrisis, est simulatio, non autem omnis simulatio, sed illa, qua quis simulat personam alterius, vt cum peccator simulat personam iusti.

Lib. 10. etym. c. 8.

1. Ex Isidoro. Hypocrita græco sermone latine simulator interpretatur, qui cum intus malus sit, palam se bonum ostendat.

2. Nomen Hypocritæ traxerunt a specie eorū, qui in spectaculis comœdiæ facie incedunt distinguentes vultum Gario colore, & ad personæ quam simulat colorem permeant. Vnde qui in Ecclesiis & in omni vita humana se vult videri, quod non est, Hypocrita est. simulat enim se iustum, sed non se exhibet. Ergo.

† 2. Concl. Quia per bona opera, quæ facit, ex suo genere ad Dei seruitium pertinentia, non quæ-

ut Deo placere, sed hominibus, est hypocrita, non quod simulet rectum opus quod facit, sed quia simulat intentionem rectam.

3. Concl. Habitus sanctitatis, puta religionis, significat statum, quo quis obligatur ad opera perfectionis: ideo qui talem habitum assumeret, vt se iustum ostenderet, esset Hypocrita: sed si intenderet se ad statum perfectionis transferre, & per infirmitatem deficiat, non est Hypocrita; quia non tenetur peccatum manifestare, habitum deponendo.

4. Concl. Mala intentio in hypocrisi consideratur, vt signatum, quod non respondet signo: exteriora autem per verba, vel opera considerantur in omni simulatione, & mendacio, sicut signa.

Art. 3. Vtrum hypocrisis opponatur virtuti veritatis.

1. Concl. Hypocrisis directe opponitur veritati.

1. Quia est quoddam mendacium, quod veritati opponitur.

2. Directa oppositio hypocrisis ad aliquam virtutem attendenda est secundum speciem actus, qui accipitur secundum proprium obiectum. Sed hypocrisis est quædam simulatio, qua quis simulat se habere per, ea, quæ non habet. Ergo directe opponitur veritati, per quam aliquis exhibet se talem vita & sermone, qualis est.

2. Concl. Indirecta oppositio hypocrisis potest attendi secundum quodcunque accidens: puta secundum finem aliquem remotum, &c.

3 Concl. Hypocrita simulans aliquam virtutem, assumit eam, vt finem secundum apparentium, quam volens videri eam habere: vnde non opponitur illi virtuti, sed veritati, inquantum vult decipere homines circa illam virtutem.

4. Concl. Hypocrisis opponitur simplicitati, prout virtus simplicitatis est eadem virtuti veritatis: quæ differunt solum ratione, nam veritas dicitur secundum quod signa concordant signatis: si simplicitas autem, secundum quod non tendit in diuersa.

5. Concl. Lucrum, vel gloria est finis remotus simulatoris, vnde non sortitur inde speciem, sed ex fine proximo, qui est ostendere se alium, quam sit.

Art. 4. Vtrum hypocrisis semper sit peccatum mortale.

1. Concl. Hypocrisis, vt includit defectum sanctitatis, & simulationem ipsius, vt Hypocrita dicatur, qui non curat sanctitatem habere, sed solum sanctus apparere, vt consueuit accipi in scriptura, est peccatum mortale: *quia nullus totaliter privatur sanctitate nisi per peccatum mortale.*

1 Si Hypocrita dicatur is, qui intendit dissimulare sanctitatem a qua deficit per peccatum mortale, non semper ipsa simulatio est peccatum mortale, sed quandoque veniale; quod discernendū est ex fine: qui si erit contra caritatem Dei, vel proximi, erit mortale, secus erit veniale: & is magis videtur vanus, quam malus. 2

1. Hypocrisis est mendacium operis, sed non omne mendacium operis est peccatum mortale. Ergo.

2. Intentio Hypocritæ est vt videatur homo. Sed hoc non est contra caritatem. Ergo.

3. Hypocrisis nascitur ex inani gloria. Sed inanis gloria non est semper peccatum mortale. Ergo.

4. Quia non quilibet defectus sanctitatis quam quis simulat, est de perfectione salutis. Vnde patet ad obiecta. Greg. li 32. mor. c. 31.

Quæstio 112. De iactantia.

Art. 1. Vtrum iactantia opponatur virtuti veritatis.

1. Concl. Lib. 2. cth. c. 7. & lib. 4. c. 7. IActantia proprie dicta opponitur veritati per modum excessus.

1. Ex Arist. qui hoc docet.

2. Quia licet etiam iactantia sit cum aliquis verbis se extollit non supra id quod in se est, sed supra id quod de eo homines opinantur, qua fugiebat apost. dicens, Parce, ne quis existimet, &c. tamen magis proprie iactantia dicitur quando aliquis verbis se extollit supra id quod in ipso est, secundum rei veritatem. Ergo: quia magis inducendum est aliquid secundum id quod est in se, quam secundum id, quod est in opinione. Vnde soluitur primum. 2. Cor. 12.

† 2. Concl. Si iactantia consideretur secundū speciem actus, opponitur veritati: si autem secundum suam causam, ex qua, & si non semper, tamen frequentius accidit, procedit ex superbia, sicut a causa interius mouua, & impellente, & sic à Greg. ponitur species superbiæ. lib. 31 mor. c. 31.

1. Iactantia causatur ex diuitiis, vel occasionaliter, prout aliquis de diuitiis superbit, vel per modum finis, prout aliqui seipsos iactant, non solum propter gloriam, sed etiam propter lucrum. 3. Concl. Arist. 4. ethic. c. 7.

Art. 2. Vtrum iactantia sit peccatum mortale.

1. Concl. Si iactantia consideretur secundum se, vt est mendacium quoddam, quandoq; est peccatum mortale, quandoque veniale: mortale quando quis iactanter de se profert, quod est

contra

contra gloriam Dei, vel contra caritatem proximi, vt Phariſæus apud Lucam: veniale quãdo aliquis de ſe talia iactat, quæ neque ſunt contra Deum, neque contra proximum.

Luc. 18.

2. Concl. Si iactantia conſideretur ſecundum ſuam cauſam; ſecundum ſuperbiam, vel appetitum lucri, aut inanis gloriæ, ſi cauſa eſt peccatum mortale, etiam ipſa erit pec. mor. ſi venniale, veniale.

† 3. Concl. Prou. 28. Qui ſe iactat vt iurgia concitet, peccat mortaliter, quando iactantia eſt cauſa iurgiorum per ſe: ſecus ſi ſit cauſa per accidens.

4. Concl. Gl. Eccl. 6. intelligitur cum oritur ex ſuperbia, quæ eſt mortale.

5. Concl. Non ſemper iactantia importat mendacium pernicioſum, ſed ſolum quando eſt contra caritatem Dei, aut proximi; aut ſecundum ſe, aut ſecundum cauſam.

Nam pertinet aliquando ad mendacium officioſum cum quis ſe iactat, vt gloriam vel lucrum acquirat, ammodo ſit ſine alterius damno.

Quæſtio 113. De ironia.

Art. 1. Vtrum ironia per quam aliquis de ſe fingit minora, ſit peccatum.

2. Concl. Dicere minora à veritate declinando, vt cum quis aſſerit de ſe aliquid vile, quod in ſe non regnoſcit, aut cum negat de ſe aliquid magnum, quod tamen percipit in ſeipſo eſſe, quod pertinet ad ironiam, eſt ſemper peccatum.

lib. de Ver. Apoſt. ſer. 12. *Quia, vt ait Aug. cum humilitatis cauſa mentitur, ſi non erat peccator antequam mentiretur, mendacio efficietur.*

2. Concl. Dicere minora, ſalua veritate, dum, ſ. aliqui maiora quæ ſunt in ſeipſis reticent, & quædam minora de ſe proferunt, quæ tamen in ſe eſſe recognoſcunt, non pertinet ad ironiam, nec eſt peccatum ſecundum genus ſuum, niſi forte per alicuius circunſtantiæ corruptionem.

3. Concl. Prou. 30. Qui a Deo erat confortatus, dixit, *ſtolidiſſimus ſum virorum*. loquebatur ſecundum reputationem humanam: quia ſ. humana contemnit, quæ hominum ſcientia quærit: vnde ſubdit, *ſcientiam ſanctorum non noui*. & poſtea, *non ſum propheta*. Amos negauit ſe eſſe Prophetam origine: quia non erat de genere Prophetarum.

Am. 7.

4. Concl. Aug. epiſt. Aug. c. 10. Illud, Greg. *Bonum mentium eſt ſuas culpas agnoſcere culpas, vbi nulla eſt culpa*, intelligendum eſt, quod homo, qui ad iuſtitiæ perfectionem tendit, in culpam reputat, non ſolũ ſi deficiat à communi iuſtitia, quod vere culpa eſt, ſed etiam ſi deficiat à perfectione iuſtitiæ, quod quandoque culpa non eſt.

5. Concl. 22 q. 2. can. Non ſta. Nemo debet mentiri, vt vitet ſuperbiam: quia non eſt faciendum vnum peccatum, vt vitetur aliud. Sed ita caueatur arrogantia, vt veritas non relinquatur.

Art. 2. Vtrum ironia ſit maius peccatum, quam iactantia.

1. Concl. 4. Eth. c. 17. Iactantia eſt grauius peccatum, quam ironia.

1. *Irones, ex Ariſt. & minus dicentes grauiores ſecundum mores videntur.*

2. *Licet ironia, & iactantia in hoc ſint æquales, quod circa eandem perſonam, vel verbum, vel quibuſcunque exterioribus ſignis mentiuntur: tamen grauius iactantia ex turpiore fine, ſcilicet ex appetitu lucri, vel honoris, ironia vero ex hoc, quod fugit, licet inordinate, per detrectionem alius grauis eſſe. Vnde ſoluuntur primum, quod procedit ex parte materiæ, quia vtraque declinat a veritate.*

† 2. Concl. Quando aliquis per verba, vel ſigna prætendit quidem defectum in exterioribus rebus, & per hoc ipſum intendit oſtendere aliquam excellentiam ſpiritualem: tunc licet vitium ironiæ & iactantiæ ſimul concurrant; non tamen ironia eſt iactantia, quia ſunt ibi ſecundum diuerſa.

3. Concl. ariſt 4. eth. c. 7. Prou. 26. Eccl. 19. Illud, *Quando ſubmiſerit vocem ſuam; ne crediderimus, quoniam ſcientem nequitia, &c.* intelligitur de illis, qui ex doloſa humilitate nequiter vocem ſuam ſubmittunt.

Quæſtio 114. De amicitia, quæ affabilitas dicitur.

Art. 1. Vtrum amicitia ſit ſpecialis virtus.

1. Concl. Amicitia eſt ſpecialis virtus.

1. *Præcepta ipſius dantur de actibus virtutum. Sed ſcriptura dicit, congregationem pauperum eſſe bonum. Ergo.*

Eccl. 5. 2. *Cum virtus ordinetur ad bonum, vbi occurrit ſpecialis ratio boni, quod in omnibus conſiſtit, oportet eſſe ſpecialem virtutem. Sed oportet hominem conuenienter ad alios in communi conuerſatione ſe habere, quam in dictis rationatur. Ergo oportet eſſe quandam ſpecialem virtutem, quæ hanc conuenientiam omnibus offerret, & hæc vocatur amicitia ſiue affabilitas.*

† 2 Conſ. Arist 8. Eth c. 3. Duplex eſt amicitia; altera, quæ conſiſtit principaliter in affectu, quo vnus alium diligit; & hæc poteſt conſequi quamcunq; virtutem. Altera quæ conſiſtit in ſolis exterioribus

Quæstio 116. De litigio.

Artic. 1. Vtrum litigium opponatur virtuti amicitiæ seu affabilitatis.

1. Concl. Litigium proprie in verbis consistit, cum vnus verbis alterius contradicit: tunc, si contradictio contingat propter personã dicentis cui contradicens consentire recusat propter defectum amoris, videtur ad discordiam caritati contrariam pertinere: si cõtradictio oriatur ratione personæ, quã aliquis contristare non veretur, tũc fit litigiũ, quod amicitiæ siue affabilitati opponitur ad quam pertinet delectabiliter alijs conuiuere. Vnde 4. Eth. c. 5. Arist. litigium opponit amicitiæ: & eos qui contristant dicolos & litigiolos vocat.

†2. Conc. Contentio pertinet magis proprie ad cõtradictionem discordiæ, sed litigium ad eam contradictionem, quæ fit animo contristandi.

3. Concl. Licet litigium oriatur aliquãdo ex ira, nõ tamẽ esse necesse, quod opponatur mansuetudini; quia directa oppositio vitiorum ad virtutes, non attenditur secundum causas: quia vnum vitium ex diuersis causis potest oriri.

4 Concl. Iacob. 4. Illud, *Vnde bella, & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris?* intelligitur de concupiscentia secundum quod est generale peccatum, ex quo omnia vitia oriuntur.

Artic. 2. Vtrum litigium sit grauius peccatum, quam adulatio.

1. Concl. Secundum speciem litigium est grauius peccatum, quã adulatio.

1 *Tanto aliquod vitium est graue, quãto magis repugnat oppositæ virtuti. Sed litigiũ est huiusmodi; quia virtus amicitiæ principaliter tendit ad delectandum, quam ad contristandum, Ergo.*

1. Tim 3. 2. Tim 2. 2. Concl. 2. *Illud vitium est graue, quod spiritualem statum magis repugnat. Sed huiusmodi est litigium, ex apostolo, Ergo.*

Secundum exteriora motiua aliquando adulatio est grauior: vt cum quis intẽdit per deceptionem indebitum honorem, vel lucrũ acquirere: aliquando est grauius litigium, vt cum homo intendit, vel veritatem impugnare, vel dicentem in contemptum adducere.

†3. Concl. Sicut adulator potest nocere occulte decipiendo, ita litigiosus potest interdum nocere manifeste impugnando: quod grauius est, propter violentiam; sicuti eadem ratione grauior est rapina, quam furtum.

Non semper illud est grauius quod est turpius. 4 Concl.

Non occæcata carnalia tempora sunt & tamen spiritualia sunt grauiora. Vnde licet admirationi, quæ est de magnitudine, turpitudo sit grauior: quãdoque tamen magis verecundatur homo; quia verecundia est quidam timor. Vnde solemus dicere timendum.

Quæstio 117. De liberalitate.

Artic. 1. Vtrum liberalitas sit virtus.

1. Concl. 1.3. offi. c. 30. Liberalitas est virtus.

1 *Matthæus ait de bro in Euangelio doctrinæ nouem iuste beatitudines. Sed in eis non docentur nisi ea quæ ad virtutem pertinent. Ergo.*

2 *Bene vitia quæ sunt contraria optimis, ex quibus pertinet ad virtutem. Sed prodigalitas bonorum, & malitiæ sola ambitiones quæ sunt fugiendæ bis quæ sunt extra se. Licet rectum ad fruitionem vitæ concessi. Ergo liberalitas est virtus: quia ad eam pertinet bene vti his rebus.*

† 2. Concl Ser. ad diuites. Secundum Basil superabundantia diuitiarum datur aliquibus a Deo, vt meritum bonæ dispensationis acquirant, quare liberalis eam pauca vni sufficiant, plura laudabiliter in alios expendit: quam inerpiumitatem tamen vt sic in alios intendat, quod omnino se, & suos non despiciat, quod non esset liberalitatis.

3 Concl. At liberalem non pertinet ita diuitias emittere, vt non remaneat sibi vnde sustentetur, aut vnde virtutis opera exequatur, quibus ad beatitudinẽ proficitur: ex Arist. & Ambr. Nisi forte quis vt Heliseus omnia sua pauperibus daret, vt nulla cura domestica teneretur, quod pertinet ad perfectionem.

4. Concl. 4. Eth. c. 1. Nihil prohibet aliquos virtuosos, licet sint pauperes, esse liberales: quia, vt Arist. inquit secundum substantiam id est facultatẽ diuitiarum liberalitas dicitur: non enim in multitudine datorum, sed in dantis habitu consistit

Artic. 2. Vtrum liberalitas sit circa pecunias.

1. Concl. 4. Eth. c. 1. Propria materia liberalitatis est pecunia.

1 *Nam, vt Arist. ait, est mediet.e quædam circa pecunias.*

2. *Ad liberalem pertinet esse emissiuum, quod etiam ex ipso nomine patet: nam cum aliquis a se aliquid exterius ponit, quodammodo illud a sua custodia & dominio liberat, & animum suum ab eius affectu liberum esse ostendat, vnde etiã largitas nominatur. Sed quæ emittenda sunt ab vno homine*

circa eum, cui dat; & id, eo talis datio pertinet ad caritatem, vel amicitiam. Non sic datio liberalitatis, quæ procedit ex eo quod dās est aliqualiter affectus circa pecuniam, dum eam non concupiscit, vnde amicis, & ignotis, das quando oportet.

Art. 6. Vtrum liberalitas sit maxima virtus.

Liberalitas non est maxima virtutum.

1. Concl. Soc. est li. 1. Ethic. c. 8.

1 Ex Ambros. Iustitia est excellentior liberalitate, sed liberalitas gratior: & Aristot. Fortes, & iustissimæ honorantur, & post hos liberales.

2 Cum quælibet virtus tendat in aliquod bonum, oportet vt illa quæ tendit per se in maius bonum, sit secundum se potior. Sed alia respectu liberalitatis sunt huiusmodi, quia liberalitas tendit per se ad ordinandam affectionem circa pecuniarum vsum; quæ sunt bona externa, temperantia ad ordinandas concupiscentias circa proprium corpus, fortitudo & iustitia ordinant hominem circa bonum commune. Sed bonum publicum præeminet bono priuato, & bonum corporis, bono exteriorum rerum. Ergo Omnibus autem præferuntur virtutes, quæ ordinantur ad bonum diuinum.

2. Concl. Liberalitas ex consequenti ordinatur ad omnia prædicta bona: quia ex hoc quod homo non est amatiuus pecuniæ, sequitur vt de facili vtatur ea, & ad seipsum, & ad vtilitatem aliorum., & ad Dei honorem, & secundum hoc habet quandam excellentiam.

† 3. Concl. Propter liberalitatem non fit aliquis maxime similis Deo; quia datio diuina magis videtur pertinere ad caritatem, quam ad liberalitatem.

4 Concl. Non solum liberalitas, sed quælibet virtus participat rationem boni, quantum ad emissionem proprij actus, qui quarundā virtutum meliores sunt; quam pecunia, quam emittit liberalis,

5. Concl. Liberales maxime amantur, non quidam amicitia honesti, quasi meliores, sed amicitia vtilis.

Quæstio 118. De vitijs liberalitati oppositis.

Artic. 1. Vtrum auaritia sit peccatum.

1. Concl. Heb. 13. Arist. 1. Polit. c. 6. AVaritia est peccatum.

1. Sint mores sine auaritia, ait Paul.

2. In his, in quibus bonum consistit in aliqua mensura necesse est, vt per excessum, vel diminutionem illius mensuræ malum proueniat, sed bonū hominis circa bona exteriora, quæ habent rationē vtilium adeo necessa est, vt consistat in quadam mensura, quia quæ sunt ad finem debent cōmensurari fini. Ergo in excessu huius mensuræ consistit peccatum, dum scilicet quis supra modum vult eas acquirere, vt bre timere, quod pertinet ad auaritiam.

† 2. Conc. Appetitus rerum exteriorum est quidem homini naturalis, sed vt eorum, quæ sunt propter finem: vnde intantum vitio caret, inquantum cōtinetur sub regula rationis finis, quam regulam auaritia excedit.

3. Conc. Si auaritia importet immoderantiam circa res exteriores, quantum ad acceptionem, & conseruationem est directe peccatum cōtra proximum: si importet immoderantiam circa interiores affectiones, quas quis ad diuitias habet, est peccatum hominis in seipsum: quia per hoc deordinatur eius affectus; ex consequenti est peccatum contra Deum, prout homo propter bonum temporale contemnit æternum.

4. Concl. Licet senex propter naturæ defectum auidius exteriorum rerum requirat subsidia nō tamen a peccato excusatur, si debitam rationis mensuram excedat.

Art. 2. Vtrum auaritia sit speciale peccatum.

1. Concl. Auaritia est quoddam speciale peccatum, secundum quod est immoderatus amor habendi possessiones quæ nomine pecuniæ designantur.

Rom. 1. *1. Quia Paul. connumerat eam inter alia specialia peccata.*

2. Vbi est specialis ratio boni, quod inordinate appetitur, ibi est specialis ratio peccati, quia peccata sumunt speciem ab obiecto, quod est illud bonum, in quod tendit inordinatus appetitus. Sed in diuitijs est particularis ratio boni vtilis, quod auaritia inordinate appetit. Ergo.

2. Concl. Auaritia large sumpta designat omnem inordinatum appetitum habendi quamcūq; rem; vt scientiam, altitudinem, &c. & sic nō est speciale peccatum. Vnde patet ad primū.

† 3. Concl. Greg. hom. 6. mutuang. Auaritia proprie est circa ea, quæ habent rationē boni vtilis: vnde licet quis voluptatēs & honores possit pecunia consequi: tamē quia habet aliam rationem appetibilitatis, ideo eorum appetitus non dicitur auaritia, vt est speciale peccatum,

4. Concl. Rom. 7. Glos. quæ ait, *concupiscentiam auaritiæ esse omne malum*, loquitur de concupiscentia inordinata cuiuscunque rei.

Art. 3. Vtrum auaritia opponatur liberalitati.

1. Concl. Auaritia, vt importat immoderantiam circa interiores affectiones diuitiarum, vt cum quis nimis amat, vel desiderat eas, opponitur liberalitati, quæ moderatur huiusmodi affectiones.

Eccle. 5. *Auarus enim, & ait Septem, non implebitur pecunia, & qui amat, &c. Sed non implet pecunia, & inordinate eam amare, est contrarium liberalitati. Ergo.*

2. Concl. Auaritia, vt importat immoderantiam immediate, circa ipsam acceptionem, & conuersationem diuitiarum, prout aliquis acquirit pecuniam, vltra debitum, aliena furripiendo, & retinendo, opponitur iustitiæ Duplex enim ex Chrysostom. est iniustitia, altera generalis, altera specialis, cui opponitur auaritia. Idem docet Aristotel. Vnde soluitur primum.

†3. Concl. in Matt. Hom. 6. 3. Eth. c. 1. & 2. Iustitia proprie statuit mensuram in acceptionibus, & conseruationibus diuitiarum secundum rationem debiti legalis: sed liberalitas constituit mensuram rationis principaliter in interioribus actionibus, & consequenter in exteriore acceptione, & emissione pecuniarum, secundum rationem debiti mortalis.

4. Concl. Auaritia, vt opponitur iustitiæ, non habet vitium oppositum: quia ei opponitur minus habere, quod non habet rationem culpæ, sed pœnæ: vt autem opponitur liberalitati, habet vitium prodigalitatis oppositum.

Art. 4. Vtrum auaritia sit peccatum mortale.

1. Concl. Auaritia, vt opponitur iustitiæ, ex genere suo est peccatum mortale.

Quia sic ad eam pertinet quod aliquis iniuste accipiat, & retineat, quod spectat ad rapinam, vel furtum, quæ sunt peccata mortalia: Licet quandoque possit esse peccatum veniale propter imperfectionem actus. Vnde soluitur primum.

2. Concl. Auaritia, vt opponitur liberalitati est inordinatus amor diuitiarum, qui si in tantum crescat, præferatur cartari, erit peccatum mortale, si autem non præferatur, erit veniale.

†3. Concl. Seruit. ad dimit. Ex Basilio colligitur tantum, quod auaritia sit peccatum mort. in eo casu, quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis &c.

4. Concl. Tunc cupido diuitiarum, obtenebrat animam propriè, quando excludit lumen caritatis.

Art. 5. Vtrum auaritia sit maximum peccatorum.

1. Concl. Auaritia non est simpliciter maximum peccatorum.

1. Adulterium est grauius peccatum, quam furtum; sed furtum pertinet ad auaritiam, Ergo.

Prou. 6. *2. Cum grauitas peccati formaliter sit pensanda ex parte boni, quod corrumpitur; quanto bonum, quod per peccatum corrumpitur, erit maius, tanto peccatum grauius erit: Et sic peccatum quod est contra Deum erit grauissimum, & sub hoc est peccatum quod est contra personam hominis, sub, quo est illud, quod est contra res exteriores, quæ pertinent ad auaritiam.*

2. Concl. Si grauitas peccatorum attendatur ex parte boni, cui inordinate subditur appetitus humanus, peccatum auaritiæ, quæ appetitus humanus subijcitur exterioribus rebus habet quodammodo deformitatem maiorem.

Quia sic quanto bonum animæ est, tanto peccatum est deformius. Sed bonum exteriorum rerum est infimum inter humana bona. Ergo: & sic intelligitur illud, Auaro nihil est scelestius, & alia huiusmodi auctoritates. Vnde soluitur primum.

†3. Concl. Eccl. 10. lib. 83. q. 36. Cum aug. ait, Secundum caritatis esse cupiditatem, intelligitur de cupiditate generaliter cuiuscunque boni, non autem specialiter de auaritia.

4. Concl. Aristot. 4. Eth. c. 2. Auaritia dicitur insanabilis ex parte defectus humani: vnde propter hoc non ostenditur peccatum esse graue, sed quodammodo periculosius: secus quando insanabilitas est ex parte contemptus: vt cum quis contemnit misericordiam, vel iustitiam diuinam: quod pertinet ad peccatum in Spiritum sanctum.

5. Concl. Ephes. 5. Auaritia dicitur idolorum seruitus propter aliquã similitudinem: quia tam auarus: quam idololatra subijcit se creaturæ exterioris: verum diuerso modo, ille exhibendo ei cultum diuinum, hic immoderate concupiscendo ad vsum vnde non oportet, quod auaritia habeat tantam grauitatem, vt idololatria.

Art. 6. Vtrum auaritia sit peccatum spirituale.

Auaritia est peccatum spirituale.

1. Concl. lib. 31. Moral. c. 31. *1. Ex Greg. quæ eam computat inter vitia spiritualia.*

2. Illa sunt peccata spiritualia, quæ perficiuntur in spiritualibus delectationibus, absque carnali, quia peccatum præcipue consistit in affectu & anima affectiones terminantur ad delectationes, & tristitias. Sed huiusmodi est auaritia quæ animæ ob-

delectatur in hoc, quod consideras se possessorem diuitiarum, Ergo.

† 2. Concl. Aristot. 2. Eth. c. 1. Licet auaritia sit circa obiectum corporale, non ideo est carnale peccatum: quia auarus in ea non quærit corporalem delectationem, sed solum animalem.

3. Concl. Similiter, licet procedat ex aliquo defectu carnis, non ideo est carnale quoniam motus recipit speciem à termino ad quem, & non à termino a quo.

4. Concl. Hom. 12. in Matt. Chryst. comparat auarum dæmoniaco, non quod vexetur in carne, sed per oppositum vt sicut ille de quo legitur Marc. 5. se denudabat, ita auarus se diuitijs onerat.

Art. 7. Vtrum auaritia sit vitium capitale.

1. Concl. Auaritia quæ consistit in appetitu pecuniæ, est vitium capitale.

1. Ex Greg. qui eam connumerat inter ista vitia.

lib 31. Moral. c. 31. Eccle. 10. Boet. lib 8. de cons. prof. 3. 2. Illud peccatum ex quo alia vitia oriuntur ratione finis, est vitium capitale. Huiusmodi est auaritia, cum sit appetitus diuitiarum: Ergo. minor patet: quia diuitiæ per se promittunt sufficientiam, omnia enim obediunt pecuniæ: sed sufficientia est vna de conditionibus felicitatis, quæ est finis, & maxime appetibilis. Ergo.

2. Concl. Non oportet quod principale vitium opponatur principali virtuti, vnde licet liberalitas non sit principalis virtus, quia non respicit ad principale bonum rationis, auaritia tamen est principale vitium, quia respicit ad pecuniam, quæ habet quandam principalitatem inter bona sensibilia.

3. Concl. Etsi pecunia ordinetur ad alium finem: tamen habet quandam similitudinem felicitatis, cum contineat quodammodo omnia virtute, vt est vtilis ad omnia sensibilia bona acquirenda.

4. Concl. Nihil prohibet vitium capitale ex aliis quibusdam oriri, dummodo ex eo oriantur alia.

Art. 8. Vtrum proditio, fraus, fallicia, periuria, inquietudo violentiæ, & contra misericordiam obduratio, sint auaritiæ filiæ.

1. Concl. Proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentiæ, & contra misericordiam obduratio, sunt auaritiæ filiæ.

1. Ex Greg. qui has auaritiæ filias numerat.

lib 31. Mor. cap. 31. 2. Filiæ auaritiæ dicuntur vitia, quæ ex ipsa proueniunt, præcipue secundum appetitum finis: auaritia autem, quia est superfluus amor habendi diuitias, in duobus excedit: primum in retinendo, & sic oritur ob duratio contra misericordiam, quia non vult subuenire miseris: deinde in accipiendo, & tunc vel est in affectu, & sic oritur inquietudo, quia ingerit homini sollicitudinem: vel in effectu, & sic in acquirendo aliena quandoque vtitur vi, quod pertinet ad violentias: quandoque dolo, quod si fiat in simplici verbo, erit periurium. Si autem committatur in opere, sic quantum ad res erit fraus, quantum ad personas erit proditio.

† 2. Concl. Non est necesse filias alicuius peccati capitalis ad idem genus virij pertinere: quia ad finem vnius vitij possunt ordinari peccata alterius generis, & sic filiæ auaritiæ opponuntur diuersis virtutibus.

3. Concl. Mendacium, & falsum testimonium continentur sub fallacia: furtum sub fraude: appetitus turpis lucri, sub inquietudine rapacitas sub violentia: & inhumanitas, est idem quod obduratio.

4. Concl. l. 4. Eth. c. 1 Quæ numerantur ab Aristot. sunt magis illiberalitatis, vel auaritiæ species, quam filiæ.

Nam quia potest dici illiberalis, vel auarus, aut quia deficit in dando, & si parum det, vocatur parcus: si nihil, tenax: si aliquid det, sed cum magna difficultate, Rymunibilis. aut deficit in accipiendo, & hoc, vel quia turpiter lucratur, vel vitia, & seruitia opera exercendo per illiberales operationes: vel quia de vitiosis actibus lucratur: vel de eo, quod grauare oportet, concedere: vel quia iniuste lucratur: vel dum inferendo, vt latrones: vel mortuos spoliando: vel ab amicis auferendo, vt aleatores.

5. Concl. Aristot. 4. Eth. c. 4. Tyranni, qui magna per violentiam auferunt, non dicuntur illiberales, sed iniusti.

Quæstio 119. De prodigalitate.

Art. 1. Vtrum prodigalitas opponatur auaritiæ.

1. Concl. lib. 12. Eth. c. 7. & lib. 4. c. 1. Prodigalitas opponitur auaritiæ.

1. Ex Aristot. qui inquit, quod prodigalitas opponitur liberalitati, & illiberalitati.

2. In moralibus attenditur oppositio vitiorum ad inuicem & ad virtutem secundum abundantiam & defectum. Sed auaritia, & prodigalitas differunt secundum abundantiam, & defectum, nam in affectione diuitiarum, auarus abundat, prodigus deficit: & circa exteriora prodigalitas excedit in dando, & deficit in retinendo: auaritia autem contra. Ergo

† 2. Concl. Nihil prohibet eidem inesse opposita, secundum diuersa: vt cum quis excedit in dando, ex quo est prodigus, & simul excedat in ac-

accipiendo, vel ex necessitate, vel ex animi inordinatione, quod pertinet ad auaritiam.

3. Concl. Tam auaritia, quam prodigalitas sunt circa passiones animæ, sed diuersa ratione, s. abundantiæ, & defectus.

4 Concl. Luc. 15. Licet prodigus frequenter ad intemperantias declinet; non ideo prodigalitas magis opponitur temperantiæ; quia aliquando prodigus abundat in dando propter voluptates, circa quas non est temperantia.

Art. 2. Vtrum prodigalitas sit peccatum.

1. Concl. Prodigalitas est peccatum.

1. Quoniam filius prodigus inscript. S. imperatur.

2. Illud est vitiosum & peccatum, quod corrumpit bonum virtutis. Sed huiusmodi est prodigalitas; quia opponitur auaritiæ secundum superabundantiam & defectum, quorum vtrumque corrumpit medium virtutis. Ergo.

2. Concl. Illud, *Radix omnium malorum est cupiditas*, intelligitur de cupiditate generali, respectu cuiuscunque boni; quia sic etiam prodigalitas ex ea oritur: vel intelligitur de auaritia, ex qua aliquādo prodigalitas proficiscitur: vt cum quis prodigè viram cōsumit intentione captandi fauorum aliquorum.

3. Concl. 1. Tim. 6. Hortatur Paulus alios vt facile tribuant, & communicent sua sed secundum quod oportet, quod non faciunt prodigi.

4. Concl. Matt. 29. Superexcellus prodigalitatis non attenditur principaliter, secundum quantitatem dati, sed magis inquātum excedit id, quod fieri oportet; vnde qui omnia sua dant propter Christum, non sunt prodigi, sed perfectæ liberales.

Artic. 3. Vtrum prodigalitas sit grauius peccatum, quam auaritia.

1. Concl. 4. Eth. c. 1. Prodigalitas secundum se considerata, minus est peccatum, quam auaritia.

1. Ex Arist. prodigus in nullo videtur melior illiberali.

2. Auaritia magis differt a virtute opposita.

3. Prodigus est melius vitium, quibus dat, auaro nullo, nec sibi ipsi.

4. Prodigalitas est facile sanabilis, tum quia homo declinat ad senectutem, qua est contraria prodigalitati: tum. quia facile pervenit ad egestatem; & etiam quia de facili perducitur ad virtutem propter conformitatem, quam habet cum ipsa: non sic auarus, ratione dicta.

2.† Concl. Tam prodigus, quam auarus peccant, & in seipsos, & in alios, diuersa ratione tamē prodigus in hoc minus peccat, quod sic sibi, & quibusdam nocet, vt aliquibus prosit; auarus nec alijs, nec sibi.

3. Concl. Prodigi; qui propter intemperantiam superflue consumunt, sunt peiores, quam auari; quia hoc iām nominat simul peccata multa. Quod autem auarus abstineat ab accipiendis alienis, & si in se laudabile videatur: tamen ex causa propter quam facit, vituperabile est; quia non vult ab alijs accipere, ne cogatur alijs dare.

4. Concl. Non ex eo quod prodigalitas opponitur prudentiæ est grauius peccatum: quia omnia vitia opponuntur prudentiæ prout ab ea omnes virtutes diriguntur: & ideo ex eo, quod vitium soli prudentiæ opponitur, leuius putatur.

Quæstio 120. De epijkia, seu equitate.

Art. 1. Vtrum Epijkia sit virtus.

1. Concl. 5. Eth. c. 10. Epijkia est virtus.

1. Ex Arist. qui hoc in Ethicis docet.

2. Cum leges ab hominibus instituta, quandoq; patiantur instantiam; nec posset dari lex, quæ in omnibus simpliciter obseruanda esset, propter dubietatem circa actus humanos contingentem; necessaria profectò est virtus, per quam iudicetur in quo casu a communi Lege recedendum sit, sua S. potius intentio Legislatoris attendatur, quam verba legis posita. Sed ad hoc ordinatur epijkia; quæ apud nos appellatur equitas. Ergo.

2.† Concl. Epijkia non definit iustum simpliciter, sed iustum quod est lege determinatum.

De leg. & const. *Nam sequi verba legum quibus non oportet, vitiosum est. Vnde habetur in codice. Non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legislatoris mentem calumniatur.*

3. Concl. Aug. lib. de relig. c. 31. lib. 5. Eth. cap. 20. In eod. ibid. 4. Concl. Ille de lege iudicat, qui dicit eam non esse rectè positam; sed qui dicit verba legis non esse in hoc casu seruanda, non iudicat de lege, sed de aliquo negotio particulari, quod occurrit.

In manifestis non est opus circa verba legis interpretatione principis, sed executione. Interpretatio ergo principis, requiritur in dubijs.

Art. 2. Vtrum epijkia sit pars iustitiæ.

1. Concl. Epijkia est pars subiectiua iustitiæ.

1. Epijkia, ait Arist. est quoddam instum Ergo.

5 Eth. c. 19. *2. Illa est pars subiectiua, de qua essentialiter totum prædicatur, & est minus. At huiusmodi est epijkia quæ est iustitia quædam, vt ait Arist. Ergo.*

1. Concl. Iustitia prius prædicatur de Epijkia, quam de iustitia legali. Sicuti ens, prius de substantia, quam de accidente.

Quia

Quia legalis dirigitur secundum epijkiam. Ex quo sequitur, quod epijkia sit quasi superior regula humanorum actuum.

† 3. Concl. Si iustitia legalis dicatur, quæ obtemperat legi, siue quantum ad verba legis, siue quantum ad intentionem legislatoris, quæ potior est; Epijkia est pars potior legalis iustitiæ: si autem iustitia legalis dicatur ea, quæ solum obtemperat legi, secundum verba legis, sic epijkia non est pars legalis iustitiæ, sed iustitiæ communiter dictæ, & est diuisa à legali, sicut excedens ipsam.

4 Concl. Arist. 5. Eth. c. 10. 5. Concl. Epijkia est quidem melior quadam iustitia, sc. legali, sed non omni iustitia.

Epijkia potest pertinere ad temperantiam, prout eius nomen apud Græcos per quandam similitudinem transfertur ad omnes moderationes.

Quæst. 121. De pietate.

Art. 1. Vtrum pietas sit donum.

1. Concl. PIetas secundum quam cultum & officium exhibemus Deo, vt patri per instinctum Spiritus sancti, est Spiritus sancti donum.

Cap. 12. *1. Quia ab Isa. numeratur inter dona.*

Rom. 8. *2. Dona Spiritus sancti sunt quædam habituales animæ dispositiones, quibus est prompte mobilis à Spiritu sancto, à quo inter cætera bono monetur adhoc, vt affectum quendam filialem habeat ad Deum: Sed ad pietatem proprie pertinet officium, & cultum patri exhibere. Ergo.*

† 2. Concl. Pietas, quæ exhibet patri carnali officium & cultum, est virtus, non donum.

3. Concl. Religio est potior pietate, vt est virtus: sed pietas, vt est donum, est potior religione.

4 Concl. Pietas, vt donum, non solum exhibet cultum, & officium Deo, sed etiam omnibus hominibus propter Deum. Vnde ad eam pertinet honorare sanctos, non contradicere scripturæ, &c. & ex consequenti subuenire in miseria constitutis. Et quamuis iste actus non habeat locum in patria, præcipue post diem iudicij; habebit tamen locum præcipuus actus eius, sc. reuereri Deum affectu filiali.

Greg. 1. Mor. c. 22.

Art. 2. Vtrum dono pietatis respondeat secunda beatitudo, scilicet, Beati mites.

1. Concl. De serm. Dominum in monte, li. 1. c. 1. In coaptatione beatitudinum ad dona si conuenientia consideretur secundum rationem ordinis, quam secutus est Aug. secunda beatitudo correspondet dono pietatis. *Quia ipse attribuit primam beatitudinem timori donec, s. timori, secundam pietati, &c.* Si autem conuenientia attendatur secundum propriam rationem doni & beatitudinis, oportet quod adaptatio fit secundum obiecta & actus; & sic pietati magis respondent quarta, & quinta beatitudo, quam secunda; quæ habet aliquam conuenientiam cum pietate, inquantum per mansuetudinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. Vnde patet ad primũ.

† 2. Concl Secundum proprietatem beatitudinum & donorum, oportet quod eadem beatitudo respondeat scientiæ & pietati: sed secundum rationem ordinis diuersæ beatitudines eis adaptantur.

3. Concl. Bonitas, & benignitas in fructibus directe possunt attribui pietati, mansuetudo autem indirecte, vt dictum est.

Quæstio 122. De præceptis iustitiæ.

Art. 1. Vtrum præcepta decalogi sint præcepta iustitiæ.

1. Concl. PRæcepta decalogi oportuit ad iustitiam pertinere.

1. Quia ordinantur ad alterum, & iustitia.

2. Præcepta decalogi sunt prima principia legis, quibus statim ratio naturalis assentit, sicut in manifestissimis principijs. Sed ratio debiti, quæ requiritur ad præceptum, manifestissime apparet in iustitia, quæ est ad alterum; quia quisque est obligatus alteri reddere quod debet. Ergo. Vnde talia prima sunt de actibus religionis, quæ est potissima pars iustitiæ: quartum, de actibus pietatis, quæ est secunda: reliqua de actibus iustitiæ communiter dictæ inter æquales.

Arist. 5. Eth. c. 1. † 2. Concl. Lex intendit omnes homines facere virtuosos, sed ordine quodam, sc. vt prius tradat præcepta in his, in quibus est manifestior ratio debiti.

3. Concl. Iudicialia præcepta sunt determinationes moralium præceptorum, vt ordinantur ad proximum; sicut cæremonialia sunt determinationes moralium, vt ordinantur ad Deum. Vnde non continentur in decalogo; sed sunt determinationes decalogi: & sic ad iustitiam pertinent.

4. Concl. Quæ pertinent ad bonum commune non fuerunt ponenda inter præcepta decalogi; sed inter iudicialia.

1. Tim. 1. *Quia oportet diuersimode dispensari secundum hominum diuersitatem.*

5. Concl. Præcepta decalogi pertinent ad caritatem, vt ad finem; sed ad iustitiam, prout immediate sunt de actibus iustitiæ.

Art.

Art. 2. Vtrum primum præceptum decalogi conuenienter tradatur.

1. Concl. Conuenienter traditur primum præceptū decalogi:

1. *Ex auctoritate scripturæ.*

2. *Cum ad legem pertineat facere homines bonos, oportet vt præcepta legis ordinentur secundum ordinem generationis, qua homo fit bonus. Secundum hunc ordinem primum præceptum debuit esse de religione, & ad tollendam impedimenta religionis. Ergo. Nam in ordine generationis duo attenduntur: primum & prima pars primo constituatur, quæ in bonitate animæ, est bonitas voluntatis: sed bonitas voluntatis attenditur ad obiectum suum, quod est finis ideo in eo qui erat per legem instituendus ad virtutem primo oportuit quæsi facere quoda fundamentum religionis, per quam homo debite ordinaretur ad Deum, qui est vltimus finis voluntatis humanæ. Attenditur deinde vt contraria, & impedimenta tollamur, & ideo circa religionem primo homo erat instituendus, vt impedimenta veræ religionis excluderet. Sed præcipuum impedimentum religionis est, quod homo falso Deo adhæreat: id ergo in primo præcepto excluditur cultus falsorum Deorum. Ergo.*

† 2. Concl. Quamuis affirmatio naturaliter sit prior negatione tamen in via generationis, negatio, qua remouentur impedimenta, est prior, & sic primum præceptum est negatiuum.

3. Concl. Dicitur, *Non habebis Deos alienos*, ratione illorum, qui quasdam creaturas pro alijs colebant sine institutione imaginum. Dicitur, *Nec facies tibi sculptile*, ad prohibendum cultū falsorum Deorum sub imaginibus: vnde subditur. *Non coles ea.*

4. Concl. Omnes aliæ superstitiones intelliguntur prohiberi, cum dicitur, *Non habebis Deos alienos*: quia omnes procedunt ex aliquo pacto cum dæmonibus tacite, vel expresse inito.

Art. 3 Vtrum secundum præceptum decalogi conuenienter tradatur.

1. Concl. Secundum præceptum decalogi conuenienter traditur.

1. *Auctoritate scripturæ.*

2. *Cum aliquis instituitur ad virtutem oportet primo impedimenta veræ religionis excludere; quæ cum in vera religione fundare. Sed religioni aliquid opponitur primo per excessum, cum id, quod est religionis alteri indebite exhibetur, quod ad superstitionem pertinet, quæ religionem impedit, ne suscipiatur Deus ad colendum: deinde opponitur aliquid quasi per defectum reuerentiæ, cum Deus contemnitur, quod pertinet ad irreligiositatem, qua facit, ne Deus postquam susceptus est, est honoretur. Ergo hæc primo sunt tollenda: sed primo est Deum suscipere ad colendum, quam eum susceptum honorare. Ergo. conuenienter primo præcepto prohibetur superstitio, secundo periurium, quod ad irreligiositatem pertinet.*

† 2. Concl. Literalis expositio huius præcepti est, *Non assumes nomen Dei tui in vanum*: iurando pro re, quæ non est: aliæ expositiones sunt mysticæ.

3. Concl. Per hoc præceptum non prohibetur quælibet assumptio diuini nominis, sed proprie illa, qua assumitur diuinum, nomen ad confirmationem humani verbi: potest tamen intelligi, quod ex consequenti prohibeatur omnis inordinata diuini nominis assumptio.

4. Concl. Expositio, quæ habetur Exo. 20. Non assumes, s. iurando pro nihilo, non solum intelligitur de vana iuratione, sed etiam de falsa, quæ est periurium: quia qui iurat pro nihilo, iurat pro eo quod non est, quod pertinet ad falsitatem.

5 Concl. Inter præcepta decalogi prohibetur periurium magis quam blasphemia, in quam homo rarius prolabitur.

Nam ex præceptis decalogi, quæ sunt prima, possunt ea, quæ communiter fieri accidere.

6. Concl. Licet multa sint Dei nomina: tamen conuenienter dicitur singulariter nomen Dei, quia nonnullis eius debetur reuerentia ratione rei significatæ, quæ est vna.

Art. 4 Vtrum tertium decalogi præceptum conuenienter tradatur, scilicet de sanctificatione sabbathi.

1. Concl. Conuenienter in tertio præcepto decalogi præcipitur sanctificatio sabbathi.

1. *Auctoritate scripturæ.*

2. *Remotis impedimentis veræ religionis per primum, & secundum præceptum, consequens fuit, vt tertium præceptum poneretur, per quod homines in vera religione fundarentur. Sed hoc conuenienter fit per hoc præceptum, quod est de exteriori cultu religionis secundum aliquod sensibil. signum. Ergo. Nam ad interiorem cultum, qui consistit in oratione & deuotione, magis homo inducitur ex interiore instinctu Spiritus sancti. Ergo cum præcepta decalogi sint quædam prima & communia legis principia, conuenienter in tertio præcepto præcipitur exterior Dei cultus, sub signo communis beneficij, scilicet ad representandum opus creationis mundi a quo requieuisse dicitur Deus septima die, in cuius signum mandatur sanctificanda.*

Præ-

† 2. Concl. Præceptum de sanctificatione sabbathi literaliter intellectum, partim est morale, partim cæremoniale: morale quantum ad hoc quod, homo deputet aliquod tempus ad vacandum diuinis: cæremoniale, inquantum in hoc determinatur speciale tempus, in signum creationis mundi. Item est morale, & quodammodo generale, vt significat cessationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deum: cæremoniale; vt præfigurat anagogice quietem fruitionis Dei: sed hic ponitur, vt morale.

3 Concl. Aliæ cæremoniæ legis sunt signa aliquorum particularium effectuum Dei: sed obseruatio sabbathi est signum generalis beneficij: ideo conuenientius ponitur inter præcepta decalogi.

4 Concl. In obseruantia sabbathi duo sunt consideranda; vnum, vt finis, hoc est, vt homo vacet rebus diuinis, quod significatur, cum dicitur, *Memento, vt diem sabbathi sanctifices*: aliud est cessatio operum, quod significatur, cum dicitur, *Non facies in ea omne opus*, hoc est aliquid seruile. Opus autem seruile dicitur à seruitute, quæ est triplex; prima qua homo seruit peccato, & sic opus peccati dicitur seruile: alia est; qua homo seruit homini, cui non est seruus, nisi secundum corpus, & sic opera seruilia dicuntur opera corporalia; & hæc omnia prohibentur hoc præcepto: tertia est seruitus Dei, etiam secundum hoc, opus seruile potest dici opus latriæ, & hoc non prohibetur die sabbathi. Nullius ergo spiritualis actus exercitium est contra obseruantiam sabbathi, vt docere verbo, vel scripto: sed opera seruilia primo, vel secundo modo, quia impediunt applicationem hominis ad diuina: & magis agit contra hoc præceptum, qui peccat die festo, quam qui facit opus corporale, alias licitum; corporalia autem intantum dicuntur seruilia, inquantum sunt propriæ seruitutis: vnde quæ sunt communia seruis, & liberis, non dicuntur seruilia. Similiter nec opera spiritualia proximo ad salutem corporis, vel ad damnum vitandum necessaria censentur prohibita: vt sanare, pugnare, quem errantem reducere, &c.

5. Concl. Obseruantia diei dominicæ successit obseruantiæ sabbathi, non ex vi præcepti legis, sed ex constitutione ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani.

Art. 5. Vtrum conuenienter tradatur quartum præceptum de honoratione parentum.

1. Concl. Conuenienter quarto loco ponitur præceptum de honoratione parentum.

1. Auctoritate scripturæ.

2. Præcepta decalogi ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi. Sed inter proximos maxime obligamur parentibus. Ergo mediate post præcepta ordinantia in Deum ponitur conuenienter præceptum ordinans nos ad parentes, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut Deus est principium vniuersale.

† 2. Concl. Pietas respicit aliquid commune, scil. reddere debitum parentibus, & ideo ponitur inter præcepta decalogi, quæ sunt communia; non autem aliæ partes iustitiæ; quæ respiciunt debitum speciale.

3. Concl. Homo magis debet parentibus, quam cõsanguineis, & patriæ, ideo cum præcepta decalogi sint prima præcepta legis, magis ordinant ad parentes, quam ad alios. Verum hoc præcepto intelligitur mandari quidquid pertinet ad reddendum debitum, cuicunque personæ.

4. Concl. Licet specialiter præcipiatur honoratio parentum: tamen eodem præcepto intelligitur mandari, sicut in principali, sustentatio, & quidquid aliud parentibus debetur.

5. Concl. Longæuitas promittitur honorantibus parentes, non solum quantum ad futuram vitã: sed etiam quantum ad præsentem; licet aliquando secundum occultam rationem diuinorum iudiciorum, quę maxime futuram remunerationem respiciunt, aliqui, qui sunt pij in parentes citius vita priuentur, & qui sunt impij diutius viuant.

Art. 6. Vtrum alia sex præcepta decalogi conuenienter tradantur.

1. Concl. Omnia alia sex præcepta decalogi conuenienter traduntur.

1. Auctoritate scripturæ.

2. Sicut per partes iustitiæ debitum redditur aliquibus determinatis personis, quibus homo aliqua speciali ratione obligatur; ita per iustitiam proprie dictam aliquis debitum reddit communiter omnibus. Ergo post tria præcepta, quæ pertinent ad religionem, qua redditur debitum Deo, & quartum, quod est pietatis, qua debitum parentibus redditur, in quo includitur omne debitum, quod aliqua ratione debetur, necesse fuit, quod ponerentur aliqua præcepta pertinentia ad iustitiam proprie dictam, qua indifferenter debitum omnibus reddit.

† 2. Concl. Communiter homo ad hoc obligatur, vt nulli inferat nocumẽtum; & ideo de hoc sunt præcepta decalogi negatiua: sed ea, quæ sunt proximis exhibenda diuersimode debentur diuersis, & ideo de his non sunt præcepta affirmatiua in decalogo.

3 Concl. Omnia alia nocumenta, quæ proximis inferuntur, possunt reduci ad ea, quæ in decalogo prohibentur, tanquam ad communiora, & principaliora.

4. Concl. Per præcepta prohibitiua concupiscentiæ non intelligitur prohiberi primus motus cõcupiscentiæ, qui consistit intra limites sensualitatis; sed prohibetur directe consensus voluntatis, qui est in opere, vel delectatione.

5. Concl. Homicidium non est secundum se concupiscibile, quia non habet rationem alicuius boni, sicut adulterium, quod habet rationem boni delectabilis, & furtum boni vtilis; ideo horum concupiscentia fuit specialiter prohibenda.

Quæstio 123. De fortitudine.

Art. 1. Vtrum fortitudo sit virtus.

1. Concl. FOrtitudo est virtus, inquantum facit hominem secundum rationem esse.

lib. 2. de morib. eccl. c. 6. 1. *Ex Aug. quæ eam inter virtutes enumerat.*

2. Ad virtutem humanam pertinet, vt bonum faciat hominem, & opus eius secundum rationem esse; quod fit tripliciter. Primo prout ipsa ratio rectificatur, quod fit per virtutes intellectuales: secundo prout ipsa rectitudo rationis in rebus humanis instituitur, quod pertinet ad iustitiam: tertio prout tolluntur impedimenta huius rectitudinis in rebus humanis ponenda. Voluntas autem impeditur aliquando ex hoc, quod attrahitur ab aliquo delectabili, ad aliquid aliud, quod rectitudo rationis non requirat, & hoc impedimentum tollitur per temperantiam: aliquando ex eo, quod deterretur ab eo, quod est secundum rationem propter aliquod difficile, & ad hoc impedimentum tollendum requiritur fortitudo mentis. Ergo.

† 2. Concl. Virtus animæ non perficitur in infirmitate animæ, sed carnis, de qua Apostol. loquitur.

2. Cor. 11. *Quæ hæc ad fortitudinem mentis pertinet, vt firmitatem animi fortiter ferat.*

3. Concl. Non est inconueniens aliquos habere actus fortitudinis sine fortitudine: vt qui feruntur in id, quod est difficile, ac si non esset difficile, quod vt inquit Arist. accidit, vel ex ignorantia; vel propter spem, quia alias pericula, aliquis euasit: vel propter scientiam & artem, qua ratione milites non timent pericula belli: vel propter impulsum passionis, scil. tristitiæ, aut iræ: vel propter electionem finis non debiti.

4. Concl. Non est contra rationem virtutis, quod ex naturali complexione aliquis habeat naturalem inclinationem ad virtutem, quæ tamen consistit in anima, non in corpore.

Art. 2. Vtrum fortitudo sit virtus specialis.

1. Concl. Si fortitudo accipiatur, vt dicit firmitatem animi in sustinendis, & repellendis his, in quibus maxime difficile est firmitatem habere, est specialis virtus.

Lib. 22. mor. c. 2. *1. Ex Greg. quæ eam inter virtutes enumerat.*

2. Quia hoc modo considerata habet materiam determinatam; vnde Tullius sic eam describit, est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio.

2. Concl. Arist. 2. Eth. c. 4. Si fortitudo accipiatur, vt absolute importat quandam animi firmitatem, est generalis virtus, vel potius conditio cuiuslibet virtutis: quia ad virtutem requiritur, firmiter, & immobiliter operari.

† 3. Concl. Lib. 1. off. c. 39. Fortitudo est virtus specialis, vt refertur ad vltimum potentiæ secũdum quam aliquis potest resistere corrumpentibus: non autem vt virtus, qua interdum significatur fortitudo, & est principium agendi.

4. Concl. Cum Ambr. inquit, *quod fortitudo sola defendit ornamenta virtutum omnium*, &c. accipit fortitudinem large, vt importat animi firmitatem respectu quorumcunque impugnantium: vel dicendum, quod non ideo tollitur quin sit specialis virtus; quia etiam sic coadiuuat ad resistendum impugnationibus omnium vitiorum. Tertium procedit iuxta secundum conclusionem.

Art. 3. Vtrum fortitudo sit circa timores, & audacias.

1 Concl. 2. Eth. c. 6. Fortitudo est circa timores, & audacias, quasi cohibitiua timorum, & audaciarum moderatiua.

1. Fortitudo, ait Arist. est circa timorem & audaciam.

2. Ad virtutem fortitudinis pertinet removere impedimentum, quo retrahitur voluntas a sequela rationis. Sed quod aliquis retrahatur ab aliquo difficili pertinet ad rationem timoris. Ergo fortitudo principaliter est circa timores difficilium rerum, quæ retrahere possunt voluntatem a sequela rationis, sed oportet huius ad terrores difficilium impulsum non solum fortiter tolerare cohibendo

timorem; sed etiam moderate aggredi quando oportet, ad eius exterminate ad securitatem in posternum habendam quod videtur pertinere ad rationem audaciæ. Ergo.

† 2. Concl. Cum Greg. inquit, *quod imformis fortitudo est carnem vincere, & propriis voluptatibus contrarie*, loquitur de fortitudine vt se habet ad omnes virtutes non proprie est specialis virtus.

3. Concl. Fortitudo est immediate circa timores & audacias; mediate vero circa pericula, & labores, quia hæc non retrahunt voluntatem à via nisi quia timentur.

4. Concl. Spes opponitur quidem timori, sed ratione obiecti: quia spes est de bono, timor vero de malo: sed audacia circa idem obiectum opponitur timori secundum accessum, & recessum. Vnde fortitudo non est circa spem, nisi inquantum connectitur.

Art. 4. Vtrum fortitudo sit solum circa pericula mortis.

1. Concl. Virtus fortitudinis est circa timores periculorum mortis.

1. Fortitudo, ait Andron. est virtus irascibilis non facile obstupescibilis à timoribus, qui sunt circa mortem.

2. Cum nullum bonum corporale æquivaleat bono rationis, oportet, vt illa sit propria fortitudo animæ, quæ firmiter teneat voluntatẽ hominis in bono rationis contra maxima mala; quia ad rõnem virtutis pertinet vt respiciat vltimũ. Sed maxime terribile inter omnia corporalia mala est mors, quæ tollit omnia corporalia bona vt Aug. ait, Ergo.

† 2. Concl. lib 22. de ciu. Dei. Fortitudo se habet in omnibus aduersis tollerandis: sed homo non reputatur simpliciter fortis nisi ex tollleratione maximorum malorum: nam aliter dicitur fortis tantum secundum quid.

3. Concl. Virtus quæ moderatur amorem aliquorum bonorum consequenter moderatur cõtrariorum malorum timorem: & quia amare vitam est naturale, ideo oportuit esse specialem virtutem, quæ moderaretur timores mortis.

4. Concl. Extremum in virtutibus attenditur secũdum rationem rectam nõ secundum terminum vitæ, &c vnde si quis maxima pericula subeat secundum rationem, non est virtuti contrarium.

Art. 5. Vtrum fortitudo proprie consistat circa pericula mortis, quæ sunt in bello.

1. Concl. Fortitudo proprie est circa pericula mortis, quæ sunt in bello.

1. Ex Arist. qui hoc affirmat.

Fortitudo confirmat animum hominis contra maxima pericula, quæ sunt pericula mortis, & cũ sit virtus, de cuius ratione est, vt semper tendat in bonum, consequens est, vt homo pericula mortis non refugiat propter aliquod bonum. Sed hoc directe est circa pericula mortis quæ sunt in bello siue generalis, siue particularis, cuius periculo mortis quæ sunt ex ægritudine, vel tempestate maris &c. non videantur aliqui imminere directe propter aliquod bonum. Ergo. 3. Eth. c. 6. 2. Concl.

2. Concl. Fortis circa pericula cuiuscunque alterius mortis bene se habet quia cuiuscunque mortis homo potest periculum subire propter virtutem, vt si quis non refugiat amico infirmanti obsequi propter timorem mortiferæ infectionis &c.

† 3. Concl. Martyrum fortitudo præcipue commendatur quia sustinent personales impugnationes propter summum bonum: nec est extra genus fortitudinis, quæ in bello.

4. Concl. Circa res vrbanas potest esse fortitudo proprie dicta, prout in illis possunt imminere pericula mortis ex impugnationibus quibusdã; quæ sunt quædam particularia bella.

5. Concl. Pax reipub. est secundũ se bona, nec redditur mala ex eo, quod multi ea abutuntur, & ideo fortitudinis est, propter eam se periculo mortis exponere.

Art. 6. Vtrum sustinere sit principalis actus fortitudinis.

1. Concl. Principalior actus fortitudinis est sustinere ideſt immobiliter sistere in periculis, quam aggredi.

1. Ex Arist. in sustinendo tristitias maxime à aliquis fortes dicuntur. lib. 3. Eth.

2. Fortitudo est magis circa timores reprimẽdos, quam circa audacias temperãdas; quia difficilius est timorem reprimere ex eo, quod ipsum periculũ, quod est obiectum audaciæ, & timoris de se confert aliquid ad repressionem audaciæ, & operatur ad augmentum timoris. Sed aggredi pertinet ad fortitudinem vt moderatur audaciam, & sustinere sequitur repressionem timoris Ergo

† 2. Concl. Sustinere est difficilius, quam agredi.

1. Quia sustinere videtur aliquis a fortiori inuadente & difficilius est pugnare cum fortiori.

2. Qui sustinet iam sensit pericula imminentia, qui aggreditur habet ea, vt futura. Sed difficilius est nõ moueri à præsentibus, quam à futuris. Ergo.

3. Sustinere importat diuturnitatem temporis, aggredi autem potest esse ex subito motu. Sed difficilius est diu manere immobilem. Ergo.

1. Concl. Sustinere importat quidem passionẽ cor-

poris, sed simul actum animæ in mobiliter adhærenti bono: & virtus magis circa animam attenditur.

1. Concl. Qui sustinet, non timet præsente iam causa timoris, quam non habet qui aggreditur, ideo &c. Art.

Art. 7. Vtrum fortis operetur propter bonum proprij habitus.

1 Concl. lib. 3. Eth. Fortis sicut proximum finem intendit vt similitud nem sui habitus exprimat in actu.

1. Forti, ait Arist. fortitudo est bonum. Talis est finis, Ergo.

2. Finis proximus cuiusque agentis est, vt similitudinem suæ formæ in alium inducat, vt pater in igne dum calefacit Ergo etiam fortis intendit agere secundum conuenientiam sui habitus.

2 Concl. Finis remotus. i. quodcunque bonum, quod extremo fine sequitur, in fortitudine est beatitudo, vel Deus. Vnde patet ad obiecta: primum procedit, ac si essentia habitus esset finis, non autem similitudo eius in actu, vt est dictum: alia duo de vltimo fine.

Art. 8. Vtrum fortis delectetur in suo actu.

1. Concl. 3. Eth. c. 6. A forti non requiritur, vt delectetur quasi delectationem sentiens, sed sufficit, vt non tristetur.

1. *Fortis; aut tristis in suo actu nihil delectabile videtur habere.*

2. *Cum duplex sit delectatio, altera corporalis, quem consequitur tactum corporalem, altera animalis, quæ consequitur apprehensionem animæ, & proprie consequitur actus virtutum, & cum principalis actus fortitudinis sit sustinere aliqua tristia secundum apprehensionem animæ: & amissionem vitæ corporalis, vulnera. &c sequitur, quod fortis ex vna parte habeat vnde delectetur, s. secundum delectationem animalem de actu virtutis, & de fine suo: ex altera vnde doleat animaliter, dum considerat amissionem vitæ, &c sed sensibilis dolor corporis facit no sentire animalem delectationem virtutis, nisi forte propter abundantem Dei gratiam: facit tamen virtus, ne ratio absorbeatur à corporalibus doloribus.*

† 2. Concl. Per dolorem sensus impeditur mens fortis, ne in propria operatione delectationem sentiat:

Quia vehementia actus vel passionis vnius potentiæ, impedit alterius potentiæ actum.

3. Concl. Opera virtutis sunt præcipue delectabilia propter finem: possunt tamen aliunde esse tristia, quod præcipue contingit in fortitudine.

Tristitia animalis vincitur quidem à fortiore delectatione virtutis, non autem dolor corporalis, qui est sensibilior: & apprehensio sensitiua est homini manifestior. 4. Concl.

Art. 9. Vtrum fortitudo maxime consistat in repentinis.

Fortitudo quantum ad electionem actus ipsius non est circa repentina. 1. Concl.

Quia fortis eligit præmeditari pericula, quæ possunt imminere & si facilius resistat, quia minus feriunt.

Fortitudo quantum ad manifestationem, virtuosi habitus maximo est circa repentina. 2. Concl.

1. *Ex Arist. quia ait maxime manifestari fortitudinis habitum in repentinis.* Greg. ho. 35. in Euang.

2 *Habitus agit per modum naturæ, Ergo quod aliquis agat sine præmeditatione, cum necessitas imminet, manifestum est fortitudinem esse confirmatæ.* 3. Eth. c. 6.

3. *Potest aliquis, qui habitu fortitudinis caret, diuturna præmeditatione animum suum contra contra pericula præparare, qua etiam præparatione fortis vtitur, cum tempus adest. Vnde patet ad obiecta.*

Art. 10. Vtrum fortis vtatur ira in suo actu.

Fortis assumit ad actum suum iram, sed moderatam. 1. Concl.

1. *Furor, ait Arist cooperatur fortibus, Ergo.* 3. Eth. c. 8.

2. *Appetitum sensitiuum: quos passiones animæ peripatetici vocant, mouentur per imperium rationis ad hoc, vt cooperentur ad promptius agendum; & ideo ponebant contra Stoicos, iram & alias passiones assumendas esse virtuosis, moderatas tamen secundum imperium rationis: Stoici vero vocabant animæ passiones immoderatos quosdam affectus appetitus sensitiui; quos ægritudines, vel morbos nominabant, & ideo à virtute eos separabant.*

† 2. Concl. Ira immoderata est illa, qua non potest homo vti pro suo arbitrio: sed moderata secundum rationem subijcitur rationi.

3. Concl. Ratio nō assumit iram ad suum actum, quasi auxilium ab ea accipiens, sed quia vtitur appetitu sensitiuo, vt instrumento: vnde non inconuenit, quod ira sit ratione infirmior

C4. concl. Fortitudo non ad actum sustinendi, ad quem sola ratio sufficit, sed ad actum aggrediendi assumit magis iram, quam alias passiones: quia ad iram pertinet insilire in rem contristantem: vnde directe cooperatur fortitudini. Tristitia autem secundum propriam rationem succumbit nocuo, & per accidens coadiuuat ad aggredientum, inquantum est causa iræ, vel vt quis se exponat periculo, vt tristitiam fugiat.

Art.

Art. 11. Vtrum fortitudo sit virtus cardinalis.

Fortitudo est virtus cardinalis.

1. Ex Ambr. & Aug. qui eam numerant inter virtutes cardinales.

2. *Virtutes cardinales, seu principales dicuntur, quæ præcipuè vendicant id, quod pertinet communiter ad virtutes. Sed huiusmodi est fortitudo, quia inter alias communes virtutis conditiones est firmiter operari, ex Arist. quam firmitatis laudem potissimè sibi vendicat fortitudo, quæ est circa dolores, & pericula mortis, quæ magis fugimus, quam vitæ lapsum sequamur, Ergo.*

1. Concl. Lr. in Luc. 21. de mor. eccl. c. 15.

† 2. Concl. 2. Eth. c. 4.

Licet ira non sit passio principalis, non tamen tollit quia fortitudo sit virtus cardinalis.

Quia non cooperatur fortitudini ad principalem actum eius, qui est sustinere.

3. Concl.

Fortitudo ordinatur ad mala corporalia, tãquam ad contraria, sed ad bonum rationis tãquam ad finem.

4. Concl.

Licet pericula mortis raro immineant: tamen occasiones illorum periculorum frequẽter occurrunt: & ita fortitudo est de his quæ maxime occurrunt in vita humana.

Art. 12. Vtrum fortitudo præcellat inter omnes alias virtutes.

Inter virtutes cardinales est potior prudentia, secunda iustitia, tertia fortitudo, quarta temperantia, & deinde aliæ.

1. Concl. Lib. 6. de Trinc. c. 1.

Quia cum in his, quæ non mole magna sunt idẽ sit esse maius, quod melius, ex Aug. oportet, quod tanto aliqua virtus maior sit, quanto melior est. Bonum autem hominis est bonum rationis, ex Dionys. & hoc essentialiter habet prudentia, quia est perfectio rationis: iustitia est huius boni factiua, & ponit ordinem rationis in rebus: aliæ virtutes sunt huius boni conservatiuæ, & moderantur passiones & harum præcipua est fortitudo propter timorem mortis qui efficaciter retinet homines, ne bonum rationis abiiciant postea temperantia, quæ est circa delectationes tactus: quæ potissimũ impediunt bonum rationis, Ergo.

Cap. 4. de div. no.

† 2. Concl. Lib. 1. offic. cap 35.

Ambr dicit fortitudinem esse aliis excelsiorem secundum generalem quandam vtilitatem, prout in rebus bellicis, & domesticis vtilis est.

3. Concl.

Non ideo fortitudo est potior, quia est de difficiliori, sed quia magnitudo virtutis magis est mensuranda secundum rationem boni, quã secundum rationem difficilis.

4 Concl.

Homo non exponit personam suam mortis periculis: nisi propter iustitiam conseruandam ideo laus fortitudinis dependet quodammodo ex iustitia.

5. Concl.

Liberalitas est vtilis in quibusdam particularibus beneficijs: sed fortitudo habet generalem vtilitatem ad conseruandum totum iustitiæ ordinem, & ideo potior.

Quæstio. 124. De martyrio.

Art. 1. Vtrum martyrium sit actus virtutis.

Martyrium est actus virtutis.

1. Concl. Matt. 8.

1. *Præmium beatitudinis non debetur nisi actus virtutis. Sed debetur martyrio; quoniam beati vocantur qui persecutiones, patiuntur, Ergo.*

2. *Ad virtutem pertinet, vt aliquis in bono rationis confirmetur, quod consistit in veritate, sicuti in proprio obiecto, & in iustitia, vt in proprio effectu. Sed de ratione martyrij est, vt aliquis firmiter stet in veritate & iustitia, contra persequentium impetum, Ergo.*

† 2. Concl. Incep. ad martyr.

Innocentes martyrij gloriam, quam in alijs propria voluntas meretur, per Dei gratiam sunt assecuti.

Nam effusio sanguinis propter Christum gerit vicem baptismatis.

3. Concl.

Ex diuina dispositione factum est ex Aug. vt aliquo fœminas colat ecclesia quæ se morti tradiderunt.

4. Concl.

Nemo debet se martyrio ingerere, ne occasio alteri in iuste agendi, detur, sed sufficit vt homo sit paratus, vt si alius iniuste egerit, moderate sufferat: cum martyrium consistat in debita sustinentia passionum iniuste inflictarum.

Art. 2. Vtrum martyrium sit actus fortitudinis.

Martyrium est fortitudinis actus.

1. Concl. Incep. ad martyr.

1. Ex Cypr. qui ait: *O beati martyres, ô milites fortissimi, &c.*

2. *Ad fortitudinem pertinet, vt confirmet hominem in bono virtutis, maxime contra pericula mortis, & præcipue eam, quæ est in bello. Sed in martyrio homo firmiter confirmatur in bono virtutis, dum fidem, & iustitiam non deserit propter imminentia pericula mortis, quæ etiam in quodam certamine particulari à persecutoribus imminent. Ergo. Vnde de illis dicitur, fortes facti sunt in bello.*

† 2. Concl.

Martyrium comparatur ad fidem, sicut ad finem, in quo aliquis confirmatur, & sic martyrij dicitur fides: ad fortitudinem autem sicut ad habitum elicientem.

3. Concl

Martyrium est actus caritatis, vt imperantis, fortitudinis autem, vt elicientis: quia

caritas eſt primum & principale motiuum per modum imperantis: fortitudo vero proprium motiuum, per modum obedientis.

4. Concl. Concomitanter in martyribus patientia commendatur.

quia deſernit fortitudini ex parte actus principalis, qui eſt ſuſtinere.

Art. 3. Vtrum martyrium ſit actus maximæ perfectionis.

1. Concl. Si actus martyrij conſideretur ſecundum ſuam ſpeciem, prout comparatur ad virtutem proximè elicientem ipſum, non eſt perfectiſſimus inter virtutis actus.

Quia tollere ſe mortem non eſt laudabile ſecundum ſe, ſed prout ordinatur ad aliquod bonum, quod conſiſtit in actu virtutis: puta ad fidem &c.

2. Concl. Si actus martyrij conſideretur prout comparatur ad principium motiuum, quod eſt caritas, quæ eſt vinculum perfectionis, inter cæteros humanos actus eſt perfectior ſecundum ſuum genus, quaſi maximæ caritatis ſignum.

1. *Ioan. 15. maiorem caritatem nemo habet, quã, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, & Aug. martyrium virginati præmiat.*

lib. 2. de ſancta Virg. ca. 46. Coloſſ. 3. 2. *Actus virtutis ad perfectionem vitæ pertinet ſecundum quod comparatur ad primum motiuum quod eſt amor veritatis. Sed martyrium inter omnes actus virtuoſos, maxime demonſtrat perfectionem caritatis, quæ eſt vinculum perfectionis, quia tanto magis aliquis oſtendit ſe aliquam rem amare, quanto pro ea rem magis amatam contemnit, & rem magis odioſam eligit. Sed homo inter omnia bona huius vitæ, maxime amat vitam, & odit mortem, Ergo.*

† 3. Concl. lib. de adul. ter. coniug. cap. 31. Non eſt contra perfectionem martyrij ſi in aliquo caſu ſit de neceſſitate ſalutis.

Quia ex Aug. nullus eſt actus perfectionis ſub conſilio cadens, qui in aliquo euentu non cadat ſub præcepto: vt patet de eo qui incidit in neceſſitatem continentiæ ſeruandæ propter abſentiam, vel infirmitatem vxoris.

4. Concl. Martyrium eſt præſtantius obedientia.

Quia completur id, quod eſt ſummum in eo, ſ. vt quis ſit obediens vſque ad mortem. Tertium procedit iuxta primam concluſionem.

Art. 4. Vtrum mors ſit de ratione martyrij.

1 Concl. Ad perfectam rationem martyrij requiritur, vt aliquis mortem ſuſtineat propter Chriſtum.

1. *Ex Maximo, qui de martyre inquit, quod vincat pro fide moriendo, qui vincerentur ſine fide viuendo.*

2. *Cum martyr dicatur, quaſi teſtis fidei Chriſtianæ; per quam nobis viſibilia pro inuiſibilibus contemnenda proponuntur, ideo ſequitur ad martyrium pertinere: vt homo teſtificetur fidem, oſtendens opere ſe omnia præſentia contemnere, vt ad inuiſibilia bona perueniat. Sed quandiu homini remanet vita corporalis, nondum opere oſtendit ſe temporalia cuncta deſpicere, ſecundum illud: cuncta quæ homo habet, dabit pro anima ſua; Ergo.*

† 2. Concl. Ioh. 2. Cum dicitur, Beatam Virginem martyrem fuiſſe, & huiuſmodi aliæ auctoritates, intelligendæ ſunt, de martyrio per quandam ſimilitudinem.

3. Concl. Quod aliqua mulier pro fide Chriſti integritatem carnis perdat, non habet proprie rationem martyrij, quia apud homines non redditur propter hoc teſtimonium ſufficiens fidei, ſed apud Deum, qui corda ſcrutatur, poteſt hoc ad præmium deputari, vt B. Lucia dixit

4. Concl. Martyrium non dicitur proprie de ſola tolerantia carceris, vel exilij, vel rapinæ diuitiarum, &c. niſi ſecundum, quod ex his ſequitur mors.

5. Concl. Meritum martyrij non eſt poſt mortem, ſed ipſa voluntaria ſuſtinentia mortis.

Art. 5. Vtrum ſola fides ſit cauſa martyrij.

1. Concl. Non ſola fides, ſed omnium virtutum opera, vt referuntur in Deum poſſunt eſſe martyrij cauſa.

Matt. 5. 1. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Sed ad iuſtitiam non ſolum pertinet fides, ſed & aliæ virtutes; Ergo.*

2. *Martyres dicuntur quaſi teſtes, quia corporalibus paſſionib. vſque ad mortem teſtimonium perhibent veritati fidei. Vnde martyrij cauſa eſt fides veritas. Sed ad veritatem fidei non ſolum pertinet ipſa credulitas cordis, verum etiam ipſa exterior proteſtatio, qua non ſolum fit per verba, ſed etiam per facta, quibus ſe aliquis fidem habere oſtendit, ſecundum illud, Ego oſtendam tibi ex operibus fidem, Ergo. Vnde Ioan. Baptiſta martyrium in eccleſia celebratur, qui non pro fidei confeſſione, ſed pro reprehenſione adulterij morte coronatus fuit.*

Luc. 3. † 2. Concl. Chriſtianus dicitur quiſque, quia Chriſti eſt: eſt autem aliquis Chriſti, non ſolum quia eius fidem habet, ſed etiam quia ſpiritu Chriſti ad opera virtuoſa procedit: vnde Chriſtianus patitur, non ſolum propter fidei confeſſionem, quæ fit per verba, ſed etiam pro quocunque bono faciendo, vel malo vitando propter Chriſtum.

3. Concl. Licet veritas aliarum ſcientiarum, quia non

perti

pertinet ad cultum diuinitatis, non posse esse proprie causa martyrij: tamen vitatio mendacij, vt est diuinæ legi contrarium, potest esse martyrij causa.

4. Concl. Etiam quodcunque bonum humanum potest esse causa martyrij, secundum quod in Deum refertur.

Quæstio 125. De timore.

Art. 1. Vtrum timor sit peccatum.

1. Concl. QVando appetitus fugit, quæ ratio dictat esse sustinenda, ne desistat ab alijs, quæ magis prosequi debet, timor, habet rationem peccati.

Matt. 10. 1. *Nolite, ait script. timere eos, qui occidunt corpus, &c.*

2. *Ille timor est peccatum, qui est inordinatus, cum bonum rationis consistat in ordine, qui requirit, vt appetitus subdatur regimini rationis. Sed talis est iste timor quia ratio dictat quædam bona esse magis prosequenda, quam quædam mala fugienda, & in his quædam magis, & quædam minus. Ergo.*

2. Concl. Quando appetitus timendo fugit, quod est secundum rationem fugiendum, timor nec est inordinatus, nec peccatum:

†3. Concl. Timor communiter dictus, dicit fugam, & sic non importat rationem boni, vel mali, sicuti nec aliæ passiones, sed cum quis circa eas se habet ordinate, vel inordinate.

4. Concl. Timor ille ad quem inducit Apost. Ephes. 6. est conueniens rationi, s. vt seruus timeat, ne deficiat in obs. quijs domini.

5. Concl Timor malorum, quibus homo resistere non potest, & ex quorum sustinentia nobis nihil prouenit boni est secundum rationem, ideo non est peccatum.

Art. 2. Vtrum peccatum timoris opponatur fortitudini.

1. Concl. Timor inordinatus antonomastice dicitur
2. Eth. 6. 7. opponi fortitudini.

1. *Ex Aristo qui hoc affirmat.*

2. *Quia præcipuus timor est periculorum mortis, ex Arist. Ergo talis timoris inordinatio opponitur fortitudini, quæ est circa pericula mortis.*

1. Concl. Timor inordinatus communiter sumptus, opponitur diuersis virtutibus, quia includitur in quolibet peccato.

Nam timor ex amore procedit, quia nullus timet nisi contrarium eius quod amat. Sed amor ordinatus includitur in qualibet virtute, quia quilibet virtuosus amat proprium bonum virtutis. Ergo. Vnde soluitur primum, quod procedit de timore inordinato communiter sumpto.

Ad fortem pertinet: vt se exponat periculis mortis propter bonum: sed ille qui se periculis mortis exponit, vt fugiat aliquid laboriosum, à timore vincitur, quod est fortitudini contrarium. †5. Concl.

Timor qui opponitur fortitudini pertinet ad pericula mortis: sed vt opponitur spei, cum sit causa desperationis refertur ad aliud genus, scilicet ad res diuinas. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum timor sit peccatum mortale.

1. Concl. Timor quandoque est peccatum mortale, quandoque veniale.

Quia timor est peccatum secundum quod est inordinatus; inquantum refugit quod secundum rationem non est fugiendum: & hæc inordinatio quandoque consistit in solo appetitu sensitiuo non superueniente consensu voluntatis, & sic est solum veniale. Si cum consensu voluntatis, qua ex libero arbitrio refugit aliquod non secundum rationem, tunc, si quis propter timorem mali sit dispositus ad faciendum aliquid prohibitum, vel pretermittendum quod est præceptum in lege diuina, est peccatum mortale. Vnde timidus erit parsim stagno ignis, alioquin erit veniale.

†2. Concl. Primum procedit de timore, vt consistit infra sensualitatem. Apoc. 21.

3. Concl. Gl. dicit hominem timidum reparari posse, quia etiam si timor sit peccatum mortale, non tamen aliquis ita obstinate terretur, quin per- Isaiæ 7. suasionibus reuocari possit.

4. Concl. Alia Gloss. loquitur de timore reuocante à Deut. 22. bono, quod non est de necessitate præcepti, sed de professione: & ideo non est peccatum, nisi quandoque veniale.

Art. 4. Vtrum timor excuset à peccato.

1. Concl. Timor aliquando excusat à peccato: vt cum quis fugit mala, quæ secundum rationem sunt magis fugienda, & non refugit illa, quæ sunt minus fugienda: vt si quis timore mortis latrombus aliquid promitteret, vel daret.

Patet ex 1. c. constat.

2. Concl. Si quis per timorem fugiens mala, quæ secundum rationem minus fugienda sunt, & incurrat mala, quę sunt magis fugienda, non potest totaliter a peccato excusari.

Quia talis timor esset inordinatus vt si quis incurreret peccata fugiens mala corporis.

3. Concl. Diminuitur tamen aliquo modo peccatum, quia est minus voluntarium.

†4. Concl Timor non excusat ex ea parte, qua peccatum est, sed ex ea, qua inuoluntarius est. Arist. 3. Eth. c. 1.

5. Concl. Licet mors omnibus immineat ex neceſſitate: tamen ipſa diminutio temporalis vitę eſt quoddam malum & per conſequens timendum.

6. Concl. Aug. li. 2. de lib. arbit. c. 18. & 19. Bona temporalia, ſunt hominis: bona licet minima ideo eorum contraria ſunt timēda: non tamen ita, vt pro eis recedatur ab eo, quod eſt bonum ſecundum virtutem.

Quæſtio 126. De vitio timiditatis.

Art. 1. Vtrum timiditas ſit peccatum

1. Concl. CVm timor ex amore naſcatur, idem eſt vtriuſq; iudicium: vnde timor quo mala temporalia timentur, de quo hic agitur oritur ex amore temporalium, quo naturaliter vita & quæ ad ea ſunt neceſſaria debito modo amantur: à quo qui deficit, facit cōtra naturalem inclinationem, & peccat.

2. Concl. Ab hoc amore nemo totaliter recedit.

Quia nemo vnquam carnem ſuam odit. Vnde qui ſeipſos interimunt, ex amore carnis ſuæ, id faciunt, vt eam liberent à præſentibus malis. Quare poteſt contingere vt minus quam debet aliquis mortem, & timeat vel ex defectu amoris, vel ex ſuperbia, vel ſtultitia

2. Concl. Iſte impauidum eſt vitioſum: ſiue cauſetur ex defectu amoris, ſiue ex elatione animi ſiue ex ſtoliditate.

1. Luc. 18 neque Deum timebat, &c.

2. Quidquid eſt contra naturalem inclinationē vel rationem, eſt vitioſum, cum actus humanus debeat eſſe commenſuratus rectæ rationi. Sed timiditas ex quacunque dictorum procedat eſt huiuſmodi: quia amor debitus, etiam ſibipſi eſt ſecundum rectam rationem impendendus: & ſi fiat ex elatione pertinet ad præſumptionem, ſimiliter ſi ſtoliditate. Ergo.

Ephes. c. 3. Concl. Si procedit à ſtoliditate inuincibili excuſat a peccato.

4. Concl. Prou. 28. Iuſtus commendatur à timore non retrahente eum a bono, non quod ſit ſine omni timore: quia qui ſine timore eſt iuſtificari non poteſt.

5. Concl. Eccle. 1. Matt. 10. Eccle. 14. Mors, & quidquid ab homine poteſt inferri, non eſt ea ratione timendum, vt à iuſtitia recedatur: vnde dicitur, *Nolite timere*, &c. ſed inquantum pro hoc homo impeditur ab actibus virtuoſis:

6. Concl. Bona temporali debent contemni, vt impediunt nos ab amore, & timore Dei; non autem: vt nos inſtrumentaliter iuuant ad timorem, & amorem diuinum.

Art. 2. Vtrum eſſe impauidum oponatur fortitudini.

1. Concl. Sicut timiditas opponitur fortitudini per exceſſum timoris, ita ei opponitur impauiditas per defectum timoris, inquantum quis non timet quod oportet timere.

3. Eth. c. *1. Ex Ariſt. qui hoc docet.*

2. Cum fortitudo ſit circa timores, & audacias; & omnis virtus moralis conſtituat modum rationis in materia circa quam eſt; ſequitur quod ad fortitudinem pertineat timor moderatus ſecundū rationē: vt ſcilicet homo timeat quod & quando oportet. Sed hic modus rationis corrumpi poteſt, per exceſſum, ita per defectum. Ergo.

† 2. Concl. Actus fortitudinis, eſt timores ſuſtinere, & aggredi non qualitercunque, ſed ſecundū rationem: quod non facit impauidus.

3. Concl. Impauiditas ſecundum ſuas cauſas poteſt opponi alijs virtutibus: ſed ſecundum ſpeciē ſuam corrumpit medium fortitudinis; ideo directe ei opponitur.

4. Concl Fortitudini opponitur audacia ſecundum exceſſum, impauiditas vero ſecundum defectum timoris: nec eſt inconueniens, quod propter diuerſa habeat diuerſa extrema.

Quæſtio 127. De audacia.

Art. 1. Vtrum audacia ſit peccatum.

1. Concl. Eccl. 8. AVdacia per ſuperabundantiam dicta ponitur eſſe peccatum.

1. Cum audacia ſit ſapiens, non ea in via. Sed nullius ſocietas eſt deteſtanda niſi ob peccatum. Ergo

2. Audacia ſic dicta, eſt paſſio carens moderatione rationis. Sed quod eſt huiuſmodi; ſiue per exceſſum, ſiue per defectum, eſt ſemper vitioſum. Ergo.

† 2. Concl 31. mo. c. 18 Audacia, ſi ſit moderata ratione; non eſt peccatum: immo pertinet ad virtutem fortitudinis, & ſic intelligitur.

3. Concl. Ariſt. 4. Eth. c. 4. Audacia, quæ facit velocitatem operandi poſt conſilium, intantum laudabilis eſt, inquantum à ratione ordinatur,

4. Concl. Audacia ponitur vitium, & ſpes virtus licet ambo ſint paſſiones: quia quando vitia, ſiue virtutes ſunt innominatæ, vtimur nominibus paſſionum ad illa ſignificanda.

Art. 2. Vtrum audacia opponatur fortitudini.

1. Concl. Audacia, vt ſonat in vitium; oponitur virtuti fortitudinis, quæ eſt circa timores, & audacias.

1. Ex Ariſtot. quiponit audaciam fortitudini oppoſitam.

Lib. 3. Eth. cap. 7.

2. Omne vitium, quod importat immoderantiam circa materiam alicuius virtutis moralis, opponitur illi virtuti, & immoderatum moderato. Sed audacia modo dicto sumpta, importat excessum passionis, circa materiam fortitudinis, quæ audacia nominatur, Ergo.

† 2. Concl. Audacia oritur ex præsumptione, quę pertinet ad superbiam tãquam ex causa, sed quia oppositio vitij ad virtutem, non secundum causam, sed secundum speciem attenditur, ideo non oportet vt audacia opponatur eidem, cui præsumptio.

3. Concl. Vt oppositio non attẽditur secundum causam, ita nec secundum effectum: nocumentum autem, quod puenit ex audacia est eius effectus: vnde non opponitur iustitiæ.

4. Concl. Excessus timoris habet defectum timoris oppositum: at audacia non habet cõtrarium, nisi timiditatem: & ita non est ei assignandum aliud oppositum.

Quæstio 128. De partibus fortitudinis.

Art. 1. Vtrum partes fortitudinis conuenienter numerentur.

1. Concl. PArtes fortitudinis conuenienter enumerantur: scilicet magnificentia, fiducia, patientia, & perseuerantia. Fortitudini, cum sit specialis virtus, non possunt assignari partes subiectiuæ, sed tolum, vel potentiales, secundum quod ea, quę fortitudo obseruãt circa difficilia, aliquæ virtutes obseruant circa aliquas materias minus difficiles: vel integrales secundum ea, quæ oportet vt concurrant ad actum fortitudinis: cuius actus sunt aggredi, & sustinere. Ad actum aggrediendi duo requiruntur: primum quoad animi præparationem, vt aliquis promptum animum habeat ad aggrediendum: & quantum ad hoc ponit Tullius fiduciam. Alterum ne quis deficiat in executione illorum, quæ fiducialiter inchoauit: & quantum ad hoc ponit magnificentiam. Et hæc duo si coarctentur ad pericula mortis, erunt quasi partes integrales. Si autem referantur ad alias materias minoris difficultatis, erunt virtutes à fortitudine distinctæ secundum speciem; sed ei adiunctæ, vt secundarium principali. Ad alium actum, etiam duo requiruntur: primum ne difficultate imminentium malorum animus frangatur per tristitiam: & propter hoc ponitur patientia. Alterum vt ex diuturna difficilium passione homo non ita fatigetur, vt desistat: & propter hoc ponitur perseuerantia. Et de his duobus idem iudicium quod de superioribus, quia possunt esse, vel partes, vel virtutes, &c.

† 2. Concl. Magnificentia circa materiam liberalitatis, addit quandam magnitudinem habẽtem rationem ardui; quod est obiectum irascibilis, quam perficit fortitudo: & ex hac parte ad fortitudinem pertinet.

3. Concl. Spes quæ est virtus, est de Deo; sed per fiduciam, quę ponitur pars fortitudinis, homo habet spem in seipso; tamen sub Deo.

4. Concl Quascunque res magnas aggredi est periculosum.

Quia in his deficere est valde nocumentum, & propter hoc magnificentia, & fiducia habent affinitatem cum fortitudine.

5. Concl. Perseuerantia, vt dicit continuitatem boni operis vsque in finem, potest esse circumstantia omnis virtutis, sed sic non ponitur pars fortitudinis.

6. Concl. Macrobius ponit tolerantiam loco patientiæ, & firmitatem loco perseuerantię: magnanimitas autem & securitas comprehenduntur sub fiducia. Eas etiam partes, quas Andronicus ponit ad prædictas, reuocares.

7. Concl. 3. Eth. c. 8. Quæ ponit Arist. deficiunt à vera ratione virtutis: vnde non ponuntur partes fortitudinis; sed potius fortitudinis modi.

Quæst. 129. De magnanimitate.

Artic. 1. Vtrum magnanimitas sit circa honores.

1. Concl. HAbitus virtutis magis pẽsatur ex proprio actu, qui cõsistit in debito vsu materiæ in qua versatur, quam ex ipsa materia, circa quam virtus operatur: vnde magnanimus dicetur qui habet animum ad aliquem actum magnum: magnanimitas enim importat extensionem animi ad magna.

2. Concl. Actus potest dici magnus, vel secundum proportionẽ, etiamsi consistat in vsu rei paruæ, si quis ea optime vtatur: vel absolute & simpliciter, cum consistit in optimo vsu rei magnæ.

3. Concl. Magnanimitas simpliciter consistit circa honores.

4. Eth. c. 3. *1. Ex Arist. qui hoc docet.*

2. Is simpliciter est magnanimus, qui habet animum ad actum magnum simpliciter, habitus enim ab actu principaliter terminantur, & talis actus consistit in vsu optimo rei magnæ, cuiusmodi inter res exteriores est honor; tum quia est propinquissimum virtuti, cuius est signum; tum quia debetur

Lib. 2. de Inuen. Definitiones harum partium vide apud Cic.

Deo & optimis, & demum, quia homines ad honores consequendos & superbum vitandum omnia alia postponunt. Ergo.

3. Adsimilem de fortitudine, quia aliquis dicitur fortis, ex ijs, quæ sunt difficilia. Ergo.

4. Concl. Magnanimitas respicit honorem, vt habet rationē magni, & ardui: quia sic pertinet ad irascibilem, non autem ad concupiscibilem.

Concl. Quamuis honor non sit passio, est tamen alicuius passionis obiectum spei, vt tendit in bonum arduum: vnde magnanimitas immediate quidem est circa passionem spei, mediate autem circa honorem.

Concl. Qui ita contemnunt honores, vt pro eis adipiscendis nihil inconuenies faciant, laudabiles sunt: sed si ita contemnerent, vt non curarent facere ea, quæ sunt digna honore, hoc culpabile esset, & contra hoc est magnanimitas.

Artic. 2. Vtrum magnanimitas de sui ratione habeat, vt sit circa magnum honorem.

Concl. Propria materia magnanimitatis, est magnus honor, & ad ea tendit magnanimus, quæ sunt magno honore digna:

1 *Magnanimus, ait Arist. est circa magnos honores.*

Eth. c. 7. 2. *Virtus est quædam perfectio potentiæ, quæ attenditur in operatione, quæ habet aliquā magnitudinem, & difficultatem, quæ in virtutibus moralibus est ex parte materiæ de se repugnantiam habentis ad modū rationis, qui est circa eam ponēdus: virtutes enim morales sunt circa passiones, quæ pugnant cōtra rationem: quod accidit, vel primo; aliter ex parte passionis, vel ex parte rerum, quæ sunt obiecta passionum; & quia passiones non repugnant multū rationi, nisi fuerint vehementes, ideo virtutes, non ponuntur, nisi circa id, quod est magnum, in passionibus, at vero passiones quæ ex ipsis reb. exterioribus sumuntur, maxime repugnant rationi: ideo in his non solum oportet virtutem esse circa maxima, sed etiam circa mediocria & minora; quando etiam hæc multum appetibilia: vnde sicut circa appetitum pecuniæ sunt duæ virtutes, s. liberalitas, & magnificentia, ita circa, honores: vna circa mediocres innominata, quæ ab extremis dicitur philotimia, & aphilotimia: altera circa magnos, & dicitur magnanimitas, & ex his patet conclusio.*

Concl. Laudatur quandoque qui amat honorem, quandoque qui non curat de honore.

Quia virtus moderate pertingit.

† 3. Concl. Sic est magnum, & paruum per accidens se habeant ad honorem: tamen faciunt maximam differentiam, secundum quod comparantur ad rationem, cuius modus difficilius obseruatur in magnis honoribus.

4. Concl. In ira non attenditur magnum, & paruum: quia non habet notabilem difficultatem in ea, nisi id, quod est maximum, non sic in honore.

5. Concl. Qui bene magnis vtitur multo magis potest vti, & paruis. Vnde magnanimus non extollitur magnis honoribus: quia eos non reputat supra se: & de honorationibus non frāgitur; sed eas contemnit, quia reputat sibi indigne alferri.

Artic. 3. Vtrum magnanimitas sit virtus.

1. Concl. Magnanimitas, quæ modum rationis ponit circa magnos honores est virtus.

2. Matth. cap. 14. 1. *Nicanor audiens virtutem constitui. Inde, & animæ magnitudinem, &c. ait script.*

2. *At rationem virtutis humanæ pertinet, vt in rebus humanis bonum rationis seruetur, quod est proprium hominis bonum. Sed inter res humanas exteriores honores præcipuū locum obtinent. Ergo.*

† 2. Concl. Quamuis magnanimus tendat ad maxima: non tamen excedit medium virtutis.

Quia seruatur maxima secundum rationem.

3. Concl. Arist. 4. Eth. c. 3. Connexio virtutum non est intelligenda secūdum actus, s. vt cuilibet competat actus omnium virtutum: & sic actus magnanimitatis non competit omni virtuoso. Sunt autē connexæ ratione principiorū, quæ sunt prudentia, & gratia secundum habitum simul in anima existentes, vel in actu, vel in proxima dispositione.

4. Concl. Arist. 4. Eth. c. 3. Corporales motus diuersificantur secundum animæ apprehensiones; & ideo magnanimus habet modum tardum; quia intendit solum ad magna, quæ pauca sunt, & indigent magna attentione. Habet etiam vocem grauem, & locutionem stabilem; quia non loquitur, nisi de magnis.

5. Concl. Magnanimitas facit vt homo se dignificet magnis, secundum considerationem donorum quæ possidet ex Deo: humilitas vero vt homo seipsum paruipendit secundum considerationem proprij defectus. Contemnit magnanimitas alios, prout deficiunt a donis Dei humilitas alios honorat, & superiores existimat, prout in eis aliquid inspicit de donis Dei: vnde patet non esse contraria.

6. Concl. Magnanimus non habet memoriam eorum,

rum, à quibus beneficia recipit, quia non est ei delectabile quod ab aliis recipiat, quin maiora recompenset: dicitur ociosus, & tardus, non quod deficiat ab operando quæ sibi conueniunt, sed quia non se ingerit quibuscunque operibus: vtitur ironia, non vt opponitur, veritati, sed quia non totam magnitudinem suam ostendit. Quare hæ proprietates, vt ad magnanimum pertinent, non sunt culpabiles.

Art. 4. Vtrum magnanimitas sit specialis virtus.

1. Concl. 2. Eth. c. 7. Magnanimitas secundum se considerata est specialis virtus.

1. *Arist distinguit eam contra alias virtutes. Ergo.*

2. *Quæ ponit modum rationis in aliqua determinata materia est specialis virtus. Sed magnanimitas est huiusmodi, quia ponit modum rationis circa honorem, quod est quoddam speciale bonum, Ergo.*

2. Concl. Magnanimitas ex consequenti rationem suæ materiæ respicit omnes virtutes.

Quia honor est cuiuslibet virtutis præmium.

† 3. Concl. Magnanimus in qualibet virtute intendit magna operari, quia tendit ad ea; quæ sunt digna magno honore, & ita non est circa quoscunque honores.

4. Concl. Arist. 4. Eth. c. 3. Magnanimus promptum se exhibet ad actus aliarum virtutum, quibus attribuuntur; non vt sunt huiusmodi, sed vt habent rationem cuiusdam excellentiæ: defectus etiam ea ratione vitat, vt sunt contrarii excellentiæ.

5. Concl Arist 4. Eth. c. 3. Quælibet virtus habet quendam decorem ex sua specie: tamen superadditur alius ornatus ex magnitudine operis virtuosi per magnanimitatem, ideo dicitur ornatus omnium virtutum.

Art. 5. Vtrum magnanimitas sit pars fortitudinis

1. Concl. Lib. 1. in tom. Script. Magnanimitas ponitur pars fortitudinis, vt adiungitur ei, sicut secundaria principali,

1. *Ex Macrob. & Andronico, qui hoc affirmant.*

2. *Illa virtus, quæ aliquo modo cum alia convenit, & imperfecta cum ratione deficit, adiungitur, ei vt secundaria principali. Sed magnanimitas sic se habet ad fortitudinem, quia convenit cum ea inquantum firmat animum circa aliquid magnum, quod pertinet ad principalem virtutem, sed deficit, quia fortitudo firmat animum circa pericula mortis, magnanimitas autem circa ea, circa quæ facilius est firmitatem seruare: est circa magna bona speranda, vel adipiscenda. Ergo.*

Magnanimitas est quodammodo circa ardua cum fortitudine, inquantum non superatur à periculis mortis: accipitur pro eo quod est attingere ad magnum bonum: sed cum alia sit ratio difficultatis in vtraque, ideo proprie ponuntur distinctæ virtutes. † 2. Con

Magnanimus non est amator periculi, quia non indifferenter se periculis exponit, sed pro his tantum, quæ vere sunt magna. 3. Concl Arist 4. Eth c. 7.

Magis repugnat firmitati animi arduum in malis, quam in bonis: quia malum est per se fugiendum: & per accidens ei resistendum est, bonum autem per se est prosequendum: & quantum ad hoc principalius est malum, quam bonum, &c. 4. Concl

Art. 6. Vtrum fiducia pertineat ad magnanimitatem

Fiducia ad magnanimitatem pertinet. 1. Conc.

1. *Ex Tullio, qui videtur ponere fiduciam loco magnanimitatis.*

2. *Fiducia importat quoddam robur spei proueniens ex aliqua consideratione, quæ facit vehementem opinionem de bono assequendo, nam nomine fiduciæ hic primo aliter significatur, quod quis spem concipiat ex hoc, quod credit verbis alicuius auxilium promittentis: vel quod quis spem alicuius rei concipiat ex aliquo considerato, vel in alijs, vel in se ipso. Sed vt est dictum, magnanimitas proprie est circa spem alicuius ardui, Ergo.* Iob. 11.

Ad magnanimum pertinet habere fiduciam prout indiget alijs. † 2. Concl.

Quia omnis homo primum indiget diuino auxilio, deinde etiam humano: quod ad excellentiam hominis pertinet, vt habeat alios promptos, qui eum iuuare possint.

Fiducia magis proprie pertinet ad magnanimitatem, quam ad fortitudinem. 3. Concl.

Quia fortitudo proprie firmat hominem circa mala: magnanimitas circa prosecutionem bonorũ: & quia spes causat audaciam, quæ pertinet ad fortitudinem, ideo fiducia, quæ quoddam robur spei importat, ex consequenti pertinet ad fortitudinem.

Fiducia proprie loquendo non nominat aliquam virtutem, sed conditionem virtutis, propter quod numeratur inter partes fortitudinis, quia importat modum spei, qui adhibitus alicui affectioni potest pertinere ad commendationem ipsius actus, vt ex hoc sit meritorius, non tamen ex hoc sit meritorius, non tamen ex hoc determinatur ad speciem virtutis, sed ex materia. Est ergo fiducia spes roborata ex aliqua firma opinione. 4. Concl.

Artic. 7. Vtrum securitas ad magnanimitatem pertineat.

1. Concl. Securitas immediate pertinet ad fortitudinem.

1. Ex Tullio, Magnanimus res debet succumbere. Sed in hoc consistit securitas. Ergo.

2. Securitas importat quandam quietem perfectam animi a timore, sicut fiducia est quoddam robur spei: nam securitas dicitur per remotionem cuiuslibet timoris ingerentis. Vnde cum spes directe pertineat ad magnanimitatem, ita timor directe pertinet ad fortitudinem. Ergo sicut fiducia immediate pertinet ad magnanimitatem, ita securitas immediate pertinet ad fortitudinem.

2. Concl. Securitas ex consequenti pertinet ad magnanimitatem: quia sicut spes est causa audaciæ, ita timor est causa desperationis: ergo sicut fiducia ex consequenti pertinet ad fortitudinem, vt vtitur audacia, ita securitas ex consequenti pertinet ad magnanimitatem prout repellit desperationem.

† 3. Concl. Fortitudo non laudatur præcipue ex hoc, quod non timeat, quod pertinet ad securitatem: & ideo securitas non est idem quod fortitudo, sed eius conditio:

4 Concl. Non quælibet securitas est laudabilis: sed ea per quam quis deponit cuiã, prout debet; & in quibus timere non oportet, quæ est cõditio fortitudinis.

5. Concl. Nihil prohibet securitatem quandam esse conditionem alicuius virtutis: quanuis perfecta securitas ad præmiũ virtutis pertineat.

Art. 8, Vtrum bona fortunæ conferant ad magnanimitatem.

1. Concl. Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem.

2 Eth. c. 3. *1 Ex Arist. qui hoc affirmat.*

2. Magnanimitas ad duo respicit, s. ad honorẽ & ad ornatum, ad id quod magnum operandũ, & ad finem. Sed ad vtrumque horum bona fortunæ cooperantur: quia honor virtutis, non solum a sapientibus exhibetur, sed etiam a multitudine, qua magnificat bono fortunæ: & ideo maior honor exhibetur his, qui hæc bona possident: tum etiam, quod ad actus virtutum organice deseruiunt. Ergo.

† 2. Concl. Virtus sibi sufficiens esse dicitur; quia sine exterioribus bonis esse potest, his tamen indiget, vt expeditius operetur.

3. Concl. Magnanimus exteriora bona contemnit, prout non reputat ea magna bona, pro quibus aliquid indecens facere debeat, nõ quod non reputet ea vtilia ad opus virtutis exercendum.

Vnde etiam non multum extollitur si ad 4. Concl.
sint, nec in eorum amissione multum dejicitur.

Quæstio 130. De præsumptione.

Art. 1. Vtrum præsumptio sit peccatum.

Præsumptio est peccatum. 1. Concl.

1. Eccles. 37. O præsumptio nequissima, vnde creata est dicit glos. ex mala voluntate creatura, Ergo.

2. Quidquid secundum rationem humanam, sit quod est contra ordinem communiter naturalibus rebus inuentum, est vitiosum, & peccatum; quia quæ sunt secundum naturam sunt ordinata ratione diuina, quam homo debet imitari. Sed communiter in rebus naturalibus inuenitur, quod quælibet vitio communi subtrahitur virtuti agentis & nullum agens natura nititur in id, quod excedit suum facultatem. Ergo vitiosum est, quodquis assumat ad agendum ea, quæ præferuntur sue virtuti quod pertinet ad rationem præsumptionis. Eccl. 32.

Nihil prohibet aliquid esse supra potentiam actiuam alicuius rei naturalis, quod non est supra potentiam passiuam eiusdem. Vnde esset præsumptuosum, si qui nondum in virtute pro fecit tentaret ea, quæ sunt perfectæ virtutis. Sed si hoc tendat, vt proficiat, non vitiosum: & sic Paul. ad profectum hortabatur. † 2. Concl.

Non est præsumptionis si homo se tradat ad diuina quia habet potentiam intellectus, & voluntatis, per quas potest coniungi immortalibus, & diuinis. 3. Concl.

Quod per alios possumus aliqualiter, & per nos possumus: vnde, quia cogitare, & facere bonum possumus cum auxilio diuino, hoc non totaliter excedit nostram facultatẽ ideo ad hoc intendere non est præsumptuosum. 4. Concl.

Art. 2. Vtrum præsumptio opponatur magnanimitati per excessum.

Præsumptio opponitur magnanimitati per excessum. 1 Concl. 2. Eth. c. 7.

1. Magnanimus sit Arist. opponitur per excessum ei animus, id est timidus, quẽ nos dicimus pusillanimum.

2. Quamuis magnanimus secundum quantitatem eius, in quod tendit, tendat in maximum: tamen constituitur in medio secundum proportionem ad propriam facultatem, cum non tendat in materia, quam sibi conuenit. Sed præsumptuosus transcendit proportionem sua facultatis. Ergo.

Non

† 2. Concl

Non quælibet præsumptio ponitur peccatum in Spiritum sanctum, sed illa, qua quis iustitiam diuinam contemnit, ex inordinata confidentia diuinæ misericordiæ, quæ opponitur caritati: sed vt contemptus excedit proportionem propriæ facultatis potest opponi magnanimitati.

3. Concl.

Præsumptio quæ aliquo modico proprias vires transcendit, non opponitur magnanimitati, sed virtuti, quæ est circa mediocres honores.

4. Concl.

Quamuis id ad quod aliquis tendit supra vires suas, quandoque secundum rei veritatem sit magnum simpliciter: tamen quandoque est solum magnum secundum stultorum opinionem, vt preciosis vestibus indui, despicere, & iniuriari alijs. vt pertineat ad excessum magnanimitatis, nō secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam. Vnde patet quomodo præsumptuosus secūdum rei veritatem, quandoque deficit a magnanimo: sed secundum apparentiam in excessu se habet.

Quæstio 131. De ambitione.

Art. 1. Vtrum ambitio sit peccatum.

1. Concl. 1. for. 13.

AMbitio semper est peccatum.

1. Quia repugnat caritati, quæ non est ambitiosa.

2. Quoniam importat inordinatum appetitum honoris: nam honor quasi in testimonium excellentiæ datur à Deo, ad hoc vt homo alijs prosit in quantum debet homini placere, inquantum paratus sua, vt alijs prosit: Vnde appetitus tunc est inordinatus, quando vel aliquis appetit testimonium excellentiæ, quam non habet, quod est honorem appetere supra suæ proportionem, cum honorem non referat, vel in Deum, vel in vtilitatem aliorum, sed in ipso quiescat.

† 2. Concl

Licet honor sit bonum quoddam: tamen appetitus boni debet regulari secundum rationem, cuius regulam si transcendat, erit vitiosus, & talis est ambitio.

3 Con l.

Honor dicitur præmium virtutis, non quoad ipsum virtuosum, qui beatitudinis præmium expetit; sed quoad alios, qui non habent aliquod maius, quod ei tribuant.

4. Concl.

Sicut per appetitum, ad honorem, quando debito modo appetitur, aliqui prouocantur ad bonum reuocantur à malo ita se ordinate appetatur, potest esse occasio ad multa mala.

3. Eth. c. 8.

Verum qui propter honorem tantum agunt, ex Arist non sunt virtuosis.

Art. 2. Vtrum ambitio opponatur magnanimitati per excessum.

Ambitio opponitur magnanimitati, sicut inordinatum ordinato. 1. Concl.

1. Vt quisque Tullius, magnitudine animi excellit, ita maxime Quis omnium princeps esse solus. li. 1. de offi.

2. Ambitio imperat appetitum in ordinatum honoris. Sed magnanimitas est circa honores, & vitium eis vt oportet Ergo.

Magnanimitati opponitur præsumptio, ratione finis, ambitio autem ratione materiæ: & ambo secundum excessum, quod non inconuenit, cum sit ratione diuersorum. † 2. Concl.

Inordinatus appetitus dignitatum pertinet ad ambitionem, prout illis qui sunt constituti in dignitate propter quandam excellentiam status, debetur honor. 3. Concl.

Ambitio non est circa exteriorem cultum, ob quem homines honorari solent, nisi secūdum quod pertinet ad honorem. 4. Concl.

Quæstio 132. De inani gloria.

Artic. 1. Vtrum appetitus gloriæ sit peccatum.

1. Concl.

APpetitus gloriæ, de se non nominat aliquid vitiosum,

Qui tamen gloriæ proprie importat manifestationem alicuius debitæ, quod aliquis de hominis decorum, videtur: siue illud sit bonum corporale, siue spirituale, id est vt deueniat in multorum notitia, & approbationem: sed si largius nomen gloriæ sumatur, consistit etiam in cognitione pauciorum, vel etiam vnius, vel ipsius soli, dum aliquis proprium bonum considerat: sed quod aliquis bonum suum cognoscat, & appetat, non est peccatum, ex Paulo. Similiter nec est peccatum, quod quis velit opera sua bona ab alijs approbari, cum Dominus velit ea lucere coram alijs. Ergo. 2. Cor. 2.

Appetitus inanis, vel vanæ gloriæ vitium importat. 2. Concl. Mat. 5.

1. Sanum videt, ait Aug. qui amorem laudis vitium esse cognoscit.

2. Quia quod debet vanum appetere vitiosum est, vt ex Ysai 4. colligitur, Ergo. li 5. de ciu c. 13.

Gloria potest dici vana, vel quando quæritur de eo quod non est, vel non est gloria digna vel ex parte eius, à quo gloria quæritur, si eius iudicium non sit firmum; vel ex parte appetentis, qui suum appetitum non dirigit in debitum finem scilicet ad honorē Dei & proximi vtilitatem, 3. Concl.

Deus gloriā suā non quærit propter se, sed † 4 Concl.

propter nos. sic etiam homo laudabiliter potest ad aliorum vtilitatem gloriam suam appetere.

5. Concl. Licet prouocentur aliqui ad virtutem ex appetitu gloriæ: non tamen est vere virtuosus, qui propter humanam gloriam operatur. Gloria vero, quæ virtuti promittitur in scriptura, est gloria vera, quæ habetur à Deo.

6. Concl. Ad perfectionem hominis pertinet, vt ipse cognoscat, non autem quod cognoscatur: & ideo id, ex se, non est expetendum, nisi pro Dei gloria, & proximi vtilitate. Ideo habenda est cura de bono nomine.

Eccl. 24.

Art. 2. Vtrum inanis gloria magnanimitati opponatur.

1. Concl. Inordinatus appetitus gloriæ directe magnanimitati opponitur.

lib. 2. off. 1. *Cauendæ, aut Tul. est gloriæ cupiditas: Eripit enim libertatem, pro qua magnanimus virtus omnis debet esse contentio.*

2 *Cum gloria sit essentialius honoris, & laudis, & magnanimitas sit circa honores, consequens est, vt sit circa gloriam. hoc est vt sicut aliquis moderatus circa honores, ita moderate se habeat circa gloriam. Ergo.*

†2. Concl. Nihil prohibet ea, quæ aliis virtutibus opponuntur, opponi etiam magnanimitati secundum quod habentur pro magnis, quæ parua sunt.

Quia hoc ipsum magnitudinem animi repugnat, quod quis res mediocres tanti faciat, vt de eis glorietur.

3. Concl. Inanis gloriæ cupidus, secundum rei veritatem deficit a magnanimo, sed secundum æstimationem ei opponitur per excessum, qa gloriã, quam appetit, reputat aliquid magnũ.

4 Concl. Arist. 4. Eth. c. 3. Oppositio vitiorum non attenditur secundum affectum, & tamen, hoc ipsum magnitudini animi opponitur, quod aliquis contentionem intendat; quia de magnanimo dicitur non esse contentiosum; quia nihil æstimat magnum.

Art. 3. Vtrum inanis gloria sit peccatum mortale.

1. Concl. Inanis gloria est peccatum mortale, quando contrariatur caritati, quãtum ad dilectionem Dei: quod potest accidere dupliciter.

1. Ratione materiæ, vt cum quis gloriatur de aliquo falso contrario diuinæ reuerentiæ: vt si quis dicat, *Deus ego sum*, Ezech. 28. Vel etiam cum quis bonum temporale, de quo gloriatur, præfert Deo: vt si glorietur sapiens in sapientia sua: vel cum quis præfert testimonium hominum, testimonio Dei.

Ierem. 9. Ioan. 12.

2. Ex parte gloriantis, qui intentionem suam refert ad gloriam, tanquam ad vltimum finem, pro quo nõ prætermittit facere etiam, quæ sunt contra Deum.

2. Concl. Ioan. 5. Si amor humanæ gloriæ, quamuis inanis non repugnet caritati nec quantum ad materiam; nec quantum ad intentionem gloriam quærentis, non est peccatum mortale, sed veniale.

1. Quia solum peccatum mortale est, quod repugnat caritati.

2. Ex Chrysost. qui ait, quod inanis gloria etiam locum habet in seruis Christi.

†3. Concl. Quando quis simpliciter per inanem gloriam amittit vitam æternam, tunc est peccatum mortale: sed ex eo, quod non lucratur vitam æternam, potest esse tantum veniale.

4. Concl. Inanis gloriæ cupidus non surripit sibi, quod est proprium Dei.

Quia non appetit honorem, qui debetur Deo, sed qui debetur homini virtuoso.

5. Concl. Peccatum inanis gloriæ dicitur periculosum, non tantum propter grauitatem sui, sed etiam quia est dispositio ad alia peccata.

Art. 4. Vtrum inanis gloria sit vitium capitale.

Inanis gloria est vitium capitale.

1. Concl. lib. 3. Mor. cap. 31. 1. *Ex Greg. qui ea numerat inter vitia capitalia.*

2. *Gloria propter propinquitatem ad excellentiam est maxime appetibilis, & ex eius inordinato appetitu multa vitia oriuntur. Ergo.*

2. Concl. Superbia potius debet dici regina omnium vitiorum, secundum Greg. quam vnum de vitijs capitalibus.

Quia importat inordinatum appetitum excellentiæ, quam ex omni bono, quod quis appetit, consequitur: vnde fines omnium vitiorum ordinantur ad finem superbiæ: & sic patet quod habet quandã generalem causalitatem super omnia vitia.

†3. Concl. Non repugnat inani gloriæ, quin sit vitiũ capitale, quod oriatur ex superbia, cum sit mater omnium vitiorum.

4. Concl. Gloria comparatur ad honorem, & laudem sicut finis.

Quia propter hoc aliquis amat honorari, & gloriam consequatur; vnde inanis gloria est capitale vitium, licet non illa.

5. Concl. Inanis gloria habet principalem rationem appetibilis, ratione dicta: idque sufficit, vt sit vitium capitale: nec requiritur vt sit mortale peccatum, cum ex veniali dispositiue mortale oriri possit.

Art.

Artic. 5 Vtrum conuenienter dicantur filiæ inanis gloriæ esse inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio pertinacia, discordia, & nouitatum præsumptio.

1. Concl. lib. 31. Mor. c. 31. Conuenienter ista vitia dicuntur filiæ inanis gloriæ.

1. Ex Greg. quibus assignat.

2. Illa vitia, quæ de se nata sunt ordinari ad finem alicuius vitij capitalis dicuntur filiæ eius. Huiusmodi sunt prædicta respectu inanis gloriæ. Ergo. Nam ad finem inanis gloriæ, qui est manifestatio propriæ excellentiæ, homo potest tendere dupliciter, scil. directe, sine per verba, vnde iactantia: sine per facta, quæ si habent aliquam admirationem, est præsumptio nouitatum: si per falsa, hypocrisis. 2. Indirecte ostendendo se non esse alijs inferiorem, & hoc. primo quantum ad intellectum, vnde pertinacia: deinde quantum ad voluntatem, vnde discordia: postea quantum ad locutionem, vnde contentio; postremo quantum ad factum, vnde inobedientia.

† 2. Concl. Iactantia ponitur species superbiæ, quantum ad interiorem causam, quæ est arrogantia: sed iactantia exterior frequentius ad gloriam, & honorem ordinatur: & sic oritur ex inani gloria.

3. Concl. Ita non causat discordiam, & contentionem, nisi ex adiunctione inanis gloriæ.

4. Concl. Inanis gloria vituperatur circa eleemosynam propter defectum caritatis, non quod facere eleemosynam sit præsumptio nouitatum.

Quæstio 133. De pusillanimitate.

Art. 1. Vtrum pusillanimitas sit peccatum.

1. Concl. PVsillanimitas est peccatum.

Colos. 3. *1. In moribus hominum non est vitandum, nisi peccatum. Sed pusillanimitas ex Paul. est vitanda. Ergo.*

2. Quod contrariatur naturali inclinationi est peccatum. Sed vnicuique rei inest naturalis inclinatio ad exequendum actionem commensuratam suæ potentiæ, & sicut per præsumptionem excedit aliquis: dum nititur ad maiora, quam possit; ita pusillanimis minus deficit, dum refutat tendere in id, quod sit suæ potentiæ conseruaneum. Ergo vt præsumptio est peccatum, ita pusillanimitas. Ideo damnatur seruus, qui acceptam pecuniam fodit in terram.

† 2. Concl. 4. Eth. c 3. Pusillanimus dicitur non esse malus, prout nulli est nocumento, nisi per accidens, vt cessat ab operibus, quibus posset prodesse: non tamen sequitur quin pusillanimitas sit peccatum.

3. Concl. Greg. in past. par. 1. c. 5. 4. Eth. c. 3. Pusillanimus est dignus magnis, secundū habilitatem ad virtutem, quæ inest ei a natura, vel ex scientia, vel ex exteriori fortuna: quibus dum recusat vti ad virtutem, pusillanimus redditur; neq; enim repugnat virtuosum posse leuiter peccare.

4. Concl. Etiam pusillanimitas aliquo modo ex superbia potest oriri: dum aliquis proprio sensu innititur, quo reputat se insufficientem ad ea, quorum sufficientiā habet: potest enim quis quantum ad aliqua se deijcere, & quantum ad alia se extollere.

5. Concl. Moyses, & Ierem. erant digni officio ad quod eligebantur, ex diuina gratia; sed recusabant considerantes propriæ infirmitatis insufficientiā, & ideo non erant pusillanimes.

Art. 2. Vtrum pusillanimitas opponatur magnanimitati.

1. Concl. Pusillanimitas directe, & secundum se magnanimitati opponitur.

Nam pusillanimitas, & magnanimitas differūt secundum magnitudinem, & parvitatem animi, vt patet ex ipsis nominibus; & vt magnanimus ex animi magnitudine tendat in magna; ita pusillanimus ex animi parvitate, contrahit se a magnis. sed magnum, & parvum sunt opposita. Ergo.

2. Concl. Si pusillanimitas consideretur ex parte suæ causæ, quæ ex parte intellectus est ignorantia propriæ conditionis, ex parte appetitus, timor deficiendi in his, quę falso æstimat excedere suam facultatem, vel etiam ex parte effectus, qui est retrahere se a magnis, non opponitur directe magnanimitati.

Quia oppositio vitij ad virtutē attenditur secundum speciem, non secundū causam, vel effectum.

† 3. Concl. Nec etiam ex parte causæ, quæ est ignorantia, potest dici pusillanimitatem opponi prudentiæ.

Quia tunc ignorantia non procedit ex insipientia, sed magis ex pigritia, considerandi suam facultatem.

4. Concl. Pusillanimitas ex parte effectus, qui est pigritia, opponitur solicitudini.

5. Concl. Nec etiam ex parte causæ, quæ est timor, oportet, quod opponatur fortitudini: quia non semper timor est periculorum mortis. Ira autem inducit ad pusillanimitatem non ex se, sed ratione causarum suarum, sc. iniurię illatæ, &c.

6. Concl. Pusillanimitas secundū propriam speciē est gra-

grauiu. peccatum, quam ſit præ umptio: quia per ipſam recedit homo à bonis, quod eſt peſſimum: at præſumptio dicitur nequiſſima ratione ſuperb æ, ex qua procedit.

Quæſtio 134. De magnificentia.

Art. 1. Vtrum magnificentia ſit virtus.

1. Concl. Pſal. 67.

MAgnificentia eſt virtus.

1. *Virtus humana eſt participatio quædam virtutis diuinæ. Sed magnificentia pertinet ad virtutem diuinam. Ergo.*

Ariſt. l. 1. de cel. t. 116

2. *Operari aliquid magnum, ex quo ſumitur nomen magnificentiæ pertinet ad rationem virtutis, quia virtus dicitur per comparationem ad vltimum potentiæ non ex parte defectus, ſed exceſſus, cuius ratio conſiſtit in magnitudine. Ergo.*

† 2. Concl: Ariſt. 4. Eth. c. 2.

Quod, *non omnis liberalis ſit magnificus*, intelligo quantum ad actum: non autem quod non habeat habitum magnificentiæ, vel actu, vel in propinquæ ſpoſitione.

3. Concl.

Quamuis magnificentia conſiſtat in extremo conſiderata quantitate eius, quod facit: eſt tamen in medio conſiderata regula rationis.

4. Concl.

Magnificus nõ intendit principaliter ſumptus facere in his, quæ pertinent ad perſonam propriam, non quia bonum ſuum non quærat, ſed quia hoc non eſt magnum. Si quid tamen in his, quæ ad ipſum pertinent, magnitudinem habeat, hoc ipſum magnificè profequitur.

5. Concl. Ariſt. lib. 6. eth c. 4.

Licet magnificentia ſit circa factibilia, non ideo eſt ars. Oportet autem ex Ariſt. artis eſſe quandam virtutem moralem, per quam appetitus inclinatur recte ad vtendum ratione artis: & hoc ad magnificentiam pertinet.

Art. 2. Vtrum magnificentia ſit ſpecialis virtus.

1. Concl.

Si magnificentia accipiatur, prout factionem alicuius magni importat, prout facere proprie dicitur operari aliquid in exteriori materia, eſt ſpecialis virtus

1. *Ex Ariſt. qui connumerat eam aliis virtutibus ſpecialibus.*

2. eth. c. 7.

2. *Quamuis opus factibile producatur ab arte, tamen in eius vſu poteſt attendi quæ ſpecialis ratio bonitatis, ſ. quod ipſum opus ſit magnum in quantitate, pretioſitate, & dignitate, quod facit magnificentia. Ergo.*

2. Concl.

Si nomen magnificentiæ ſumatur ab eo, quod eſt facere magnum, ſecundum quod facere communiter ſumitur, magnificentia non eſt ſpecialis virtus: quia facere hoc modo accipitur pro quacunque actione, ſiue tranſeat in exteriorem materiam, ſiue non.

Ad quamlibet virtutem pertinet facere magnum in ſuo genere, ſed non ſecundum quod facere ſumitur proprie.

† 3. Concl.

Eſt diſtincta à magnanimitate, quod hæc intendit magnum in omni materia: magnificentia autem in aliquo opere factibili.

4. Concl.

Magnificentia coniungitur ſanctitati, quia præcipue eius effectus ad religionem, tanquam ad ſublimiorem finem ordinatur.

5. Concl. Ariſt. 4. Eth. c. 2.

Art. 3. Vtrum materia magnificentiæ ſint ſumptus magni.

1. Concl.

Materia magnificentiæ poſſunt dici, & ipſi ſumptus, quibus vtitur magnificus ad opus magnum faciendum, & ipſa pecunia, qua vtitur ad huiuſmodi ſumptus, & amor pecuniæ, quem magnificus moderatur, ne ſumptus magni impediantur.

1. *Ex Ariſt. qui hoc docet.*

4. Eth. c. 2.

2. *Ad magnificentiam pertinet intendere ad aliquod magnum opus faciendum. Sed magna non poſſunt fieri, niſi magnus expenſus. Ergo ad magnificentiam pertinet magnos ſumptus facere, vt dicit Ariſt. Sed ſumptus ſi quidem ſit debita cauſa conſilio æquæ quis prohibere poteſt per ſuperfluum amorem pecuniæ. Ergo.*

Liberalitas reſpicit communiter vſum pecuniæ: magnificentia vero magnum pecuniæ vſum: nec repugnat eadem, diuerſa tamen ratione, duas eſſe virtutes.

† 2. Concl.

Vſus debitus pecuniæ, cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecuniæ, pertinet ad liberalitatem, ſ. ad dona, & ſumptus: ad magnificum vero in ordine ad aliquod magnum opus: & talis vſus non poteſt eſſe ſine ſumptu.

3. Concl:

Etiam magnificus dat dona, vel xenia, non ſub ratione doni, ſed ſumptus ordinati ad aliquod bonum faciendum.

Principalis actus virtutis eſt interior electio, quam virtus poteſt habere ſine exteriore fortuna: & ſic etiam pauper poteſt eſſe magnificus

1. Concl. Ariſt. 4. Eth. c. 2.

Art. 4. Vtrum magnificentia ſit pars fortitudinis.

1. Concl.

Magnificentia ponitur pars fortitudinis, vt ei adiungitur, ſicut ſecundaria principali.

1. *Ex Tullio, Macrobio, & Andronico.*

2. *Ad hoc, vt aliqua virtus adiungatur alteri, vt principali, oportet, vt in aliquo cum ea conueniat, & in aliquo ab ea deficiat. Sed magnificentia conuenit cum fortitudine, vt tendit in arduum; & ita videtur eſſe irraſcibilis, vt eſt fortitudo: deficit autem, quia arduum in quod tendit fortitudo,*

habet

habet difficultatem propter periculum, quod imminet personæ: magnificentia vero propter dispendium rerum quod est minus. Ergo.

2. Concl. Magnificentia, vt est specialis virtus, non est pars subiectiua fortitudinis quia nõ conuenit cum ea in materia.

† 3. Concl. Magnificentia, & liberalitas conueniunt in materia, diuersa ratione: liberalitas respicit sumptus per comparationẽ ad concupiscentiam pecuniarum: magnificentia vero per comparationem ad spem attingendo ad aliquid arduum, non simpliciter, vt magnanimitas, sed in determinata materia.

4. Concl. Magnificentia non conuenit cum fortitudine in materia, s. in timore; sed in conditione materiæ, s. in aliquo arduo.

5. Concl. Arist 4. Eth. c. 2. Magnificus scienti assimilatur, quia ad eũ pertinet bene vti ratione in attendenda proportione sumptus ad opus faciendum.

Quæstio 135. De paruificentia.

Art. 1. Vtrum paruificentia sit vitium.

1. Concl. Arist. 4. Eth. c. 2. PAuificentia est vitium.

1 Ex Arist. qui eam ponit speciale vitium magnificentiæ oppositum.

2 Paruificus deficit à proportione, quæ debet esse secundum rationem inter sumptus & opus. Sed defectus ab eo, quod est secundum rationem causat rationem vitij. Ergo. Paruificus enim intendit aliquid paruum facere in comparatione ad genus operis; magnificus autem principaliter intendit magnitudinem operis, secundario magnitudinem sumptus, quamuis ex ea, vt faciat magnum opus, paruificus vero contra; quo fit, vt bonum magnificentiæ per eum amittat. Ergo.

† 2. Concl. Non dicitur paruificus, qui paruam moderatur, sed qui in moderãdo magna vel parua, deficit a regula rationis, quod habet rationem vitij.

4. Concl. Timor facit consiliatiuos, & ideo paruificus diligenter ratiocinijs intẽdit: quia inordinate timet bonorum suorum consumptionem, etiam in minimis, quod vitiosum est.

4 Concl. Paruificus conuenit cum illiberali, siue, auaro, quod cum tristitia, & tarditate expẽsas facit: sed differt, quia liberalitas attenditur circa communes sumptus, paruificentia circa magnos, quo difficilius est facere: vnde minus vitium est, quam liberalitas.

Art. 2. Vtrum paruificentiæ aliquod vitium opponatur.

1. Concl. Paruificentiæ opponitur vitium, quo quis proportionem expensarum excedit vt. d. plus expendat, quam sit operi proportionatum, quod Græci banausia, à furno dicta, quod omnia consumat, & Latine dici potest consumptio. 2. Eth. c. 7.

1 Ex Arist. qui ponit magnificentiam in medio duorum oppositorum vitiorum.

2. Sicut contingit sumptum esse paruum in cõparatione ad opus, quod efficit paruificentia: ita contingit sumptum esse magnum in comparatione ad opus, vt excedat proportionem secundum regulam rationis, quod efficit consumptio. Sed paruo opponitur magnum. Ergo.

† 2 Concl. Magnificentia dicitur magna, quia facit magnum opus nõ quin sumptu excedat proportionem operis quod est vitij oppositi paruificentiæ.

3. Concl. Consumptio opponitur paruificentiæ ex eo quod excedit, in sumptu operis dignitatẽ: opponitur autem magnificentiæ, prout vbi oportet multa expendere parum, aut nihil expendit.

4. Concl. Consumptor ex ipsa specie actus opponitur paruifico: sed nihil prohibet, quin hoc ad finem alterius vitij ordinetur, vt inanis gloriæ, &c.

Quæstio 136. De patientia.

Art. 1. Vtrum patientia sit virtus.

1. Concl. Lib. de patient. c. 7. PAtientia est virtus.

1 Virtus animæ, ait Aug. quæ patientia dicitur.

2 Cum virtutes morales ordinentur ad bonum vnius in ordine ad conseruandũ bonum rationis contra impetus passionum, necesse est esse aliquã virtutẽ, quæ conseruet bonum rationis contra tristitiam, quæ efficax est ad illud impediendum, quia tristitia facit, vt ait Paul. mortem operatur. Ergo: hæc autem virtus, est ipsa patientia. Vnde Aug. patientia hominis est, qua mala æquo animo tolleramus. 2. Cor. 7.

† 2. Concl. Virtutes morales non remanent secundũ eundem actum in patria, quem habẽt in via: vnde actus patientiæ in patria non erit in sustinendo, sed in fruitione bonorum ad, quæ peruenire volebamus patiendo.

3. Concl. Aug. 14 de ciuit. c. 9. 4. Concl. Gal. 5. In illis qui mala sustinent, vt mala faciant, nec mirandus, nec laudanda est patientia, quę nulla est sed duritia.

Patientia quantum ad habitum, ponitur virtus, sed quantum ad delectationem quam habet in actu, ponitur fructus.

Art. 2. Vtrum patientia sit potissima virtutum.

1. Concl. Patientia non est potissima virtutum, sed deficit non solum a virtutibus theologicis, & à prudentia, ac iustitia, sed etiam à fortitudine, & à temparantia.

Nam cum virtutes secundum suam rationem ordinentur ad bonum, oportet quod tanto principalior sit virtus, quando magis & directius ordinat hominem in bonum. Sed directius ad virtutem ordinant hominem virtutes, quæ constituunt bonum, quam quæ sunt impeditiua eorum, quæ abducunt a bono; & sicut inter eas, quæ sunt constitutiua boni, tanto aliqua potior est quando in maiori bono constituit hominem, vt fides, spes, & caritas, quam prudentia, & iustitia: sic inter illas, quæ sunt impeditiuæ retrahentium à bono, tanto aliqua est potior, quanto id, quod abeas impeditur, magis à bono retrahit: plus autem à bono retrahit periculum mortis, circa quæ est fortitudo, & delectationes tactus circa quas est temperantia, quæ quamuis aduersa, circa quæ est patientia, Ergo. Vnde Greg. non enumerat eam inter virtutes quæ dicuntur principales.

† 2. Concl. 22. Mor. c. 1. Iac. 1. Patientia dicitur habere opus perfectum in aduersis tollerandis, ex quibus precedit primum tristitia, quam moderatur patientia: deinde ira, quam moderatur mãsuetudo: tertio odium, quod tollit caritas: quarto iniustum nocumentum, quod prohibet iustitia: & quia tollere principium vniuscuiusque est perfectius, ideo in hoc est patientia perfectior sed non simpliciter.

Iac. 1. 3. Concl. Luc. 21. Per patientiam dicitur homo animam suam possidere inquãtum radicitus euellit passiones aduersitatum, quibus anima inquietatur.

4. Concl. Greg. hom. 35. in euãg. Dicitur radix, & custos omnium virtutũ. non quasi eas directe causando & conseruã sed solum remouendo prohibens.

Art. 3. Vtrum patientia possit haberi sine gratia.

1. Concl. Lib. de patient. c. 4. Patientia non potest haberi sine auxilio gratiæ

1. Ps. 61. ab ipso. s. De patientia mea.

2. Nemo sponte suscipit ferre, quod erruciat, nisi ero eo, quod delectat ex Aug. quia tristitiam, & dolorem secundum se abhorret animus, id o nunquam bono eligeret eam, nisi propter se, sed solum propter finem Ergo oportet quod illud bonum propter quod venit pati malum sit magis volitum, & amatum, quam illud, cuius priuatio ingerit dolorem, quem patienter tollerat. Sed quod quis propter bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amissione potest dolor causari pertinet ad caritatem, qua diligit Deum supra omnia Ergo patiens non potest habere sine gratia eam à caritate causetur, quæ sine gratia non habetur. 1. Cor. 13.

† 2. Concl. Rom. 4. Si natura esset integra, præualeret inclinatio rationis: sed in natura corrupta præualet inclinatio concupiscentiæ: quo fit vt homo sit promptior ad sustinenda mala, quibus cõcupiscentia delectatur præsentialiter, quã mala propter bona futura quod non potest fieri sine gratia.

3 Concl. Bonum politicæ virtutis commensuratum est naturæ humanæ: ideo absque auxilio gratiæ gratum facientis potest voluntas humana in illud tendere: non sic in bonum gratiæ, quod supernaturale.

4. Concl. Tollerantiam malorum propter corporis sanitatem procedit ex amore, quo quis naturaliter amat carnem suam: secus dicendum est de patientia de qua hic est sermo.

Art. 4. Vtrum patientia sit pars fortitudinis.

1. Concl. Li. 2. de inuen. Gregor. hom 31. in euang. Patientia, est pars fortitudinis quasi potentialis.

1. Ex Tullio, qui eam posuit partem fortitudinis.

2. Quæ ei adiungitur tanquam secundaria virtus principalis: ad patientiam enim pertinet æquanimiter perpeti. Sed in malis, quæ ab aliis inferuntur, præcipua sunt & difficilima ad sustinendum ea quæ pertinent ad pericula mortis, circa quæ est fortitudo Ergo.

† 2. Concl. Ad fortitudinem non pertinet qualiacunque sustinere, sicut ad patientiam, sed solum quod est summe difficile in sustinendo: vnde fortitudo non est idem quod patientia.

3. Concl. Actus fortitudinis non solum consistit in hoc, quod aliquis in bono confirmat contra timores futurorum periculorum, sed etiam vt non deficiat propter præsentem tristitiam, in quo patientia habet affinitatem cum fortitudine, quæ principaliter est circa timores; sicut patientia principaliter circa tristitias, & licet fortitudo proprie sit in irascibili, & patientia in concupiscibili, non ideo tollitur quin sit eius pars: quia adiunctio virtutis ad virtutem non attenditur ex parte subiecti.

4 Concl. Hom. 5. in Matt. Non est contrarium sententiæ sapientiæ, quod aliquis quando opus fuerit, insiliat in eum, qui mala facit: vnde Chrys. iniurijs proprijs patientem esse laudabile est: iniurias autem Dei patienter sustinere, nimis est impium.

Artic.

Artic. 5. Vtrum patientia sit idem quod longanimitas.

1. Concl. Longanimitas magis conuenit cum magnanimitate, quam cum patientia.

Quia, cui magnanimitas dicitur per quam aliquis habet animum tendendi in magna, ita longanimitas dicitur per quem quis habet animum tendendi in aliquid, quod in longinquum distat; & sicut magnanimitas magis respicit spem tendentem in bonum, quam audacia, vel timorem, siue tristitiam, ita etiam longanimitas.

2. Concl. Longanimitas potest conuenire cum patientia propter duo: primum quoniam sustinet aliqua mala propter bonum: quod tanto difficilius est, quanto bonum longinquius expectatur: deinde quia hoc ipsum, quod est bonum speratum differri ex se natum est causare tristitiã; nam spes, quæ differtur, aggrauat animam: & sic circa illud potest esse patientia: quæ est rerum arduarum causa honestatis, ac vtilitatis voluntaria, ac diuturna perpessio. Vnde patet ad duo arg.

Prou. 13. Tullius.

† 3. Concl. Quod est longinquum loco, licet sit à nobis remotum, non tamen est simpliciter remotum à natura, vt id quod est longinquum tempore: ideo ex parte loci non ponitur aliqua virtus; cum non sit difficultas, nisi ratione temporis.

Quæstio 137. De perseuerantia.

Art. 1. Vtrum perseuerantia sit virtus.

1. Concl. PErseuerantia est quædam specialis virtus, ad quam pertinet in virtuosis operibus diuturnitatem sustinere, prout necesse est.

1. Quia nos bene ordinat in ijs in quibus persistendum, aut non persistendum sit.

2. Cum virtus sit circa difficile, & bonum, ibi occurrit specialis ratio difficultatis, vel boni, ibi est specialis virtus. Sed opus virtutis habet etiam bonitatem & difficultatem ex diuturnitate temporis Ergo. Nam hoc ipsum, quod est diu insistere alicui difficili specialem difficultatem habet. Ergo diu persistere in aliquo bono vsque ad consummationem pertinet ad specialem virtutem, & hæc est perseuerantia

† 2. Concl. Quia non est difficile diu sustinere bona, sed mala, circa quæ aliquis tristatur; ideo tãc perseuerantia potest esse virtus, quando accipitur secundum quod aliquis in quocunq; bono difficili diu persistit, quod autem persistere, si alicui minus difficile, potest esse ex perfecta virtute: cuius perfectio magis attenditur secundum rationem boni, quam difficilis. Quod si Aristot. ait, continentiam quæ nõ est virtus, esse potiorem perseuerantia. loquitur de perseuerantia secundum, quod aliquis perseuerat, in quibus difficillimum est diu sustinere.

7. Eth. c. 7.

Ad perseuerantiam per se pertinet, vt aliquis perseueret vsq; ad finem virtuosi actus; non autem vsq; ad finem vitæ: quod sufficit ad rationem virtutis. Aug. dicens neminem posse habere perseuerantiam quamdiu viuit, nisi perseueret vsque ad mortem, loquitur quantum ad actum consummatum.

3. Concl.

Virtuti aliquid conuenit, vel ex propria intentione finis, & sic diu persistere vsq; ad finem in bono, pertinet ad specialem virtutem, scil. ad perseuerantiam: vel ex comparatione habitus ad subiectum: & sic immobiliter persistere consequitur quamlibet virtutem.

4. Concl.

Art. 2. Vtrum perseuerantia sit pars fortitudinis.

Perseuerantia adiungitur fortitudini, sicut virtus secundaria, principali.

1. Concl. lib. 2. de inuen.

1. Ex Tullio, qui eam ponit partem fortitudinis.

2. Cum fortitudo firmitatem seruet in his, in quibus difficillimum est firmiter persistere, est principalis virtus, & necesse est, vt ei adiungatur, vt principali omnis virtus, cuius laus consistit in sustinendo firmiter aliquod difficile. Sed sustinere difficultatem, quę prouenit ex diuturnitate boni operis dat laudem perseuerantiæ, nec hoc est ita difficile, sicut sustinere pericula mortis. Ergo.

† 2. Concl. Licet perseuerantia magis videatur conuenire in materia cum temperantia, quã cum fortitudine: tamen in modo magis conuenit cum fortitudine, inquantum difficultatem diuturnitatis seruat.

3. Concl. Perseuerantia, quæ ponitur virtus, moderatur aliquas passiones, scil. timorem fatigationis, aut defectus propter diuturnitatem, & est in irascibili.

4. Concl. lib. de perseuer. c. 1. Augustin. dicens perseuerantiam non posse amitti, loquitur de ea, non vt nominat habitum virtutis, sed vt dicit actum virtutis continuatum vsque in finem: vnde esset contra rationem perseuerantiæ sic acceptæ, si amitteretur.

Quia tam non duraret vsq; in finem.

Art. 3. Vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam.

1. Concl. Constantia pertinet ad perseuerantiam.

Quia constans dicitur aliquis ex eo, quod in aliquo

lat, Sed in manere alijs pertinet ad perseuerantiam, Ergo.

2. Concl. Perseuerantia, & constantia conueniunt in fine: *quia ad vtrumque pertinet firmiter persistere in aliquo bono*: sed differunt secundum ea, quæ difficultatem afferunt ad persistendum in bono.

Nam perseuerantia proprie facit persistere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex diuturnitate actus: constantia autem contra difficultatem quæ prouenit ex quibuscunque alijs exterioribus impedimentis. Vnde principalior pars fortitudinis est perseuerantia, quam constantia: quia difficultas quæ est ex diuturnitate actus est efficacior actus virtutis, quam quæ est ex alijs impedimentis.

† 3. Concl. Constantia secundum materiam conuenit cum patientia, sed secundum finem, qui potior est, conuenit cum perseuerantia.

4. Concl. In paruis, & mediocribus operibus diu persistere habet difficultatem, si non ex magnitudine actus, quam respicit magnificentia, saltem ex ipsa diuturnitate, quam respicit perseuerantia: & sic constantia potest ad vtrumque pertinere.

5. Concl. Constantia non est idem quod perseuerantia: quia licet, in aliquo conueniat, tamen in alijs differunt.

Art. 4. Vtrum perseuerantia indigeat auxilio gratiæ.

1. Concl. Si perseuerantia accipiatur pro ipso habitu, vt est virtus, indiget dono habitualis gratiæ, vt cæteræ virtutes infusæ: si autem accipiatur pro actu perseuerantiæ durante vsque ad mortem, non solum indiget habituali gratia, sed etiam gratuito Dei auxilio conseruante hominem in bono vsque ad finem vitæ.

1. *Ex Aug. quis ait perseuerantiam esse donum Dei.*

lib. de perseuer. c. 1. 2. *Cum liberum arbitrium de se sit versibile, & hoc est non tollatur per habitualem gratiam præsentis vitæ non subest potestati liberi arb. etiam per gratiam reformati, vt se immobiliter in bono statuat: licet non sit in eius potestate electio: plerunque enim est in nostra potestate electio, sed non executio.*

† 2. Concl. Et si virtus perseuerantiæ ex se inclinet ad perseuerandum: non tamen est necessarium, quod habens habitum virtutis vtatur eo immobiliter vsque ad mortem.

3 Concl lib. de lib. arb. c. 15. Ex Aug. primo homini datum est, non vt perseueraret, sed vt perseuerare posset. Sed prædestinatis per gratiam Christi non solum datur vt perseuerare possint, sed vt perseuerent.

4. Concl. Homo per se potest cadere in peccatum, à quo per se non potest resurgere sine auxilio gratiæ: vnde per se potest perseuerare in malo, nō autem in bono.

Quæstio 138. De vitijs oppositis perseuerantiæ.

Art. 1. Vtrum mollities opponatur perseuerantiæ.

1. Concl. 7 eth c. 4 Mollities directe videtur opponi perseuerantiæ.

1. *Molli opponitur perseuerativum; vt Arist.*

2. *Cum perseuerantiæ in hoc consistat, quod aliquis non recedat a bono propter diuturnam tolerantiam difficilium, & laboriosorum: cui directe videtur opponi, quod aliquis de facili recedat a bono, propter aliqua difficilia, quæ sustinere non potest. Sed hoc pertinet ad rationem mollitiei, quia molle dicitur quod facile cedit tangenti. Ergo.*

2. Concl. Non reputatur aliquis mollis, si cedat grauiter impellentibus.

Nam, vt ait Arist si quis à fortibus delectationibus, vel tristitijs vincatur est condonabile.

† 3. Concl. Alij sunt molles ex consuetudine, qua solent voluptatibus suis, à quibus difficile abstinent: alij ex qualitate complexionis, ob quam sunt animo inconstanti, vt sunt mulieres, & hi dicuntur muliebria pati, quasi muliebres effecti.

4 Concl. Arist. 7. eth. c. 7 Quamuis delitia mollities quædam sit: tamen proprie est, cum quis non potest sustinere labores, & id, quod voluptatem minuit: mollities autem proprie respicit defectum delectationum. Vnde licet delicia opponatur temperantiæ, non tamen mollities.

5. Si in ludo consideretur delectatio, inordinate lusiuus opponitur eutrapeliæ: si autem consideretur quædam remissio, siue quies, quæ opponitur labori, inordinate, hoc appetere, pertinet ad mollitiem.

Art. 2. Vtrum pertinacia opponatur perseuerantiæ.

1. Concl. lib. 10. Ety c. 15 lib. 1 eth c. 9. Pertinacia opponitur perseuerantiæ.

1. *Ita se habet pertinacia ad perseuerantiam, sicut superstitio ad religionem. Sed hæc opponitur religioni. Ergo,*

2. *Pertinax ex Isid. dicitur aliquis, qui est imprudenter tenax, quasi omnia tenens: & ex Arist quia perseverat in propria sententia plus quam oportet: mollis autem minus quam oportet. & perseuerans secundum quod oportet, Ergo pertinacia per excessum opponitur perseuerantiæ: quæ est in medio, sicut mollities opponitur per defectum.*

Per-

Digitized by Google

†2. Concl. Pertinacia oritur ex inani gloria: sed oppositio victorum non attenditur ex causa sed ex propria specie.

3. Concl. Pertinax excedit in hoc, quod inordinate persistit in aliquo contra multas difficultates: & licet habeat aliquam delectationem in fine, vt fortis: tamen est vitiosa, quia nimis appetit eam.

4. Concl. Etsi aliæ virtutes persistant contra impetus passionum: tamen earum laus non proprie est ex persistendo, sicut laus perseuerantiæ, & ideo pertinacia proprie opponitur perseuerantiæ.

Questio 139. De dono fortitudinis.

Artic. 1. Vtrum fortitudo sit donum.

1. Concl. FOrtitudo per quam homo non deficit à bono propter difficultatem alicuius ardui operis implendi, vel alicuius mali perferendi, est specialis, vel generalis virtus.

Nam fortitudo importat quandam animi firmitatem, quæ requiritur in bonis faciendis & in malis perferendis, præcipue arduis: sed quia hanc firmitatem in vtroque homo, secundum proprium & connaturalem sibi modum potest habere, non est donum, sed specialis virtus, vt supra est dictum: vnde soluitur primum.

2 Concl Fortitudo est donum Spiritus sancti, quo homo peruenit ad finem inchoati operis, & euadit quæcunque pericula.

1. *Ex Isa. qui numerat eam cum alijs donis.*

2. *Quia altius mouetur à Spiritu sancto animus hominis ad hoc, vt perueniat ad finem cuiuslibet operis inchoati, & euadat quæcunque pericula quod quidem excedit naturam humanam; quia quandoque non est in potestate hominis, vt consequatur finem operis, & euadat mala, cum interdum opprimatur ab eis: quod tamen operatur Spiritus S. in homine infundens quandam fiduciam animi, Ergo.*

†3. Concl. Actus fortitudinis in patria, est perfrui plena securitate à laboribus, & malis: vnde non est idem cum eo, qui est in via.

4 Concl. Donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis, non solum secundum quod consistit in sustinendo pericula, sed etiam in quocunque arduo opere faciendo.

Art. 2. Vtrum quarta beatitudo s. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, respondeat dono fortitudinis.

1. Concl. Quarta beatitudo, scil. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam*, respondet dono fortitudinis.

1. *Fortitudo, ait Aug. conuenit esurientibus, &c.* lib. 1. de ser. domini. c. 3

2. *Aug. attribuit beatitudines donis secundum ordinem enumerationis: vnde quarta beatitudo quarto dono, scil. fortitudini respondebit, cum quo habet aliquam conuenientiam. Nam fortitudo in arduis consistit: sed bonum arduum est, quod quis non solum opera virtuosa faciat, quæ communiter dicuntur opera iustitiæ, sed quod faciat cum insatiabili quodam desiderio, quod potest significari per famem, & sitim iustitiæ.*

†3. Concl. Iustitia hic potest accipi non solum, vt est virtus particularis, sed etiam vt est vniuersalis, quæ se habet ad omnium virtutum opera: in quibus, fortitudo, quæ est donum, arduum intendit.

3. Concl. Non inconuenit, vt quidquid pertinet ad fortitudinem, pertineat etiam ad caritatem, quæ est radix omnium donorum & virtutum.

4. Concl. Inter fructus ponuntur duo, quæ sufficienter correspondent dono fortitudinis, scil. patientia, & longanimitas.

Questio 140. De præceptis fortitudinis.

Art. 1. Vtrum conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudinis tradantur.

1. Concl. COnuenienter in lege diuina præcepta fortitudinis traduntur,

1 *Ex traditione sacræ scripturæ.*

2. *Cum præcepta legis ordinentur ad intentionem legislatoris, necesse est, vt secundum diuersos fines, quos legislator intendit diuersimode, præcepta instituantur. Sed finis legis diuinæ est, vt homo hæreat Deo, Ergo præcepta legis diuinæ de omnibus virtutibus dantur, secundum quod conueniunt ordini mentis in Deum. Deut. 20. Ne formidetis eos, &c.*

2. Concl. Leges humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, secundum quorum conditionem præcepta fortitudinis in legibus humanis inueniuntur.

3. Concl. Cum vetus testamentum habeat temporalia, nouum vero spiritualia, & æterna: ideo vt ibi fuit necessarium instituere populum in pugna corporali, ita hic in pugna spirituali, vt ad vitam æternam perueniret, vnde debuerunt dari præcepta fortitudinis. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus; &c.* Matt. 10.

4. Concl. Præcepta fortitudinis magis dantur negatiue, quam affirmatiue.

Quia quæ sunt agenda in periculis, non possunt ad aliquod commune bonum reduci.

5. Concl. Præcepta de caligi debuerunt esse principa-

licet de actibus iustitiæ, in quibus manifestè apparet ratio debiti: non autem de actibus fortitudinis, in quibus non ita manifestum videtur esse debitum, quod aliquis pericula mortis non reformidet.

Art. 2. Vtrum conuenienter tradantur præcepta in lege diuina, de partibus fortitudinis.

1. Concl. In lege diuina sicut dantur conuenientia præcepta de actibus virtutum principalium ita etiam dantur conuenientia præcepta de actibus virtutum secundarum, & adiunctarum.

1. Ex traditione sacræ scripturæ.

2. Lex diuina perfectè informat hominem in his quæ sunt necessaria ad rectè viuendum. Sed homo ad rectè viuendum non solum indiget virtutibus principalibus, sed etiam secundarijs adiunctis. Ergo.

2. Concl. Magnificentia, & magnanimitas non pertinet ad genus fortitudinis: nisi secundum quandam magnitudinis excellentiam: vnde magis cadunt sub consilijs perfectionis, quam sub præceptis necessitatis: sicut patientia, & perseuerantia.

3. Concl. Præcepta affirmatiua, quæ de patientia dãtur, sunt accipienda secundum præparationem animi, vt homo sit paratus ea adimplere cum opus fuerit.

4. Concl. Fortitudo vt distinguitur a pœnitentia & perseuerantia, est circa maxima pericula, in quibus nõ potest determinari quid in particulari agendum sit, ideo, de ea præceptum est negatiuum: at patientia, & perseuerantia sunt circa minores afflictiones, ideo de his potuit magis determinari sine periculo quid agendum sit.

Quæstio 141. De Temperantia.

Art. 1. Vtrum temperantia sit virtus.

1. Concl. lib 6. metaphis. c. 15. TEmperantia est virtus.

1. Ex Aug. qui eam virtutem nominat.

2. Ea est virtus quæ inclinat hominem ad id, quod est secundum rationem. Sed hoc maxime præstat temperantia, quia eius non sine importatur quædam moderatio quam ratio facit. Ergo.

†2. Concl. Homo naturaliter appetit delectationes, sed ubi conuenientes, cuiusmodi sunt, quæ sunt secundum rationem, à quibus non retrahit temperantia, sed ab his quæ sunt contra rationem: ideo non contrariatur naturali inclinationi.

3. Concl. fol. 118. Temperantia secundum quod perfectè habet rationem virtutis, non est sine prudentia: vnde vitiosi non habent temperantiam quę est virtus, sed operantur actus eius ex naturali inclinatione.

4. Concl. Temperantiæ respondet donum timoris, quo aliquis refrænatur à delectationibus carnis.

Art. 2. Vtrum temperantia sit specialis virtus.

1. Concl. 2. eth c. 7. Temperantia vt refrænat appetitum ab his quæ maxime alliciunt homines, est specialis virtus, vt quæ habet specialem materiam, vt fortitudo.

Patet ex Arist. qui ponit eam inter speciales virtutes.

2. Concl. Si temperantiæ nomen accipiatur secundum communitatem suæ significationis, non est specialis, sed generalis virtus.

Quia significat quandam temperiem, & moderationem, quam ratio ponit in operationibus & passionibus, quod est commune in omnes virtutes morales.

3. Concl Temperantia differt à fortitudine, etiam secundum quod vtraque est virtus communis: quia temperantia retrahit ab his, quæ appetitum contra rationem allicunt: fortitudo impellit ad ea fuste nenda, vel aggredienda propter quæ homo refugit bonum rationis.

† 4. Concl. Integrum & incorruptum seruare, quod Aug. tribuit temperantiæ, conuenit ei communiter, vel excellenter, &c.

5. Concl. Licet tranquillitas animi communiter conueniat omnibus virtutibus: tamen per quandam excellentiam attribuitur temperantiæ.

Tul lib. 1. de off. *Quia ea circa quæ est temperantia maxime possunt animum inquietare.*

6. Concl. Et si pulchritudo conueniat omni virtuti, tamen excellenter attribuitur temperantiæ: tum quia ei conuenit quædam moderata & conueniens proportio, in qua consistit ratio pulchritudinis: tum etiam quod præcipuæ turpitudinem tollit.

Art. 3. Vtrum temperantia sit solum circa concupiscentias, & delectationes.

1. Concl. Temperantia, quæ importat moderationem quandam, præcipue cõsistit circa passiones tendentes in bona sensibilia, scilicet circa concupiscentiam, delectationem, & ex consequenti circa tristitiam, quæ adueniat ex absentia talium delectationum.

lib. etym. *1. Temperantia ait Isid. est, qua libido concupiscentiæ quæ refrænatur.*

2. Ad virtutem moralem pertinet conseruatio bonæ rationis contra passiones rationi repugnantes: quarum passionum motus vel est ex eo quod

appe-

appetitum sensitivum prosequitur sensibilia bona repugnando rationi per immoderantiam, prout in extendit præter modum rationis, vel est secundum quod appetitus refugit mala sensibilia & hic contrariatur rationi, maxime secundum finem effectum; prout quis refugiendo mala sensibilia, quæ concomitantur bonum rationis; consequenter discedit a bono rationis. Ergo sicut Virtus fortitudinis quæ firmitatem præstat, præcipue consistit circa passionem pertinentem ad fugam corporalium malorum: ita temperantia circa passiones tendentes, &c.

† 2. Concl. Temperantia directe modificat passiones concupiscibilis tendentes in bonum, sed consequenter omnes alias passiones, inquantum ad moderantiam priorem, sequitur moderantia posteriorem.

3. Concl. Concupiscentia importat impetum quendam appetitus in delectabile, qui indiget fræno temperantiæ: sed timor importat retractionem quandam animi ab aliquibus malis, contra quam opus est animi firmitate: quam præbet virtus fortitudinis.

4. Concl. Moderatio exteriorem actuum dependet ex moderatione interiorum passionum, circa quas principaliter est temperantia.

Art. 4. Vtrum temperantia sit solum circa concupiscentias, & delectationes tactus.

1. Concl. l. 3. eth. c. 3. Temperantia est circa delectationes tactus

1. *Ex Arist. qui dicit esse circa has delectationes.*

2. *Ita est temperantia circa concupiscentias & delectationes, & fortitudo circa timores, & audacias. Sed fortitudo est circa hæc respectu maximorum malorum: Ergo similiter temperantia erit circa concupiscentias maximarum delectationum: cuiusmodi sunt delectationes ciborum, & Venereorum, quia maxime consequuntur operationes naturales, quibus conservatur natura individui, & speciei. Sed huiusmodi delectationes consequuntur, sensum tactus, Ergo.*

† 2. Concl. l. 1. de morib. eccle. c. 19. Cum Aug. ait, temperantiam esse in coercendis his, quæ nos auertunt à lege Dei, loquitur de temperantia, vt est generalis virtus: vel dic temperantiam principaliter moderari concupiscentias delectationum tactus, secundario alias.

3. Concl. li. 4. Eth. cap. 3. Cum Arist. ait, *qui est parcis dignus, & hic significat semper est temperatus*; non accipit nomen, *temperantiæ*, vt designat moderationem exteriorum rerum.

4. Concl. Temperantia est etiam circa delectationes aliorum sensuum, non principaliter, sed ex consequenti.

5. Concl. Delectationes spirituales per se loquendo sunt secundum rationem: ideo non sunt frænandæ, nisi per accidens, prout vna retrahit ab alia potiori, & magis debita.

6. Concl. Temperantia est solum circa delectationes tactus, quæ sunt ordinatæ ad naturæ conseruationem non circa alias.

Art. 5. Vtrum circa proprias delectationes gustus sit temperantia.

1. Concl. Temperantia principaliter est circa delectationes tactus, quæ consequuntur vsum necessarium rerum, secundario circa alios sensus, & magis circa gustum, quia est propinquior actui.

1. *Ex Arist. in 3. Ethic.*

2. *Temperantia est circa præcipuas delectationes, quæ pertinent ad conservationem humanæ vitæ, vel in specie, vel in individuo, in quibus consideratur aliquid principaliter, vt vsus ipse necessariorum, puta; fœmina ad conservationem speciei, & cibus, & potus ad conservationem individui: consideratur aliquid secundario, scil. id quod facit ad hoc, vt vsus sit magis delectabilis vt pulchritudo, & eruditus fœmina, sapor delectabilis in cibis, odor, &c. Ergo.*

† 2. Concl. Vsus ciborum, & delectatio essentialiter ipsum consequens, ad tactum pertinent: quia tactus est sensus alimenti: ad gustum autem discretio saporum.

3. Concl. Arist. 2. de anima. Delectatio saporis est quasi superueniens, delectatio vero tactus per se consequitur vsum cibi, & potus.

Deliciæ principaliter consistunt in ipsa substantia alimenti, secundario autem in exquisito sapore, & præparatione ciborum.

Art. 6. Vtrum regula temperantiæ sit sumenda secundum necessitatem præsentis vitæ.

1. Concl. Temperantia accipit necessitatem huius vitæ, sicut regulam delectabilium, scil. vt tantum eis vtatur, quantum necessitas huius vitæ requirit.

1. *Ex Aug. qui hanc regulam tradit.*

2. *Virtus moralis præcipue consistit in ordine rationis, qui est, vt ordinet aliquid in finem. bonum enim habet rationem finis, & finis est regula eorum, quæ sunt ad finem. Sed omnia delectabilia, quæ in vsum hominum veniunt ordinantur in aliquam humanæ vitæ necessitatem, sicut ad finem, Ergo.*

† 2. Concl. Temperantiæ finis & regula, est beatitudo, sed eius rei qua vtitur, finis & regula, est necessitas huius vitæ: alius enim est finis operantis, alius operis.

catum, verum non totaliter, sed solum, ne plus quæratur quam necessitas requirit.

Art. 2. Vtrum intemperantia sit puerile peccatum.

1. Concl. Intemperantia dicitur puerile peccatum, non quod conueniat puero, sed quia est peccatum superfluæ concupiscentiæ, quæ assimilatur puero.

1. *Quia sicut puer appetit aliquid turpe, sic etiam concupiscentia: vt enim puer non attendit ordinem rationis, sic nec concupiscentia audit rationem.*

Eccle. 30. Aug. Prou. 25. *2. Vt puer si sua voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate, ita concupiscentia si ei satisfiat: maius robur accipit.*

Aug. lib. 7. Musica. c. 11. *3. Puer emendatur per hoc, quod coercetur, similiter dum concupiscentia resistitur, reducitur ad debitum honestatis modum.*

† 2. Concl. Aristo. 3. Eth. c. 6. Primum procedit secundum modum, quo aliquid dicitur puerile, quia est in puero, sed hoc peccatum dicitur puerile, secundum similitudinem.

3. Concl. Concupiscentia dicitur naturalis, vel secundum genus suum, & sic temperantia, & intemperantia sunt circa concupiscentias naturales, scil. circa eas, quæ ordinantur ad conseruationem naturæ: vel quantum ad speciem eius, quod natura ad sui conseruationem requirit, & sic non multum contingit peccare circa naturales concupiscentias, cum natura solum requirat, quo subuenitur necessitati.

4. Concl. In pueris quod pertinet ad naturam est augmentandum, ad quod pertinet ad defectum rationis, non est fouendum, sed emendandum.

Art. 3. Vtrum timiditas sit maius vitium, quam imperantia.

1. Concl. Intemperantia est simpliciter maius peccatum, quam timiditas.

1. *Quia ex Arist. magis assimilatur voluntario, quam timiditas.*

lib. 3. Eth. cap. 5. 2. *Ex parte materiæ: timiditas refugit pericula mortis, ad quæ vitanda inducit maxima necessitas conseruandæ vitæ: intemperantia vero est circa delectationes; quarum, appetitus non est ita necessarius ad vitæ conseruationem. Sed quanto illud quod commouet ad peccandum, est magis necessarium, tanto peccatum est leuius. Ergo.*

3. *Ex parte hominis peccantis: primo quo si quis peccat est magis compos mentis eo grauius peccat. Sed timores graues, maxime in periculis mortis stupefaciunt mentem, quod non faciunt delectationes, quæ mouent ad intemperantiam. Ergo Secundo temperantia plus habet de voluntario, quia quæ per timorem fiunt, habent principium ab exteriori impellente. At intemperantia est simpliciter voluntaria. Ergo. Tertio intemperantiæ potest facilius remedium adhiberi, quam timiditati: quia circa delectationes, quæ per totam vitam occurrunt, potest homo sine periculo mortis, quæ raro occurrunt.*

† 2. Conc. Ex parte finis, timiditas excellit temperantiam, in quantum per timiditatem aliqui desistunt a defentione boni communis, sed ex parte difficultatis contra.

Quia minoris viri est a fortiori vinci, maioris vero a debiliori superari.

3. Concl. Amor conseruationis vitæ propter quem vitantur pericula mortis, est magis connaturalis, quam delectationes ciborum, & venereorum, quæ ad conseruationem vitæ ordinantur, ideo maius est vincere timorem periculorum mortis, quam concupiscentiam delectationum.

4 Concl. In timiditate est magis voluntarium secundum quid, scilicet in vniuersali, minus in particulari, sed non simpliciter: in intemperantia contra.

Art. 4. Vtrum peccatum intemperantiæ sit maxime exprobabile.

1. Concl. Intemperantia est maxime exprobabilis.

3. eth. c. 13. 1. *Ex Arist. qui hoc docet.*

Psal. 48. 2. *Exprobatio opponitur honori, qui excellentiæ debetur, & gloriæ, quæ claritatem importat. Sed intemperantia maxime repugnat excellentiæ hominis, quia est circa delectationes communes nobis, & brutis. Ergo.*

3. *Intemperantia maxime repugnat claritati, prout in delectationibus: circa quas est intemperantia, minus apparet de lumine rationis, in qua est tota claritas, & pul. brutado virtutis.*

† 2. Conc. Vitia carnalia, quæ sub intemperantia continentur, & si sint minoris culpæ, sunt tamen maioris infamiæ, quæ respicit turpitudinem, quæ attenditur secundum indecentiam peccati.

5. Concl. Consuetudo peccandi diminuit turpitudinem, & infamiam peccati secundum opinionem hominum, non secundum naturam ipsorum vitiorum.

4. Concl. Cum dicitur, intemperantiam esse maxime exprobabilem, intelligeinter vitia, quæ attenduntur secundum passiones humanæ naturæ aliqualiter conformes. Quæ vero excedunt modum naturæ, sunt magis exprobabilia: quæ tamen possunt reduci ad genus intemperantiæ per excessum.

Quæstio 143. De partibus temperantiæ in generali.

Art. 1. *Vtrum Tullius conuenienter assignet partes intemperantiæ, continentiam, clementiam, & modestiam.*

1. *Concl.* TEmperantia habet quasdam partes integrales, quasdam subiectiuas, & quasdam potentiales.

2. *Concl.* Partes integrales sunt conditiones ad actum ipsius necessariæ, quæ sunt verecundia, per quam homo refugit turpitudinem, & honestas, per quam amat temperantiæ pulchritudinem.

3. *Concl.* Partes subiectiuæ sunt species ipsius: quæ diuersificantur secundum materiam, i. secundum delectationes tactus, quarum aliæ ad nutrimentum, aliæ ad generationem & ad actus eam circumstantes ordinantur: quæ partes sunt, abstinentia quantum ad cibum, sobrietas quantum ad potum, castitas quantum ad delectationem in actu concubitus, & pudicitia quantum ad delectationes circumstantes, in osculis, tactibus, & ampleribus.

4. *Concl.* Partes potentiales sunt virtutes ei adiunctæ, tanquam principali, quæ seruant modum principalis virtutis in quibusdam aliis materijs in quibus non est ita difficile. Cum ergo temperantia versetur circa delectationes tactus, quas difficile est frænare, virtutes, quæ appetitum in aliquid tendentem frænant, erunt ei adiunctæ.

5. *Concl.* Id contingit tripliciter, vel in motibus animi, qui sunt tres, scil. motus voluntatis ex impetu passionis, quem frænat continentia: motus in aliquid tendens: vt motus spei, & audaciæ, quem moderatur humilitas & motus iræ tendentis in vindictam, quem moderatur mansuetudo, seu clementia. Vel in motibus exterioribus corporis, & hos moderatur modestia, quam Andron. diuidit in bonam ordinationem, quæ docet, quo ordine aliquid sit agendum, & ornatum, qui docet decẽtiam seruandam in agendo, & austeritatem, quæ est necessaria in colloquijs amicorum, & quibuscũque alijs. Vel tertio in rebus exterioribus, in quibus est duplex modus: alter ne superflua quærantur, & quantum ad hoc Macrob. parcitatem. Andron. sufficientiam ponit: alter ne nimis exquisita requirantur, & quantum ad hoc ille moderationem, hic simplicitatem ponit.

6. *Concl.* Continentia differt à virtute, vt imperfectum à perfecto: sed conuenit cum tẽperantia, in materia quæ est circa delectationem tactus: & in modo, quia in quadã refrenatione consistit.

7. *Concl.* Clementia, siue mansuetudo non ponitur pars temperantiæ propter cõuenientiam materiæ, sed modi.

8. *Concl.* Modestia circa exteriores actus non attendit quod debitum est alteri, sed moderationem quandam; ideo est pars temperantiæ; & non iustitiæ.

9. *Concl.* Tullius sufficienter has partes numerat.

Quia sub modestia comprehendit omnia, quæ pertinent ad moderationem exteriorum actuum, & corporalium motuum, &c.

Quæstio 144. De partibus temperantiæ in speciali.

Art. 1. *Vtrum verecundia sit virtus.*

1. *Concl.* VErecundia proprie loquendo non est virtus.

2. *Eth. c.* 5. *Arist.* 7. *phy. tex.* 17. *La.* 2. *c.* 13. 1. *Ex Arist. in Ethic.*

2. *Cum virtus sit perfectio quædam, quidquid repugnat perfectioni, etiam si sit bonum, deficit a ratione virtutis: At verecundia est huiusmodi, quia ex Damas. est timor de turpi actu. Sed qui est perfectus secundum habitum virtutis, non faciat aliquid vnde opprobrium timeat, Ergo.*

2. *Concl.* Quandoque communiter dicitur virtus omne quod est bonum & laudabile in humanis actibus, & sic verecundia vocatur virtus, cum sit laudabiles quædam passio.

†3. *Concl.* Esse in medio non sufficit ad rationem virtutis, sed requiritur, vt sit habitus electiuus, cuiusmodi non est verecundia, cuius motus est ex impetu quodam passionis.

4. *Concl.* Verecundia potius pertinet ad temperantiam, quam ad aliam virtutem ratione matiui, quod est turpe: non autem secundum speciem passionis, quæ est timor.

5. *Concl.* Verecundia fouet honestatem remouendo honestati contraria, non quod est pars honesti.

6. *Concl.* Non est necesse, vt id cui directe opponitur vitium, sit virtus.

Quia quilibet defectus causat vitium, non autem quodlibet bonum facit virtutem: licet ergo verecundiæ opponantur vitia, non inde est virtus.

7. *Concl.* Ex multoties verecundiari causatur habitus virtutis acquisitæ, per quam aliquis turpia vitet, de quibus est verecundia: non autem, vt vlterius verecunderur.

Art. 2. *Vtrum verecundia sit de turpi actu.*

1. *Concl.* Verecundia: quæ est timor turpitudinis primo, &

mo, & principaliter respicit vituperium, seu opprobrium.

Nam quod in moralibus nominat timorem turpitudinis, id principaliter respicit vituperium; quia timor proprie est de malo arduo, quod est difficile vitare. Sed verecundia est huiusmodi; quia vituperium est turpitudo quædam penalis ab alio illata; & habet rationem mali vt honor rationem boni. Ergo.

2. Concl. Verecundia ex consequenti respicit turpitudinem vitiosam.

Quia vituperium proprie debetur vitio.

3. Concl. Verecundia respicit culpam, vno modo, vt aliquis desinat vitiosa agere propter timorem vituperij: alio modo, vt homo inturpibus, quæ agit, vitet publicos conspectus propter timorem vituperij: quorum primum ex Greg. Nyss. pertinet ad erubescentiam: alterum ad verecundiam. Quia ex eo quod quis verecundatur occultat se in his, quæ agit: & qui erubescit, timet incidere in gloriationem. Lib. 2. c. 15.

† 4 Concl. Verecundia respicit proprie ingloriationem secundum quod debetur culpæ quæ est defectus voluntarius: opprobria illata propter virtutem virtuosus contemnit; imperfectione enim virtutis est, quod aliquis verecundetur de opprobrijs illatis ob virtutem. Arist. 2. Rhet. c. 9.

5. Concl Quamuis vituperium proprie debeatur soli culpæ: tamen ex opinione humana respicit quemcumque defectum: ideo de seruitute, ignobilitate, &c: homo verecundatur.

6. Concl. Per accidens aliquis de operibus virtuosis verecundatur, prout habentur vitiosa ex opinione hominum: vel vt in illis quis refugit notam præsumtionis, vel similationis.

7. Concl. Aliqua grauiora peccata sunt minus verecundabilia: vel quia habet minus turpitudinis, vt peccata spiritualia respectu carnalium: vel quia in quodam excessu temporalis boni se habent: vt si quis magis verecundetur de timiditate quam de audacia, & de furto, quam de rapina.

Artic. 3. Vtrum homo magis verecundetur à personis magis coniunctis.

1. Concl. Homines multum verecundantur à personis virtuosis & sapientibus, & ab illis qui obesse, & prodesse possunt & magnis à coniunctis.

Ab vis homines magis verecundantur quorum testimonium reputant maius; quia opprobrium cuius timor est verecundia, importat testimonium de defectu alicuius, & præcipue secundum aliquã culpam. Sed doctorum hominum testimonium est huiusmodi, quamuis diuerso respectu. Ergo. Nam virtuosorum, & sapientum iudicium reputatur maius propter iud ex certitudinem; vnde a pueris nemo verecundatur: illorum etiam qui obesse, vel prodesse possunt propter effectum vtilitatis, vel nocumenti: magis arduum conuictorum, quia facta nostra magis considerant, & quia cum eis semper versamur; quasi nobis hoc perpetuum proueniat nocumentum. Vnde Arist. dixit, eos qui semper adsunt, homines magis erubescere

Similis ratio est propter quam verecundamur de melioribus, & de magis coniunctis, s. propter cognitionem, quam habent de rebus, &c. † 2. Concl 2. li. Rhe. cap. 6.

Testimonium eorum, qui sunt nobis coniuncti in similitudine peccati, non formidamus. 3. Concl.

Quia non existimamus eos defectum nostrum apprehensuros vt aliquid turpe.

Apropalantibus verecundamur propter nocumentũ inde proueniens, quod est infamia: similiter ab illis apud quos bonã opinionem habemus, vel à quibus aliquid petimus, vel quorum amicitiam desideramus; timore amittendo famam, implendæ petitionis & amicitiæ finiendæ. 4. Concl.

Art. 4. Vtrum etiam in virtuosis hominibus possit esse verecundia.

Senes & virtuosi verecundia carent. 1. Concl. 4. Eth. c. vl.

1. *Ex Arist. in Ethic.*

2. *Quia non apprehendunt verecundiam, vt possibilem sibi, vel quasi non facile & stabilem sunt tamen dispositi, quod si in eis esset aliquid turpe verecundarentur.*

Homines in peccatis profundati, qui de peccatis gloriantur, carent verecundia: quia ea quæ sunt erubescibilia non apprehendunt, vt turpia. 2. Concl.

Defectus verecũdię cõtingit in pessimis, & in optimis viris ex diuersis causis: inuenitur etiam in illis qui medio modo se habent, prout in eis est aliquid de amore boni, & non sunt totaliter immunes à malo. † 3. Concl.

Ad virtuosum non solum pertinet vitare vitia, sed etiam Paul. & Arist. quæ habent vitij speciem. Vnde in eis non habet locum verecundia. 4. Concl. 1. Thes. 5. 4. Eth. c. vl.

Virtuosus diffamationes contemnit: vnde de eis non verecundatur, nisi secundum aliquem motum verecundiæ præuenientum tationem. 5. Concl.

Verecundia non est pars essentialis temperantiæ sed ad eam disponit. 6. Concl.

Quæstio 145. De honestate.

Art. 1. Vtrum honestum sit idem virtuti.

Concl. ib 1. off.

HOnestum proprie loquendo in idem refertur cum virtute.

1. *Ex Tullio, qui diuidit honestum in quatuor virtutes, in quas diuiditur virtus. Ergo.*

l. 8. Etym. 13.

2. *Cum ex Isid. honestas dicatur quasi honoris status, ex hoc enim videtur aliquid dici honestum, quod est honore dignum. Sed honor debetur excellentiæ. Ergo excellentia enim hominis maxime consideratur secundum virtutem, quæ ex Arist. est dispositio perfecti.*

ib. 7.

Arist. tex. 15

2. Concl.

Quamuis virtutes appetãtur propter aliud inquantum perducũt nos in aliquod bonum perfectius: tamen sunt etiam propter se appetendæ, vt habent in scipsis aliquam rationem bonitatis, etiam si nihil aliud boni per eas nobis accideret, & hoc sufficit ad rationem honesti.

3. Concl.

Quæ sunt infra virtutem honorãtur, prout coadiuuant ad opera virtutis: sicut nobilitas, diuitiæ, &c. & hoc tantum a quibusdam; qa secundum veritatem solus bonus est honorandus: bonus autem est aliquis secundum virtutem: vnde virtuti debetur laus, vt est appetibilis propter aliud, & honor, vt est appetibilis propter seipsum.

4. Concl.

Exterior conuersatio habet rationem honesti secundum, quod est demonstratiua interioris rectitudinis: vnde honestas radicaliter consistit in interiori electione: significatiue autem in exteriori conuersatione.

5. Concl.

Nomen honestatis ad exteriorem prosperitatem transfertur, prout ex vulgari opinione excellentia diuitiarum facit hominem dignum honore.

Art. 2. Vtrum honestum sit idem quod decorum.

1. Concl. cap. 4. de diu. nom.

Honestum est idem spirituali decori.

Nam ex Diony. ad rationem pulchri sine decoris concurrunt claritas, & debita proportio: vnde Deus dicitur pulcher, sicut omnium cõsonantiæ & claritatis causa: & homo quoad corpus, quia habet membra bene proportionata, cum quadam debita corporis claritate: similiter pulchritudo spiritualis in hoc consistit, vt conuersatio hominis, siue eius actio sit bene proportionata secundum spiritualem rationis claritatem. Sed hoc pertinet ad rationem honesti, quod diximus idem esse virtuti, quæ secundum rationem moderatur, omnes res humanas. Ergo Vnde Apost. honesta autem nostra nullius egent ex Aug. honestum loco intelligibilem pulchritudinem, &c.

1. Cor. 12. Li. 83. q. 3.

Etiam ipsum honestum vt habet spiritualem decorem appetibile redditur: quia obiectum mouens appetitũ est bonum apprehensum: quod autem in ipsa apprehensione appareat decorum, accipitur vt conueniens, & bonum.

2. Concl.

Gloria est effectus honoris: vnde sicut idem est honorificum, & glorioſum, ita etiam idem est honestum, & decorum.

3. Concl. Duon. c. 4. de diu. no.

Illud, *habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es*, intelligitur de pulchritudine corporis: dici etiam potest ob pulchritudinem spiritualem aliquem spiritualiter fornicari, prout de ipsa honestate superbia.

Ezech 16.

4. Concl. Ezech. 38.

Artic. 3. Vtrum honestum differat ab vtili, & delectabili.

1. Concl. Arist. 1. Eth. c. 8.

Honestum est naturaliter homini delectabile

Nam quodlibet naturaliter delectatur in suo conuenienti. Sed honestum est homini conueniens, quia dicit quendam decorem ex ordinatione rationis, quæ ordinatio est naturaliter homini conueniens vt dictum est. Virtutem virtutis probat Arist. Ergo.

2. Concl.

Non omne delectabile est honestum.

Quia potest esse ad quid conueniens secundum sensum, & non secundum rationem: quod est præter hominis rationem, qua homo perficitur.

3. Concl.

Honestum concurrit in idem subiecto cum vtili, & delectabili.

Quia virtus quæ ex se est honesta, refertur ad felicitatem: vnde erit etiam vtile & delectabile.

4 Concl.

Honestum ratione differt ab vtili & delectabili, cum quibus idem est subiecto.

Nam honestum dicitur prout aliquid habet excellentiam quandam honore dignam ob spiritualem pulchritudinem: delectabile, vt quietat appetitum; vtile, vt refertur ad aliud; vnde Augus. honestum est propter se expetendum, vtile propter aliud.

Libr. 83. q. 30.

In pluribus est delectabile, quam vtile & honestum.

5. Concl.

Quia omne vtile & honestum est aliqualiter delectabile, sed non conuertitur.

6. Concl. Arist. 2. Eth. c. 3.

Honestum dicitur, quod per se appetitur appetitu rationis: delectabile autem non appetitur propter se, nisi appetitu sensitiuo, & ideo non sunt idem.

7. Concl.

Diuitiæ vocantur nomine honestatis opinione multorum, qui diuitias honorant: vel prout ordinantur organice ad actus virtutum. Tul. & Ambr. dicunt simpliciter & vere

l. 2. off. c. 6.

nihil

nihil posse esse vtile, quod repugnet honestati; sed secundum quid, nihil prohibet.

Artic. 4. Vtrum honestas debeat poni pars temperantiæ.

1. Concl. Honestas prout speciali quadam ratione temperantiæ attribuitur, ponitur pars eius; non quidem subiectiua, vel sicut virtus adiuncta, sed vt integralis, sicut quædam eius conditio.

Lib. 1. in som. Scip. li. 1. off. c. 43. 1 Ex Macrob. & Ambr. qui hoc affirmant.

2. Honestas est quedam spiritualis pulchritudo, quæ opponitur turpitudini: oppositæ autem maxime se inuicem manifestant. Ergo ad temperantiam specialiter bon[a] spectare videtur, quæ quod est homini turpissimum, & indecentissimum repellit: scilicet brutales voluptates; vnde & in ipso nomine bonum quoddam rationis intelligitur, scil. temperare concupiscentias.

† 2. Concl. Temperantia à Tullio ponitur pars subiectiua honesti, vt sumitur in sua communitate: quomodo non ponitur temperantiæ pars.

3. Corl. Vinum in ebrijs facit præcordia honesta, Esdræ. 14. Non secundum rei veritatem, sed secundum eorum existimationem.

4. Corl. Iustitiæ & fortitudini debetur maior honor, quam temperantiæ, propter maioris boni excellentiam: sed temperãtiæ debetur maior honor propter cohibitionem vitiorum magis exprobrabilium.

Quæstio 146. De abstinentia.

Art. 1. Vtrum abstinentia sit virtus.

1. Circ. Abstinentia vt est ratione regulata, significat, vel habitum virtutis, vel actum.

Vt patet 2 Pet. 1. vbi numeratur inter alias virtutes.

2. Concl. Abstinentia, vt absolute ciborum subtractionem designat, nec est virtus, nec actus virtutis, sed quoddam indifferens.

† 3 Concl. Vsus ciborum, & eorum abstinentia secundum se considerata, non pertinent ad regnum Dei, sed prout quis rationabiliter ex fide, & dilectione Dei, abstinet.

4. Circ. 1. C. 1. Moderatio ciborum secundum quantitatem, & qualitatem pertinet ad artem medicinæ; sed secundum interiores affectiones in comparatione ad bonum rationis pertinet ad abstinentiam.

5. Circ. Licet abstinentia denominetur à defectu, id est, à subtractione; tamen consistit in medio, in quantum est secundum rationem rectam.

6. Circ. Greg. past. par. 3. c. 30. Abstinentia excludit interdum patientiã, & humilitatem, quatenus non est secundum rationem rectam; quæ facit abstinere sicut oportet, id est, cum hilaritate, & propter quod oportet, sc. propter gloriam Dei.

Art. 2. Vtrum abstinentia sit specialis virtus.

1. Concl. lib. 1. in som. Scip. Abstinentia est specialis virtus.

1. *Ex Macrobio, qui eam ponit specialem partem temperantiæ.*

Cum virtus moralis conseruet bonum rationis contra impetus passionum, oportet, vt vbi intenditur specialis ratio, quæ passio abstrahit à bono rationis, ibi sit specialis virtus. Sed delectationes ciborum natæ sunt abstrahere hominem à bono rationis propter ipsarum magnitudinem, & ciborum necessitatem. Ergo.

† 2. Concl. Virtus abstinentiæ commendatur ex alijs virtutibus.

Quia virtutes sunt connexæ, & vna adiuuatur, & commendatur ex altera.

3. Concl. Per abstinentiam corpus castigatur, non solum contra illecebras luxuriæ, sed etiã gulæ: nec ideo non est specialis virtus, quia ad castitatem valet.

Quia vna virtus alium iuuat.

4. Concl. Vsus ciborum est introductus à natura, & ideo magis circa eorum, moderationem debet esse virtus specialis, quam circa moderationem vestimentorum.

Quæstio 147. De ieiunio.

Art. 1. Vtrum ieiunium sit actus virtutis.

1. Concl. 2 Cor. 6. Ieiunium est actus virtutis.

1. *Quia à Paulo connumeratur alijs virtutum actibus.*

Hier. lib. 2. cont. Iouin. 2. *Ex hoc aliquis actus est virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Sed hoc conuenit ieunio. Ergo. Ieiunium enim assumitur principaliter propter tria; primo ad concupiscentias carnis reprimendas, secundo ad hoc vt mens liberius eleuetur ad sublimia contemplanda; sicut Daniel post ieiunium accepit reuelationes. Tertio ad satisfaciendum pro peccatis. Vnde Aug. ieiunio purgat animam, mentem subleuat, propriam carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum.* Dan. 10. Ioel. 2. ser. 130.

† 2. Concl. Isa 58. Contingit actum ex genere suo virtuosum propter aliquas circumstantias reddi vitiosum; ideo non laudatur ieiunium, cui sunt contentiones annexæ.

1. Concl. Ieiunium non recedit à medio virtutis.

Quia ipsa ratio recta indicat, vt aliquis ad spiritualia mala vitanda, & bona prosequenda, minus cibi sumat, quam sibi competeret, secundum statum communem; non tamen ita de cibo debet

sibi trahi & natura conseruari nequeat; aut homo reddatur impotens ad debita opera.

4. Concl. De cons. d. 5. can. non mediocriter.

Iejunium naturæ, quo quis dicitur jejunus antequam comedat, consistit in pura negatione; vnde non est actus virtutis; sed solum illud quo quis ex rationabili proposito a cibis aliqualiter abstinet.

Art. 2. Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ.

1. Concl. Iejunium est actus abstinentiæ.

1. Quia, & Isid. ait, est parsimonia victus, abstinentiaq; ciborum.

2. Cum eadem sit materia habitus & actus, omnis actus virtuosus, qui est circa aliquam materiam, pertinet ad illam virtutem, quæ medium in illa materia constituit. Sed ieiunium attenditur in cibis, in quibus medium adinuenit abstinentia. Ergo.

† 2. Concl. Iejunium proprie dictum consistit in abstinendo a cibis: quod vero consistit in abstinendo à quibuscunque nociuis, dicitur jejunium metaphorice.

3. Concl. Nihil prohibet jejunium pertinere ad religionem, vel castitatem, &c.

Quia actus enim virtutis potest pertinere ad aliam virtutem, & ordinatur ad eius finem.

4. Concl. Sufferre molestias, quæ sunt ex defectu delectabilium tactus, pertinet, non ad fortitudinem, sed ad temperantiam, & eius partes, & tales sunt molestiæ jejunij.

Art. 3. Vtrum ieiunium sit in præcepto.

1. Concl. Iejunium in communi cadit sub præcepto legis naturæ.

Quia quilibet tenetur ex naturali ratione, tantum ieiunij scire, quantum sibi necessarium est, ad præditas ieiunij necessitates.

2. Concl. Determinatio temporis, & modi jejunandi secundum conuenientiam, & vtilitatem populi Christiani, cadit sub præcepto iuris positiui, quod est à prælatis ecclesiæ institutum: & hoc est jejunium ecclesiæ, illud vero naturæ.

1. Ex Hieron. epist. ad Lucinium.

2. Sicut ad principes seculares pertinet præcepta iuris naturalis determinativa tradere ex his, quæ pertinent ad vtilitatem communem in corporalibus rebus; ita ad prælatos ecclesiæ pertinet ea statutis præcipere, quæ ad vtilitatem communem fidelium spectant in spiritualibus bonis: cuiusmodi ejt ieiunium, Ergo.

† 3. Concl. Ieiunium, secundum se consideratum, non nominat aliquod elegibile, sed quid pœnale: vnde absolute consideratum non est de necessitate præcepti, nisi vnicuiq; tali remedio indigenti: Et quia homines plurimum indigent tali remedio; ideo conueniens fuit statuere jejunia ab omnibus communiter obseruanda.

4. Concl. Præcepta, quæ per modum communis statuti proponuntur, non eodem modo obligãt omnes, sed secundum quod requiritur ad finem, quem legislator intendit: cuius auctoritatem, si quis transgrediendo statutum cõtemnat, ita vt finis intẽtus impediatur, transgressor peccat mortaliter: sed si quis non seruet, in eo casu, in quo si legislator adesset, nõ decerneret esse seruandum, non peccat mortaliter. Et inde est, quod non omnes, qui non seruant jejunia peccant mortaliter.

5. Concl. Epist. ne. lib. de Ver. relig. 17. Iejunia, quæ sunt in præcepto, sunt in conciliis Episcoporum statuta, & consuetudine vniuersalis, ecclesiæ roborata: nec sunt contra libertatem fidelium, cum sint vtilia ad impediendam seruitutem peccati: & sic intellige Aug.

Art. 4. Vtrum omnes ad ieiunia ecclesiæ teneantur.

1. Concl. Ad jejunia ab ecclesia statuta omnes communiter obligantur, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum.

Quia statuta communia proponuntur secundũ quod multitudini conueniunt: & ideo legislator in eis statuendis attendit, quod communiter habetur, & in pluribus accidit: Sed quid ex speciali causa in aliquo inueniatur, quod obseruantiæ statuti repugnet, non intendit legislator eum obligare.

2. Concl. Quando causa est euidens, homo per se licite potest obseruãtiam præterire; præsertim consuetudine interueniente, & si non possit de facili recursus ad superiorem haberi.

3. Con. Quando causa est dubia, quisq; recurrere debet ad superiorem, qui habet potestatem in talibus dispensandi.

† 4. Concl. Præcepta Dei sunt præcepta iuris naturalis, quæ secundum se sunt de necessitate salutis: at ecclesiæ præcepta non sunt huiusmodi: ideo ex causa non obligant.

5. Con. Quia pueri indigent frequenti, ac multo cibo ob debilitatem naturæ & necessitatem augmenti, ideo quamdiu crescunt, quod est, vt in plurimus, vsq; ad finem tertij septennij, non tenentur jejunare: sed magna tribulatione imminente ét pueris jejunia indicuntur.

6. Con. Peregrini & operarij, quãdo peregrinatio, & operis labor cõmode differri potest, aut di-

minui

minui absq; detrimento corporalis salutis, & exterioris status, qui requiritur ad conseruationem corporalis, vel spiritualis vitæ, non debent jejunia prętermittere: sed si immineat necessitas peregrinandi, vel multum laborãdi propter conseruationem corporis, vel spiritualis vitæ, & simul jejunia obseruari non possint, tunc non tenentur jejunare. Videtur tamen recurrendum ad superioris dispensationem, nisi esset consuetudo.

7. Concl. Pauperes qui habere possunt, quod eis sufficiat ad vnam comestionem, non excusantur propter paupertatem a jejunijs ecclesiæ: à quibus excusari videntur qui frustratim elemosynas mendicant.

8. Concl. Luc. 5. Hier. Chrys. Aug. Illud, *non possunt filij sponsi ieiunare*, &c. intelligitur de jejunio veterum obseruantiarum: quia Apost. non erant in veteribus obseruantijs detinendi, quos oportebat gratiæ nouitate perfundi; ita Hieron. alij aliter.

Articul. 5. Vtrum conuenienter determinentur, tempora ieiunij ecclesiæ.

1. Concl. Conuenienter determinata sunt tempora jejunij ecclesiæ, sc. quadragesima, quatuor tempora, & sanctorum vigiliæ.

1. Ex communi consuetudine.

2. Cum ieiunium ordinetur ad deletionem peccati, & ad eleuationem mentis in Deum, illis temporibus erant præsertim indicenda ieiunia, quibus potissimum actibus pœnitentiæ, & deuotionis nos occupari oportet: sed hoc est ante solemnitatem paschalem, in qua Christus æternitatis gloriam resurgendo inchoauit, & in præcipuis quoq; festiuitatibus sanctorum, & quatuor temporibus, antequam sacri ordines detur. Ergo.

2. Concl. Ratio numeri quantum ad quadragesimale jejunium secundum Greg. est, quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus per cuius voluntatem præceptis dominicis contrahimus, quæ per decalogũ sunt accepta: vnde dignum est, quod eandem carnem quaterdecies affligamus: vel quia ita offerre cõtendimus Deo decimas dierum: nam dum per trecẽtos & sexaginta dies annus diuidirut, nos per triginta sex dies jejunabiles affligimur in quadragesima, qui sunt jejunabiles: in sex septimanis quadragesimæ, quasi anni nostri decimas Deo dantes: assignantur etiam aliæ rationes, & ab eodem, & ab Aug. lo 2. de doc. christ. c. 16. jejunia autem quatuor temporum trib. dieb. continentur, vel propter numerum mensium, vel ꝓpter tres ordines sacros, qui in his temporibus conferuntur.

3. Concl. Christus baptismo non indiguit propter

leiptum, sed vt nobis vapti[illegible] ret: vnde et nõ cõperebat vt ante baptismum suum jejunaret, sed post, vt nos inuitaret ad jejunandum ante nostrum baptismum.

4. Concl. Ecclesia nõ obseruat jejunia quatuor temporum, nec omnino eisdem temporibus quibus Iudæi, nec ob causas eisdem:

5. Concl. Jejunium exultationis ꝓcedit ex instinctu Spiritus sancti; ideo sub præcepto cadere nõ debet: at jejunia ecclesiæ, sunt jejunia afflictionis, ideo nõ debẽt fieri tempore paschali, & diebus dominicis: quia esset cõtra consuetudinẽ, quæ ꝓ lege habẽda est & esset error.

Artic. 6. Vtrum requiratur ad ieiunium quod homo tantum semel comedat.

1. Concl. Ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die à jejunantibus comedatur.

1. Ex communi consuetudine jejunii Christiani.

2. Ieiunium institutum est ad concupiscentiam frenandam, ita tamen, vt natura conseruetur. Sed ad hoc sufficere videtur vnica comestio, per quam homo, & natura satisfacit, & concupiscentiæ aliquid detrahit. Ergo.

2. Concl. Quantitas cibi non potuit taxari propter diuersas corporum complexiones, non sic numerus comestionum.

3. Concl. Jejunium est duplex, alterũ naturæ, quod requiritur ad communionem, & hoc frangitur per quemlibet potum, post quem nõ licet Eucharistiam sumere: alterũ est jejunandis, & hoc nõ frangitur per potum, qui magis sumitur ad alterationem corporis, & digestionem ciborum, quam ad nutritionem, licet aliquo modo nutriat. Vnde jejunantibus licet plures bibere, sed si quis immoderate biberet, posset peccare, & meritum perdere: sicut, etiamsi immoderate cibum in via comestione sumat.

4. Concl. Electuaria, etiamsi aliquomodo nutriant, non tamen assumuntur principaliter, nisi ad digestionem ciborum: vnde non soluunt jejunium: sicut nec aliarum medicinarum assumptio: nisi quis in fraudem electuaria in magna quantitate sumeret per modum cibi.

Art. 7. Vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendum, his qui ieiunant.

1. Concl. De cons. dist. 1. ca. solent. Conueniens hora comedendi taxatur jejunantibus, circa horam nonam.

1. Ex Concil. Calcedon.

2. Cum ieiunium sit ordinatum ad deletionem, & cohibitionem culpæ, oportet, vt aliquid addat supra communem consuetudinem: ita tamen vt nõ multum natura grauetur. Sed hoc optime fit, si hora nona comedatur; quia sexta hora est natura

con-

conueniens ad refectionem, quia tunc est completa digestio, & iterum natura indiget per potum iuuari contra exteriorem aeris temperiem, seu calorem, ne humores interius aduranatur: & vt sit moderata subtractio, deputatur hora nona. Ergo.

3. Quia Christus hora nona expirauit, cuius passioni se iejunans conformat, dum carnem suam affligit.

† 2. Concl. Gal. 5. In veteri testamento ieiunabant vsque ad noctem, quia status illius comparabatur nocti; non sic in nouo, cuius status comparatur diei.

3. Concl. Ad ieiunium requiritur hora determinata, non secundum subtilem examinationem, vnde sat est, vt fit circa nonam, quod tempus facile cognosci potest.

4. Concl. Taxatio huius temporis non potest multum cuipiã nocere, cuiuscunque conditionis sit nisi forsan aliquibus ob infirmitatẽ, vel ætatem, &c. cum quibus esse dispensandum, vt horam aliquantulum præueniter.

Artic. 8. Vtrum conuenienter ieiunantibus interdicatur abstinentia à carnibus, ouis, & lacticinijs.

1. Concl. Conuenienter ab his cibis præcipue ecclesia statuit ieiunantibus esse abstinendum.

1 Ex communi fidelium consuetudine.

2. Cum ieiunium sit institutum ad reprimendas concupiscentias carnis, quæ sunt delectabilium secundum tactum, quæ consistunt in cibis, & venereis, ideo illos cibos ecclesia interdicit, qua maxime delectationem habent, & ad venerea prouocãt. Sed huiusmodi sunt carnes animalium in terra nascentium respirantium, & oua, nec non lacticinia, quæ ex eis proueniunt Ergo.

† 2. Concl. Magis interdicitur vsus carnis, quæ maxime subministrat humorem ad actum generationis; quam vini subministrantis calorem, cuius alteratio cito transit.

1. Concil. Ecclesia instituendo ieiunium intendit ad id, quod communius accidit, ideo prohibuit vsus carnium, quia communiter est magis delectabilis, quam piscium: licet in aliquibus contrarium accidat.

4. Concl. Quia quadragesimale ieiunium est alijs solennius, ideo in eo interdicuntur vniuersaliter, oua, & lacticina: circa quorum abstinentiam in alijs ieiunijs diuersæ consuetudines existunt; quas quisque obseruare debet secundum morem loci, vbi versatur.

Hier. epist. ad Lucin.

Quæstio 148. De gula.

Artic. 1. Vtrum gula sit peccatum.

1. Concl. lib. 30. Moral. c. 26. Gvla est peccatum.

1. Ex Greg. quæ gulam vocat hostem interiorem.

2. Gula nominat appetitum edendi, & bibendi inordinatum; qui dicitur inordinatus ex eo, quod recedit ab ordine rationis, in quo bonum virtutis moralis consistit. Sed ex hoc aliquid est peccatum; quia virtutis contrariatur. Ergo;

2. † Concl. Matth. 15. Illud *non quod intrat in os, &c.* non coinquinare hominem, dicitur contra Iudæos existimantes aliquos cibos natura immundos facere: vnde non colligitur quin in ordinata ciborum concupiscentia sit peccatũ.

3. Concl. Solum pertinet ad gulam, quod quis ob concupiscentiam cibi citer excedat mensuram in edendo: si quis excedat in quantitate, non propter cibi concupiscentiam, sed æstimans id sibi necessarium, non pertinet ad gulam, sed ad aliquam impericiam.

4 Concl. Primus motus gulæ, vt importat inordinationem in appetitu sensitiuo, non est sine peccato; secus, vt est in appetitu naturali, qui pertinet ad vires animæ vegetatiuæ.

Artic. 2. Vtrum gula sit peccatum mortale.

1. Concl. Si inordinatio concupiscentiæ accipiatur in gula secundum auersionem a fine vltimo, gula erit peccatum mortale.

lib 30. Moral. c. 26. *1. Dominante gula vitio, aut Greg omne quod homines fortiter egerunt, perdunt, & cæt.*

2. Quia sic tollitur ordo rationis, quantum ad finem debitum, cum homo haberet delectationi, vt fins, cum sit paratus contra Dei præcepta agere, & huiusmodi delectationes assequatur.

2. Concl. Si in vitio gulæ, intelligatur inordinatio tantum secundum ea, quæ sunt ad finem, s. quia homo nimis concupiscit delectationes ciborum, non tamen ita vt aliquid facere contra legem Dei, est peccatum veniale? & sic intelligitur Aug. qui inter minata peccata reponit: vnde soluitur tertium.

Ser. 4: in die ant. † 3. Concl. Gula vt est peccatum mortale reductiue opponitur præcepto de sanctificatione sabbathi, in quo præcipitur quies in fine vltimo.

4. Concl. Contrariatur etiam dilectioni Dei, qui est super omnia, vt vltimus finis diligendus: vnde patet ad secundum. Quando autem Greg. ait, gulã virtutes auferre, non tam propter ipsam quam propter vitia, quæ ex ea oriuntur id dicit.

Art. 3. Vtrum gula sit maximum peccatorum.

1. Concl. Grauitas peccati primo & principaliter consideratur ex tribus.

1. Ex parte materiæ, in qua peccatur: & sic vitium gulæ non est maximum, cum sit in his quæ pertinent ad sustentationē corporis

2. Ex parte peccantis, & sic potius peccatum gulæ alleuiatur, quam aggrauetur, tum ob necessitatem sumendi cibos, tum ob difficultatem discernendi, & moderandi id, quod in talibus conuenit.

3. Ex parte effectus, & sic vitium gulæ habet quandam magnitudinem prout ex ea occasionantur diuersa peccata.

† 2. Concl. Chry. ho. 13. Grauissimæ pœnæ, quæ videntur in flictæ, ob vitium gulæ magis referuntur ad vitia, quæ sunt consecuta ex gula, & ad gulæ radicem: & quam ad ipsam gulam. Adam eiectus fuit à paradiso ob superbiam, ex qua processit ad peccatum gulæ. Et diluuium ac pœna Sodomorum sunt inducta propter luxuriam ex gula occasionatam.

3. Concl. Licet gula sit, causa aliorum peccatorum, non ideo est potior, cum sit causa per accidens, & occasio.

4. Concl. Gulosus non intendit corpori suo nocere, sed in cibo delectari. Vnde ex hoc non debet sumi grauitas gulæ.

Artic. 4. Vtrum conuenienter species gulæ distinguantur secundum has quinque conditiones præpropere, laute, nimis, ardenter studiosè.

2. Concl. cap 21. Conuenienter species gulæ distinguuntur secundum dictas conditiones.

1. *Auctoritate Greg 30 Moralium.*

2. *Inordinatio concupiscentiæ potest attendi, vel quantum ad ipsum cibum: qui sumitur & sic quantum ad substantiam quærit aliquis cibos lautos. quantum ad qualitatem, cibos nimis accurate id est studiosè præparatos; quantum ad quantitatem excedit in edendo. Vel quantum ad sumptionē, aut præueniendo tempus comedendi, quod est præpropere, aut non seruando modum in edendo, quod est ardenter.*

† 2. Concl. Corruptio diuersarum circunstantiarum facit diuersas species gulæ, ob diuersa motiua, ex quibus moralium species diuersificātur.

3. Concl. In loco & alijs circunstantijs non inuenitur aliud differens motiuum, pertinens ad vsum cibi, quod faciat aliam speciem gulæ.

4. Concl In quibuscunque vitijs & diuersæ circunstantiæ habent diuersa motiua, oportet accipi diuersas species vitiorum, sed hoc non contingit in omnibus.

Artic. 5. Vtrum gula sit vitium capitale

1. Concl. Vitium gulæ, quod est circa delectationes tactus, quæ sunt præcipue inter, alias conuenienter ponitur inter vitia capitalia.

1. *Ex Greg. 31. Moral.* ap. 31.

2. *Vitium capitale dicitur illud ex quo alia oriūtur secundum rationem causæ finalis, vt habet finem vltimum appetibilem, ex quo homines prouocantur multipliciter ad peccandum: huiusmodi est gula, cum sit circa delectationes tactus. Ergo: ex eo enim aliquis finis est appetibilis, quod habet aliqua ex conditionibus facilitatiu. At huiusmodi est delectatio. Ergo.*

† 2. Concl. Aristot. 1. Eth. c. 8. Cibus ordinatur ad conseruationem vitę; vt ad finem sed quia hic finis est maxime appetibilis, & sine cibo haberi non potest, inde est quod cibus est maxime appetibilis: & ad hoc fere totus labor naturæ humanę ordinatur; & sic gula est vitium capitale.

3 Concl. Non oportet vitium capitale quod habet finem maxime appetibilem, habere maximam grauitatem,

Quia finis in peccato accipitur ex parte conuersionis: grauitas vero ex parte auersionis.

4. Concl. In vtilibus non ponitur nisi vnum vitium capitale, s. auaritia, quia in eis non videtur esse nisi vna ratio appetibilitatis. non sic in delectabilibus, in quibus ponuntur duo capitalia vitia s. gula & luxuria.

Art. 6. Vtrum conuenienter assignentur gulæ quinque filiæ, s. inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium. & hebetudo mentis circa intelligentiam.

1. Concl. Conuenienter assignantur gulæ quinque filiæ prædictæ

1. *Ex Greg. lib 31. Moral.*

2 *Cum gula proprie consistat circa immoderatam delectationem cibi, & potus, illa vitia inter filias gulæ computantur, quæ ex ista delectatione consequuntur: Sed huiusmodi sunt prædicta. Ergo. Nam vel accipiuntur ex parte animæ, & hæc quatuor modis 1. quantum ad rationem, cuius acies hebetatur ex multo cibo & potu, & sic ponitur hebetudo sensus circa intelligentiam; quæ oritur ex fumositatibus ciborum perturbantibus caput. 2. quantum ad appetitum qui per hanc immoderantiam deordinatur; & sic inepta lætitia. 3. quātum ad inordinatum verbum, & sic multiloquiū. 4. quantum ad inordinatum actum, & sic scurrilitas*

Greg. in Past. p. 3. c. 20.

litas vel ex parte corporis, & sic ponitur immunditia, quæ attenditur secundũ inordinatam emissionem quarumcunque superfluitatum, & maxime seminis.

† 2. Concl. Lætitia, quæ est de actu, vel fine peccati, consequitur omne peccatum; sed lætitia inepta oritur ex gula: similiter hebetudo sensus, quantum ad eligibilia communiter invenitur in omni peccato; sed hebetudo sensus circa speculabilia oritur maxime ex gula.

3. Concl. Licet vomitus sit utilis post superfluam comestionem: tamen vitiosum est quod aliquis huic necessitati se subdat per immoderantiam cibi, vel potus.

4. Concl. Scurrilitas procedit ex actu gulæ, & ex voluntate luxuriæ; & ideo ad utrunque potest pertinere.

Quæstio 149. De sobrietate.

Art. 1. Vtrum materia sobrietatis sit potus.

1. Concl. SPecialiter sobrietas attenditur circa potum, non quemcunque, sed circa eum, qui sua fumositate natus est caput conturbare.

C. 9. 1. *1. Eccl. Aequa vita hominis venum in sobrietate potatum.*

2. Virtutes, quæ ab aliqua generali conditionem virtutis nominantur, illa materiam sibi specialiter vendicant, in qua difficillimum, & optimum est conditionem eius observare. Sed sobrietas est huiusmodi, cum eius nomen a mensura sumatur. Ergo illam materiam sibi specialiter adscribit, in qua maxime laudabile est medium servare: huiusmodi est potus inebriare valens, cum eius usus immoderatus impediat usum rationis. Ergo.

2. Concl. Eccl. 31. Si nomen sobrietatis communiter accipiatur, potest esse in qualibet materia.

† 3. Concl. Psal. 22. Ebrietas circa contemplationem sapientiæ, dicitur metaphorice in scriptura.

4. Concl. Nomine sobrietatis, temperantia significatur, prout in omnibus necessarium est adhibere mensuram, quod pertinet ad sobrietatem: sed quia modicus excessus in potu plus nocet, quam in alijs, ideo sobrietas specialiter est circa potum.

5. Concl. Licet mensura in omnibus requiratur: non tamen sobrietas proprie in omnibus dicitur, sed in ijs in quibus mensura est maxime necessaria.

Art. 2. Vtrum sobrietas sit per se virtus specialis.

1. Concl. Sobrietas est virtus specialis.

3. 1. in som. Scipionis. *1 Ex Macrobio, qui eam ponit specialem partem temperantiæ.*

2. Vbi innuitur speciale impedimentum rationis, ibi est specialis virtus ad illud removendum. Sed potus inebrians habet specialem rationem impediendi usum rationis, prout conturbat cerebrum sua fumositate. Ergo ad hoc removendum requiritur specialis virtus, & haec est sobrietas.

† 2. Concl. Cibus, & potus communiter impedire possunt bonum rationis per immoderatam delectationem, & sic circa utrunque communiter est abstinẽtia: sed potus inebriare valens impedit speciali ratione; ideo requirit specialem virtutem.

3. Concl. Abstinentia non est circa cibos, & potus, ut sunt nutritiua. sed ut impediunt rationem; & ideo non attẽditur specialis virtus, secundum rationem nutritionis.

4. Concl. Potuum diuersitas per accidens se habet ad virtutem, ideo propter hoc virtutes non diuersificantur.

Art. 3. Vtrum usus vini totaliter sit illicitus.

1. Concl. 1. ad Tim. 5. Ecc. 31. Matt. 15. Vsus vini secundum se loquendo; non est illicitus.

1. Ex Apost. qui Timotheo ait, sed modico vino utere.

2. Nullus cibus, vel potus ex se est illicitus dicente Domino. Non quod intrat per os, &c. Ergo.

2. Concl. Per accidens vsus vini est illicitus: vel ex conditione bibẽtis, qui à vino facile lædituri; vel ex voto quo quis obligatur ad nõ bibendum vinum; vel ex parte modi, quia mensura excedituri; vel quia ex hoc aliqui scandalizantur.

† 3. Concl. Sap 5. Ad sapientiam acquirendam secundum modum communem, non requiritur, ut aliquis à vino omnino abstineat; sed quod moderate utatur.

4 Concl. Rom 14. Apost. non dixit simpliciter bonum esse abstinere a vino, sed cum frater scandalizatur.

3 Concl Hier. lib. 1 - a Ion. Christus retrahit aliquos à vino propter studium perfectionis, sicut à diuitijs, non quod vsus vini sit ex se illicitus.

Artic. 4 Vtrum sobrietas magis requiratur in maioribus personis.

1. Concl. Sobrietas, sicut & aliæ virtutes, comparatur potest, vel ad vires & cõcupiscentias, quas refrænare, & sic magis est necessaria iuuenibus;

quia

quia in illis est maior concupiscentia propter feruorem ætatis, & in mulieribus in quibus est debilitas rationis & cõcupiscentijs non resistunt: vel potest comparari ad finem: in quà perducit, & sic requiritur in aliquibus ad propriam operationem ipsorum: quomodo specialiter indicitur senibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorum instructionẽ, & Episcopis & omnibus ecclesiæ ministris, qui mẽte deuota debent spiritualib. insistere & regibus ob gubernationem subditorum. Vnde patet ad obiecta.

1. Tim. 3.

ad Tit.

Prou. 32.

Quæstio 150. De ebrietate.

Art. 1. Vtrum ebrietas sit peccatum.

1. Concl.

EBrietas, vt significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit, vt homo non sit compos rationis, non nominat culpam, sed defectum pœnalem pendentem ex culpa.

2. Concl.

Vt autem nominat actum quo quis incidit in hunc defectum, si actus causet ebrietatem ex nimia vini fortitudine præter opinionem bibentis, non erit peccatum præsertim si non ex negligentia contingat: & sic creditur Noe inebriatum fuisse.

Genes. 9.

3. Concl.

Si autem ebrietatem causet ex inordinata concupiscentia: est peccatum, & continetur sub gula tanquam sub genere; & hanc prohibet Apost.

Rom. 13.

† *4. Concl.*

In sensibilitas, & eius species quæ temperantiæ & eius speciebus opponuntur, raro contingunt, & sunt innominatæ, & ita vitiũ quod opponitur ebrietati innominatum est: sed si quis scienter ita a vino abstineret vt naturam multum grauaret, peccaret.

5. Concl.

Qui inuitat aliquem ad bibendum excusatur a peccato, si ignoret fore vt ex hoc potu inebrietur: si non adsit ignorantia neuter excusatur.

6. Concl.

Aug. epi. 63.

Correctio ebrietatis est intermittenda: ex Greg. non quod non sit peccatum, sed cum timetur ne peccator deterior fiat.

Art. 2. Vtrum ebrietas sit peccatum mortale.

1. Concl.

In canon. Apost. can. 42.

Ebrietas per se loquendo est peccatum mortale.

1. *Pœnæ, ei statutæ peccato mortali infliguntur. Ergo.*

2 *Ebrius proprie dicitur, qui aduertens potum esse immoderatum; & inebriare potentem, & tamen magis eligit ebrietatem incurrere, quam à potu abstinere. Sed hoc est peccatum mortale; quia sic homo volens, & sciens primum se ipsum ratione, quo bene operatur, & peccata vitat. Vnde committit se periculo peccandi, quod est peccatum mortale. Ergo Vitandam dicimus, aut Ambros. ebrietatem per quam vitia cauere non possumus.*

libr. 1. de Abraham cap. 6

Assiduitas facit ebrietatem esse peccatum mortale, non propter solam iterationem actus: sed quia non potest esse si homo assidue inebretur quin sciens & volens ebrietatem incurrat.

† *2. Conc.*

3. Concl.

Plus cibi, & potus sumere, quam necesse sit, pertinet quidem ad gulam quæ non semper est peccatum mortale: sed plus potus scienter vsque ad ebrietatem sumere est peccatum mortale.

4. Concl.

Ad vomitum prouocandum non requiritur superfluus potus inebrians; quia etiam potus aquæ tepidæ vomitum causat vnde hæc causa non excusat ab ebrietate.

Art. 3. Vtrum ebrietas sit grauissimum peccatum.

Ebrietas non est maximum peccatum.

1. Concl.

libr. 33. Mor. c. 11.

1 *Ex Gregor. Vitia spiritualia sunt maiora, quam carnalia, cuius odiosa est ebrietas. Ergo.*

2. *Dicitur aliquid esse malum, quia priuat bonum & quando malum est bonum quod tollitur per malum, tanto malum grauius est. Sed bonum diuinum est maius quam bonum humanum. Ergo peccata, quæ sunt immediate contra Deum sunt grauiora, ebrietate, quæ est directe opposita bono rationis.*

Peccata ebrietatis, *& lasciuiæ sunt maxime amica diabolo, non quia grauiora, sed quia frequentiora.*

† *2. Concl. Chrys. ho mil. 17. ad populum.*

Ebrietas impedit bonum rationis, quia impedit vsum rationis: nec ideo est maximũ peccatum; cum grauiora sint, quæ impediunt bonum rationis per id, quod est contrarium rationi.

3. Concl.

Seruitus non fuit directe pœna ebrietatis sed inde occasionaliter est consecuta, inquãtum Cham maledictionem seruitutis accepit quod irrisit patrem inebriatum.

4 Concl. Ambros. li. de Elia, c. 15.

Art. 4. Vtrum ebrietas excusat à peccato.

Ebrietas ex parte defectus consequentis in quo ligatur vsus rationis habet excusare à peccato prout causat inuoluntarium per ignorantiam.

1. Concl.

2. Concl.

Ex parte, actus precedentis, si ex illo actu subsecuta est ebrietas sine peccato, tunc, peccatum sequens, totaliter excusatur a culpa; sicut forte accidit in Lot: si actus præcedens

Aug. lib. 21. contra.

2. Nomen pudicitiæ à pudore sumitur, in quo verecundia significatur: unde oportet, vt pudicitia proprie sit circa ea de quibus homines maxime verecundantur; scilicet de actibus veneris, de quibus tantum homo verecundatur, vt nec concubitus contingat, vbi verecundia careat. In actibus autem veneris reprehenduntur magis signa exteriora, vt affectus impudici, oscula, tactus &c. & circa hæc magis est pudicitia, castitas vero magis circa ipsam copulationem, Ergo.

Libr. 14. de ciu. c. 18. Arist. lib. 2. Rhet. c. 6. Lact. de ciu. cap. 18.

† 2. Conc.

Augustinus nominans pudicitiam virtutem, accipit eam pro castitate.

3. Concl.

Quamuis omnia vitia habeant turpitudinem: magis tamen vitia intemperantiæ: ideo pudicitia ponus pertinet ad castitatem.

Inter quæ maxime sunt exprobabilia peccata venerea: quod ratio ab his maxime abhorreat.

Quæstio 152. De virginitate.

Art. 1. Vtrum virginitas consistat in integritate carnis.

1. Concl.

VIrginitas à virore dicta esse videtur: & vt id dicitur virens, quod in suo virore persistat, & est ab adustione caloris immune, ita virginitas importat, vt persona cui inest, sit immunis à concupiscentiæ adustione, quæ esse videtur in delectatione venereorum.

2 Concl.

In delectatione venereorum tria considerantur, ex parte corporis violatio signaculi virginalis: resolutio seminis, quæ delectationem sensibilem causat, in quo id quod est animæ coniungitur cum corpore: & propositum perueniendi ad talem delectationem, quod solum se habet ex parte animæ.

3 Concl.

Primum per accidens se habet ad actum moralem, qui non considerat per se nisi secundum ea, quæ sunt animæ: secundum materialiter, quia sensibiles passiones sunt materia moralium actuum: tertium formaliter, & completiue: quia ratio moralium in eo quod est rationis, completur

4. Concl.

Virginitas formaliter & completiue consistit in proposito abstinendi à delectatione venereorum: immunitas à delectatione ex effusione seminis, se habet ad eam materialiter, integritas vero membri corporalis per accidens.

† 5. Concl. Ia. de virgin. cap. 13.

Cum Aug: ait, virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio, tangit in recto quod est formale: quia per meditationem intelligitur propositum, & dicitur perpetua, quia in proposito perseuerare debet: materiale significatur in obliquo, cum dicitur incorruptionis, &c. quod additur propter difficultatem virginitatis.

6. Concl.

Vt pudicitia essentialiter est in anima, materialiter in corpore, ita etiam virginitas.

7. Concl.

Si contingat, vt membri integritas corrumpatur, saluo proposito voluntatis, non magis præiudicat virginitati, quam si corrumpatur manus, vel pes.

8. Concl.

Si delectatio, ex seminis resolutione, procedat ex mentis proposito, tollit virginitatem, siue fiat per concubitum siue non: sed si præter mentis propositum accidat, vt in dormientibus, vel per violentiam, non perditur virginitas.

Art. 2. Vtrum virginitas sit illicita.

1. Concl 1. Cor. 7.

Virginitas non est aliquid vitiosum & illicitum, sed potius laudabile.

1, Quia cadit sub consilio, ex Paulo.

2. Quidquid pertinet ad rectitudinem rationis est laudabile, quia vitiosum dicitur, quod est contra rectam rationem. Sed virginitas est huiusmodi quia recta ratio postulat, vt homo statuat modos secundum rationem finis, sed sicut bona exteriora referuntur ad bona corporis, sicut ista ad bona animæ, inter quæ potior est vita contemplatiua: ideo vt est laudabile abstinere ab externis bonis ob contemplationem, ita ob eandem causam laudabile erit abstinere à delectationibus corporis, quod præcipue præstat virginitas, qua ab omni delectatione venerea abstinet, Ergo. Luc. 10. 1. Corin. 7.

† 3. Concl.

Debitum præcepti, vel est vt impleatur ab vno, & hoc sine peccato præteriri non potest: vt est præceptum legis naturæ de comestione: vel est debitum implendum à multitudine: & ad hoc non tenetur quilibet de multitudine, in qua necesse est quod dum vnus vnum, alius aliud faciat: tale est præceptum de generatione: crescite, &c. quod respicit multitudinem, cui necessarium est, non solum vt multiplicetur corporaliter, sed etiam vt spiritualiter proficiat. Genes.

Virgo non abstinet ab omni delectatione, sed à venerea, & hoc secundum rectam rationem: ideo non excedit medium virtutis. 3. Concl.

Apud antiquos puniebantur, qui cælibem vitam ducebant, quia apud eos rari erant qui amore veritatis contemplandæ ab omni delectatione venerea abstinerent. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum virginitas sit virtus.

Virginitas est quædam specialis virtus, habens se ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem. 1. Concl. Ia. de virginibus.

1. Ex Ambr. quis eam vocat principalem virtutem.

2. Vbi est specialis materia boni habens specialem excellentiam, ibi inuenitur specialis virtus, vt patet in magnificentia respectu liberalitatis. Sed conservare se immunem ab experimento veneree delectationis, quod pertinet ad virginitatem, habet quandam excellentiam laudis supra hoc quod est conservare se immunem ab inordinatione veneree voluptatis. Ergo.

† 2. Concl: Aug. lib de virg. c. 10

Homines à natiuitate habent materiale virginitatis, id est integritatem carnis, sed non formale, id est propositum seruandi virginitatem propter Deum &c.

3. Concil.

Alicui virtuoso potest suppetere materia vnius virtutis, & non alterius: & sic habenti alias virtutes, potest deesse materia virginitatis, vt coniugato: potest tamen habere id quod est formale in virginitate. scil. præparationem animi: quia connexio virtutum accipitur secundum formale, is cui deest materia virginitatis potest eam habere in proposito animi.

4. Concl.

Virtus recuperatur per pœnitentiam quantum ad formale, non quantum ad materiale, quo modo etiam virginitas reparatur, recuperando propositum

5. Concl. Lib. de virgin. ca. 8.

Virginitas vt est virtus importat propositus voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ ex August. & sic non amittitur nisi per peccatum.

6. Concl.

Castitas coniugalis & viduitas non habent id quam excellentiam supra communem castitatem, vt virginitas, ideo hæc sola ponitur virtus specialis.

Art. 4. Vtrum virginitas sit excellentior matrimonio.

1. Concl. Lib. de virgin. c. 19.

Virginitas præferenda est continentiæ coniugali.

1. Ex Aug. qui hoc docet.

2. Exemplo Christi, qui matrem virginem elegit, & ipse virginitatem seruauit: & ex Apost. qui eam consuluit tanquam maius bonum.

1. Cor. 7.

3. Bonum diuinum est potius humano, & bonum animæ præfertur bono corporis, & bonum vitæ contemplatiuæ bono actiuæ. Sed virginitas ordinatur ad bonum animæ secundum vitam contemplatiuam, cuius est cogitare quæ sunt Dei, coniugium vero ordinatur ad bonum corporis, id est ad multiplicationem generis humani, & pertinet ad vitam actiuam; Ergo. Vnde erravit Iouinianus qui contra sensit.

Hier lib. 1. contra Iouin

Meritum non solum pensatur ex actu, sed magis ex animo: vnde meritum continentiæ coniugalis in Abraham æquatur merito continentiæ virginalis in Ioanne.

† 2. Concl.

Quia Abraham habebat animum sic dispositum vt esset paratus virginitatem seruare, si tempus congruum fuisset, quod intelligere respectu præmij accidentalis.

Aug. de bono coniug. cap. 21.

Virginitas simpliciter melior est, quam continentia coniugalis: in aliquibus tamen potest melior esse coniugatus, quam virgo: vt si coniunctus habeat magis animum paratum ad virginitatem seruandam si oporteret, quam qui actu est virgo.

3. Concl.

Bonum commune est potius bono priuato, si sit eiusdem generis: sed ex suo genere priuatum potest esse melius: & sic virginitas Deo dicata præfertur fœcunditati carnali.

4. Concl.

Art. 5. Vtrum virginitas sit maxima virtutum.

1. Concl. Lib. de virgin. c. 6.

Virginitas non est simpliciter maxima virtutum.

1. Ex August. qui vitam monasticam, & martyrium virginitati præfert.

2. Finis excellit id, quod est ad finem, & quanto aliquid ordinatur efficacius ad finem, tanto melius est. Sed finis, ex quo virginitas laudatur est vacare rebus diuinis, Ergo; ea virtutes theologicæ; & virtutes cardinales, quarum actus sunt circa diuina præferuntur virginitati.

3. Vehementius ad hoc operantur, vt inhæreant Deo, martyres, qui ad hoc postponunt propriam vitam. & viuentes in monasterio, qui postponunt propriam voluntatem, & omnia bona, quæ virgines; quæ tantum postponunt veneream voluptatem. Ergo.

2. Concl.

In genere castitatis virginitas est excellentissima: quia transcendit castitatem coniugalem & vidualem, vt patet ex Ambros.

† 3. Concl. Li. de virgi

Virgines sunt illustrior portio gregis Christi, & earum est sublimior gloria in comparatione ad viduas, & coniugatas, ita intelligo Cyprian.

4. Concl. Li. de virgi. ex Hier.

Fructus centesimus attribuitur virginitati propter excellentiam, quam habet ad viduitatem, cui sexagesimus, & ad matrimonium cui trigesimus, tribuitur: vnde patet tantum in suo genere esse maximam virtutum.

5. Concl. apoc. 14.

Virgines sequuntur agnum, quia imitantur Christum non solum in integritate mentis, sed etiam carnis: sed non magis in propinquo, qui aliæ virtutes faciunt propinquius in hærere Deo.

Quæstio 153. De vitio luxuriæ.

Art. 1. Vtrum materia luxuriæ sint solum concupiscentiæ, & delectationes venereæ.

Circa voluptates venereas maxime luxuria consideratur.

1. Ex Aug. lib. de vera relig. qui seminat in carne. &c.

2. Ex isid. luxuriosus dicitur, quasi solutus, in voluptates. Sed maxime voluptates venereæ animum hominis soluunt, Ergo.

1. Concl. Ca. 3. l. 10. etym. c. 11.

Luxuria principaliter est in voluptatibus venereis, quæ maxime, animum resoluunt: secundario in quibuscunque alijs ad excessum pertinentibus: & sic intellige Aug.

† 2. Concl. Li. 2. conf. cap. 6.

Vnum dicitur luxuriosum, prout superfluus eius vsus incentiuum voluptati venereæ præbet.

3. Concl. Prouer. 20

Libidinosa voluptas & si in alijs materijs dicatur, tamen propriè delectationes venereæ, sic nominantur.

4 Concl.

Art. 2. Vtrum nullus actus venereus possit esse sine peccato,

Vsus venereorum potest esse absque omni peccato, si fiat debito modo & ordine, secundum quod est conueniens ad finem generationis humanæ.

1. Ex Aug. qui hoc docet impugnando contrarium tenaciter errorem.

1. Concl. Li. de bono coniug. c. 2.

2. Non est peccatum, si quis per rationem statuat rebus aliquibus ad fines, ad quem finem debito & ordine conueniunt, modo sit aliquid vere bonum, peccatum enim est contra rationem: sed sicut est vere bonum, quod conseruetur natura vniuersi individui: ita est quoddam bonum excellens, quod conseruetur natura speciei. Ergo, vt vsus ciborum potest esse absque peccato, si ad sit modus & ordo, ita vsus venereorum, qui ordinantur ad conseruationem speciei, vt cibus ad conseruationem individui, ex Aug.

† 2. Concl Li. de bono coniug. c. 10

Virtus quantum ad commune statum virtutis, non impeditur nisi per peccatum: sed quantum ad perfectum potest impediri per id quod non sit peccatum. Vsus enim feminæ dejecit animum, non à virtute, sed ab eius perfectione: sic intellige Aug.

3. Concl. Li. 1 soli lo qui. c. 10.

Abundantia delectationis, actus venerei secundum rationem ordinati, non contrariatur medio virtutis, quod non attenditur secundum quantitatem, sed secundum quod conuenit rationi rectæ, & ad virtutem non pertinet quantum sensus exterior delectetur, sed quantum sensus interior afficiatur.

4. Concl.

Ex eo quod ex concupiscentia carnis proles nascitur in originali peccato, non sequitur quod actus ille sit peccatum: sed quod est in eo aliquid pœnale à primo peccato derivatum.

Art. 3. Vtrum luxuria quæ est circa actus venereos possit esse peccatum.

Luxuria absque dubio est peccatum.

1. Concl. Ephes. 5.

1. Vnum prohibitum est propter luxuriam, Ergo luxuria est prohibita, Ergo est peccatum.

Gal. 5.

2. Quia Paulus eam connumerat inter opera carnis.

3. Cum vsus venereorum sit valde necessarius ad bonum commune id est ad conseruationem humani generis, ideo circa hoc magis attendi debet ordo rationis, contra quem si quid fiat magis vitiosum erit. Sed ad rationem luxuriæ pertinet, vt ordinem & modum excedat circa venerea, Ergo.

† 2. Concl.

Licet semen sit superfluum alimenti, id est, residuum virtutis nutritiuæ: tamen eo indiget virtus generatiua: vnde taliter debet fieri seminis emissio, vt conueniat fini ad quem eo est opus: quod non accidit in alijs superfluitatibus,

3. Concl. 1. Corin. 6.

In actu luxuriæ, homo non vitiatur eo, quod suum est: quia principalis dominus nostri corporis est Deus, cui eo actu fit iniuria.

4. Concl.

Oppositum vitium luxuriæ continetur sub insensibilitate: quod vitium in eo est, quia detestatur mulierum vsum, quod etiam vxori debitum non reddit,

Art. 4. Vtrum luxuria sit vitium capitale.

Luxuria est vitium capitale.

1. Concl. Lib. 31. Moral. c.

1 Ex Gregor. qui eam numerat inter vitia capitalia

2. Vitium capitale est, quod habet finem maxime appetibilem ita quod eius appetitus homo facile det ad multa peccata, quæ ex illo vitio, tanquam ex principali oriri dicuntur. Sed finis luxuriæ est delectatio venereorum, quæ est maxima, & ideo maxime appetibilis appetitu sensitiuo, tum propter delectationem, tum propter connaturalitatem concupiscentiæ Ergo.

† 2. Concl.

Immunditia luxuriæ causatur ex gula materialiter, prout gula ministrat materiam luxuriæ: sed non secundum rationem causæ finalis, secundum quam potissimum attenditur origo vitiorum ex capitalibus.

3. Concl.

Non inconuenit vitium capitale oriri ex superbia, quæ est communis mater omnium malorum.

De-

4. Concl. Desperatio causat luxuriam, tanquam remouens prohibens, scil. spem æterni præmij, qua quis abstinet à luxuria.

Artic. 5. Vtrum conuenienter dicantur esse filiæ luxuriæ cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & horror futuri.

2. Concl. Conuenienter dicuntur esse filiæ luxuriæ vitia enumerata.

1. Ex Greg. in Moral. qui has enumerat.

2. Vt appetitus concupiscibilis per luxuriã, maxime afficitur ad suum obiectum, ita maxime impedit actum rationis, & voluntatis: sunt autẽ in agendis quatuor actus rationis.

1. Simplex intelligentia, qua aliquid apprehenditur, vt finis, & bonum, & hunc impedit cæcitas mentis.

2. Consilium, & hunc impedit præcipitatio.

3. Actus iudicij, quem impedit inconsideratio.

4. Rationis præceptum in agendis, quod impedit inconstantia. Ex parte voluntatis consurgit, duplex inordinatio ex luxuria. Prima ratione appetitus finis, ob amorem sui ex delectatione, quam inordinate appetit: & per oppositum odium Dei, vt delectationem prohibet: secunda ratione appetitus eorum, quæ sunt ad finem, & quantum ad hoc ponitur affectus præsentis sæculi; & per oppositum horror futuri.

† 2. Concl. Vitia opposita prudentiæ, maxime oriuntur ex luxuria.

Quia luxuria est præcipua pars intemperantiæ, quæ maxime corrumpit prudentiam.

3 Concl. Constantia in arduis ponitur pars fortitudinis: sed constantiam habere in abstinendo, pertinet ad continentiam, quæ est pars temperantiæ: & sic ponitur inconstantia filia luxuriæ.

4. Concl. Amor sui, quantum ad quæcunque bona, quæ quis appetit, est commune principium peccatorum: sed quantum ad hoc quod quis appetit delectabilia carnis ponitur filia luxuriæ.

5. Concl. ijsdem. Turpiloquia, scurrilia, ludicra, & stultiloquia, sunt quidã inordinati, actus exteriores, ad locutionem pertinentes: in qua est aliquid inordinatum, vel ex materia, & sic turpiloquia: vel ex causa, & sic scurrilia: vel ex fine, & sic ludicra: vel ex sententia verborum, & sic stultiloquia.

Quæstio 154. De luxuriæ partibus.

Artic. 1. Vtrum conuenienter assignentur sex luxuriæ species, fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam.

1. Concl. 36. q. 1. c. Ex præceptorum. Conuenienter assignantur prædictæ species luxuriæ.

1. Sic habetur in Decretis.

2. *Species peccati accidentalis non sumitur ex circumstantia, vt huiusmodi, sed ex obiecto, quod est materia; quæ potest non conuenire rationi, primo quia habet repugnantiam ad finem generis actus, quo impeditur generatio, est vitium contra naturam; quod est in omni actu venereo ex quo non potest sequi generatio: deinde vt impeditur debita educatio prolis, & est fornicatio simplex. Alio modo per comparationem ad alios homines: & hoc, vel ex parte fœminæ cum commiscetur, quia ei debitus honor non seruatur, & sic est incestus; quis consistit in abusu mulierum consanguinitate, vel affinitate innexarum; vel ex parte eius, in cuius potestate est fœmina; si est in potestate viri, est adulterium; si patris, stuprum; si inferatur violentia, raptus. Diuersificantur istæ species, magis ex parte fœminæ; quia ipsa se habet, vt patiens, & vt materia: in quæ debet fumi distinctio.*

† 2. Concl. Diuersitas materiæ ex se non diuersificat species, sed vt habet annexam diuersitatem formalem obiecti, vt in proposito: quæ sumitur secundum diuersos modos repugnantiæ ad rationem.

3. Concl. Nihil prohibet in eodem actu, diuersorũ vitiorum differentiæ concurrere: & sic adulterium continetur sub luxuria, & sub iniustitia.

4 Concl. Sacrilegium in violatione mulieris, quæ vouit continentiam Deo, est quoddam adulterium spirituale: Similiter alij modi sacrilegij reducuntur ad alias species luxuriæ.

5. Concl. Peccatum coniugati cum sua vxore, non est secundum indebitã materiam, sed secundum alias circumstantias, quę ex se non constituunt speciem moralis actus.

6. Concl. 2. Cor. 12. Per immunditiam Apost. intelligit luxuriam contra naturam: & impudicitia pertinet ad quosdam actus venereorum, vt oscula, tactus, &c.

7. Concl. Glos. ibi. Luxuria, de qua fit mentio ad Galat. 5. accipitur pro quacunque superfluitate; vt Glos. ibi dicit.

Art.

Art. 2. Vtrum fornicatio simplex, sit peccatum mortale.

1. Concl. Fornicatio simplex, est peccatum mortale.

Gal 5. 1. *Præter vxorem tuam, nunquam patieris crimen scire, dixit Tobias, &c.*

2. *Nihil excludit à regno cælorum, nisi peccatū mortale. Sed hoc efficit fornicatio, vt docet Paul. Ergo.*

3. *Ex Decret. 32. q. 4. can. necesse.*

4. *Omne ad. quod est contra vtilitatem hominis directe, est peccatum mortale. Sed simplex fornicatio vergit in detrimentū eius, qui inde est nasciturus. Ergo. Nam ad hominis educationem non solum requiritur cura matris, sed etiam patris, à quo filius est instruendus, defendendus, & in bonis promouendus, vnde videmus parentes naturaliter solicitos esse de curia filiorum: & ideo contra naturam est, quod homo nascatur ex vago concubitu, qui debet esse cum determinata fœmina, cum qua per totam vitam permaneat. & hac determinatio certa fœminæ est matrimonium, quod dicitur esse de iure naturali. Et cum sit ordinatum ad commune bonum, necesse est, vt sit aliqua lege determinatum. Cum ergo fornicatio sit concubitus vagus præter rationem matrimonij in damnum prolis educandæ erit peccatum mortale.*

½ 2. Concl. Non sat est, si quis fornicando sufficienter prouideat prolis: quia id, quod sub legis determinatione cadit iudicatur, secundū quod communiter accidit: accidit autem, vt pueris qui ex fornicatione nascuntur, communiter non prouideatur.

3. Concl. Act. 15. Connumerat Paul fornicationem aliis, quæ non sunt peccata mortalia ex se, non quod non sit grauis culpa, sed quia erat de numero eorum, ex quibus poterat nasci dissidium inter Iudæos, & gentiles, qui putabant non esse peccatum, vt Iudæi.

Cap. 1. 4. Concl. Osee non peccauit fornicando ex præcepto diuino, nec talis concubitus fornicatio debet dici, quamuis fornicatio nominetur, referendo ad finem communem rationis.

5. Concl. Gen. 16. 30. & 38. Abrāham, & Iacob ad ancillas accesserunt, non quasi fornicatores concubitu: Iudam non opus est excusare a peccato, qui etiam auctor fuit venditionis Ioseph.

6 Concl. Fornicatio simplex contrariatur dilectioni proximi, vt repugnat bono prolis.

7. Concl. Gloss. Ambros. in 1. Tim. 4. Per opera pietatis liberatur quis à lubrico carnis, & ideo à perditione æterna, prout per ea disponitur ad gratiā, per quam pœniteat.

8. Concl. Non sequitur, quod si aliquis inordinatus cibus non est peccatum mortale, neque concubitus: quia ex vno concubitu potest homo generari; ideo cum possit impedire bonum prolis ex se est peccatum mortale: sed ex vna inordinata comestione, non impeditur bonum totius vitæ hominis.

Art. 3. Vtrum fornicatio sit grauissimum peccatum.

1. Concl. lib. 33. Moral. c. 11. Fornicatio non est grauissimum peccatum.

1. *Quia peccata carnalia ex Gregor. sunt minoris culpæ, quam spiritualia.*

2. *Grauitas peccati attenditur ratione suæ speciei, quæ consideratur secundum bonum, cui peccatum opponitur. Sed fornicatio est contra bonum hominis nascituri. Ergo erit quidem grauius illis, quæ sunt contra Deum, & vitā hominis iam nati.*

½ 2. Concl. Libido, quæ aggrauat peccatum, consistit in inclinatione voluntatis: sed quæ consistit in appetitu sensitiuo, minuit peccatum; talis est libido fornicationis.

3. Concl. 2. Cor. 6. Qui fornicatur dicitur peccare in corpus suum: non solum, quia hoc peccatum consummatur in carne: sed quia contra bonum sui corporis agit, prout illud indebite resoluit, & alteri commiscet: nec ideo sequitur esse grauissimum peccatum.

4. Concl. Fornicatio non est contra bonum speciei humanæ, nisi prout impedit generationem huius hominis nascituri, & ideo grauiora sunt, quæ actu sunt contra speciem humanam, & alia bona perfectiora.

Art. 4. Vtrum in tactibus & osculis consistat peccatum mortale.

1. Concl. Oscula, amplexus, vel tactus secundum suam rationem non nominant peccatum mortale. Possunt enim hæc absque libidine fieri vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam.

† 2. Concl. Si aliquid dicatur peccatum mortale ex causa, vt cum quis dat eleemosynam, vt aliquem inducat in hæresim: sic oscula, & amplexus, si fiant propter delectationem peccati luxuriæ dicuntur libidinosa, & sunt peccata mortalia.

Lib. 1. ep. 11. 1. *Minus est affectus libidinosus, quam tactus, &c. Sed affectus libidinosus, Matt. 5. est peccatum mortale. Ergo, &c.*

2. *Ex Cypr. ad Pomponium de virginit. colligitur hominem per prædicta fieri reum criminis. 2. peccati mortalis.*

3. *Consensus in delectationem peccati mortalis, est peccatum mortale, vt alias est dictum. Ergo cum*

violenter abducatur, non violenter corrumpitur, siue fornicatio, siue maritali concubitu: qualitercunque enim violentia adhibita, saluatur ratio raptus, vt si quis viduam, vel corruptam puellam rapiat.

36 q. 2. can. Raptores.

Stuprum sine raptu inuenitur, cum quis sine violentia virginem illicite defloratt.

3. Concl.

Etsi violentia per accidens se habeat ad luxuriam; tamen quia illatio violentiæ videtur procedere ex magnitudine concupiscentiæ, ideo raptus est determinata species.

† 4. Concl.

Raptæ puellæ, si sint desponsatæ, sunt restituendæ sponsis: si non, suis patribus, ex quorum voluntate possunt in matrimonium accipi; alias matrimonium esset illicitum: rapta enim sunt prius restituenda. Raptus non dirimit matrimonium contractum, licet impediat contrahendum: & quod habetur in conc. Melden. est abrogatum.

5. Concl.

Sponsus auferens vt è domo patris sponsam, peccat violentiam inferendo, sed non crimine raptus; quia ex desponsatione habet aliquod ius in sponsam.

Artic. 8. *Vtrum adulterium sit determinata species luxuriæ ab aliis distincta.*

2. Concl.

Adulterium, quod sonat accessum ad alienum torum, est determinata species luxurium.

1. Ex Leone; qui ait adulterium esse, quo contra pactum coniugale concumbitur. At hoc importat specialem deformitatem. Ergo.

2. Quia mulier adulterio dupliciter peccatur contra castitatem & humanæ generationis bonum primum; quia homo accedit ad mulierem non sibi matrimonio copulatam quod requiritur ad bonum proprię prolis educandæ: deinde, quia accedit ad mulierem alteri matrimonio copulatam, & sic impedit bonum prolis alienæ; quæ omnia specialiter pertinent ad deformitatem adulterii: & quod dictum est de viro, eadem intelligendum est de muliere coniugata, quæ per adulterium corrumpitur, vt habetur Eccl. 23. Omnis mulier, &c.

† 2 Concl.

Ex parte eius, qui accedit, si vxorem habet semper est adulterium; quia contra fidem matrimonii agit: at ex parte eius quam cognoscit potest esse adulterium, stuprum, fornicatio, &c.

3. Concl.

Adulterium proprie matrimonio contrariatur, vt violat matrimonii fidem, ad quam coniuges tenentur. Et qui facit contra bonum matrimonii inhonestè eo vtens, licet finem non violet, aliqualiter tamen potest adulter nominari.

Alio modo peccatum adulterii est circa bonum matrimonii, quam peccatum stupri. 4. Concl.

Quia vxor est in potestate viri copulata matrimonio, puella vero sub potestate patris & copulanda matrimonio.

Art. 9. *Vtrum incestus sit determinata species luxuriæ.*

Incestus est determinata species luxuriæ. 1. Concl.

Nam species luxuriæ distinguuntur secundum conditiones mulierum.

In vsu consanguinearum vel affinium inuenitur aliquid incongruum commissioni venereæ. 2. Concl.

1. Quia homo debet quandam honorificentiam consanguineis ratione parentum, ex quibus originem de propinquo traxerunt. Iuxta illud, Mater tua, &c.

2. Illæ personæ in veteri lege specialiter sunt prohibitæ propter nimiam simul conuersantium opportunitatem venereorum. Leuit. 18.

3. Inde sequeretur impedimentum multitudinis amicorum.

4. Propter nimium libidinis incentiuum ex naturali amore, & commissione venerea additum. Vnde patet ad primum.

Persona affinis coniungitur alicui propter personam consanguinitate coniunctam, & ideo eiusdem rationis inconuenientiam facit consanguinitas & affinitas. † 3. Concl.

Quia omnium est propter alterum.

In cõmistione personarũ coniunctarũ aliquid est, quod est secundũ se indecens, & repugnans non tantũ rationi v.g. inter parentes & filios, sed etiã instinctu naturali. Vnde Aristoteles, equũ se præcipitasse refert, quod deceptus matri se commiscuisset. Commistionẽ verum fratrum & sororum antiquitus necessitas induxit, sed postea religio damnauit. 4. Concl. 9. de hist. animal.

Art. 10. *Vtrum sacrilegium possit esse species luxuriæ.*

Obseruatio castitatis secundum quod ordinatur ad cultum Dei est actus religionis. *Vt patet per Aug. in lib. de virgin. c. 8.* 1. Concl.

Sicut luxuria, secundum quod violat aliquid ad diuinum cultum pertinens, pertinet ad speciem sacrilegii, ita sacrilegium potest poni species luxuriæ. 2. Concl.

Nam ablatio cuiuscunque virtutis vel rei ordinatæ ad finem alterius assumit speciem illius, sicut furtum, quod propter adulterium committitur, transit in speciem adulterii.

Aliqua luxuriæ species potest esse species irregularitatis sicut superioris cuiusdam generis, secundum quod refertur ad illud. † 3. Conc

4. Concl. Sacrilegium secundum quod ordinatur ad alterius vitii finem potest concurrere cum diuersis luxuriæ speciebus, vt si quis abutatur persona spiritualiter sibi coniuncta, committit sacrilegium per modum incestus; si Deo sacrata, quasi eius sponsa, est sacrilegium per modum adulterii: si vt patri spirituali est commissa, erit spirituale stuprum; si violenter raptus.

5. Concl. Quatenus res sacrata concupiscitur ad possidendum pertinet ad iniustitiam, tamen specialius tribuitur luxuriæ castitati oppositæ, ad cuius obseruantiam aliquæ personæ specialiter consecrantur.

Art. 11. *Vtrum vitium contra naturam sit species luxuriæ.*

1. Concl. Vitium contra naturam est determinata luxuriæ species.

Ex Paulo, qui connumerat aliis luxuriæ speciebus, & Glossa, immunditiam, id est, luxuriam.

2. Concl. In stupro etiam adulterio violatur mulier, quod his modis contingit.

1. Si absque omni concubitu ob delectationem procuretur pollutio quæ immunditia, & mollitia dicitur.

2. Si fiat cum concubitu ad rem non eiusdem speciei, quæ vocatur bestialitas.

3. Si fiat per concubitum ad non debitum sexum. Sic masculi ad masculum, & femina ad feminam; quod dicitur sodomiticum vitium.

4. Si non seruetur naturalis modus concumbendi, vel quantum ad instrumentum non debitum, vel quantum ad alios monstruosos, & bestiales concumbendi modos.

Arist. 1. huius q. Supra enumerantur tantum speciales luxuriæ quæ non repugnant naturæ humanæ, & ideo prætermissum fuit vitium contra naturam.

3. Concl. Bestialitas differt à malitia, quæ humanæ virtuti opponitur per quendam excessum circa eandem naturam; ideo ad idem genus reduci potest.

4. Concl. Luxuriosus non intendit generationem humanam; sed delectationem veneream, quæ quæritur etiam in vitio contra naturam.

Art. 12. *Vtrum vitium contra naturam sit maximum peccatum inter species luxuriæ.*

1. Concl. lib. de adult. coniug. Inter species luxuriæ grauissimum est peccatum contra naturam.

1. Aug. qui hæc docet.

2. In quouis genere pessimum est, principii corruptio, ex quo alia dependent. Sed hoc accidit in his quæ contra naturam, quia principia rationis sunt ea, quæ sunt secundum naturam. Sed in illis, quæ sunt contra naturam, homo non attenditur id, quod est secundum naturam determinatum circa vsum venereum. Ergo.

2. Concl. Post vitium contra naturam est incestus, qui est contra naturalem propinquorum reuerentiam: deinde adulterium quod est grauius, quam stuprum: quia maior iniuria si si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta ad vtum generationis, quam ad solam custodiam: & vtrunque aggrauatur per violentiam; vnde raptus virginis grauius est, quam stuprum; & raptus vxoris quam adulterium & hæc omnia aggrauantur secundum rationem sacrilegii.

3. Concl. Aug. lib. conf. c. 8. In peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturæ violatur, fit iniuria ipsi Deo ordinatori naturæ.

4. Concl. Peccata contra naturam tanto sunt grauiora, quam sacrilegium, quanto ordo naturæ humanæ inditus est prior & stabilior, quam quis alius ordo additus.

5. Concl. Grauius est vitium contra naturam, quam incestus.

Quia vnicuique indiuiduo magis est connaturalis species quam quodcunque aliud indiuiduum: ideo vitia contra naturam species sunt grauiora.

6 Concl. In vitiis, contra naturam infimum locum tenet peccatum immunditiæ, quod consistit in sola omissione concubitus: grauissimum est peccatum bestialitatis: quia non seruatur debita species: deinde sodomiticum; postea peccatum, cum non seruatur debitus modus concumbendi: magis autem, si non sit debitum vas, quam si sit inordinatio. Grauitas enim magis attenditur ex abusu rei, quam ex omissione debiti vsus.

Quæstio 155. *De partibus potentialibus temperantiæ.*

Art. 1. *Vtrum continentia sit virtus.*

1. Concl. Gal. 5. Si continentia dicatur esse ea per quam aliquis abstinet ab omni delectatione venerea, principalis & perfecta continentia est virginitas, secundaria vero viduitas: & secundum hoc eadem est ratio de continentia & virginitate.

2. Concl. Arist. lib. 5. eth. Si continentia dicatur esse per quam aliquis resistit concupiscentiis prauis, quæ in eo vehementes existunt, habet aliquid de

ratione

ratione virtutis, quatenus ratio est firmata contra passiones vnde Andronicus ait esse habitum inuictum a delectatione.

3. Concl. Continentia hoc modo sumpta, non attingit perfectam rationem virtutis moralis secundum quod etiam appetitus sensitiuus subditur rationi.

Quia in continente insurgunt vehementes passiones, ideo Aristot. dat habere aliquid de virtute & ab ea deficere, vnde patet ad primum.

4. Concl. 4. eth. c. 9. Si virtus largius sumatur pro quolibet principio laudabilium operum, continentia potest dici virtus.

† 5. Concl. Proprie & vere continens est, qui persistit in ratione recta, absti nens à concupiscentijs prauis, non autem qui persistit in ratione peruersa abstinens à concupiscentijs bonis.

6. Concl. Glos. quæ ait, *aliquem per concupiscentiam abstinere etiam a bonis*, intelligitur, de licitis minus bonis, vt totaliter intendatur perfectioribus bonis.

Art. 2. Vtrum materia continentia sint concupiscentia delectationum, tactus

Continentia, & incontinentia proprie dicuntur circa concupiscentiam delectabilium tactus.

1. *Quia sunt circa ea, circa quæ sunt temperantia & intemperantia ex Arist. sed hæc sunt circa concupiscentias delectabilium tactus. Ergo*

2. *Nomen continentiæ refrænationem quandã importat, in quantum tenet se aliquis ne passioni sequatur, ideo proprie dicitur circa eas passiones, quæ impellunt ad aliquid prosequendum, in quibus laudabile est, vt ratio ratrahat et hominem a prosequendo sed huiusmodi maxime sunt passiones delectabilium tactus: quia tanto passiones vehementius impellunt ad aliquid prosequendũ quanto magis sequuntur inclinationem naturæ, quæ præcipue inclinat ad ea, quæ sunt necessaria, vel ad conseruationem individui, vt est cibus & potus, vel speciei, vt sunt actus veneri, quorum delectationes ad tactum pertinent. Ergo.*

† 2. Concl. lib. 1 offi. c. 46. Continentia proprie dicitur in materia, in in qua optimum & difficillimum est contineri scilicet in concupiscentijs delectationũ tactus: at secundum quid potest dici in quacunque alia materia, & sic accipitur ab Ambr.

3. Concl. Circa iram dicitur quis continens secundum quid: quia impetus iræ magis sequitur apprehensionem animalem, quam inclinationem naturalem. Similiter circa exteriora bona, vt circa lucrum, & honores, non dicitur quis continens simpliciter: vnde soluitur secundum.

4. Concl. Dicitur etiam proprie circa cibos, sed magis circa delectationes venereas, quia sunt vehementiores.

1. Concl. Cum concupiscentia sit bonum rationis humanæ, attenditur solum circa passiones, quæ possunt esse homini connaturales: cuiusmodi non sunt esus humanarum carnium, nisus puerorum &c.

Art. 3. Vtrum subiectum continentia sit vis concupiscibilis.

1. Concl. Aust. 7. Eth. c. 9. Continentia non est in concupiscibili, sicut in subiecto.

1. Omnis virtus aufert malum actum potentiæ, in qua existit. Sed continentia non aufert malũ actum concupiscibilis, quia continens habet concupiscentias pravas. Ergo

2. Virtus, quæ est in aliquo subiecto, facit illud differre à dispositione, quam habet dum subjicitur opposito vitio. Sed concupiscibilis eodem modo se habet in eo, qui est continens, & in eo, qui non est continens, quia in vtroque prorumpit in concupiscentias pravas & vehementes Ergo.

2. Concl. Continentia sicut in subiecto est in illa vi animæ, cuius actus est electio. i. in voluntate.

Quia continens, sicuti, & incontinens habet rationem rectam, & vterque extra passiones eligit in proposito concupiscentias non sequi: sed differunt in electione, quia continens quamuis patiatur vehementes concupiscentias, tamen eligit non sequi eas incontinens eligit eas sequi non obstante repugnantia.

3. Concl. Continentia habetia materiam cõcupiscẽtias delectationum tactus, non quod eas moderetur, vt temperantia, quæ est in concupiscibili: sed est circa eas, quasi eis resistens, & ideo non potest esse in concupiscibili.

4. Concl. Continentia potest attribui rationi, sicut primo mouenti, & incontinentia concupiscibili; quamuis vtraque immediate pertineat ad voluntatẽ, vt ad proprium subiectũ.

5. Concl. Licet passiones non sint in voluntate: vt in subiecto: est tamen in potestate voluntatis eis resistere.

Art. 4. Vtrum continentia sit melior quam temperantia.

1. Concl. Si continentia accipiatur, vt importat resistentiam rationis ad concupiscentias pravas, comparatur ad temperantiam, sicut imperfectum ad perfectum.

1. Ex Tullio, & Ambros. qui ponunt continentiam adiunctã temperantiæ, vt principali virtuti.

2. Bonum virtus laudabile est ex eo, quod est secundum rationem. Sed plus viget hoc bonum in eo, qui est temperatus, in quo etiam ipse appetitus sensitivus est subiectus rationi, quam in eo, qui est continens, in quo idem appetitus vehemens resistit rationi Ergo.

2. Concl. Continentia vt importat cessationē in omnibus delectationibus venereis, est potior temperantia simpliciter. dicta.

Patet ex his quæ dicta sunt de præeminentia virginitatis ad castitatem simpliciter dictam.

†3. Concl. Eccl. 20. Illud, *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ*, vel intelligitur in genere castitatis, prout continentia abstinet ab omnibus venereis, vel prout nomen continentiæ sumitur communiter pro omni abstinentia a rebus illicitis.

4. Concl. Quando magnitudo, vel debilitas concupiscentiæ oriuntur ex causa corporali, vel ob naturalem complexionem, vel ob opportunitates delectationum augent, vel minuunt meritum quando ex causa spirituali. s. ex vehementia caritatis, vel fortitudine rationis tunc debilitas auget meritū ratione suæ causæ, magnitudo vero minuit.

5. Concl. Etsi continentia sit in voluntate, & temperantia in concupiscibili, non ideo continentia est præstantior.

Quia bonum rationis contingit etiam & quæ ad concupiscibilem.

Quæstio 156. De incontinentia.

Art. 1. Vtrum incontinentia pertinet ad animam, an ad corpus.

1. Concl. Aristot. li. 7. Ethic. 3. INcontinentia principaliter ad animam pertinet,

1. *Homo differt a bestijs secundum animam differt autem secundum continentiam & incontinentiam. Ergo.*

2. *Vnumquodque attribuitur magis ei, quod est causa per se, quam ei quod solum occasionem præstat. Sed anima est causa per se incontinentiæ, corpus autem solum occasionem præbet, quia licet ex dispositione corporis passiones oriantur in appetitu sensitivo, non tamen est sufficiens causa, nisi anima, vel passionibus cedat antequam ratio constituatur, qua vocatur irrefrenata incontinentia. Vel languidatio, vel cum homo nō permanet in his quæ constituta sunt, & hæc incontinentia vocatur debilitas.*

1. Concl. Aristot. li. 7. eth. c. 5. Si passiones adeo insurgant: vt totaliter auferant vsum rationis, non remanet ratio continentiæ, vel incontinentiæ: quia non saluatur iudicium rationis, quod continens seruat, & incontinens deserit.

Mulieres propter debilitatem complexionis, vt in pluribus debiliter rebus inhærent, ideo Arist. loquitur de illis, quasi non habentibus iudicium rationis firmum, licet in aliquibus contrarium accidat: Ideo non dicimus esse continentes, cum non habeant solidam rationem, sed facile passiones sequantur. †3. Concl. li. 7. Eth. c. 7.

4. Concl. Aristot. li. 7. eth. c. 7. Aliquis statim passionē sequitur ante consilium, ex impetu passionis, qui, vel est ex velocitate, vt in colericis, vel ex vehementia, vt in melancholicis: hoc autem accidit, prout ex complexione corporis datur incontinentiæ occasio, non autem causa sufficiens.

5. Concl. Concupiscentia carnis in eo qui est incōtinens superat spiritum, non necessario, sed ex negligentia spiritus non resistentis fortiter.

Art. 2. Vtrum incontinentia sit peccatum.

1. Concl. 2. ad Tim. 3. Aristot. li. 7. eth. c. 8. Incontinentia, vt proprie, & principaliter attenditur circa concupiscentias delectationum tactus, est peccatum.

1. *Paulus eam connumerat alijs peccatis. Ergo.*

2. *Incontinens recedit ab eo, quod est secundum rationem, Ergo.*

3. *Immergit se quibusdam turpibus delectationibus. Ergo.*

2. Concl. Incontinentia aliquando est peccatum, non quod quis ingerat se prauis concupiscētijs, sed quod non seruet modum rationis in concupiscentia etiam retum, per se expetendarum.

3. Concl. Incontinentia, circa concupiscentiam virtutum, quibus non possumus abuti, non est peccatum, sed pertinet ad perfectionem virtutis.

4. Concl. Licet homo egeat Dei auxilio, vt sit continens, non ideo incontinentia non est peccatum, quia quæ per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus.

5. Concl. 3. Eth. c. 3. In incontinente vincitur iudicium rationis, sed ex negligentia, non ex necessitate, ideo peccat.

Art. 3. Vtrum incontinens plus peccet, quam intemperantus.

1. Concl. lib. 7. eth. c. 8. Intemperantus est multo peior, quam incontinens.

1. *Impœnitentia aggrauat omne peccatum. Sed intemperatus non est pœnitibilis, incontinens & quæ ex Arist. Ergo.*

2. *Vbi est maior inclinatio voluntatis ad peccatum, ibi est grauius peccatum, quia peccatum in*

voluntate consistit. Sed maior inclinatio voluntatis est in intemperato, quam in incontinente, in illo enim voluntas ex habitu inclinatur ad peccandū, in hoc ex passione, quæ transit, habitus vero manet. Ergo intemperatus, &c.

† 2. Concl. Ignorantia rationis quandoque præcedit inclinationem appetitus, & causat eam, & tunc quo est maior ignorantia, eo magis peccatum diminuit, vel omnino excusat: quandoque sequitur talem inclinationem, & tūc, quo est maior, eo peccatum est grauius, & hæc est maior in intemperato, ideo magis peccat.

3. Concl. Ijsdem medijs vterque sanari potest, sed intemperatus difficilius.

Quia habet rationem corruptam circa finem, & est magis inclinatus propter habitum.

4. Concl. Libido voluntatis, quæ auget peccatum, maior est in intemperato, quam in incontinente: at libido concupiscentiæ appetitus sensitiui quandoque maior est in continente, sed hæc noe facit peccatum grauius.

Artic. 4. Vtrum incontinens iræ sit peior quam incontinens concupiscentiæ.

1. Concl. Ex parte passionis, ex qua ratio superatur, incontinentia concupiscentiæ turpior est, quam incontinentia iræ.

1. *Ita docet Arist. in Eth.*

lib. 7. c. 6. 2. *Motus concupiscentiæ habet maiorem deordinationem, quam motus iræ. Ergo Hoc probatur.*

1. Motus iræ participat aliquo modo de ratione & tendit in vindictam iniuriæ, licet non debito modo sed motus concupiscentiæ non est secundum rationem.

2. Motus iræ magis sequitur corporis complexionem ob velocitatem motus colericæ, ideo est magis venia dignus.

3. Ira quærit manifeste operari, concupiscentia vero occulte.

4. Concupiscens debilitatiuè operatur, iratus quadam tristitia præcedente contentus.

2. Concl. Ratione mali in quod quis incidit, incontinentia iræ est, vt in plurimum grauior.

Quia inducit in proximi detrimentum.

Difficilius est assidue pugnare contra concupiscentiam, quę est magis continua, quam contra iram, sed ad horam difficilius est resistere iræ, propter eius impetum.

4. Concl. Concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quod eam omnino auferat, sed quia in nullo procedit secundum rationem, ac proinde est turpior. Tertiū procedit ex parte coram in quæ incontinens deducitur.

Quæstio 157. De clementia, & mansuetudine.

Artic. 1. Vtrum clementia, & mansuetudo sine penitus idem.

1. Concl. MAnsuetudo, vt refrænat impetum iræ concurrit in eudem effectum cū clementia.

Nam cum virtus moralis sit circa passiones & actiones, & passiones interiores sint exteriorum actionum principia, ideo virtutes quæ moderantur passiones quodam modo concurrunt in eundē effectum cum virtutibus, quæ moderantur actiones, licet specie differant. Sed mansuetudo moderatur passionem iræ, & clementia actionem. Ergo.

2. Concl. lib. 2. de Clemen. Clementia & modestia differunt, prout illa moderatur exteriorem punitionem, hæc proprie dimittit passionem iræ. Rursus ex Seneca clementia est lenitas superioris aduersus inferiorem, sed mansuetudo est cuiuslibet ad quemlibet.

† 3. Concl. Clementia immentia immediate respicit pœnas, at mansuetudo immediate appetitū vindictæ: vnde non sunt omnino idem.

4. Concl. Tul. lib. 2. de inuen. Animus concitatus in odium retinetur per clementiam, ne scilicet acriorem pœnam inferat, non quod clementia sit directe odij moderatius.

5. Concl. Mansuetudo ptopric opponitur iracundiæ, non crudelitas.

Quia illa importat excessum iræ, hæc excessum pœnarum, non ergo circa idem.

Art. 2. Vtrum clementia, quam mansuetudo sit virtus.

1. Concl. lib. 2. de Clem. Tam clementia, quam mansuetudo est virtus.

1. Vtraque, vt ait Seneca, boni viri præstant. Ergo vtraque erit virtus, quæ ad bonos viros pertinet.

2. Concl. *2. Ratio virtutis humanæ in hoc est sita, vt appetitus rationi subdatur. Sed hoc in vtraque seruatur: nam clementia in diminuendo pœnas respicit ad orationem, & mansuetudo secundum rationem moderatur iras. Ergo.*

Neutra directe opponitur seueritati, quæ est circa inflictionem pœnarum.

3. Concl. *Quia amba sunt vt recta ratio requirit.*

Vtraque consistit in medio: denominatur autem a diminutione, quia habitus qui medium tenet in ira, est innominatus, & est propinquior diminutioni, quam superabundantiæ. Clementia est diminutiua pœnarum, non quidem respectu rectæ rationis, sed communis legis.

† 2. Concl. Ira vt passio absolute considerata, non importat rationem meriti, vel demeriti: sed vt est, vel non est regulata ratione.

3. Concl. Iratus appetit malum alterius propter vindictam, in quod fertur eius appetitus, vt in commutabile bonum.

4. Concl. Motus præuenientes rationis iudicium, non sunt in potestate hominis in generali: sed potest quem liber singulariter impedire, cum per rationem sit dominus suorum actuum: ideo cum aliquo modo sint in eius potestate, possunt habere rationem peccati, si sint inordinati.

5. Concl. Actus irascibilis in tantum est naturalis, in quantum est secundum rationem, cuius ordinem si prætermittat, erit contra naturam, cum irascibilis in homine naturaliter rationi subsit.

Art. 3. Vtrum omnis ira sit peccatum mortale.

1. Concl. Non omnis ira est peccatum mortale.

1. Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare, vbi Glos. venialis est ira &c.

2. Ira potest esse inordinata, primum ex parte appetibilis, vt si appetatur iniusta vindicta, & sic ex genere suo, est peccatum mortale: quia est contraria caritati, & iustitiæ: potest tamen esse venialle ob actus imperfectionem: quæ vel attenditur ex parte appetentis, vt cum ira præuenit rationem vel ex parte appetibilis, vt cum quis appetit immodicose vindicare: secundo quantum ad modū irascendi, vt si nimis ardenter irascatur interius, vel si nimia exterius manifestet signa iræ. & sic ex suo genere non est mortale: potest tamen esse, si ex vehementia iræ quis excedat à dilectione Dei, vel proximi.

† 2. Concl. Iob. 5. Dicitur, *iram interficere stultum* non quod semper sit peccatum mortale, sed quod stultus eam non refrænando in peccatum mort. labitur.

3. Concl. *Qui irascitur fratri, est reus iudicio* cum appetit proximi occisionem, vel grauem lxsionem.

4. Concl. In casu, in quo ira contrariatur caritati est peccatum mortale, quod non semper accidit.

Art. 4. Vtrum ira sit grauissimum peccatum.

1. Concl. Aug. in reg. cap. 3. Ira quantum ad appetibile, quod iratus appetit, videtur esse minimum peccatorum: & grauius est odium, quam inuidia, cum quibus ira ex parte appetibilis conuenit.

Quia odium appetit absolute malum alterius, inquantum huiusmodi inuidus appetit propriam gloriam, iratus vero sub ratione boni, scilicet iustæ vindictæ. Sed peius est appetere malum vt malum, quam, vt bonum, & sub ratione boni exterioris, quam sub ratione iustitiæ. Ergo.

† 2. Concl. Ex parte boni, sub cuius ratione iratus appetit, ira conuenit cum concupiscentia, & est minus peccatum, quanto melius est bonum iustitiæ quod appetiti ratus, quam bonū delectabile vel vtile, quod appetit concupiscēs. Ideo incontinens concupiscentiæ ex Arist. est turpior, quam incontinens iræ.

2. Concl. l. 7. eth. c. 9. Ira quantum ad inordinationem modi irascendi, habet quandam excellentiam propter vehementiam sui motus, ideo Pro. 27. dicitur, non habere misericordiam: lege Grego. 5 Mora. Cap. 31.

3. Concl. Hom. 29. ad popul. Ans. Nihil est deformius visu furētis, ait Chryso. quantum ad gestus exteriores, qui prouenium eximperu iræ: vnde patet etiam ad secundum.

4 Concl. Homicidium non minus prouenit ex odio, vel inuidia, quam exira, quæ leuior est, ratione dicta.

Art. 5. Vtrum philosophus conuenienter determinet species iracundiæ, dicens, quod iracundorum, quidam sunt acuti quidam amari quidam difficiles.

1 Concl. Arist. l. 4 eth. c. 5. Conuenienter philoso. determinat dictas species iracundię.

Quia inordinatio iræ primum potest attendi ex origine iræ: & hoc pertinet ad acutos, qui cito irascuntur ex qualibet leui causa: deinde ex duratione iræ, & hoc, vel quia causa iræ, id est iniuria illata diu memoriæ haeret, vnde homo diutinā tristitiam concipit, & est sibipsi grauis, & amarus: vel ex parte ipsius vindictæ, quam obstinato appetitu quærit, & hoc pertinet ad difficiles. Idem docet Gregor. Nyss. qui ponit iram felleam, quæ pertinet ad acutos, insaniam, quæ amaru, & furorem qui difficilibus attribuitur.

2. Concl. In his speciebus non attenditur principaliter circunstantia temporis, sed facilitas hominis ad iram, & firmitas in ea, vnde non sumuntur aliæ species secundum alias circunstantias.

3. Concl. Amari, & difficiles habent iram diuturnā, sed amari ob permanētiam tristitiæ, difficiles vero ob iustitiæ vehemens desiderium vindictæ: vnde illi per tempus quiescunt, isti per soluam punitionem.

l. 4. de Trinit. anime cap. 3.

4. Concl. Matth. 5. Gradus iræ, quos dominus ponit, non pertinent ad diuersas iræ species sed accipiuntur secundum processum humani actus: in quibus primo aliquid concipitur: deinde per signa manifestatur, postea ad effectum perducitur. Ideo dixit, *qui iratus fuerit fratri, qui dixerit, raca, & qui dixerit, fatue.*

Art. 6. Vtrum ira debeat poni inter vitia capitalia.

1. Concl. 31. Mor. c. 31. Ira est vitium capitale.

1. *Ex Greg. qui inter ista enumerat.*

2. *Illud est vitium capitale, ex quo multa vitia oriri possunt: huiusmodi est ira, tum quia habet obiectum summe appetibile, quia vindicta appetitur sub ratione iusti, vel honesti: tum ex suo impetu, quo mentem precipitat ad illicita quæcunque agenda. Ergo*

† 2. Concl. Tristitia ex qua oritur ira, non est accediæ vitium, sed passio tristiæ, quæ consequitur ex iniuria illata.

3. Conc. Magis est vitium capitale ira, quam odiũ, non quod sit grauis peccatum, sed quia habet finem magis appetibilem.

4. Concl. Ira dicitur ianua vitiorum per accidens, vt impedit vsum rationis, sed directe & per se, est causa aliquorum, quæ eius filiæ dicuntur.

Art. 7. Vtrum conuenienter assignentur sex iræ filiæ scil. rixa tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia.

1. Concl. 31. Mor. c. 31. Conuenienter assignantur dictæ sex fidiæ iræ.

1 *Ex Greg. qui has assignat.*

2. *Ira consideratur tripliciter, primo vt est in corde, & sic ex parte iracundi punitur indignatio prout reputat se indignum eo quod sibi illatum sit. & tumor mentis prout excogitat diuersa vindicta; secundo more, & tunc vel inordinatio sermonis loquendi, quo ira ostenditur, & sic ponitur clamor, per quem intelliguntur inordinata & confusa locutio, vel est prout aliquis prorumpit in verba iniuriosa, quæ si sint contra Deũ est blasphemia, si contra proximum, contumelia: tertio, vt procedat vsque ad factum; & sic ortum rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ proximo inferuntur facto.*

† 2. Conc. Blasphemia in quam aliquis prorumpit ex deliberata mente, procedit ex superbia: sed aliquæ oritur ex commotione animi, procedit ex ira.

3 Concl. Odium magis oritur ex accedia, quam ex ira, licet aliquando etiam ex ira: quia causa ex qua directius oritur, id est tristitia, pertinet ad accediam.

4. Concl. Tumor mentis non accipitur hic pro superbia, sed pro quodam conatu hominis intendentis vindictam.

Art. 8. Vtrum sit aliquod vitium oppositum iracundiæ proueniens ex defectu iræ.

1. Concl. Si ira accipiatur, vel est simplex motus voluntatis, quo aliquis non ex passione, sed ex iudicio rationis pœnam infligit, defectus iræ est peccatum.

Hom. 11. in Matt. oper. imperf. *Iracundia, aut Chrysippus eam causa est, non est iracundia, sed iudicium: nam iracundia propriè est commotio passionis. Ergo qui ex causa irascitur, & non ex passione, iudicare dicitur, & non irasci. Ideo alio loco dixit: qui cum causa non irascitur, peccat.*

2. Concl. Defectus iræ, si ira accipiatur pro motu appetitus sensitiui, qui est cum passione corporali, est vitiosus.

Quia iste motus consequitur ad simplicem motum voluntatis, cum appetitus inferior naturaliter sequatur motum appetitus superioris. Vnde iste motus non potest totaliter deficere, nisi per subtractionem, aut debilitatem motus voluntatis.

† 3. Concl. Qui totaliter non irascitur cum debet, imitatur Deum quantum ad carentiam passionis, sed non quantum ad hoc, quod Deus ex iudicio punit.

4. Concl. Passio iræ est vtilis vt alii motus appetitus sensitiui, vt homo promptius exequatur, quod ratio dictat.

5. Concl. Remotio iræ est signum remotionis iudicii rationis, a quo moderata est ira; quia remotio effectus, est signum remotionis causæ.

Quæstio 159. De crudelitate.

Art. 1. Vtrum crudelitas opponatur clementiæ.

1. Concl. lib. 2. de clem. c. 4. Crudelitas opponitur clementiæ.

1. *Ex Seneca, qui sic dicit.*

2. *Nomen crudelitatis a cruditate sumptum videtur: nam sicut quæ cocta, & digesta sunt habent suauem saporem, ita quæ sunt cruda asperum. Sed clementia portat animi tranquillitatem, siue dulcedinem, quæ quasi digestionem quandam facit. Ergo.*

3. Concl. Super excessus pœnarum, in actu exteriore pertinet ad inualitiam; sed quantum ad animi asperitatem per quam aliquis fit promptus ad pœnas augendas, pertinet ad crudelitatem.

Clemen-

3. Concl. Clementia & misericordia conueniunt in hoc, quod vtraq; refugit miseriam alienam: sed misericordia subuenit per beneficii collocationem, clementia per pœnarum subtractionem: ideo crudelitas directius opponitur clementiæ, quam misericordiæ.

4. Concl. Cum dicitur, *quis crudelis est, etiam propinquos abnegat*, accipitur crudelitas pro misericordia, quæ non est beneficia: dici etiam potest, ipsam beneficii subtractionem pœnam quandam esse.

Art. 2. Vtrum crudelitas à sæuitia, siue à feritate differat.

1 Concl. lib. 2. de clem. c. 4. Crudelitas differt a sæuitia, siue feritate, vt malitia humana a bestialitate.

1. Qui non legibus, aut vendicta vtitur, non crudelis, sed ferus, vel sæuus dicitur.

2. Proprie ignoscendo ferimus, seu sententia dicitur sic animus quo ... aliquis in pœnis inferendis non considerat culpas eorum qui puniuntur, sed solam delectationem, quæ non est humana, sed bestialis, ex ... ore ferarum ..., qua hominibus nocent, & eorum corporibus vescantur; at crudelitas attendit culpam in eo qui punitur, sed excedit modum. Ergo.

2 Concl. Clementia est virtus humana, ideo directe ei opponitur crudelitas, quæ est malitia humana: at sæuitia continetur sub bestialitate, & ideo directius opponitur excellentiori virtuti sc. heroicæ, vel diuinæ, seu dono spiritus sancti, quod pietas dicitur.

3. Concl. Seuerus non dicitur simpliciter sæuus, sed solum secundum quandam similitudinem sæuitiæ, quæ non est diminutiua pœnarum.

4. Concl. Remissio punitionis directe opponitur crudelitati, non autem sæuitiæ, quia remissio in puniendo non est vitium nisi prout prætermittitur ordo iustitiæ, quem sæuitia non attendit.

Quæstio 160. De modestia.

Art. 1. Vtrum modestia sit pars temperantiæ.

3. Concl. lib. 2 de inuent. MOdestia adiungitur temperantiæ tanquam principali.

1. Ex Tullio, qui eam ponit partem temperantiæ.

2. Temperantia moderationem adhibet in his in quibus difficillimum est moderare, sc. in concupiscentiis delectationum tactus. Sed vbi est aliqua virtus efficaciter circa aliquod maximum oportet esse aliam virtutem circa ea, quæ mediocriter se habent, vt in omnibus hominibus vita sit regulata. Ergo necesse est esse aliam virtutem moderatiuam in aliis mediocribus. Sed hæc est modestia. Ergo.

2. Concl. Modus qui communiter obseruatur in omnibus virtutibus appropriatur speciali virtuti, quæ in minimis modum præbet, scilicet modestiæ.

1 Concl. Temperantia, & modestia eandem habent materiam: sed illa est circa passiones vehementes, hæc circa mediocres.

4. Concl. 2. Tim. 2. Cum dicitur, *seruum Dei debere esse mansuetum ad omnes, cum modestia, &c.* accipitur modestia late, prout requiritur in omnibus virtutibus.

Art. 2. Vtrum modestia sit solum circa exteriores actiones.

1. Concl. Modestia est moderatiua eorum, quæ non difficultate fruenda: vnde vbi est specialis ratio boni, & difficilis in moderando ibi est alia virtus a modestia, quæ est solum circa minora: ideo a temperantia & clementia distinguitur.

2. Concl. Quæ modestiæ moderanda relinquuntur, videntur esse quatuor. Primum motus animi ad aliquam excellentiam, quem moderatur humilitas: secundum, desiderium eorum, quæ pertinent ad cogitationem quod moderatur studiositas: tertium, quod pertinet ad corporales motus, & actiones, vt sc. decenter & honeste fiant, & in his quæ ioco aguntur: quartum quod pertinet ad exteriorem apparatum, vt in vestibus, &c. sed circa quædam eorum alii, vt Andron. ponunt mansuetudinem, & cæt. vt supra est dictum. Arist. circa ludum posuit eutrapeliam: sed omnia comprehenduntur sub nomine modestiæ vt a Tullio sumitur. q. 143. art. 4.

3. Concl. lib. de in 2. Modestia se habet non solum circa exteriores actiones, sed etiam circa interiores.

Quia in omnibus his oportet obseruare modum à quo modestia dicitur.

4. Concl. Phil. 4 o. Quod Paulus ait modestiam debere esse notam omnibus, non tollit, quin etiam sit circa interiora.

Quia etiam interiorum moderatio potest manifestari per exteriora signa.

5. Concl. Nihil prohibet modestiam esse circa ea, quæ requirunt diuersas virtutes: quia sub modestiam continentur diuersæ virtutes: vnde patet ad tertium.

Quæstio 161. De speciebus modestiæ.

Art. 1. Vtrum humilitas sit virtus.

1 Concl. Hom. 8 in Luc.

HVmilitas est quædam virtus.

1. *Humilitas, ait Greg. proprie in scripturis ſuna de virtutibus prædicatur, &c.*

2. *Circa motus appetitiuos, qui se habent per modum impulſionis, oportet esse virtutem, quæ eos moderetur: & circa illos, qui se habent per modum retractionis & resiliuæ parte appetitus oportet esse virtutem impellentem. Sed bonum arduum habet aliquid, quod attrahit, scilicet ipſam rationem boni, & aliquid retrahens, scilicet difficultatem adipiſcendi. Ergo oportet vt circa eius appetitum ſit vna virtus quæ refrænet animum, ne immoderate tendat in excelſa, & hæc eſt humilitas: alter. quæ impellat animum ad proſecutionē magnorum, ſecundum rationem rectam, & hæc eſt magnanimitas. Ergo..*

† 2. Concl. Si humilitas ſit ex principio extrinſeco, vt cū quis ab alio deijcitur, eſt pœna: ſi ex principio intrinſeco, & bene fiat, vt cum quis cōſiderans ſuū defectum, tenet ſe in infimis ſecundum ſuum modum, eſt virtus: ſi fiat male, vt cum homo honorem ſuum non intelligens comparat ſe iumentis, &c. non eſt virtus..

3. Concl. Eccl. 19. Humilitas, ſecundum ſigna exteriora tantum, eſt falſa: ſed quæ eſt ſecundum interiorem motum animæ, eſt virtus..

4. Concl. Magnanimitas non opponitur humilitati: quia humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magnæ præter rationem: magnanimitas ad magna impellit ſecundum rationem rectam.

5. Concl. Solus Deus ſimpliciter eſt perfectus, qui non competit humilitas niſi ſecundum naturā aſſumtā: at perfecto ſecundum quid, vt eſt homo virtuoſus, cuius perfectio reſpectu Dei eſt diminuta, conuenit humilitas..

6. Concl. Ariſt. enumerat virtutes vt ordinantur ad vitam ciuilem, ideo non numerauit humilitatē, quæ, vt eſt ſpecialis virtus, reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum.

Art. 2. Vtrum humilitas conſiſtat circa appetitum.

1. Concl. in de pæn. med. c. 1. HVmilitas proprie eſt moderatiua, & di[ctiua] appetitus.

[Ad primum ergo dicendum, quod] *ſicut Epiſ. qui cupit habitare in domo de[i]* [non] *eligeſt. Sed electio pertinet ad appo[ſitum]*

[Ad ſecundum dicendum, quod] *magnanimitas etiam pertinet, vt aliquis repri-*

mat ſeipſum, ne feratur in ea quæ ſunt ſupra ſe. Sed ad hoc eſt neceſſarium, vt aliquis cognoſcat id in quo deficit à proportione eius, quod ſuam virtutem excedit. Ergo cognitio proprij defectus pertinet ad voluntarem, ſicut regula directiua appetitus, in quo eſſentialiter conſiſtit.

† 1. Concl. Pſal. 130. Extollentia oculorum eſt quoddam ſignū ſuperbiæ, vt excludit reuerentiam, & timorem: nec in de ſequitur, vt humilitas ei contraria in cognitione, cui inſeruiunt oculi, eſſentialiter conſiſtat.

3. Concl. Qui non ex confidentia ſuarum virtū ſed diuini auxilij in maiora tendit, non facit cōtra humilitatē: aliud.n. eſt leuare ſe ad Deū, aliud contra Deum, ex Aug.

4. Concl. li. de pæn. med. c. 1. Quanuis eadem ſit virtus, quæ refrænat ſuperfluum mortum appetitus, & firmat animum contra ſuperfluam retractionem, tamē humilitas quæ comprimit appetitū magnorum, non eſt eadem cum magnanimitate, quę firmat animum contra difficultates, quæ accidunt in proſecutione magnorum: quia alia eſt vtriuſque ratio: nam ratio firmandi animum contra deſperationem, eſt adeptio proprij boni, ſed in reprimendo præſumptionem ſpei ratio præcipue ſumitur ex reuerentia diuina.. Vnde humilitas præcipue videtur importare ſubiectionem hominis ad Deum.

5. Concl. Humilitas ſecundario conſiſtit in exterioribus prout reprimit ſuper abundantiam in exterioribus ſumptibus, quæ ad quandam iactantiam ſpectat,

Artic. 3. Vtrum homo debeat ſe omnibus per humilitatem ſubijcere.

1. Concl. QVilibet homo ſecundum id, quod ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubijcere, quātum ad id, quod eſt Dei, in ipſo..

Phil. 2. *1. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, ait Paul.*

Oſe. 13. *2. Quidquid pertinet ad defectū in homine hominis eſt. Dei vero quidquid pertinet ad ſalutē & perfectionem. Sed humilitas proprie reſpicit reuerentiam, qua homo Deo ſubiicitur. Ergo..*

2. Concl. Coloſ. 2. Humilitas non requirit, vt aliquis id quod eſt Dei in ſeipſo, ſubijciat ei, quod apparet eſſe Dei in altero. *Vt cognoſcamus,* ait Paul. *Quæ à Deo dona ſint nobis.*

3. Concl. Nec etiam requirit vt aliquis quod eſt ſuū in ſeipſo, ſubijciat ei, quod eſt hominis in proximo, quia inporteret vt quilibet exiſtimaret magis peccatorem quolibet alio, tamē Paul. ait; Non natura Iudæos, & non ex gentibus peccatores, &c..

4. Concl. Potest tamen homo reputare aliquid boni esse in proximo quod in se non habet, & aliquid mali esse in se, quod non sit in proximo.

†5. Concl. Homo per humilitatem se homini subiiciendo, non exhibet homini quod debetur Deo, quia alia est reuerentia, qua Deum veneramur; alia qua homini nos subiicimus propter Deum venerantes Deum in homine.

6 Concl. Semper humilitas collocatur in parte veritatis, quando præfertur id, quod est Dei in proximo ei, quod est proprium in nobis.

7. Concl. Humilitas, vt cæteræ virtutes, præcipue interius in anima consistit: vnde potest homo secundum interiorem actum animæ alteri se subiicere, sine hoc, quod occasionem habeat alicuius, quod pertineat ad detrimentum suæ salutis. Quod si quis ex eo, quod alius se humiliat occasionem peccandi sumat, non est ei, qui quod debet facit, imputandum, cum ex se non scandalizet.

Aug. in 3. regul.

Art. 4. Vtrum humilitas sit pars modestiæ, vel temperantiæ.

Sicut mansuetudo est pars temperantiæ, ita & humilitas.

1. Concl. Hom. 8. in Luc.

1. ex Orig. qui ait eandem esse humilitatem, cum moderatione, quæ pertinet ad modestiam.

2. Omnes virtutes refrænantes impetus aliquarum actionum, vel actiones moderantes ponuntur partes temperantiæ, quia in assignando partes virtutibus, præcipue attenditur similitudo quantum ad modum virtutis; modus autem temperantiæ est moderatio impetus alicuius passionis, & sicut mansuetudo reprimit motum iræ, ita humilitas motum spei in magna tendentia. Ergo.

2. Concl. Tul. libr. 2. de inu. Humilitas inter alias partes temperantiæ continetur sub modestia, ratione superius dicta, inquantum ipsa nihil est aliud, quam quædam moderatio, spiritus.

†3. Concl. Orom. 3. Licet humilitas causetur ex reuerentia Dei: non tamen tollitur, quin sit pars modestiæ, vel temperantiæ.

Quia virtutes theologicæ sunt causa omnium aliarum virtutum.

4. Concl. Humilitas ponitur pars modestiæ & temperantiæ propter modum: vnde nihil prohibet si non conueniant in subiecto, vel materia.

5 Concl. Quo fit vt magnanimitas & humilitas quæ in materia conueniunt, non sint eiusdem virtutis partes, cum in modo differant.

Art. 5. Vtrum humilitas sit potissima virtutum.

Post virtutes theologicas, & virtutes intellectuales, quæ respiciunt ipsam rationem; & post iustitiam præsertim legalem, potior cæteris, est humilitas. 1. Concl.

Nam bonum humanæ virtutis in ordine rationis consistit, qui principaliter attenditur respectu finis, ad quem virtutes theologicæ, quæ habent vltimum finem pro obiecto, sunt potissimæ, secundario attenditur prout secundum rationem finis ordinantur ea, quæ sunt ad finem, & hæc ordinatio essentialiter est in ipsa ratione ordinante; participative in appetitu per rationem ordinato, & hanc ordinationem facit iustitia præsertim legalis, sed humilitas facit hominem huic ordinationi esse subiectum quantum ad omnia, & alia virtutes quantum ad materiam spectatem. Ergo.

†2. Concl. Ex eo, *quod* Chrysost. *si mista delictis humilitas tam facile currit, & iustitiæ superbia communia transeat, &c.* non sequitur humilitatem præferri iustitiæ.

Quia iustitia superbiæ communia desinit esse virtus.

3. Concl. Virtutes infunduntur à Deo, vnde primũ in acquisitione virtutũ potest accipi, vel per modum remouentis prohibens. & sic humilitas primum locum tenet, & vocatur fundamentum spiritualis ædificii: quia expellit superbiam, cui Deus resistit: vel dicitur primũ id, per quod directe ad Deum acceditur: & sic fides ex Paulo, est prima.

4. Concl. Luc. 4. Humiliati promittitur spiritualis exaltatio, non quod sola mereatur ipsam, sed quia eius est proprium contemnere subiunitatem terrenam.

Heb. 11. 5. Concl. Lu. 14. Christus præcipue humilitatem commendauit, quia per eã maxime rémouetur impedimentum humanæ salutis, & est quædam dispositio ad liberum accessum hominis ad diuina bona, sed potentiores sunt virtutes quibus homo directe mouetur in Deum.

Art. 6. Vtrum conuenienter distinguantur secundum B. Benedictum duodecim gradus humilitatis.

1. Concl. In reg. c. 7 Conuenienter distinguuntur secundum B. Benedictum duodecim gradus humilitatis.

1. Est corde, & corpore semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus.

2. Pauca verba, & rationabilia loqui non clamosa voce.

Vt quis non sit facilis ad risum.

Tacciturnitas vsque ad interrogationem tenere scil. coercere quod habet communis monachorum regula.

6. Credere, & pronunciare se omnibus viliorem.

7. Ad omnia indignum, & inutilem, se confiteri, & credere.

8. Confessio peccatorum.

9. Per obedientiam in duris, & asperis patientiam amplecti.

10. Vt cum obedientia se subdat maiori.

11. Vt voluntatem propriam non delectetur implere.

12. Vt Deum timeat, & memor sit omnium, quæ præcipit.

Quia humilitas essentialiter consistit in appetitu, vt refrænat impetũ animi, ne inordinate tendat in magna, & ne quis se existimet supra id quod est: & vtrique radix, est reuerentia, quam quis habet ad Deum: vnde in prædictis gradibus, ponitur aliquid pertinens ad humilitatis radicem, quod spectat ad gradum. 12. Deinde aliquid pertinens ad appetitum, & 1. vt homo non sequatur suã voluntatem. 2. vt eam regulet secundum superioris arbitrium. 3. ne ab hoc deficiat propter dura, & aspera, quę ordinantur a 12. ad 9. pertinent gradum. Deinde ponuntur aliqua pertinentia ad existimationem hominis recognoscentis suum defectum 1. vt cum recognoscat, & confiteatur 2. vt ex eius consideratione se existimet indignum ad maiora. 3. quantũ ad hoc alios sibi præferat: à nõ. vt ad 6. ponuntur denique, quæ pertinent ad exteriora signat. 1. in factis, vt homo non recedat in illis a via cõmuni, ad 5. alia duo in verbis, ne præcipiat tempus loquendi, ad 4. nec excedat modum loquendi ad 2. alia consistunt in exterioribus gestibus, ad 1. & 3.

† 2. Concl. Quæ ad alias virtutes pertinent, humilitati ascribuntur, quia vt vnum vitium oritur ex alio, ita actus vnius virtutis ex actu alterius.

3. Concl. Ad humilitatem præcipue peruenitur per gratiam, & sic interiora præcedunt exteriora: deinde humano studio, & sic homo prius exteriora cohibet: & secundum sui ordinem assignantur hi humiliatis gradus.

4. Concl. Gradus quos ponit Anselmus scilicet contemptibilem se cognoscere, &c. reducuntur ad gradus supradictos.

5. Concl. Tres illi quos assignat Glos. non accipiũtur ex natura humilitatis, sed ex gradibus hominum, qui sunt vel maiores, vel minores, vel æquales: subdere se æquali & non se præferri minori, & subesse minori, in quo est omnis iniustitia. Aug. lib. de sing. c. 51.

Quæstio 162. De superbia.

Art. Vtrum superbia sit peccatum.

SVperbia est peccatum. 1. Concl. Cap. 4.

Superbiam, ut sæpe nunquam in meo sensu, aut in eo verbo dominari permitto.

2. *Superbia nil portat aliquid, quod aduersatur rectæ rationi: quia facit, vt voluntas feratur in id, quod est sibi proportionatum. Sic superbia facit, vt quis per voluntatem tendat in id quod est supra se. Vnde superbus ex Isidoro dicitur, quia super se videri sibi vult. Sed hoc habet rationem peccati, cũ sit præter rationem. Ergo.*

† 2. Concl. Superbia, vel accipitur ex eo, quod super greditur regulam rationis, & sic est peccatũ: vel accipitur simpliciter, vt denominatur ex superexcessu, & sic omne superexcedens potest dici superbia: & hac ratione superbia promittitur a Deo, quasi quidam superexcessus bonorum. Isa. c. 60.

3. Concl. Appetere excellentiam, ex se, non est peccatum, sed eam appetere in excessu ad rectam rationem, quod facit superbia, quæ peruerse imitatur Deum, vt ait Aug. est peccatum. Lib. 19 de ciu. c. 12.

4. Concl. Vitium quod opponitur superbiæ in defectum vergens propinquum est vitio pusillanimitatis, quæ si importet defectum a persecutione magnorum, proprie opponitur magnanimitati per modum defectus, si applicationem animi ad viliora, quam hominem deceant, opponitur humilitari secundum defectum.

Artic. 2. Vtrum superbia sit speciale peccatum.

1. Concl. Lib. de mat & gra. c. 27. Superbia secundum propriam speciem, quam habet ex ratione proprij obiecti, est speciale peccatum.

1. Ex Augustin, qui ait esse peccatum valde distinctum ab alij.

2. Quia habet speciale obiectum, cum sit appetitus inordinatus propriæ excellentiæ.

2. Concl. Si superbia consideretur secundum redundantiam in alia peccata, habet quandam generalitatem, inquantum ex ipsa possunt oriri omnia peccata: vel per se, prout alia peccata ordinantur ad finem superbiæ, quæ est propria excellentia: vel indirecte, removendo prohibens prout per superbiam

homo

Ierem.2. homo contemuit diuinam legem, per quam prohibetur à peccando, & ex hac generalitate, fit vt omnia vitia interdum ex superbia oriri possint: non quod semper ex ea oriantur: cum interdum, ex ignorantia & infirmitate non seruentur diuina præcepta.

3. Concl. l. de nat. & gra. c 29. Cum Aug. ait sine superbiæ appellatione nullum esse peccatum, intellige quantum ad exteriorem actum, qui est transgressio, non quantum ad interiorem, qui est contemptus præcepti.

4. Concl. Transgredi præceptum Dei secundum effectum, & non secundum & affectū vt ignorantes occidere patrem, est superbire contra Deum secundum effectum, non autem secūdum affectum.

5. Concl. Superbia directe solum corrumpit humilitatem, sed prout abutitur virtute, corrumpit omnes, quatenus ex omnibus sumit occasionem superbiendi.

6. Concl. Superbia attendit specialem rationem obiecti, quæ inueniri potest in diuersis materijs: est enim amor propriæ excellentiæ, quæ in diuersis rebus inuenitur.

Art. 3. Vtrum superbia sit in irascibili, sicut in subiecto.

1. Concl. l Subiectum superbiæ est irascibilis: non solum est pars appetitus sensitiui, sed etiam vt inuenitur in appetitu intellectiuo.

1.2, mor. c. 36. 1. *Ex Greg. quæ ponis contra superbiam donum timoris. At timor pertinet ad irascibilem. Ergo.*

2 *Subiectū cuiuslibet virtutis oportet in pugnare ex proprio obiecto, quia non potest esse actus, nisi quod obiectum habitus vel actus, nisi quod est obiectum virtutis, quæ vtrique subijcitur. Sed proprium obiectum superbiæ est arduum. Ergo necesse est superbiam ad ponentiam irascibilem pertinere, quæ proprie est pars appetitus sensitiui, licet largo pertinat etiam ad appetitum intellectiuum, quæ ratione non sit potentia distincta a concupiscentia: vnde si audeas ... quod est obiectum superbiæ, scilicet aliquod sensibile. Superbia est in irascibili sensitiua, sed quia inuenitur communiter in sensibilibus, & insensibilibus rebus, ideo.*

†2. Concl Cognitio veritatis alia est pure speculatiua, & hanc superbiam indirecte impedit subtrahendo causam: superbus enim neque Deo intellectum subijcit, vt ab eo veritatis cognitionem percipiat, neque ab hominibus ad discere dignatur: alia est affectiua, & hanc directe impedit superbia.

3. Concl. Ex hoc quod quis ex consideratione defectus alterius inducatur ad superbiam, non sequitur, superbiam esse in ratione, sed quod aliqua eius causa sit in ratione.

Amor ex Augustino causat omnes alias animi passiones: vnde potest poni pro qualibet, & sic superbia dicitur amor propriæ excellentiæ, inquantum ex amore causatur inordinata præsumptio superandi alios. *4. Concl. Lib. 14. de ciu. c. 7.*

Art. 4. Vtrum conuenienter à Greg. assignentur 4. Superbiæ species, scilicet existimare bonum à seipsis habere, sibi datum de super credere pro suis accepisse meritis, iactare se habere quod non habent, & despectis cæteris, singulariter videri appetunt habere quod habent.

1. Concl. Conuenienter à Greg. assignantur quatuor species superbiæ enumeratæ.

Quia superbia importat immoderatum appetitum excellentiæ, quæ consequitur aliquod bonum habitum, vel primo secundum se, & quo est maius bonum, quod quis habet, eo maiorem excellentiā consequitur: vnde cum quis attribuit sibi maius bonum, quam habeat, eius appetitus tendit in excellentiam propriam vltra modum sibi conuenientem, & hoc pertinet ad tertiam speciem: vel secundo ex parte causæ prout excellentius est, vt bonum insit alicui a seipso, quam ab alio, vt si quis existimet bonum quod habet ab alio, ac si haberet à seipso: causa autem sui boni potest esse aliquis, vel efficienter vel meritorie: & secundum hæc sumuntur duæ primæ superbiæ species: vel tertio ex parte modi habendi prout excellentior aliquis redditur ex hoc quod bonum excellentius alijs possidet, & hoc pertinet ad quartam speciem.

† 2. Concl. Dicere in temporali aliquod bonum esse, quod non sit a Deo, & gratiam hominibus pro meritis dari, pertinet ad infidelitatem: sed quod aliquis de bonis suis ita glorietur, ac si ea ex se, vel ex meritis propijs haberet, pertinet ad superbiam.

3. Concl. Irreuerentia ponitur species mendacij quantum ad exteriorem actum, sed quantum ad interiorem, ponitur species superbiæ.

4. Concl. Ad ingratitudinem pertinent duæ primæ species: excusatio peccati pertinet ad tertiā: & præsumptuose tendere in id quod supra se est, ad quartam: vnde est sufficiens enumeratio.

5. Concl. Anselmus dicit superbiam esse vel in voluntate, vel in ore, vel in opere secundum: progressum peccati, quod in his esse dicitur: Bernard. ponit 12. gradus, qui sunt curiosi-

tas

sit primum vitiorum: nam fides est prima virtus, & tamen infidelitas est vltimum peccatorum.

3. Concl. Superbia dicitur esse grauissimum peccatorum ex eo quod per se competit principio, ex quo attenditur grauitas in quolibet peccato: & dicitur primum inter grauiora peccata, ex quo non tollitur quod ante superbiam non sint aliqua peccata leuiora ex ignorantia, &c.

6. Concl. Lib. 3. Eth. cap. 8. Aristot. ponit superbiam circa fictionem fortitudinis, non quia solum in hoc consistat, sed quia per hoc maxime homo reputat se posse excellentiam consequi.

Art. 8. *Vtrum superbia debeat poni vitium capitale.*

2. Concl. Isidorus, & Cassianus considerantes superbiam, vt est speciale peccatum, connumerauerunt eam aliis vitiis capitalibus: vnde patet ad primum: Gregor. vero considerans eam vt habet quandam influentiam in omnia peccata, non connumerauit, sed dixit esse reginam & matrem omnium vitiorum; Vnde ait, ipsa vitiorum regina superbia cum deiectum plene cor cœperit, mox illud septem principalibus vitiis, &c.

31. Mor. cap. 31.

† 2. Concl. Superbia non est idem inani gloriæ, sed eius causa, superbia enim inordinate excellentiam appetit, inanis vero gloria excellentiæ manifestationem.

3. Concl. Ex eo quod inuidia quæ oritur ex superbia, est vitium capitale, non sequitur quod etiam superbia sit vitium capitale, sed est principium illius.

Quæstio 163. De peccato primi hominis.

Art. 1. *Vtrum primi hominis peccatum fuerit superbia.*

1. Concl. Peccatum primi hominis fuit superbia.

1. Eccles. 10. *Initium omnis peccati superbia. Sed peccatum primi hominis fuit initium omnis peccati: Ergo.*

2. *Ibi fuit primum peccatum hominis, vbi potuit esse primus appetitus inordinatus finis. Sed hoc in statu innocentiæ non potuit esse ex eo, quod homo appetierit aliquod sensibile bonum; quia ibi nulla erat rebellio carnis ad spiritum, sed tantum; quia spirituale bonum inordinate appetit, quod non fuisset, si appetiisset secundum mensuram à diuina regula præstitutum quare peccauit appetendo quoddam spirituale bonum supra suam mensuram, quod pertinet ad superbiam. Ergo Maior patet, quia inter motus concurrentes ad peccatum, ille habet rationem primi peccati, in quo prius inordinatio inuenitur, quæ prius est in motu interiori animæ; & inter motus interiores prius mouetur appetitus in finem, quam ad ea, quæ sunt ad finem. Ergo.*

† 2. Concl. Inobedientia in primo homine fuit causata à superbia: quia non fuit ab eo volita per se: nec hoc poterat accidere, nisi præsupposita inordinatione voluntatis.

3. Concl. Gula habuit locum in primo peccato, verum non fuit primum motiuum ad peccandum, sed potius suasio serpentis.

4. Concl. Appetitus scientiæ fuit causarum in primis parentibus ex inordinato appetitu excellentiæ: vnde prius serpens dixit, Eritis sicut Dii: postea scientes, &c.

5. Concl. Lib. 11. super Gen. c. 30. Ex Aug. Mulier verbis serpentis non credidisset à bona, atq; vera se diuinitus se fuisse prohibitos, nisi iam fuisset in mente amor propriæ potestatis, & quædam de se inordinata præsumptio: non quod superbia præcessisset suasionem serpentis, sed statim est subsecuta, ex qua factum est, vt crederet verum esse, quod dæmon dicebat.

Art. 2. *Vtrum superbia primi hominis fuerit in hoc, quod appetierit diuinam similitudinem.*

1. Concl. Superbia primi hominis fuit in hoc, quod apetit diuinam similitudinem, non æquiparantiæ, sed imitationis.

In Psalmos. 1. *Adam & Eua, ait Aug. sl. rapere voluerunt diuinitatem, & amiserunt felicitatem.*

2. *Bonum creaturæ est participata similitudo primi boni: ideo ex hoc, quod homo appetiit aliquod spirituale bonum supra suæ naturæ exigentiam, sequitur quod appetierit diuinam similitudinem inordinate. Sed huiusmodi fuit superbia primi hominis appetentis bonum spirituale supra suam mensuram, vt scil. per virtutem propriæ naturæ determinaret sibi quid esset bonum, & quid malum ad agendum, vel etiam, vt per sensum præcognosceret, quæ sibi bona aut mala sibi futura. Ergo.*

1. Concl. Bonum spirituale, secundum quod creatura rationalis diuinam participat naturam, potest secundum tria attendi.

1. Quo ad esse naturæ, & hæc similitudo fuit homini, & Angelo impressa à creationis principio.

2. Quantum ad cognitionem, & hanc Angelus in sui creatione accepit actu, homo autem potentia.

3. Quantum ad potestatem operandi, &

hanc, nec Angelus, nec homo actu accepit; quia vtrique teſtabat aliquid agendum, quoad beatitudinem peruenirent. Primus homo peccauit principaliter appetendo diuinam ſimilitudinem quantum ad ſcientiam boni & mali; ſecundario quantum ad propriam poteſtatem operandi: Diabolus autem appetendo diuinam ſimilitudinem, quantum ad poteſtatem. Primum procedit de ſimilitudine naturiæ, ex cuius appetitu homo non peccauit.

† 3. Concl. Aug. lib de Gen. reli. c. 13.

Licet appetitus ſcientiæ ſit homini connaturalis: tamen ſcientiam appetere ſupra menſuram ſuam, eſt peccatum.

4. Concl.

Homo appetendo ſimilitudinem Dei, non elegit id, quod erat impoſſibile; quia non appetit ſimilitudinem æquiparantiæ, ſed imitationis.

Art. 3. Vtrum peccatum primorum parentum fuerit cæteris grauius.

1. Concl.

Peccatum primi hominis non fuit grauius omnibus aliis peccatis humanis ſecundum ſpeciem ſuam.

lib. 1. Periar. c. 3.

1. *Qui ſunt in ſummo & perfecto gradu, paulatim decidunt, ex Orig. Sed primi parentes in ſummo perfectionis gradu erant. Ergo.*

2. *Licet ſuperbia ſecundum genus ſuum habeat quandam excellentiam inter alia peccata: tamen maior eſt ſuperbia, qua quis Deum negat, vel blaſphemat, quam ſuperbia, qua quis inordinate diuinam ſimilitudinem appetit; vt fuit illa primorum parentum. Ergo.*

2. Concl.

Peccatum primorum parentum fuit grauiſſimum, ſecundum quid prout grauitas attenditur ſecundum aliquam circumſtantiam, & hoc propter conditionem perſonarum, & perfectionem ſtatus ipſorum. Vnde patet ad primum.

† 3. Concl.

Magnitudo pœnæ, quæ conſecuta eſt primum peccatum, non correſpondet ei ſecundum quantitatem propriæ ſpeciei, ſed inquantum fuit primum, ex quo ſubtracta eſt innocentia, vnde deordinata eſt tota natura.

4. Concl.

In his quæ ſunt per ſe ordinata, oportet primum eſſe maximum: ſed talis ordo non attenditur in peccatis, in quibus vnum per accidens ſequitur ex alio: vnde non ſequitur, quod primum ſit maximum, quantum ad ſpeciem ſuperbiæ.

Art. 4. Vtrum peccatum Adæ fuerit grauius quam peccatum Euæ.

Concl.

Peccatum Adæ ex conditione perſonæ fuit grauius, quam peccatum mulieris. *Quia erat perfectior mulier: vnde patet ad primum, quod probat, fuiſſe grauius, ſecundum quid.*

2. Concl.

Quantum ad genus ipſius peccati, vtriuſq; peccatum dicitur æquales.

Quia vtriuſq; peccatum dicitur ſuperbia. Ita Aug. in Gen. ad lit.

3. Concl. lib. 11. c. 35.

Quantum ad ſpeciem ſuperbiæ, grauius peccauit mulier, quam vir.

1. Maior elatio fuit in muliere, quia credidit verum eſſe, quod ſerpens ſuaſit, ſ quod Deus prohibuerit lignum eſum, ne ad eius ſimilitudinem peruenirent, & ita per eſum ligni Dei ſimilitudinem, contra eius voluntatem conſequi voluit. At vir nō credidit, & ita noluit ſimilitudinem Dei contra eius voluntatem obtinere; ſed peccauit dum per ſeipſum eam conſequi voluit.

2. Mulier peccauit, & induxit ad peccandum, & ita offendit Deum & proximum.

3. Peccatum viri diminutum eſt ex hoc, quod amicabili quadam benevolentia in peccatum conſenſit. Vnde grauius etiam mulier punita fuit. Gen. 3.

† 4. Concl.

Seductio mulieris ex præcedenti elatione ſubſecuta eſt: vnde talis ignorantia non excuſat peccatum, ſed aggrauat, prout in maiorem elationem, ex hoc, ſe erexit.

5. Concl.

Vir non cogitauit de diuina miſericordia vſque ad contemptum diuinæ iuſtitiæ, quod facit peccatum in Spiritum ſanctum. Inexpertus, ait Aug. diuinæ ſecuritatis, credidit illud peccatum eſſe veniale.

Quæſtio 164. De pœnis peccati primi hominis.

Art. 1. Vtrum mors ſit pœna peccati primorum parentum.

1. Concl.

Sicut rebellio carnalis appetitus ad ſpiritum, eſt pœna peccati primorum parentum; ita & mors, & omnes corporales defectus.

Rom. 5.

1. Per vnum hominē, peccatum in hunc mundū intrauit, & per peccatum mors, ait Paul.

2. Si quis ob culpam priuetur beneficio ſibi dato, carentia illius beneficii eſt pœna culpæ illius. Sed homo per peccatum primorum parentum fuit priuatus beneficio, quo ſuperiores vires ſubiiciebantur rationi, & corpus animæ. ex cuius priuatione orta eſt rebellio carnalis appetitus ad rationem, & factum eſt ne corpus totaliter ſubiiciatur animæ, ex quo mors, & alii defectus corporales oriuntur. Ergo.

† 2. Concl.

Mors eſt naturalis propter conditionem materiæ,

materiæ, propter amiſſionem doni præſtantis a morte.

3. Concl. Eccl. 3. Iſtud, vnum eſt interitus hominis, & iumentorum, ſimiliter iudicatur reſpectu conditionis materiæ: cum anima hominis ſit immortalis.

4. Concl. Primi parentes fuerunt à Deo inſtituti, vt quædam principia humanæ naturæ ab eis ad poſteros deriuandæ cum dono præſeruationis à morte, ideo tota natura per eorum peccatum tali dono deſtituta, mortem incurrit.

5. Concl. Si defectus conſequatur peccatum, per modum pœnæ taxatæ à iudice, debet eſſe æqualis, in his, ad quos æqualiter pertinet peccatum: ſi conſequatur per accidens, vt quod quis ſua culpa exæcatus cadat in via, non proportionatur: huiuſmodi ſunt mors, & aliæ corporis pœnalitates, ex peccato primorum parentem natæ.

Nam pœna taxata primo peccato, fuit ſubtractio beneficij, quo rectitudo, & integritas humanæ vitæ conſeruabatur, quam ſubtractionem ſequitur mors, &c.

6. Concl. Mors, vt eſt quoddam malum humanæ naturæ, eſt à Deo, non vt defectus ex culpa humana: ſed vt quædam iuſta pœna, quæ habet rationem boni.

7. Concl. Licet mors ſit pœna: tamen quia ſancti ea bene vtuntur, fit eis meritoria: vt enim mali male vtuntur bonis, ita boni bene vtuntur malis.

8. Concl. Si mors accipiatur pro priuatione vitæ, & pro inſtanti, quo quis priuatur vita: non eſt pœna ſenſus, cum ſit priuatio ſenſus, ſed pœna damni: ſi cum alteratione præcedenti, eſt pœna afflictiua.

9 Concl. Aug. lib. 13. de ciuit. cap. 21. Quamuis primi parentes diu vixerint, illo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, quia in ſenſum veterascerent, acceperunt.

Art. 2. *Vtrum conuenienter particulares pœnæ primorum parentum determinentur in ſcriptura.*

1. Concl. Conuenienter pœnæ primorum parentum determinantur in ſcriptura.

1. Sunt à Deo, qui omnia fecit in numero, pondere & menſura.

Sap. 11. *2. Primi parentes propter ſuum peccatum priuati ſunt beneficio, quo naturæ integritas conſeruabatur per cuius ſubtractionem in defectus pœnales incidit.*

1. Priuati ſunt loco, quo natura integra erat conueniens, & ne illuc redeant, poſitus eſt Cherubin cum gladio cuſtos.

2. Attributa ſunt eis, quæ naturæ conuenientia tali beneficio reſtituta, quantum ad animam, & corpus: quantum ad corpus mulieri, prout coniungitur viro ratione prolis, attributa eſt pœna in ferenda, & pariendi cum proli, ratione cuius ſubiecta eſt viro. Viro autem incumbit prouidere neceſſaria, imponitur pœna per terræ ſterilitatem, laboris anxietatem, & per ſpinas, & pediculos, quæ ex terra naſcuntur. Ex parte animæ, confuſio ob rebellionem rationis ad ſenſum, increpatio propriæ culpæ, & conſcientiæ: futuræ mortis tunicis etiam pellicum deſignatæ.

† 2. Concl. Lib. 14. de ciuit. c. 26. Ex Auguſt. in ſtatu innocentiæ non doloris gemitus ad parturiendum, ſed maturitatis impulſus fœminea viſcera relaxaret; ſicut ad concipiendum non libidinis appetitus; ſed voluntarius vſus naturam vtriuſque coniungeret. Subiecto mulieris ad virum non eſt in pœnam, quantum ad regimen, quod fuiſſet etiam ibi, ſed quia nunc mulier contra propriam voluntatem neceſſario debet viro parere; terra ſpinas etiam, & tribulos germinaſſet in cibum animalium, non in pœnam hominum.

3. Concl. Multitudo conceptuum inducitur in pœnam mulieris, non propter procreationem prolis; ſed propter multitudinem afflictionum, quas mulier patitur.

4. Concl. Illæ pœnæ aliqualiter omnibus cõueniunt: quia ſi quæ mulier non concipit, neq; parit, patitur ſterilitatis defectum, qui præponderat prædictis pœnis: & qui agriculturam non exercent in aliis laboribus occupantur.

5. Concl. Etſi paradiſus terreſtris non ſeruiat homini ad vſum, ſeruit tamen ad documentum, dum cognoſcit propter peccatum talem locum amiſiſſe.

6. Concl. Locus paradiſi videtur eſſe inacceſſibilis propter vehementiam æſtus, ex propinquitate Solis, quod ſignificatur per gradium igneum, qui ſic dicitur propter proprietatem motus circularis huiuſmodi æſtum cauſantis: adiungitur conuenienter Cherubin; quia motus corporalis creaturæ diſponitur miniſterio Angelorum.

7. Concl. Si homo poſt peccatum comediſſet de ligno vitæ, non euaſiſſet immortalis; ſed ſolum longius vitam produxiſſet: & ita, *aternum*, Gen. 3. ſumitur pro diturno.

8. Concl. Verba illa, *Ecce Adam quaſi, &c.* non tam ſunt primis parentibus inſultantis, quam cæteros, ne ita ſuperbiant deterrentis.

9. Concl. Veſtitus eſt neceſſarius homini in hac

vita propter nocumentū extrinsece illatum, & ad tegendam turpitudinem propter rebellionem carnis ad spiritum: quæ non erant in statu innocentiæ: ideo dicitur, Erat vterque nudus, & non erubescebant.

c. Concl. Dicitur, aperti sunt oculi, non quod essent clausi, sed quia intellexerunt aliquid, quod prius non intelligebant.

Quæstio 165. De tentatione primorum parentum.

Art. 1. Vtrum fuerit conueniens, vt homo a diabolo tentaretur.

1. Concl. CONueniens fuit, vt Deus hominem in statu innocentiæ, & tentari permitteret per malos Angelos, & iuuari eum faceret per bonos.

Sap 2. 1. Eccl 34. *Qui tentatus non est, qualia scit?*

2. *Diuina sapientia disposuit omnia suauiter, prout singulis attribuit, quæ eis competunt secundum suam naturam. Sed humanæ naturæ conuenit, vt ab alijs creaturis iuuetur, & impediri possit. Ergo. Confirmatur, quia ex speciali gratia hoc erat ei collatum, vt nulla creatura exterior posset ei nocere contra propriam voluntatem, per quam tentationi demonis resistere poterat.*

† 2. Concl. Tentare inducendo ad malum, est eius, qui est deprauatus per culpam; vnde conueniens fuit, vt homo tentaretur à diabolo: non autem quod Angelus tentaretur.

Quia non habebat naturam supra se, in qua esset talem culpa.

3. Concl. Vt Deus sciebat hominem lapsurum, ita sciebat per voluntatem posse tentationi resistere, & conuenire eius naturæ, vt suæ voluntati relinqueretur.

4. Concl. Impugnatio cum difficultate resistitur, pœnalis est, sed non in statu innocentiæ, vbi sine difficultate homo tentationi resistere poterat.

Art. 2. Vtrum fuerit conueniens modus, & ordo primæ tentationis.

1. Concl. Congruus fuit ordo primæ tentationis.

Eccl 12. de Trin. c. 2. 1. *In quo est primum in aliquo genere, debet esse proportionata cum quæ in eodem genere consequuntur. Sed in quibus genere peccati inuenitur ordo primæ tentationis, ex supra. Ergo.*

2. *Vt homo conflaretur natura sensitiua, & intellectiua, via diaboli ipse est incitamento ad peccandum, ex parte intellectus, dum promisit diuinitatis similitudinem per scientiam, quam homo natura-*

liter desiderat, ex parte sensus, vsum sensibilium rerum, quæ maximam habent efficaciam ad hominem, partim in eadem specie, tentans virum per mulierem: partim in eodem genere, tentans mulierem per serpentem, partim ex genere propinquo proponens pomum ligni Genes. ad edendum. Ergo.

† 2. Concl. In actu tentationis diabolus erat, vt principale agens, mulier quasi instrumentum, ad deficiendum virum: vnde non inconuenit si mulier erat imperfectior, cum, principale agens esset potentius.

3. Concl. Diabolus minimum potestatis habebat in hominem ante peccatum, vnde non potuit cum interiore, sed tantum exteriore tuggestione tentare.

Quia suggestio interior ostendit maiorem dominij potestatem. Aug. 11 super Gen. ad lit. cap. 3.

4. Concl. Diabolus non elegit serpentem, per quem tentaret, sed cum esset decipiendi cupidus, per illud animal potuit, per quod posse permissus est.

5. Concl. Serpens dictus est sapiens, vel callidus, propter astutiam diaboli, qui in illo agebat: sicut dicitur prudens, vel astuta lingua, quam prudens, vel astutus mouet: & quod serpenti dicitur, refertur ad eum, qui per serpentem operatus est: & illud, *pectore & ventre reges*, in quo dominatur impetus animi, significatur superbia, per ventrem, carnale desiderium: quia hæc pars mollior sentitur in corpore: quibus rebus serpit ad eos, quos vult decipere. Illud, *terram comedes*, id est, in ad petendum, quos terrena cupiditate deceperis. *Inimicitias ponam, &c.* quia semen diaboli est peruersa suggestio: semen mulieris, fructus boni operis, quod peruersæ suggestioni resistit, serpens obseruat plantam mulieris, vt si quando in illicita labitur, delectatio illam capiat: mulier obseruat serpentis caput, vt cum initio malæ suasionis excludat.

Quæstio 166. De studiositate.

Art. 1. Vtrum materia studiositatis sit propria cognitio.

1. Concl. STudiositas, proprie dicitur circa cognitionem.

1. Prou 27. *Fili mi, &c.*

2. *Studium primo respicit cognitionem, posterius quæcunque alia ad quæ operanda directiue cognitionis indigemus: studium enim præcipue importat maximam applicationem mentis ad aliquid, quæ non applicatur nisi cognoscendo illud, vnde primo applicatur ad cognitionem. Sed quia pro-*

pric

prætiam sibi attribuunt materiam, circa quam primo & principaliter sunt. Ergo.

† 2. Concl. Circunque materiæ studium adhibeatur, studiositas respicit prius cognitionem: quia nihil potest recte fieri nisi secundum quod est præordinatum per rationem cognoscentem.

3. Concl. Curiositas, quæ studiositati opponitur, ponitur circa ea quæ ad carnem pertinent, ratione eorum quæ pertinent ad cognitionem, cum humanis cognitio sit etiam circa ea, quibus caro fouetur.

4 Concl. Studium attribuitur his, quæ ad auaritiã spectant, prout in his est maxime necessaria quædam peritia terrenarum rerum.

Art. 2. *Vtrum studiositas sit pars temperantiæ.*

1. Concl. q. 160. art 2. Lib. de moribus eccles. c. 21. Studiositas est pars potentialis temperantiæ, sicut virtus secundaria et adiuncta, vt principali: & comprehenditur sub modestia ratione superius dicta.

1. Curiosi esse prohibemur, ait Aug. quod magnæ temperantiæ munus est. Sed curiositas prohibetur per studiositatem moderatam. Ergo.

Arist. 2. Metaph. c. 3. *2. Ad temperantiam pertinet moderari motum appetitus, ne superflue tendat in id, quod naturaliter concupiscitur. Sed sicut homo naturaliter concupiscit delectationes ciborum, &c. ita secundum animam naturaliter desiderat cognoscere aliquid: moderatio autem huius appetitus pertinet ad virtutem studiositatis. Ergo.*

† 2. Concl. Nomen studiositatis, quæ proprie est circa cognitionem, ad omnes virtutes derivatur, inquantum cognitio prudentiæ ad eandem pertinet.

3. Concl. Bonum, quod est in cognitione: quantum ad actum cognoscendi pertinet ad virtutes intell. Quales: quantum vero ad appetitum rectum, in applicatione virtutis cognoscitiuæ pertinet ad studiositatem: ideo ponitur inter virtutes morales.

4 Concl. Ex parte animæ inclinatur homo ad cognitionem considerandam, cuius desiderium debet laudabiliter refrænari: at ex parte corporis laborem in acquiranda scientia refugit. Ratione primi studiositas in refrænatione consistit: & sic ponitur pars temperantiæ: quia ei assimilatur, quantum ad modum.

Ratione secundi huius virtutis laus consistit in quadam vehementia intentionis scientiam.

Quæstio 167. De curiositate.

Art. 1. *Vtrum circa cognitionem intellectiuam possit esse curiositas.*

1. Concl. In epist. ad Ephes. c. 5. CIrca intellectiuas scientias potest esse curiositas vitiosa.

1. Ex Hieron. quis ait eorum veritatis sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui nimis dialectica torquentur, &c.

2. Vbi potest dari appetitus inordinatus cognitionis, potest dari curiositas. Sed in cognitione intellectiua potest dari talis appetitus. Ergo. Aug. lib. de moribus Eccles. c. 21. *Nam si loquamur de ipsa veritate, licet ex se sit bona, potest tamen esse mala, prout quis ex ea superbit. Vel ea vtitur ad peccandum. si de studio acquirendæ veritatis potest esse malum per accidens, vt si fiat propter superbiam, vel propter peccatum. Item ex ipsa inordinatione appetitus, & studij.*

1. Ex hoc quod per studium minus vtile retrahitur quis a studio, quod est ex necessitate incumbit,

2. Prout studet ad discere ab eo, à quo non licet, vt qui futura à dæmonibus perquirit.

3. Quando homo cognitionem veritatis ad debitum finem non refert.

4. Quando quis veritati studet supra proprij ingenij facultatem. Eccl. 3. Altiora te ne, &c.

† 2. Concl. Summum bonum hominis non consistit in qualibet cognitione veri, sed in cognitione perfecta summæ veritatis: ideo potest esse vitium in cognitione aliorum verorum, cum appetitus non est debite ordinatus.

3 Concl. Cognitio veritatis est bona ex se, sed non ideo excluditur, quia aliquis ea possit abuti.

4 Concl. Coloss. 2. Dion. 4. cap. ad Polycar. Studium philosophiæ secundum se est laudabile: sed quia aliqui eo abutuntur ad fidei impugnationem, ideo Apost. inquit. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam.

Art. 2. *Vtrum vitium curiositatis sit circa sensitiuam cognitionem.*

1 Concl. Cognitioni sensibilium intendere ordinate propter necessitatem naturæ sustentandæ, vel propter studium intelligendæ veritatis, est virtuosa studiositas.

Quia cognitio sensitiua tam in hominibus, quã in aliis animalibus ordinatur ad vitæ sustentationem: per ea enim nocina vitantur, & necessaria perquiruntur: & in homine specialiter ordinatur ad cognitionem intellectiuam. Ergo.

Apponere ſtudium circa ſenſibilia cognoſcenda poteſt eſſe vitioſum dupliciter.

1. Prout non ordinatur ad aliquid vtile, ſed potius auertit hominẽ ab vtili conſideratione.

2. In quantum ordinatur ad aliquid noxium, vt aſpectus mulieris ad concupiſcendum. Ergo.

Ita docent Auguſtin. & Beda.

Luxuria, & gula, ſunt circa delectationes tetum tangibilium: ſed circa delectationem cognitionis omnĩ ſenſuum, eſt curioſitas, quæ vocatur concupiſcentia oculorum.

Quia oculi ſunt ad cognoſcendum principales ſenſibus.

Inſpectio ludorum redditur vitioſa, prout per hoc homo ſit pronus ad vitia, vel laſciuiæ, vel crudelitatis, per ea, quæ ibi repræſentantur.

Inquirere facta aliena bono animo ad vtilitatem propriam, eſt laudabile, ex Paul. ſed inquirere vitia proximi ad deſpiciendum, vel detrahendum, eſt vitioſum.

Quæſtio 168. De modeſtia ſecundum quod conſiſtit in exterioribus motibus corporis.

Art. 1. Vtrum in exterioribus motibus corporis ſit aliqua virtus.

Circa exteriorem motum corporis ordinationem conſiſtit virtus moralis.

1. *Decor honeſtatis pertinet ad virtutem. Sed compoſitio exteriorum motuum pertinet ad decorem honeſtatis. Ergo.*

2. *Virtus moralis conſiſtit circa ea, quæ ſunt in homine ordinabilia per rationem. Sed huiuſmodi ſunt exteriores motus hominis, quia ad imperium rationis exteriora membra mouentur. Ergo.*

Circa prædicta, Andronicus ponit ornatum, qui reſpicit conuenientiam perſonæ, & bonam ordinationem, quæ reſpicit conuenientiam ad diuerſa negocia, & ad ea, quæ circumſtant: quia iuxta hæc attenditur ordinatio horum motuum.

Motus exteriores ſunt quædam ſigna interioris diſpoſitionis: ideo circa eos poteſt eſſe virtus.

Licet homo ex naturali diſpoſitione habeat aptitudinem ad hanc, vel illam diſpoſitionem exteriorum motuum: tamen in eo, in quo deficit natura, poteſt ſupplere inductio, quod facit virtus.

Moderatio exteriorum motuum, prout ordinamus nos per eos, ad alios, pertinet ad amicitiam & affabilitatem: ſed vt ſunt ſigna interioris diſpoſitionis, eorum moderatio pertinet ad virtutem veritatis, ſecundum quam talem ſe exhibet aliquis in verbis, & factis, qualis eſt interius.

Studium in exterioribus moribus non vituperatur, ſi quod in eis inordinatum eſt: corrigatur.

Art. 2. Vtrum in ludis poſſit eſſe aliqua virtus.

Circa ludos poteſt eſſe aliqua virtus.

1. *Vt remittam tibi parum, ait Auguſt. nam ſapientem decet interdum remittere animum rebus agendis intentum. Sed talis remiſſio fit per ludicra verba, vel facta. Ergo.*

2. *Vt homo indiget corporali quiete ad corpus refocillandum, ita ex parte animæ, cuius virtus eſt finita, & ad determinatas operationes proportionata, indiget quiete. Sed quies animæ eſt delectatio animalis, in dictis, vel factis, quæ interponitur intentis ad inſiſtendum ſtudio rationis, quæ vocatur indicra, vel ioca. Ergo. & cæt. Confirmatur exemplo D. Ioann. & in collat. patrum legitur.*

Sed circa hæc tria ſunt cauenda.

1. Vt delectatio non quæratur in operationibus, & verbis, turpibus, vel nociuis.

2. Vt congruat perſonæ tempori, & alijs circunſtantijs.

3. Ne totaliter grauitas animæ reſoluatur: quod erit ſecundum regulam rationis, quod pertinet ad virtutem moralem. Poteſt ergo circa ludos eſſe aliqua virtus, quem Eutropeliam, id eſt, affebilitatem, Ariſt. vocat, quæ conuertit aliqua dicta, vel facta in ſolatium.

Cum Ambr. dicit, omnes iocos declinan- non excludit vniuerſaliter iocos à conuerſatione humana, ſed à doctrina ſacra: vt patet ex antecedentibus.

Cum Chryſoſtom. ait, *Non dat Deus ludere, ſed diabolus*, intelligitur de inordinatis ludis.

Licet operationes ludi ſecundum ſuam ſpeciem non ordinentur ad aliquem finem: tamen delectatio, quæ in talibus actibus habetur, ordinatur ad aliquam animæ recreationem, & quietem, quod ſufficit ad virtutem.

Art. 3. Vtrum in ſuperfluitate ludi poſſit eſſe peccatum.

In ſuperfluitate ludi poteſt eſſe peccatum, vel mortale, vel veniale.

1. Prouer. 14. *Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudia luctus occupat luctus perpetuus, aut Gloſſ. ſed in ſuperfluitate ludi eſt mordinatus riſus, & inordinatum gaudium. Ergo.*

2. *In omni eo, quod eſt ratione dirigibili, ſuperfluum dicitur quod regulam rationis excedit, in quo conſiſtit ratio peccati. Sed ludicra verba, vel facta, ſunt ratione dirigibilia. Ergo ſuperfluum in ludo attenditur, prout excedit regulam rationis: quod accidit, vel ex ipſa ſpecie actionum, vt cum quis vtitur verbis, vel factis turpibus vel his, quæ proximo nocent: & talis exceſſus eſt peccatum mortale, vel ex defectu debitarum circumſtantiarum, vt temporis, loci, perſonæ, & hoc poteſt eſſe peccatum mortale propter vehementiam affectus ad ludum, cuius delectationem quis præponit dilectioni Dei, & proximi: poteſt etiam eſſe peccatum venniale, ſi non ſit tanta affectus ad ludum, vt velit aliquid agere contra Deum, vel proximum.*

† 2. Concl. Quæ per ſolam intentionem ſunt peccata, vt quæ fiunt in iniuriam alicuius, excuſantur per ludum: ſed non illa, quæ ſua natura ſunt peccata: immo ex his ludus redditur flagitioſus.

3. Concl. Superfluitas in ludo pertinet ad ineptam lætitiam, quam Greg. ponit filiam gulæ.

4. Concl. l. 31. Mor. c. 31. Officium hiſtrionum, quod ordinatur ad ſolatium hominibus exhibendum, non eſt ex ſe illicitum, nec ipſi ſunt in ſtatu peccati, modo moderate ludo vtantur.

Quia ad ea, quæ ſunt vtilia conuerſationi humanæ deputari poſſunt aliqua licita officia.

Art. 4. *Vtrum in defectu ludi ſit aliquod peccatum.*

1. Concl. Defectus in ludo eſt vitioſus.

1. *Ex Ariſtot. Ethic.*

2. *Omne quod eſt contra rationem, in rebus humanis vitioſum eſt. Sed eſt contra rationem, vt quis ſe aſperum ſui exhibeat, quod accidit, cum nihil delectabile exhibet, vel etiam alterius moderatas delectationes impedit. Ergo.*

2. Concl. Ariſt. 4. Eth. cap. 8. Eſt minus vitioſus defectus, quam exceſſus.

9. Eth. c. 18. *Quia delectatio, & quies non propter ſe quæruntur, ſed propter operationem. Vnde Ariſt. pauci actus ſunt habendi propter delectationem. &c.*

lib. de off. poet. c. 15. Ex Aug. pœnitentibus ludus interdicitur, non quod ſit malus: ſed quia eius luctus indicitur pro peccatis.

† 3. Concl. Cum iere. dicit, *Non ſedi in conſilio ludentium*, loquitur ſecundum congruentiam temporis: quia eius ſtatu magis luctum requirebat. Illud Tob. *Nunquam cum lætantibus miſcuiſti, intelligitur de ludo ſuperfluo.*

4. Concl. Cap. 3. Auſteritas, vt eſt virtus, non excludit omnem delectationem, ſed tantum ſuperfluam, inordinatam.

5. Con

Quæſtio 169. De modeſtia.

Artic. 1. *Vtrum circa exteriorem ornatum poſſit eſſe virtus, & vitium.*

Circa exteriorem ornatum poteſt eſſe virtus, & vitium.

1. *Quia honeſtas ad virtutem pertinet. Sed in exteriori cultu conſideratur quædam honeſtas. Ergo. Decor corporis non ſit affectatus, ſed ſimplex, &c. aut Ambroſ.*

2. *In rebus exterioribus, quibus homo vtitur, non eſt aliquod vitium, niſi ex parte vtentis, qui immoderate eis vtitur, quod poteſt contingere, vel per comparationem ad conſuetudinem ſuæ conditionis, cum quiſque vitat: quia ex ſingulis eorum, quæ pars vniuerſo ſuo non congruunt, vel ex immoderato affectu vtentis, quod poteſt contingere quantum ad ſuperabundantiam, vt cum quis ex ſuperfluis gloriam quærit: vel prout quæritur delectatio ex eis, quod veſtes ordinantur ad corporis fomentationem: vel ex nimia ſollicitudine, qua adhibetur circa habitum cultum. Ideo quidam circa hæc ponunt tres virtutes, ſcilicet humilitatem, quæ excludit intentionem gloriæ per ſe ſufficientiam, quæ excludit intentionem debitarum: & ſimplicitatem quæ excludit ſuperfluam ſollicitudinem. Vel denique ex parte defectus, vel ex ne. licentia hominis, qui nihil non adhibet ſtudium, vt oporteat: vel ex eo quod ipſum defectum exteriorem cultus ordinat ad gloriam.*

† 2. C

Quamuis cultus exterior non ſit a natura, tamen ad naturalem rationem pertinet, vt hunc cultum moderetur.

Indignitarius conſtituti, & miniſtri altaris pretioſiſſimis veſtibus inducuntur, non propter gloriam, ſed ad ſignificandum excellentiam ſui miniſterij, vel cultus diuini. Similiter defectus in his non eſt peccatum niſi fiat propter iactantiam vel ſuperbiam: ſed vel ad macerationem carnis, vel humiliationem ſpiritus.

Cultus exterior eſt quodam indicium conditionis humanæ: vnde exceſſus, & defectus reduci poſſunt ad vitium veritatis, quam Ariſt. ponit circa facta, & dicta.

Artic. 2. *Vtrum ornatus mulierum ſit ſine peccato.*

Mulier coniugata, ſi ad hoc ſe ornet, vt viro ſuo placeat, poteſt hoc facere ſine peccato.

† C

Qui

Quia mulier potest licite operam dare ad hoc, vt viro suo placeat, ne per eius contemptum in adulterium labatur. Mulier, quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi; quomodo placeat viro, ait Paulus. Ergo.

1. Cor. 7.

2. Concl. Mulieres, quę viros non habent, nec volũt habere, & sunt in statu non habendi, nõ possunt absque peccato appetere placere virorũ aspectibus ad concupiscendum: quia hoc est dare eis incentiuum peccandi: & si hac intẽtione se ornet, vt prouocent ad concupiscẽdum, mortaliter peccant: si autem ex leuitate, vel vanitate propter iactantiam quandam, non semper mortale, sed quandoque veniale. Et eadem est ratio, quantum ad hoc de viris.

Aug. ep. 73

3. Concl. Ab aliquo tamen ornamento possent aliquæ excusari, quando fieret solum propter consuetudinem, quamuis non laudabilem.

4. Concl. Communiter circa ornamenta mulierum attendenda sunt, quæ dicta sunt art. præcedenti.

5. Concl. Per auctoritates scripturæ non prohibetur mulieribus moderatus ornatus: sed superfluus, inuerecundus, & impudicus.

6. Concl. Exod. 3. Iudith 10. Esth. 12. Fucatio mulierum est quædam species fictionis quæ non est sine peccato, ex Augustin. non tamen semper est cum peccato mortali, sed solum quando fit propter lasciuiam, vel in Dei contemptum: & in his casibus intellige Cyprian.

7. Concl. Deuter. 22. Nota aliud esse fingere pulchritudinem non habitã, aliud occultare turpitudinem ex aliqua causa prouenientem, quod ex Paulo est licitum.

8. Concl. Quod mulier vtatur veste virili, & contra, ex se vitiosum est: quia cultus debet cõpetere conditioni personæ: sed propter aliquam necessitatem potest fieri sine peccato.

Artifices peccant, quando per artem ea faciunt, quibus homines vti non possunt absque peccato: sed artes, quarum operibus possunt homines bene, vel male vti, non sunt illicitæ: vt est ars ornamentorum mulierum: verum propriè artes vocantur, quæ sunt necessariorum: in quibus, si quid est, quo plurimi abutantur, debet per principem prohiberi.

Quæstio 170. De præceptis temperantiæ.

Art. 1. Vtrum præcepta temperantiæ conuenienter in scriptura tradantur.

1. Concl. Conuenienter in sacra scriptura traduntur præcepta temperantiæ, dum prohibetur adulterium.

1. Ex auctoritate scripturæ.

Illa præcepta in decalogo ponuntur, quæ directius ordinantur ad dilectionem Dei, & proximi: quia finis præcepti est caritas, ad quam per hanc dilectionem inducimur. Sed inter vitia temperantiæ opposita, maxime dilectioni proximi videtur opponi adulterium, per quod auertitur homo a vxore proximi, & hoc prohibetur non solum, vt opere compleatur, sed etiam vt corde concupiscatur. Ergo.

† 2. Concl. Inter vitia opposita fortitudini nullum est, quod ita contrarietur dilectioni proximi, vt adulterium, quod est temperantiæ contrarium, & ideo hoc prohibetur, & non illa.

3. Concl. Idem dicas de alijs speciebus luxuriæ, & gulæ, quæ non ita opponuntur dilectioni proximi.

4. Concl. Præcepta decalogi debent esse communia: de temperantia non dantur præcepta communia affirmatiua, sed negatiua, quia vsus eius variatur secundum diuersa tempora.

Art. 2. Vtrum conuenienter tradantur in diuina lege præcepta, de virtutibus annexis temperantiæ.

1. Concl. Conuenienter traduntur in diuina lege præcepta de virtutib. annexis temperantiæ.

1. Ex auctoritate scripturæ.

2. Si partes temperantiæ considerentur, quantum ad effectus suos possunt respicere dilectionem Dei, & proximi. Ergo conuenienter in decalogo ponuntur aliqua præcepta pertinentia ad prohibendum effectus aliorum oppositorum temperantiæ partibus, quia ex ira procedit interdum aliquis in homicidium, vel ad subtrahendum debitum honorem parentibus, & cæt.

2. Concl. Virtutes temperantiæ annexæ, secundum se, non habent directam habitudinem ad dilectionem Dei, & proximi: sed magis respiciunt quandam moderationem eorum, quæ pertinent ad ipsum hominem

† 3. Concl. Superbia est quidem initium peccati: sed latens in corde: cuius inordinatio non perpenditur communiter ab omnibus, ideo nõ debuit prohiberi in decalogo, vbi sunt principia per se nota.

4. Concl. Præcepta, quæ inducunt ex se ad obseruantiam legis, supponunt iam legem: vnde non possunt poni inter prima legis præcepta.

5. Concl. Inordinatio exteriorum motuum non pertinet ad offensam proximi ex sua natura, adulterium, homicidium, &c.

Quæps o

Quæstio 171. De prophetia.

Art. 1. Vtrum prophetia pertineat ad cognitionem.

1. Concl. 1. Reg. 9.

PRopheti a, primo & principaliter consistit in cognitione.

1. *Quia inde dicitur propheta, olim vocabatur videns. sed visio pertinet ad cognitionem. Ergo.*

2. *Propheta videt ea, quæ sunt procul, & remota à cognitione hominum, vnde sic dicitur à pro, quod est procul, & phanos, quod est apparitio: quod ea quæ sunt procul appareant: propter quod videntes, & vates a videndo, vocabantur.*

2. Concl. 1. Cor. 12. c. 21. lib. 7. Etym. c. 8.

Prophetia secundario consistit in locutione.

Quia manifestatio spiritus datur ad vtilitatem, & ad ædificationem ecclesiæ: & Isai. qui audiuit, nunciauit. vnde ab Isidor. prophetæ dicuntur, quasi prophatores, eo quod porro fantur.

3. Concl.

Ad prophetiam pertinet operatio miraculorum, quasi confirmatio quædam propheticæ annunciationis.

Quia quæ supra humanam cognitionem diuinitus reuelantur, non possunt confirmari ratione humana, quam excedunt; sed oportet, vt diuinitus confirmentur.

† 4. Conc. Mar. Vit. Eccl. 48.

Quod corpus Elisei, & ossa Ioseph, prophetauerint; intelligitur, vt prophetiæ argumentum: vnde non tollitur quin prophetia consistat in cognitione.

5. Concl.

Qui dicuntur prophetæ stulti, & insani, non sunt veri prophetæ, sed falsi.

6. Concl. Iere. 23. Ezech. 13. Iob. 33.

In prophetia requiritur inspiratio, quantum ad mentis elevationem ad percipienda diuina: reuelatio autem, quantum ad ipsum perceptionem diuinorum, in quo perficitur prophetia.

Art. 2. Vtrum prophetia sit habitus.

1. Concl. 4. Reg. 3.

Prophetia proprie loquendo non est habitus.

1. *Habitus est quo quis agit cum voluerit. Sed propheta non potest quis vti cum voluerit, vt patet de Eliseo Ergo.*

2. *Cum prophetia pertineat ad cognitionem, quæ supra rationem existit, necesse est, vt ad eam requiratur quoddam lumen intellectuale excedens lumen rationis; omne enim quod manifestat lumen est. & manifestato debet esse proportionata lumini sicut effectus suæ causæ. Sed lumen prophetiæ non potest inesse intellectui prophetæ per modum formæ permanentis, vt est habitus; quia oporteret quod semper propheta adesset facultas prophetandi, quod est falsum. Ergo. Relinquitur lumen intellectuale in aliquo existens per modum formæ perfectæ, perficit intellectum ad cognoscendum principaliter principium illorum, quæ per illud lumen manifestantur. Sed principium eorum, quæ ad supernaturalem cognitionem pertinent, & quæ per prophetiam manifestantur est Deus, quia per essentiam a prophetis non videtur, vt dictum est, in quibus lumen est per modum habitus. Ergo.*

1. Concl.

Lumen propheticum inest animæ prophetæ per modum cuiusdam passionis, vel impressionis transeuntis.

Exod. 33 Cum transibit gloria mea, &c. 3. Reg. 19. Et ecce Dominus transit, &c. Sicut ergo aer indiget nouo illuminatione, vt mens prophetæ indiget nouo reuelatione.

3. Concl. Arist. lib. 2. eth. 15.

Illa diuisio, quod tria sint in anima potentia, passio & habitus, non comprehendit omnia absolute, quæ sunt in anima, sed ea tantum, quæ possunt esse principia moralium actuum: diceres etiam prophetiam posse reduci ad passionem, si passio pro qualibet receptione accipiatur.

4. Concl.

In intellectu prophetæ cessante actuali illustratione remanet quædam habilitas, vt facilius iterato illustretur: & ab hac denominatur propheta, etiam dormiens: vel dicitur quis propheta cessante actuali prophetica illustratione, ex deputatione diuina.

5. Concl.

Donum gratiæ eleuat hominem ad aliquid supra naturam humanam, vel quantum ad substantiam actus, vt miracula facere, cognoscere occulta, &c. & ad hos actus non datur habituale donum gratiæ: vel quantum ad modum actus, vt diligere Deum: & ad hoc datur gratiæ donum habituale.

Artic. 3. Vtrum prophetia sit solum futurorum contingentium.

1. Concl.

Ad prophetiam proprissime pertinet reuelatio euentuum futurorum; vnde nomen prophetiæ sumi videtur.

Quia cum propheta sit de his quæ procul a nostra cognitione sunt, tanto aliqua magis ad prophetiam pertinent, quanto magis ab humana cognitione existunt. Sed huiusmodi sunt futurorum euentus. Ergo.

2. Concl.

Quæ sunt procul, sunt in triplici gradu.

1. Eorum quæ sunt procul a cognitione huius hominis, vel secundum sensum, quo pacto Eliæus prophetice cognouit quæ eius discipulus in absentia fecerat: vel secundum intellectum, vt cum cogitationes cordis vnius alteri manifestantur.

2. Eorum quæ vniuersaliter excedunt cognitionem humanam, non quia non sint ex se cognoscibilia, sed propter defectum cognitionis humanæ, vt mysterium Trinitatis, &c.

3. Eorum quæ in se non sunt cognoscibilia: vt contingentia futura.

3. Concl. Secundario ad prophetiam pertinent præterita & præsentia.

Gen. 1. 1. Cor. 14. *1. Ex scrip. in qua reperiuntur tales prophetiæ: quomodo Moyses scripsit creationem mundi. & aliqui vident cogitationes cordis præsentes. Greg. ho. 1. in Ezech.*

2. Manifestatio, quæ fit per aliquod lumen ad omnia illa se extendere potest, quæ illi lumini subiiciuntur. Sed cognitio prophetica est per lumen diuinum, quo possunt omnia cognosci. Ergo.

† 4. Conc. In prol. in Psal. 6. 1. Cassiodorus dicens, quod prophetia est inspiratio, vel reuelatio diuina, rerum eventus immobili veritate denuncians, definit eam secundum id, quod proprie significatur nomine prophetiæ; & secundum hoc prophetia diuiditur contra alias gratias gratis datas: Vnde patet ad secundum. sed dici etiam potest ab eis distingui, quia omnia quæ sub prophetia cadunt, conueniunt in hac ratione, quod non sunt ab homine cognoscibilia, nisi per reuelationem diuinam, non sic quæ sunt sub aliis gratiis gratis datis.

5. Concl. Licet sint diuersa, quæ per diuinum lumen prophetice manifestantur; tamen prophetia habet vnitatem speciei ab vnitate luminis diuini, quod est formale in prophetica cognitione.

Art. 4. *Vtrum propheta per diuinam reuelationem cognoscat omnia quæ possunt prophetice cognosci.*

1. Concl. Non oportet quod prophetæ per diuinam reuelationem cognoscat omnia prophetabilia; sed quilibet cognoscit ex his aliqua secundum specialem reuelationem huius vel illius rei.

Hom. 1. in Ezech. *1. Colligendo, an Greg. spiritum prophetiæ tanquam ex præsentis animum propheticum, & ex futuris nequaquam.*

2. Diuersa non est necesse esse sciri nisi propter aliquod vnum, in quo connectuntur, & a quo dependent. Sed quæ prophetice diuino lumine cognoscuntur: sunt diuersa, & eorum principium est sola prima veritas. Ergo non oportet vt singula cognoscantur, nisi cognito eorum principio: quasi quis perfecte cognoscat principium secundum suam virtutem suam, si nil cognoscat omnia quæ per illud principium cognoscunt. Sed prophetæ non videns primam veritatem in seipsa. Ergo: ignorato enim communi principio, vel communiter apprehenso, nulla necessitas est simul omnia cognoscendi, vel vnumquodq; per se oportet manifestari: sed aliqua possunt cognosci, alia non sic.

† 2. Concl. Licet Deus omnia quæ sunt necessaria ad instructionem populi fidelis reuelet prophetis, non tamen omnia omnibus: sed quædam vni, quædam alii. 2. Cor. 12.

3. Concl. Prophetia in genere diuinæ reuelationis est quiddam imperfectum, cuius perfectio erit in patria, vt Apost. ait: vnde non oportet quod propheticæ reuelationi nihil desit.

4. Concl. Qui habet aliquam scientiam cognoscit principia illius ideo cognoscit omnia quæ in illa continentur: sed per prophetiam non cognoscitur in seipso principium prophetalium cognitionum, &c.

Artic. 5. *Vtrum propheta discernat semper quid dicat per spiritum proprium, & quid per spiritum prophetiæ.*

1. Concl. Mens prophetæ dupliciter instruitur vno modo per expressam reuelationem; altero modo per quendam instinctum, quem interdum etiam nescientes humanæ mentes patiuntur.

2. Concl. Propheta de his quæ per spiritum prophetiæ expresse cognoscit, maximam certitudinem habet. & pro certo habet quod hæc sint sibi diuinitus reuelata. Vnde Ierem. In veritate misit me dominus ad vos: & Abraham admonitus prophetica visione se præparauit ad filium suum immolandum.

3. Concl. Propheta ad ea quæ cognoscit per instinctum, aliquando se habet, vt non plene discernere possit, an hæc cogitauerit aliquo diuino instinctu, vel per spiritum proprium.

1. Ex Greg. qui hoc asserit.

Hom. 1. in Ezech. *2. Qui tamen instinctum est quiddam imperfectum in genere prophetiæ & hoc modo intelligendum est dictum Gregor. sed ne error ab hac parte accidere, per spiritum sanctum cuius correpti ab eo quæ vera sunt audiunt, & seipsos, quæ falsa dixerint, reprehendunt*

Obiecta procedunt, quantum ad ea, quæ prophetico spiritu reuelantur.

Art. 6. Vtrum ea, quæ prophetice cognoscuntur, vel annunciantur, possint esse falsa.

1. Concl. Prophetiæ non est subesse falsum.

1. Prophetia ex Cassiodor. est inspiratio, vel revelatio divina, rerum eventus immobilis veritate denuncians. Ergo.

1. Cognitioni divinæ non potest subesse falsum. Sed eadem est veritas prophetiæ cognitionis, & cognitionis divinæ, quia prophetia est quædam cognitio intellectus prophetæ impressa ex revelatione divina per modum cuiusdam doctrinæ. Sed veritas cognitionis est eadem in discipulo, & in docente, quia cognitio addiscentis est similitudo cognitionis docentis. Ergo.

† 2. Concl. Certitudo diuinæ præscientiæ non excludit contingentiam singularium futurorum, quia fertur in ea, vt sunt præsentia, & iam determinata: vnde nec prophetia, quæ est diuinæ præscientiæ similitudo, sua immobili veritate futurorum contingentiam excludit.

3. Concl. Quando revelatio prophetica est expressa quædam similitudo diuinæ præscientiæ, prout respicit futura contingentia in seipsis, talia sic eueniunt, vt prophetantur: quando vero prophetica revelatio est expressa similitudo diuinæ præscientiæ, prout s. cognoscit ordinem causarum ad effectus, tunc quandoque aliter euenit, quam prophetatur: nec tamen prophetiæ subest falsum, quia sensus prophetiæ est, quod inferiorum causarum dispositio hoc habet, vt talis effectus eueniat; & sic intelligitur illud, Morieris & non viues, id est, dispositio corporis tui ad mortem ordinatur. & illud, Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur, id est, hoc merita eius exigunt, vt subuertatur

Isa 38.

Ion. 3.

4. Concl. Huius conditionis, si quid prophetarum erit, consequens est necessarium, non secundum quod est futurum respectu nostri, sed vt consideratur in suo præsenti, prout subditur præscientia diuinæ.

Quæstio 172. De causa prophetiæ.

Art. 1. Vtrum prophetia possit esse naturalis.

1. Concl. PRophetia simpliciter dicta non potest esse à natura, sed solum ex revelatione diuina.

2. Pet. 2. 1. Non enim voluntate humana, ait Petr. allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati sancti Dei hominis.

2. Præcognitio futurorum secundum quod sunt in seipsis, quorum est scientia per prophetiam, non potest esse à natura; sed solum ex revelatione diuina, manifestum præcognoscere futura est proprium diuinæ intellectui, cuius æternitati sunt omnia præsentia. Sed huiusmodi cognitio proprie pertinet ad prophetiam, quæ est eorum, quæ naturaliter excedunt humanam cognitionem. Ergo.

2. Concl. Præcognitio futurorum in suis causis, quæ in homine esse potest, non habetur à natura. Quia, vt ait August. homo non semper habet hanc vim diuinandi, cum vult, quam haberet, si esset à natura.

3. Concl. Hæc cognitio potest haberi ab homine per experientiam, in qua iuuatur per naturalem dispositionem.

4. Concl. Hæc præcognitio differt ab illa, quæ habetur ex revelatione diuina in duobus. primum quia hæc est quorumcunque euentuum, & illa quorundam tantum deinde illa est infallibilis, huic potest subesse falsum.

† 5. Concl. lib. in super Gen. ad lit. c. 13. Illud, August. quod animæ secundum quod à sensibus abstrahitur, competit futura præuidere, non est intelligendum ex sua natura, sed ex revelatione angelica, quia alias quandocunque vellet hoc posset, quod est falsum.

6. Concl. Cognitio futurorum, quæ fit in somnis, aut est ex revelatione spiritualium substantiarum, aut ex causa corporali: quorũ vtrunq; melius potest fieri in dormientibus, quam in vigilantibus, qui sunt occupati circa sensibilia: quamuis perfectio iudicii plus vigeat in vigilante.

7. Concl. Bruta habent præcognitionem futurorum, prout præcognoscuntur in suis causis, quibus eorum phantasiæ mouentur magis, quam hominum, quorum phantasiæ magis disponuntur secundum rationem, quam secundũ impressionem naturalium causarum: in qua cognitione, licet abundantius sit in homine, non consistit prophetia.

8. Concl. Prophetia est necessaria ad populi gubernationem, quia propheticum lumen se extendit etiam ad directionem humanorum actuum: & præcipue in ordine ad cultum diuinum, ad quem natura non sufficit, sed requiritur gratia.

Art. 2. Vtrum prophetica revelatio fiat per Angelos.

1. Concl. Prophetica revelatio fit per Angelos.

Cap. 4. cœl. hier. Rom. 13. 1. Diuinas revelationes, ait Dion. patres nostros adeptos sunt per cœlestes virtutes.

2. Quæ sunt à Deo, ordinata sunt; & ordo diuinus habet, vt infima per media disponat. Ergo

3. Reg. 12. Sed cum simpliciter, & maxime remota sint, quæ sola Deus cognoscit in scriptura, dæmonum prophetæ non simpliciter appellantur, sed cum aliqua additione: vt prophetæ falsi prophetæ idolorum, &c.

† 3. Concl. Dæmones manifestant, quæ sciunt, non per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem, vel sensibiliter loquendo, in quo deficit ista manifestatio a vera prophetia.

4. Concl. Hom. 18. in Matth. Aliquibus etiam signis exterioribus discerni potest prophetia dæmonum a prophetia diuina, vt ait Chrys. quia diabolus aliquando falsum dicit, Spiritus sanctus nunquã.

Art. 6. Vtrum prophetæ dæmonum aliquando prædicent verum.

Etiam prophetæ dæmonum aliquando vera prænunciant.

1 Concl. Num. 24. 1. Balaam ex Gloss. fuit propheta dæmonum. Sed multa futura vera prænunciauit: vt illud, orietur stella ex Iacob, Ergo.

2. Vt se habet bonum in rebus, ita verum in cognitione. Sed impossibile est inuenire aliquid in rebus, quod totaliter bono priuetur. Ergo etiam impossibile est esse aliquam cognitionem, quæ totaliter sit falsa absque admixtione alicuius veritatis. Vnde Chrys. concessum est diabolo interdum vera dicere, vt sua mendacium summa rara veritate commendet.

Hom. 19. in Matth.

† 2. Concl. Prophetæ dæmonum non semper loquuntur ex dæmonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina, vt legitur de Balaam: quia Deus vtitur malis ad vtilitatem bonorum. Immo etiam, quæ vere dicunt reuelatione dæmonum, fiunt ex Spiritu sancto, quia vel dæmones hoc faciunt ex vi propriæ naturæ, cuius auctor est Spiritus sanctus, vel ex reuelatione bonorum Angelorum.

Num. 2. Propheta falsitatis non semper instruitur a spiritu falsitatis, sed quandoque a spiritu veritatis, & spiritus falsitatis aliquando Enunciat vera, vt dictum est.

3. Concl.

4. Concl. Propria dæmonum dicuntur esse illia, quæ habent a seipsis, scilicet mendacia, & peccata: quæ autem pertinent ad propriam naturam non habent ex se, sed a Deo, & sic possunt vera quandoque prædicare.

Quæstio 173. De modo propheticæ cognitionis.

Art. 1. Vtrum prophetæ videant ipsam Dei essentiam.

1. Concl. Visio prophetica non est visio ipsius diuinæ essentiæ: neque in ipsa diuina essentia prophetæ vident ea, quæ vident, sed in quibusdam similitudinibus secundum illustrationem diuini luminis.

1. Cor 3. Dion. c. 5. cæl. hier. 1. Visio diuinæ essentiæ non enigmatice nec in patria, propheticæ autem ex Paulo enigmatice. Ergo.

2. Cognitio propheticæ alia est a cognitione, quæ erit in patria, a qua distinguitur, vt perfectum ab imperfecto, quia prophetia importat cognitionem, diuinam, vt procul existentem. Vnde de prophetis dicitur, quod erant a longe aspicientes, illa autem, quæ sunt in patria, non videntur a remotis. Sed cognitio perfecta in patria est per essentiam. Ergo.

Aliqui dixerunt prophetas videre essentiã Dei, quam vocant speculum trinitatis, non tamen secundum quod est obiectum beatorum, sed prout in ea sunt rationes futurorum euentuum, quod est impossibile.

Gloss. Isa. 38. Quia impossibile est, quod aliquis videat rationes creaturarum in essentia diuina, nisi videat essentiam non videat. Secundum quam Deus est obiectum nostræ beatitudinis: non quia diuina essentia est ratio omnium, quæ sunt, & ratio idealis nõ addit super diuinam essentiam, nisi respectum ad creaturã: immo etiam, quia prius est cognoscere aliquid in se, quod est cognoscere Deum, & obiectiue beatitudinis quam cognoscere per comparationem ad alterum, quod est cognoscere Deum, secundum rationes creaturarum, in ipso existentes.

† 3. Concl. Aug. 9. de Trinit. c. 7. Prophetæ dicuntur inspicere in libro præscientiæ Dei, in quantum ex ipsa Dei præscientia resultat veritas in mentem prophetæ.

4. Concl. In prima veritate homo dicitur proptiam formam, qua existit, prout primæ veritatis similitudo refulget in mente humana, ex qua anima habet, quod se ipsam cognoscat.

5. Concl. Præcognoscere futura contingentia immobilia veritatis, potest propheta ex diuina reuelatione absque eo quod essentiam videat.

Art. 2. Vtrum in prophetica reuelatione imprimatur diuinitus menti prophetæ nouæ rerum species, vel solum nouum lumen.

1. Concl. Prophetia maxime pertinet ad mentem, circa cuius cognitionem duo considerantur, scilicet acceptio rerum, & iudicium de rebus repræsentatis, quæ repræsentantur per aliquas species, secundum naturæ ordinem, primo sensui, postea imaginationi, postremo intellectui possibili, qui immutatur a speciebus secundum lumen intellectus agentis. In imaginatione autem non solum sunt formæ rerum sensibilium, vt accipiuntur a sensu: sed transmutantur diuersimode, vel ob transmu

vel ob transmutationem corporalem, vt accidit in dormientibus, & furiosis, vel imperio rationis disponuntur in ordine ad id, quod est intelligendum: vt patet diuersa literarum ordinatione, vnde accipiuntur varij intellectus: at iudicium humanæ mentis fit secundum vim intellectualis luminis.

2. Concl. Per donum prophetiæ confertur aliquid supra naturalem facultatem, & quantum ad iudicium per influxum luminis intellectualis, & quantum acceptionem rerum, quæ fit per speciem: & quantum ad hoc prophetia est similis disciplinæ, qua discipulo repræsentantur res locutione, & signis: non autem quantum ad illuminationem, quæ est principalior in prophetia, quia iudicium est completiuum cognitionis.

3. Concl. Nõ repræ est censendus propheta is, cui fit repræsentatio rerũ per similitudines imaginarias rerum, vel etiã corporales, vt Pharaonis nisi illuminetur mens ad iudicandum: vnde talis apparitio est quid imperfectum in genere prophetiæ.

4. Concl. Censendus est propheta is, cui illuminatur mens ad iudicandum, etiam quæ ab alijs imaginarie visa sunt, vt Ioseph: sed maxime propheta est, qui in vtroque excellit.

5. Concl. Repræsentatur aliquid diuinitus prophetæ, mediante sensu per formas sensibiles: quandoque per formas imaginarias, siue diuinitus impressas, vel diuinitus ordinatas, ex his quæ sensibus sunt acceptæ: & per species intelligibiles, vt pater in his, qui diuinitus scientiam accipiunt.

Aug. l. 12. super Gene ad lit. c. 9. Dan. c. 5. Ezre. c. 1.

6. Concl. Lumen diuinum quandoque infunditur ad iudicandum, quæ ab alijs visa sunt, quod pertinet ad interpretationem sermonum, vel ad iudicandum secundum diuinam veritatẽ, quæ naturaliter homo apprehendit, vel quæ agenda sunt. Isa. 63. *Spiritus Domini, &c.*

7. Concl. Prophetica ergo reuelatio quandoque fit per solam luminis influentiam, quandoque per species de nouo impressas, vel aliter ordinatas Oseæ c. 12.

8. Concl. Quando in prophetica reuelatione diuinitus ordinantur species imaginariæ præacceptæ a sensu, præcedens similitudo rerum, in quibus aliquis est versatus aliquid operatur ad ipsas similitudines: non autem quando totaliter ab extrinseco exprimuntur.

9. Concl. Etsi visio intellectualis non fiat per similitudines corporales, fit tamen per aliquam similitudinem ex Augu quæ in reuelatione prophetica, vel immediate à Deo imprimitur, vel à formis imaginatis resultat secundũ adiutorium prophetici luminis.

10. Concl. Homo potest quidem formare quascunque formas imaginatas naturaliter: non tamen, vt sint ordinatæ ad repræsentandas intelligibiles veritates, quæ hominis intellectum excedunt.

Art. 3. *Vtrum visio prophetica semper fiat cum abstractione à sensibus.*

1. Concl. Visio prophetica non semper fit cum abstractione à sensibus.

Quia, vt dictum est, fit vel secundum influxum intelligibilis luminis, vel immissionem intelligibilium specierum, vel impressionem, aut ordinationem imaginabilium formarum, vel expressionem formarum sensibilium. Sed non potest fieri abstractio à sensibus, quando aliquid repræsentatur per species sensibiles, siue diuinitus formatas, vt rubus ostensus Moysi, & scriptura ostensa Daniel, siue per aliam causam reductas diuinitus tamen ad aliquid prophetice significandum ordinatum, vt Arca Noe: similiter nõ est necesse, vt fiat alienatio à sensibus exterioribus per hoc quod mens prophetæ illustratur intelligibile lumine, aut formatus intelligibilibus: species enim quia in nobis perfectum iudicium intellectus habetur per conuersionem ad sensibilia. Ergo.

2. Concl. Quando prophetica reuelatio fit secundũ formas imaginarias, necesse est fieri abstractionem a sensibus: quæ quandoque est perfecta, scilicet vt nihil homo sensibus percipiat, quandoque imperfecta, vt scilicet aliquid percipiat, sed non plane discernat, quæ exterius percipit ab his, quæ imaginabiliter videt.

3. Concl. Act. 10. Talis alienatio non fit in prophetis cum inordinatione naturæ, vt in furiosis: sed per aliquam causam ordinatum, vel naturalem, vt per somnum: vel spiritualem, vt per vehementiam contemplationis: vel virtute diuina rapiente. Ezech. c. 1.

† 4. Concl. Cum mens intenditur suo actui circa absensia, quæ sunt a sensibus remota, tunc propter vehementiam intentionis, equitur alienatio à sensibus, sed cum intenditur circa dispositionem, vel iudicium sensibilium, nõ oportet, quod à sensibus abstrahatur.

5. Concl. Non semper quando mens prophetæ inclinatur à superiori influxu ad aliquid iudicandum, fit alienatio à sensibus, sed solum, cũ eleuatur ad cõtẽplandũ aliqua sublimiora

1 Cor. 14. 6. Concl. Spiritus prophetarum dicuntur esse subiecti

iecti prophetis, quantum ad propheticam enunciationem: ſed in ipſa reuelatione, potius ipſi ſubijciuntur ſpiritui prophetiæ.

Art. 4. Vtrum prophetæ ſemper cognoſcant ea, quæ prophetant.

1. Concl. Prophetæ, etiam veri, non omnia ſemper cognoſcunt, quæ in eorum viſis, aut verbis, aut factis Spiritus ſanctus intendit.

2. Reg. 22. Cap. 13. *Quia in reuelatione prophetica, mouetur mens à Spiritu ſancto, vt inſtrumentum deficiens, reſpectu principalis agentis, non ſolum ad aliquid apprehendum, ſed etiam loquendũ, vel faciendum, & quandoque ad omnia tria ſimul, quandoque ad duo, quandoque ad vnum tantum. Sed quodlibet horum contingit eſſe cum aliquo cognitionis defectu: quia cum mens prophetæ mouetur & aliquid æſtimandum, vel apprehendendum, quandoque inducitur, vt ſolum apprehendat: quandoque vt etiam cognoſcat, illud ſibi eſſe diuinitus reuelatũ: ſimiliter aliquãdo ita mouetur ad aliquid loquendum, vt intelligat id, quod per illa verba Spiritus ſanctus intẽdit, vt patet de Danide: quãdoque nõ intelligit, vt patet de Caipha: ſimiliter in agendo vel ita mouetur, vt intelligat quod agit, vt patet de Ieremia. Vel vt non intelligat, vt melius diuidentes reſiſtant contra Chriſtũ. Ergo.*

2. Concl. 12 ſuper ad Iut. ca. 9. Proprie ad prophetiam pertinet quod aliquis cognoſcat ſe moueri a Spiritu ſancto ad aliquid æſtimandum, vel ſignificandum verbo, vel facto.

Ex Aug. & 2 Petr. 1. Habemus propheticum ſermonem, &c. & hoc probant obiecta.

Quæſtio 174. De diuiſione prophetiæ.

Art. 1. Vtrum conuenienter diuidatur prophetia in prophetiam prædeſtinationis Dei, præſcientiæ & comminationis.

1. Concl. In Matt. c. 1. inſt. ord. CConuenienter ſic diuiditur prophetia.

1. *Ex auctoritate Hieronym. qui ſic diſtinguit.*

2. *Prophetia debet diſtingui ſecundum differentias obiecti, vnde ſpecies habituum, & actuum diſtinguuntur. Sed huiuſmodi eſt diuiſio allata. Ergo. Nam obiectum prophetiæ eſt id, quod eſt in cognitione diuina ſupra humanam facultatem: ſummum autem eſt in diuina cognitione duplicitur primo, prout eſt in ſua cauſa, & ſic accipitur prophetia comminationis, quæ non ſemper impletur, ſed per eam pronunciatur ordo cauſæ ad effectũ: ſecundum ſeipſas, vt ſtanda ab ipſo. & horum eſt prophetia prædeſtinationis: vel vt ſtanda per liberum arbitrium hominis, & horum... eſt prophetia præſcientiæ, quæ poteſt eſſe bonorum, & malorum. At illa prædeſtinationis eſt tantum bonorum. Ergo.*

† 2. Concl. Præſcientia, vt dicitur reſpectus futurorum euentuum, ſiue in ſeipſis, ſiue in ſuis cauſis communiter ſe habet ad omnem ſpeciem prophetiæ: ſed vt proprie dicitur præcognitio futurorum euentuum, vt in ipſis ſunt, eſt ſpecies prophetiæ.

4. Concl. lib. 2. Etym. cap. 8. Prophetia promiſſionis comprehenditur ſub prophetia comminationis: quia eadem eſt ratio veritatis in vtraque.

Iſidor. diſtinguit prophetiam ſecundum modum prophetandi, qui poteſt diſtingui, vel ſecundum potentias cognoſcitiuas, vel ſecundum differentiam prophetici influxus: ideo ſecundum eum ſunt ſeptem genera, ecſtaſis, viſio, ſomnium, per nubem, vox de cœlis, accepta parabola, & repletio Spiritus S.

Art. 2. Vtrum excellentior ſit prophetia, quæ habet viſionem intellectualem, & imaginariam, quam ea, quæ habet viſionem intellectualem tantum.

1. Concl. Prophetia, per quam aliqua ſupernaturalis veritas conſpicitur ſecũdum intellectualem veritatem eſt dignior illa, in qua veritas ſupernaturalis manifeſtatur per ſimilitudinem corporalium rerum, ſecundum imaginariam viſionem.

1. *Ex Gloſ. in principio pſalterij, quæ hoc docet.*

2. *Cum finis prophetiæ ſit manifeſtatio alicuius veritatis quæ ſupra hominem exiſtit, quanto huiuſmodi manifeſtatio eſt potior, tanto prophetia eſt dignior quia finitas eorum, quæ ſunt ad finem, præcipue conſideratur ex fine. Sed manifeſtatio diuinæ veritatis, quæ ſit per nudam contemplationem ipſius, potior eſt illa quæ ſit ſub ſimilitudine corporalium rerum, cum magis approximet ad viſionem patriæ, ſecundum quam veritas in eſſentia Dei videtur. Ergo.*

2. Concl. Ex hoc etiam oſtenditur mens propheræ ſublimior ſicuti patet in diſcipulo, qui veritatem nude propoſitam capere poteſt.

3. Concl. Quando ſupernaturalis veritas reuelanda eſt per ſimilitudines corporales, tunc magis eſt prophetæ, qui vtrunque habet, ſcilicet lumen intellectuale, & imaginariam viſionem, & ſic intelligitur Auguſtin. non quod illa prophetia, in qua reuelatur nude intelligibilis veritas, non ſit omnibus potior.

4. Concl. — Visio imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter ea, sed propter manifestationem intelligibilis veritatis: vnde tanto potior est prophetia, quanto minus ea indiget: *quia in his, quæ propter se quæruntur, tanto virtus agentis potior est, quanto ad plura, & ad remotiora se extendit*, sed in his, quę quæruntur tamē propter aliud, quāto agens potest ex paucioribus & propinquioribus ad suum intentum pronenire, tanto videtur esse maioris virtutis.

5. Concl. — Nihil prohibet aliquid esse simpliciter melius, quod tamen minus proprie respicit alicuius prædicationem: & sic magis proprie dicuntur prophetæ qui vident per imaginariā visionem, quamuis illa prophetia sit nobilior, quæ est per intellectualem visionem, dummodo sit eadem veritas vtrobique reuolata, & lumen intellectuale infundatur ad cognoscendum supernaturalia, accideret.

6. Concl. — Illustratio diuini radij in præsenti vita, nō fit sine velaminibus aliquorum phantasmatum: quia homo non intelligit sine phantasmate, sed aliquando sufficiunt phantasmata, quæ communi modo a sensibus abstrahuntur: nec exigitur aliqua visio imaginaria, & sic, reuelatio prophetica dicitur fieri sine imaginaria visione.

Art. 3. Vtrum gradus prophetiæ possint distingui secundum visionem imaginariam.

1. Concl. — Gradus prophetiæ proprie dictæ distinguuntur secundum imaginariam visionem.

Medium enim diuersificat gradum cognitionis, vt patet in scientia, quia, & propter quid. Sed visio imaginaria in cognitione prophetica, est quoddā medium. Ergo.

2. Concl. — Prophetia in qua per lumen intellectuale reuelatur aliqua veritas per imaginariā visionem, medium gradum tenet inter illam, in qua reuelatur supernaturalis veritas sine imaginaria visione, & illam in qua per lumē intelligibile dirigitur homo ad ea cognoscēda, vel agenda, quæ pertinent ad humanam conuersationem, & quia ad prophetam magis spectat cognitio quam operatio, infimus gradus prophetiæ est, cum quis exteriori instinctu mouetur ad aliquid faciendum, sicut de Samsone scribitur, irruisse super eum spiritum domini, &c. Secundus gradus est cum quis exteriori lumine illuminatur ad cognoscendum ea quæ naturalem rationem non excedunt, & hi duo gradus non attingunt ad veram prophetiæ rationem, cum non attingant supernaturalem veritatem.

3. Concl. — Prophetia quæ fit per imaginariam visionem, sic diuersificatur.

1. Quia aliqua fit in somno, aliqua vigilia: & hæc est maior & altior.

Nam maior ostenditur virtus luminis, quæ animam circa sensibilia occupatam rapit ad spiritualium contemplationem, quam quæ animam abstractam in dormiente illustrat.

2. Ex parte signorum imaginabilium, inter quæ verba primum locum sortiuntur, vnde prophetia illa est altior, in qua propheta audit sibi loquentem, siue in vigilia, siue in somno, quam cum videt res aliquid significantes.

3. Ostenditur altior esse gradus prophetiæ, quando propheta non solum videt signa verborum, vel factorum, sed videt etiam in vigilando, siue in dormiendo aliquem sibi colloquentem, vel aliquid demonstrantem: quia per hoc magis appropinquatur ad caulam reuelantem.

4. Ex parte eius, qui videtur: nam quo ille est maior, eo prophetia est altior: & maior est ille, qui loquitur, videtur in specie Ang. quam si in specie hominis: & adhuc altior si videatur in specie Dei.

4. Concl. Isa. 6. — Sed super omnes hos gradus est tertium genus prophetiæ, in quo intelligibilis veritas, & supernaturalis absque imaginaria visione ostenditur, quæ tamen excedit rationē prophetiæ proprie dictæ.

† 5. Concl. — Licet lumen intellectuale propter se requiratur in prophetia: tamen quia discretio illius non potest à nobis cognosci, nisi per aliqua signa imaginaria & sensibilia, ideo ex diuersitate imaginum perpenditur diuersitas luminis.

6. Concl. — Non est inconueniens, quod vni, & eidem prophetæ fiat reuelatio diuersis vicibus, & secundum diuersos gradus.

Quia prophetia non est per modum habitus immanentis, sed per modum passionis transeuntis.

7. Concl. — Dicta, & facta non pertinent ad reuelationem proprie, sed ad denunciationem, quæ consequenter se habet ad prophetiam: vnde secundum illa, non debet sumi distinctio.

Art. 4. Vtrum Moyses fuerit excellentior omnibus prophetis.

1. Concl. — Simpliciter Moyses fuit omnibus alijs prophetis maior.

1. Deut. vlt. Non surrexit propheta vltra in Israel sicut Moyses.

Quan-

2. *Quantum ad viſionem intellectualem, quia vidit Dei eſſentiam, ſicut Paulus, in raptu, vt Aug. inquit: Vnde dicitur Num: 12. quod palam non per ænigmata vidit.*

3. *Quantum ad imaginariam viſionem, quam quaſi ad nutum habebat, non ſolum audiens verba, ſed etiam videns loquentem in ſpecie Dei: non ſolum dormiendo; ſed etiam vigilando, vnde dicitur, loquebatur ei facie ad faciem.* Mal. 3.

4. *Quantum ad denunciationem, quia loquebatur toti populo ex perſona Dei, quaſi de nouo legem proponens: alij vero loquebantur quaſi inducentes ad obſeruantiam legis Moyſis.*

5. *Quantum ad operationem miraculorum, quæ fecit toti populo infidelium.*

† 2. Concl. Prophetia Dauid attingit ex propinquo viſionem Moyſis, quantum ad viſionem intellectualem, ſed viſio Moyſis fuit excellentior, quantum ad cognitionem diuinitatis: Dauid vero clarius cognouit, & expreſſit myſteria incarnationis Chriſti.

3. Concl. Ioſ. 10. Iſa. 38. Eccl. 48. Miracula Ioſue, qui fecit ſtare ſolem, & Iſa. qui fecit illum retrocedere, & ſuſcitatio mortuorum, ſunt maiora ſecundum ſubſtantiam facti, ſed miracula Moyſis ſunt maiora ſecundum modum faciendi, quia tunc facta toti populo.

2. Cor. 3. 4. Concl. Ioan. Bapt. pertinet ad nouum teſtamentum, cuius miniſtri etiam ipſi Moyſi præferuntur.

Artic. 5. *Vtrum aliquis gradus prophetiæ ſit etiam in beatis.*

5. Concl. Beati non poſſunt dici prophetæ.

1. *Quia ſermo propheticus comparatur lucernæ lucenti in caligine ſeculi. Sed in beatis nulla eſt caligo, Ergo.*

2. *Prophetia importat viſionem quandam alicuius ſupernaturalis veritatis, vt procul exiſtentis, quod contingit, vel ex parte cognoſcentis, quia veritas ſupernaturalis non cognoſcitur in ſeipſa, ſed in aliquibus ſuis effectibus, vel per figuras corporalium rerum: vel ex parte videntis, quia non eſt totaliter in vltimam perfectionem adductus. Sed neutro modo beati ſunt procul. Ergo.*

† 2. Concl. Viſio Moyſis, qua Dei eſſentiam vidit, fuit raptim per modum paſſionis, non autem per manens per modum beatitudinis, vt in beatis: ideo illa non totaliter amittit nomen prophetiæ.

3. Concl. Reuelatio quæ fit Angelis, non habet nomen prophetiæ.

Quia fit eis non vt procul exiſtentibus; ſed vt Deo totaliter coniunctis.

Christo non competit prophetia, vt eſt comprehenſor: ſed vt viator. 4. Concl.

Quod legitur de Samuele: exaltauit vocem eius de terra in prophetia delere, &c. pertinet ad rationem prophetiæ: quia Samuel nondum peruenerat ad ſtatum beatitudinis: vel dicendum eſt non fuiſſe animam Samuelis, ſed Dæmonem ſub eius perſona loquentem. 1. Concl. Eccl. 46.

Art. 6. *Vtrum gradus prophetiæ varientur ſecundum temporis progreſſum.*

Prophetica reuelatio qua in fide inſtruimur ſecundum temporum ſucceſſum, eſt variata, & creuit. 1. Concl.

Quia fides in duobus principaliter conſiſtit, ſcilicet in vera Dei cognitione, & myſterij incarnationis Chriſti: iuxta primum prophetia creuit ſecundum tres temporum diſtinctiones, ſcilicet ante legem, ſub lege, & ſub gratia: nam ante legem Abraham, & alij patres prophetice inſtructi ſunt de his quæ pertinebant ad fidem diuinitatis, præſertim de omnipotentia: ſub lege vlterius de diuina ſimplicitate. Vnde Moyſi dictum eſt, ego dominus, qui apparui Abraham, Iſaac & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Tempore gratiæ reuelatum eſt a Chriſto myſterium Trinitatis, cum Apoſtolis dixit: Baptizantes eos in nomine Patris, &c. Et in ſingulis ſtatibus prima reuelatio, vt reuelatio Abrahæ, Moyſi, & Apoſtolis facta fuit excellentior aliis reuelationibus factis aliis in eodem ſtatu: quia ſuper illis primis fundata ſunt reliqua, vt reuelatio Iacob ſuper illa Abrahæ, & reuelatio prophetarum ſuper illa Moyſi, & ſuper reuelationes Apoſtolorum de fide Vnitatis & Trinitatis; fundata eſt tota Eccleſia. Quantum ad finem incarnationis, certum eſt quod quanto fuerunt Chriſto propinquiores, ſive ante, ſive poſt, vt plurimum plenius de hoc myſterio inſtructi fuere. Et de hoc intelligo Gregor. in primo arg. Exho. 6. Matt. 11.

Quantum ad directionem humanorum actuum, prophetica reuelatio variata eſt ſecundum corporis proceſſum, ſecundum conditionem negotiorum 2. Concl.

Quia quolibet tempore homines inſtructi ſunt de his quæ de agendis prout expediebat ad æternam ſalutem.

Tempore regum debuerunt prophetæ magis in populo Hebreo abundare, quia tunc nō opprimebantur ab alienigenis: & ita oportebat per prophetas in agendis illum populum quaſi liberum inſtrui. † 3. Concl.

Illud, *lex & prophetæ vſque ad Ioan* monita intelligitur, quod poſt Ioan non fuerint alij prophetæ, cum multi poſt Chriſtum prophe- 4. Concl.

tauerint, sed quod prophetæ pronunciantes Christi aduentum non potuerunt durare, nisi vsque ad Ioann. qui digito Christum demonstrauit.

Quæstio 175. De raptu.

Art. 1. Vtrum anima hominis raptatur ad diuina.

1 Concl. Arist. lib. 3 Eth. c. 1. RAptus violentiam quandam importat, & violentum dicitur cuius principium est extra, nihil conferente eo, quod vim patitur: confert autē id quod in aliud tendit secundum suam inclinationem, vel voluntariam, vel naturalem, vnde qui rapitur, rapitur in id, quod est diuersum ab eo, in quod eius inclinatio tendit.

† 2. Concl. Psal. 49. Quæ diuersitas attenditur, vel quantum ad finem inclinationis, vt si lapis proijciatur sursum, aut anima rapiatur de pœnas: vel quantum ad modum tendendi, vt si lapis citius deorsum proijciatur, quam sit eius motus naturalis, & anima abstraheretur à sensibiliū apprehensione, etiamsi eleuaretur ad ea ad quæ naturaliter ordinatur: vt accidit in somno, qui est secundum naturam; sed non est proprie raptus.

3. Concl. Abstractio à sensibilium apprehensione ad quæ cum fiat, potest ex triplici causa contingere.

1. Ex causa corporali, vt patet in his, qui ob aliquam infirmitatem alienationem patiuntur.

2. Virtute dæmonum, vt in arreptitijs.

3. Virtute diuina, & hoc modo hic de raptu loquimur.

4 Concl. 2. Cor. 12. Cap. 8. Anima hominis aliquādo rapitur ad diuina.

1. Scio, aut Paul. homine in Christo raptum, id est, contra naturam eleuatum, aut Gloss.

2. Quandoq; eleuatur assensus diuino ad aliqua supernaturalia cum abstractione à sensibus, secundum illud Ezech. Spiritus eleuauit me, & ita patitur violentiam, non ex parte termini, sed modi, quia eius naturalis processus est per sensibilia. Ergo.

5 Concl. Dicitur etiam aliquis rapi per alienationē ab his, quibus intēdebat; vt cum patitur euagationem mentis, pręter propositum, sed improprie.

† 6. Concl. Est naturale homini, vt in diuina tendat, per sensibilium apprehensionem: at modus quo aliquis ad diuina rapitur per abstractionem à sensibus, non est naturalis

7. Concl. Quod mens eleuetur à Deo per raptum, non est contra naturam, sed supra facultatem naturæ: quia ad modum & dignitatem hominis pertinet, vt ad diuina tendat ex hoc, quod factus est ad imaginem Dei.

8. Concl. Raptus potest dici coactio, si attendatur modus operationis: non autem si attendatur terminus operationis, in quem natura hominis, & eius intentio ordinantur.

Art. 2. Vtrum raptus magis pertineat ad vim cognoscitiuam, quam ad vim appetitiuam.

1. Concl. Glos. Aug. in Ps. 115. Raptus quantum ad id in quod quis rapitur, proprie loquendo, non potest pertinere ad vim appetitiuam, sed solum ad cognoscitiuam.

1. Ecstasis est, & ait Gloss. cum quis aliqua reuelatione sursum assumitur. Sed reuelatio pertinet ad vim intellectiuam. Ergo.

2. Raptus est præter propriam inclinationē eius, quod rapitur. Sed motus appetitiuæ virtutis est quidā inclinatio ad bonum appetibile. Ergo ex hoc quod homo appetit aliquid, non rapitur, sed per se mouetur.

2. Concl. Si raptus consideretur quantum ad suam causam, potest habere causam ex parte appetitiuæ virtutis: quia ex hoc ipso quod appetitus ad aliquid vehementer afficitur, potest contingere, vt ex violentia affectus homo ab omnibus alijs alienetur.

3. Concl. Raptus habet etiam affectum in appetitiua virtute, vt cum quis delectatur in his ad quæ rapitur: vnde Apost. non solum dicit se esse raptum ad tertium cœlum, quod pertinet ad contemplationem intellectus, sed etiam in paradisum, quod pertinet ad affectum.

† 4. Concl. Cap. 4. de diu. nom. Ecstasis potest ad vim appetitiuam pertinere, vt cum alicuius appetitus tendit in ea, quę extra ipsum sunt: & secundum hoc Dionys. inquit, diuinum amorem facere ecstasim: non sic raptus, qui supra ecstasim addit violētiam quandam: & si intelligatur de raptu, probat amorem esse causam raptus.

5. Concl. Greg. l. 2 Dia. 6. c. 3. Dupliciter homo secundum appetitū potest ferri extra seipsum: vel cum appetitus intellectiuus totaliter in diuina tendit prætermissis his, ad quæ inclinat appetitus sensitiuus: vnde Paul. viuo ego, &c. vel quādo prætermisso appetitu superiori homo totaliter fertur in ea, quę pertinent ad appetitum inferiorem: & sic ille qui porcos pauit, sub semetipso cecidit, & iste excessus, vel ecstasis plus appropinquat ad rationem raptus, quam primus; quia appetitus superior est magis homini proprius: sed tamen quia ibi non est violentia; quia voluntas potest resistere passioni, deficit a vera ratione raptus, nisi sit tā vehemens passio, q̄ vsum rationis totaliter tollat.

Non

6. Concl. Non inconuenit, vt ſicut ex amore, ita ex timore poſſit cauſari exceſſus.

Quia vt amor eſt motus appetitus reſpectu boni; ita timor eſt motus appetitus reſpectu mali.

Art. 3. Vtrum Paulus in raptu viderit Dei eſſentiam.

1. Concl. Eps 112. ca. 13. & 12. ſuper Gen. Conuenientius dicitur, quod Paulus Deum per eſſentiam viderit.

1. Ex Aug. epiſt. ad Paulinum, vbi hoc docet.

1. Cor. 12. *2. Ex ipſis verbis Pauli, qui dicit ſe audiſſe meſſabilia verba, quæ non licet homini loqui. Sed huiuſmodi videntur ea, quæ pertinent ad viſionem beatorum: quia excedit ſtatum viæ, ſecundum illud, oculus non vidit, &c. Ergo.*

† 2. Concl. Iſa. 64. Mens humana diuinitus rapitur ad contemplandam primam veritatem, vel vt contempletur eam per ſimilitudines quaſdã imaginarias, & talis fuit exceſſus mentis, qui cecidit ſupra Petrum, vel vt contempletur diuinam veritatem per intelligibiles effectus, & ſic fuit exceſſus Dauid: vel vt contempletur eam, in ſua eſſentia, & talis fuit raptus Pauli, & Moyſis.

Act. 10. Pſal. 115. *Et id ſatis congruenter: quia vt Moyſes fuit primus doctor Iudæorum, ita Paulus gentium.*

3 Concl. Paulus in tali raptu nõ fuit ſimpliciter beatus: quia lumẽ gloriæ, q̃ requiritur ad videndum Dei eſſentiam, non fuit in eo per modũ formæ permanentis, vt eſt in beatis.

4. Concl. Paulus in raptu non habuit fidem actu, ſed habitu quia tantum habuit actum beatorum, ſed non fuit beatus habitualiter.

5. Concl. Nomine tertij cœli intelligitur aliquid corporeum: & ſic tertium cœlum dicitur empyreum, reſpectu cœli ſiderei, & chryſtallini. Vel per tertium cœlum intelligitur aliqua viſio ſupermundana; quæ poteſt dici tertium cœlum, vel ſecundum ordinem potẽtiarum, ſcilicet ſenſus, imaginationis, & intellectus: vel ſecundum ordinem cognoſcibilium, vt cœleſtium corporum, cœleſtium ſpirituum, & Dei; vel ſecundum gradus cognitionis, qua Deus videtur ab Angelis, infinitæ, mediæ, & ſupremæ hierarchiæ; & quia viſio Dei non poteſt eſſe ſine delectatione, ideo non ſolum dixit ſe eſſe raptum, vſque ad tertium cœlum ratione cõtemplationis; ſed etiam in paradiſũ ratione delectationis cõſequentis.

Art. 4. Vtrum Paulus in raptu fuerit alienatus à ſenſibus.

1. Concl. Impoſſibile eſt, quod homo in ſtatu viæ videat Deum per eſſentiam, ſine abſtractione à ſenſibus.

1. Niſi ab hac vita, aut Auguſt. quia, quodammodo moriatur, ſine omnino exeat à corpore, ſin alienatus à corporis ſenſibus in illam non ſchiatur viſionem.

2. Cum intellectus humanus non conuertatur ad intelligibilia, niſi mediantibus phantaſmatibus quæ per ſpecies intelligentes a ſenſibus accipit, neceſſe eſt, quod in omni operatione in qua abſtrahitur à phantaſmatibus, quod abſtrahatur à ſenſibus: intellectus autem hominis in ſtatu viæ neceſſe eſt, quod à phantaſmatibus abſtrahatur, ſi videat Dei eſſentiam, quæ nec per aliquod phantaſma, nec per ſpecies intelligibiles repræſentari poteſt, & ita oportet, cum eleuetur ad altiſſimam Dei viſionem, vt totaliter in Deum feratur, & nihil aliud intelligat ex phantaſmatibus. Ergo.

† 2. Concl. In beatis, diuinam eſſentiam videntibus non fiet abſtractio a ſenſibilibus, quia in eis erit redundantia ab intellectu ad inferiores vires, vſq; ad corpus, non ſic in via.

3. Concl. Chriſtus dum erat viator, videbat diuinam eſſentiam, abſq; abſtractione à ſenſibus, quia erat glorificatus per habituale lumen gloriæ; non ſic cæteri viatores.

4. Concl. Paulus poſt viſionem diuinæ eſſentiæ eorum quæ viderat, eſſentię memor fuit per aliquas ſpecies intelligibiles habitualiter in eius intellectu relictas.

Artic. 5. Vtrum anima Pauli in ſtatu illo fuerit omnino à corpore ſeparata.

1. Concl. Epiſt. 112. Quia in raptu eleuatur homo ab eo, quod eſt ſecundum naturam, ad id quod eſt ſupra naturam, oportet in eo conſiderare, quid ſit homini ſecundum naturam, & quid in eo fiat diuina virtute ſupra naturam.

2. Concl. Ex hoc quod anima corpori tanquam naturalis forma vnitur, habet habitudinem naturalem, vt intelligat per conuerſionem ad phantaſmata; quod non auferetur diuina virtute in raptu: nec ita anima ſeparatur à corpore, vt non vniatur quaſi forma, quia per raptum non mutatur hominis ſtatus.

3 Concl. In raptu Pauli fuit neceſſarium intellectum eius abſtrahi à phantaſmatibus, & ſenſibiliũ perceptione. Quare manente hominis ſtatu, remouetur actualis contrauerſio ad phantaſmata, ne impediatur conuerſio ad id, quod omnia phantaſmata excedit.

† 4. Concl. Paulus in illo raptu peregrinabatur ad dominum, quantum ad ſtatum: quia adhuc erat in ſtatu viatoris; ſed non quantum ad actum quo videbat Deum.

4. Concl. Potẽtia animæ nõ eleuatur virtute naturali ſupra

supra modum conuenientem eius essentiæ, sed virtute diuina potest altius eleuari.

6. Concl. Non requiritur ad raptum abstractio à viribus animæ vegetabilis.

Quia hæc vires non operantur ex intentione animæ, & vires sensitiuæ.

Artic. 6. Vtrum Paulus ignorauerit, an anima eius fuerit à corpore separata.

1. Concl. 2. Cor. 12. Paulus in raptu ignorauit an anima ipsius fuerit à corpore separata.

1. Siue in corpore, aut ipse, siue extra corpus nescio, Deus scit.

2. Ex August. qui longam dissertationem concludit. Restat ergo fortasse, & hoc ipsum eum ignorasse intelligamus, &c. Sed veritatem huius quæstionis oportet sumere ex verbis Apost. qui dicit se aliquid scire, scilicet, se raptum esse usque ad tertium cælum, & aliquid ignorare, scil. an in corpore, an extra corpus: quod dupliciter potest intelligi, primo, & quod dicitur, sive in corpore, non referatur ad ipsum esse hominis rapti, quasi ignorauerit an anima eius esset in corpore; sed ad modum raptus, & scil. ignorauerit an corpus eius fuerit simul raptum cum anima quem sensum reiecit August. ex hoc, quod Apost. dicit, se esse raptum ad tertium cælum. Secundo, quod Apost. sciuerit se esse raptum secundum animam, & non secundum corpus; nescierit tamen qualiter se haberet anima ad corpus: circa hoc aliqui dicunt, quod sciuit animam suam esse corporis vnitam, tanquam formam, sed quod nescivit an posset esse alienationem à sensibus, vel ab operibus animæ vegetabilis: seu hoc est falsum; quia hæc non potuit ignorare, ex quo sciuit se esse raptum. Unde relinquitur, quod nescierit an anima eius esset corporis vnita vt forma: & hoc sequitur Aug. lib. 12 super Gen. ad lit. c. 3.

† 2. Concl. Cum Apost. dicit, *scio hominem*, &c. accipit hominem pro parte hominis, per synecdochem, quo modo præcipue accipitur anima, quæ est præstantior.

3 Concl. Lo. cit. Apostolus sciuit, vel illud cœlum esse aliquid corporeum, vel aliquid incorporeum à se vltum in illo cœlo: cum id potuerit fieri per intellectum eius, etiamsi anima non esset à corpore separata.

4 Concl. Aug. super Gen. ad lit. lib. 12. c. pen. Visio Pauli in illo raptu, fuit similis visioni beatorum, quantum ad id, quod videbatur: sed dissimilis quantum ad modum videndi: quia non ita perfecte vidit sicut sancti vident.

Quæstio 176. De gratijs datis, quæ pertinent ad locutionem.

Art. 1. Vtrum illi qui consequebantur donum linguarum loquerentur omnibus linguis.

1. Concl. Apostoli per donum linguarū loquebantur omnibus linguis.

1. Spiritus sanctus, ait Gregor. super discipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum scientiam dedit.

Rom. 10. in Euang. *2. Primi discipuli Christi ad hoc fuerunt electi, & per vniuersum orbem discurrentes fidem eius vbique prædicarent. Sed non erat conueniens, vt qui mittebantur ad alios docendos, indigerent ab aliis instrui qualiter loquerentur, vel qua alij loquerentur, intelligerent, præsertim cum ad infideles mitterentur, & essent pauperes, & impotentes, nec reperissent, qui eorum verba aliis fideliter interpretarentur. Ergo.* Act. 2. Matt. vlt.

† 2. Concl. Manifestatio spiritus datur ad vtilitatem; vnde sufficienter Paulus, & alij Apostoli fuerunt instructi in linguis, quantum requirebatur ad fidei doctrinam: sed quantum ad ea quæ super additur humana arte ad ornatum, Apostolus instructus erat in propria lingua, non autem in aliena.

3. Concl. Quamuis fieri potuisset, quod per vnam linguam loquentes Apostoli ab omnibus intelligerentur: tamen cōuenientius fuit, quod ipsi omnibus linguis loquerentur.

Quia ad pertinebat ad perfectionem scientiæ ipsorum, per quam non solum linguis, sed etiam intellectu reperiebant, quæ ab aliis dicebantur.

4. Concl. Christus non est locutus linguis omnium, licet linguarum haberet scientiam.

Quia vnius gentis prædicatorem erat.

Art. 2. Vtrum donum linguarum sit excellentius quam gratia prophetiæ.

8. Concl. 1. Cor. 14. Donum prophetiæ excedit donum linguarum.

1. Ex Apost. maior est, qui prophetat, quam qui loquitur variis linguis.

2. Donum linguarum refertur ad diuersas voces proferendas, quæ sunt signa diuersi intelligibilis veritatis. Sed donum prophetiæ consistit in ipsa illuminatione mentis ad cognoscendam intelligibilem veritatem. Ergo.

3. Donum prophetiæ pertinet ad rerum cognitio

nem, quæ est nobilior, quam cognitio vocum, ad quam pertinet donum linguarum.

4. Donum prophetiæ est vtilius primum ad Ecclesiæ ædificationem: deinde, quantum ad ipsum loquentem, quia si linqueretur diuersis linguis, sine rerum intelligentia mens eius non ædificaretur: rursum per donum linguarum loquentes reputantur quandoque infans, sed propheta infidelis conuincunt.

Act. 2.

†2. Concl. Donum linguarum pertinet quidem ad perfectionem operationis Spiritus sancti: donum prophetiæ, nec inde fit, vt sit excellentius, propheria, licet pertineat ad nouum testamentum, in quo fuit etiam reuelatio: quia etiam visio imaginaria pertinet ad excellentiam propheriæ, & tamen non est excellentior lumine intelligibili.

1. Cor. 4.

3. Concl. Per donum prophetiæ ordinatur homo ad Deum secundum mentem, quod est nobilius, quam ordinari secundum vocem, quod fit dono linguarum.

4. Concl. Quod prophetia in statu imperfectionis huius vitæ non possit haberi per modum habitus perfecte, vt donum linguarum, contingit ex eius perfectione: qui ale extendit ad omnia supernaturalia cognoscenda.

5. Concl. Licet interpretatio sermonum postponatur dono linguarum: tamen est illo perfectior.

Quia potest reduci ad prophetiam, prout mens illuminatur ad intelligenda, & exponenda quæ sunt in sermonibus obscura.

Quæstio 177. De gratia gratis data, quæ consistit in sermone.

Artic. 1. Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data.

1. Concl. ETiam in sermone consistit aliqua gratia gratis data.

1. Eccl. 6. *lingua gratiosa in bono homine abundabit. Sed bonitas est ex gratia. Ergo.*

2. *Gratiæ gratis datæ dantur in vtilitatem aliorum. Sed cognitio, quam quis à Deo accepit in vtilitatem alterius conuerti non posset, nisi mediante locutione. Ergo cum Spiritus sanctus non deficiat in aliquo quod pertineat ad Ecclesiæ vtilitatem, prouidet membris ecclesiæ etiam in locutione; non solum, vt quis sic loquatur, vt à diuersis possit intelligi, quod pertinet ad donum linguarum; sed etiam quod efficaciter loquatur, quod pertinet ad gratiam sermonis: & hoc 1. ad instruendam intellectum, quod fit dum quis sic loquitur, vt doceat 2. ad mouendum affectum, vt sciens libenter homines audiant verbum Dei. 3. ad hoc vt homo amet ea quæ verbis significantur, & velit complere, scilicet cum quis sic loquitur, vt auditorem flectat.*

†2. Concl. Rhetorica perficit sermonem modo naturali: sed Spiritus sanctus excellentius operatur per gratiam sermonis id quod potest ars operari inferiori modo.

3. Concl. 1. Cor. 4. Cum Paulus ait, *non in sermone est regnum Dei*, loquitur de sermone, qui innititur humanæ eloquentiæ absque virtute Spiritus sancti.

4. Concl. Gratia sermonis datur alicui ad vtilitatem aliorum: vnde quandoque subtrahitur propter auditoris culpam, quandoque propter culpam loquentis: non tamen bona opera vtriusque merentur directe hanc gratiam, sed solum tollunt huius gratiæ impedimenta.

5. Concl. Non oportuit ponere sermonem fidei, sed sufficit ponere sermonem scientiæ, vel sapientiæ, per quam fit manifestatio.

Artic. 2. Vtrum gratia sermonis sapientiæ, & scientiæ pertineat etiam ad mulieres.

1. Concl. 1. Cor. 14. 1. Tim. 2. Vti sermone publice alloquendo totam ecclesiam, mulieri non permittitur.

1. *Mulieres in Ecclesia taceant, ait Paul.*

2. *Ex conditione feminei sexus, qui debet esse subditus viro.*

3. *Ne animi hominum alliciantur ad libidinem.*

4. *Quia communiter mulieres non sunt in sapientia perfecta, vt eis possit conuenienter publica doctrina committi.*

2. Concl. Vti sermone priuate ad vnum, vel paucos familiariter colloquendo, potest competere mulieribus, & sic eis conceditur gratia sermonis Prouerb. 4. vnigenitus fui coram matre mea, & docebat me, vnde patet ad primum.

3. Concl. Gratia prophetiæ conceditur mulieribus, quia attenditur secundum mentem illuminatam à Deo, ex qua parte non est sexuum differentia: sed gratia sermonis pertinet ad instructionem hominum, inter quos differentia sexus inuenitur.

4. Concl. Mulieres, si gratiam sapientiæ aut scientiæ habeant, possunt eam administrare secundum priuatam doctrinam, non autem publicam.

Quæstio 178. De gratia miraculorum.

Art. 1. Vtrum sit aliqua gratia gratis data ad miracula facienda.

1. Concl. OPeratio miraculorum pertinet ad gratiam gratis datam.

1. *Paul. connumerat eam alijs gratijs gratis datis Ergo.*

2. *Vt oportet notitiam, quam quis diuinitus accepit, in notitiam aliorum deduci, & per donum linguarum, & per gratiam sermonis; ita necesse est vt sermo prolatus confirmetur, vt credibilis fiat, quod sit operatione miraculorum: quia naturale est homini, vt veritatem intelligibilem per sensibiles effectus comprehendat, Spiritus Sanctus sufficienter prouidet Ecclesiæ, in his, quæ sunt vtilia ad salutem, ad quod ordinantur gratiæ datæ. Ergo vt ductus naturalis rationis homo perueniat ad aliquam Dei notitiam per effectus naturales: ita supernaturales effectus, qui miracula dicuntur, in aliquam supernaturalem cognitionem credendorum inducerent.*

† 2. Concl. 1. Cor. 12. Impossibile est quod principium operandi miracula sit aliqua qualitas habituliter manens in anima: quia operatio virtutum se extendit ad omnia, quæ sunt naturaliter fieri possunt: quorum causa est diuina omnipotentia, quæ non potest homini communicari. Contingit autam miracula facere vel præcedente oratione, vel Deo ad tactum hominis operante, in quibus omnibus Deus principaliter operatur.

3. Concl. Act. 9. Greg. lib. 2 dial. cd. 30. Quæ fiunt a spiritu immundo licet quandoque sint vera miracula, vt cum Magi Pharaonis fecerunt veras ranas: tamē non habēt veram rationem miraculi, quia fiunt virtute naturalium causarum.

4 Concl. In miraculis attenditur & id, quod sit secundum quod miracula dicuntur virtutes, & illud propter quod fiunt scilicet, ad manifestandum aliquid supernaturale, & secundum hoc dicuntur signa.

5. Concl. Gratia sanitatum commemoratur seorsum.

Quia per eam conferitur hominis aliquod beneficium præter beneficium communē, quod exhibetur in omnibus miraculis, vt scilicet homines adducantur in Dei notitiam.

6. Concl. Operatio miraculorum attribuitur fidei, quia ordinantur, ad fidei manifestationem; quia procedit ex omnipotentia Dei, cui inititur fides, est tamen necessaria præter fidem operatio miraculorum ad fidei manifestationem.

Art. 2. Vtrum mali possint miracula facere.

1. Concl. Miraculorum aliqua sunt non vera, sed phantastica facta, quibus scilicet ludificatur homo, vt videatur ei aliquid, quod nō est.

2. Concl. Aliqua sunt vera facta sed non habent veram rationem miraculi, sed cū fiant virtute naturaliū causarū, & hæc possunt fieri à dæmone.

3. Concl. Vera miracula sola virtute diuina fiunt ad hominem vtilitatem, q̄ cōtingit dupliciter.

1. *Ad veritatis prædicatæ confirmationem & sic possunt miracula fieri per quemcunq; qui veram fidem prædicat, & nomen Christi inuocat etiam si sit malus: Vnde apost. si habuero omnem fidem ita vt montes transferam caritatem autem non habuero, &c. Idem docet Hieron. super illud. Domine in nomine tuo prophetauimus, &c.* Matt. 7.

Ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quā Deus aliis proponere in exemplum virtutis, & hæc non fiunt nisi a sanctis, vel in vita, vel post mortem: siue per eos, siue per alios: etiam malos: quia nihil prohibet per aliquem peccatorē miracula fieri ad inuocationem alicuius sancti.

† 4. Concl. Quia oratio in impetrando non innititur merito, sed diuinæ misericordiæ quæ etiam ad malos se extendit, ideo & mali possunt miracula facere: & per orationem ea impetrare.

5. Concl. Fides sine operibus dicitur mortua quantum ad credentem, qui per eam non viuit vita gratię: nihil tamē prohibet quin Deus possit agere per fidem hominis peccatoris instrumentaliter

6. Concl. 1 aug. libr. 83. q. 79. Magi faciunt miracula per priuatos contractus cum dæmonibus, boni Christiani per publicam iustitiam; mali per signa publicæ iustitiæ; nunquam tamen malti in testimoniū sanctitatis, quam non habent nec ad confirmationem falsæ doctrinæ, quam docent.

7. Concl. Ad miracula facienda, non semper requiritur gratia gratum faciens: vnde non inconuenit malos miracula facere quæ nō possunt boni, qui iunctiores Deo coniunctiores.

Quæstio 179. De vita actiua & contemplatiua.

Art. 1. Vtrum vita conuenienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

1. Concl. Hom. 14. in Ezech. VIta hominis conuenienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

1. *Duæ ait Greg. sunt vitæ, in quibus nos Deus &c.*

2. *Vita vnicuiq; hominis videtur esse id, in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit: quia vnumquodq; vitæ efficitur vnusquisq; ex operatione sibi maxime propria ad quam maxime inclinatur. Sed quidā homines percipue intēdunt contēplationi*

ſeruatis, quidam exterioribus actionibus. Ergo.

† 2. Concl: Ariſt. li. 2. de an tex. 37.

Viuere viuentibus eſt eſſe, ex eo quod viuentia per hoc, quod habent eſſe per ſuam formam tali modo operantur.

Nam propria forma vniuſcuiuſque faciens ipſum eſſe in actu, eſt principium operationis propriæ ipſius.

3. Concl.

Alia diuiſio non eſt vitæ vniuerſaliter ſumptæ, quæ non diuiditur primo per differentias poſteriores: ſed eſt vitæ hominis, qui ſpeciem ſortitur ex hoc, quod habet intellectum, vnde eadem eſt diuiſio intellectus & vitæ humanæ.

4. Concl.

Contemplatio habet quietem ab exterioribus motibus: nihilominus etiam ipſum contemplari eſt quidd m motus intellectus, prout quælibet operatio eſt motus, & motus eſt actus perfecti: vnde nihil prohibet quod vita, quæ importat motum, diuidatur modo dicto.

Art. 2. Vtrum vita ſufficienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

1. Concl. Greg. lib. 6. Mor. c. 28.

Vita ſufficienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

1. *Iſtæ duæ vitæ ſignificantur per duas vxores Iacob. ſcil. per Liam & Rachelem, & per Martham & Mariam. Sed non eſſet congrua ſignificatio, ſi eſſent plures. Ergo.*

2. *Hæc diuiſio datur de vita humana, quæ attenditur ſecundum intellectum. Sed intellectus diuiditur per actiuum & contemplatiuum, quia finis intellectiuæ cognitionis, vel eſt ipſa cognitio veritatis: quod pertinet ad intellectum ſpeculatiuum, vel aliqua actio, quod pertinet ad intellectum actiuum. Ergo.*

† 2. Concl.

Vita voluptuoſa ponit finem in delectatione corporali, quæ cum ſit communis nobis, & brutis, dicitur vita beſtialis, & ideo non ponuntur in prædicta diuiſione.

3. Concll.

Illud tertium genus vitæ: quod Auguſt. addit ex vtroque compoſitum, comprehenditur ſub eiſdem.

4. Concl.

Omnia humana ſtudia ſi ſint in cognitione veritatis, pertinent ad vitam contemplatiuam: ſi in actione, ad vitam actiuam: præter ea, quæ ad vitam voluptuoſam, ratione dicta.

Quæſtio 180. De vita contemplatiua.

Art. 1. Vtrum contemplatiua nihil habeat in affectu, ſed totum in intellectu.

1. Concl.

Vita contemplatiua quantum ad eſſentiam actionis pertinet ad intellectum: ſed quantum ad id, quod mouet ad exercendum huiuſmodi actum pertinet ad voluntatem.

Vita enim contemplatiua dicitur eſſe eorum, qui principaliter intendunt contemplationi veritatis. Sed intentio eſt actus voluntatis, cum ſit de fine, qui eſt voluntatis obiectum. Ergo contemplatiua eſſentialiter pertinet ad intellectum, motiua vero ad affectum.

2. Concl.

Pertinet etiam ad voluntatem terminatiue.

Nam voluntas mouet ad aliquid inſpiciendum, vel propter amorem rei viſæ, vbi enim eſt theſaurus tuus & cor, vel propter amorem ipſius cognitionis, vnde Gregor. ponit contemplatiuam etiam in carnatis. Sed quiſque delectatur cum adeptus fuerit, quod amat. Ergo vita contemplatiua terminatur in delectationem, quæ eſt in affectu.

Hom. 14. in Ezech.

† 3. Conc.

Ex hoc quod veritas eſt finis contemplationis, habet rationem boni appetibilis, & amabilis, propter quod pertinet ad affectum.

4. Concl. Greg. hom. 14. in Ezec. 2. Concl.

Ad viſionem Dei, quæ pertinet ad contemplatiuam, incitat amor ipſius, quod pertinet ad voluntatem.

Vis appetitiua, non ſolum mouet corporalia membra ad exteriores actiones, ſed etiam intellectum ad operationem contemplationis, itaque non conſiſtit in ſolo intellectu.

Art. 2. Vtrum virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam.

1. Concl. 6. moral. c. 28.

Virtutes morales non pertinent eſſent aliter ad vitam contemplatiuam.

1. *Virtutes morales ordinantur ad exteriores actiones. Sed contemplatiua ex Greg. quieſcit, ab exteriori actione. Ergo.*

2. *Finis contemplatiuæ eſt conſideratio veritatis. Sed virtutes morales pertinent ad felicitatem Actiuam ex Ariſtot. Ergo.*

lib. 10 Eth. c. 7.

Diſpoſitiuæ morales pertinent ad vitam contemplatiuam

2 Concl.

Quia actus contemplationes impediuntur per vehementiam paſſionum, & per tumultus exteriores, ſed virtutes morales impediunt vehementiam paſſionum, & ſedant tumultus exteriores. Ergo.

Vita contemplatiua habet motuum ex parte affectus, & ſecundum hoc Greg. ait dilectionem Dei & proximi requiri ad contemplatiuam: non tamen eſſentialiter.

† 3. Conc.

Ex eo quod pax & cordis munditia, ducant ad viſionem Dei, ſolum ſequitur, virtutes morales diſpoſitiue pertinere ad contemplationē.

4. Concl.

Pulchritudo per ſe: & eſſentialiter inuenitur in vita contemplatiua, quæ conſiſtit in actu rationis in virtutibus moralibus non eſt niſi participative.

5. Concl.

Quia pulchritudo consistit in quadam claritate, & debita proportione, quæ radicaliter est in ratione.

Art. 3. Vtrum ad vitam contemplatiuam pertineant diuersi actus

1. Concl. Contemplatiua vita vnum habet actum, in quo finaliter perficitur, s. contemplationem veritatis, a qua vnitatem habet.

1. Vita hic dicitur operatio. Ergo si plures essent operationes, essent plures vitæ contemplatiuæ, quod est falsum.

2. Licet habeat diuersos actus antecedentes, qui vel pertinent ad acceptionem principiorum vel ad deductionem principiorum in veritatem eius, cuius cognitio quæritur, quia homo non simplici apprehensione veritatem intuetur, vt Angelus, sed quodam processu ex multis tamen vnum, & competens actio huius vitæ est vnus scilicet contemplatio veritatis. Ergo.

† 2. Concl. Cogitatio pertinet ad multorũ inspectionem, ex quibus aliquis colligere intendit vnam simplicem veritatem: meditatio autem ad processum rationis ex principijs aliquibus pertingentibus ad veritatis alicuius contemplationem: at contemplatio pertinet ad ipsum simplicem intuitum veritatis. Vnde cogitatio, & meditatio quæ à contemplatione distinguuntur, ad eam pertinent, vt actus antecedentes.

Rich. de templ. c. 4. 3 Concl. Speculatio ad meditationem reducitur.

Quia dicitur a speculo: videre autem aliquid per speculum est videre causam per effectum, in quo eius similitudo relucet.

4. Concl Admiratio consequitur contemplationẽ primæ veritatis ideo Bernar. ait quod prima, & maxima contemplatio est admiratio maiestatis: non quia ipsa contẽplatio fit plures actus.

5. Concl. Homo ad cognitionem veritatis pertingit vel per ea quæ ab alio accipit, & tunc, sic Deo est necessaria oratio, si ab homine auditus vel locutio, vel per proprium studium, & sic requiritur meditatio: vnde hæc non pertinent ad actum contemplationis, sed ad hoc, vt ad contemplationem deueniatur.

Artic. 4. Vtrum vita contemplatiua solum consistat in contemplatione Dei, an etiam in consideratione cuiuscunque veritatis.

Principaliter ad vitam contemplatiuam pertinent contemplatio diuinæ veritatis.

Concl. 1. 6. mor. c. 27. *1 In contemplatione, ait Greg. principium quod est Deus, quæritur*

2. Huiusmodi contemplatio est finis totius humanæ vitæ: vnde Augustin. Contemplatio Dei promittitur nobis actionum omnium finis, &c. Vere in hac vita ista contemplatio competit nobis imperfecte per speculum in ænigmate. lib. 1. de Trin. c. 8.

2. Concl. Contemplatio diuinorum effectuum, secundario ad vitam contemplatiuã pertinet.

Quia per eos in Dei contemplationem manuducimur, secundum illud, Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt &c. Idem dicit Augustin. Vnde quatuor ad contemplatiuam vitam pertinent, scilicet virtutes morales: alij prater contemplationem: contemplationem diuinorum effectuum: contemplatio diuinæ veritatis.

† 3. Concl. Psalm. 138. Dauid quærebat cognitionem operũ Dei, vt ex hoc manu duceretur ad Deum; non vt principaliter hæc contemplaretur.

4. Concl. Sex assignantur gradus quibus per creaturas in Dei cõtemplationem ascenditur, scilicet perceptio sensibilium: progressus à sensibilibus ad intelligibilia: dijudicatio sensiblium secundum intelligibilia: absoluta consideratio intelligibilium quæ per sensibilia deuenitur: contemplatio intelligibilium, quæ tantum ratione capi possunt contemplatio intelligibilium, quæ nec ratio percipere potest: quæ pertinet ad sublimem contemplationem primæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur, & secundũ hæc Richardus sex enumerat contemplationem species.

5. Concl. Vltima perfectio intellectus est veritas diuina, propter quam aliæ veritates perficiunt intellectum.

Artic. 5. Vtrum vita contemplatiua secundum statum præsentis vitæ possit pertingere ad visionem diuinæ essentiæ.

1. Concl. Hom. 18. in Ezec. a. 12. super Gen. ad lit. c. 27. Contemplatio præsentis vitæ nullo modo potest pertingere ad videndam Dei essentiam: si homo consideretur in vita prout actualiter sensibus corporis viuit.

Ita docet Gregorius quod aut neminem posse ita contemplatione prouehere, vt possit oculos mentis in radios diuini luminis infigere: & Augustinus nemo videns Deum, nisi ista vita, qua mortaliter viuimus in ista sensione corporis &c.

2. Concl. Posset contemplatio huius vitæ contingere ad diuinam essentiam quãdo quis esset in hac vita potentialiter tantum, & non secundum actum, prout eius anima esset corpori coniuncta, vt forma ita tamen quod nõ vteretur corporis sensibus, neque imaginatione, vt accidit in raptu in visione Pauli. & hic

est su-

est supremus gradus contemplationis præsentis vitæ.

3. Concl. Gen. 32. Quod Iacob dicit, vidi Deum facie ad faciem, intellige vidisse formam imaginariam per quam Deus ei locutus est.

4. Concl. Contemplatio humana in hac vita non potest esse sine phantasmatibus, quia hoc est naturale homini, tamen intellectualis cognitio non sistit in phantasmatibus; sed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis, etiam in ijs, quę per reuelationem cognoscimus: & sic viri contemplatiui ex Greg. non trahunt secum rerum corporalium vmbras: quia in eis non sistunt.

5. Concl. lib. 6. mor. c. 26. lib. 2. dial. c. 34. Cum Greg. ait, *animi videntis creatorem*, &c. non vult significare, quod B. Benedictus Dei essentiam viderit, sed quod per illustrationē diuini luminis de facili possunt quæcunque videri.

Artic. 6. Vtrum operatio contemplationis conuenienter distinguatur per tres motus circularem, rectum, & obliquum.

1. Concl. Conuenienter operatio contemplationis distinguitur per tres motus scilicet circularem, rectum, & obliquum.

1. Ex Dion. 4 cap. de diuin. nom.

2. Cum per sensitiua in cognitionem intelligibilium deueniamus, & operationes sensibiles sine motu non fiant, inde est, quod operationes intelligibiles, quasi motus quidam describuntur: & secundum similitudinem diuersorum motuum, earum differentia assignatur. Sed in motibus corporalibus tres potissimum differentiæ assignantur, nam alius est circularis, secundum quem aliquid mouetur vniformiter circa idem centrum: alius rectus, secundum quem aliquid procedit ab vno ad aliud: tertius obliquus quasi compositus ex vtroque: ideo in operationibus intelligibilibus, quod simpliciter habet vniformitatem attribuitur motui circulari; & secundum, quo proceditur ab vno in aliud, motui recto; at operatio quæ habet aliquid vniformitatis simul cum processu ad diuersa, motui obliquo. Ergo.

† 2. Concl. Motus intelligibilium operationum non opponuntur quieti, sed ad ipsam quietem contemplationis pertinent.

3. Concl. Homo conuenit intellectu cum Angelis in genere, sed vis intellectiua multo altior est in illis, quam in homine, & ideo hi motus alio modo assignantur in hominibus, alio in Angelis, vt declarat Dionys.

4. Concl. Omnes illæ diuersitates motuum quæ accipiuntur secundum differentiam eius, quod est sursum, deorsum, dextrorsum &c. quas assignat Richardus, continentur sub motu recto, vel obliquo.

Nam per omnes designatur discursus rationis.

Art. 7. Vtrum contemplatio delectationem habeat.

1. Concl. Contemplatio redditur delectabilis dupliciter, primo ratione operationis.

Quia vnicuique delectabile est operatio sibi conueniens secundum propriam naturam, vel habitum. Sed contemplatio veritatis competit homini secundum suam naturam, vt rationalis est, & ad hoc magis sit hoc delectabile habenti habitum sapientiæ, vel scientiæ, quo fit vt homo sine difficultate contemplatur. Ergo.

2. Ex parte obiecti, prout aliquis rem amatam contemplatur.

2. Concl. In vita contemplatiua non solum est delectatio ratione contemplationis, sed etiam ratione amoris diuini, & quantum ad vtrumq; eius delectatio omnem humanam delectationem excedit.

Quia vita contemplatiua præcipue consistit in contemplatione Dei, ad quam mouet caritas: quæ omnem amorem superat.

† 3. Concl. Etsi vita contemplatiua essentialiter consistat in intellectu: tamen habet principium in affectu, & quia finis respondet principio, inde est quod finis, & terminus vitę contemplatiuæ sunt in affectu, in quo consistit delectatio.

4. Concl. Hom. 14. in Ezech. In contemplatione est contentio, & certamen, non ex contrarietate veritatis, quā contemplamur, vnde impediretur delectatio; sed ex defectu nostri intellectus & corporis, q̄ animam aggrauat, & ad inferiora trahit: vnde solum tollitur delectatio perfecta, quæ erit in patria, & licet in hac vita sit imperfecta, est tamen longe maior omni alia delectatione quantumuis perfecta, ob excellentiam rei contemplatæ.

Sap. 9.

5. Concl. Arist lib. 1. de par. anim. c. 5. Greg. hom. 14. in Eze. Iacob post contemplationem vno pede claudicabat: quia necesse est, vt debilitatio amore sæculi, qui significatur per vnum pedem, conualescat aliquis ad amorem Dei, qui per alterum pedem significatur.

Art. 8. Vtrum vita contemplatiua sit diuturna.

1. Concl. Luc. 8. Vita contemplatiua secundum se diuturna est.

1. Maria enim optimam partem elegit, quæ non auferretur ab ea.

Arist. 2. Topic. c. 13.

2. *Quia versatur circa incorruptibilia, & immobilia.*

3. *Quia non habet contrarietatem, nam delectationi, quæ est in considerando nihil contrariatur.*

2 Concl. Est etiam diuturna quod ad nos.

1. *Quia competit nobis secundum actionem incorruptibilis partis, scil. animæ.*

2 *Quia in operibus contemplatiuæ corporaliter non laboramus; vnde magis continue in illis persistere possumus.*

† 3. Concl. Licet modus contemplandi non sit idem hic, & in patria, tamen vita contemplatiua dicitur manere ratione caritatis, in qua habet principium, & finem.

4 Concl. Etsi contemplatio quantum ad sui summū diu durare nō possit: tamē quantum ad alios, contemplationis actus diu durare potest.

5. Concl. Arist. ait vitam contemplatiuam esse supra hominem, non quod non sit ei connaturalis; sed quia competit ei secūdum illud quod habet diuinum, scilicet secundum intellectum incorruptibilem, & æternum.

Quæstio 181. De vita actiua.

Art. 1. *Vtrum omnes actus virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam.*

1. Concl. lib. 3. de sum. bono cur. 15. VIrtutes morales pertinent essentialiter ad vitam actiuam.

1. *In vita actiua primo per exercitium boni operis cuncta exhaurienda sunt vitia, ex isid. vitia non tolluntur nisi per actus virtutum moralium. Ergo.*

2 *Virtutes morales ordinantur ad operandum. Sed operatio est finis vitæ actiuæ. Ergo. Nam genera vitæ sumuntur secundum diuersa studia ad diuersos fines.*

† 2. Concl Vita actiua describitur per ea, quæ ad alterum sunt, quia in his principalius consistit, non quod includat tantum iustitiam, & non alias virtutes.

Aristot. 10. Eth. c. 7. Per actus omnium virtutum moralium potest homo proximos suos dirigere ad bonū, quod Greg. attribuit vitæ contemplatiuæ

3 Concl. Hom. 14. in Ezech. Virtutes morales, si quis illis vtatur, vt disponunt ad cōtemplatiuam; comprehendantur sub contemplatiua: sed si vtatur tanquam secundum se bonis, pertinent ad actiuam.

4. Concl.

Art. 2. *Vtrum prudentia pertineat ad vitam actiuam.*

1. Concl. lib. 10 h. 2. Cognitio prudentiæ propriæ sumptæ quæ de se ordinatur ad operationes virtutum moralium, directe pertinet ad vitam actiuam.

1. *Ex Aristot. quis inquit prudentiam propriè pertinere ad sufficientem actiuam: cum ars, vtilis ratio agibilium.*

2. *Quod ordinatur ad aliud vt ad finem, præcipue in moralibus, trahitur ad speciem eius ad quod ordinatur. Sed cognitio prudentiæ ordinatur, vt ad finem, ad operationes virtutum moralium, quæ pertinent ad vitam actiuam. Ergo.*

2. Concl. Si prudentia communius sumatur, vt comprehendit omnem humanam cognitionem, sic quantum ad aliquam sui partem pertinet ad vitam contemplatiuam: vnde Tullius, qui lib. 1. off. acutissime, & celerrime potest videre verum, is prudentissimus est.

† 3. Concl. Licet prudentia magis pertineat ad vim cognoscitiuam: tamen quia habet finem in actu appetitiuæ virtutis, pertinet ad vitam actiuam; cum actiones morales specificentur a fine.

4. Concl. Occupatio circa exteriores actiones facit hominem minus videre in rebus separatis a sensibilib. facit tamē magis clare videre in iudicio agibilium, & pertinet ad prudentiam.

5. Concl. Prudentia dicitur media inter intellectuales, & morales virtutes, quia in subiecto conuenit cū intellectualibus, in materia cū moralibus. Tertiū genus vitæ, quod ponit Aug. lib. 9. de ciu. cap. 2. est illius, qui quandoq; in cōtemplatione veritatis, quandoq; circa exteriora occupatur.

Art. 3 *Vtrum doctrina sit actus vitæ actiuæ, an contemplatiuæ.*

1. Concl. Actus doctrinæ habet duplex obiectum: alterum, quod est materia interioris locutionis: alterum ex parte sermonis audibilis, scil. audientem.

Nam doctrina fit per locutionem, quæ est signum audibile interioris conceptus.

2. Concl. Si obiectum sumatur primo modo, quandoq; doctrina pertinet ad vitā actiuam, cum homo interius concipit veritatem, per quam in exteriori actu dirigatur: aliquando ad contemplatiuam, vt cum concipit veritatem intelligibilem, in cuius consideratione amore delectatur.

Ita Aug. qui ait manifeste ad contemplatiuam pertinere. *lib. de ser. dom. in.*

3. Concl. Hom. 14. in Ezech. Si obiectum doctrinæ sumatur alio modo omnis doctrina pertinet ad vitam actiuā, ad quam pertinent exteriores actiones. Vnde Greg. *scientia vitæ est panem eluriēti tribuere, verbo prædicationis reficere.* Huc facit auctoritas eiusdem, allata in argumento primo.

† 4. Concl. Actus & habitus, & per cōsequens sapientia,

& doctrina pertinet ad idem genus vitæ ex parte interioris conceptionis.

Quia habitus, & actus communicant in obiecto.

1. Concl. Qui orat pro alio nihil agit erga illum pro quo orat, sed erga Deũ, at qui docet aliquid, agit erga eũ qui discit: vnde non est par ratio.

Art. 5. Vtrum vita actiua maneat post hanc vitam.

1. Concl. Hom. 14. in Ezech. Vita actiua non manet post hanc vitam.

1. *Cum appropinquasset sæculo, ait Greg.* vita auferetur *actiua.*

2. *Vita actiua habet finem in exterioribus actibus. Sed in futura vita beatorum, cessabit occupatio exteriorum actuum, & si quis actus exteriores sint referentur ad finem contemplationis. Ergo. Vnde Aug. Ibi vacabimus, & videbimus; videbimus, & amabimus; amabimus & laudabimus.*

lib. 22. de ciuit. c. vlt. † 2. Concl. Virtutes morales manebunt post hanc vitam, non secundum actus circa ea, quæ sunt ad finem, in quibus consistit vita actiua; sed secundum actus circa finem.

3. Concl. De his quæ pertinent ad contemplationẽ Dei nullus angelus vel beatus docet alium, quia omnes videbimus sicuti est sed de his quæ pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei, & secundum hoc habent aliquid de vita actiua, quandiu mũdus durat: dũ administrationi inferioris creaturæ intẽdunt: sed sine priuatione diuinæ contemplationis: Nobis non promittitur similitudo Angelorum in administratione, sed in contemplatione.

4 Concl. Durabilitas vitæ actiuæ in statu præsenti, excedit durabilitatem contemplatiuæ, non ex proprietate vtriusque vitæ, ad ex defectu nostri.

Quæst. 182. De comparatione vita actiuæ ad contemplatiuam.

Art. 1. Vtrum vita actiua sit potior, quam contemplatiua.

2. Concl. Luc 10. VIta contemplatiua simpliciter melior est quam actiua.

1. *Maria, per quam significatur contemplatiua, optimam partem elegit. Ergo.*

2. *Contemplatiua conuenit homini secundum id, quod est optimum in ipso. scilicet secundum intellectum, & respectu propriarum obiectorum, id est intelligibilium.*

3. *Contemplatiua potest esse magis continua, quamuis non quantum ad principium contemplationis: vnde Maria describitur secus pedes Domini assidue sedere.*

4. *Maior delectatio est in contemplatiua, quam in actiua; ideo de Maria dicitur, quod optimam partem elegit.*

5. *In contemplatiua homo est magis sibi sufficiens, cum hæc vita paucioribus sit contenta.*

6. *Contemplatiua propter se diligitur, actiua ad aliud ordinatur.*

7. *Contemplatiua consistit in quadam vacatione, & quiete.*

8. *Contemplatiua est secundum diuina, actiua vero secundum humanas.*

9 *Quia est secundum id quod est magis proprium hominis, scilicet secundum intellectum, in actiua communicant etiam inferiores vires.*

2. Concl. lib. 3. Top. c. 2. Secundum quid tamen, & in casu est magis eligenda vita actiua propter necessitatẽ præsentis vitæ, *quia ex Arist. philosophiæ est melius quæ magis ditat,* sed necessitatem patienti, est melius ditari.

† 3 Concl. Adprælatos nõ solum pertinet actiua, sed etiam debent excellere in contemplatiua.

4. Concl Quamuis præcipere pertineat ad artem potiorem; non ideo actiua est præstantior; quia non directe præcipit contemplatiuæ; cum tantum præcipiat quædam opera vitæ actiuæ, quæ disponunt ad contemplatiuam, & in hoc magis seruit, quam dominatur.

5. Concl. Cum aliquis contemplatiua ad actiuam vocatur, id non fit per modum subtractionis, sed additionis, propter aliquam necessitatem præsentis vitæ.

Art. 2. Vtrum vita actiua sit maioris meriti, quam contemplatiua

1. Concl. lib. 6. mor. c. 2. Ex suo genere contemplatiua vita est maioris meriti, quam actiua.

1. *Magna, ait Greg. sunt actiuæ vitæ merita, sed contemplatiuæ potiora.*

2. *Cum radix merendi sit caritas, quæ consistit in dilectione Dei, & proximi, & cum diligere Deũ, ex se, sit magis meritorium, quam diligere proximum; ideo quod directius pertinet ad dilectionem Dei magis & meritorium, ex suo genere, quam quod directe pertinet ad dilectionem proximi propter Deum. Sed vita contemplatiua directe & immediate pertinet ad dilectionem Dei, & actiua directius ad dilectionem proximi. Ergo.*

2. Concl. Greg. hom. 30. in Ezech. Rom. 8. Potest contingere, quod aliquis in operibus vitæ actiuæ plus moueatur, quam alius in operibus contemplatiuæ: vt si ex abundantia diuini amoris ad Dei gloriam, vellet ad tempus a dulcedine diuinæ contemplationis separati, & sic intelligitur illud: *Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis.*

Augmentum meriti respectu præmij essentialis consistit principaliter in caritate, cuius

quoddam signum est labor exterior toleratus per Christum : sed multo expressius est signum est quod aliquis prætermissis omnibus, soli diuinæ contemplationi vacare delectetur.

4. Concl. Statu felicitatis futuræ est perfectus: & ideo ibi non est locus merendi : sed contemplatio huius vitæ est cum quadam imperfectione, & ideo non tollit rationem merendi, sed facit augmentum menti ob maius exercitium caritatis.

5. Concl. Greg. hom. 12. in Ezec. Cum dicitur, nullum sacrificium est Deo magis acceptum, quam zelus animarum, non præfertur meritum actiuæ merito contemplatiuæ, sed datur intelligi, quod hoc offerre Deo est gratius, quam bona exteriora.

Art. 3. Vtrum vita contemplatiua impediatur per vitam actiuam.

1. Concl. li. 6 Mor. c. 27. Vita actiua vt interiores animæ passiones componit & ordinat, non impedit, sed adiuuat ad contemplationem. Vnde Greg. quidam contemplationis arcem desiderãt, prius sein campo per exercitium operis probent.

Et ratio est, quia vita actiua quietat interiores passiones, ex quibus phantasmata proueniunt, per quæ contemplatio impeditur.

2. Concl. Quantum ad ipsum studium, & exercitium exteriorum actionum, vita actiua impedit cõtemplatiuam.

Quia impossibile est, quod simul aliquis occupetur circa exteriores actiones, & diuina contemplatione vacet. Vnde patet obiecta, quia procedũt quantum ad occupationem circa exteriores actus, non quantum ad effectum, qui est sedare passiones.

Art. 4. Vtrum vita actiua sit prior quam contemplatiua.

1. Concl. Vita actiua in via generationis est prior, quam contemplatiua.

Quia disponit ad contemplatiuam: nam ex bono opere tendimus in contemplationem. Sed dispositio in via generationis precedit formam, quæ simpliciter & secundum naturam est prior. Ergo. Idem docet Greg. ho. 3. in Ezech.

2. Concl. Aug. li. de Trin. c. 1. Simpliciter & sua natura vita contemplatiua est prior actiua.

Quia prioribus & melioribus insistit: vnde actiuam vitam monet, & dirigit, nam ratio superior quæ contemplationi deputatur, comparatur ad inferiorem, quæ assignatur actioni, sicut vir ad mulierem.

†3. Concl. Licet contemplatiua pertineat ad dilectionem Dei, quæ est prior tamen actiua eam præcedit, sicut quod est commune omnium præcedit quod est proprium perfectorum: cõtemplatiua enim pertinet tantum ad dilectionem Dei perfectam, & sine ea homo saluari potest, si negligat operari bona, quæ potest.

4. Concl. Ordine generationis procedit à vita actiua ad contemplatiuam : sed postea à contemplatiua redit ad actiuam per viam directionis.

5. Concl. Licet aliqui sint magis apti ad vitam actiuam propter impetum passionum, ad quas sunt proni, & aliqui sint magis apti ad contemplationem : tamen non tollitur, quin illi per exercitium actiuæ possint se ad contemplationem præparare, & isti exercitia vitæ actiuæ subire.

Quæstio 183. De officijs & statibus hominum.

Art. 1. Vtrum status in suiratione importet conditionem libertatis vel seruitutis.

1. Concl. STatus pertinet proprie ad libertatem, vel seruitutem, siue in spiritualibus; siue in ciuilibus.

1. Ex can. Siquando. 2. q. 5. *Vbi status appellatur pertinens ad libertatem & seruitutem.*

2. *Cum status, proprie loquendo, significet quandam positionis differentiam secundum modũ suæ naturæ; quæ in quadam immobilitate, vt patet, cum quis pedes in terram figit. & in actionibus humanis dicitur negotium habere statum, secundum ordinem proprie dispositionis cum quadam immobilitate, id solum videtur ad statum hominis pertinere, quod respicit obligationem personæ hominis, prout scilicet aliquis est sui iuris, vel alteri non ex leui causa & de facile commutabilis; vnde quod aliquis sit pauper, vel diues, non dicitur esse in statu : sed ex aliquo permanente. Sed hoc est quod pertinet ad rationẽ libertatis, vel seruitutis. Ergo.*

2. Concl. Rectitudo, in quantum huiusmodi, non pertinet ad rationem status, sed solum prout est connaturalis homini, addita quadam quiete, nec enim homo dicitur stare, nisi quiescat.

3. Concl. Nec etiam immobilitas sufficit ad rationem status: & ideo non consistit in qualibet actione virtuosa, quamuis virtus faciat immobiliter operari.

4. Concl. At status requiritur immobilitas in eo, quod pertinet ad conditionem personæ officiũ autem dicitur per comparationem ad actum, & gradus respectu superioris & inferioris, ideo secundum hæc non diuersificantur status.

Art.

Art. 2. Vtrum in Ecclesia debeat esse diuersitas officiorum, seu statuum.

1. Concl. Diuersitas graduum, & officiorum in Ecclesia, ad tria pertinet.

1. Ad perfectionem ipsius Ecclesiæ: quia sicut in rerum naturalium ordine perfectio, quæ in Deo simpliciter, & uniformiter inuenitur, in diuersitate creaturarum inuenire non poterit nisi differenter; & multipliciter: ita plenitudo gratiæ quæ est in Christo vt in capite, ad membra eius diuersimode redundat, ad hoc, vt corpus Ecclesiæ sit perfectum. Vnde dedit quosdam Apostolos, quosdam prophetas, &c. adeo dicitur circa amictia varietate. Ephes. 4. Psal. 44.

2. Ad necessitatem actionum, quæ sunt in Ecclesia necessariæ: ad quas oportet diuersos homines deputari, vt expeditius, & sine confusione omnia peragantur. Vnde Apost. sicut in vno corpore plura membra. &c. Rom. 12.

3. Ad Ecclesiæ dignitatem & pulchritudinem, quæ in quodam ordine consistit. Vnde Apost. In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea &c.

† 2. Concl. Diuersitas statuum & officiorum non impedit Ecclesiæ vnitatem, quæ perficitur per vnitatem fidei, caritatis, & mutuæ subministrationis.

3. Concl. Vt natura non facit per multa quod potest facere per vnum, ita non coarctat in vnum id, ad quod multa requiruntur, & sic etiam gratia.

4. Concl. Vt membra diuersa in corpore naturali continentur in vnitate virtutis spiritus vnificantis, ita in corpore Ecclesiæ conseruatur pax diuersorum membrorum, virtute Spiritus sancti, qui corpus Ecclesiæ vnificat, a quo vnitate recedit, qui quærit, quæ sunt sibi propria.

Art. 3. Vtrum officia distinguantur per actus.

1. Concl. Lib. 6. Etym. c. 1. Officia distinguuntur per actus,

1. Officium ex Isid. dicitur ab efficiendo. Sed efficere pertinet ad actionem. Ergo.

2. Concl. *2. Quia dicuntur ad diuersa officia esse, quæ sunt ad diuersas actiones deputati.*

Triplex distinctio diuersitati fidelium accipi potest.

Quia diuersitas in membris Ecclesiæ ad tria ordinatur.

1. Ad perfectionem, & secundum hoc accipitur differentia statuum, prout quidam sunt aliis perfectiores.

2. Ad actionem. & hæc est distinctio officiorum.

3. Ad ordinem pulchritudinis ecclesiasticæ, & sic accipitur distinctio secundum quod vnus est superior alio.

Officia non distinguuntur secundum materialem diuersitatem humanorum actuum, quæ est infinita, sed secundum formalem, quæ accipitur secundum diuersas species actuum. † 3. Concl.

4. Concl. Officia distinguuntur proprie secundum actus, qui referuntur ad alios: diuersitas autem vitarum, accipitur quidem secundum diuersos actus, sed indifferenter secundum quod conueniunt homini secundum se ipsum.

5. Concl. Diuersitas statuum, officiorum, & graduum sumitur secundum diuersa. contingit tamen quod ista tria in eundem concurrant, vt cum quis deputatur ad aliquem altiorem actum. & simul habet officium & gradum, & quendam perfectionis statum: vt patet in episcopo.

Art. 4. Vtrum differentia statuum attendatur secundum incipientes proficientes, & perfectos.

1. Concl. Rom. 6. Status respicit libertatem vel seruitutem, & vtraque in spiritualibus est duplex: vna peccati, altera iustitiæ.

2. Concl. Seruitus peccati, vel iustitiæ est, cum quis ex habitu inclinatur ad peccatum, vel ad bonum: & libertas à peccato, cum quis ab inclinatione peccati non superatur: & à iustitia, cum quis per amorem iustitiæ non recordatur à malo.

3. Concl. Libertas à peccato est vera libertas, quæ coniungitur libertati iustitiæ.

Quia per vtrumque homo tendit in id, quod est sibi conueniens, cum vna naturaliter inclinetur ad iustitiam, & peccatum sit contra naturalem rationem.

4 Concl. Vera seruitus, est seruitus peccati, cui iungitur libertas a iustitia, quia per hoc homo impeditur. boc, quod est sibi proprium.

5. Concl. Status spirituali seruitutis & libertatis, secundum tria distinguitur. scil. secundum principium, ad quod pertinet status incipientium, secundum medium, ad quod pertinet status proficientium, & secundum terminum, ad quem pertinet status perfectorum.

1. Tres, ait Gregor sunt modi conuersorum, inchoatio, medietas, atque perfectio.

2. Quod homo efficiatur seruus iustitiæ, vel peccati contingit per humanum studium, ex Paul. Sed in omni humano studio, est principium. medium, & terminus; Ergo. Rom. 6.

† 6. Concl. Eadem est diuisio caritatis, & statuum pertinent ad spiritualem libertatem.

Quia libertas a peccato fit per caritatem:

7. Concl. Prædicta differentia non respicit seruitutem, & libertatem simpliciter, sed seruitutem & libertatem spiritualem.

8. Concl. Nihil prohibet in eodem concurrere statum & gradum.

Quia enim in humanis liberi sunt alterius status quam serui.

Quæst. 184 De his quæ pertinent ad statum perfectionis in communi.

Art. 1. Vtrum perfectio Christianæ vitæ attendatur specialiter secundum caritatem.

1. Concl. obj. 3. PErfectio Christianæ vitæ attenditur specialiter secundum caritatem.

1. Super omnia autem Paul. caritatem habete, quæ est vinculum perfectionis.

2. Vnumquodque dicitur esse perfectum, in quantum attingit proprium finem, qui est vltimus rei perfectio. Sed caritas est, qua coniungimur Deo, qui est vltimus finis humanæ mentis. Nam qui manet in caritate, in Deo manet, &c. Ergo.

+ 2. Concl. 1. Cant. 2. Dicitur, *Malitia parvulis esto, sensibus autem perfectis*: quia perfectio humanorum sensuum maxime videtur consistere in hoc, quod in vnitatem veritatis conueniant, quod efficit caritas.

3. Concl. Etiam secundum alias virtutes attenditur perfectio humanæ vitæ, sed secundum quid: simpliciter autem secundum caritatem.

Quia qui non diligit, manet in morte.

4. Concl. 2 Ioan. 3. 20. Patientia dicitur habere opus perfectum in ordine ad caritatem, prout ex abundantia caritatis prouenit, vt quis patienter toleret aduersa.

Artic. 2. Vtrum aliquis in hac vita possit esse perfectus.

1. Concl. Perfectio absoluta, quæ attenditur non solum secundum totalitatem ex parte diligentis, sed etiam ex parte diligibilis, prout Deus tantum diligitur, quantum diligibilis est, non est possibilis alicui creaturæ, sed competit soli Deo.

2. Concl. 1. Cor. 13. Perfectio, quæ attenditur secundum totalitatem ex parte diligentis, vt eius affectus secundum totum suum posse actu tendat in Deū, non est possibilis in via, sed tantum patriæ: & de hac procedit primum arg.

3. Concl. Perfectio quæ neque attenditur secundum totalitatem ex parte diligibilis, neque secundum totalitatem ex parte diligentis, vt actu ipsum perferatur in Deo: potest in hac vita haberi dupliciter.

1. Vt ab affectu hominis excluditur omne illud, quod contrariatur caritati, scilicet peccatū mortale, & talis perfectio est de necessitate salutis.

Huc pertinet illud, *estote perfecti, sicut & pater vester, &c.* Matt. 5. Luc. 3.

2. Vt ab affectu hominis non solum excluditur peccatum mortale, sed omne illud quod impedit, ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, & sine hac caritas esse non potest, vt incipientibus & perficientibus.

4. Concl. Qui sunt in hac vita perfecti, in multis dicuntur offendere secundum peccata venialia, quæ consequuntur ex infirmitate præsentis vitæ, & quantum ad hoc, habent aliquid imperfecti respectu patriæ.

5. Concl. In dilectione proximi est duplex perfectio, vna sine qua caritas haberi non potest, scil. vt homo nihil habeat in affectu contrarium dilectioni proximi: altera sine qua caritas esse non potest, quæ vel attenditur secundum extensionem, vt quis non solum diligat amicos & notos, sed extraneos & inimicos: vel secundum intentionem, vt contemnat propter proximum non solum bona exteriora, sed etiam affligat ones corporales, & mortem: vel quantum ad effectū dilectionis, vt homo pro proximis impendat non solum beneficia temporalia, & spiritualia, sed etiam seipsum. Ioan. 15. 2. Cor. 12.

Art. 3. Vtrum perfectio consistat in præceptis, an in consilijs.

1. Concl. Matth. 22. Perfectio est in aliquo, vel per se, & essentialiter, vel secundario, accidentaliter

2. Concl. Perfectio vitæ Christianæ per se, & essentialiter consistit principaliter in dilectione Dei: secundario in dilectione proximi, de quibus dantur præcepta principalia diuinæ legis.

3. Concl. Dilectio Dei & proximi non cadit sub præcepto secundum aliquam mensuram, ita quod id, quod est plus sub consilio remaneat.

Patet ex forma præcepti: quia dicitur; dilige Deum ex toto corde, & proximum sicut seipsum: quisque enim se maxime diligit. Ratio autem curdetur præceptum sub hac forma est, quia caritas est finis præcepti ex Paulo, & in fine non est mensura; ex Arist. 1. Tim. 1. 1. Pol. c. 6.

Perfectio essentialiter consistit in præceptis. 5. Concl. lib. de perf. mast.

Colligitur in dictis, & ex Aug. Et in his duobus mandatis de caritate pendet lex & prophetæ.

Secundario & instrumentaliter perfectio cōsistit in consilijs, & in alijs præceptis à præceptis caritatis distinctis, quæ omnia ordinantur ad caritatem, sed diuerso modo: alia præcepta ad remouendum, quæ sunt caritati contraria, cum quibus caritas esse non potest: cōsilia ad remouendum impedimenta actus caritatis, quæ caritati nō contrariantur, vt est matrimoniū, occupatio negotiorum secularium &c

Cap. 21. collat. 1 c. 7.

Ita Aug. in Ench. & Cassian., patrum vbi dicitur exercitationes religionis assumi, vt instrumenta perfectionis.

† 6. Concl.

In verbis Domini, Matt. 19 aliquid ponitur quasi via ad perfectionem, vt. *Vade, & vende omnia, quæ &c.* aliud subditur, in quo perfectio consistit, cum dicitur, *& sequere me*, scilicet mentis affectu, quod fit caritate.

7 Concl.

Licet perfectio consistat in præceptis, quorum obseruatio est de necessitate salutis, non tamen quæcunque perfecta obseruatio est de necessitate salutis.

Quia id quod cadit sub precepto, potest diuersimode adimpleri, quare satis est, quod caritatis præceptum quocunque modo impleatur.

8. Concl.

Etsi caritas habeat ex se quandam perfectionem, secundum speciem suam, nihil prohibet, quod sit alia caritas perfectior, ad quam aliquis per aliquod spirituale augmentum peruenit.

Art. 4. Vtrum quicunque est perfectus, sit in statu perfectionis.

1. Concl.

Spiritualis libertas, vel seruitus, ex quarum conditione attenditur status, potest attendi, vel secundum id quod interius, vel exterius agitur.

2. Concl.

Conditio spiritualis status in homine per comparationem ad diuinum iudicium, attenditur, secundum dispositionem interiorem: quia *Deus intuetur cor.*

3. Concl. 1. Reg 16.

Status, prout de eo hic loquimur accipitur per comparationem ad Ecclesiam, & secundum ea, quæ exterius aguntur.

4 Concl.

Quantum ad homines, vt quis adipiscatur statum libertatis, vel seruitus, requiritur primo aliqua obligatio, quia non dicitur seruus, qui libere seruit, nec qui desinit seruire, vt seruus fugitiuus, dicitur liber. deinde, vt obligatio præfacta fiat cum aliqua solemnitate.

Gal. 5.

Vt patet in aliis, quæ apud homines habent perpetuam firmitatem.

5. Concl.

Dicitur esse aliquis in statu perfectionis, nõ quia habeat actum perfectæ dilectionis, ed quia perpetuo se obligat cum solemnitate ad ea quæ sunt perfectionis.

6. Concl.

Nihil prohibet aliquos esse perfectos, qui nõ sunt in statu perfectionis, qui non sunt perfecti.

Quia aliqui se obligant, qui non seruant, & aliquis impleri, qui non se obligant. Vt patet Matth 21. de duobus filijs, &c. & de religioso malo, & de secularibus bono.

† 7. Concl.

Sicut per augmentum corporale quis adipiscitur statum naturæ, ita per augmentum spirituale interius adipiscitur statum perfectionis quantum ad distinctionem Ecclesiasticorum statuum, qui non attenduntur, nisi per augmentum in his, quæ exterius aguntur.

9. Concl.

Cum quis transmutatur de peccato ad gratiam, dicitur mutare statum, quantum ad statum interiorem, non autem quantum ad statum perfectionis, de quo loquimur.

Et quamuis caritas variet conditionem spiritualis seruitutis, & libertatis: non tamen id efficit caritatis augmentum.

Art. 5. Vtrum religiosi, & prælati sint in statu perfectionis.

1. Concl. Cap. Licet. de Relig. Dom.

Religiosi & Episcopi sunt in statu perfectionis.

1. *Ex Dionys. qui hoc affirmat.*

2: *Ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea, quæ sunt perfectionis, cum aliqua solemnitate. Sed vtrumque horum competit religiosis, & Episcopis; Ergo. nam religiosi se voto astringũt ad hoc, quod a rebus secularibus se abstineant, quibus licite vti poterant, vt Deo liberius vacent: in quo consistit perfectio præsentis vitæ. & horum obligatio fit per quandam solemnitatis professionis, & benedictionis: similiter etiam Episcopi obligant se ad ea quæ sunt perfectionis, pastorale assumentes officium, ad quod pertinet animam ponere, pro ouibus suis. & hoc per solemnitatem consecrationis, vt Dionys. docet.*

Non determinantur homines ad statum incipientium, vel proficientium.

1. 3. Concl. cap. 6. eccl. Hier.

Quia inchoatio & augmentum non quærunt propter se, sed propter perfectionem. Vnde patet, quod ad statum perfectionis assumuntur homines per solemnem obligationem.

Non committit aliquis mendacium, vel simulationem, si non est perfectus, cum statum perfectionis assumit.

3. Concl.

Quia homines huius status non assumunt, non quasi proficientes se perfectos esse, sed intendentes ad perfectionem tendere: vnde non post non quod non comprehenderunt, aut iam perfectos se &c.

Actus perfectionis non sufficit ad statum perfectionis: vnde martyrium non ponit in statu perfectionis, quamuis consistat in perfectissimo actu caritatis.

4. Concl. Phil. 3.

Art. 6. Vtrum omnes prælati ecclesiastici sint in statu perfectionis.

1. Concl

Non omnes prælati sunt in statu perfectionis, sed solum Episcopi.

1. *Ex Dionys. Pontificum ordo consummatissimus est & perfectissimus: sacerdotum autem illuminatissimus, &c. Ergo.*

2. In presbyteris & diaconis duo possunt considerari, scilicet, ordo, & cura animarum, sed propter neutrum sunt in statu perfectionis; quia ex hoc quod suscipiunt ordines accipiunt potestatem quandam ad quosdam sacros actus perficiendos: sed non obligantur ex hoc ad ea, quæ sunt perfectionis, nisi quatenus in susceptione sacri ordinis apud occidentalem Ecclesiam emittitur continentiæ votum. Nec respectu curæ; quia ad eam non obligantur vinculo perpetui voti, cum possint eam deserere; vt in decretis dicitur: quod non possent, si essent in statu perfectionis; vt patet de Episcopis, qui non possunt, nisi auctoritate summi Pontificis episcopalem curam deserere. Ergo.

8. q. 2.

† 2. Concl. Hier. in ep. ad Tit. c. 1. 1. Timot. 5.

De episcopo & presbytero loqui possumus dupliciter primo quantum ad nomen, & sic olim non distinguebatur, ideo Apost. vtitur communiter nomine presbyterorum ad vtrosque significandos: secundo quantum ad rē & sic semper fuit inter eos distinctio: sed postea ad schisma vitandum etiam nomina distincta sunt; vt maiores dicerentur Episcopi, minores presbyteri.

3. Concl.

Quinimuis etiam presbyteri consecrentur: tamen non fit simplici iniunctione: vt cura Episcopalis non committitur nisi cum solēnitate consecrationis.

4. Concl. 19. q. 1. ca. Plebani.

Plebani & archidiaconi non habent principaliter curam, sed administrationem quandam, secundum quod eis ab Episcopo committitur: vnde ad eos non pertinet principaliter pastorale officium, nec obligatio ponēdi animam pro ouibus suis; sed solum prout participant de cura.

Art. 7. Vtrum status religiosorum sit perfectior, quam status prælatorum.

Concl.

Status perfectionis potior est in episcopis, quam in religiosis.

1. Nulli licet a maiori statu ad minorem transire. Sed potest aliquis a statu religionis transire ad statum episcopalem. Ergo.

q. 1. can. Iustum.

2. Semper agens est perfectius patiente. Sed in genere perfectionis, ex Dion. Episcopi se habent vt perfectores, religiosi autem vt perfecti, quorum vnum pertinet ad actionem, alterum ad passionem. Ergo.

† 2. Concl.

Abrenunciatio propriarum facultatum, vt est actu, non est essentialiter perfectio; sed vt est in præparatione animi: & hoc modo eam haberēt etiam Episcopi, qui ad hoc maxime tenentur, quod omnia sua pro honore Dei, & salute sui gregis contemnant, vel pauperibus largiendo, &c.

3. Concl.

Perfectio principalius cōsistit in dilectione Dei, sed tamen quoc Episcopi intendant his, quæ pertinent ad dilectionem proximi prouenit exabundātia amoris Dei. Vnde Dominus a Petro quæsiuit an eum diligeret & postea ei sui gregis curam commisit.

4. Concl.

Licet status Episcoporum ordinetur etiā ad vitam actiuam: tamen contemplatiua magis ei conuenit quam religiosis.

Quia ad episcopos pertinet contemplari, non solum propter seipsos, sed etiam ad instructionem aliorum.

Art. 8. Vtrum presbyteri curati, & archidiaconi, sint maioris perfectionis, quam religiosi

1. Concl.

Comparatio præeminentiæ non habet locum inter aliquos qua parte conueniunt, sed qua differunt

2. Concl.

In presbyteris, curatis, & archidiaconis, cōsideratur status, quod sint sęculares, ordo; quod sint sacerdotes vel diaconi: & officium, quod habeant curam animarum: quæ etiam possunt esse in aliquo religioso, vt in canonicis regularibus, & alijs monachis curam animarum habentibus? & in his possunt excedere, vel esse pares sed ratione status religiosus antecedit.

3 Concl.

Vt consideretur quæ præeminentia potior sit status, scilicet vel officij, dicto attendenda sunt videlicet bonitas & difficultas

4. Concl.

Si fiat comparatio secundum, bonitatem, status religionis officio presbyteri, curati, vel archidiaconi antecellit.

Quia religiosus se perpetuo obligat ad perfectionis studium, illi vero non obligant se per totam vitam ad curam animarum, vt episcopi; & possunt religionem ingredi. Vnde status religionis ad istorum officium se habet, vt holocaustum ad sacrificium. Hoc facit. quod dicitur 19. q. 2. can. duo, & 19. q. 1. can. clerici. Verum hæc comparatio est intelligeda secundum genus operis, non secundum caritatem operantis: quia opus minus excellens, fit magis meritorium ex maiori caritate, &c.

6. Concl.

Si attendatur difficultas bene conuersandi in religione, & in officio curam animarum habente, difficilius est bene conuersari cum cura animarum, propter exteriora pericula: sed conuersatio religionis est difficilior quoad genus operis, ob altitudinem obseruantiæ regularis.

6. Concl. Dion. c. 6. eccl. hier.

Si religiosus etiam ordine careat, præeminentia ordinis excellit, quantū ad dignitatē.

Quia per sacrum ordinem deputatur aliquis ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo seruitur in sacramento altaris, ad quod requiritur maior

sanctitas

sanctitas interior, quam ad statum religionis: & ideo magis peccat clericus in sacris ordinibus constitutus, si quid contra statum sanctitatis agat, quam religiosus non habens ordinem sacrum

† 7. Concl. lib. 2. de sacerd. Chrysost. præferens sacerdotes curatos religioso, loquitur de Episcopis: quod patet quia intentio eius erat consolari se, & Basilium de hoc, quod erant in episcopos electi: vel loquitur, quantum ad difficultatũ & periculum tantum probatur periculosiorem esse statum habentis curam animarum: & in maiori periculo innocentem se seruare esse maioris virtutis indicium: quo etiam modo intellige August. vnde patet ad secundum.

8 Concl. Epist. 184. Qui à statu religionis assumuntur ad curam animarum, cum prius essent in sacris ordinibus constituti, assequuntur aliquid quod prius non habebant, scilicet officium curæ. sed non deponunt, quod prius habebant, scilicet religionis statum: si autem non habeant ordines, promouentur in melius, cum assumantur ad clericatum.

9. Concl. Hier. ep. ad Rust. Presbyteri, curati, & archidiaconi sunt similiores episcopis, quantum ad curam animarum: sed quantum ad perpetuam obligationem religiosi sunt eis similiores.

10. Concl. In statu religionis est maior difficultas ex arduitate operis: & hæc addit ad perfectionem virtutis, sed in his, qui in sæculo viuunt, qualitercunque est maior ex exterioribus impedimentis virtutis, quæ quandoque etiam diminuit perfectionem virtutis.

Quæst. 185. De his quæ pertinent ad statum Episcoporum.

Art. 1. Vtrum liceat Episcopatum appetere.

1. Concl. Ioan. 6. Matth. 25. 1. Tim. 3. IN episcopatu tria possunt cõsiderari: vnum quod est principale & finale, scil. Episcopalis operatio: nimirum pascere, alterum a titulo gradus: tertium reuerentia, & honor, & sufficientia bonorum temporalium.

2. Concl. Matt. 23. Appetere episcopatum ratione huiusmodi circumstantium bonorum, illicitum est, & pertinet ad cupiditatem, & ambitionem. Vnde contra Pharisæos ait Dominus: *amant primos recubitus.*

3. Concl Matth. 20. Appetere episcopatum ratione gradus, est præsumptuosum: ideo Dominus arguit discipulos de primatu contendentes.

4. Concl. Greg. in past. p. 1. c. 8. Quantum ad primum, quamuis appetere aliis prodesse sit ex se laudabile, tamen, quia episcopalis actus habet annexam gradus celsitudinem, præsumptuosum videtur, quod quis præcise appetat, vt alijs prosit, nisi manifesta necessitate imminente. Greg. loc. cit. c. 7.

5. Concl. Potest tamen quilibet absque præsumptione appetere talia opera facere, si contingeret eum esse in tali officio, vel etiam se esse dignum ad talia opera exequenda: ita quod opus bonum cadat sub desiderio, non autem primatus dignitatis.

Chrysost. ho. 33 in Matt. † 6. Concl 1. Tim. 3. Paulus dixit: *qui episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat*; eo tempore, quo ille, qui plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur, vnde nihil aliud erat, quod in episcopatu appeti posset, nisi bonum opus. Laudans, ait Gregorius, desiderium boni operis, in pauorem vertit protinus, quod laudauit, cum subiungit, *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse*, quasi dicat, laudo quod quæritis, sed discite quid quæritis.

7. Concl. Non est eadem ratio de statu religionis, & de statu episcopali.

1. Ad statum episcopalem præexigitur vitæ perfectio, quia debet alios ad perfectionem adducere, sed ad statum religionis, non ita, cum sit magis via ad perfectionem, vnde præsumptuosum est, se perfectum se reputare, non autem ad perfectionem.

2. Qui religionem ingreditur, se alijs subijcit ad spiritualia facienda, quod cuilibet licet. sed qui transit ad statum episcopalem, sublimatur ad hoc, vt alijs prouideat, quod nullus debet sibi assumere, nisi vocatus a Deo Vnde Chrysost. quis hoc audet, nisi forte qui non timet Dei iudicium, &c. Heb. 5.

8. Concl. Prom 11. Non abscondit frumenta spiritualia, is cui non competit officio; nec ei à superiori iniungitur, si ab aliorum gubernatione desistat, sed is, qui dispensationem negligit, cum ei ex officio incumbit, & qui iniunctum pertinaciter recusat, nam dispensatio spiritualium non est facienda ex arbitrio cuiuslibet, sed principaliter ex dispositione Dei, & secundario arbitrio superiorum prælatorum.

9. Concl. cap. 6. Isaias se obtulit ad officium prædicationis, & voluit mitti, quia sciebat se purgatum esse per altaris calculum. Sed tamen quia valde difficile est, quod quilibet se purgatum cognoscat, tutius prædicationis officium declinatur

Art. 2. Vtrum liceat Episcopatum iniunctum omnino recusare.

1. Concl. Epist. 81. Non licet Episcopatum iniunctum omnino recusare.

1. *Si quam operam Vestram, ait Aug. mater Eccle-*

Ecclesia desideranit, &c. neque otium vestrum necessitatibus Ecclesiæ præponatis.

2 *Cum bonum, quod unus ad propriam voluntatem convenit, ut principaliter insistat propriæ saluti, quod autem alterius saluti intendat, conveniat ei ex dispositione alterius potestatem habenti, ideo sicut ad ordinationem voluntatis pertinet, quod aliquis proprio motu aliorum gubernationi præficiatur, ita etiam ad inordinationem voluntatis pertinet, quod omnino contra superioris inuitissimum prædictum gubernationis officium suscipiat, tum quia repugnat caritati proximorum, quorum utilitati debet homo se exponere pro loco & tempore: tum quia repugnat humilitati, per quam aliquis superiorum mandatis se subijcit. Vnde Gregor. tunc ante Dei oculos vera est humilitas, &c.*

† 2. Concl. in past. 1. ac. c. 6.

Quamvis simpliciter loquendo vita contemplativa sit potior, quam activa & amor Dei, quam dilectio proximi: tamen ex alia parte bonum multitudinis præferendum est bono unius: nec ita prælati transferuntur ad vitam activam, ut contemplativam deserant.

3. Concl.

Tunc solum aliquis non tenetur obedire ad suscipiendum Episcopatum: quando sentit se habere aliquod impedimentum, quod nec per seipsum, nec per eum qui iniungit, potest removeri.

4. Concl.

Beatus Marcus digitum sibi amputando, ut sacerdotio reprobus haberetur, non fecit contra præceptum, quia posuit obstaculum ante præceptum: sed credibile est ex instinctu Spiritus sancti fecisse, sine quo non licet sibi manum injicere. Qui votum emittit de non suscipiendo Episcopatum, si intendat se obligare, ut nec per obedientiam superioris prælati accipiat, illicite vovet.

Art. 3. Vtrum oporteat eum, qui ad Episcopatum assumitur esse ceteris meliorem.

1. Concl.

Ad Episcopatum non oportet eligere simpliciter meliorem: sed meliorem quoad regimen Ecclesiæ, qui possit Ecclesiam instruere & defendere, & pacifice gubernare.

l. 1. tit. c. 6. cum in concl. 4.

1. *Quia* vt dicitur in Decret. *sufficit eligere bonum.*

1. Cor. 14.

2. *Quia ex parte eius, qui assumit, requiritur tantum, vt talem eligat, qui fideliter diuina mysteria dispensare debeat in vtilitatem ecclesiæ: nec enim diuina mysteria hominibus committuntur ad eorum remunerationem, quam debent expectare in futuro. Electio autem ita fieri debet, vt non interfit personarum acceptio, vt Augustin. & Hieronymus docent.*

Epist. 26.

Ex parte eius, qui assumitur non requiritur vt reputet se alijs meliorē, id quod superbum & præsumptuosum esset sed sufficit, vt nihil inueniat, per quod ei illicitum reddatur, assumere prælationis officium. Vnde Petrus interrogatus, an plus cæteris diligeret, non se prætulit cæteris, sed simpliciter respondit: se Christum amare.

2. Concl.

† 3. Concl.

Christus Petrum de ampliori dilectione examinauit, vt ostenderet, quod vbi alias inuenitur homo idoneus ad Ecclesiæ regimen, præcipue attendi debet in ipso eminentia diuinæ dilectionis.

4. Concl. 1. q. 1. cano. vtilissimū

Quod Symmachus ait, Vtilissimus computandus est, nisi scientia, & sanctitate præcellat, qui est dignitate præstantior, intelligendum est, quantum ad studium illius, qui in dignitate constitutus est qui hoc debet præstare, vt scientia, &c. alios antecellat.

5. Concl.

Nihil prohibet aliquem esse magis idoneum ad officium regiminis, qui tamen non excellit in gratia sanctitatis.

1. Cor. 12.

Quia diuisiones gratiarum, & ministrationum, & operationum sunt.

Art. 4. Vtrum Episcopus licite possit curam Episcopalem deserere, vt ad religionem se transferat.

1. Concl.

Episcopus quandiu potest subditis sibi commissis proficere ad salutem, non potest curam Episcopalem relinquere, sed cum proficere nequit, potest cum dispensatione summi Pontificis

Quia perfectio Episcopalis status in hoc consistit, quod aliquis ex dilectione se obligat ad hoc, quod saluti proximorum insistat, ideo tandiu obligatur ad curam Episcopalem retinendam, quandiu potest subditis sibi commissis proficere ad salutem, quam non debet negligere, nec propter diuina contemplationis quietem, nec propter quæcunque aduersa vitanda, vel lucra acquirenda. Sed quandoque contingit, quod Episcopus impeditur procurare subditorum salutem, vel propter defectum proprium, vt si sit homicida, simoniacus, senex, infirmus, ignarus, & irregularis, vel si sit bigamus: vel propter defectum subditorum, in quibus non potest proficere: vel ex parte aliorum, cum de prælatione alicuius grane scandalum oritur, nisi sit ex malitia eorum qui scandalizantur. Ergo. Verum, vt aliquis curam regiminis assumat per prudentiam superiorum prælati vt etiam per eius auctoritatem deserat susceptam. Idem patet ex cap. nihil, & cap quia nonnulli.

† 2. Concl.

Tunc Episcopus deserens curā retrocederet.

in re-

ingrediendo religionem, communem vtilitatis proximorum salutem, sed si salutem aliorum procurare non potest, conueniens est, vt suæ intendat.

3. Concl. Tert. est. c. nisi.

Ob nullum impedimentum debet quis prætermittere studium suæ salutis potest tamen esse aliquod impedimentum procurandæ salutis alienæ: vnde monachus potest ad statum Episcopatus assumi, in quo etiam suæ salutis curam habere potest: & Episcopus, si impedimentum alienæ salutis procurandæ interueniat, potest ad religionem transire: quo cessante potest iterum ad episcopatum assumi nisi propter culpam sit depositus.

4. Concl. 7. q. 1. can. doc.

Non est inconueniens, si propter impedimentum potentia Episcopalis remaneat sine actu, quia id etiam in rebus naturalibus accidit.

Art. 5. *Vtrum liceat Episcopo propter aliquam persecutionem corporalem deserere gregem sibi commissum.*

1. Concl.

Non licet Episcopo propter aliquam persecutionem corporalem deserere corporaliter gregem sib commissum.

Quia Episcopi obligant se ad exequendum pastorale officium propter subditorum salutem. Ergo vbi subditorum salus, quæ est suscepti muneris finis; exigit personæ pastoris præsentiam, non debet pastor personaliter suum gregem deserere: nec propter commodum temporale, nec propter temporale periculum: quia pastor bonus tenetur animam suam ponere pro ouibus suis: & si pernicioſum est naturam in tranquillitate nauem deserere, quanto magis in fluctibus.

2. Concl.

Si subditorum saluti possint sufficienter in absentia pastoris per alium prouideri, licet propter aliquod commodum Ecclesiæ, vel personæ periculum, corporaliter gregem deserere.

Matt. 10. Epist. 18.

Huc facit illud. Si vos persecutis fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, idem docet Aug. ad Honoratum.

3. Concl. Hom. 14. in Euang.

Qui ad vitandum periculum recedit absque detrimento gregis, non fugit tanquam mercenarius: sed ille, de quo Greg. inquit: stare in periculo ouium non potest, qui in eo quod ouibus præest, non oues diligit, sed lucrum terrenum quærit: & ideo opponere se contra periculum trepidat, ne id, quod diligit, amittat.

4. Concl.

Qui spondet pro alio, si per se implere non possit, sufficit, vt per alium impleat: & sic præfatus suæ spontioni satisfacit, &c.

5. Concl.

Episcopus est in statu perfectionis secundū aliquod perfectionis genus, ideo si impedia tur in suo munere non tenetur religionem ingredi: sed animum retineat intendendi proximorum saluti, si oportunitas adsit, necessitas requirat.

Art. 6. *Vtrum liceat Episcopo aliquid proprium habere.*

1. Concl. 10. q. 1. cā. epis. Aug. epis. 45.

Non tenentur Episcopi ad hoc vt sine proprio viuant.

1. Episcopus de rebus propriis, vel acquisitis, &c. hæredibus per can. relinquere potest Ergo.

2. Ad ea quæ sunt supererogationis nullus tenetur, nisi specialiter ad illud voto se adstringat. Sed viuere absque proprio supererogationis est, & Episcopi in sua consecratione ad hoc non se obligant, nec id requiritur ex necessitate officij, quod sumunt. Ergo.

† 2. Concl.

Voluntaria paupertas instrumentaliter operatur ad perfectionem vitæ: vnde perfectio vitæ Christianæ non consistit in ea essentialiter, immo potest esse summa perfectio cum summa opulentia, vt in Abraham.

3. Concl. Hom 17. Chrys. in ep ad Rom.

Illud, *Nolite possidere aurum, &c.* debet intelligi dictum fuisse discipulis, quantum ad illam missionem, qua mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt per hoc exercitarentur ad confitendum de virtute ipsius, qui eis absque sumptibus prouideret ex quo tamen nec isti obligabantur ad Euangelium prædicandum absque propriis sumptibus.

4. Concl. Hier. ad Nepot.

Licet Episcopi habeant proprium, non ideo habent alias partes cum Deo: quia is alias partes habet cum Deo, cuius studium diminuitur circa ea, quæ sunt Dei, dum intendit his, quæ sunt mundi: & sic nec Episcopi, nec clerici debent proprium possidere.

Art. 7. *Vtrum Episcopi mortaliter peccent, si bona ecclesiastica, quæ procurant, pauperibus non largiantur.*

1. Concl.

Episcopi non peccant mortaliter si bona ecclesiastica, quæ procurant, pauperibus non largiantur.

Quia quæ supersunt, possunt laudabiliter expendere ad redditus ecclesiæ ampliandos, dummodo non adsit necessitas pauperum.

2. Concl. 12. q. 2. can redditus.

Quando distincta sunt bona, quæ debent in vsum Episcopi cedere, a bijs quæ sunt pauperibus ministris, & cultui ecclesiæ eroganda, si quid notabiliter de his quæ sunt pauperibus eroganda, vel etiam in vsum ministrorum, aut in cultum diuinum expendenda Episcopus sibi retinuerit, non est dubium, quin contra fidem dispensationis, &

mortaliter peccet: & ideo tenetur ad restitutionem.

Arg. p. o. *Quia episcopus est solum dispensator & procurator bonorum ecclesiasticorum ex decr. vna persona episcopi, duæ ecclesiasticæ habentur, & erogationi patrimonij, quæ debentur pro singulorum meritis debetur. Ergo.*

Concl. 2. p. in. De rebus. De his quæ tanquam propria possidet, & de parte ecclesiasticorum bonorum sibi debita potest episcopus disponere. vel sibi retinendo, vel alijs largiendo, vt cuilibet, quia huiusmodi res sunt eius dominio deputatæ: tamen in earum dispensatione peccare potest vel propter inordinationem affectus; si alijs subueniat, vt requirit debitum caritatis.

4. Conc. Cremam Si. Illud Ambros. *Neque minus est crimen habere tollere, quam cum possis & mundas denegare indigentibus*, refertur non solum ad dispensationem ecclesiasticarum rerum, sed etiam quorumcunque bonorum, quibus tenetur aliquis prouidere necessitatem patientibus: Determinatio autem: quando sit talis necessitas quæ obliget ad peccatum mortale, pertinet ad humanam prudentiam

Concl. Bona ecclesiastica non solum sunt expendenda in vsum pauperum, sed etiam in alios vsus: vnde si de eo, quod vsui episcopi vel clerici est deputatum, velit aliquis sibi subtrahere & consanguineis, vel alijs dare non peccat, dummodo moderate faciat. se ne indigeant, non autem, vt ditiores inde fiant.

5. Concl. Non omnia ecclesiarum bona sunt pauperibus largienda; nisi forte in articulo necessitatis: in quo redemptione captiuorum pauperum etiam vasa diuino cultui dicata distrahuntur. in tali necessitate secundum Hieron. clericus peccaret si vellet rebus ecclesiæ viuere cum patrimonio viuere posset.

Epist. ad Dam.

Artic. 8. Vtrum religiosi, qui promouentur in episcopos, teneantur ad obseruantias regulares.

1. Concl. Religiosi in episcopos ordinati, tenentur ad illas obseruantias regulares quæ conditioni, & executioni episcopalis status non repugnant: vt sunt continentia paupertas, habitus professionis, & alia quædam.

Hoc pertinet, quod habetur 16. q. 1. can. de monachis.

6. Concl. Ad ea autē, quæ prædictis repugnant, vt solitudo, silentium, longæ vigiliæ, &c. non obligantur.

Quia status religionis comparatur ad statum episcopalem, sicut disciplina ad magisterium, & habitus ad perfectionem Sed assumptio non refertur ad perfectionem aduenientem, nisi quantum ad id, in quo perfectioni repugnat. Ergo.

In illis etiam ad quæ tenentur potest quisque dispēsatione vti secundum quod requirit necessitas personæ, vel officij vel conditio hominum quibus viuit. *3. Concl.*

Qui de monacho fit episcopus, absoluitur iugo monasticæ professionis, non quantum ad omnia, sed quantum ad illa, quæ officio pontificali repugnant. *† 4 Concl. 18. q. 1 c. 1. statutum.*

Vota sæcularis vitæ se habent ad vota religionis, vt particulare ad vniuersale & ideo non remanent post ingressum religionis: sed vota religionis ad episcopalem dignitatem se habent, vt dispositio ad ornatum. *5. Concl.*

Per accidens est, quod episcopi religiosi prælatis suarum religionum obedire non teneantur, quia subditi esse desierūt: sed tamen manet obligatio voti virtualiter. Proprium autem habere nullo modo possunt, & paternam hæreditatem non vendicant, quasi propriam, sed vt Ecclesiæ debitam. Testamentū etiam facere nullo modo possunt: quia eis sola dispēsatio committitur quę morte terminatur, a qua incipit testamentum valere: sed ex dispensatione Pontificis possunt. *6. Concl.*

Quæst. 186. De his, quæ pertinent ad statum religionis.

Art. 1. Vtrum religio importet statum perfectionis.

REligio perfectionis statum nominat. *1. Concl. In collat. patr. 2. c. 6.*

1. Abbas Moyses, de obseruantia regularium loquens, dicit, debere eum ajunare, vt ad perfectionē caritatis istis gradibus possimus ascendere. Sed quæ ad huiusmodi actus pertinent ad abstinentiam ciborum spectant & nomen accipiunt Ergo.

2. Quod communiter omnibus conuenit, antonomastice attribuitur ei per excellentiam conuenit sicut nomen fortitudinis sonat ad hoc, quod firmitatem animi seruat Sed religio est quædam virtus per quam aliquis ad Dei seruitium & cultum aliquid exhibet. Ergo antonomastice religiosi dicuntur qui se totaliter suscipiunt diuino seruitio, quasi holocaustum Deo offerentes. Sed in hoc perfectio hominis consistit vt totaliter Deo inhæreat. Ergo *Dion. c. 6. eccl. hier.*

Aliqua exhibere ad cultum Dei est de necessitate salutis: sed quod aliquis se totaliter diuino cultui deputet, est perfectionis: *† 2. Concl.*

Ad religionē pertinet non solū oblationes sacrificiorū, &c quæ sunt religioni propria: sed etiam actus omnium virtutum, vt referuntur *3 Concl.*

runtur ad Dei seruitium & honorem, quæ omnia non solum pertinent ad executionem sacrorum ordinum, sed etiam ad statum perfectionis.

4. Concl. Non oportet, vt qui est in religione, sit iam perfectus, sed quod ad perfectionem tendat: quia religio nominat statum pertectionis ex intentione finis.

5. Concl. Status religionis principaliter est institutus ad perfectionem adipiscendam per quædam exercitia, quibus tolluntur impedimenta perfectæ caritatis, quod fit per pœnalitates; ideo status religionis est conuenientissimus pœnitentiæ locus.

Art. 2. Vtrum quilibet religiosus teneatur ad omnia consilia.

1. Concl. Religiosi non obligantur ad omnia, quæ sunt de consilio; sed tantum ad ea, quæ taxata sunt eis secundum regulam, quam profes-si sunt.

1. Ad ea, quæ sunt supererogationis nemo tenetur, nisi ex propria obligatione sed non quilibet religiosus obligat se ad omnia. Ergo.

2. Præterea, aliquid pertinere ad perfectionem, dicitur dupliciter, sicuti præcepta obseruantiæ præceptorum caritatis: vel consequenter, vt quæ conseruantur ex perfectione caritatis; puta diligere maledicentes benedicat, & quæ, etsi, antequam præcepto, quod præparationem animi requirit, tamen ex superabundantia caritatis fiant, quædam consilia dicuntur: vel denique ut simul dicam, & dissimulem, vt paupertas, omnimoda, &c. Incepisse autem caritatem est finis status religionis, quidam discipulus, vel actus ad finem pertinentes ad perfectionem, ad quam aliquis peruenit nunquam cessat exercitus. Sed dicis, quod tenetur ad finem, non necessitate communi, vt nam efficaciter sit finem; sed tantum vt tendat tantum. Ergo quæstum religionis assumens non tenetur hoc perfectionem caritatis, sed tantum tendere: quod si non tenetur habere perfectionem caritatis, ergo nec tenetur ea facere, quæ ad perfectionem caritatis consequuntur, vt sunt omnia: similiter non tenetur ad omnia exercitia, quæ ad perfectionem pertinere dicuntur. Ergo.

† 2. Concl. Quilibet religionem solum profitetur se adhibere studium ad perfectionem consequendam: unde non est tanquam professionis sit perfectus; sed solum contemnit ad perfectionem tendere.

3. Concl. Non solum religiosi tenentur facere quidquid boni possunt, quæ tantum sunt de præcepto, sed etiam quædam alia, quæ sunt de consilio, quæ ad perfectionem pertinent dicuntur, *quoadmodum possunt manuum, vt plantet operare*: sed tamen est aliquis modus implendi hoc præceptū, quo peccatum vitatur, si homo faciat quod potest secundum quod requirit conditio sui status; dummodo non adsit contemptus agendi meliora. Religiosi tenentur ad ea consilia, quæ si prætermitterentur, tota vita hominis implicaretur negotijs sæcularibus: vt si quis haberet propria vxorem, sed ad alia cōsilia & melioribus quibusdam actibus, eos obligari non est necesse. Eccl. 9

Art. 3. Vtrum paupertas requiratur ad perfectionem religionis.

1. Concl. Ad perfectionem caritatis acquirendam, & ad perfectionem religionis, primum fundamentum est voluntaria paupertas, vt quisque sine proprio viuat.

1. Ex Gregor. qui ait eos, qui ad culmen perfectionis se accingunt, quod vtique sit maxime conuenit, cuncta exteriora reuincere.

2. Statuendum est quodnam exercitium & disciplina per quam perueniri ad perfectionem caritatis: ad quam ipsa est, vt homo perfectionem totaliter abstrahat a rebus mundanis vide Aug. mirabiliter ait, qui tollendas ait, sed ab hoc requiritur voluntaria paupertas; quia ex eo quod aliquis res mundanas, quas habet, amorem tollit earum, & ipsa est ergo.

lib. 2. mor. c. 27.

lib. 10. c. 29. L. 34. q. 30. hept. 3. Hom. 16. in Matt

Ex Paul. & ex Glos. non colligitur non licere omnia temporalia abijcere, sed quod non necessitate requiruntur. † 2. Concl.

3. Concl. Qui omnia sua dimittit propter Christum non exponit se periculo spirituali, quia tunc ex paupertate periculū spirituale incurritur, cum non est voluntaria ex temptatali, quia diuinæ prouidentiæ se committit.

4 Concl. in 2. Eth. c. 6. Medium virtutis ex Arist. accipitur secundum rationem rectam, non secundum quantitatem rei: recta ratio dictat, vt homo abijciat diuitias, quod etiam aliqui philosophi fecerunt, vt contemplationi vacarent. Vnde multo magis est secundum rationem rectam. vel unum omnia sua relinquere ad hoc, vt Christum perfectius sequatur: non ergo per paupertatem excedit virtutis medium.

5. Concl. Eccl. 13. Cum dicitur, *Beatus dives qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit*; quibus verbis ostenditur rem esse difficilem: vnde subditur, *quis est hic & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua*, scil. vt inter diuitias positus diuitias non amaret, quæ ex se natæ sunt perfectionem caritatis impedire.

4. Concl. Ab Episcopis, qui profitentur guoernationem gregis Christi administrando non solũ spiritualia, sed etiã temporalia non exigitur, vt proprio careant, quod ex perfectione dispensant; sed à religiosis, qui profitentur disciplinam perfectionis accipiendæ.

Bonum est facultates pauperibus erogare; sed melius est pro intẽtione sequendi dominum omnia simul donare, & absolutum in solitudine egere cum Christo, ex Hieron.

Vota va rianrium.

Art. 4. *Vtrum perpetua continentia requiratur ad perfectionem religionis.*

1. Concl. 1. Cor. 7. & 1. Cor. 7 Continentia perpetua requiritur ad perfectionem religionis, sicut & voluntaria paupertas.

1. Ex Apost. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Sed mundities carnis & spiritus conseruatur per continentiam. Ergo.

Ad statum religionis requiritur abstractio eorũ, per quæ homo impeditur ne feratur totaliter in Dei seruitium. Sed vsus carnalis coitus ab hoc maxime animum retrahit; tum ob vehementiam delectationis, ex cuius frequenti experientia augetur concupiscentia, & arist. & ex aug. nihil est, quod magis ex arce deijciat animum virilem, quam blandimenta fœminæ: tum propter solicitudinem, quam ingerit homini de gubernatione vxoris, & filiorum, rerum temporalium, &c. Vnde Apost qui sine vxore est, sollicitus est quæ sunt domini quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, &c Ergo.

† 2. Concl. De Petro legitur habuisse vxorem: sed quia perfectio continẽtiq introducta est per Christum, & ne alicui spes perueniendi ad perfectionem tolleretur, adimplirad perfectionis statum etiam illos, quos inuenit matrimonio iunctos, quia non poterat fieri absq; iniuria, vt viri vxores relinquerent. Ideo non separauit Petrum ab vxore, sed Ioannem volentem nubere a nuptijs reuocauit.

Aug. li de bon. coniug. c. 22.

3. Concl. Erat Abraham perfectionis exemplar, & alij patres, cum diuitijs & matrimonio perfecti fuere, qui si huiusmodi status continentiæ & paupertatis seruandæ, studiosius fecissent; non propterea infirmiores non debent præsumere se tenere esse virtutis, vt cum diuitijs & matrimonij pollint ad perfectionem peruenire. sicut nec aliquis præsumit hostes inermis inuadere: quod Samson mandibula asini multos hostes cæsit.

4. Concl. Illi modi viuendi quorundam religiosorũ, qui matrimonio vtuntur non sunt religiones simpliciter, sed secũdum quid, prout participant aliquid, quod ad religionem pertinet.

Art. 5. *Vtrum obedientia pertineat ad perfectionem religionis.*

1. Concl. Phil. 2. Obedientia requiritur ad perfectionem religionis.

1. Perfectio religionis maxime consistit in imitatione Christi. Sed in Christo maxime obedientia commendatur; factus est enim obediens vsque ad mortem. Ergo.

2. Status religionis est quædã disciplina, & exercitium tendens in perfectionem. Sed quicunque instituuntur, vel exercentur, vt perueniant ad aliquem finem, oportet, quod directiue ad eum sequantur. Ergo oportet, quod religiosi bus, qua pertinent ad religiosam vitam, aliqua institutione & superioi subdantur. Sed superiori, & infirmitatis alterius subditur homo per obedientiam. Ergo

† 2. Concl. Obedire prælatis in his, quæ pertinent ad necessitatem virtutis, non est supererogationis, sed omnibus commune: sed obedire in his quæ pertinent ad exercitium perfectionis pertinet proprie ad religiosos.

3. Concl. Qui non sunt perfectionem adepti, maxime sunt prompti ad obediendum; non quasi indigentes diuigi ad perfectionem, sed quasi ex hoc se conseruantes in eo, quod ad perfectionem pertinet.

4. Concl. Subiectio religiosorũ principaliter attenditur ad Episcopos, ad quos se habent, vt ad prælatos ex Dion. a qua nec eremitæ, nec prælati religionum excusantur: vel si sunt ab eis ex parte, aut totaliter exempti, saltem obligantur ad obediendum summo Pontifici, etiam in his, quæ specialiter pertinent ad disciplinam religionis.

5. Concl. Votum obedientiæ se extendit ad dispositionem totius humanæ vitæ, & hac ratione habet quandam vniuersalitatem: licet non se extendat ad omnes particulares actus, quorũ quidam ad religionem non pertinent, quidam ei contrariantur.

6. Concl. Necessitas coactionis excludit rationem laudis, & meriti, cum causet inuoluntarium; sed necessitas consequens obedientiam est liberæ voluntatis, inquantum homo vult obedire, licet forte non vellet id quod mandatur, secundum se consideratum, implere, & hæc non tollit, sed auget meritum

Art. 2. *Vtrum requiratur ad perfectionem religionis, quod paupertas, continentia, & obedientia, cadant sub voto.*

1. Concl. Religionis status requirit, vt ad hæc tria aliquis voto obligetur.

2. In veteri lege Nazaræi cum voto sanctificabantur. Sed per eos significantur, qui ad perfectionis summam pertingunt, vt religiosi. Ergo.

2. Ad religiosos pertinet vt sint in statu perfectionis, ad quam paupertas, Continentia, & obedientia pertinent, ex Greg. Sed ad statum perfectionis requiritur obligatio ad ea quæ sunt perfectionis, qua obligatio fit Deo per votum. Ergo.

Hom. 12. in Ezech.

† 2. Concl. Luc. 9.

Dominus dixit ad vitæ perfectionem pertinere, vt aliquis eum sequatur non qualitercunque: sed vt vlterius retro non abeat; quod pertinet ad obligationem voti: *quia mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, non est aptus regno Dei.*

3. Concl.

Licet perfectio religionis requirat, vt aliquis totum quod vouit, Deo exhibeat: tamen non potest homo totam vitam suam Deo exhibere, cum non sit tota simul, sed successiua; ideo ad hoc requiritur voti obligatio.

4. Concl. Epist. 1.

Cum quis propria sponte voto sibi adimit libertatem abstinendi ab his, quæ ad Dei seruitium non pertinent, hoc sit Deo acceptissimum. Vnde Aug. non te vouisse pæniteat, immo gaude, iam tibi non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Felix necessitas, quæ ad meliora compellit.

Art. 7. *Vtrum conuenienter dicatur in his talibus votis consistere religionis perfectionem.*

1. Concl. ca. cum ad nō. de statu Mon. mach.

Conuenienter his tribus votis status religionis integratur.

1. Custodia castitatis, & abdicatio proprietatis, sunt annexæ regulæ monachali, vt in decret. dicitur.

Status religionis potest considerari, primo quantum ad exercitium tendentis in perfectionem caritatis, & quantum ad hoc requiritur vt aliquis à se remaneat quæ possunt impedire ne totaliter affectus feratur in Deū, quæ sunt, cupiditas exteriorum bonorum, & hæc tollitur per votum paupertatis: concupiscentia sensibilium delectationem, inter quas excellunt venereæ, quæ excluditur per votum continentiæ: & inordinatio voluntatis humanæ, quæ excluditur per votum obedientiæ, secundo consideratur vt quietat animum ab exteriorib. sollicitudinibus, hæc solicitudo accidit ratione dispensationis exteriorum rerum, quæ tollitur per votum paupertatis ratione gubernationis vxoris: & per votum cotinentiæ: & rationis dispositionis propriorum actuum, per votum obediētiæ. Tertio consideratur status religionis vt est quoddam holocaustum quo quis totaliter se & sua offert Deo; bona exteriora per votum paupertatis, bonum proprij corporis per votum continentiæ, bonum animæ per votum obedientiæ offerunt.

† 2. Concl.

Interiores actus virtutum pertinent ad perfectionem ipsam caritatis, ideo non continentur sub voto religionis, quod ordinatur ad perfectionem, vt ad finem.

3. Concl.

Omnes aliæ religionem obseruātiæ, vt abstinentia, vigiliæ, &c. reducuntur ad prædicta tria principalia vota.

4 Concl.

Licet per obedientiam aliquis Deo offerat propriam voluntatem, cui subijciuntur omnia: tamen hoc solum votum non sufficit

Quia passiones pertinent etiam ad appetitum sensitiuum; ideo sequitur votum continentiæ. &c.

5. Concl.

Honori qui debetur Deo, & sanctis suis propter virtutem, non conuenit religiosis abrenunciare sed honori qui exhibetur exteriori excellentiæ abrenunciant ex hoc ipso quod sæcularem vitam derelinquunt: ideo ad hoc non requiritur speciale votum.

Artic. 8. *Vtrum votum obedientiæ sit potissimum inter tria vota religionis.*

1. Concl. lib. 5. Mor. c. 12

Votum obedientiæ est præcipuum inter tria vota religionis.

1. *Obedientia, ait Greg. Victimas iure præponitur. Sed vota religionis sunt quædam holocausta. Ergo.*

2. *Per obedientiam homo aliquid maius offert Deo, scilicet ipsam voluntatem, quæ est potior quam corpus, & res exteriores, quæ offeruntur per alia vota.*

3. *Hoc votum continet sub se alia vota, sed non econuerso.*

4. *Hoc votum proprie se extendit ad actus propinquos fini religionis. Sed quo aliquid est propinquius fini, eo est potius. Ergo. Nam licet quis absque voto obedientiæ voluntariam paupertatem & continentiam etiam voto seruaret, non ideo pertineret ad statum religionis.*

† 2. Concl.

Etsi consilium obedientiæ expresse non sit datum à Christo: tamen includitur in ipsa Christi sequela, quia, qui obedit sequitur alterius voluntatem: ideo magis pertinet ad perfectionem.

3. Concl. Eccl. 26.

Per illud, *omnis ponderatio non est digna animæ continentis*, non habetur quod continentia præferatur omnibus actibus

virtutis

virtutis, sed coniugali castitati, & exterioribus diuitijs.

4. Concl. Pontifex in voto obedientiæ non potest sic cum religioso dispensare, vt qui vouit eam, illi prælato teneatur obedire in his, quæ ad perfectionem vitæ pertinent: quia non potest eum à sua obedientia eximere, quamuis eximat quantum ad inferioris prælati subiectionem.

Art. 9. Vtrum religiosus semper peccet mortaliter transgrediendo ea, quæ sunt in regula.

1. Concl. In regula continetur aliquid dupliciter: primo, sicut finis regulæ, vt sunt quæ pertinent ad actus virtutum & horum transgressio quãtum ad ea quæ communiter cadunt sub præcepto obligat ad mortale: quantum ad alia quæ necessitatem præcepti excedunt, non nisi propter contemptum: *quia religiosus non tenetur esse perfectus, sed ad perfectionem tendere*: secundo continetur aliquid pertinens ad exercitium: & quantum ad hoc transgressio exercitiorum ad quæ vouit ad quæ cætera ordinantur, obligat ad mortale, aliorum autem transgressio nequaquam, nisi propter contemptum regulæ, quia alias status religionis non esset securior, quam status secularis, vt ait Gregor. sed periculosissimus propter multitudinem obseruantiarum, si quælibet earum transgressio obligaret ad peccatum mortale.

2. Concl. Qui profitentur regulam, non vouent seruare omnia, quæ sunt in regula, sed vitam regularem, quæ essentialiter consistit in tribus votis, horum transgressio est peccatum mortale, aliorum vero, venniale, quia alia sunt dispositio ad principalia vota. Vnde aliqui religiosi cautius profitentur, non regulam, sed viuere secundum regulam: cui cõtrariatur transgressio exterior: cuiusmodi profitentur obediẽtiam regularem, cui contrariatur id, quod est contra præceptum regulæ: at in religione prædicantium transgressio obligat solum ad pœnam: quia hoc modo ad talia seruanda obligantur, sed ex negligentia, libidine, seu contemptu posset committi peccatum venniale, vel mortale.

3. Concl. Omnia quæ sunt in lege traduntur per modum præceptiideo eorum transgressio obligat ad mortale, sed non omnia quæ in religione proponuntur sunt huiusmodi, cum aliqua proponantur per modum ordinationis, vel status obligantis ad certam pœnam.

Cum religiosus ex negligentia vel ira inducitur ad aliquid contra regulam, non peccat ex contemptu, sed tantum cum eius voluntate tenetur subire legi, vel regulæ, & propter hoc præcedit ad faciendum aliquid contra regulam, vel legem 4. Concl.

Art. 10. Vtrum religiosus eodem genere peccati grauius peccet, quam seculares.

Peccatum quod à religiosis committitur potest esse grauius peccato secularium eiusdem speciei. 1. Concl.

1. Si sit contra votum religionis, vt si religiosus fornicetur, aut furetur.

2. Si ex contemptu peccet quia videtur magis ingratus diuinis beneficijs.

3. Propter scandalum quia ad vitam eorum plures respiciunt, vt colligitur ex Iere c. 23. Ierusalem vidi &c. Hebr. 10.

Si religiosus non ex contemptu, sed ex infirmitate, vel ignorantia peccatum quod non est contra votum suæ professionis committat, absque scandalo: scilicet in occulto, leuius peccat, eodem genere peccati, quam secularis, 2. Concl.

Quia enim peccatum, si sit tenue, quasi absorbetur ex multis operibus bonis; si sit mortale, facilius ab eo resurgit, tum propter intentionem; quam habet rectam ad Deum: tum quia minatur a fociis. Vnde Origines Inimicum si peccauerit nempe mittet, & peccatum suum emendare nescit: iustus autem scit emendare, scit corrigere, & eccl. 4. si vnus ceciderit ab altero sustentur. Hom. 4. in ps. 36.

Primum intelligitur de his, quæ per infirmitatem, vel ignorantiam committuntur. Similiter secundum, quia Iosaphat ex infirmitate peccauit. 3. Concl.

Iusti non facile peccant ex contemptu, sed quandoque ex ignorantia, vel infirmitate, & cito resurgunt: si autem perueniant ad hoc, vt ex contemptu peccent, efficiuntur pessimi, & maximeque ingibiles. 3. Concl.

Quæstio 187. De his, quæ competunt religiosis.

Art. 4. Vtrum religiosis liceat docere, prædicare, & alia huiusmodi facere.

Dicitur non licere monachis, & aliis religiosis prædicare, docere, & alia huiusmodi facere. 1. Concl.

Quia

Quia ſtatum religionis non dat eis poteſtatem huiuſmodi faciendi.

2. Concl. 10. q. 1. Ex auctoritate.

Sed tamen poſſunt iſta facere, ſi ordinem recipiãt, vel ordinariam iuriſdictionem, aut ſi eis committantur ea, quæ ſunt iuriſdictionis.

1. Ex Greg. Qui dat eis facultatem docendi, & prædicandi, &c.

2. Ex voto, & præcepto regulæ non obligantur ad hoc, & ab eis abſtinent.

3 Non reddantur ad hoc minus idonei præter aliquod peccatum commiſſum, ſed potius ſunt magis idonei ob exercitium ſanctitatis, quod aſſumpſerunt. Nam ridiculum eſt dicere, quod per hoc quod aliquis ad ſanctitatem promouetur, efficiatur minus ideoneus ad ſpiritualia exercenda, & nonnulli ſtulte ita ſentiunt, contra quos Bonif. Papa conſtitutionem fecit.

P. 49.

†. 3. Conc. Ex illo Conſtantinopol. ſynodi. *Vita monachorum ſubiectionis habet verbum, non prædicandi, docendi.* &c. colligitur tantum, quod monachi, ex hoc, quod ſunt monachi non naciſcuntur poteſtatem talia faciendi: non autem quod habeant aliquid contrarium executioni talium actuum.

4. Concl. Decretum Concil. Niceni præcipit, vt monachi non vſurpent ſibi, ex hoc, quod ſunt monachi, poteſtatem huiuſmodi actus exercendi, ſed non prohibet, quin iſta poſſint eis committi.

5 Concl. 16. q. 1. can. Placuit. Licet non ſe compatiantur, quod aliquis ordinaria iura Eccleſiaſticorum officiorum habeat, & regulam in monaſterio ſeruet: tamen non tollitur, quin religioſi poſſint circa prædicta occupari ex commiſſione prælatorum, & præcipue illi quorum religiones ſunt ad hoc ſpecialiter inſtitutæ.

Art. 2. Vtrum religioſis liceat ſecularia negotia tractare.

1. Concl. Cauſa cupiditatis ſecularia negotia gerere, nec monachis, nec clericis licet. Vnde patet ad primum, quod procedit de cupiditate, & ſecundum eum non ſit ex caritate.

2. Concl. Cauſa vero caritatis ſe negotijs ſecularibus, cum debita moderatione, ingerere poſſunt ſecundum ſuperioris licentiam, in miniſtrando, & diligendo.

Quia ſtatus religionis eſt ordinatus ad perfectionem caritatis conſequendam. Sed ad hanc præcipue pertinet dilectio Dei, ſecundario dilectio proximi. Ergo religioſi præcipue debent intendere in hoc, quod Deo vacent, & ſecundario ſi neceſſitas proximi immineat eorum negotia ex caritate agere. Vnde Paul. Alter alterius onera portate, &c. & Iacobus ait, pertinere ad religionem viſitare pupillos, &c. & decretum ſanctæ ſynodus nullum deinceps clericum, aut poſſeſſiones conducere, aut negotijs ſecularibus ſe permiſcere, niſi prater curam pupillorum, &c.

Gal. 6. & Rom. 12. c. 1.

Frequentare palatia Regum propter delitias, vel gloriam, non competit religioſis, ſed propter pias cauſas vtique. Nunquid dixit Eliſeus, habes negotium & vis, vt loquar Regi, &c.

†3. Conc. 4. Reg. 4.

Art. 3. Vtrum religioſi manibus operari teneantur.

Religioſi non magis tenentur ad opera manualia, quam ſeculares, niſi ad hoc per ſtatuta ſui ordinis obligentur.

1. Concl.

a Quia labor manualis ad quatuor ordinatur. 1. & principaliter ad victum quærendum: in ſudore vultus tui, &c. quantum ad hoc cadit ſub neceſſitate præcepti, prout eſt neceſſarium ad finem: quia ordinatur ad finem, a fine neceſſitatem habet, vt ſcilicet in tantum ſit neceſſarium, inquantum finis ſine eo haberi non poteſt: ideo qui non habet vnde viuere poſſit, tenetur manibus operari, cuiuſcunque ſit conditionis. Vnde Apoſt. Qui non vult operare, non manducet. Qui nullibi præcipere videtur opus manuum, niſi ad vitandum peccatum eorum, qui illicite victum acquirebant: vel ad vitandum furtum, vel cupiditatem alienarum rerum: vel turpia negotia.

Geneſ. Epheſ. 4. 1. Theſ. 4. Theſ. 3. 2.

2. Ad tollendum otium, ex quo multa mala oriuntur: & ſic labor manualis non cadit ſub neceſſitate præcepti. quia multis aliis modis poteſt otium vitari.

3. Ad concupiſcentiæ refrenationem, quatenus macerat corpus, neque etiam hoc modo eſt ſub præcepto.

4. Ad eleemoſynas faciendas, quod etiam non cadit ſub neceſſitate præcepti, niſi forte in aliquo caſu, in quo quis ex neceſſitate teneretur elemoſynam facere, in quo ſimiliter tenentur, & religioſi, & ſeculares.

Cum manus ſit organum organorum, ſub opere manuali intelliguntur omnia humana officia, quibus homines licite victus lucrantur, ſiue manibus, ſiue lingua, ſiue pedibus, &c.

2. Concl. 1. Theſ. 3.

Illud, *operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis*, eſt præceptum de iure naturali, & ideo communiter obligat religioſos, & ſeculares: nec peccant quicunque manibus

†3. Conc.

non operantur, quia ad præcepta legis naturæ, quæ pertinent ad bonum commune, non tenentur singuli.

4. Concl. Qui operibus spiritualibus, scilicet orationibus, psalmis, &c. vacant propter bonum commune, excusantur ab opere manuali.

lib. de oper. monach. Luc. 12. *1. Quia oportet eos esse totaliter occupatos circa huiusmodi opera.*

2. Quia huiusmodi opera exercentibus debetur ministratio vitæ. Sed illi qui prædictis operibus non quasi publicis, sed privatis vacant, non oportet, quod per huiusmodi opera à manualibus operibus abstrahantur: nec etiam sit eis debitum, sed de stipendijs fidelium vivant: & sic intelligitur Augustinus.

5. Concl. Cum Glossa it eos, qui omnia spernunt propter Deum tenentur manibus operari, intelligitur quando alias non habent, unde viuant.

6. Concl. Quod Apostoli manib⁹ laborauerint quãdoque fuit necessitatis, cum aliunde victum non habebant, quandoque supererogationis, vt occasionem prædicandi auferent illis, qui tantum propter bona temporalia prædicabant: & ne grauarentur illi, quibus prædicabant: & ad dandum exemplum operandi otiosis: in quo non tenentur religiosi, cum Apostolos imitari non teneantur quo ad omnes supererogationes: nec omnes Apostoli manibus operabantur.

Art. 4. *Vtrum religiosis liceat de eleemosynis viuere.*

1. Concl. Religiosis licet de eleemosynis viuere.

Ang. lib. de oper. mon. c. 21. 1. Cor. 9. Aug. loc. cit. Hier. cont. Iouian. in. lib cit. c. 25. *Quia unicuique licet vivere de eo, quod suum est, vel debitum. Sed eleemosynæ sunt religiosorum ex liberalitate donantis, & eis etiam debentur. Ergo. Debentur autem primum propter necessitatem, qua facti omnia communia: tum propter corporis infirmitatem, ex qua non possunt laborare: tum quia liber eis non sufficeret ad operis manuum conversationem, quia non consuevit manibus laborare. Deinde ex eo quod illi religiosi exhibent, sive spiritualia, sive temporalia, sicut patet ex Paulo: & propter hoc quadrupliciter possunt religiosi de eleemosynis vivere.*

1 Cooperadiecent animo ad orationes prælatorum.

2. Si sint nimis infirmi, quia dominus ordinavit eos, qui Ecclesiæ ministrant de Ecclesiæ vivere: sicut infirmi sunt, &c.

3. Si impedirent studio S. Scripturæ ad communem utilitatem.

4. Si bona temporalia, quæ habebant monasterio largiuntur.

2. Concl. Vlus bonorum, quæ alterius liberalitate donantur, redditur religiosis illicitus, si ab actibus religiosis desistant.

Quia quantum est in se, defraudant eorum intentionem, qui talia beneficia conferunt, quæ sunt, vt liberius religionis actibus insisterent, quorum cupiunt se fore participes.

3. Concl. Si qui sunt religiosi, qui absque necessitate, & utilitate, quam offerant, velint otiosi de eleemosynis, quæ dantur pauperibus, viuere, id est eis illicitum.

b. cit. c. 22. Denique, ait Augustin. ad professionem seruitutis Dei aliqui veniunt ex conditione seruili, vel ex vita rusticana, &c. De quibus dicit, si nolunt operari, me manducent.

4. Concl. Auctoritates, quæ afferuntur in primo argumento, intelligendæ sunt tempore necessitatis, quando scilicet non posset aliter pauperibus subueniri: tunc enim tenentur ab eleemosynis accipiendis desistere, & si quæ habent pauperibus largiri.

5. Concl. 2. Tom. 2. Prælatis competit prædicatio ex officio: religiosis potest competere ex commissione, & cum laborent, possunt inde viuere.

6. Concl. Cæteris paribus, dare, perfectius, est quam accipere, sed dare, vel reliquere omnia sua propter Christum, & modica accipere ad sustentationem vitæ melius: quam dare particulariter aliquid pauperibus.

7 Concl. Accipere munera ad diuitias augendas, vel accipere victum sibi non debitum, absque utilitate, & necessitate, præstat occasionem peccandi: sed non est sic in religiosis.

Matth. 12. Quando est manifesta necessitas, & utilitas propter quam aliqui religiosi de eleemosynis viuant absque opere manuali, non scandalizantur infirmi: quod esset fugiendum, sed tantum malitiosi, de quorum scandalo non est curandum.

Art. 5 *Vtrum religiosis liceat mendicare.*

1. Concl. Si mendicatio consideretur, velut habet aliquam abiectionem coniunctam, cum quis videatur abijci, qui ita egent, vt eis sit necesse ab alijs victum accipere: laudabiliter aliqui mendicant.

Deper. c. si quis. *Quia quæ ad abiectionem pertinent, sunt efficacissima medicina contra superbiam, quam vel inspectione alijs per exemplum extinguere volunt: sic dicitur in decr. fit oportet discrete mendicare.*

tem ad hoc habitationem assumere, ne qui inde aliquem vestitum mutet.

2. Concl. Si mendicitas conderetur ex parte eius, quod quis mendicando acquirit, si quis ad mendicandum adducatur cupiditate habendi diuitias vel victus otiosè est illicita, vnde tollitur primum quod procedit de cupiditate, & secundum, de ijs, qui quærant victum otiosè viuant.

3. Concl. Si quis quærat ex necessitate, quia non potest aliunde viuere, vel ex vtilitate ad efficiendum aliquid vtile, quod non potest sine eleemosijnis, vt ad reficiendam ecclesiam ad incumbendum studio sapientiæ, licitum & secularibus & religiosis, quia religiosis conuenit imitari Christum, qui mendicauit. & Hieron. *cave ne hominum tuo mendicante alienis diuitijs congeries.*

Psal. 39. & 69.

14. Concl. Deut. 15. Per illud, *omnino indigens, & mendicus non erit inter vos* non prohibetur alicui mendicare, sed prohibetur diuitibus, ne tam tenaces sint: vt propter hoc aliquid egestate mendicare cogantur: & lex ciuilis imponit pœnam tantum illis, qui sine necessitate vel vtilitate mendicant.

5. Concl. In cod. Turpitudo mendicitatis non pertinet ad culpam: sed potest ad humilitatem pertinere.

6. Concl. Prædicantibus ex debito debetur victus ab ijs quibus prædicant: si tamen non quasi sibi debitum, sed gratis dandum mendicando petere velint, ad maiorem humilitatem pertinet.

Artic. 6. Vtrum liceat religiosis vilioribus vestibus vti, quam cæteri viuntur.

1. Concl. Eccl. 9. Ioan. 3. Habitus vilis & signum tristitiæ, & ita, qui in mœrore sunt, vilibus vestibus vtuntur, ac etiam pœnitentes, aliquando est signum cõtemptus diuitiarum, & mundani fastus. *Sordes vestium, candida mentis indicium.* Hier.

2. Concl. Secundum vtrumque horum vilitas vestiũ religiosis conuenit. *Hinc fecit illud, circumierunt in melotis, & in pellibus caprinis &c.* Omnia in decore.

3. Concl. Quod qui vilibus vtatur vestibus potest contingere tripliciter.

1. Ad sui humiliationem: vt enim ex vestium splendore animus eleuatur, ita ex earundem humilitate deprimitur.

2. propter ex malum aliorum.

3. Oblimanem gloriam: nam, vt ait Aug. in ipsis sordibus latrolis potest esse iactantia: duobus primis modis est laudabile: tertio vero vitiosum, & sic intelligitur Hieron. in arg. secundum.

4. Concl. Si habitus vilis & incultus procedat ex auaritia, vel negligentia, pertinet ad vitium negligentiæ.

5. Concl. Vilitas vestium de se non habet speciem mali, sed potius boni, scilicet contemptus mundanæ gloriæ. & inde est quod mali viliter vestiunt suam malitiam occultant, nec idco omnes debent odisse vestimentum suum, quod plerunque illo se occultant lupi.

August. lib. 2. de serm. Dom. c. 38.

6. Concl. Ex illo, *cum ieiunatis, nolite fieri &c.* intelligitur, ne in operibus sanctitatis homines aliquid faciant propter apparentiam: vnde religiosi non prætermittunt præceptum, quia non ferunt habitum vilem ex ambitione, sed quasi signum suæ professionis, qua contemptum mundi profitentur.

Quæstio 188. De differentia religionum.

Art. 1. Vtrum sit tantum vna religio.

1. Concl. Psal. 44. REligio non est tantum vna.

1. *Quia ad ornatum reginæ ad est ecclesia, pertinet, quod sit circumamicta varietatibus*

2. *Status religionis est quoddam exercitium quo aliquis exercetur ad perfectionem caritatis. Sed sunt diuersi caritatis opera, quibus homo potest vacare, ac etiam diuersi modi exercitiorum. Ergo.*

2. Concl. Religiones possunt distingui, & secundũ diuersitatem eorum ad quæ ordinantur, & secundum diuersitatem exercitiorum: sed quia finis est potissimum in vnoquoque, maior est religionum diuersitas, quæ attenditur secundum diuersos fines.

3. Concl. Totaliter se præbere ad seruiendum Deo. est commune omni religioni, ex quo non sumitur diuersitas, sed, secundum diuersa, in actibus homo seruire potest, & ad hoc diuersimode, se disponere.

1. Concl. Communitas essentialium votorum competitur diuersitatem religionis propter diuersas dispositiones ad illa vota seruanda, & propter diuersos fines.

1. Concl. Rationabiliter est vnus Episcopalis status, religiones vero diuersæ.

Quantum ad ea quæ pertinent ad perfectionem, Episcopus se habet per modum agentis, quod quanto est superius, tanto est magis vnum: quæ vero pertinent, sunt diuersa.

† 2 Concl. Greg. hom. 8 in Ezc. 7 q. 1. com. hec.

Religiosus prædicans, non supergreditur disciplinatus, vel subiectionis gradum, qui competit religiosis.

Quia id, non sua, sed prælatorum auctoritate facit.

2. Concl.

Religiones instituuntur ad prædicandum, & confessiones audiendum, non auctoritate propria, sed superiorum, ad quos ex officio ista pertinent; vnde proprium harum religionum est subseruire prælatis in tali officio.

4. Concl.

Licet non sit determinatus numerus eorum, qui prædicationes exercent, quia à prælatis non conceditur, quod quilibet religiosus prædicta munera indifferenter faciat, sed solum quibusdam, &c.

5. Concl.

Plebs non tenetur ex debito iuris ad sumptus ministrandos, nisi ordinariis prælatis, qui propter hoc decimas, & alios ecclesiasticos reditus recipiunt, quod si qui gratis velint ista munera exercere, non grauantur fideles, qui possunt etiam libere his aliquid subministrare.

6. Concl.

Formam septuaginta duorum discipulorum non solum tenent presbyteri curati, sed etiam alii minoris ordinis, qui episcopis in eorum officio subseruiunt. Vnde non inconuenit, quod præter episcopos, & curatos sint alii religiosi prædicantes.

Art. 5. Vtrum sit instituenda aliqua religio ad studendum.

1 Concl. 1 Esd. 1. Eccl. 39.

Congrue potest institui religio ad studium literaturæ.

1. Ex Hieron. qui instituit Paulinum ad discendum in Psalterio monastico dicens, discamus in terris quorum scientia nobis perseueret in cœlis.

2. Studium literarum competit religiosis, primum quantum ad id, quod est proprium contemplatiuæ vitæ, tum directe coadiuuando ad contemplandum, illuminando intellectum de diuinis, vnde in laudem Dei iusti dicitur In lege domini meditabitur die ac nocte, tum indirecte, removendo contemplationis pericula, scilicet errores, qui in contemplatione diuinorum frequenter accidunt his, qui scripturæ ignorant, deinde ad prædicandum, & ad his huiusmodi exercenda, vnde apostolus Ampliantem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit, &c. deinde ad vitandam carnis lasciuiam. Ama scripturarum studia, & carnis, vitia vitabis, ait Hieronym. auertit enim animum à cogitatione lasciuiæ, &c. & Eccl. 35. Qui legis bona bonestatis tabefactet carnes.

Illud, *Quoniam non cognouit literaturam*, &c. intelligitur de litera veteris legis. vnde non cognoscere literaturam, est non approbare literalem circumcisionem.

3. Concl. 1. Cor. 1.

Studium sine caritate inflat, & per consequens dissensiones facit: cuiusmodi non deberent studium religiosorum: vnde Paul. *Deuites profanas vocum nouitates, &c.* & postea, *Ipsorum dicta cancer, & non sint in vobis scientiæ.*

4. Concl.

Philosophi prouidebantur studia literarum, quantum ad sæcularem doctrinam: religiosi autem principaliter intendunt studio literarum pertinentium ad doctrinam, quæ secundum pietatem est: aliis autem doctrinis non, nisi in quantum ordinantur ad sacram doctrinam.

Artic. 6. Vtrum religio quæ vacat vitæ contemplatiuæ sit potior ea, quæ vacat operibus vitæ actiuæ.

1. Concl.

Differentia vnius religionis ad alteram attenditur principaliter ex fine, vnde sumitur Comparatio absoluta, cum finis per se quæratur: secundario ex parte exercitii, vnde sumitur comparatio respectiua, cum non per se, sed propter finem quæratur.

2. Concl.

Illa religio alteri præfertur, quæ ordinatur ad finem absolute potiorem, vel quia est maius bonum, vel quia ad plura bona ordinatur.

3. Concl.

Si finis sit idem cum secundario, attenditur præeminentia religionis, non ex quantitate exercitii, sed ex proportione eius ad finem in tenrum: Est autem opus actiuæ vitæ duplex, alterum, quod ex plenitudine contemplationis oritur, vt doctrina, & prædicatio, vt ait Greg. quod præfertur simplici contemplationi, sicut maius est illuminare, quam solum lucere: aliud, quod totaliter consistit in occupatione exteriori.

Hom. 5. in Ezech.

4. Concl.

Illæ religiones summum gradum tenent, quæ ordinantur ad prædicandum & docendum: & quæ propinquissimæ sunt statui episcoporum: secundum, quæ ordinantur ad contemplationem tantum: tertium, quæ occupantur circa exteriores gradus.

5. Concl.

In singulis horum gradibus potest attendi præeminentia, prout vna ordinatur ad altiorem actum in eodem genere, & sic vna ordinetur ad plura, quam alia, vel si conuenientiora statuta habeat ad propositum finem.

Tit. 1. Ad Rust. 1. Mac. 12.

6. Concl. Præfertur sollicitudo contemplationi, vt dicitur *extra de regula*, si sit sermone de actiua, vt ordinatur ad salutem animarum.

7. Concl. Religiones institutæ ad militiam potius ordinantur ad effundendum sanguinem hostium, quam suum, quod proprie martyribus conuenit. Nihil tamen prohibet huiusmodi religiosos in aliquo casu meritum martyrii consequi, & in hoc præferri aliis religiosis.

8. Concl. Religio non est potior ex hoc, quod ex maiori discrepatione sunt eius obiectiuantiæ ordinatæ ad finem religionis.

Art. 7. Vtrum habere aliquid in communi diminuat perfectionem religionis.

1. Concl. 22. q. 1. Can. Exiit. Habere aliquid in communi, quod sufficiat ad victum simplicem, non minuit perfectionem religionis in commun.

1. *Satis ostenditur, ait Propheta, & propria debere propter perfectionem omittere, & sine impedimento perfectionis Ecclesiæ possessiones communes possideri.*

2. *Perfectio non consistit essentialiter in paupertate, sed in Christi sequela: vnde Petrus dixit, ecce nos reliquimus omnia, & secuti te sumus: ad quod Christus respondit, & vos estis mecum. Paupertas autem est instrumentum perfectionis, prout per remotionem diuitiarum tollantur quædam caritatis impedimenta, vel sollicitudo, quam secum diuitiæ afferunt: diuitiarum amor, quem diuitiæ possessæ augentur: & mundi gloria vel electio, & horum primum a diuitiis separari non potest totaliter, siue sint magnæ, siue paruæ: sed res exteriores non quærantur, vel habeantur, nisi in modica quantitate, ad sustentationem vitæ: in qua sollicitudo non vltimum impedit, nec repugnat perfectioni quia à domino non interdicitur omnis sollicitudo, sed superflua. Alia autem domino non se ingerunt, nisi abundantes diuitiæ.*

2 Concl. Solicitudo circa proprias diuitias, pertinet ad amorem priuatum, sed circa communes pertinet ad caritatem, quæ non quærit quæ sua sunt: quamuis per hoc impediri possit aliquis altior caritatis actus. Ex quo patet, quod superabundantia diuitiarum in communi est impedimentum perfectionis, quamuis non totaliter eam excludat.

3. Concl. Ratione finis, religio, quæ ordinatur ad actiones corporales vitæ actiuæ, vt ad militandum, &c. esset imperfecta, si communibus careret diuitiis.

4. Concl. Religiones, quæ ad contemplatiuam vitam ordinantur, tanto perfectiores sunt, quanto earum paupertas minorem eis ingerit solicitudinem rerum temporalium.

1. *Quia ad exteriora corporalia opera vitæ actiuæ, indiget homo copia exteriorum rerum: ad contemplationem autem pauca requiruntur.*

2. *Tanto sollicitudo temporalium rerum impedit religionem, quanto ad religionem, maior sollicitudo spiritualis requiritur. Sed religio contemplationis requirit maiorem sollicitudinem spiritualium. Ergo. Vnde huiusmodi competit habere modicas possessiones, nisi forte oporteat hos religiosos, vel per se, vel per alios hospitalitatem tenere, & pauperibus subuenire.*

5. Concl. Illis, quæ ordinantur ad contemplata aliis tradenda, competit vitam habere maxime ab exterioribus solicitudinibus expeditam. Quod fit dum modica, quæ sunt necessaria ad vitam, congruo tempore procurata conseruantur: quod Dominus suo exemplo docuit.

Quæ habebat fecerunt, Iudæ commissa.

6. Concl. Ioan. 10 Matth. 19. Matth. 6. Ex illo, *si vis perfectus esse, vade vende, &c.* non colligitur ipsam paupertatem esse perfectionem, sed perfectionis instrumentum. Vnde non oportet, quod religio tanto sit perfectior, quanto maiorem habet paupertatem, sed quanto eius paupertas est magis proportionata fini vniuersali, & particulari.

7. Concl. Illud, *Nolite solliciti esse, &c* non intelligitur, vt nihil teneatur in futurum, quia id periculosum esset, ex B. Antonio, & Aug.

8. Concl. In collat. 12. c 2. libro de oper. monach. c. 23. Quæ dicit Hieron. ad Nepotian. habent locum vbi sunt superabundantes diuitiæ, quæ habentur quasi propriæ, vel per quarum abusum etiam singuli de communitate superbiunt.

9. Concl. lib. de disc. c. 34. Isaac, de quo meminit Greg. possessiones renuebat accipere, quia timebat ne per hoc ad superfluas diuitias veniretur, per quarum abusum impediretur religionis perfectio.

10. Concl. lib. 1. Polit. c 1. Matt. 10. Arist. dicit panem & vinum, & huiusmodi esse diuitias naturales, pecunias autem artificiales; ideo alioqui Philosophi, tanquam secundum naturam viuere volentes, nolebant vti pecunia: & licet Dominus prohibuerit ne qui ad prædicandum mittuntur, aurum, &c. portent, non tamen prohibuit, vt non conseruetur in communi.

Art.

Art. 8. Vtrum perfectior sit religio in societate viuentium : quam agentium solitariam vitam.

1. Concl. Vt id, quod iam perfectum est, præminet ei, quod ad perfectionem exercetur ; ita vita solitariorum, si debite assumatur, præminet vitæ socialı.

1. *Augustinus enim, eos sanctiores esse dicit, qui a conspectu hominum sequestrati nihil in se præbent accessionis.*

2. *Vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis : solitudo autem competit iam perfectis, quia quod est solitarium, debet esse sibi per se sufficiens; hoc autem est, cui nihil deest, quod competit perfecto.*

2. Concl. Vita solitaria, si absque præcedendi exercitatione assumatur, est periculosissima, nisi per diuinam gratiam suppleatur, quod in aliis per exercitium acquiritur.

Ose. 2. *Quia solitudo competit contemplanti, quia iam ad perfectum pertingit : quod contingit, vel ex solo diuino munere; vt patet de Ioan. Baptista : vel per exercitium virtutis actiuæ, ad quod inuitatur homo alterius societate. & quantum ad intellectum, vt instruatur de his, quæ sunt contemplanda : & quantum ad effectum, vt scilicet noxiæ affectiones reprimantur exemplo, & correctione aliorum.*

Hieron. ad Rust.

† 3. Concl. Eccl. 4. Matth. 18. Melius sunt duo simul, vt ait Sapiens, propter auxilium, quod vnus habet ab alio vel sublleuetur, vel foueatur, quod non indigent perfecti.

4. Concl. Vt Christus est in medio eorum, qui caritate sociantur, ita hortatur in corde eius, qui diuinæ contemplationi intendit per dilectionem Dei.

5. Concl. Luce 11. Actiuo obedire est tantum necessarium his, qui indigent directione aliorum ad perfectionem capiendam : quam non indigent perfecti, qui iam Deo aggregantur.

6 Concl. lib. 19. de ciu. c. 19. Quod si quis super conclusionem ponatur, non pertinet ad ipsum, sed ad alium : quia ex facinoris noxa ponitur, vt vacandum sit contemplandæ veritati vacandum est ad quam plurimum valet solicitudo.

7. Concl. S. quis solitarie viueret, quasi societatem humanam propter animi feritatem ferre non posset, efficit bestia, vt dicitur : sed si quis torpeat diuinis rebus immersus, est supra hominem : ideo Arist. ait, aut est

lib. 1. Polit. c. 2. bestia, aut Deus, id est, diuinus vir.

Quæst. 189. De religionis ingressu.

Art. 1. Vtrum illi, qui non sunt in præceptis exercitati, debeant ingredi religionem.

1. Concl. RElligionem ingredi non solum expedit his, qui sunt exercitati in præceptis, vt ad maiorem perfectionem perueniant, sed etiam his, qui non sunt exercitati, vt facilius peccata fugiant, & perfectionem assequantur.

1. *Dominus vocauit ad consiliorum obseruantiam Matthæum publicanum, qui in obseruantia præcepto non exercitatus non erat.*

2. *Status religionis est quoddam spirituale exercitium ad consequendum caritatis perfectionem : sit autem per religionis obseruantiam auferuntur impedimenta perfectæ caritatis, quæ impleantur, tam interna, per quod interdum etiam ipsa caritas perditur : vnde religionis obseruantia, sicut tollunt impedimenta perfectæ caritatis, ita etiam tollunt occasiones peccandi per scandalum, signum, &c. Ergo ingredi religionem non solum, &c.*

† 2. Concl. Circa adolescentem illum, qui domino dixit, ea a iuuentute præcepta seruasse, Hieronym. & Aug. dicunt mentitum fuisse : quod est intelligendum, quantum ad perfectam obseruantiam præceptorum, sed imperfecte, & communi modo, verum est eum obseruasse. Verum Dominus, non solum hunc, qui seruant mandata, sed etiam peccatores, ad consiliorum obseruationem vocauit.

3. Conc. Summum, & infimum tripliciter accipi potest.

1. In eodem statu, & in eodem homine, & sic nemo statim pertingit summum.

2. Per comparationem ad diuersos status, & sic non oportet quod quicumque vadat ad perfectionem, veniat a minori incipiat.

3. Quantum ad diuersas personas : & sic manifestum est, quod aliquis status tendit ab aliquo gradu sanctitatis, vel vitæ consiliorum obseruatione, ad quem alius perueniat per totam vitam suam.

4. Ordinari debent esse exercitati in præceptis, qui ordinantur ad sanctitatem : nouitia qui assumuntur ad religionem, quasi quod-dam exercitium ad sanctitatem.

4. Concl. in Ps. 130. Cum Glos. ait, hæreticos peruertere ordinem educationis spiritualis, quod ante tempus a lacte spirituali separant

loquitur

loquitur de ordine doctrinæ; qui requirit vt a facilioribus ad difficiliora procedatur: at qui intrant, aut alios intrare suadent ad perfectionem religionis, non peruertunt hunc ordinem. Et quod nuper baptizatis non indicatur ieiunium ante Pentecosten, ostendit non esse ex necessitate ad difficilia cogendos, antequam a diuino spiritu instigentur.

6. Concl. Præceptorum quædam sunt principalia quasi fines præceptorum, & consiliorum, scilicet præcepta caritatis, ad quæ consilia ordinantur, non ita vt sine consiliis non possint seruari, sed vt perfectius seruentur: alia sunt secundaria, quæ ad caritatem ordinantur, vt sine quibus caritatis præcepta seruari non possunt. Vnde perfecta obseruantia præceptorum caritatis præcedit intentione consilia, sed interdum tempore sequitur. Obseruantia vero præceptorum caritatis, secundum communem modum, & similiter alia præcepta compatantur ad consilia, vt commune ad proprium, quia illa potest esse sine consiliis, sed non contrario. Vnde obseruantia præceptorum communiter sumpta ordine naturæ, præcedit consilia, non tamen oportet, quod tempore præcedat. At obseruantia præceptorum sine consiliis, ordinatur ad obseruantiam præceptorum cum consiliis, vt species imperfecta ad perfectam: sed tamen non oportet, vt prius seruentur præcepta, sine consiliis, & postea cum consiliis, sicuti non oportet, vt quis sit prius coniugatus, quam virgo: & similiter vt præcepta prius seruentur in sæculo, quam intretur in religionem, cum conuersatio sæcularis non disponat ad perfectionem religionis, sed magis impediat.

Artic. 2 Vtrum debeat aliquis voto obligari ad religionis ingressum.

Obligari voto ad religionis ingressum, est secundum se laudabile.

9. Concl. In Psal. 75. 1. *Ex Glos. quæ ait scripturam nos inuitare ad quædam vota, vt castitatis, &c. Ad non inuitat nisi ad melius. Ergo.*

q 88 art. 6. 2. *Opus factum ex voto est laudabilius, quam si fiat sine voto; tum quia vouere est actus religionis, qua excellit inter alias virtutes; tum quia per votum voluntas firmatur in bono, ex quo laudabilius est, sicut peccatum est grauius, cum procedit ex voluntate in malum obstinata. Ergo obligari, &c.*

Votum solenne quo quis fit professus, supponit annos probationis: at votum simplex, quo quis non sit religiosus, non ita. † 2. Concl.

Necessitas quæ oritur ex voto, non est necessitas absoluta, sed ex fine: de qua August. felix est necessitas, quæ ad meliora tranimittit: at Gregorius loquitur de necessitate violentiæ. 3. Concl.

Vouere de se non dat occasionem ruinæ, sed magis subtrahit cum confirmet in bono: vnde si quis post votum grauius ruat, non derogat voto. 4. Concl. D. 45. Can. de Iuram.

Art. 3. Vtrum ille qui obligatus est voto ad religionis ingressum, teneatur intrare religionem.

Qui obligat se voto ad religionis ingressum, tenetur religionem ingredi. 1. Concl. Eccl 5. In Psal. 75.

1. *Si vouisti Deo, aut Sapien., ne moreris reddere. & Glos. Vouere voluntati consulitur, sed post votum promissionem, redditio necessario exigitur.*

2. *Homo tenetur adimplendum, quod Deo promisit, modo illud ad Deum pertineat, sicut tenetur seruare, quod homini promisit, & multo magis ex augusti sed ingressus religionis maxime ad Deum pertinet, quia per hoc homo se mancipat diuinis obsequiis. Ergo.* Epist. 50.

Tenetur autem prout se voto obligare intendit: si absolute se obligauit, tenetur quam citius impedimento licito cessante: si autem ad certum tempus vel sub certa conditione, tenetur ingredi tempore adueniente, vel conditione existente. 2. Concl.

Ille de quo in decreto fit mentio, non vouerat solemniter, & ita non erat monachus: sed tamen erat ei consulendum, vt religionem intraret: vt habetur de voto, & voti redempt. † 3. Concl. ✱ q. 1. Can. Gotiadus. Cap. per 4. Concl.

Qui se obligauit ad certam religionem, debet, quantum in se est, facere, vt in ea recipiatur: si absolute vouit, si in vna non recipitur, tenetur ire ad aliam: si specialiter ad vnam solum, tenetur pro modo obligationis.

Votum religionis, quia est perpetuum, est maius voto veræ sanctæ: vnde hoc non soluit illud, vt habetur tit. cit. Et rationabiliter dici potest aliquem per ingressum religionis omnium peccatorum remissionem consequi, vt ex decret. & ex Greg. colligitur. 5. Concl. Cap. scripturæ. 33. q. 2. Can. admonere. hom. 20. in Ezech.

Art.

Art. 4. Vtrum ille, qui vouit religionem ingredi teneatur perpetuo in religione permanere.

1. Concl. In tantum voti obligatio se extendit, in quantum se extendit voluntas, & intentio vouentis, quia obligatio oritur ex voluntate, cuius est vouere, vt Aug. ait

2. Concl. Si vouens intendit se obligare ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere.

3. Concl. Si intendit se obligare ad ingressum causa experiendi, cum libertate remanendi, vel non remanendi, non tenetur remanere.

4. Concl. Si in vouendo simpliciter de ingressu religionis cogitauit, absque hoc, quod cogitaret de libertate exitus, vel de perpetuitate videtur obligari ad ingressum secundum formam iuris communis: quæ est, vt ingredientibus detur annus probationis; Vnde ad perpetuo remanendum ad votum simplex, requiritur etiam votum solenne.

†5. Concl. Melius est intrare animo probandi, quam non intrare; quia homo disponitur ad perpetuo manendum; neque retro quis respicit, nisi cum prætermittit id, ad quod se obligauit; alias, qui facit opus bonum, & postea dimittit, non esset aptus regno Dei, quod est falsum.

6 Concl. Qui egreditur ex causa, non generat scandalum, nisi forte pusillum.

Qui fecit quod dei expediebat facere, &c.

7 Concl. Qui intrat, vt statim exeat, non satisfacit voto, quia vouendo non intendit hoc; vnde tenetur mutare propositum, vt saltem velit experiri, an ei expediat remanere; non autem vt perpetuo remaneat.

Art. 5. Vtrum pueri recipiendi sint in religionem.

1. Concl. Votum simplex, quod consistit in promissione soli Deo facta interiori mentis deliberatione, habet vim ex iure diuino, impediri potest, vel defectu rationis, vt in furiosis, & pueris, vt frequentius circa 14. & in puellis, circa 12 annum, qui anni vocantur pubertatis, licet in quibusdam anticipetur rationis vsus, vel retardetur: vel quia qui vouit, non est suæ potestatis, vt seruus, & pueri ac puellæ infra pubertatis annos, quia sunt in potestate parentum, quantum ad dispositionem vitæ.

dist. 50. seruus. Num. 34. 2. Concl. Pueri & puellæ, ante plenum vsum rationis; simplici voto non obligantur.

3. Concl. Si ante annos pubertatis habeant vsum rationis, obligantur voto, ex se: sed obligatio potest remoueri auctoritate parentum.

4. Concl. Si annos pubertatis excedant, non potest hoc votum reuocari: si tamen nondum habent plenum vsum rationis, non obligantur quo ad Deum.

5. Concl. Luc. 2. Greg. lib. 2. Dial. Professio per votum solenne ante annos pubertatis facta, etiam si quis habeat vsum rationis plenum, non habet vim, vt faciat professionem religiosum.

6. Concl. Thom 2. extr. de reg. c. Nullum. *Quia hoc totum subditur ordinationi ecclesiæ, quæ statuit.*

Etsi pueri ante annos pubertatis non possint profiteri religionem; possunt tamen voluntate parentum in religionem recipi, vt ibi nutriantur: vt de Ioan. Baptista legitur, qui à puero fuit in deserto: & Romani B. Benedicto filios nutriendos tradebant: quia bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

7. Concl. Legitima ætas, vt quis tondeatur in religione voto solenni, est tempus pubertatis: ad hoc autem, vt tondeatur in religione nutriendus, est etiam tempus ante annos pubertatis.

8. Concl. Quia status religionis ordinatur principaliter ad perfectionem consequendam, conuenit pueris, qui de facili inducuntur: ex consequenti est status pœnitentiæ, prout per hunc statum occasiones peccatorum tolluntur.

9. Concl. Vt pueri non coguntur ad iurandum, ita nec ad vouendum: quod si voueant, obligantur, si habeant vsum rationis, quo ad Deum, non quo ad ecclesiam, nisi posit quatuordecim annos.

10. Concl. Num. cap. 30. Non reprehenditur puella in puellari ætate constituta, si voueat absque consensu parentum, licet eius votum possunt irritare.

Artic. 6. Vtrum propter obsequium parentum debeant aliqui retrahi ab ingressu religionis.

1. Concl. Non licet alicui filios habenti religionem ingredi omnino prætermissa filiorum cura, id est, non prouiso qualiter educari possint.

1. Tim. 5. *Quia habent rationem principii, & ita per se ei conuenit filiorum cura. Vnde Paul. si quis suorum curam, &c.*

2. Conc. Per accidens conuenit parentibus, vt à filiis adiuuentur, prout sunt in necessitate constituti: vnde si commode non possit eis aliter subueniri, quam per obsequium filio-

rum, non licet filiis hoc obsequio prætermisso, religionem ingredi.

3. Concl. Sylvest. in Matth. c 3. Si non sunt in tali necessitate, vt filiorum obsequio multum indigeant, filii etiam contra parentum præceptum possunt religionem intrare.

Hebr. 12. *1. Ioan. & Iacobus relictis parentibus secuti sunt dominum, qui reprehendit discipulum nolentem eum sequi mortuum patrem sepelire.*

2. Post annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet in his, quæ pertinent ad disciplinam status, & maxime in his, quæ sunt diuini obsequij.

† 4. Concl. Præceptum de honoratione parentum non solum se extendit ad obsequia corporalia; sed etiam ad spiritualia, & ad reuerentiam exhibendam; secundum quæ, qui ingrediuntur religionem possunt patentes honorare, orando pro eis, &c.

5. Concl. Seruitus inducta est in pœnam peccati; ideo seruo adimitur, quod ei alias liceret, cum sit domini: at filius non habet hoc impedimentum, licet sit subiectus patri, ideo, &c.

6 Concl. Qui est alicui obligatus ad aliquid certum, non potest illud prætermittere, facultate existente, & religionem ingredi: vt si debeat alicui rationem reponere: si pecuniam debeat, tenetur facere quod potest, scilicet vt cedat suis bonis creditori, & quia ob pecuniam secundum iura ciuilia, non debetur persona, potest exhibitis rebus religionem ingredi.

Artic. 7. Vtrum presbyteri curati possint licite religionem ingredi.

1. Concl. Archidiaconis, & presbyteris curatis licet ad religionem transire.

1. Ex 17 q. 1. Can. Duæ sunt.

2. Quia non obligantur voto perpetuo, & solemni ad curam animarum retinendam.

2. Concl. Episcopi non possunt ingredi religionem sine licentia Papæ.

Quia voto solemni, & perpetuo ad curam obligantur: in quo voto solus Papa potest dispensare, c. licet. ex. de regular.

3. Concl. Archidiaconi, & curati obligant se ad curam agendam subditorum, quamdiu archidiaconatum, & parochiam retinent, sed non perpetuo.

4. Concl. Non propterea, quod his personis licet ad religionem transire timendum est, ne desint, qui curam gerant, non secus ac si quis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret: rara enim est virtus, nec à pluribus appetitur.

Et si illæ personæ exerceant actus religionis, vt prædicare, & confessiones audire, non tamen tam facile, nec tam perfecte, & cuique licet impedimenta perfectionis remouere.

5. Concl. Lege Hieron. contra Vigilant.

Art. 8. Vtrum liceat de vna religione transire ad aliam.

1. Concl. Transire de vna religione ad aliam, nisi propter magnam vtilitatem, vel necessitatem, non est laudabile.

Tum quia ex hoc plerumque scandalizantur, qui relinquuntur: tum etiam quod facilius proficit quis in ea, in qua consuescit, quam in alia: vt habetur in collat. Patrum.

Potest aliquis laudabiliter transire de vna religione ad aliam, ex triplici causa.

2. Conc. collat. 19. ca. 5. 1. Zelo perfectioris religionis; vt colligitur ex 20. quæst. 4 Can. Virgines.

2. Propter declinationem religionis à debita perfectione, vt si in arctiori religione, religiosi incipiant remissius viuere, potest quis etiam ad minorem transire, si melius obseruetur: vt colligitur ex collat patrum.

3. Ex debilitate & infirmitate, cum quis non potest arctioris religionis statuta seruare, sed latioris maxime.

3. Concl. In primo casu licentia est humiliter petenda, quæ negari non potest, modo constet religionem esse arctiorem: si dubitetur, petatur in hoc superioris iudicium, quod etiam requiritur in secundo casu: in tertio necessaria est dispensatio.

De regul. c. licet. Qui ad arctiorem transeunt, non faciunt hoc præsumptuose, vt iusti videantur, sed deuote vt iustiores fiant.

† 4. Concl. Vtraque religio monachorum, & canonicorum regularium ordinatur ad opera vitæ contemplatiuæ, inter quæ præcipua sunt, quæ aguntur in diuinis mysteriis, ad quæ directe ordinatur ordo Canonicorum regularium, quibus per se competit, si sint clerici religiosi, quod non per se conuenit religioni monachorum. Vnde monachis laicis licet transire ad regulam canonicorum, non è conuerso: sed monacho & clerico, non licet, cum habeat id, quod habent Canonici cum maiori arctitudine. Vnde canonico regulari licet cum licentia transire ad ordinem monachorum

5. Concl. Votum solemne, quo quis obligatur minori religioni, est fortius voto simplici, quo quis obligatur maiori. Vnde qui professus est in mi-

16. q. 1. canonem. 1. 19 q. 1. can. Statuimus

6. Concl

in minori, non est obligatus voto simplici, quod emiſit de intrando in maiorem.

Art. 9. Vtrum aliquis debeat alios inducere ad religionem intrandum.

1. Concl. Inducentes alios ad religionem, non solum non peccant, sed magnum præmium merentur.

1. Exod. 20. cortina, cortinam trahat; id est, unus homo alium ad Dei obsequium, & Iac. 5. Qui fecerit peccatorem, &c. & Dan. 12. qui ad iustitiam erudiunt, &c.

2. Concl. Circa huiusmodi inductionem potest contingere duplex inordinatio.

1. Si violenter aliquis alium traheret, quod est prohibitum.

20. q. 3. q. 2. cum. quampio 2. Si simoniace traheret muneribus datis: quod etiam est prohibitum: non tamen ad hoc pertinet, si quis pauperi necessaria det in sæculo, nutriens eum ad religionem: vel si sine pacto aliqua munuscula tribuantur ad familiaritatem captandam.

3. Si mendaciis alliciat: quia imminet introducto periculo, ne cum se deceptum viderit, retrocedat.

†3. Concl. Non facilis datur ingressus illis, qui inducuntur; quia datur probationis annus, in quo difficilia religionis experiuntur.

4. Concl. Trahere aliquem ad religionem non est vituperabile, sed quod ei qui conuertitur, detur malum exemplum, vnde peior efficiatur. Et sic intelligitur illud, Matth. 23 5. Concl. *vt faciatis vnum proselytum, & cum fuerit, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.*

Qui est obligatus voto, vel iuramento ad ingressum minoris religionis potest induci ad maiorem, si nihil obstet: non autem è conuerso, nisi ex euidenti causa, & cum dispensatione superioris.

Art. 10. Vtrum sit laudabile, quod aliquis religionem ingrediatur absque multorum consilio, & diuturna deliberatione precedenti.

1. Concl. Diuturna deliberatio, & multorum consilia requiruntur in magnis dubiis, non autem in his, quæ sunt certa & determinata, ex Arist.

2 Concl. 3. Ethic. c. 3. Aug. ferm. 7 3 Concl. Si religionis ingressus ex se consideretur, certum est melius esse bonum, & qui de hoc dubitat, derogat Christo, qui hoc consilium dedit.

Si ingressus religionis consideretur in comparatione ad vires eius qui est ingressurus, non est locus dubitandi de ingressu.

Quia qui ingrediuntur, non sua virtute, sed Dei auxilio confidunt. Isa. 40. qui confidunt, &c. accipient alas, & non deficient.

4. Concl. Si tamen sit aliquod impedimentum, vt infirmitas corporis, vel onera debitorum, &c. in his requiritur deliberatio, & consilium, cum his de quibus speratur quod prosint, & non impediant, vt monet sapiens. Rursus potest etiam esse consilium, quantum ad modum intrandi, & in quam religionem. Eccl. 37.

1. Ioan. 4. †5. Concl. Illud, *probate spiritus*, habet locum in rebus dubiis, at propositum ingrediendi religionem, non est dubium, quin sit à spiritu Dei, qui ducit hominem in viam rectam, & ex eo quod aliquis à religione retrocedit, non ostenditur, non esse ex Deo.

Quia non videtur, quod ex Deo est, esse incorruptibile, alias non essent creaturæ incorruptibiles.

6. Concl. Causa est tractanda cum amico, vt ait Sapiens, sed non cum amicis carnalibus, qui aduersantur profectui spiritus: secundum illud, *Inimici hominis domestici eius.*

7. Concl. Velle ædificare turrim significat velle perfectionem vitæ Christianæ assequi: & vt nemo dubitat, an velit ædificare, & habere sumptus, & an possit ædificare, si sumptus habeat; ita nemo dubitat an omnibus velit abrenunciare, & si id fecerit, an sumptus habeat: sed hoc cadit sub deliberatione, an hoc quod facit, sit abrenunciare. Timor autem eorum, qui trepidant, an sint perueniuri ad perfectionem, redditur irrationalis ex multorum exemplo. Neque iugum religionis est onerosum, sicut arma quibus indutus fuit Dauid, quæ sacramenta veteris legis onerosa significabant, sed suaue iis, qui desideria quæ perturbant, & laboriosa mundi itinera declinant, quibus diuina fruitio, & æterna animarum requies promittitur; ad quam perducat, qui est benedictus in sæcula. Amen. Aug. lib. 8. confes. c. 11. 17. Greg. lib. 4. Mor. c. 30.

FINIS SECVNDÆ SECVNDÆ.

COMPENDIVM ABSOLVTISSIMVM TERTIÆ PARTIS SVMMÆ THEOLOGIÆ

D. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

QVÆSTIO PRIMA.

DE CONVENIENTIA INCARNATIONIS.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.

Concl. CONVENIENS fuit Deum incarnari.

1. *Conueniens est Deo, vt per sensibiles effectus ostendat sua inuisibilia attributa; ad hoc enim totus mundus factus est, ex Paulo. Sed per incarnationem ista cognoscuntur; quia ex Damasce. demonstrauit bonitatem, non despiciendo infirmitatem nostram: iustitiam: sapientiam, quia homine victo, per hominem victum tyrannum: sapientiam, quia difficilimi pretij inuenit solutionem: & potentiam, quia nihil est maius, quam Deum fieri hominem Ergo.*

tom. 1. lib. 3. c. 1.

2. *Id est alicui conueniens, quod conuenit ei secundum suam naturam; sicut homini conuenit ratiocinari, cum sit rationalis naturæ. Sed communicare se conuenit Deo secundum suam naturam; quia de natura Dei est summa bonitas, de cuius ratione est se maxime communicare, quod maxime fit per incarnationem, quia sic se creatura communicat, vt ipsa persona fiat ex tribus, scilicet ex verbo, anima, & carne, vt ait Aug. Ergo.*

Ioan. c. 4. de diuin. nom. lib. 12. de Trin. c. 17

Deus non est mutatus a suo statu per hoc, quod creaturæ se, vel potius eam sibi vniuit, est autem conueniens vt creatura, quæ ex se est mutabilis, vt cum prius non esset vnita Deo, ei vniatur.

2. Concl.

Vniti personæ diuinæ non fuit conueniens, carni humanæ: quia, hoc est supra eius dignitatem: sed Deo secundum infinitam bonitatem infra.

3. Concl.

Omnia facta a Deo facta in suam gloriam, vt ostendat bonitatem suam, etiam malum pœnæ; ideo potuit assumere naturam hoc malo affectam: non autem affectam malo culpæ, quod est contra ipsum.

4. Concl.

Non ideo, quod Deus est incarnatus, non gubernat mundum, & non est vbique, quia non clauditur carne: vt patet exemplo Aug. de verbo hominis, quia ab omnibus auditur: totum, & ad omnes transit.

5. Concl. Epist. 5.

Articul. 2. Vtrum necessarium fuerit ad operationem generis humani Verbum Dei incarnari.

Non fuit necessarium simpliciter Deum incarnari ad reparationem humanæ naturæ.

1. Concl.

Nam Deus per suam omnipotentiam potuisset alio modo eam reparare.

Deum incarnari ad reparationem humanæ naturæ fuit necessarium, secundum quid, id est, melius, & conuenientius.

2. Concl.

1. *Illud per quod humanum genus liberatur, est necessarium hoc modo ad humanam salutem. Sed*

mysterium

Ioan. 3.

Tri. c. 10.

Aug. li. 11. de ciui. c. 2. lib. 13. de Tri. c. 10.

de catechiz. rud. c. 4.

ser. 9. de natiu. lib. 13. de Tri. c. 17. de ver. rel. c. 16. 13. de trinit. c. 13

† 2. Concl.

3. Concl.

4. Concl.

1. Concl. ser. 9 de verb. apost.

mysterium incarnationis est huiusmodi quia sic Deus dilexit mundum, &c.

2. *Exaug quia ait, non defuisse alium modũ, sed non fuisse congruentiorem.*

3. *Fuit conueniens ad promouendum in bonũ: & primum quantum ad fidem, quæ certificatur: dum Deo loquente credit: deinde quantum ad spẽ, quæ maxime erigitur ex hoc, quod Deus se vnitum nostræ naturæ. rursus quantum ad caritatẽ, quæ maxime excitatur ex dilectione Dei nos: item quantum ad rectam operationem in qua nobis exemplum dedit: & homo haberet quem sequeretur: postremo ad plenam participationem diuinitatis fuit ne est Deus homo, & homo: vt fieret Deus.*

4. *Conueniens fuit ad remouendum malum: & primum instruitur homo, ne sibi diabolum præferat, qui fuit auctor peccati: deinde cognoscit quãta sit dignitas naturæ, ne eam inquinet peccando: item & tollitur præsumptio hominis, dum cognoscit nullis meritis præcedentibus in homine Christo gratiam Dei in nobis commendari: tum ad deprimendam superbiam hominis per tantũ Dei humilitatẽ: vltimo & homo redimeretur à pœna peccati.*

Prima ratio procedit de necessario sine quo finis haberi non potest:

Purus homo non potuit satisfacere pro tota natura humana adæquate.

1. *Tota natura erat corrupta. Ergo bonum vnius, vel plurium personarum non poterat recompensare.*

2. *Peccatum erat infinitum ex parte maiestatis infinitæ, quam læserat. Potuit tamen satisfacere ex acceptatione. quæ posuit aliquod bonum facere, & Deus potuit illud accipere. Nostra vero satisfactio, pro nostris peccatis habuisset ex satisfactione Christi, quoniam omnes perfectè reduuntur ad perfectũ in eo genere ut satisfactio Christi sufficiens fuit. Ergo.*

4 Concl. Non minuitur Dei maiestas per carnis assumptionem, & consequenter nec reuerentia, immo augetur per augumentum cognitionis ipsius, quæ aucta est, quia nobis appropinquauit.

Artic. 3. Vtrum si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

. Concl. ser 9 de verb. apost. Si homo non peccasset, filius Dei non incarnatus fuisset.

1. *Nulla causa, ait Augustinus, veniendi fuit Christo domino, nisi peccatores saluos facere: tollere morbos, tollere vulnera, & nulla est medicinæ causa.*

2. *Quæ ex sola Dei voluntate pendent, & superant omne debitum creaturæ, non sciuntur, nisi per scripturam, quam noluerit Deus voluntas. Sed in scriptura Christi incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignatur. Ergo.*

2. Concl. Non existente peccato, Deus potuisset incarnari.

Quia omnis potentia non est ad hoc limitata.

3. Concl. Causæ, quæ assignantur incarnationis, sunt in remedium peccati quod si non fuisset, Deus illuminasset, hominem ad omnia agenda, & cognoscenda, sed quia carne peccauit, carne ornatus est.

4. Concl. Infinita potentia Dei ostenditur in creatione, & ad perfectionem vniuersi sufficit, vt creaturæ naturaliter ordinentur in Deum, vt infinem: at creaturam vniri Deo est supra limites naturæ.

5. Concl. Capacitatem naturalem semper Deus adimplet: at vero capacitatem creaturæ in ordine ad potentiam suam non semper: alias non posset in creatura facere, nisi quod facit.

6. Concl. Rom. 4. Deus permittit mala, vt inde maiora bona colligat vnde vbi abundauit delictum, &c. & ecclesia canit: O felix culpa, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem.

7. Concl. Gen. Prædestinatio supponit cognitionem futurorum, & ita prædestinauit opus incarnationis in remedium peccati.

8. Concl. Potest aliqui reuelari effectus, non reuelata causa: & ita Adæ reuelata fuit incarnatio, sed non incarnationis causa, id est, ipsius lapsus.

Art. 4. Vtrum principalius Christi incarnatio facta fuerit ad tollendum peccatum originale, quam actuale.

1. Concl. Christus venit ad delendum non solum peccatum originale, sed etiam omnia, quæ postmodum superadditia sunt.

2. Concl Ioan. Quod omnia non deleantur est propter defectum hominum, qui Christo non inhærent: cum diligant magis tenebras, quam lucem.

3. Concl. Rom 5. Christus exhibuit, quod erat sufficiens ad omnium peccatorum delectionem.

Nam malitiam ex vno in eos lemmationem, gratiæ autem ex multis delictis in iustificationem.

4. Concl Christus principalius venit ad tollendum peccatum originale.

1. Ioan. 1. *Qui tollit peccatum mundi, etiam secundũ Glos. peccatum orig.*

2. *Cum venerit ad delendum omne peccatũ, ad illud delendum magis venit, quod est caterum maius. Sed maius est pec. orig. quantum ad extensionem, quia se extendit ad totum genus humanũ cuius bonum est dominus licet actuale sit maius intensiue*

ante esse, quia habet esse plus de voluntario, quod tamen non sufficit, nisi ad vnam personam, & 30. Dist. pacet ad primum, quod procedit de magnitudine intensiua.

Vt peccato originali non debeatur pœna sensus in limbo: tamen pœnalitates, quas hic patimur, ex peccato originali non oriuntur, quia vt Christus, & vt plene illi peccato satisfaceret, in se sumere voluit.

Peccatum orig. est ita purgatum in quolibet, ac si in vno solo esset purgatum: ita propter vnionem caritatis, quod est omnibus tributum: debet quisque sibi attribuere, *Dilexit me, & tradidit semetipsum propter me*, ait Paul.

Artic. 5. Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.

Non fuit conueniens à principio humani generis ante peccatum Deum incarnari.

Quia principaliter est incarnatus ad delendum peccatum, & non est opus medico bene valentibus.

Non fuit conueniens Verbum incarnari statim post peccatum.

1. *Quia homo peccauerat per superbiam: vnde erat humiliandus vt cognosceret se egere liberatione.*

2. *Ad promotionem in bonum, quia ab imperfecto ad perfectum proceditur.*

3. *Propter dignitatem Verbi incarnati quia quanto maior index venit, tanto præconium seruos longius præcedere debebat.*

4. *Ne seruor fidei temporis prolixitate tepesceret: iuxta illud, Putas inuenies fidem in terra? &c.*

Caritas non differt beneficium, salua tamen opportunitate, & personarum conditione: & medicus si statim daret medicinam, minus iuuaret, vel obesset.

Ex August. Incarnatus est eo tempore: quo plures præsciebat credituros: sed alibi aliter dicit. Vnde non est efficax ratio, ex pluralitate saluandorum, licet ad eos saluandos venerit.

A toto genere, perfectum est prius tempore, quia debet perficere alia, sed vno & eodem, imperfectum est prius tempore, & id fit posterius natura.

Artic. 6. Vtrum incarnatio differri debuerit ad finem mundi.

Non fuit conueniens incarnationem differri vsque in finem mundi.

1. *Abacuc. 3. in medio annorum notum facies, &c.*

2. *Ex parte vnionis vtrius sque naturæ: vt enim in eo quod perficitur, prius præcedit imperfectum, & sic natura humana, quæ incarnatione perficitur, incarnationem præcessit. ita filij Dei incarnatio, quæ debebat esse causa efficiens, nostræ perfectionis, qua consistit in gloria, ad quam natura humana est perducenda in fine mundi, non debuit differri in hoc tempus: quia perfectum in genere causæ efficientis præcedit.* Ioan. 1.

3. *Ex effectu humanæ salutis: quia in fine mundi esset abolita cognitio Dei, bonitas morum. Vnde ergo quando erat opus beneficio. & quando gratum fore sciret.*

4. *Vt pluribus modis homines saluaret, scilicet per fidem futuri, præsentis, & præteriti.*

Tempus incarnationis comparatur iuuentuti propter fidei feruorem, senectuti vero, quia in sexta ætate venit. † 2. Concl.

Opus incarnationis non solum est, vt motus ab imperfecto ad perfectum, sed vt principium perfectionis in natura humana, vt est dictum: ideo misericordia non debuit differri vsque ad finem mundi. 3. Concl.

Duplex est aduentus: primus misericordiæ, secundus iustitiæ: si primus non fuisset, ante finem mundi, omnes perijssent. 4. Concl.

Quæstio 2. De modo vnionis Verbi incarnati.

Art. 1. Vtrum vnio Verbi incarnati sit facta in natura.

NAtura dicta à nascendo, & ideo primum hoc nomen impositum fuit ad significandam generationem viuentium, vnde natura dicitur quasi nascitura: deinde ad significandum principium huius generationis: & quia hoc est intrinsecum, traducitur etiam ad quoddam intrinsecum significandum: & hoc principium, quod est natura, vel est materia, vel forma: & quia finis generationis est in eo, quod generatur, scilicet essentia speciei, hæc etiam dicitur natura, & hoc modo hic sumitur, scilicet vt significat essentiam. 1. Concl.

Tripliciter aliquid ex pluribus fit vnum, vel ex duobus integris, quod fit in his, quorum forma, est compositio, vel ordo, vel figura, vt patet in acerno granorum, & in domo: vel ex perfectis, sed transmutatis, vt ex elementis: vel ex aliquibus non permixtis, vel permutatis, sed imperfectis, vt ex anima & corpore, homo. 2. Concl.

3 Concl. Vnio incarnationis non est facta primo modo, vt quidam dixere.

1. *Quia ordo & figura sunt forma accidentalis: & sic esset vnio per accidens.*

2. *Hoc modo non fit vnio, nisi secundum quid, cum componentia remaneant integra.*

3. *Quæ forma talium, non est natura, sed ars, & sic non constitueretur vna natura in Christo, vt ipsi volunt.*

4. Concl. Vnio incarnationis non est facta secundo modo.

1. *Quia natura diuina est immutabilis.*

2. *Quod, si sit non est idem specie cum mistibilibus, & sic Christus non esset eiusdem naturæ cū patre & matre.*

3. *Quæ plurimum distant non possunt vnirium specie, vt gutta aquæ cum amphora vini, quia alterum corrumpitur: & sic remaneret sola natura diuina, cum sit infinita.*

5. Concl. Vnio incarnationis non est facta tertio modo.

1. *Quia quælibet natura est secundum se perfecta in Christo.*

2. *Quia non possunt istæ duæ naturæ se habere, vt materia & forma, cum natura diuina non sit in potentia, neque informet.*

3. *Christus non esset diuina, neque humana natura. Et Concil. Chalced. Confitemur in nouissimis diebus filium Dei vnigenitum in duabus naturis inconfuse immutabiliter, indiuise inseparabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter vnionem. Ergo vnio non est facta in natura.*

† 6 Concl. Cum Cyrillus ait vnam naturam Verbi esse incarnatam, nō intelligitur, quod ex duobus sit facta vna, sed quod natura Verbi sibi vniuit carnem in persona.

7. Concl. In homine fit duplex vnio, altera naturæ, altera personæ, qua est homo vnum subsistēs in carne, & anima: & hæc est similis vnioni Christi.

8. Concl. Dicitur natura incarnata, id est carni personaliter vnita non conuersa in carnē: sic etiam caro dicitur deificata

Art. 2. Vtrum vnio Verbi incarnati sit facta in persona.

1. Concl. Vnio facta est in Verbi persona, non in natura.

1. *Ex Conc. Chalced. non in duas personas partitum aut diuisum. Sed vnum & eundem filium vnigenitum Deum Verbum dominum nostrum Iesum Christum confitemur. Ergo.*

2. *Verbum vnitum sibi naturam humanam, quod est de fide. Sed hæc vnio non est facta in natura, vt est probatum. Ergo in persona: Non, quod in aliqua persona, sine pertinent ad naturam esse sine non, & natura est in persona. Ergo.*

Persona significat aliud, quam natura. 2. Concl.

Quia natura significat essentiam speciei, persona vero totum habens naturam sicut partem formalem, & perfectum ei suū: & sic ex positis ex materia, & forma, natura non dicitur de supposito.

In compositis ex materia, & forma: natura secundum rem differt a supposito, non quasi omnino separata, sed quia in supposito præter naturam speciei, sunt alia extra rationem speciei: at in Deo idem sunt secundum rem: differunt tamen ratione, quia natura significatur, vt essentia quædam, suppositū vero vt subsistens: & hæc distinctio sufficit, vt dicamus vnionē esse factam in supposito, & non in natura: vnde patet ad primum. 3 Concl.

Personalitas dicit perfectionem, prout dicit existentiam, & cum natura humana existat in alioquo digniore se, ideo perfectius existit in Verbo, sicuti sensitiuum in homine. 4. Concl.

Christus assumpsit naturam singularem in atomo: quæ licet esset singularis, non tamen erat suppositum, quia in se non subsistebat: vnde non habet personam propriam. 5. Concl.

Art. 3. Vtrum vnio Verbi incarnati facta sit in supposito vel hypostasi.

Vnio facta est in hypostasi, seu supposito diuino. 1. Concl. lib. 3. c. 1.

1. *In Christo, ait Damas. duas naturas cognoscimus. Vnam autem hypostasim.*

2. *Quia falsa est opinio dicentium vnionem factam esse in persona, & non in hypostasi, ill. enim distinguunt inter ista duo, vnum posuere personā & duas hypostases, & sic secundum istos non erat facta in hypostasi, quod est falsum: primo, quia persona ad hypostasim non addit nisi determinatā naturam, scilicet rationalem, est enim, vt ait Boetius, naturæ individuæ substantia: secundo omne si quid addit persona ad hypostasim, in quo facta sit vnio, ad nihil est, nisi proprietas quædam pertinens ad dignitatem: & sic vnio facta esset in hac dignitate, contra Sym. Ephes. & Cyrl. Tertio hypostasi tribuuntur operationes. Ergo in Christo est alia hypostasis præter illam Verbi: quæ sunt hominis, non verificabuntur de Verbo. Sed hoc est contra conc. Ephes. Ergo.* Can. 4.

Christus dicitur aliud, & aliud, propter naturas. 2. Concl.

Quia vt vnio accidentalis facit alterum, sic essentialis facit aliud, vnde in Christo non dicimus alius & alius, vt in Trinitate.

Hypo-

3 Concl. Hypostasis significat subsistentiam particularem, non quomodoque, sed in suo complemento: ita vt non veniat in complementum alterius, vt manus & natura humana in Christo.

4. Concl. Christus est in specie humana nomine naturæ assumptæ: nec enim res ponitur in specie ratione individuationis, sed naturæ.

Art. 4. *Vtrum persona vel hypostasis Christi possit incarnationem fuisse composita.*

1 Concl. Persona verbi potest considerari, vel in se, vt est quid diuinum, vel vt persona est, prout conuenit cum quacunque persona: si primo modo consideretur, non est composita.

Quia hoc modo est diuinum, & sic omne simplex

2 Concl. lib. 3. c. 2. Etsi in Christo sit vnum subsistens, quia est vnicum suppositum: tamen est alia, & alia ratio subsistendi inquantum duobus subsistit: & hoc modo persona Christi dicitur composita:

Nam cum subsistat duabus naturis, duæ erunt rationes subsistendi. Ergo persona erit composita. & Dam. vnam ait hypostasim ex vtraque compositam: vnde solutio patet.

† 3. Concl. Compositio hæc non est per modum partium, sed per modum numeri, prout id, in quo duo conueniunt, potest dici compositum.

4. Concl. Non est verum in omni compositione, quod illud, quod componitur sit homogeneum componentibus: sed in partibus continuis: & ideo licet vnio sit facta ex naturis, non sequitur personam esse naturam.

Art. 5. *Vtrum sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo.*

1. Concl. In Christo fuit anima corpori vnita, & cõtrarium est hæreticum.

Philip. 2. 1. *Corpus dicitur animatum ex vnione animæ. Sed corpus Christi dicitur animatum, quia ecclesia canit, animatum corpus sumens, Ergo.*

2. *Ad rationem speciei pertinet, quod anima vniatur corpori: quia forma non constituit speciẽ nisi informando: sed Christus fuit vnitus homo cum alijs, & patet ex Paulo. Ergo.*

† 2. Concl. Licet ex vnione animæ & corporis insurgat: persona in puris hominibus: non tamen ita fuit in Christo: quia hoc compositum, & coniunctum aduenit personæ præexistenti, nec est minoris efficacis hæc vnio: quia cõjunctio ad nobilius non adimit virtutem, sed auget.

Christo non est communis species. ex Da. 3. Concl. lib. 3. c. 3.

Quia ex duabus naturis non est facta vna, quæ postea in alias multiplicetur. 4. Concl.

Verbum est principium omnis vitæ affectiuæ, ed non formaliter, & ita corpus non viuit per Verbum, sed per animam,

Art. 6. *Vtrum humana natura fuerit vnita Verbo Dei accidentaliter.*

1. Concl. Vnio Dei & hominis non est facta secundum naturam, neque secundum accidens, sed medio modo, secundum subsistentiam, seu hypostasim.

1. *Abusiue præpositio, Christus est homo, esset per accidens, quæ est contra Alexandrum Papam, qui damnat dicentes, quod Christus secundum quod est homo, non quid.*

2. *Quia sexta synodus damnat vnionem accidentalem.*

In hac re fuerunt hi errores.

2. Concl. Can. 4. Eutyc. & Diosc. qui dixerunt ex duabus naturis esse factam vnam.

2, Nestorij, dicentis duas personas esse vnitas per inhabitationem, affectum, operationem, dignitatem, & æquiuocationem, id est per communicationem idiomatum.

3. esse duas hypostases, & vnam personam dignitate & honore.

4. Animam & corpus non esse vnita in se, sed in persona. Sed duo posteriores, sunt cũ Nestorio, quia ponunt vnionem accidentalem: vnde sunt tres hæreses damnatæ.

† 3. Concl. Philip. 2. Illud; *habitu inuentus vt homo: assimulatur* habitu id est vestimento, non quoad vnionem, sed quia, vt homo videtur per vestem, ita Verbum per carnem: & vt vestimentum mutatur per formam eius, qui induit ipsum, non contra: sic natura est meliorata, & Verbum non est mutatum.

4. Concl. Quod aduenit enti completo, vnitur illi per accidens, nisi trahatur ad esse hypostaticum: sicuti corpus post resurrectionem ad esse vitale animæ, sed est differentia, quia assumitur ad esse naturæ.

5 Concl. Arist. 5. Meta. Substantia dupliciter sumitur. s. pro essentia & supposito & ita si vnio fiat in supposito, erit substantialis.

6. Concl. Vnio hæc non est vt vnio instrumenti cũ causa, vt Nest. voluit, licet natura humana sit instrumentũ diuinitatis: quia facta & assumptio ad hypostasim, propter quam Christus dicitur homo, non tantum ferens hominem vt Nest. dicebat.

Artic.

Art. 7. Vtrum vnio naturæ diuinæ & humanæ sit aliquid creatum.

1. Concl. Vnio ista est aliquid creatũ realiter in creatura existens: in Deo autem secundum rationem tantum.

1. *Omne quod incipit ex tempore est creatum. Sed ista vnio incipit. Ergo.*

2. *Vnio ista est relatio quædam: quæ consideratur inter diuinam & humanam naturam, prout conueniunt in vna persona filij Dei. Sed omnis relatio considerata inter Deum & creaturam, in creatura est realiter, per cuius mutationem talis relatio innascitur, in Deo secundum rationem tantum, quia non innascitur ex eius mutatione. Ergo.*

† 2. Concl. Deus dicitur vnitus creaturæ ex hoc, quod creatura est realiter vnita Deo, absque eius mutatione: cum vnio in Deo sit tantum secundum rationem.

3. Concl. Ratio relationis dependet ex fine, vel ex termino, esse vero pendet a subiecto: ideo cum hæc vnio sit realiter in creatura est in ea vt in subiecto.

4. Concl. Licet homo dicatur creator & Deus, propter vnionẽ, prout terminatur ad hypostasim diuinam: tamen non sequitur quod ipsa vnio sit creator, vel Deus: quia vt aliquid dicatur creatum, magis respicit esse ipsius, quam rationem.

Art. 8. Vtrum vnio verbi incarnati sit idem quod assumptio.

1 Concl. Vnio & assumptio non sunt idem.

1. *Quia natura humana dicitur vnita, non autem assumpta. Ergo.*

2. *Vnio importat relationem, assumptio vero actionem, vel passionem: item assumptio est vt in fieri, vnio vt in facto esse, & ideo vniens dicitur vnitum, non autem assumens assumptum: rursus, vnio cum sit relatio æquparantiæ, æque denominat extrema. actio vero, & passio diuersimode se habent ad agens & patiens, & ideo varie denominant terminum a quo, & ad quem: dicitur enim assumptio ab illo, ad se sumpto: at vnio nihil determinat: & ita indifferenter vtrunque extremum dicitur vnitum, non autem assumptum.*

† 2. Concl. In incarnatione præter relationes fuit opus aliqua actione.

Quia omnis relatio ex tempore oritur ex aliqua actione.

3. Concl. vniens & assumens non sunt omnino idẽ.

Nã omnis persona assumens est vnies non tamẽ e conuerso. pater. n. vnit & non assumit: filium facit vtrunque: similiter non est idem vnitum, & assumptum: quia natura diuina est vnita & non assumpta.

Assumptio dicit terminum ex parte assumentis, quasi ad se sumptio, incarnatio vero ex parte assumpti: & ita assumptio differt nomine ab ea. 4 Concl.

Art. 9. Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit maxima vniorum.

Si vnio incarnationis sumatur ex parte eius in quo fit vnio, habet præeminentiam inter alias vniones. 1. Concl.

1. *Ex aug. qui ait potius homo est in filio Dei, quam filius in Patre, in quo est per vnitatem essentiæ & homo in filio per incarnationis vnionẽ.*

2. *Quia vnitas personæ diuinæ in qua vniuntur duæ naturæ est maxima.*

Ex parte eorum quæ vniuntur, ista vnio non habet præeminentiam. Vnde auctoritas Aug. est intelligenda quantum ad id in quo vniuntur, & non simpliciter, quia natura humana minus est in filio, quam filius in Patre. Vnde vnitas diuinarum personarũ in essentia est maxima vnionum simpliciter: licet secundum quid incarnationis sit maior. 2. Concl.

Vnitas personæ diuinæ est maior, quam vnitas numeri. † 3. Conc

Quia illa est increata, independens, non recepta, & completa, & non est pars, vt vnitas numeri.

Secundum procedit ex parte coniunctorũ, non personæ, in qua facta est vnio. 4. Concl.

Vnitas diuinæ personæ est maior quam vnitas personæ, & naturæ in nobis: ideo vnio incarnationis est maior, quam vnio animæ, & corporis in nobis. 5. Concl.

Art. 10 Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

Vnio facta est per gratiam, id est libera, & grata Dei voluntate. 1. Concl. l. 3. de prædest. cap. 15.

1. *Ex aug. qui ait hominem factum esse Christum gratia, ait factum est homo per vnionem. Ergo*

2. *Natura est elevata super esse naturale. Ergo est ex gratuita Dei voluntate.*

3. *A simili de facto, qui elevantur ad videndum Deum ex gratia. Ergo eodem modo, natura assumpta est ad esse Dei.*

Si gratia sumatur pro habitu, vnio non est facta per gratiam. sicut fit vnio sanctorum. . Concl.

Nam licet ad perfectè operandum requiratur perfectio potentiæ per habitum: tamen vt natura habeat esse in supposito suo, non est opus aliquo habitu. Vnde pater ad tertium, quia sanctè vniuntur Deo secundum personam.

Si gratia sumatur pro gratuito Dei dono hæc vnio ex maxima gratia. 3 Concl.

Quia non est facta ex illis præcedentibus meritis, sed gratuito Dei beneficio.

†4. Concl. Gratia habitualis est participatio diuinæ similitudinis: at gratia vnionis est participatio esse diuini, cum maius, quid sit res ipsa, quam rei similitudo, & ideo non est facta per gratiam habitualem.

5. Concl. Gratia habitualis est solum in anima, sed hoc donum quod est vnius, quam gratia dicitur, est in toto composito. Vnde dicitur plenitudo diuinitatis in Christo habitare. *quia diuinitas est vnita ei.* vel dicitur habitare corporaliter, id est non vmbratice. *Vel quia in alijs modo habitat, scilicet continuatur, per gratiam: sed hypostasis, sicut is corpus habet tres dimensiones.*

Art. 11. *Vtrum vnionem verbi incarnati aliqua merita præcesserint.*

1. Concl. lib. de prædest. c. 15. Tit. 3. Christus non meruit hanc vnionem.

Quoniam meritum sequitur operationem, & operatio sequitur esse. Ergo eius merita non præcesserunt vnionem. Neque enim primi fuit purus homo, & per meritum obtinuit, vt esset filius Dei, vt voluit Pherinus.

2 Concl. Nullius alterius hominis opera potuerunt esse meritoria huius vnionis. *1. si quis ait Aug. inueniret merita huius vnionis, inueniret etiam in nostra regeneratione. Sed in hac non sunt merita ex Paulo. Ergo*

2. Ista vnio personalis superat vnionem beatitudinis, & ideo non potest cadere sub merito.

3. Gratia non cadit sub merito, quia est merendi principium. Ergo nec ista vnio, quæ est principium gratiæ. Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum.

4. Incarnatio est reformatiua totius humanæ naturæ. Ergo non cadit sub merito alicuius singularis hominis, cuius bonum non potest esse causa boni totius naturæ.

5. Concl. De congruo sancti patres meruerunt incarnationem desiderando, & petendo.

Quia congruum fuit Deum exaudire eos, qui ei obediebant. Vnde patet ad primum.

† 4. Concl. Falsum est, quod omne illud cadat sub merito, sine quo præmium esse non potest. Vt est gratia, & incarnatio, &c.

5. Concl. Beata Virgo meruit ex gratia sibi data gradum puritatis, quo posset congrue esse mater Dei.

Art. 12. *Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.*

. Concl. Si naturale sumatur pro eo, quod fluit à principijs essentialibus rei, gratia Christi sine vnionis, siue habitualis non fuit naturalis Christo, quasi causata ex principijs naturæ humanæ in Christo: quamuis possit dici naturalis, quasi proueniens in naturam humanam Christi cadente natura diuina ipsius.

3. Concl. Si sumatur naturalis prout dicitur esse a natiuitate, vtraque gratia dicitur naturalis Christo.

Quia ab initio conceptionis natura humana fuit vnita personæ diuinæ, & anima eius fuit gratia repleta.

† 3. Concl. Licet vnio non sit facta in natura: tamen est causata a natura diuina, & conuenit a principio natiuitatis.

4. Concl. Gratia dicitur, vt non est ex merito: naturalis dicitur, vt ex virtute diuina melt humanitati a natiuitate.

5. Concl. Gratia vnionis non est naturalis Christo quasi fluens ex principijs humanæ naturæ, & ita non conuenit omnibus: potest tamen dici quodammodo naturalis ex hac parte propter proprietatem natiuitatis ipsius, prout conceptus est de spiritu ad hoc, vt esset filius Dei, & hominis: at secundum naturam diuinam est ei naturalis, quatenus est principium actiuum huius gratiæ.

Quæstio 3. De modo vnionis ex parte personæ assumentis.

Art. 1. *Vtrum natura diuina conueniat assumere naturam creatam.*

1. Concl. lib. de fide ad Petrum c. 2. PRoprijssime conuenit personæ diuinæ assumere naturam creatam.

1. Ex illo quia dixit vnigenitum accepisse naturam. Sed vnigenitus est persona. Ergo personæ conuenit accipere naturam, quod est assumere.

2. Persona diuina est principium, & terminus huius assumptionis, quia actiones sunt suppositorum & vnio facta est non in natura, sed in persona. Ergo assumere proprissime, &c. quia in quod est assumere, includitur principium, terminus & actio assumptionis, quæ omnia personæ conueniunt.

† 2. Concl. Per assumptionem, nihil addi, est perfectionis diuinæ personæ, cum sit infinita, sed homo perficitur, vt patet etiam in vnione per gratiam, in qua Deus non perficitur.

3. Concl. Persona dicitur incõmunicabilis, quatenus non potest de pluribus prædicari: tamen plura de illa possunt prædicari: imo in creatis personis plures naturæ concurrunt: est autem proprium diuinæ personæ pluribus, subsistentialiter vniri propter eius infirmitatem.

4. Concl. Humana natura per vnionem cum verbo constituit personam diuinam, non simpliciter, sed in esse humano: quia quod vnitur intrinsece & per se, denominat id, cui vnitur.

Art.

Art. 2. Vtrum natura conueniat assumere.

1. Concl. Esse assumptionis principium conuenit naturæ dupliciter secundum se ipsam.

Quæ est vera, propria, & simpliciter assumptio.

2. Concl. Lib. 3. de fid. ca. 6. Propriissime persona dicitur assumere, vt assumptio dicit terminum: quia esse terminū assumptionis primo, & per se competit personæ.

3 Concl. In cone. Chalc. act. 1. Secundario dici potest, quod natura assumpsit naturam ratione personæ: quo etiam modo dicitur incarnata, quia carnem assumpsit, Ita loquitur Aug. li. de fide cū art, quod natum a genita a patre nostram naturam susceperit. & Dam. Ath. & Cyrill.

† 4. Concl Natura diuina non differt supposito à persona Verbi. ideo quatenus natura diuina sumit naturam humanam ad personam Verbi dicitur ad se sumere: vnde licet Pater etiam assumat, tamen cum sit suppositum distinctū a verbo non dicitur ad se sumere.

5. Concl. Quod conuenit naturæ diuinæ secundū se, conuenit omnibus personis: at vnite conuenit ex ratione personæ verbi, ideo non tribuitur omnibus personis.

6 Concl. In Deo est idem quod est, & quo est propterea est eadem idem quod agit & quo agit, & ita natura diuina est id, quo Deus agit, & Deus est ipse Deus agens.

Art. 3. Vtrum abstractis personalitate per intellectum natura possit assumere.

1. Concl. Si intellectus se habeat ad Deum, ita vt cognoscat eum sicuti est, non potest aliquid ab eo abstrahere.

Quæ est tam quod est in Deo, est enim salua distinctissime personarum quarum tamen vna ablata, tollitur alia: quia distinguuntur per relationes.

2. Concl. Si intellectus se habeat ad Deum secundū modum suum, prout vnum intelligit, non considerato altero: potest aliquid Deo abstrahere.

3. Concl. Abstractis per intellectum personalitatibus possumus adhuc intelligere naturam assumentem.

† 4. Concl. *Quia hac remota, adhuc remanet Dei omnipotentia, perfectissima natura. Ergo.*

Abstractis personalitatibus per intellectū remanet natura, vt subsistens, & vt persona, & hac ratione intelligitur, quod assumat.

Quoniam in Deo idem est, quod est & quo est, Ergo quodquid remanet in Deo facta abstractione, erit persona, cum sit in natura intellectuali.

5. Concl. Facta abstractione personarum remanebit in intellecta personalitas Dei, vt ponunt Iudæi.

6. Concl. Abstracta personalitate à Deo, dicitur nihil remanere per modum resolutionis, quasi aliud sit in Deo relatio, & id, quod relationi subijcitur: quia quidquid est in Deo est subsistens: potest tamen aliquid, quod dicitur de Deo intelligi sine alio, modo dicto.

Art. 4. Vtrum vna persona possit sine alia naturam creatam assumere.

1. Concl. Vna persona potest assumere naturam creatam sine alia, vt assumptio dicit terminum:

1. *Ex Dionys. qui bene dicit.*

C. 2. de div. nom. 2. *Ratio termini incarnationis est persona. Sed ad quod pertinet ad rationem termini, ita demum vna persona, quod non alij, nam tres personæ fecerunt, & natura vnitur personæ. F. q. Ergo.*

Assumptio, vt importat actum assumptionis non potest esse ab vna tantum persona.

Quia est diuina virtute, quæ communis est tribus personis.

† 3. Concl. Natura dicitur incarnata sicuti & assumens ratione personæ, ad quam est vnio.

4. Concl. Dicitur tota natura incarnata non quia sit incarnata in omnibus personis, sed quia nihil deest perfectionis personæ incarnatæ.

5. Concl. 2. Pet. 1. Assumptio, quæ fit per gratiæ adoptionem terminatur ad participationem diuinæ naturæ: vnde ista est communis ex parte principij & termini.

Art. 5. Vtrum quælibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere.

1. Concl. Quælibet persona diuina potuit naturam humanam assumere, vt Filius assumpsit.

1. *Quod potest vna, potest alia: alias non esset eadem trium personarum potentia. Sed Filius potuit, Ergo.*

2. *Assumptio importat actum assumentis, cuius principium est diuina virtus, quæ indifferenter se habet ad omnes personas. & terminus, scilicet persona, cuius ratio eius est tres personæ, licet proprietates personales sint differentes. Ergo & Deus diuina potest vnire naturam humanam personæ Filij, vt alijs personis: quia cum æqua sit ratio est indifferens ad quam potest ad quamlibet assumptionem terminare.*

Filiatio temporalis, qua Christus dicitur filius hominis, non constituit eius personam, sed est quid consequens natiuitatem temporalem. Vnde si hoc modo filiatio traduceretur ad patrem & filium, nihil esset inconueniens.

† 2. Concl.

Filiationis naturalis, quæ appropriatur Patri, *quia est principium naturalis fœcundationis appropriatur Spiritui* sancto, qui est amor patris, & filij, *quia datur nobis per donum*: vnde Patre incarnato, adhuc accepissemus adoptiuam filiationẽ: à patre, vt à principio naturalis filiationis

3. Concl.

Patri conuenit esse innascibilem secundũ natiuitatem æternam, quod non excluderet temporalem. Incarnatio autem non sufficit ad rationem missionis, sed opus est, vt qui mittitur sit ab alio.

4. Concl.

Art. 6. Vtrum plures personæ diuinæ possint vnam numero naturam assumere.

Non est impossibile diuinis personis, vt duæ, vel tres assumant vnam naturam humanam.

5. Concl.

1 Tres personæ diuinæ subsistunt ℞ natura diuina. Ergo possunt etiam ℞ natura humana subsistere.

2. In hoc mysterio facta est ℞io sola potentia diuinæ personæ. Sed personæ ita se habent, vt non se excludant à communi potentia, sed solum à ratione personæ. Ergo non est impossibile ex parte personæ, vt tres, vel duæ vnam naturam assumant, cum vna non sit alia, tota enim ratio facti, est potentia facientis.

2 Concl. lib. cur. Deus homo.

Impossibile est, vt tres personæ assumant vnam personam humanam.

Ita Anselmus ait, non posse assumere ℞em & eundem hominem, scilicet in vnitatem personæ.

† 3. Concl.

Tali positione facta, tres personæ essent vnus homo, quia est vna natura, vt patet etiam in Trinitate: licet ly *vnus* non importaret vnitatem personæ, sed naturæ: Vnde esset vnus quantum ad aliquid: sicut plures, sunt vnus populus.

4. Concl.

In tali casu natura non esset assumpta in vnitatem vnius personæ, sed in vnitatẽ singularum, sicut natura diuina habet vnitatẽ cum singulis personis.

5. Concl.

In tali casu quæ sunt cuiuslibet personæ, conuenirent alteri, vt Pater est ingenitus. Ergo homo est ingenitus. vt pro patre supponit: sed si dicetes, filius est homo. Ergo ingenitus, esset fallacia accidentis

Art. 5. Vtrum vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas.

Persona diuina præter naturam humanam quam assumpsit, potest aliam numero naturam humanam assumere.

1. Concl.

1. Quod potest Pater, potest etiam filius. Sed Pater facta incarnatione potest aliam naturam assumere. Ergo etiam filius eandem posset assumere.

2. Quod potest in ℞em, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad ℞em. At potentia diuinæ personæ, cum sit infinita, non potest limitari ad aliquid creatum, quia increatum & creato nõ comprehenditur, quod esset si persona nõ posset assumere aliam naturam. Ergo & ex parte virtutis, quæ est principium ℞ionis, & ex parte personalitatis, quæ est terminus, ℞a persona &c.

† 2. Concl.

In humanis natura multiplicatur secundũ supposita, quia forma multiplicatur per supposita: at in incarnatione vnio materiæ, & formæ non multiplicat supposita, & ita possunt multiplicari naturæ sine suppositis, quæ naturæ præueniuntur.

3. Concl.

In tali casu non dicerentur duo homines, sed vnus, quia nomen impositum ab aliqua forma, non dicitur pluraliter, nisi ob pluralitatem suppositionum.

4. Concl.

Natura diuina ad personam diuinam per prius comparatur, quã natura humana, quia illa est ab æterno, hæc in tempore: vnde vt natura humana assumatur à persona diuina, requiritur, vt tota natura diuina toti naturæ assumptæ vniatur, & secundum omnes partes. Duarum autem naturarum assumptarũ, est vniformis habitudo ad personam diuinã, & ita vna non assumeret aliam, nec totaliter illi vniretur.

Art. 8. Vtrum fuerit magis conueniens quod persona filij assumeret humanam naturam, quam alia persona.

1. Concl.

Conuenientissimum fuit, personam Filij incarnari.

1. Ex Dam. per incarnationem demonstrata est sapientia, & virtus Dei. Sed ista appropriantur Filio. Ergo.

2. Ex parte ℞ientis, & primum, quia similia congruenter ℞untur. At verbum est æternus conceptus omnium creaturarum. Ergo, vt creatura perficeretur huius similitudine fuit creata mobiliter, sed per ℞ionem Verbi debuerunt reparari immobiliter: artifex enim per eãdem artẽ facit, & reficit aliquid. Deinde Verbum est cõceptus æternæ

sapien-

sapientiæ à qua omnis sapientia humana derivatur, qua homo perficitur, & est rationalis, quatenus participat verbum Dei. Ergo ad consummandam perfectionem hominis, & verbum debuit ei unirи personaliter.

Eccles. 10.

3. *Ex fine unionis, qui est impletio prædestinationis: nec enim non debetur, nisi filiis, ex Paulo. Ergo conveniens fuit, vt per naturalem filium homines participarent filiationes.*

Rom. 8.

4. *Ex parte peccati primi parentis, qui peccauit appetendo scientiam. Ergo per veram sapientiam, ita est, per Filium debuit reuocari ad Deum.*

† 2. Concl. Rom. 2.

Nihil est, quo humana sapientia non possit abuti, cum etiam bonitate Dei abutatur. Vnde etiam si Pater esset incarnatus, hinc susceperet errandi occasionem.

3. Conc.

Sicut prima creatio est facta à potentia Dei Patris per Verbum, ita recreatio ab eadem potentia per Verbum.

4. Concl. 2. Cor. 5.

Spiritus sanctus est donum Patris, & Filii, & remissio peccati fit per Spiritum sanctum, vt donum Dei. Vnde conueniens fuit, vt Filius incarnaretur, cuius Spiritus sanctus est donum.

Quæstio 4. De modo unionis ex parte naturæ humanæ assumptæ.

Art. 1. Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quam aliqua, alia natura.

1. Concl. Prop. 8.

Assumptibile dicitur aliquid, quasi aptum assumi à diuina persona, non secundum potentiam naturalem, quæ non se extendit ad id, quod excedit ordinem naturalem, sed secundum congruentiam.

2. Concl.

Sola natura humana est assumptibilis secundum congruentiam.

Prop.

1. *Deitas nec ea, ait Sapientia, esse cum filiis hominum; & ita videtur esse quædam congruentia unionis filii Dei ad naturam humanam.*

2. *Congruentia unionis attenditur secundum dignitatem, & necessitatem. Sed hæc duo solum natura humana consequuntur. Ergo. Nam creatura irrationalis non est digna, cum non possit aliquo modo attingere. Verbum cognoscendo, & amando ipsum, vt homo potest natura angelica non indiget: quia non erat subiecta peccato originali, vt natura humana. Ergo.*

† 3. Concl.

Creatura dicitur ex eo, quod aliquid competit ei secundum proprias causas, non prout respicit potentiam Dei. Vnde dicitur aliquam assumptibilis, non vt tollatur omnipotentia Dei, sed ad tollendam conditionem creaturæ, quæ aptitudinem non habet.

4. Concl.

Creatura rationalis est similis Deo secundum imaginem, quia potest Deum attingere, reliquæ secundum vestigium: vnde, cum non sint aptæ ad minus, i. ad videndum, neque erunt aptæ, vt vniantur, quod est maius: maior enim est vnio secundum esse, quam secundum operationem.

5. Concl.

Non est verum, quod Angelus non sit assumptibilis, quia per creationem est in sua personalitate perfectus, cum non sit corruptibilis: quoniam Deus posset producere vnum Angelum, & sibi vnire, & sic non corrumperetur aliquid præexistens, i. personalitas præcedens. Vnde manet ratio assignata in corpore, quia peccatum eius est inemendabile.

6. Concl.

Perfectio vniuersi, non est profectio vnius Personæ, vel suppositi, sed quod sit vnum positione, vel ordine, cuius partes non sunt assumptibiles.

Art. 2. Vtrum filius Dei assumpserit personam humanam.

1. Concl.

Nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam.

lib. 2. de fid ad Pet. c. 2.

1. *Deus naturam hominis assumpsit, ait Aug. non personam.*

2. *Illud quod assumitur, debet præintelligi assumptioni; vt patet exemplo motus, quia quod movetur præintelligitur moti. Sed persona non præintelligitur assumptioni, quia, vel deberet corrumpi, quod esset frustra; vel essent duæ personæ, quod esset erroneum.*

† 2. Concl.

Natura humana assumpta est in atomo, id est, in individuo, quod non est aliud a supposito increato, quod est persona Filii.

3 Concl.

Naturæ humanæ non debet propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem in natura pertineat; sed per additionem præstantioris personæ. Vnde impropriè dicitur, personam assumptisse personam, quatenus eam impedivit.

Art. 3. Vtrum persona diuina assumpserit hominem.

1. Concl. Con Chal. ced. act. 1.

Non est proprie dictum, quod persona assumpserit hominem.

1. *Ex Felice Papa, qui ait, filium Dei non assumpsisse hominem.*

2. *Homo significat naturam, prout nata est esse in supposito, vt ait Damasc. sicut Deus significat eum, qui habet Deitatem. Ergo. Consequentia patet; quia quod assumitur non est terminus assumptionis, sed præintelligitur illi. At individuum in quo assumitur, est terminus assumptionis, s. diuina persona. Ergo persona non assumitur suppositio,*

quod esset verum, in Christo esse quam tantum hypostasim.

2. Concl. Secundum illos, qui ponunt duas hypostases, proprie diceretur assumpsisse hominem: sed illa opinio est erronea.

† 3. Concl. Dicere hominem esse assumptum, est eius opinionis, quæ ponit duas personas: vnde locutiones patrum sunt vt accipiendæ: quia cum dicunt hominem fuisse assumptum, sumunt hominem pro natura.

4. Concl. Homo significat naturam in concreto, & in supposito: ideo, vt non dicimus assumpsisse suppositum: ita nec assumpsisse hominem.

1. Concl. Filius Dei non est homo, quem assumpsit, sed cuius naturam.

Artic. 4 Vtrum filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus individuis.

1. Concl. Si sumatur natura vniuersalis eo modo, quo Plato posuit ideas, quæ tamen dari non potest, cum natura sensibilis pertineat ad materiam sensibilem, non fuisset conueniens, vt à verbo sumeretur.

1. Ista assumptio terminaretur ad personam. Quia Plato ponit naturam per se subsistentem.

2 Quia tales naturæ non possent attribui, nisi operationes communes, per quas homines merentur, in eis demererentur.

3. Quia non fuisset sensibilis, sed intelligibilis tantum. At Filius assumpsit naturam, vt in ea visibilis appareret; Baruch. 3. Ergo

2. Conc. Non potuit assumi natura humana, prout est in intellectu diuino: quia hoc modo nihil aliud est quam natura diuina; & sic ab æterno natura humana esset in filio Dei.

3 Concl. Non conuenit dicere filius Dei assumpsit naturam humanam, prout est in intellectu humano.

1. Quoniam hoc nihil aliud esset, quam quod intelligeretur assumere naturam humanam; & sic si non assumeret in rerum natura intellectus esset falsus.

lib. 3. c. 11. *2. Ex Damasc. qui ait non accepisse naturam, quæ nuda contemplatione considerantur; quia incarnatio esset quædam ficta*

† 4 Concl. Christus est communis saluator, non communitate generis, vel speciei, sed causæ.

Quia fuit causa vniuersalis salutis.

5. Concl. Per se homo non reperitur in natura, nisi in individuis.

6. Concl. Licet natura humana non sit assumpta in concreto, vt suppositum præintelligatur assumptionis: sic tamen est assumpta in individuo, vel in individuo.

Art. 5. Vtrum filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus individuis

1. Concl. Non fuit conueniens, quod humana natura assumeretur in omnibus suis suppositis.

1. Ex Damasc. c. quia non assumpsit omnes hypostases. lib. 3. de fide, c. 11.

2 Tolleretur multitudo suppositorum naturæ humanæ, quæ est conueniens; quia in natura assumpta non conseruatur a nullo suppositum præter personam assumentem; & ita vnicum esset suppositum humanæ naturæ, scilicet persona assumens.

3. Christus non esset primogenitus in multis fratribus.

4. Quia & quum suppositum est incarnatum, tota natura est assumpta.

† 2. Concl. Naturæ humanæ conuenit secundum se assumi, quia non competit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ conuenit assumere ratione personæ: vnde cum hoc nō competat per se, id est, ex principijs essentialibus, non conuenit omnibus individuis.

3. Concl. Dei dilectio non solum ostenditur ex assumptione naturæ: sed præcipue ex his, quæ in ea est passus pro singulis.

4. Concl. Rom. 5. Ad breuitatem viæ, quam sapiens intendit, pertinet vt sapiens nō faciat per multa, quod potest per vnum: & ita conueniens fuit, vt per vnum omnes saluarentur.

Art. 6. Vtrum conueniens fuerit, quod filius Dei, humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ.

1. Concl. Conueniens fuit, vt Dei filius assumeret naturam ex semine. Adæ.

1 Luc. 3. Generatio Domini reducitur vsque ad Adam.

2. Hoc fuit conueniens vt generaret inimicum, qui ex genere esset victi, vt ait Aug quod ad hominis dignitatem pertinet.

lib. 13. de Trinit. c. 8. *3 Propter iustitiam, vt iustificaret, qui peccauit.*

4. Vt ostenderetur Dei potentia, dum de natura corrupta, & infirma assumpsit id quod in tanta virtute, & dignitate est proximum.

† 6. Concl. Debuit Christus esse segregatus à peccatoribus, quoad culpam, quam debuit delere, non quantum ad naturam, quam debuit saluare, vt esset similis suis fratribus.

Non

3. Concl. Non debuit assumere naturam in ipso Adam: quia venerat tollere culpam; & ideo non debuit egere mundatione: quoniam primum movens in aliquo genere, debet esse immotum secundum illum motum.

4. Concl. Licet gentiles fuerint magis peccatores, quam Hebræi: tamen non debuit ex illis nasci, a quibus segregatus erat, quoad culpam. Vt autem daretur indicium sanctitatis natus est ex quibusdam istis: & ideo etiam instituit quædam sanctitatis signa, quæ cœperunt in Abraham, cui primum facta fuit incarnationis promissio.

Quæstio 5. De modo unionis ex parte partium humanæ natu ræ.

Art. 1. Vtrum Dei filius debuerit assumere verum corpus.

1. Concl. Filius Dei debuit assumere verum corpus.

1. *Saphantas a fuit Corpus Christi, aut Aug. fefellit si se fellit, Veritas non est.*

l. 83. q. 14. 2. *Verum corpus pertinet ad veram naturam humanam. Ergo, supposito ex dictis, quod debuerit naturam humanam assumere, debuit assumere verum corpus.*

3. *Si non habuisset Verum corpus, nihil Vere egisset, nec Vere mortuus esset; & proinde non esset vera salus hominis.*

4. *Ex persona sumentis, qui est ipsa Veritas: ideo ipse sustulit hunc errorem, cum dixit, palpate, &c.*

Enc. Clt. † 2. Concl. Philp. 2. Cum dicitur, *in similitudinem hominum factus*, sensus est, in vera natura humana, in qua omnes sunt similes: Vnde subditur factus est obediens vsque ad mortem.

3 Concl. Per hoc quod assumpsit corpus, non est diminuta eius dignitas: quia non est factus corpus; quod divinæ simplicitati repugnat.

4. Concl. Figura debet respondere rei, quæ ad similitudinem, non quoad veritatem: quia alias esset res ipsa. Vnde apparitiones fuerunt secundum apparentiam: At appatitio Verbi Dei fuit secundum veritatem.

Art. 2. Vtrum filius debuerit assumere corpus terrenum.

1. Concl. Corpus Christi non debuit esse cæleste, sed carneum.

1. *Luc. vlt. Spiritus carnem & ossa non habet, &c.*

2. *Si sumpsisset corpus cæleste, Vt voluit Valentinus, non salvaretur Veritas naturæ humanæ, quæ requirit carnem & ossa.*

3. *Derogaret veritati corporis, quæ Christus assumpsit.*

3. *Derogaret veritati divinæ: quia fuisset falsa demonstratio, tam se hominem hominibus demonstrasset.*

† 2. Concl. 1. Cor. 15. Dicitur descendisse de cœlo, ratione naturæ divinæ: quia hic novo modo apparuit: vel ratione corporis, ibidē, quod virtute cœlesti est formatum.

3. Concl. Cum dicitur, *caro & sanguis non possidebunt regnum, &c.* sumitur caro pro corruptione carnis, quoad culpam.

4. Concl. Ad gloriam Christi pertinet, quod corpus tam vile ad tantam gloriam duxerit: vt si artifex ex luto infimo quid præclarum formaret.

Art. 3. Vtrum filius Dei assumpserit animam.

1. Concl. Falsum est quod filius Dei solum carnem assumpserit absque anima, & quod Verbum fuerit loco animæ, vt voluit Apollinaris.

Cap. 21 Cap. 13. 1. *Ex Aug. lib. de agone christiano, & lib. contra Felicianum.*

2. *Matth. 26. tristis est anima mea; & Ioan. 20. potestatem habeo ponendi animam. Nec in hu locis sumitur Scri. a metaphorice: quia Vt qua sibi habentur de constrant Verum corpus: ita demonstrant Veram animam.*

3. *Iste error derogat Veritati incarnationis, quæ est liberatio hominis Et contra Felicianum aut Aug. quia si anima non fuisset assumpta, non fuisset sanata.*

4. *Est etiam contra Veritatem incarnationis: caro enim & partes hominis per animæ speciem sortiuntur esse quæ aequivoce dicuntur. Sequitur enim ex isto errore in Christo non fuisse duas naturas.*

† 2. Concl. Ioan. 1. Cum dicitur, *Verbum caro factum est*, sumitur caro pro toto homine; nominauit autem carnem, quia minus assumptibilis, videbatur.

Psalm 35. 3. Concl. Verbum est fons vitæ, tanquam prima causa, sed anima est principium vitæ tanquam forma; forma autem est effectus tanquam agentis: ex qua verbi præsentia magis concluditur, quod corpus sit animatum; vt ad præsentiam ignis, quod lignum sit calidum.

4 Concl. ib. 3. c. 3. In Christo fuit natura, quæ insurgit ex vnione animæ cum corpore: non tamen est communis species, quæ resultet ex vnione hypostatica, & hoc dicit Damasc.

Art. 4. Vtrum filius Dei assumere debuerit intellectum.

Filius Dei assumpsit intellectum.

1. *Intellectum quoque animæ, ait August. ostendit se habere, dicens discite à me, &c. Vnde damnantur Apollinaristæ dicentes, Verbum fuisse loco animæ.*

2. *Ista opinio aduersatur narrationi euangelicæ, quæ ait, Christum fuisse admiratum.*

3. *Repugnat veritati incarnationis, quæ est iustificatio animæ à peccato, cuius anima non est capax sicuti nec gratiæ, nisi per mentem, quam si non assumpsit non curauit.*

4. *Repugnat veritati incarnationis, quia non est vera anima sine mente, nec vera caro sine vera anima. Vnde, vt ait Aug. filius Dei fuisset quadam bestia in forma humana.*

† 2. Concl. Cum præsentia rei requiritur imago eius, vt perficiatur ex rei præsentia, & ita ad præsentiam Verbi fuit necessaria eius imago, id est, mens.

3. Concl. Lux maior non euacuat minorem lucem, sed perficit lumen corporis illuminati, sicuti lux solis actem: sic præsentia Verbi mens humana perficitur.

4. Concl. Licet intellectus non sit actus corporis, tamen assumptus est, quia essentia animæ, quæ est forma corporis, requiritur quod sit nobilior, ad hoc quod habeat potentiam intelligendi: & ideo necesse est; vt corpus: melius dispositum ei respondeat.

Quæstio 6. De modo assumptionis, quantum ad ordinem.

Artic. 1. Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

1. Concl. MEdium dicitur respectu principii, & finis, & ordinem importat, sicuti & ista.

2. Concl. Ordo est duplex, alter temporis, alter naturæ, qui attenditur, vel secundum gradum dignitatis, & sic Angeli dicuntur medii inter Deum, & homines, vel secundum causalitatem, & sic causa media, est inter primam, & effectum vltimum.

3. Concl. In assumptione non est medium temporis.

Quia Verbum totam naturam simul sibi vnit.

4. Concl. Ordine naturæ secundum perfectionem, caro est assumpta mediante anima, id est, nisi caro fuisset animata, non fuisset assumpta. Ita August. qui ait per animam fuisse assumptum corpus.

Epist 3. ad Volus. 5. Concl. Ordine causalitatis anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei. Non enim esset assumptibilis, nisi per ordinem ad animam rationalem, a qua habet, quod si caro humana.

† 6. Concl. Inter Deum & creaturam est duplex ordo: alter essendi, & sic omnia immediate à Deo pendent, & est in omnibus: alter, quo reducitur in Deum; vt in finem, & sic reperitur medium inter Deum, & creaturam.

Quia per superiores reducuntur inferiores, & ad hunc ordinem pertinet assumptio.

7. Concl. Si hypostasis constitueretur per humanam naturam, corpus esset ei vicinius, quia est principium indiuiduationis propter materiam: sed quia hypostasis verbi est prior & altior, quam natura humana, ideo quod est in ea perfectius, est ei propinquius.

8. Concl. Separata anima à corpore, remanet corpus vnitum.

Quia, licet aliquid sit causa secundum congruentiam in fieri; tamen in facto esse potest ab eo non pendere.

Art. 2. Vtrum filius Dei assumpserit animam mediante spiritu, siue mente.

1. Concl. lib. de Ago. Christi. 2. cap. 18. Filius Dei assumpsit animam mediante spiritu, seu mente.

1 *Per spiritum animam, & per animam corpus accepit, ait Aug. Hoc fuit conueniens propter dignitatem, quia anima non est assumptibilis secundum congruitatem, nisi quia est capax Dei, vt est eius imago, quod conuenit secundum mentem quæ spiritus dicitur.*

Ephes. 4. 2. *Ratione ordinis, quia intellectus inter alias partes animæ est superior, & dignior, & Deo similior, ex Damasc.* lib. 3. c. 6.

† 2. Concl. Licet intellectus non sit ab anima secundum essentiam; tamen ab aliis partibus distinguitur secundum rationem, & secundum hoc competit ei ratio medii.

3. Concl. Spiritui angelico deest congruentia assumptibilitatis propter irreparationem.

4. Concl. Hoc loco anima non sumitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentiis communis, & est prior, sed pro potentiis inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

Art. 3. Vtrum anima a Dei filio prius fuerit assumpta, quam caro.

1. Concl. Inconueniens est animam Christi à principio fuisse creatam, & non statim vnitam verbo.

Quia habuisset aliquando propriam subsistentiam, & esset causa, vel non fuisset facta quia secundum substantiam, vel subsistentia pre existens fuisset corrupta.

Incon

2. Concl. epist. 12. Inconueniens est, si dicatur à principio fuisse verbo vnitam, & postea in vtero virginis incarnatam.

Quoniam non videretur esse eiusdem naturæ cum nostris, quæ simul creantur, & corporibus infundantur: cum tamen sit eiusdem naturæ, vt ait Leo Papa.

3. Concl. lib. 4. c. 6. Anima non est assumpta prius, quam caro.

1. *Ex Damasc. qui hoc docet.*

2. *Quia anima non fuit creata à principio, vt existimauit Orig.*

† 4. Concl. Anima Christi dicitur esse medium ad vnionem verbi, sed non secundum ordinem temporis.

5. Concl. Anima Christi excellit nostram, non sublimitate generis, sed virtutis, & gratiæ: modus autem creationis respondet naturæ, vt talis est.

6. Concl. Ioan. 1. Rom. 4. De plenitudine Christi omnes accipimus secundum fidem quam habemus in Christũ, & quia vim habent iustificandi secundum propositum gratiæ Dei, quod propositum est æternum, non implicat aliquem iustificari per fidem Christi, antequam anima eius sit plena gratiæ.

Art. 4. Vtrum caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quam anima vnita.

1. Concl. Caro Christi non est prius assumpta à Verbo, quam animæ vnita.

1. *Simul caro, & Dei Verbi animata caro rationali & intellectiua, ait Damasc.*

lib. 3. c. 2. 2. *Caro est assumptibilis secundum ordinem, rationalem, & ad suam formam, sed hunc ordine non habet antequam anima ei adueniat, simul enim materia sit propria alicuius formæ, & recipiat illam, ideo in eodem instanti terminatur alteratio, in quo introducitur forma. Quare non debuit caro assumi, antequam esset caro humana, quod fit adueniente anima rationali.*

3. *Anima non est prius assumpta, quam vnita carni. Ergo nec caro antequam esset vnita anime.*

† 2. Concl. Caro habet esse per animam, & ante animam est dispositio ad carnem: sed in Christo Spiritus sanctus vnico instanti materiam disposuit, & perfecit.

3. Concl. Est contra rationem formæ, quod præexistat naturæ speciei: quia perficitur per vnionem ad materiam: Differentia inter originẽ nostram, & Christi est, quod caro nostra prius concipitur, quam animetur, non autem caro Christi

Verbum prius natura dicitur vnitum carni, quam animæ secundum modum communem essendi in omnibus. 4. Concl.

Art. 5. Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

1. Concl. Cum dicitur aliquid medium in assumptione incarnationis, non designatur ordo temporis.

Quia simul facta est assumptio totius, & omnium partium.

2. Concl. Designatur autem ordo naturæ, vt per id, quod est prius natura, assumatur posterius, qui ordo attenditur, vel ex parte agentis, vel ex parte materiæ, hæ enim causæ præexistunt rei.

Ex parte agentis illud est simpliciter primum, quod prius esse intentum, & secundũ quid id, à quo incipit operatio: at ex parte materiæ, id est prius, quod in eius transmutatione est prius. 3. Concl.

Verbum Dei secundum ordinem intentionis assumpsit partes humanæ naturæ, mediante toto. 4. Concl.

1. *In Christo, ait Damasc. non partes partium inuenimur, sed quæ proxime componuntur, id est deitatem, & humanitatem. At humanitas est quoddam totum. Ergo.* lib. 3. c. 16.

2. *Ordine naturæ secundum intentionem agẽtis prius simpliciter est completum, quam incompletum, & secundum quid partes, & inde incipit operatio. sed in incarnatione oportet attendere ordinem ex parte agentis, quia, vt ait Aug. in talibus, tota ratio facti, est potentia facientis.* Epist. ad Volus.

3. *Ex proportione, assumpsit carnem propter ordinem ad animam. Ergo & partes propter ordinẽ ad naturam, & totum.*

Assumptio partium est prior via executionis, & operationis, non tempore, sed intellectu: assumptio vero naturæ prior intentione. † 5. Concl. Aug. de 83. qu. Christ. c. 18

Deus ita est simplex, vt sit perfectissimus, & sic totum est magis simile Deo, quam partes. 6. Concl.

Vnio personalis est ad quam terminatur assumptio, non autem vnio naturæ, quæ resultat ex coniunctione partium. 7. Concl.

Artic. 6. Vtrum humana natura sit assumpta mediante gratia.

Gratia habitualis non potest intelligi, vt medium in assumptione humanæ naturæ.

1. *Gratia hoc modo accepta est quoddam accidens. Sed vnio est facta secundum substantiam. Ergo non est facta mediante gratia.*

2. Ista gratia est effectus consequens vnionem pertinens ad sanctitatem illius hominis, qui erat plenus gratia, & veritate.

2. Concl. Io. in 1. Gratia vnionis non potest esse medium in hac vnione.

Quia haec gratia est ipsum esse personale, quod gratis datur humanae naturae, & est terminus assumptionis.

3. Concl. Si per gratiam intelligatur voluntas Dei, quæ gratis aliquid facit: vnio facta est per gratiam, non sicut per medium, sed vt per causam efficientem.

†4. Concl. Vnio nostra ad Deum est per operationem, & propterea fit per gratiã, prout operatio est ab habitu: at hæc fit secundum esse quod non pendet ab habitu.

Gratia est perfectio accidentalis corporis, anima vero substantialis: & ideo gratia non ordinat animam ad vnionem personalem, quæ non est accidentalis.

6. Concl. Verbum nostrum vnitur voci mediante spiritu, non vt medio formali, sed vt medio mouente: *quia ex Verbo concepto procedit spiritus, quo formatur vox*, ita ex Verbo æterno procedit spiritus, quo formatur corpus Christi non tamen inde fit, vt gratia Spiritus sancti, sit medium in hac vnione.

Quæstio 7. De gratia Christi, prout est quidam singularis homo.

Artic. Vtrum anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

1. Concl. cap. 11. Psal. 83. NEcesse est ponere in Christo gratiam habitualem.

1. Requiescet, ait Isai. super eum spiritus Domini, qui in homine est per gratiam habitualem.

2. Quo receptum est propinquius causæ influenti, eo magis participat esse influentiam. Sed anima Christi erat vnita Verbo Dei, qui est auctor gratiæ. Ergo.

1. Tem. 2. *3. Anima Christi debebat exercere operationes, quibus propinquissime attingeret Deum cognitione, & amore: At rationalis natura ad hoc elevatur per gratiam. Ergo.*

4. Christus, vt homo est mediator Dei & hominum. Ergo debuit habere gratiam in alios redundantem, Ioan. 1. de plenitudine eius, &c.

2. Concl. Quia natura humana manet in suo esse, anima Christi non est diuina per essentiam, vnde habuit fieri diuina participatione.

3. Concl. Christo, vt est filius Dei, debetur hæreditas æterna, id est fruitio patris, qua non est capax anima, & ita debuit suo Deo per actũ eiceram, qui non est sine gratia.

Humanitas est instrumentum diuinitatis animatum, quod etiam agit, & ita egebat gratia, qua moueretur. 4. Concl.

Artic. 2. Vtrum in Christo fuerint virtutes.

Christus habuit omnes virtutes.

1. Concl. In Psal. 1. *1. Ex Glos. quæ ait, Christum fuisse plenum omni bono. Sed bona qualitas mentis est virtus. Ergo.*

2. Gratia Christi fuit perfectissima. Ergo. ex ipsa processerunt virtutes ad perficiendas omnes potentias animæ, quantum ad omnes actus. Ergo: Vt enim gratia reficit essentiam animæ, sta virtus eius potentiam. Ergo, vt potentiæ derivantur ab essentia, sta virtutes a gratia, quæ cum in Christo sit perfectissima, magis imprimet suos effectus.

†2. Concl. Gratia sufficit ad omnia, quibus homo ad beatitudinem ordinatur, sed ex his quædam a gratia immediate perficiscuntur, vt facere gratum Deo, quædam mediantibus virtutibus, quæ a gratia fluunt.

3. Concl. Habitus heroicus non differt ab habitu virtutis, nisi secundum perfectionem: ideo non sequitur, quod non habuerit virtutes, licet fuerint heroicæ.

4. Concl. Liberalitas, & magnificentia versantur circa diuitias, quatenus non appretiantur: vnde, qui penitus contemnit, ostendit summum illarum virtutum gradum: quas virtutes Christus exercuit dando pauperibus.

§ Concl. Licet in Christo non fuerint concupiscentiæ, tamen, habuit temperantiam, quę maior est, quo magis illis caret, & si sumatur vt sumunt Philosophi, est quid minus virtute, & ita non fuit in Christo.

Art. 3. Vtrum in Christo fuerit fides.

1. Concl. Heb. 11. Ioan. 8. In Christo fides esse non potuit.

1. Fides, ex Paulo est argumentum non apparentium. Sed in Christo nihil fuit apparens, quia Petrus ei dixit: Tu omnia nosti.

2. Obiectum fidei est res diuina non visa. Ergo. habens hanc rationem, non remanet fides, cũ habitus virtutis suscipiatur ab obiecto. Sed Christum ab instanti incarnationis plene vidit Deum per essentiam, vt postea dicemur. Ergo.

†2. Concl Fides est nobilior virtutibus moralibus, propter materiam, sed circa eam importat aliquam imperfectionem.

3. Concl. Rom. 1. Phil. 2. Christus habuit meritum fidei, quod est, vt quis rebus fidei assentiat ex obedientia, quam perfecte habuit Christus.

4. Concl. Fides improprie dicitur de rebus visis quantum ad certitudinem, & adhæsionem: sic accepit Glos.

Artic. 4. Vtrum in Christo fuerit spes.

1. Concl. Christus non habuit virtutem spei, vt est virtus theologica.

Rom. 8. 1. *Quod videt quis, vt Paul. quid sperat: & ita spes est de non visis, sicut & fides. sed in Christo non fuit fides. Ergo nec spes.*

2. *Spes est de Deo non habito, & de obiecto, & patet fide, quam est de Deo non viso. & sic est virtus theologica. Sed Christus a principio conceptionis plenum habuit fruitionem diuinam. Ergo.*

2. Concl. Christus habuit spem respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, vt immortalitatis, &c.

Nam licet spes pro obiecto habeat Deum, tamen ex consequenti, etiam alia nondum adepta sperantur, sicuti fide non solum credimus Deum, sed etiam alia revelata, at nondum erat adeptus omnem perfectionem Ergo.

3 Concl. Psal 31. Quia Christus plene videbat omnia, totaliter ab eo excludebatur fides: non autem totaliter spes, cum non haberet plene omnia:

† 4 Concl Illud, *In te speravi*, non intelligitur de spe, quæ est virtus Theologica, sed de ea, qua speravit non habita.

5. Concl. Gloria corporis pertinet ad beatitudinem per redundantiam, & hanc non respicit spes Theologica, quæ solum Deum respicit, qui per se pertinet ad beatitudinem.

6. Concl. Deificatio Ecclesiæ non pertinet per se ad perfectionē Christi, quia in se est perfectus, sed ad perfectionem, quia alios perfecit. At spes datur de eo, quod expectatur habendum in se, non in alio.

Artic. 5. Vtrum in Christo fuerint dona.

1. Concl. cap 4. In Christo fuerunt excellentissime dona.

1. *Apprehenderunt, ait Isa. septem mulieres id est septem dona virum unum, id est Christum, ait Oleast.*

Luc. 4. 2. *Anima Christi perfectissime manebatur à spiritu sancto, iuxta illud, Iesus autem plenus, &c. Ergo in eo erant excellentissima dona, sunt enim perfectiones potentiarum animæ, vt sunt natæ moueri a spiritu sancto.*

2. Concl. Quod perfectum in sua natura indiget auxilio alterius naturæ altioris, ita virtutes, quæ in Christo erant perfectæ, indigent auxilio donorum, quæ perficiunt potentias, vt moueantur a spiritu sancto.

3. Concl. lib. 2. Moral. c. 41. Christus alia ratione dat, alia ratione recipit: dat vt Deus, recipit, vt homo. Vnde Gregor. Spiritus sanctus ab humanitate Christi nūquam recedit, ex cuius diuinitate procedit.

4. Concl. Christus fuit comprehensor & viator, & ita habuit cognitionem patriæ, & viæ: cum dona secundum aliquem modum maneant etiam in patria.

Art. 6. Vtrum in Christo fuerit donum timoris.

1. Concl. Timor respicit duo obiecta, scilicet malum terribile, & eum qui potest malum inferre, cui propter suam eminentiam non potest resisti: & ita aliquis timetur ob eminentiam.

2. Concl. In Christo non fuit timor, vt dicit malum separationis a Deo, vel malum punitionis, propter culpam

3. Concl. In Christo fuit donum timoris, prout timor respicit diuinam eminentiam, quam timor reuereretur.

1. *Isa. 11. replebit eum spiritus timoris domini.*

2. *Anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum a Spiritu sancto, quia omnibus exundantior est pro sua reuerentia. Ergo Hunc autem effectum pra cæteris omnibus habuit Christus, ideo ei tribuitur plenitudo donorum.*

4. Concl. Virtutes & dona respiciunt bonum ex se, malum ex consequenti: vnde de ratione timoris non est malum, sed excellentia boni, propter quod illud potest inferri: at spes auctorem boni, & ipsum bonum respicit.

5. Concl. Secundum procedit de timore, vt respicit malum.

6. Concl. Caritas pellit timorem seruilem, qui respicit pœnam per se.

Artic. 7. Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

1 Concl. In Christo excellentissime fuerunt omnes gratiæ gratis datæ, vt in primo & principali fidei auctore.

1. *Ex Aug. Sicut capite sunt omnes sensus, sic & in Christo fuerunt omnes gratiæ.*

2. *Gratiæ gratis datæ debent esse in eo, quia decet, cum deinde ad manifestationem spiritualis doctrinæ, quæ alias doctrinæ esset inutilis. Sed spiritualis doctrinæ & fides primus & principalis doctor est Christus, iuxta illud, Cum iniquum accepisset, &c. Ergo.*

1. Concl. Tam gratia gratum faciens, etiam gratis data in Christo fuit plenissima, quatenus eius anima erat vnita diuinitati: at sancti, qui mouentur a Deo, vt instrumenta separata recipiūt particularem gratiam ad hos actus, & ideo in illis diuiduntur, non in Christo

Quia non est facta ex ullis præcedentibus meritis, sed gratuito Dei beneficio.

†4. Concl. Gratia habitualis est participatio diuinæ similitudinis: at gratia vnionis est participatio esse diuini, cum maius, quid sit res ipsa, quam rei similitudo, & ideo non est facta per gratiam habitualem.

5. Concl. Gratia habitualis est solum in anima, sed hoc donum quod est vnius, quam gratia dicitur, est in toto composito. Vnde dicitur plenitudo diuinitatis in Christo habitare, *quia diuinitas est vnita toti*: vel dicitur habitare corporaliter, id est non vmbratice. *Vel quia in alijs habitat, scilicet continenter, per gratiam: sed hypostasi, sicut corpus habet tres dimensiones.*

Art. 11. *Vtrum vnionem verbi incarnati aliqua merita præcesserint.*

1. Concl. ib. de prædest. c. 11. Tit 3. Christus non meruit hanc vnionem.

Quoniam meritum sequitur operationem, & operatio sequitur esse. Ergo cum merita non præcesserunt vnionem. Neque enim primus fuit purus homo, & per merita obtinuit, vt esset filius Dei, & Deus est Photinus.

2 Concl. Nullius alterius hominis opera potuerunt esse meritoria huius vnionis. *Si quis ait Aug inueniret merita huius vnionis, inueniret etiam in nostra regeneratione. Sed in hac non sunt merita ex Paulo. Ergo*

2. Ista vnio personalis superat vnionem beatitudinis, & ideo non potest cadere sub merito.

3. Gratia non cadit sub merito, quia est merendi principium. Ergo nec ista vnio, quæ est principium gratiæ. Ioan 1. Gratia & veritas per Iesum Christum.

4. Incarnatio est reformatiua totius humanæ naturæ. Ergo non cadit sub merito alicuius singularis hominis, cuius bonum non potest esse causa boni totius naturæ.

3. Concl. De congruo sancti patres meruerunt incarnationem desiderando, & petendo.

Quia congruum fuit Deum exaudire eos, qui ea postulabant. Vnde patet ad primum.

†4. Concl. Falsum est, quod omne illud cadat sub merito, sine quo præmium esse non potest. Vt est gratia, & incarnatio, &c.

5. Concl. Beata Virgo meruit ex gratia sibi dari gradum puritatis, quo posset congrue esse mater Dei.

Art. 12. *Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.*

1. Concl. Si naturale sumatur pro eo, quod fluit à principijs essentialibus rei, gratia Christi siue vnionis, siue habitualis non fuit naturalis Christo, quasi causata ex principijs naturæ humanæ in Christo: quamuis possit dici naturalis, quasi proueniens in naturam humanã Christi causante natura diuina ipsius.

2. Concl. Si sumatur naturalis prout dicitur esse a natiuitate, vtraque gratia dicitur naturalis Christo.

Quia ab instanti conceptionis natura humana fuit vnita personæ diuinæ, & anima eius fuit gratia repleta.

† 3. Concl. Licet vnio non sit facta in natura: tamen est causata a natura diuina, & conuenit a principio natiuitatis.

4. Concl. Gratia dicitur, vt non est ex merito: naturalis dicitur, vt ex virtute diuina inest humanitati à natiuitate.

5. Concl. Gratia vnionis non est naturalis Christo quasi fluens ex principijs humanæ naturæ, & ita non conuenit omnibus: potest tamen dici quodammodo naturalis ex hac parte propter proprietatem natiuitatis ipsius, prout conceptus est de spiritu sancto ad hoc, vt esset filius Dei, & hominis: at secundum naturam diuinam est ei naturalis, quatenus est principium actiuum huius gratiæ.

Quæstio 3. De modo vnionis ex parte personæ assumentis.

Art. 1. *Vtrum natura diuina conueniat assumere naturam creatam.*

1. Concl. lib. de fide ad Petrum c. 2. PRoprijssime conuenit personæ diuinæ assumere naturam creatam.

1. Ex eo quia est vnigenitum accepisse naturam. Sed vnigenitus est persona. Ergo persona conuenit accipere naturam, quæ est assumere.

2. Persona diuina est principium, & terminus huius assumptionis, quæ actiones sunt suppositorum, & vnio facta est non in natura, sed in persona. Ergo assumere proprijssime, &c. quia in quod est assumere, incoatiua principium, terminus & actiua assumptionis quæ omnia persona communicant.

† 2. Concl. Per assumptionem, nihil addi, est perfectionis diuinæ personæ, cum sit infinita, sed homo perficitur, vt patet etiam in vnione per gratiam, in qua Deus non perficitur.

3. Concl. Persona dicitur incõmunicabilis, quatenus non potest de pluribus prædicari: tamen plura de illa possunt prædicari: nimo in creatis persõis plures naturæ concurrunt: est autem proprium diuinæ personæ pluribus, subsistentialiter vniri propter eius infirmitatem.

4. Concl. Humana natura per vnionem cum verbo constituit personam diuinam, non simpliciter, sed in esse humano: quia quod vnitur intrinsece & per se, denominat id, cui vnitur.

Art.

Art. 2. Vtrum diuina natura conueniat assumi.

1. Concl. Esse assumptionis principium conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam.

Quia est actio ad extra, ut dictum est.

2. Concl. Lib. 3. de fid. ca. 6. Proprijssime persona dicitur assumere, vt assumptio dicit terminum: quia esse terminū assumptionis primo, & per se competit personæ.

3 Concl. In cone. Chal. art. 1. Secundario dici potest, quod natura assumat sit naturam. Tratione personæ: quo etiam modo dicitur incarnata, quia carnem assumpsit, Ita loquitur Aug. li. de fide cū art, quod natura genita a patre nostram naturam susceperit. & Dam. Ath. & Cyrill.

† 4. Concl Natura diuina non differt supposito à persona Verbi, ideo quatenus natura diuina sumit naturam humanam ad personam Verbi dicitur ad se sumere: vnde licet Pater etiam assumat, tamen cum sit suppositum distinctū a verbo non dicitur ad se sumere.

5. Concl. Quod conuenit naturæ diuinæ secundū se, conuenit omnibus personis: at vnite conuenit ei ratione personæ verbi, ideo non tribuitur omnibus personis.

6 Concl. In Deo est idem quod est, & quo est propterea est etiam idem quod agit & quo agit, & ita natura diuina est id, quo Deus agit, & Deus est ipse Deus agens.

Art. 3. Vtrum abstracta personalitate per intellectum natura possit assumere.

1. Concl. Si intellectus se habeat ad Deum, ita vt cognoscat eum sicuti est, non potest aliquid ab eo abstrahere.

Quia tantum quod est in Deo, est omnino salua distinctione personarum quarum tamen vna ablata, tollatur alia: quia distinguuntur per relationem.

2. Concl. Si intellectus se habeat ad Deum secundū modum suum, prout vnum intelligit, non considerato altero: potest aliquid Deo abstrahere.

3. Concl. Abstractis per intellectum personalitatibus possumus adhuc intelligere naturam assumentem.

† 4. Concl. *Quia his remotis, adhuc remanet Deus omnipotens, ut sic facta est vnio natura Ergo.*

Abstractis personalitatibus per intellectū remanebit natura, vt subsistens, & vt persona, & hac ratione intelligitur, quod assumat.

Quantum in Deo idem est, quod est & quo est, Erat quodquid remanet in Deo facta abstractione, 5. Concl. *erit persona, cum sit in natura intellectuali.*

Facta abstractione personarum remanebit in intellecta personalitas Dei, vt ponunt Iudæi. 6. Concl.

Abstracta personalitate à Deo, dicitur nihil remanere per modum resolutionis, quasi aliud sit in Deo relatio, & id, quod relationi subijcitur: quia quidquid est in Deo est subsistens: potest tamen aliquid, quod dicitur de Deo intelligi sine alio, modo dicto.

Art. 4. Vtrum vna persona possit sine alia naturam creatam assumere.

1. Concl. Vna persona potest assumere naturam creatam sine alia, vt assumptio dicit terminum:

1. Ex Dionys. quibus docet.

2. Ratio termini incarnationis est persona. C. p. 2. d. *Sed ad quod pertinet ad rationem termini, sic cōuenit Sanctæ personæ, quod non alij, nam tres personæ facerunt, & natura vniretur personæ Filij. Ergo.* diu. nom

Assumptio, vt importat actum assumptionis non potest esse ab vna tantum persona.

Quia est diuina virtute, quæ communis est tribus personis.

† 3. Com Natura dicitur incarnata sicuti & assumens ratione personæ, ad quam est vnio.

4. Concl. Dicitur tota natura incarnata non quia sit incarnata in omnibus personis, sed quia nihil deest perfectionis personæ incarnatæ.

5. Concl. 2. Pet. 1. Assumptio, quæ fit per gratiæ adoptionem terminatur ad participationem diuinæ naturæ: vnde ista est communis ex parte principij & termini.

Art. 5. Vtrum quælibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere.

1. Concl. Quælibet persona diuina potuit naturam humanam assumere, vt Filius assumpsit.

1. Quod potest vna, potest alia: alias non esset eadem virtus personarum potentia. Sed Filius potuit, Ergo.

2. Assumptio importat actum assumentis, cuius principium est diuina virtus, quæ indifferenter se habet ad omnes personas, & terminus, scilicet persona, cum ratio eius sit tribus personis, licet proprietates personales sint differentes. Ergo si Pater vna diuina potuit vnire naturam humanam personæ Filij, ut alias personæ: quia cum aliqua virtus sit indifferens ad plura potest ad quodlibet suum actionem terminare.

† 2. Concl. Filiatio temporalis, qua Christus dicitur filius hominis, non constituit eius personam, sed est quid consequens natiuitatem temporalem. Vnde si hoc modo filiatio traduceretur ad patrem & filium, nihil esset inconueniens.

3. Concl. Filiationis naturalis, quæ appropriatur Patri, *quia est principium naturalis fuationis appropriatur Spiritui* sancto, qui est amor patris, & filij, *quia datur nobis per donum*: vnde Patre incarnato, adhuc accepissemus adoptiuam filiationẽ: à patre, vt à principio naturalis filiationis.

2. Concl. Patri conuenit esse innascibilem secundũ natiuitatem æternam, quod non excluderet temporalem. Incarnatio autem non sufficit ad rationem missionis, sed opus est, vt qui mittitur sit ab alio.

Art. 6. Vtrum plures personæ diuinæ possint vnam numero naturam assumere.

2 Concl. Non est impossibile diuinis personis, vt duæ, vel tres assumant vnam naturam humanam.

1. Tres personæ diuinæ subsistunt ℣ni *naturæ diuinæ. Ergo possunt etiam* ℣ni *naturæ humanæ subsistere.*

2. In hoc mysterio facta est ℣nio *solæ potentiæ diuinæ personæ. Sed personæ ita se habent, vt non se excludant à communi potentia, sed solum à ratione personæ. Ergo non est impossibile ex parte personæ, vt tres, vel duæ* ℣nam *naturam assumant, cum* ℣na *non sit alia, tota enim ratio facti, est potentia facientis.*

2 Concl. lib. cur. Deus homo. Impossibile est, vt tres personæ assumant vnam personam humanam.

Ita Anſ. quæst, nonposse assumere ℣num *& eundem hominem, scilicet in vnitatem personæ.*

† 3. Concl. Tali positione facta, tres personæ essent vnus homo, quia est vna natura, vt patet etiam in Trinitate: licet ly ℣nus non importaret vnitatem personæ, sed naturæ: Vnde esset vnus quantum ad aliquid: sicut plures, sunt vnus populus.

4. Concl. In tali casu natura non esset assumpta in vnitatem vnius personæ, sed in vnitatẽ singularum, sicuti natura diuina habet vnitatẽ cum singulis personis.

5. Concl. In tali casu quæ sunt cuiuslibet personæ, conuenirent alteri, vt Pater est ingenitus. Ergo homo est ingenitus. vt pro patre supponit: sed si dicetes, filius est homo. Ergo ingenitus, esset fallacia accidentis

Art. 5. Vtrum vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas.

1. Concl. Persona diuina præter naturam humanam quam assumpsit, potest aliam numero naturam humanam assumere.

1. Quod potest Pater, potest etiam filius. Sed Pater facta incarnatione potest aliam naturam assumere. Ergo etiam filius eandem posset assumere.

2. Quod potest in ℣num, *& non in amplius, habet potentiam limitatam ad* ℣num. *At potentia diuinæ personæ, cum sit infinita, non potest limitare ad aliquid creatum, quia increatum a creato nõ comprehenditur, quod esset si persona nõ posset assumere aliam naturam. Ergo & ex parte virtutis, quæ est principium* ℣nionis, *& ex parte personalitatis, quæ est terminus,* ℣na *persona &c.*

† 3. Concl. In humanis natura multiplicatur secundũ suppositа, quia forma multiplicatur per suppositа: at in incarnatione vnio materiæ, & formæ non multiplicat suppositа, & ita possunt multiplicari naturæ sine suppositis, quæ naturæ præueniuntur.

3. Concl. In tali casu non dicerentur duo homines, sed vnus, quia nomen impositum ab aliqua forma, non dicitur pluraliter, nisi ob pluralitatem suppositionum.

4. Concl. Natura diuina ad personam diuinam per prius comparatur, quã natura humana, quia illa est ab æterno, hæc in tempore: vnde vt natura humana assumatur à persona diuina, requiritur, vt tota natura diuina toti naturæ assumptæ vniatur, & secundum omnes partes. Duarum autem naturarum assumptarũ, est vniformis habitudo ad personam diuinã, & ita vna non assumeret aliam, nec totaliter illi vniretur.

Art. 8. Vtrum fuerit magis conueniens quod persona filij assumeret humanam naturam, quam alia persona.

1. Concl. Conuenientissimum fuit personam Filij incarnati.

1. Ex Dam, per incarnationem demonstrata est sapientia, & virtus Dei. Sed ista appropriantur Filio. Ergo.

2. Ex parte ℣nientis, *& primum, quia similia congruenter* ℣niũtur *ad verbum est æternus conceptus omnium creaturarum. Ergo, vt creatura perficeretur hanc similitudinem sunt creata mobiliter, ita per* ℣nionem *Verbi debuerunt reparari mobiliter: artifex enim per eãdem artẽ facit, & reficit aliquid. Deinde Verbum est cõceptus æternus*

sapien-

sapientia à qua omnis sapientia humana derivatur, qua homo perficitur, & est rationalis, quatenus participat verbum Dei. Ergo ad consummandam perfectionem hominis, Verbum debuit ei omnipersonaliter.

Eccles. 10.

3. *Ex fine unionis: qui est impletio prædestinationis: hæc enim non debetur, nisi filiis, ex Paulo. Ergo conueniens fuit, vt per naturalem filium homines participarent filiationes.*

Rom. 8.

4. *Ex parte peccati primi parentis, qui peccauit appetendo scientiam. Ergo per veram sapientiam, ita est per Filium debuit reuocari ad Deum.*

† 2. Concl. Rom. 2.

Nihil est, quo humana sapientia non possit abuti, cum etiam bonitate Dei abutatur. Vnde etiam si Pater esset incarnatus, hinc suscepisset errandi occasionem.

3. Conc.

Sicut prima creatio est facta à potentia Dei Patris per Verbum, ita recreatio ab eadem potentia per Verbum.

4. Concl. 2. Cor. 5.

Spiritus sanctus est donum Patris, & Filii, & remissio peccati fit per Spiritum sanctum, vt donum Dei. Vnde conueniens fuit, vt Filius incarnaretur, cuius Spiritus sanctus est donum.

Quæstio 4. De modo unionis ex parte naturæ humanæ assumptæ.

Art. 1. Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quam aliqua, alia natura.

1. Concl. Prom. 8.

Assumptibile dicitur aliquid, quasi aptum assumi à diuina persona, non secundum potentiam naturalem, quæ non se extendit ad id, quod excedit ordinem naturalem, sed secundum congruentiam.

2. Concl.

Sola natura humana est assumptibilis secundum congruentiam.

Prom.

1. *Debuit esse, ait sapientia, esse cum filiis hominum; & ita videtur esse quædam congruentia vnionis filii Dei ad naturam humanam.*

2. *Congruentia vnionis attenditur secundum dignitatem, & necessitatem. Sed hæc duo solum natura humana conuenient. Ergo. Nam creatura irrationalis non est digna, cum non possit aliquo modo attingere. Verbum cognoscendo, & amando ipsum, vt homo potest. natura angelica non indiget; quia non erat subiecta peccato originali, vt natura humana. Ergo.*

† 3. Concl.

Creatura dicitur ex eo, quod aliquid competit ei secundum propias causas, non prout respicit potentiam Dei. Vnde dicitur aliquam assumptibilis, non vt tollatur omnipotentia Dei, sed ad tollendam conditionem creaturæ, quæ aptitudinem non habet.

Creatura rationalis est similis Deo secundum imaginem, quia potest Deum attingere, reliquæ secundum vestigium: vnde, cum non sint aptæ ad minus, i. ad intelligendum, neque erunt aptæ, vt vni intur, quod est maius: maior enim est vnio secundum esse; quam secundum operationem. 4. Concl.

Non est verum, quod Angelus non sit assumptibilis, quia per creationem est in sua personalitate perfectus, cum non sit corruptibilis: quoniam Deus posset producere vnum Angelum, & sibi vnire, & sic non corrumperetur aliquid præexistens, i. personalitas præcedens. Vnde manet ratio assignata in corpore, quia peccatum eius est inemendabile. 5. Concl.

Perfectio vniuersi, non est profectio vnius Personæ, vel suppositi, sed quod sit vnum positione, vel ordine, cuius partes non sunt assumptibiles. 6. Concl.

Art. 2. Vtrum filius Dei assumpserit personam humanam.

Nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam. 1. Concl.

1. *Deus naturam hominis assumpsit, ait Aug. non personam.* lib. 2. de fid ad Pet. c. 2.

2. *Illud quod assumitur, debet præintelligi assumptioni; vt patet exemplo meo, quia quia monetur præintelligitur mens. Sed persona non præintelligitur assumptioni; quia, vel deberet corrumpi, quod esset frustra; vel essent duæ personæ, quod esset erroneum.*

Natura humana assumpta est in atomo, id est, in individuo, quod non est aliud a supposito increato, quod est persona Filii. † 2. Concl.

Naturæ humanæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem naturæ pertinet; sed per additionem præsumptionis personæ. Vnde impropriè dicitur, personam assumpsisse personam, quatenus eam impedivit. 3 Concl.

Art. 3. Vtrum persona diuina assumpserit hominem.

Non est proprie dictum, quod persona assumpserit hominem. 1. Concl. Con Chal. ced. act. 1.

1. *Ex Felice Papa, qui ait, filium Dei non assumpsisse hominem.*

2. *Homo significat naturam, prout natæ est esse in supposito, vt ait Damasc. sicut Deus significat eum, qui habet Deitatem. Ergo. Consequentia patet; quia quod assumitur non est terminus assumptionis, sed præintelligitur illi. At individuum in quo assumitur, est terminus assumptionis, s. diuina persona. Ergo persona non assumitur supposito.*

quod esset verum, in Christo esse Quam: tantum hypostasim.

2. Concl. Secundum illos, qui ponunt duas hypostases, proprie diceretur assumptisse hominem: sed illa opinio est erronea.

3. Concl. Dicere hominem esse assumptum, est eius opinionis, quæ ponit duas personas: vnde locutiones patrum sunt vt accipiendæ: quia cum dicunt hominem fuisse assumptum, sumunt hominem pro natura.

4. Concl. Homo significat naturam in concreto, & in supposito: ideo, vt non dicimus assumptisse suppositum: ita nec assumptisse hominem.

5. Concl. Filius Dei non est homo, quem assumpsit, sed cuius naturam.

Artic. 4 Vtrum filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus individuis.

1 Concl. Si sumatur natura vniuersalis eo modo, quo Plato posuit ideas, quæ tamen dari non potest, cum natura sensibilis pertineat ad materiam sensibilem, non fuisset conueniens, vt à verbo sumeretur.

1. Ista assumptio terminaretur ad personam. Quia Plato ponit naturam per se subsistentem.

2 Quia tales naturæ non possunt attribui, nisi operationes eo rum, per quas homines non meretur, nec demererentur.

3. Quia non fuisset sensibilis, sed intelligibilis tantum. At Filius assumpsit naturam, vt ea visibiliter appareret; Barnab. 5. Ergo

2. Cone. Non potuit assumi natura humana, prout est in intellectu diuino: quia hoc modo nihil aliud est quam natura diuina; & sic ab æterno natura humana esset in filio Dei.

3 Concl. Non conuenit dicere filius Dei assumpsit naturam humanam, prout est in intellectu humano.

1. Quoniam hoc nihil aliud esset, quam quod intelligeretur assumere naturam humanam; & sic si non assumeret interim natura intellectus esset falsa.

lib 3. c. 11. *2. Ex Damasc. qui ait non accepisse naturam, quæ nuda contemplatione consideratur; quia in carnatio esset quædam ficta*

4 Concl. Christus est communis saluator, non communitate generis, vel speciei, sed causæ.

Quia fuit causa vniuersalis salutis.

Concl. Per se homo non reperitur in natura, nisi in individuis.

Licet natura humana non sit assumpta in concreto, vt suppositum præintelligatur assumptionis: sic tamen est assumpta in individuo, vt fit in individuo.

Art. 5. Vtrum filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus individuis

1. Concl. Non fuit conueniens, quod humana natura assumeretur in omnibus suis suppositis.

lib. 3. de fide, c. 11. *1. Damasc. quia non assumpsit omnes hypostases.*

2 Tolleretur multitudo singularium naturæ humanæ, quæ est in communi: quia in natura assumpta non consideratur nisi suppositum præter personam assumentem; & ita conueniens esset suppositum humanæ naturæ, scilicet personæ assumentis.

3. Christus non esset primogenitus in multis fratribus.

4. Quia & quodammodo suppositum est incarnatum; sic vnum non debet assumi.

† 2. Concl. Naturæ humanæ conuenit secundum se assumi, quia non conuenit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ conuenit assumere ratione personæ: vnde cum hoc nõ competat per se, id est, ex principiis essentialibus, non conuenit omnibus individuis.

3. Concl. Dei dilectio non solum ostenditur ex assumptione naturæ; sed præcipue ex his, quæ in ea est passus pro singulis.

4. Concl. Rom. 5. Ad breuitatem viæ, quam sapiens intendit, pertinet vt sapiens nõ faciat per multa, quod potest per vnum: & ita conueniens fuit, vt per vnum omnes saluarentur.

Art. 6. Vtrum conueniens fuerit, quod filius Dei, humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ.

1. Concl. Conueniens fuit, vt Dei filius assumeret naturam ex femine. Adæ.

1. Luc. 3. Generatio Domini reducitur vsque ad Adam.

2. Hoc fuit conueniens vt Christus innocuum, qui ex genere esset Gricis, vt ait Aug. quod ad hominis dignitatem pertinet.

lib. 13. de Trinit. c. 8. 3 *Propter iustitiam, vt iustum faceret, qui peccauit.*

4. Vt ostenderetur Dei potentia, dum de natura corrupta, & infirma assumpsit id, quod in tantam virtutem, & dignitatem est promotum.

† 6. Concl. Debuit Christus esse segregatus à peccatoribus, quoad culpam, quam debuit delere, non quantum ad naturam, quam debuit saluare, vt esset similis suis fratribus.

Non

3. Concl. Non debuit assumere naturam in ipso Adam: quia venerat tollere culpam; & ideo non debuit egere mundatione: quoniam primum movens in aliquo genere, debet esse immotum secundum illum motum.

4. Concl. Licet gentiles fuerint magis peccatores, quam Hebræi: tamen non debuit ex illis nasci, a quibus segregatus erat, quoad culpam. Vt autem daretur indicium sanctitatis natus est ex quibusdam iustis: & ideo etiam instituit quædam sanctitatis signa, quæ cœperunt in Abraham, cui primum facta fuit incarnationis promissio.

Quæstio 5. De modo vnionis ex parte partium humanæ natu ræ.

Art. 1. Vtrum Dei filius debuerit assumere verum corpus.

1. Concl. Filius Dei debuit assumere verum corpus.

1. *Saphantas a fuit Corpus Christi, aut Aug. fefellit si fefellit, veritas non est.*

2. *Verum corpus pertinet ad veram naturam humanam. Ergo, supposito ex dictis, quod debuerit naturam humanam assumere, debuit assumere verum corpus.*

3. *Si non habuisset verum corpus, nihil vere egisset, nec vere mortuus esset; & proinde non esset vera salus hominis.*

4. *Ex persona sumentis, qui est ipsa veritas: ideo ipse sustulit hunc errorem, cum dixit, palpate, &c.*

Luc. vlt. † 2. Concl. Phil. 2. Cum dicitur, *in similitudinem hominum factus*, sensus est, in vera natura humana, in qua omnes sunt similes: Vnde subditur factus est obediens vsque ad mortem.

3 Concl. Per hoc quod assumpsit corpus, non est diminuta eius dignitas: quia non est factus corpus; quod diuinæ simplicitati repugnat.

4. Concl. Figura debet respondere rei, quæ assimilitudinem, non quoad veritatem: quia alias esset res ipsa. Vnde apparitiones fuerunt secundum apparentiam: At apparitio Verbi Dei fuit secundum veritatem.

Art. 2. Vtrum filius debuerit assumere corpus terrenum.

1. Concl. Corpus Christi non debuit esse cæleste, sed carneum.

1. *Luc. vlt. spiritus carnem & ossa non habet, &c.*

2. *Si sumpsisset corpus cæleste, vt voluit Valentinus, non salvaretur vera natura humana, quæ requirit carnem & ossa.*

3. *Derogaret veritati corporis, quæ Christus assumpsit.*

3. *Derogaret veritati divinæ: quia si esset falsa demonstratio, cum se hominem hominibus demonstraverit.*

† 2. Cor. 1. Cor. 15. Dicitur descendisse de cœlo, ratione naturæ diuinæ: quia hic novo modo apparuit: vel ratione corporis, ibidē, quod virtute cœlesti est formatum.

3. Concl. Cum dicitur, *caro & sanguis non possidebunt regnum, &c.* sumitur caro pro corruptione carnis. quoad culpam.

4. Conc. Ad gloriam Christi pertinet, quod corpus tam vile ad tantam gloriam euexerit: vt si artifex ex luto infimo quid præclarum formaret.

Art. 3. Vtrum filius Dei assumpserit animam.

1. Concl. Falsum est quod filius Dei solum carnem assumpserit absque anima, & quod Verbum fuerit loco animæ, vt voluit Apollinaris.

Cap. 21 Cap. 13. 1. *Ex Aug. lib. de agone christiano, & lib. contra Felicianum.*

2. *Matth. 26. tristis est anima mea; & Ioan. 20. potestatem habeo ponendi animam. Nec in hoc locis sumuntur hæc a metaphorice: quia vt quæ ibi habentur demonstrant verum corpus: ita demonstrant veram animam.*

3. *Iste error derogat veritati incarnationis, quæ est liberatio hominis: vt contra Felicianum ait Aug. quia si anima non fuisset assumpta, non fuisset sanata.*

4. *Est etiam contra veritatem incarnationis: caro enim & partes hominis per animam speciem sortiuntur sine qua æquiuoce dicuntur. Sequitur enim ex isto errore in Christo non fuisse duas naturas.*

† 2. Concl. Ioan. 1. Cum dicitur, *Verbum caro factum est*, sumitur caro pro toto homine; nominauit autem carnem, quia minus assumptibilis, videbatur.

Psalm 35. 3. Conc. Verbum est fons vitæ, tanquam prima causa, sed anima est principium vitæ tanquam forma; forma autem est effectus tanquam agentis: ex qua verbi præsentia magis concluditur, quod corpus sit animatum; vt ad præsentiam ignis, quod lignum sit calidum.

4. Concl. lib. 3. c. 3. In Christo fuit natura, quæ insurgit ex vnione animæ cum corpore: non tamen est communis species, quæ resultet ex vnione hypostatica, & hoc dicit Damasc.

Art. 4. Vtrum filius Dei assumere debuerit intellectum.

Filius Dei assumpsit intellectum.

1. Concl. b. de fide cap. 4. matth. 3. *1. Intellectum quoque animæ, ait Augustinus se dixisse habere, dicens discite a me, &c. Vnde damnantur Apollinaristæ dicentes, Verbum fuisse loco animæ.*

2. Ista opinio aduersatur narrationi euangelicæ, quæ ait, Christum fuisse admiratum.

3. Repugnat veritati incarnationis, quæ est iustificatio animæ a peccato, cum anima non sit capax sicut nec gratiæ, nisi per mentem, quam si non assumpsit non curauit.

Dam l. 3. c. 6. li. 83. q. 30. *4. Repugnat veritati incarnationis, quia non est vera anima sine mente, nec vera caro sine vera anima Vnde, si ait Augustinus Dei filius fuisset quædam bestia in forma humana.*

† 2. Concl. Cum præsentia rei requiritur imago eius, vt perficiatur ex rei præsentia, & ita ad præsentiam Verbi fuit necessaria eius imago, id est, mens.

3. Concl. Lux maior non euacuat minorem lucem, sed perficit lumen corporis illuminati, sicuti lux solis aeremi: sic præsentia Verbi mens humana perficitur.

4. Concl. Licet intellectus non sit actus corporis, tamen assumptus est, quia essentia animæ, quæ est forma corporis, requiritur quod sit nobilior, ad hoc quod habeat potentiam intelligendi: & ideo necesse est, vt corpus: melius dispositum ei respondeat.

Quæstio 6. De modo assumptionis, quantum ad ordinem.

Artic. 1. Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

1. Concl. MEdium dicitur respectu principii, & finis, & ordinem importat, sicuti & ista.

2. Concl. Ordo est duplex, alter temporis, alter naturæ, qui attenditur, vel secundum gradum dignitatis, & sic Angeli dicuntur medii inter Deum, & homines, vel secundum causalitatem, & sic causa media, est inter primam, & effectum vltimum.

3. Concl. In assumptione non est medium temporis. *Quia Verbum totam naturam simul sibi vnit.*

4. Concl. Ordine naturæ secundum perfectionem, caro est assumpta mediante anima, id est, nisi caro fuisset animata, non fuisset assumpta. Ita Augustinus qui ait per animam fuisse assumptum corpus.

Epist 3. ad Volus. 5. Concl. Ordine causalitatis anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei. Non enim esset assumptibilis, nisi per ordinem ad animam rationalem, a qua habet, quod si caro humana.

† 6. Concl. Inter Deum & creaturam est duplex ordo: alter essendi, & sic omnia immediate à Deo pendent, & est in omnibus: alter, quo reducitur in Deum; vt in finem, & sic reperitur medium inter Deum, & creaturam.

Quia per superiores reducuntur inferiores, & ad hunc ordinem pertinet assumptio.

7. Concl. Si hypostasis constitueretur per humanam naturam, corpus esset ei vicinius, quia est principium individuationis propter materiam: sed quia hypostasis verbi est prior & altior, quam natura humana, ideo quod est in ea perfectius, est ei propinquius.

8. Concl. Separata anima a corpore, remanet corpus vnitum.

Quia, licet aliquid sit causa secundum congruentiam fieri; tamen in facto esse potest ab eo non pendere.

Art. 2. Vtrum filius Dei assumpserit animam mediante spiritu, siue mente.

1. Concl. lib. de Ago. Christi. 2. cap. 18. Filius Dei assumpsit animam mediante spiritu, seu mente.

1 Per spiritum animam, & per animam corpus accepit, ait Aug. Hoc fuit conueniens propter dignitatem, quia anima non est assumptibilis secundum congruitatem, nisi quia est capax Dei, vt est eius imago, quod conuenit secundum mentem quæ spiritus dicitur.

Ephes. 4. *2. Ratione ordinis, quia intellectus inter alias partes animæ est superior, & dignior, & Deo similior, ex Damasc.*

lib. 3. c. 6. Licet intellectus non sit ab anima secundum essentiam; tamen ab aliis partibus distinguitur secundum rationem, & secundum hoc competit ei ratio medii.

† 2. Concl. Spiritui angelico deest congruentia assumptibilitatis propter irreparationem.

3. Concl. Hoc loco anima non sumitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentiis communis, & est prior, sed pro potentiis inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

4. Concl. *Art. 3. Vtrum anima a Dei filio prius fuerit assumpta, quam caro.*

1. Concl. Inconueniens est animam Christi à principio fuisse creatam, & non statim vnitam verbo.

Quia habuisset aliquando propriam subsistentiam, & vna cum fuisset vnita, vel non fuisset facta vnio secundum substantiam, vel subsistentia pra existens fuisset corrupta.

2. Concl. epist. 12. Inconueniens est, si dicatur à principio fuisse verbo vnitam, & postea in vtero virginis incarnatam.

Quoniam non videretur esse eiusdem naturæ cum nostris, quæ simul creantur, & corporibus inspirantur: cum tamen sit eiusdem naturæ, vt ait Leo Papa.

3. Concl. lib. 4. c. 6. Anima non est assumpta prius, quam caro.

1. *Ex Damasc. qui hoc docet.*

2. *Quia animæ non sunt creatæ à principio, vt existimauit Orig.*

† 4. Concl. Anima Christi dicitur esse medium ad vnionem verbi, sed non secundum ordinem temporis.

5. Concl. Anima Christi excellit nostram, non sublimitate generis, sed virtutis, & gratiæ: modus autem creationis respondet naturæ, vt talis est.

6. Concl. Ioan. 1. Rom. 4. De plenitudine Christi omnes accipimus secundum fidem quam habemus in Christū, & quia vim habent iustificandi secundum propositum gratiæ Dei, quod propositum est æternum, non implicat aliquem iustificari per fidem Christi, antequam anima eius sit plena gratiæ.

Art. 4. Vtrum caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quam anima vnita.

1. Concl. Caro Christi non est prius assumpta à Verbo, quam animæ vnita.

1. *Simul caro, & Dei Verbi animata caro rationalis & intellectiua, ait Damasc.*

lib. 3. c. 2. 2. *Caro est assumptibilis secundum ordinem, rationalem, & ad suam formam, sed hunc ordinē non habet antequam anima adueniat, simul enim materia sit propria alicuius formæ, & recipit illam, ideo in eodem instanti terminatur alteratio, in quo introducitur forma. Quare non debuit caro assumi, antequam esset caro humana, quod fit aduenientе anima rationali.*

3. *Anima non est prius assumpta, quam vnita carni. Ergo nec caro antequam esset vnita animæ.*

† 2. Concl. Caro habet esse per animam, & ante animam est dispositio ad carnem: sed in Christo Spiritus sanctus vnico instanti materiam disposuit, & perfecit.

3. Concl. Est contra rationem formæ, quod præexistat naturæ speciei: quia perficitur per vnionem ad materiam: Differentia inter originē nostram, & Christi est, quod caro nostra prius concipitur, quam animetur, non autem caro Christi

4. Concl. Verbum prius natura dicitur vnitum carni, quam animæ secundum modum communem essendi in omnibus.

Art. 5. Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

1. Concl. Cum dicitur aliquid medium in assumptione incarnationis, non designatur ordo temporis.

Quia simul facta est assumptio totius, & omnium partium.

2. Concl. Designatur autem ordo naturæ, vt prius, quod est prius natura, assumatur posterius, qui ordo attenditur, vel ex parte agentis, vel ex parte materiæ, hæ enim causæ præexistunt rei.

3. Concl. Ex parte agentis illud est simpliciter primum, quod prius esse intentum, & secundū quid id, à quo incipit operatio: at ex parte materiæ, id est prius, quod in eius transmutatione est prius.

4. Concl. Verbum Dei secundum ordinem intentionis assumpsit partes humanæ naturæ, mediante toto.

1. *In Christo, ait Damasc. non partes partium inuenimur, sed quæ proxime componuntur, id est deitatem, & humanitatem. At humanitatis est quoddam totum. Ergo.*

lib. 3. c. 16. 2. *Ordine naturæ secundum intentionem agentis prius simpliciter est completum, quam incompletum, & secundum quid partes, & inde incipit operatio. Sed in incarnatione oportet attendere ordinem ex parte agentis, quia, vt ait Aug. in talibus, tota ratio facti, est voluntas facientis.*

Epist. ad Volus. 3. *Ex proportione, assumpsit carnem propter ordinem ad animam. Ergo & partes propter ordinē ad naturam, & totum.*

† 5. Concl. Aug. de act. Christ. c. 18 6. Concl. Assumptio partium est prior via executionis, & operationis, non tempore, sed intellectu: assumptio vero naturæ prior intentione.

Deus ita est simplex, vt sit perfectissimus, & sic totum est magis simile Deo, quam partes.

7. Concl. Vnio personalis est ad quam terminatur assumptio, non autem vnio naturæ, quæ resultat ex coniunctione partium.

Artic. 6. Vtrum humana natura sit assumpta mediante gratia.

Gratia habitualis non potest intelligi, vt medium in assumptione humanæ naturæ.

1. *Gratia nec modo accidentis est quoddam accidens. Sed vnio est facta faciendum subsistentiam. Ergo non est facta mediante gratia.*

Artic. 4. Vtrum in Christo fuerit spes.

1. Concl. Christus non habuit virtutem spei, vt est virtus theologica.

Rom. 8. 1. *Quid videt quis, vt Paul. quid sperat: & ita ipse est de non visis, sicut & fides. Sed in Christo non fuit fides. Ergo nec spes.*

2. *Spes est de Deo non habito, & de obiecto, & patet fide, quam est de Deo non viso. & sicut est virtus theologica. Sed Christus a principio conceptionis plene habuit fruitionem diuinam, Ergo.*

2. Concl. Christus habuit spem respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, vt immortalitatis, &c.

Nam licet ipse pro obiecto habeat Deum, tamen ex consequenti, etiam alia nondum adepta sperantur, sicut fide non solum credimus Deum, sed etiam alia reuelata, ut nondum erat adeptus omnem perfectionem. Ergo.

3 Concl. Quia Christus plene videbat omnia, totaliter ab eo excludebatur fides: non autem totaliter spes, cum non haberet plene omnia:

Psal 31. Illud, *In te speraui*, non intelligitur de spe, quæ est virtus Theologica, sed de ea, qua speravit non habita.

† 4 Concl 5. Concl. Gloria corporis pertinet ad beatitudinem per redundantiam, & hanc non respicit spes Theologica, quæ solum Deum respicit, qui per se pertinet ad beatitudinem.

6. Concl. Actualitas Ecclesiæ non pertinet per se ad perfectionē Christi, quia in se est perfectus, sed ad perfectionem, quam alios perfecit. At spes datur de eo, quod expectatur habendum in se, non in alio.

Artic. 5. Vtrum in Christo fuerint dona.

1. Concl. cap 4. In Christo fuerunt excellentissime dona.

1. *Apprehenderunt, ait Isa. septem mulieres id est septem dona Virum Vnum, id est Christum, ait Glos.*

Luc. 4. 2. *Anima Christi perfectissime mouebatur à spiritu sancto, iuxta illud, Iesus autem plenus. &c. Ergo in ea erant excellentissima dona, sunt enim perfectiones potentiarum animæ, vt sunt natæ moueri à spiritu sancto.*

2. Concl. Quod perfectum in sua natura indiget auxilio alterius naturæ altioris, ita virtutes, quæ in Christo erant perfectæ, indigent auxilio donorum, quæ perficiunt potentias, vt mouentur a spiritu sancto.

3. Concl. lib. 2. Moral. c. 41. Christus alia ratione dat, alia ratione recipit: dat vt Deus, recipit, vt homo. Vnde Gregor. Spiritus sanctus ab humanitate Christi nūquam recedit, ex cuius diuinitate procedit.

4. Concl. Christus fuit comprehensor & viator, & ita habuit cognitionem patriæ, & viæ: cum dona secundum aliquem modum maneant etiam in patria.

Art. 6. Vtrum in Christo fuerit donum timoris.

1. Concl. Timor respicit duo obiecta, scilicet malum terribile, & eum qui potest malum inferre, cui propter suam eminentiam non potest resisti: & ita aliquis timetur ob eminentiam.

2. Concl. In Christo non fuit timor, vt dicit malum separationis a Deo, vel malum pœnitentiæ, propter culpam.

3. Concl. In Christo fuit donum timoris, prout timor respicit diuinam eminentiam, quam timor reuereretur.

1. *Isa. 11. replebit eum spiritus timoris domini.*

2. *anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum a Spiritu sancto, quia omnibus creaturis est pro sua reuerentia. Ergo Hunc autem effectum pra cæteris omnibus habuit Christus, ideo ei tribuitur plenitudo timoris.*

4. Concl. Virtutes & dona respiciunt bonum ex se, malum ex consequenti: vnde de ratione timoris non est malum, sed excellentia boni, propter quod illud potest inferri: at spes auctorem boni, & ipsum bonum respicit.

5. Concl. Secundum procedit de timore, vt respicit malum.

6. Concl. Caritas pellit timorem seruilem, qui respicit pœnam per se.

Artic. 7. Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

1. Concl. In Christo excellentissime fuerunt omnes gratiæ gratis datæ, vt in primo & principali fidei auctore.

1. *Ex Aug. Sicut capite sunt omnes sensus, ita & in Christo fuerunt omnes gratiæ.*

2. *Gratiæ gratis datæ debent esse in eo, qui docet, cum detur ad manifestationem spiritualis doctrinæ, quia alia doctrina esset inutilis. Sed spiritualis doctrinæ & patet primus & principalis doctor est Christus, iuxta illud, Cum iniquum accepisset, &c. Ergo.*

1. Concl. Tam gratia gratum faciens, etiam gratis data in Christo fuit plenissima, quatenus eius anima erat Vnita diuinitati: at sancti, qui mouentur a Deo, vt instrumenta separatim recipiūt particularem gratiam ad hos actus, & ideo in illis diuiduntur, non in Christo

Concl. Christus est Dei virtus, vt Deus est, & sic non accipit dona gratis data.

Concl. Christus venit, vt minister circumcisionis, ideo non opus fuit, vt loqueretur pluribus linguis: nouit tamen omnes linguas, qui nouit omnium corda, quorum voces sunt indiciat: nec hoc donum fuit frustra, sicut non est frustra habitus, quando quis non vtitur, si non est occasio.

Art. 8. Vtrum in Christo fuerit prophetia.

In Christo fuit prophetia.

1. Concl. *1. Deut. 18. Prophetã suscitabit &c. Io. 4. non est prophetæ sine honore, &c.*

2. Quicunque viator cognoscens procul existentia à notitia aliorum, cum quibus existit, est propheta, propheta enim dicitur, quasi procul fans, & procul videns; quæ sunt procul ab hominum sensibus, & in occasu, qui nobiscum sunt, licet occulta viderant, non tamen sunt prophetæ, cum non attingant nostrum statum. Sed Christus ante passionem, non solum fuit comprehensor, sed etiam viator & quæ procul erant ab aliis, cognoscebat. Ergo.

† 2. Concl. De ratione prophetiæ non est ænigmatica cognitio: verum Christus ratione imaginatiuæ quasdam similitudines potuit habere, quibus diuina contemplaretur.

3. Concl. Prophetia est eorũ, quæ procul sunt à communi sensu eorum, quibus cum propheta conuersatur: vnde prophetia non repugnat Christo, vt fides & spes.

4. Concl. Angelus, cum sit comprehensor, est supra propheram, qui est purus: viator, non autem supra Christum, qui fuit simul viator & cõprehensor.

Art. 9. Vtrum in Christo fuerit plenitudo gratiæ.

1. Concl. In Christo fuit plenitudo gratiæ.

Io. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Ergo.

2. Concl. Plene habetur, quod perfecta, & totaliter habetur: vel secundum quantitatem intensiuam, vt si albedo habeatur, quantum nata est haberi: vel secundum virtutem, id est secundum omnes effectus, quomodo vita est plene in nomine, & non in bruto.

Concl. In Christo fuit plenitudo gratiæ intensiue, & in summo, vt haberi potest.

1. *Esset anima Christi inter omnes creaturas proximissima Deo, qui est causa influens gratiam. Ergo debuit gratiam maxime recipere.*

2. *Si recipiebat gratiam, sed ex ipso quodammodo transfunderetur in alios. Ergo debuit habere maximam gratiam: sicut ignis, qui est causa caloris in aliis, debet esse maxime calidus.*

4. Concl. In Christo fuit plenitudo gratiæ quantum ad virtutem.

Quia eam habuit ad omnes operationes, & effectus eius: quoniam ex conferebatur, vt vniuersale principio in genere habentium gratiam. Vt vniuersale principium in aliquo genere se extendit ad omnes effectus illius generis, vt Sol, qui est vniuersalis causa generationis, sua virtute extenditur ad omnes generationes. Ergo gratia Christi se extendet ad omnes effectus gratiæ, qui sunt, virtutes, dona, & cætera.

† 5. Concl. Fides & spes nominant effectus gratiæ cũ defectu ex parte recipientis gratiam, vnde in Christo non fuerunt nisi secundum, quod perfectionem dicunt: sicut in igne non sunt omnes modi caloris ex defectu subiecti, sed quod pertinet ad perfectionem caloris.

6. Concl. Facere iustum ex impio accidit gratiæ ex parte subiecti: vnde anima Christi in instanti facta est iusta.

7. Concl. Plenitudo gratiæ attribuitur animæ Christi secundum capacitatem creaturæ, non in comparatione ad infinitatem bonitatis diuinæ.

Art. 10. Vtrum plenitudo gratiæ sit propria Christo.

1. Concl. Plenitudo gratiæ attenditur, vel ex parte ipsius gratiæ, prout quis pertingit ad summũ gratiæ quantum ad eius essentiam, & virtutem id est intensiue, & extensiue: alio modo ex parte subiecti, prout quis habet plene gratiam pro sua conditione, iuxta terminum præfixum ei à Deo secundum mensuram donationis Christi, hoc est secundum virtutem, prout habet gratiam pertinentem ad summ statum. *Mihi enim, &c. dixit Paul.*

2. Concl. Ephes 4. Ephes. 3. Ioann. Plenitudo gratiæ primo modo est propria Christo.

1. *Christo tribuitur plenitudo gratiæ, vt est vnigenitus à patre. Sed esse vnigenitum est proprium Christo. Ergo.*

2. *Solus Christus habuit plenitudinem gratiæ, quantum ad essentiam, & virtutem, vt est dictum. Ergo.*

3. Concl. Plenitudo gratiæ secundo modo, non est proprium Christo, sed communicatur aliis per Christum.

4. Concl. Beata Virgo, & sancti, dicuntur plenigratiæ secundo modo ex parte subiecti secundum statum, ad quem Deus eos elegit, quę

plenitudo est maior, vel minor pro statuum varietate.

Ephes. 3. Illud, *vt impleamini omni virtute Dei*, intelligitur ex parte subiecti in comparatione ad id, ad quod homo à Deo est ordinatus, quod vel est aliquid commune, vt fruitio Dei, vel aliquid speciale, quod pertinet ad excellentiam aliquorum.

5. Concl.

6. Concl. Tam in patria, quam in via sunt quædam dona communia; & de his intelligitur Gregor. cum ait, *nihil possidere singulariter*: sunt tamen in vtroque statu aliquorum prærogatiuæ.

Hom. 34. in Euang.

Art. 11. Vtrum Christi gratia sit infinita.

1. Concl. Gratia vnionis in Christo, quæ est vnire personaliter Verbum, est infinita.

Quoniam persona, quæ communicatur est infinita.

2. Concl. Gratia habitualis Christi, vt ens, est infinita.

1. Quia est quid creatum in anima. Sed omne creatum est finitum; quia omnia in pondere, & mensura sunt facta.

Cap. 11. *2. Gratia est in anima Christi, vt in subiecto. At anima Christi, habet capacitatem finitam, cum sit creata. Ergo.*

3. Concl. Gratia habitualis Christi secundum propriam rationem gratiæ potest dici infinita.

Quoniam gratia, quæ habet quidquid potest pertinere ad rationem gratiæ, & non datur secundum mensuram, in ratione gratiæ, potest dici infinita, sicuti si dicamus lucem Solis esse infinitam, quia habet, quidquid ad rationem lucis pertinet. At gratia Christi est huiusmodi; quia data est ei, vt vniuersali principio gratificationis in humana natura. Deus enim gratificauit nos in Christo. Ergo.

†4. Concl. Ephes. 1. Pater non dat filio, secundum mensuram, vel ratione diuinitatis, quam totaliter communicat, vel personæ, quæ est infinita, vel gratiæ secundum quod non est ei data, secundum certam latitudinem; sed ad omnes effectus.

5. Concl. Gratia Christi habet infinitum effectum, tum propter vnionem, tum propter infinitatem dictam.

6 Concl. Minus, potest venire ad quantitatem maioris in his, quæ sunt eiusdam generis: at gratia alterius hominis ad illam Christi se habet, vt virtus particularis ad vniuersalem; vt virtus ignis ad virtutem Solis: vnde non potest eam adæquare, licet augeatur.

Art. 12. Vtrum gratia Christi possit augeri.

1. Concl. Aliqua forma non potest augeri, vel ex parte subiecti, quod attingit vltimum gradum illius secundum modum suum, vt aer haberet vltimum gradum caloris, qui potest esse in eius natura; vel ex parte formæ, cum subiectum attingit vltimam perfectionem, quam potest forma illa habere in natura, vt si dicas calorem ignis non posse augeri, quia non potest dari maior. Idem dicas de gratia, *Sap. 11.* cum omnia facta sint in mensura.

2. Concl. Mensura formæ præfigitur per comparationem ad suum finem: Finis autem gratiæ est vnio creaturæ rationalis cum Deo.

3. Concl. Ioan. 1. Gratia Christi non potest augeri ex parte ipsius gratiæ.

1. Quia vidimus eum, quasi vnigenitum, & cæter. Sed nihil potest esse, aut intelligi maius, quam quod quis sit vnigenitus à Patre. Ergo nec gratia maior illa Christi.

2. Quia non potest esse maior vnio creaturæ cum Deo, quam quæ est in persona. Ergo gratia Christi venit ad summam mensuram.

4. Concl. Gratia Christi non potest augeri ex parte subiecti.

Nam ab instanti conceptionis fuit verus, & plenus comprehensor. Ergo in eo non potest augeri gratia, sicuti nec in beatis, cum sint in termino.

5. Concl. Gratia puri viatoris potest augeri ex parte formæ, quia non attingit summum gradum, & ex parte subiecti, quia non est in termino.

†6. Concl. Quantitati mathematicæ potest fieri additio, non autem naturali, idq; ex parte formæ, cui debetur certa quantitas: & ita magis debetur terminus formis: vnde gratiæ Christi non potest fieri additio, licet sit finita secundum essentiam.

7. Concl. Quamuis virtus diuina possit facere aliquid maius & melius, quam sit habitualis gratia Christi: non tamen potest facere, quod ordinetur ad aliquid maius, quam sit vnio personalis ad Filium vnigenitum a Patre: cui vnioni sufficienter correspondet talis mensura gratiæ secundum definitionem diuinæ sapientiæ.

8 Concl. In sapientia & gratia aliquis potest proficere dupliciter: vno modo secundum ipsos habitus sapientiæ, & gratiæ augmentatos: & sic in eis Christos non proficiebat: alio modo secundum effectus, prout quis sapientiora & virtuosiora opera fecit, & sic Christus proficiebat sapientia & gratia, sicuti &

ætatem: secundum processum ætatis operatio perfectiora faciebat, vt se verum hominem demonstraret, & in his, quæ sunt ad Deum, & in his, quæ sunt ad homines.

Art. 13. Vtrum Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad vnionem.

Gratia vnionis præcedit gratiam habitualem in Christo non ordine temporis, sed naturæ, & intellectus.

1. *Isa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum: & postea sequitur, dedi Spiritum meum, &c.*

2. *Principium gratiæ vnionis est Filius, qui dicitur missus, secundum naturam humanam: principium gratiæ habitualis est Spiritus sanctus, qui dicitur missus secundum gratiam: quia habitat in mente. At missio Filii secundum ordinem naturæ est prior missione Spiritus sancti, qui à Filio procedit. Ergo.*

3. *Ex habitudine gratiæ ad suam causam: gratia enim causatur in homine ex præsentia diuinitatis, vt lumen ex præsentia solis: 22. concl. 4. Sed præsentia Dei in Christo est prius secundum vnionem ad quam sequitur gratia habitualis, vt ad solem sequitur lumen. Ergo.*

4. *Ex fine gratiæ gratia est ad bene agendum, actiones autem sunt suppositorum, & ita actio & gratia supponunt hypostasim operantem, quæ non supponitur in natura humana ante vnionem.*

Augustinus lib. de prædestinat. sanct. cap. 15. vocat gratiam gratuitam Dei voluntatem, gratis beneficia largientem: & propter hoc, eadem gratia dicit hominem quemcunque fieri Christianum, qua gratia factus est homo Christus: quia vtrunque absque meritis gratuita Dei voluntate factum est.

Dispositio, via generationis præcedit perfectionem, ad quam disponit: sed etiam perfectionem naturalem sequitur, quam quis consequutus est: vt calor ad formam, quam postea sequitur. Sed quoniam vnio facta est sine successione, gratia non præcessit, sed secuta est, vt quædam proprietas naturalis. Vnde Christo, ex August. in Enchiridio, cap. 40. gratia est quodammodo naturalis.

Commune est prius proprio, si vtrunque sit vnius generis, sed in his, quæ sunt diuersorum generum, nihil prohibet proprium esse prius communi. Gratia autem vnionis non est in genere gratiæ habitualis, sed est supra omne genus, sicut & ipsa persona. Itaque nihil prohibet proprium esse prius communi, cum nomen habet per additionem, sed potius tanquam principium & origo eius, quod est commune, sicuti gratia vnionis, ad habitualem, quæ ex illa fluit.

Quæstio 8. De gratia Christi, secundum quod est caput Ecclesiæ.

Art. 1. Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

CHristus conuenienter dicitur caput ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis. 1. Concl.

1. *Ipsum, ait Paulus, dedit caput supra omnem ecclesiam.* Ephes. 1.

2. *Tota ecclesia dicitur vnum corpus secundum similitudinem corporis humani, vt docet Paulus. Ergo Christus erit caput ecclesiæ: ex dicto.*

3. *In capite sunt tria scilicet ordo, quia est prima pars, & ita omne principium dicitur caput: perfectio, quia in eo sunt omnes sensus interiores, & exteriores: virtus & motus, & sic rectores dicuntur capita, quia alios mouent. Sed hæc tria conueniunt Christo spirituali. Ergo Est enim prior dignitate, & gratia, quia omnes alii acceperunt gratiam per reflectum ad gratiam ipsius iuxta illud, quos præscit, &c conuenit etiam ei perfectio propter plenitudinem omnium gratiarum iuxta illud, vidimus eum plenum gratiæ, &c Est etiam in eo virtus influendi gratiam in omnia membra, iuxta illud, de plenitudine eius omnes accepimus, &c. Ergo.* Rom. 8. Ioan. 1.

Christus, vt homo, non dat gratiam per auctoritatem, sed meritorie, & efficienter instrumentaliter; cæteri dant ministerialiter † 2. Concl.

In corpore similitudinario, vna multitudo est ordinata ad alteram; & ita vnum caput, verbi gratia familiæ, potest habere alterum, videlicet ciuitatis, caput, & ita Christus habet Deum, cum tamen ipse sit caput ecclesiæ. 3. Concl. Caiet.

Caput habet manifestam præeminentiam respectu membrorum, cor non ita, sed influentiam occultam; cui comparatur Spiritus sanctus, quo inuisibiliter viuificat ecclesiam. 4. Concl.

Christus secundum visibilem naturam comparatur capiti, secundum quam homo hominibus præfertur.

Art. 2. Vtrum Christus sit caput hominum quantum ad corpora, vel solum quantum ad animas.

1. Concl. Philip. 3. Tota Christi humanitas scilicet secundum animã & corpus influit in homines, & quantum ad animam & quantum ad corpus, sed principaliter quantum ad animam, secundario quantum ad corpus.

1. Reformabit, ait Paulus, corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.

2. Humanitas Christi habet vim influendi, vt est coniuncta verbo, cui corpus & anima per animam, & corpus humanum habet ordinem ad animam, & vt materia ad formam, & vt instrumentum ad motorem. Ergo humanitas Christi agit in vtrunque, sed prius in vnum, secundario in alterum.

2. Concl. Rom. 6. Rom. 8. Agit in corpus, vt eius membra exhibentur arma iustitiæ, quæ est in anima à Christo, & vt gloria animæ redundat in corpus.

† 3. Concl. Sensus spiritualis animæ venit ad corpus secundario, & instrumentaliter.

4. Concl. Licet corpore communicemus cum brutis: tamen nostrum corpus habet ordinem ad animam rationalem, non sic corpus brutorum quorum Christus non est caput.

5. Concl. 1. Cor. 15. Licet Christus acceperit materiam corporis ab homine: vitam tamen immortalem nos accipiemus a Christo, in quo omnes vivificabuntur.

Art. 3. Vtrum Christus sit caput omnium hominum.

1. Concl. 1. Tim. 4 1. Ioan. 2. Hæc est differentia inter corpus hominis naturale, & corpus mysticum ecclesiæ, quod illud habet omnia membra simul, hoc non habet omnia simul, nec quoad esse naturæ, neque quoad esse gratiæ, & ita conficitur ex omnibus hominibus à principio mundi vsq; ad finem, & ex membris etiam in potentia; quæ vel nunquam reducitur ad actum: vel reducta est ad actum; & hoc tripliciter, vel per fidem, vel vel caritatem, vel per gloriam: vel aliquando reducetur.

2. Concl. Christus genetali quadam ratione est caput omnium hominum secundum totum tempus mundi.

Quia dicitur Saluator omnium, & propitiatio pro peccatis totius mundi. Sed hæc conueniunt Christo, vt est caput. Ergo.

3. Concl. Christus est caput omnium secundum diuersos gradus, scilicet secundum quinq; gradus, in actu credentium, diligentium, & fruentium: in potentia eorum, qui secundum diuinam prædestinationem, qua aliquando fient membra, & eorum, qui nunquam fient membra, scilicet eorum, qui non sunt prædestinati. Ergo erit omnium caput secundum diuersos gradus.

4. Concl. Infideles sunt membra in potentia, quæ fundantur in merito Christi, & in libero arbitrio.

5. Concl. Ecclesia sine ruga, & macula erit in patria: qui sunt membra viuta per caritatem: sunt membra actu, qui fide tantum sunt in potentia, vel sunt membra imperfecte, prout recipiunt a Christo actum vitæ, quod est credere.

6. Concl. lib. 2. de remo. & rem. c. 2. Patres veteres seruando legalia, ferebantur in Christum, prout Christus erat in illis, vt in imagine: quia ex Aristo. idem est motus in imaginem, & rem: ideo pertinebant ad corpus ecclesiæ.

Art. 4. Vtrum Christus sit caput Angelorum.

1. Concl. Coloss. 2. Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorum.

1. Quia dicitur caput omnis principatus. Ergo.

2. Angeli, & homines ordinantur ad vnum finem, id est ad fruitionem Dei. Ergo corpus mysticum ecclesiæ constat ex Angelis, & hominibus: quia corpus secundum similitudinem dicitur quæcunq; multitudo ordinata in vnum, secundum diuersos actus, & officia. Ergo tota hæc multitudo debet habere vnum caput, quia vnius corporis est vnum caput. At hoc caput est Christus; quia est propinquior Deo, & perfectius participat dona, & influit etiam in angelos. Ergo. Idem patet ex Paulo, quia: Deum constituisse Christum dominum super omnem potestatem in hoc & futuro sæculo, &c. ideo Angeli ministrarunt.

Ephes. 1. Matth 4. Influentia Christi principaliter respicit animam, qua, saltem in genere, conueniunt homines cum Angelis, & Christus ita cum illis conuenit, & potest in eos influere.

† 2. Concl. Quia Christus fuit viator, & comprehensor: ideo vtriusque status fuit caput, vt perfectus viator, & comprehensor, quoad gratiam, & gloriam.

3. Concl. Christi humanitas potest etiam in angelis aliquid causare, propter coniunctionem ad diuinitatem.

4. Concl. *Art. 5. Vtrum gratia Christi, secundum quam est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius secundum quod est quidam homo singularis.*

1. Concl. Eadem est secundum essentiam gratia personalis, qua anima Christi est iustificata, & gratia eius, secundum quam est caput ecclesiæ iustificans alios.

1. Christus est caput nostrum, prout de eius plenitudine accepimus. Sed hanc habuit, quatenus in eo fuit gratia personalis perfecte, vt est dictum. Ergo istæ gratiæ re non differunt.

2. Eadem est gratia, qua Christus est gratus Deo, & influit in alios, quia gratia, qua influit, est gratia capitis superabundans, & eminens: agens enim influens debet habere præeminentiam supra passum. Ergo eadem erit gratia: qua est influens, & qua influit; quoniam idem est, quo aliquid est actu, & quo agit: vt ignis, qui calefactus est calidus, & eadem agit.

2. Concl. Istæ duæ gratiæ differunt ratione, quatenus eadem gratia animam sanctificat, & in alios influit.

†3. Concl. Per Peccatum Adæ persona corrupit naturam, qua peccatum deriuatur in posteros, prout natura corrupta corrumpit personam, at gratia Christi non deriuatur mediante natura, sed mediante personali actione Christi: vnde in Christo non est assignanda duplex gratia, naturæ scilicet, & personæ.

4. Concl. Diuersi actus, quorum vnus est ratio, & causa alterius, non diuersificant habitum; ideo actus gratiæ sanctificantis habentem, est etiam ratio iustificationis aliorum.

5. Concl. Gratia vnionis ordinatur ad esse, vnde non conuenit cum aliis gratiis, quæ sunt ad actū: licet gratia personalis prout facit congruitatem ad vnionem, possit dici gratia vnionis, & tunc vna per essentiam esset gratiam vnionis capitis, & singularis personæ.

Artic. 6. Vtrum esse caput ecclesiæ sit proprium Christo.

1. Concl. Caput influit in alia membra, vel in fluxu interiore, prout virtus motiua, & sensitiua a capite deriuat in alia membra, vel quantum ad exteriorem gubernationem, & sic per visum & sensus, qui sunt in capite, dirigitur homo in exterioribus actibus.

2. Concl. Esse caput secundum influxum est proprium Christo.

1. Coloss. 2. caput ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus, &c. quæ soli Christo conueniunt. Ergo.

2. Sola Christi humanitas habet vim iustificandi, quia est coniuncta Verbo. Ergo.

3. Concl. Esse caput ecclesiæ secundum gubernationem exteriorem est commune Christo cum aliis.

Quia Amos 6. optimates capita vocantur: vnde patet ad primum.

†4. Concl. Esse caput hoc modo, differenter conuenit Christo, & aliis.

1. Christus est caput omnium secundum omnem locum, & tempus, & statum: alii vero vel secundum locum, vel tempus, &c.

2. Christus est caput propria virtute, & auctoritate alii quia gerunt vicem Christi, cuius legatione funguntur.

5. Concl. 2. Cor. 2. Cum caput influat, intrinseco influxu, & secundum exteriorem gubernationem, homini non conuenit influere, nisi secundo modo, exterius persuadendo.

6. Concl. Vt plures sunt pastores, sed membra vnius pastoris; sic fundamenta, & capita; at vero solus Christus est ostium: quia per ipsum solum habemus accessum.

Art. 7. Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

1. Cōncl. Diabolus est caput omnium malarum secundum exteriorem gubernationem.

1. Ex Glos. Iob. 18. & 41. Ipse est rex, &c.

2. Peccatores dicuntur à diabolo in suum finē, qui est auertere hominem à Deo. Ergo sunt sub eius regimine, & ita est eorum caput: quoniam gubernatoris est dirigere aliquos ad suum finem. Antecedens patet, quia auersio habet rationem finis, sub ratione libertatis, quam appetit peccator, Iere. 2. Rupisti vincula, dixisti non seruiam, &c.

†2. Concl. Diabolus non est caput malorum, vt caput dicit influxum interiorem: non influit in mentem, sed exterius suggerit.

3. Conc. 1. Ioan. 3. Licet diabolus non omnia peccata suggerat, tamen quia omnibus, tanquam dux erexit vexillum peccati, quod sequimur imitando, vel ponte, vel ex suggestione, caput omnium malorum dicitur, Sap. 2. Inuidia diaboli, &c.

4. Concl. Multitudo malorum habet vnum in quo vniuntur omnes, scilicet auersionem à Deo, licet conuersione differant.

Art. 8. Vtrum Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum.

1. Concl. Antichristus non est caput omnium malorum ratione ordinis.

Quia eius peccatum non præcessit tempore aliorum peccata.

2. Concl. Neque est caput secundum influentiam, nisi aliquorum. *Quoniam, qui eum præcesserunt, non sunt ab eo inducti ad peccandum, nec eius malitiam sunt imitati*; sed aliqui suo tempore, quos ad malum conuertet, & sic erit aliquorum caput.

Anti-

5. Concl. Antichristus est caput omnium malorum perfectione, id est, propter suam perfectam malitiam.

Ita Glos. Iob. 21. & 2. Thessal 2. Quæritur in quo plenitudinem malitiæ: non quia eius humanitas fit assumpta à diabolo, sed quod diabolus eminentius in eum influat malitiam suggerendo.

4. Concl. Omnes mali, qui Antichristum præcesserunt, sunt quædam figura eius.

2. Thessal. 2. Mysterium iam operatur iniquitatis &c.

† 5. Concl. Diabolus, & Antichristus non sunt, nisi vnum caput, quatenus in Antichristo plenius reperitur malitia diaboli. Vnde diabolus erit in eo per malitiæ effectum, non per communionem personæ, vel intrinsecam inhabitationem.

6. Concl. Vt caput Christi est Deus, & tamen ipse est caput ecclesiæ, ita Antichristus est membrum diaboli, & caput malorum.

7. Concl. Licet Antichristus non influat in omnes: tamen ob similitudinem perfectionis malitiæ dicitur caput, quatenus diabolus deducet in eo malitiam suam ad caput, id est, ad propositum suum.

Quæstio 9. De scientia Christi in communi.

Art. 1. Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam, præter diuinam.

1. Concl. lib. de incar. ca. 7. Oportet in Christo esse scientiam creatam.

1. Ex Ambros. qui ait, suscepisse sensum hominis. Sed ad sensum hominis pertinet scientia creata, Ergo.

2. Ex synodo 6. vbi damnatur error negantium duas naturas in Christo.

Arist. 2. de cæl. tex. 17. *3. Ex eo, quod assumpsit naturam perfectam, id est animam rationalem, in qua debet esse scientia propter tria: primum ob perfectionem animæ, quæ est tanquam tabula rasa, quod autem est in potentia, est imperfectum: deinde, quia res est propter suam operationem. Ergo debuit per animam intelligere, quod pertinet ad scientiam creatam: postremo, quia scientia, vt hic sumitur, id est, in communi comprehendit cognitionem naturalem.*

† 2. Concl. Christus cognouit omnia scientia increata, quæ est idem quod essentia diuina, & hic actus non potuit esse animæ humanæ, vnde alius debuit in ea dari, nec esset frustra.

3. Concl. Si sint duo luminaria in eodem ordine, scilicet illuminantis, maius offuscat minus, at si alterũ sit in genere illuminati, magis auge tur, vt lumen aeris per lumẽ Solis, & sic clarescit lumen scientiæ humanæ in Christo per scientiam diuinam.

4. Concl. Scientiæ in Christo ponuntur ex parte vnitorum, id est naturarum in supposito, nõ autem ex parte vnionis.

Quoniam scientia non dicitur de supposito, nisi ratione naturæ alicuius.

Art. 2. Vtrum Christus habuerit scientiam, quam habent beati, vel comprehensores.

1. Concl. In Christo fuit scientia beatorum.

Ista scientia consistit in cognitione Dei, Sed ipse plene cognouit Deũ, Ioan 8 Scio eũ, & cæt. Ergo.

2. Quod reducit aliquid de potentia ad actũ, debet esse in actu, vt patet de calido, quod calefacit. Sed Christus reducit hominem, qui est impotentia ad istam scientiam ad actum, quia multos filios in gloriam adduxit. Ergo.

2. Concl. Ista scientia est in Christo excellentissime: quia in eo est tanquã in primo principio, & prima causa, quæ debet esse potentior causato.

3. Concl. Quia naturæ in Christo remanent distinctæ, eius cognitio debet esse per aliquod lumen participatum à natura diuina, vt videatur Deus per essentiam.

4. Concl. Homo ille per vnionem est beatus beatitudine increata, sicuti per eandem est Deus: sed præter hanc beatitudinem debuit esse beatus beatitudine creata, qua eius anima constitueretur in suo fine.

5 Concl. Visio beata est quodammodo supra naturam animæ rationalis, inquantum scilicet propria virtute ad eam peruenire non potest: alio vero modo est secundum naturam ipsius, inquantum scilicet secundum suam naturam est capax eius, prout est ad imaginem Dei facta: sed scientia increata est omnibus modis supra naturam animæ humanę.

Artic. 3. Vtrum Christus habuerit scientiam inditam, vel infusam.

1. Concl. In Christo est scientia infusa, siue indita per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas.

1. In eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, Ergo.

2. Natura assumpta non debuit esse imperfecta. Sed omne, quod est in potentia est imperfectum. Ergo cum intellectus possibilis sit in potentia ad omnia intelligibilia, debuit reduci ad actũ per species intelligibiles, quæ sunt eius formæ. Ergo in-

quæ esse possunt, sed nunquam erunt respectu potentiæ Dei, non nouit omnia.

Quomodo in hoc sit comprehendere Dei virtutē, & consequenter essentiam, quia virtus cognoscitur per cognitionem omnium in quæ potest.

3. Concl. Christus cognoscit omnia tu Verbo, quæ sunt in potentia creaturæ, quia cognoscit omnis creaturæ essentiam, & consequenter potentiam, & virtutem.

14. Concl. Dicitur nescire diem: quatenus non facit scire: Pater dicitur scire, quia hanc cognitionem dat filio, quod autem sciat de die probat Chrys.

Quia scit tantum est, vt possit indicare. Ergo & & vt det scire, quod est minus.

5 Concl. Anima Christi cognoscit omnia, quæ Deus, scientia visionis, sed non scientia simplicis intelligentiæ. Vnde plura scit Deus in se, quam anima Christi.

6. Concl. Quantitas scientiæ non modo secundum numerum scibilium: sed etiam secundum claritatem cognitionis attenditur. Vnde licet istæ duæ cognitiones Dei, & Christi sint æquales in numero quoad scientiam visionis, tamen diuina excedit infinitum secundum claritatem, sed absolute etiam secundum scibilia propter scientiam simplicis intelligentiæ.

Art. 3. Vtrum anima Christi in verbo cognouerit infinita.

Anima Christi non cognoscit infinita in actu, quomodo proprie dicere aliqua habetur scientia.

Non enim dantur infinita actu, etiam si accipiantur omnia, quæ sunt actu scit certus est rerum numerus, quia statim generationi & corruptioni non datur in infinitum.

2. Concl. Anima Christi in Verbo cognoscit infinita, loquendo de rebus, vt in potentia, quatū non est proprie scientia, quæ est entis.

1. Cognoscit omnia, quæ sunt in potentia creaturæ. Sed ista sunt infinita. Ergo: Verum cognitione quadam simplicis intelligentiæ, non autem visionis ista cognoscit.

2. Cognoscit omnia, quæ potest. Sed potest mundare peccata infinitorum mundorum. Ergo.

1o. 2. 2 † 3. Concl. Infinitum ratione formæ est maxime cognoscibile propter perfectionē actus, cuiusmodi est Deus, & hoc infinitum cognoscit Christus, sed non comprehendit: at infinitū ratione materiæ, quod dicitur infinitum privative, non potest cognosci: quia omnis cognitio est per formam, vel actum, & sicut materialia immaterialiter, & multa, vnite cognoscuntur per intellectum, ita infinita finite, & sic anima Christi cognoscit infinita, in aliquo vno, scilicet in aliqua creatura, in cuius potentia sunt infinita, & maxime in verbo, non tamen discurrendo per singula.

Nec prohibet aliquid esse infinitum vno modo, quod alio modo finitum. v.g. quantitas infinita secundum longitudinem, & non secundum latitudinem Anima Christi potest videre infinitum, quod est in potentia creaturæ, qua cognoscit sub essentiæ ratione, qua parte infinitatem non habet.

5. Concl. Quod est in infinitum omnibus modis nō potest esse nisi vnum, si autem esset vno modo tantum, non prohibet esse plura: vt plures lineas infinitas in superficie finita. Cum autem infinitum sit accidens rebus, & multipliciter secundum subiecta, & eius proprietates multiplicabuntur secundum illa subiecta, vt conueniat cuique subiecto: inter illas autem est quod infinitum non sit aliquid maius, quod verum est de partibus illius subiecti, vel de alio infinito tamen in alio infinito & tertio possunt esse plures partes, quā in primo: v.g. numeri paris, & imparis species sunt infinitæ: tamen plures sunt vtriusquæ species, quam vnius. Infinito simpliciter non est aliquid maius: at infinito secundum quid, & determinato licet non sit maius illo ordine, potest tamen accipi aliquid maius extra illud: & quamuis in potentia creaturæ sint infinita, tamen plura sunt in potentia Dei, quam in potentia creaturæ: scit ergo anima Christi: infinita scientia simplicis intelligentiæ, plura tamen secundum hunc modum sciendi scit Deus.

Art. 4. Vtrum anima Christi videat verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

1. Concl. Anima Christi perfectius videt Dei essentiam, quam alia creatura.

Ephes. 1. *1. Quia Deus constituit Christum in cælestibus, & ait Paul. super omnem principatum, &c. Ergo.*

Eccles. 10. *2. Visio beatifica fit per lumen, quod Verbo, & à fonte diuinus, quia fons vita Verbum Dei in excelsis. Ergo Christus magis videt Deum, quā quæuis alia creatura, quia quo quis est senior primæ causæ influentis magis participat influxum illius, videtur enim gloriam eius qui &c.*

Ioan. 1. Perfectio cognitionis ex parte cogniti attenditur secundum medium, ex parte cognoscentis attenditur secundum potentiam, vel habitū Vnde inter homines melius alter altero, per idē medium cognoscit: & ita anima

† 2 Concl.

Christi, quæ est magis repleta lumine, magis videt.

1. Concl. Visio beatifica excedit naturalem potentiam, vnde eius radius magis attenditur, secundum ordinem gratiæ, quam naturæ, secundum quem Angeli præteruntur naturæ humanæ.

4. Concl. Non potest dari maior gratia, quam illa Christi, propter respectum ad visionem verbi. Idem dicas de perfectione visionis, licet absolute loquendo aliquis sublimior gradus dari possit secundum Dei omnipotentiam.

Quæstio 11. De scientia indita, vel infusa animæ Christi.

Art. 1. Vtrum secundum scientiam inditam vel infusam Christus omnia sciat.

1. Concl. ANima Christi per inditam scientiam nouit omnia, excepta diuina essentia.

1. Isa. 11. replebit eum spiritu sapientiæ, quæ omnia diuina, intellectum quo omnia immaterialia: scientiæ, qua omnes conclusiones: consilij, quo omnia agibilia intelliguntur. Ergo.

2. Anima Christi debuit esse perfecta secundū omnem potentiam passiuam & naturalem quæ respicit agens naturale, & obedientialem, quæ respicit primum agens. Ergo cum secundum has omnes sit reducibile ad actum, cognouit omnia. Nam per hanc scientiam inditam nouit omnia, quæ naturaliter sciri poterant, & quæ per reuelationem diuinam quocunque modo innotescunt, vt per dona spiritus sancti, & gratias gratis datas, & abundantius & perfectius cæteris. Ergo.

†2. Concl. Primum intelligitur secundum potentiam ad agens naturale id est ad intellectum agentem.

3. Concl. Anima humana, quia est alligata corpori, non potest intelligere intelligentias abstractas: sed postea poterit aliqualiter per seipsas cognoscere: vnde cum Christus fuerit comprehensor potuit illas cognoscere.

4. Concl. Cognitio singularium non pertinet ad perfectionem scientiæ specularis, sed practicæ, ideo Christus cognouit omnia singularia præsentia, præterita, & futura: quoniam habuit summam prudentiam & consilium.

Art. 2. Vtrum Christus hac scientia vti potuerit non conuertendo se ad phantasmata.

1. Concl. Christus secundum scientiam infusam potuit cognoscere absque phantasmate.

1. Quæ secundum hanc cognouit, quæ per phantasmata cognosci non possunt, vt angelos. Ergo.

2. Cum esset cōprehensor, debuit habere modum intelligendi comprehensoris. Sed iste est sine phantasmate. Ergo. Quoniā conditio animæ cōprehensoris est, vt nullo modo subdatur corpori, nec ab eo pendeat, sed illi dominetur, cū gloria animæ redundet in corpus: at anima viatoris contra, vnde habet vt à phantasmate pendeat.

†2. Concl. Finis potentiæ intellectiuæ est cognoscere species intelligibiles, quas apprehendit à phantasmate, & in phantasmate secundum hunc statum: ideo potest sine phantasmate intelligere, non tamen sine speciebus:

3. Concl. Anima Christi fuit similis nostræ secundū naturam, non tamen secundum statum, quē nos habemus in spe.

4. Concl. Anima Christi poterat etiam intelligere conuertendo se ad phantasmata: ideo in Christo sensus non fuerunt frustra, qui fuerunt etiam necessarij ad vitam humanam.

Art. 3. Vtrum hæc scientia fuerit collatiua.

1. Concl. Scientia indita Christi quoad acquisitionem non fuit collatiua.

Quoniam hæc scientia de qua loquimur, non fuit per ratiocinationem rationis acquisita.

2. Concl. Potuit esse collatiua quoad vsum.

Nam Christus habuit animam rationalem, cuius propria operatio est conferre, & discurrere ab vno ad aliud. 2. quia de facto ita fuit, quoniam argumentatus est, Mat. 17.

3. Concl. A Christo excluditur consilium, quod est per dubitationem, & electio: quæ tale consilium includit: non tamen consilium simpliciter.

4 Concl. Secundum procedit de collatione, quæ ordinatur ad scientiam acquirendam.

5. Concl. Angelis conformantur beati, quoad dona gratiarum: non tamen quoad dona naturæ, quæ remaneant.

Art. 4. Vtrum hæc scientia in Christo fuerit maior scientia Angelorum.

1. Concl. Scientia indita in Christo ex parte influentis id est ex parte Dei, fuit maior, quam in Angelis.

1. quia medica minoratus quam scilicet angelis secundum passionem, Ergo in alijs excellebat.

2. Lumen sponsalitiæ gratiæ indutum animæ Christi est multo excellentius, quam lumen, quod pertinet ad naturam angelicam. Ergo.

2. Concl. Ista perfectio erat in hoc quod plura & & certius cognoscebat.

Ista scientia ex parte recipientis est infra scientiam angelicam, quoadmodum, s. quoad conuersionem ad phantasmata & discursum, ex quibus soluuntur tria argumenta.

Artic. 5. Vtrum hæc scientia fuerit habitualis.

Scientia indita Christi fuit habitualis.

1. Concl.

1. Fuit Omnino *scientia nostra in genere debuit enim esse* Omnino, *sicuti & anima quæ est* Omnino *species. Sed nostra est habitualis, Ergo.*

2. Modus huius scientiæ fuit conueniens subiecto recipienti; receptum enim est in recipiente per modum eius. Ergo fuit habitualis, quia modus animæ est intelligere per habitum: nam cum modo sit in actu, modus in potentia, & inter puram potentiam & purum actum medius sit habitus, qui participat de extremis, si extrema sunt naturalia, medium etiam quod illa participat erit naturale, quare modus connaturalis animæ, est vt recipiat scientiam per modum habitus.

† 2. Concl.

Cognitio, qua Christus videbat essentiam Dei, erat perfectissima simpliciter: & ita excedebat modum naturæ: at vero indita fuit perfectissima in genere humanæ cognitionis, ideo illa sine habitu, & hæc per habitum.

3. Concl.

Habitus reducitur ad actum per imperium voluntatis; quia habitus est, quo quis agit cum voluerit; & licet voluntas sit indeterminata ad infinita: non propterea est frustra, dummodo tendat ad id, quod loco & tempori congruit; ita dicas de habitu, qui dicitur reduci ad actum secundum congruentiam negotiorum, & temporum.

4. Concl.

Vt bonum & ens dicuntur, vel simpliciter, & sic bonum dicitur substantia, quæ in sua bonitate subsistit: vel secundum quid, & sic accidens dicitur bonum & ens, non quia habeat esse & bonitatem, sed quia eius subiectum est ens, & bonum; sic scientia habitualis non est simpliciter melior anima; sed secundum quid: cum tota bonitas habitualis scientiæ cedat in bonitatem subiecti.

Art. 6. Vtrum hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

1. Concl. lib. 1. post. text. 43.

Scientia indita Christi fuit distincta per diuersos habitus.

1. Zach. 3. super Omnem lapidem septem oculi, *s. super Christum scientia.*

2. Habitus diuersificantur in nobis ex diuersitate subiecti, vt patet ex Arist. Sed respectu scientiæ inditæ reperitur diuersitas subiectorum, quia est connaturalis homini, vt singulas res naturales per singulas species in numero vniuersaliter intelligat, quam angelis, nec vt diuersas naturas specificas per diuersas species cognoscat. Sed hæc scientia est in Christo secundum naturam humanam, Ergo.

† 2. Concl.

Licet scientia Christi superet scientiam Angelorum, ex parte influentis, non tamen ex parte subiecti, ad quod spectat, vt per diuersos habitus intelligat.

3. Concl.

Fides nostra innititur primi veritati, & Christus est auctor fidei nostræ secundum diuinam scientiam, quæ est simplicissima.

4. Concl.

Lumen diuinitatis infusum est ratio communis cognoscendi reuelata, sicut lumen intellectus agentis est ratio cognoscendi quæ naturaliter cognoscuntur; ideo opus fuit in anima Christi ponere proprias species singularum rerum, ad cognoscendum propria cognitione quodlibet, ad quod opus fuere diuersi habitus.

Quæstio 12. De scientia animæ Christi acquisita.

Art. 1. Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

1. Concl.

ANima Christi per hanc scientiam sciuit omnia, quæ possunt sciri virtute intellectus agentis.

1. In Christo non fuit aliquid imperfectum. Ac si non scisset omnia, fuisset, quia imperfectum est cui potest fieri additio. Ergo.

2. Vt anima Christi debuit esse perfecta secundum intellectum possibilem per scientiam infusam; sic debuit esse perfecta secundum intellectum agentem per acquisitam; vt enim illius est omnia fieri, sic huius omnia facere. Ergo.

Arist. 3. de anima tex. 18.

Christus ex his, quæ expertus est, venit in omnium cognitionem. Vt enim homo per intellectum agentem potest intelligere effectus per causas, & contra, & similia per similia, & contraria per contraria; ita per res, quarum habet experientiam, alias, quarum non habet.

† 2. Concl.

3. Concl.

Licet non fuerint omnia præsentia Christo: tamen propter excellentiam intellectus potuit venire in cognitionem incognitorum, vt per visionem corporum cœlestium in cognitionem virtutis eorum, &c.

4 Concl.

Per hanc cognitionem non cognouit substantias abstractas, nec singularia præterita, & futura.

Quoniam ista non possunt cognosci per virtutem intellectus agentis; sed per scientiam infusam.

Art. 2. Vtrum Christus in hac scientia profecerit.

1. Concl. Duplex est profectus scientiæ: alter secundum efficientiam, cum habitus scientiæ augetur: alter secundum effectum, vt cum quis secundum vnum & eundem habitum prius minora, postea maiora, & subtiliora demonstrat.

2. Concl. Hoc secundo modo Christus profecit in scientia & gratia, sicut in ætate; quia secundum ætatis augmentum opera maiora faciebat, quæ demonstrabant maiorem scientiam.

3. Concl. Quantum ad augmentum in scientia infusa non profecit.

Quia a principio omnia plenarie scivit; & multo minus quoad scientiam beatam, quæ augeri non potest. Vnde qui non ponunt aliam scientiam in Christo, ponunt solum augmentum quoad experientiam.

4. Concl. Christus in scientia acquisita non solum profecit, quantum ad effectum, & experientiam, sic etiam quantum ad essentiam ipsius habitus.

1. *Luc. 2. Iesus proficiebat sapientia, &c. quod Ambr. intelligit secundum scientiam humanam, quæ habetur per lumen intellectus agentis. Ergo.*

2. *Scientia humana augetur per hoc, quod intellectus agens semper abstrahit species à phantasmatibus. Sed in anima Christi actio naturalis intellectus agentis non fuit otiosa, quia inconueniens est, vt aliqua actio naturalis esset. Ergo intellectus agens poterat alias, & alias species abstrahere, quibus augeretur hæc scientia.*

5. Concl. Scientia infusa fuit effectus agentis infinitæ virtutis, acquisita vero effectus agentis finiti, ideo non est par vtriusque ratio.

6. Concl. Hæc scientia fuit semper perfecta secundum tempus, non autem secundum naturam, prout esse potuit, & ita potuit augeri.

7. Concl. Quod ait Damasc. qui dicunt profeciisse, non venerantur vnionem, quæ est secundum hypostasim, intellige de infusa, quæ causatur ex vnione ad verbum.

Art. 3. Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit.

1. Concl. Non fuit conueniens vt Christus à quocunque homine doceretur.

Cap. 55. 1. *Dedit, ait Isa. eum præceptorem gentibus. Ergo non dedicit, sed docet.*

Ioan. 4. 2. *Primum mouens non mouetur secundum illam speciem motus, quæ est in illo genere, vt patet in primo cæli et mundi. Sed Christus est primus Doctor, in nobis natus, vt nos ad veritatis perducat cognitionem. Ergo.*

2. Concl. Christus ex Orig. non interrogabat, vt ediscere. sed vt erudiret.

Nam ex eodem fonte manant interrogare, & respondere sapienter.

3. Concl. Vt voces sunt signa notionum hominis; ita creaturæ sunt signa sapientiæ Dei: ideo vt dignius est doceri à Deo, quam ab homine; ita dignius accipere species per creaturas, quam per hominis doctrinam.

4. Concl. Christus non accommodauit aures sermonibus, nisi eo tempore, quo poterat talem gradum scientiæ per experientiam attigisse: & sicuti requiritur opportuna ætas ad scientiam per inventionem, ita ad scientiam per disciplinam.

Artic. 4. Vtrum Christus aliquid acceperit ab Angelis.

1. Concl. Christus non accepit aliquid ab Angelis, vel secundum scientiam inditam, vel acquisitam. Cap. 7. huius.

1. *Ex Dion. Quis ait Angelos docere à Christo. Ergo ab eo non docetur.*

2. *Christi anima, neque quantum ad scientiam acquisitam, neq. quantum ad inditam fuit perfecta lumine angelico: quia ad illam satis fuit lumen intellectus agentis, quo intelligibilia in potentia fiunt intelligibilia in actu; alia vero fuit immediate a Deo, & sicut modus quo anima Christi erat Verbo vnita, erat supra omnem modum creaturæ; ita supra communem modum hominum fuit a Verbo immediate repleta scientia, non mediantibus angelis. Ergo &c.*

2. Concl. Confortatio angeli erga Christum non fuit per modum instructionis, sed ad demonstrandam eius humanitatem. Luc. 22.

3. Concl. Cum Dionysius ait Christum subiectum fuisse formationibus Dei per angelos, intellige, non ratione ipsius, sed eorum, quæ circa eius incarnationem agebantur. c. 4. cæl. hier.

Corpus Christi fuit subiectum impressionibus cælorum, quia assumpsit corpus passibile: sed anima non fuit subiecta impressionibus angelorum, quia assumpsit animam perfectam.

Quæstio 13. De potentia animæ Christi.

Art. 1. Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

1. Concl. IMpossibile est, quod anima Christi omnipotentiam habeat.

1. *Quod est proprium Dei non potest creatura*

conuenire. Sed esse omnipotentem est proprium Dei, iuxta illud, omnipotens nomen eius. Ergo.

2. Potentia actiua sequitur formam rei, quæ est principium agendi: ac etiam vel est ipsa natura rei, vt in simplicibus, vel natura cum constituit, vt in compositis. Ergo cum ipsum esse Dei sit increatum, scriptum omnipotentia sequitur naturam diuinam, quæ est respectu omnium, quæ habent rationem entis: cum ergo ita sit facta vnio, vt Verbum naturam retinuerit quod est sibi proprium, anima Christi, &c.

Concl. Christus accepit omnipotentiam in tempore ratione vnius personæ, & communicationis idiomatum.

Concl. Non est verum aliam esse rationem potentiæ & scientiæ; quod scientia sit accidens extrinsecum, & non consequens naturam, vt potentia: quia sicut quis cognoscit per similitudinem acceptam ab alio, ita potest agere per virtutem datam ab alio; ideo, vt scientia Christi, cum sit recepta, non adæquat diuinam, nec quoadmodum, nec quoad numerum scitorum; ita nec virtus actiua Christi adæquat virtutem diuinam, quæ est infinita, cuius non est capax creatura, quæ non potest creare, & speciatim seipsam.

Concl. Non fuit necesse, vt omnium quorum habebat scientiam speculatiuam, haberet etiam practicam; quia ad illa requiritur sola conformitas scientiæ ad rem scitam; ad hanc requiritur, quod formæ rerum sint factiuæ; & plus est habere formam, eamque imprimere, quam solum illam habere: sicuti plus est lucere, & illuminare, quam solum lucere. Anima Christi habuit scientiam speculatiuam creandi, non autem practicam, & factiuam.

Art. 2. Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

Concl. Triplex est transmutatio: alia naturalis à proprio agente: alia miraculosa ab agente supernaturali super conuictum ordinem naturæ: alia, qua res potest redigi in nihil: Anima etiam Christi potest considerari, vel secundum se, vel vt est instrumentum Verbi.

Concl. Anima Christi potest operari omnes effectus congruentes suæ naturæ, secundum virtutem naturalem & gratuitam: qui effectus ad tres reducuntur: puta gubernare corpus, dirigere actus humanos, infundere gratiam, quos potuit generare in omnes alias creaturas, quæ in his deficiebant.

Concl. Anima Christi, vt instrumentum verbi, potuit efficere omnes operationes miraculose ordinabiles in finem incarnationis: qui finis est instaurare omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris.

4. Concl. Non potuit mutare creaturas redigendo in nihil.

1. Quia annihilare correspondet creationi. Sed non potuit creare, Ergo.

Hebr. 2. *2. Is potest annihilare, qui conseruat. Sed solus Deus conseruat, vt ait Paul portans omnia, &c. Vnde patet non habere omnipotentiam respectu mutationis creaturarum.*

† 5. Concl. Matth. vlt. Christo data est omnis potestas ratione vnionis, quia factum est vt homo esset omnipotens, quod hominibus innotuit post resurrectionem.

6. Concl. Licet omnis creatura sit mutabilis ab alia præter supremum angelum, qui potest illuminari ab anima Christi: tamen non omnis mutatio, quæ potest fieri in creatura, potest fieri à creatura, sed omnes, quæ possunt fieri à creatura, possunt fieri à Christo, non tamen secundum propriam virtutem.

Quia dantur quædam, quæ non pertinent ad ordinem naturæ, neq; ad ordinem gratiæ.

7. Concl. Gratia miraculorum excellentissime fuit in Christo, ita vt aliis eam communicare potuit. Matth. 10.

Art. 3. Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprii corporis.

1. Concl. Hæb. 2. Anima Christi secundum propriam virtutem non habuit omnipotentiam in proprium corpus.

1. Debuit enim per omnia assimilari fratribus, maxime eo in his, qui pertinent ad naturam. Sed homo à natura non habet imperium voluntatis in actiones nutritionis, quia naturalia soli Deo subsiciuntur. Ergo.

2. Non potest aliquis virtute propria mutare exteriora corpora. Ergo nec suum; quia secundum propriam naturam habet determinatam proportionem ad suum corpus.

2. Concl. Anima Christi, vt instrumentum verbi poterat immutare proprium corpus, & aliter disponere; sed cum virtus actionis non tribuatur instrumento, talis omnipotentia non debetur animæ, sed verbo.

† 3. Concl. Omnia naturalia dicuntur Christo fuisse voluntaria à Deo secundum voluntatem diuinam.

4. Concl. Iustitia originalis non dabat vim transmutandi corpus in omnem aliam, sed conseruabat posset conseruari ab omni humore: quam vim Christus noluit assumere, quæ de om-

ſtatu aliquid accepit : de ſtatu gloriæ comprehenſione ra: de ſtatu innocentiæ, immunitatem à peccato : de ſtatu culpæ pœnalitates vitæ.

Concl. Imaginationi ſi fortis fuerit; quo ad aliqua, obedit corpus : poteſt enim eſſe principium motus localis, & alterationis ; cum moueat paſſiones, à quibus mouetur cor, & per commotionem ſpirituum totum alteratur: at diſpoſitiones non ſubiectæ imaginationi non alterantur ab illa, vt figura manus vel pedis, &c.

Art. 4. Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu executionis ſuæ voluntatis.

Concl. Anima Chriſti quicquid voluit per ſe exequendum potuit propria virtute, vel naturali, vel diuina.

5. 9 nom. ſt. 9. 77. 1. *Impoſſibile eſt, ait Aug. quod Voluntas Saluatoris non impleatur.*

2. *Quia repugnat ſapientiæ eius, quod Voluerit aliquid per ſe facere, quod propria virtus non ſubiaceret.*

. Concl. Quidquid voluit faciendum virtute diuina, potuit illud facere inſtrumentaliter, non autem virtute propria, vt facere miracula, reſuſcitare proprium corpus, &c.

3 Concl. Matth. 7. Matth. 9. 711. 6. 111. 4. Illud, *quod non potuerit latere*, eſt intelligendum de eo, quod erat faciendum per alios, quod non ſubiacebat humanæ voluntati eius. Ita Agatho Papa.

Illud præceptum datum eius diſcipulis, ne diffamaretur intelligitur quoad voluntatem humanam : vt exemplum daret fugiendæ famæ: volebat autem abſolute, maxime ſecundum voluntatem diuinam, vt publicaretur ad aliorum vtilitatem.

5. Concl. Luc. 6. Orabat pro his quæ pro virtute Dei facienda erant, & pro his etiam, quæ voluntate humana erat facturus: quia virtus, & operatio Chriſti pendebant a Deo, qui operatur omnia in omnibus.

Quæſtio 14. De defectibus corporis aſſumpti a filio Dei.

Art. 1. Vtrum filius Dei in humana natura aſſumere debuerit corporis defectus.

1. Concl. FVit conueniens, vt corpus aſſumptum à filio Dei defectibus ſubiaceret.

1. Hebr. 2. *in eo in quo paſſus ipſe eſt & tentatus, potens eſt & eis qui tentantur auxiliari. Sed ſenſit, vt adiuuaret. Ergo debuit aſſumere carnẽ paſſibilẽ.*

2. *Venit, vt ſatisfaceret. Hoc autem fit, cum pœna ab alio debita ſuſcipitur. Ergo debuit penalitates noſtras ſuſcipere, Iſa. 53. Vere languores noſtros, &c.*

3. *Ad oſtendendam fidem vera incarnationis: quia demonſtrauit ſe habere verum corpus : vnde* Ioan. 20. *Beatus Thomas conuerſus eſt.*

4. *Ad exemplum patientiæ, Heb. 12. ſuſtinuit à peccatoribus, &c.*

†2. Concl. Satisfactio pro materia habet pœnas corporis; at pro principio habet habitum in anima, qui ad volendum ſatisfacere inclinat: quia non eſſet vera ſatisfactio niſi à caritate procederet ; ideo corpus debuit eſſe infirmum, & anima perfecta.

3. Concl. Anima Chriſti potuit influere gratiam in corpus naturaliter, ſed quia ſubiacebat voluntati diuinæ ipſius, ideo non deriuauit in corpus.

4. Concl. Culpa ſequitur pœnam actualem, vel originalem, ſed quandoque eius, qui punitur, quandoque alterius, pro quo qui patitur ſatisfacit.

5. Concl. Infirmitas Chriſti non impediuit finem incarnationis, ſed iuuit : & licet diuinitas eſſet abſcondita : tamen manifeſtabatur humanitas, quæ erat via veniendi ad diuinitatem, Rom. 5. *habemus acceſſum per Ieſum ad Deum.* Iſa. 15. Sancti patres deſiderabant in Chriſto non fortitudinem corporis, ſed ſpiritus.

Art. 2. Vtrum Chriſtus neceſsitatem his defectibus ſubiacendi aſſumpſerit.

1. Concl. **Chriſti corpus ſecundum neceſſitatem naturalem**, quæ conſequitur principia naturalia, id eſt materiam, & formam, fuit ſubiectum morti, & aliis neceſſitatibus.

1. Rom. 8. *miſit ſecundum ſimilitudinem carnis peccati. Sed conditio talis carnis eſt, vt iſtis defectibus ſubiaciatur Ergo.*

2. *Carni Chriſti permittebatur agere, & pati, quæ erant propria. Sed iſta neceſſitates conſequebantur ex propriis principiis humanæ naturæ. Ergo.*

2. Concl. Chriſti corpus fuit ſubiectum defectibus neceſſitate coactionis, quæ repugnat naturæ.

Quia enim corpus fuit perforatum, lateratum, &c

3. Concl. Chriſtus non fuit ſubiectus neceſſitati coactionis, quæ fit ab extrinſeco agente, quæ repugnaret voluntati diuinæ aut humanæ abſolute, id eſt, prout ſequitur rationem deliberantem, ſed ſecundum modum naturalem voluntatis : hoc eſt, naturaliter refugi

mortem, &c. Vnde patet ad secundum ex Dam.

† Concl. l. 3. c. 20. Dicitur oblatus, quia voluit, i. est, humana voluntate deliberata, & diuina, licet esset contra naturalem motum.

5. Concl. Nihil fuit potentius anima Christi absolute, sed quantum ad aliquem effectum potuit aliquid esse potentius, vt clauus ad perforandum, &c.

Art. 3. Vtrum Christus defectus corporales contraxerit.

1. Concl. Rom. 5. Christus non contraxit defectus corporales, sed voluntarie suscepit.

1. Quod defectus contrahuntur ex peccato, ex Paul. sed in Christo non habuit locum peccatum, Ergo.

Gl. fo. dal in 1. c. 3. *2. In verbo contrahendi, intelligitur ordo effectus ad causam, quia illud dicitur contrahi, quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur sed Christus non habet ordinem ad causam istorum defectuum, quia hos defectus Christus non ex necessitate contraxit, id est ex debito peccati, ex aug. Vnde patet voluntarie suscepisse, quia sicut assumpsit naturam in puritate innocentiæ, sic potuisset assumere sine defectibus.*

† 2. Concl. Quia caro Virginis concepta fuit in originali peccato, hos defectus contraxit, sed Christi caro assumpta est a Virgine absque culpa, & sic potuit et assumere absque pœna, sed propter redemptionem assumpsit volendo, non contrahendo.

3. Concl. Causa defectuum, altera est remota ex parte principiorum naturalium, quæ impediebantur per iustitiam originalem: altera proxima scilicet peccatum: sine quo erat Christus: ideo non dicitur contraxisse hos defectus.

4. Concl. Heb. 3. In his defectibus Christus assimilatus est aliis hominibus, quoad qualitatem eorum, non quoad causam:

Art. 4. Vtrum Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit.

1. Concl. Non fuit conueniens vt Christus assumeret omnes defectus, seu infirmitates humanas.

1. Quia sunt aliqui defectus omnino contrarij, & ex diuersis principijs causati. Ergo non potuit omnes assumere.

2. Christus assumpsit defectus ad satisfaciendum pro humana natura, ad quid requirebatur perfectio scientiæ, & gratiæ in anima. Ergo non debuit assumere defectus, qui contrariantur gratiæ, & scientiæ, hoc sunt ignorantia, promptitudo ad malum, & difficultas ad bonum, cum repugnet perfectioni redemptoris.

2. Concl. Non assumpsit defectus, qui non ex corruptione naturæ, sed ex particularibus causis oriuntur, vt Lepra, morbus caducus &c. neque eos, qui ex inordinato victu, & ex defectu virtutis formatiuæ.

3. Concl. Assumpsit omnes defectus, qui communiter reperiuntur in hominibus ex natura corrupta, vt sunt mors, fames, sitis &c.

† 4. Concl. Venit ad curandos omnes defectus, quos curauit assumendo naturam passibilem, ad quam consequuntur alij defectus, ex causis particularibus.

5. Concl. Plenitudo gratiæ, & scientiæ debentur animæ Christi ex ipsa vnione, non autē defectus nostri, quos dispensatiue assumpsit: vnde satisfuit, vt eos assumeret, qui satis erant ad satisfaciendum.

6. Concl. Non omnes defectus promanarunt ex peccato Adæ, licet sint morte minores, sed etiam ex alijs causis: ideo non est per ratio.

Quæstio 15. De defectibus animæ à Christo assumptis.

Art. 1. Vtrum in Christo fuerit peccatum.

1. Concl. Ioan 8. 1. Pet. 2. Christus nullo modo assumpsit defectū peccati nec originalis, nec actualis.

1. Quis arguet me de peccato, & Petrus, qui peccatum non fecit.

Eccl. 34. *2. Defectus nostros sumpsit Christus ad satisfaciendum pro nobis, ad veritatem naturæ comprobandam, & ad virtutis exemplum. Sed de fictus peccati ad hæc tria non debuit assumere, quia peccatum non valet ad satisfactionem cum Deus dona iniquorum non probet nec demonstret veritatem naturæ, cum sit magis contra naturam, & est contrarium virtutis. Ergo.*

Psal 21. † 2. Concl. Illud, *verba delictorum meorum*, dixit Christus in persona membrorum scilicet in persona nostra.

3. Concl. Rom. 5. Non eodem modo Christus fuit in Adam, vt nos secundū seminalem rationem, & copulentam substantiam: sed tantum secundo modo, & ita materialiter accepit naturam ab Adam, a Spiritu sancto vero actiue: ideo non peccauit in Adam, in quo solum materialiter fuit.

4. Concl. Egebamus auxilio Christi contra peccatum, quod cum impediat, nō debuit assumi, quia Christus debuisset satisfacere etiā pro sua culpa.

5. Concl. 2. Cor. 12. Deus fecit Christum peccatum pro nobis, id est hostiam pro peccato, vel habentem similitudinem peccati.

6. Concl. Pœnitens dat exemplum, non quia voluntarie peccauit, sed quia voluntarie sustinet pœnam: Vnde Christus debit maximum exemplum sumendo pœnã pro alieno peccato.

Art. 2. Vtrum in Christo fuerit fomes peccati.

1. Concl. In Christo non fuit fomes peccati.

1. *Mat. 1. quod in ea natum est de Spiritu sancto. Sed Spiritus sanctus excludit peccatum, & eius inclinationem quæ fomes dicitur. Ergo.*

2. *In eo, qui habet virtutem perfectissime, non potest esse fomes peccati, quia virtus moralis, quæ est in parte irrationali animæ facit eam subiectam rationi. & tanto magis, quo est perfectior: quo fit, vt tanto magis inclinatio sensitiuæ appetitus in id, quod est contra rationem, quod pertinet ad rationem fomitis, debilitetur, quanto virtus est perfectior. Sed in Christo fuit virtus secundum perfectissimum gradum, quia habuit gratiam, & virtutes omnes perfectissime. Ergo.*

3. *Tactus defectus non est ordinabilis ad satisfaciendum, sed potius est satisfactioni contrarius. Ergo.*

† 2. Concl. Perfectio virtutis non excludit passibilitatem corporis, & mortalitatem.

Quia corpus secundum ista non est aptum obedire rationi, sicuti secundum vires appetitus sensitiui, in quibus est fomes.

3. Concl. Caro naturaliter concupiscit sibi delectabili, concupiscentia appetitus sensitiui, at caro hominis, qui est animal rationale, ideo concupiscit secundum ordinem rationis, quomodo Christus appetebat cibum, &c. Vnde non sequitur in eo fuisse fomitem, qui appetit præter rationem.

4. Concl. Fortitudo Spiritus ostenditur non solum repugnando concupiscentiæ, sed etiam multo magis, quando totaliter comprimitur, ne contra Spiritum concupiscat, vt in Christo, qui, & si non habuit interiorem pugnam, habuit tamen exteriorem cum fuerit tentatus à Dæmone & mundo.

Art. 3. Vtrum in Christo fuerit ignorantia.

1. Concl. In Christo non fuit ignorantia.

1. *Ignorantia non tollitur per ignorantiam. Sed Christus venit, vt ignorantiæ miseras auferret, vt illuminaret illos, qui erant in tenebris. Ergo.*

2. *Vt in Christo fuit plenitudo gratiæ, & virtutis, sic plenitudo omnis scientiæ, Ergo vt illa plenitudo excludit fomitem peccati, sic hæc ignorantiam, quæ scientiæ opponitur.*

Si natura Christi consideretur secundum naturam speciei, potest dici cum Damas. fuisse ignorantem, & seruilem: & vero, vt vnita hypostasi diuinæ habet plenitudinem scientiæ & gratiæ, & hic non est ignorans. † 2. Concl.

Dicitur Christum non nouisse peccatum, scilicet per experientiam, sciuit autem simplici notitia. 3. Concl.

Illud, *antequam sciat puer vocare patrem, &c.* intelligitur, *antequam ostendat se scire, vel antequam sciat, id est antequã fiat homo, scientiam humanam habens.* 4. Concl. Isa. 8.

Art. 4. Vtrum anima Christi fuerit passibilis.

Anima in corpore dupliciter patitur, vel passione corporali vt corporis læsionẽ: quia cum sit forma corporis, corpore aliqua passione perturbato, per accidens anima perturbatur, quatum ad esse, quod habet in corpore: vel passione animali secundum operationem, quæ, vel est propria animæ, vel principalius est animæ, quam corporis, & licet secundum intelligere, & sentire dicatur pati, tamen proprijssime secundum affectiones appetitus sensitiui, quæ fuerunt in Christo. 1. Concl.

Anima Christi fuit passibilis passione corporali. 2. Concl.

Quia corpus Christi fuit passibile, & mortale, vt est dictum. Ergo.

Anima Christi fuit passibilis passione animali. 3. Concl.

1. *In persona Christi dicitur, Repleta est malis, id est doloribus anima mea. Ergo.* Psal. 87.

2. *Quia passiones animales pertinent ad veram naturam hominis. Ergo. Idem docuit Aug.*

Istæ passiones, seu affectiones fuerunt aliter in Christo quam in nobis. 4. Concl.

1. Quantum ad obiectum, quia nostræ sæpe in illicita feruntur.

2. Ratione principij, quia in nobis præueniunt iudicium rationis

3. In effectu, quia nostræ non sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahunt rationem, quod non fuit in Christo. Vnde Hier. has Christi affectiones, propassiones appellat, & ideo, quando tristatus est, ratio præuenit tristitiam.

Anima Christi poterat resistere passionibus, vt ei non superuenirent: sed propria voluntate se passionibus subiecit. † 5. Concl.

Cicero ait passiones esse ægritudines iuxta Stoicos dicentes solos inordinatos motus, esse passiones. 6. Concl.

Passiones peccatorum sunt idem cum fomite- 7. Concl.

mite, qui non fuit in Christo, sed non omnes simpliciter.

Art. 5. Vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis.

1. Concl. In Christo fuit verus dolor.

1. *Isa 53. vere dolores nostros ipse tulit.*

2. *In eo, in quo est læso corpore, & læsionis sensus est dolor sensibilis sed in Christo fuit vtrumque, quia corpus Christi erat passibile, & anima eius habuit omnes potentias naturales. Ergo.*

† 2. Concl. lib. 3 de Trin. Cum Hilarius, ait, *in Christo non esse dolorē.* intelligenon fuisse ex necessitate, & ex causa remota, scilicet ex peccato.

Caro in peccato concepta, non solum ex necessitate reatus peccati subiacet doloribus, sed etiam ex naturali conditione principiorum & sic caro Christi fuit passibilis.

4. Concl. Beatitudo animæ Christi dispensatiue non deriuabat ad corpus, sic etiam delectatio cōtemplationis retinebatur in mente, ne deriuaret ad vires sensitiuas, ne dolor sensibilis excluderetur.

Art. 6. Vtrum in Christo fuerit vera tristitia.

1. Concl. lib. 2 de fide c. 2. Vt in Christo potuit esse verus dolor, ita & vera tristitia.

1 *Matt. 26 tristis est anima mea, &c. idem docet Ambros.*

2. *Anima Christi potuit apprehendere aliquod nocumentum sensibile sibi, vel alijs per imaginationem, vel rationem. Et passionem suam, & peccatū Iudeorum. Ergo potuit tristari, quia malum sic apprehensum est obiectum tristitiæ sicut enim obiectū doloris, qui est in appetitu sensitiuo est læsio sensu tactus percepta, ita tristitia quæ est in eodem appetitu ex malo potentiæ interiore apprehenso: & sicut delectatio contemplationis non impediebat dolorem, ita nec tristitiam.*

2. Concl. Tristitia fuit in Christo aliter, quam in nobis secundum illa tria dicta in articulo quarto.

† 3 Concl. Dicitur de Christo. *non erit tristis, &c.* secūdum passionem perfectam, fuit tamen in eo initiata secundum propassionem: quia cœpit contristari, & mæstus esse: & aliud est contristari, & incipere contristari.

4. Concl. Illud *Non contristabit eum, &c.* & quod Stoici tristitiam putauerint semper esse malam: quia nihil putabant esse bonum, nisi honestum, & malum, nisi inhonestum, quod nō cadit in iusto, tamen sunt alia secundaria bona, ratione quorum potest esse tristitia, quæ non perturbet rationem, & sic non contristatur iustus, quia eius ratio non perturbatur ex apprehensionem malorum secundi generis.

3. Concl. Omnis tristitia est malum pœnæ, non tamen semper malum culpæ, nisi quando ex inordinato affectu procedit.

4. Concl. Potest aliquid esse contrarium voluntati secundum se, quod tamen est volitum ratione finis, vt patet de medicinatis passio Christi ex se fuit inuoluntaria causans tristitiam ex fine vero voluntaria.

Art. 7. Vtrum in Christo fuerit timor.

1. Concl. Vt tristitia causatur ex apprehensione mali præsentis, ita timor ex apprehensione mali futuri, si non sit omnimoda certitudo, quia tunc reputatur præsens, & potius causatur tristitia. Vnde timor potest considerari, & quantum ad hoc quod appetitus naturaliter refugit corporis læsionem, per tristitiam, si sit præsens, & per timorem, si sit futura: & quantum ad incertitudinem futuri euentus.

2. Concl. Si timor consideretur, quantum ad motum appetitus sensitiui, ex apprehenso malo futuro, fuit in Christo, sicuti & tristitia.

1. *Mar. 14. Capit tedere, & taedere.*

2. *Quia naturaliter appetitus refugit corporis læsionem.*

3. Concl. Psal 68. Si timor consideretur secundum incertitudinem futuri euentus, non fuit in Christo.

1. *Ex Damas. qui hoc docet.*

2. *Quia hic timor oritur ex ignorantia, quæ non fuit in Christo.*

† 4. Concl. Iustus dicitur esse sine terrore, qui importat perfectam passionē perturbantem rationem, quo modo non fuit in Christo.

5. Concl. Eo modo Hilar. excludit timorem à Christo, sicuti & tristitiam, vt est dictum.

6. Concl. Licet Christus potuerit vitare male futura virtute diuinitatis, erant tamen inuitabilia, vel non facile vitabilia secundum infirmitatem carnis.

Art. 8. Vtrum in Christo fuerit admiratio.

1. Concl. In Christo quantum ad scientiam diuinā, & scientiam beatam, vel etiam infusam, non fuit admiratio.

Quia admiratio est de aliquo insolito, & nouo: At quantum ad has scientias, nihil potuit esse nouum & insolitum. Ergo.

2. Concl. In Christo quantum ad scientiam experimentalem potuit esse admiratio. Matth. 8. *audiens Iesus, admiratus est*

Quoniam secundum hanc scientiam poterant quotidie ei noua occurrere.

3 Concl. lib. 1. Christus assumpsit hunc defectum, ad nostram instructionem, vt doceret mirandum, quod etiam ipse admirabatur.

† 4. Concl. *Ita docet Aug. super Gen. contra Manichæos.* Licet Christus nihil ignoraret, tamē, modo dicto, poterat ei aliquid de nouo occurrere.

5. Concl. Admiratus est de fide Centurionis, quod esset magna, non quantum ad ipsum, sed quantum ad alios.

6. Concl. Licet posset virtute diuina omnia facere secundum quam non admirabatur, potuit tamen secundum scientiam experimentalem, vt est dictum.

Art. 9. Vtrum in Christo fuerit ira.

1. Concl. Ira est effectus illatæ tristitiæ, ex qua sequitur appetitus in parte sensitiua ad remouendam iniuriam illatam sibi, vel alijs: & ita est passio composita ex tristitia, & appetitu vindictæ.

2. Concl. Ira, vt vitium designat, non fuit in Christo. Quia talis ira contingit ex appetitu vindictæ, absque ordine rationis.

3. Concl. Psal. 68. Ira secundum ordinem iustitiæ, quæ dicitur ita per zelum, fuit in Christo.

1. *Ioan. 2. dicitur de eo fuisse impletum illud: Zelus domus tuæ comedit me.*

2. *Talis appetitus est laudabilis cum sit sine peccato. & secundum ordinem rationis.*

3. *Ex Aug. hic zelum fatagit emendare, & si non posset, tollerat, & gemit.*

† 4. Concl. Cum ira præuenit rationem, iustitiam Dei non operatur, & ei tribuitur operatio, vt primo agenti: at quando subsequitur rationem ita, cum sit veluti rationis instrumentum.

5. Concl. Ira quæ ordinem rationis transgreditur, opponitur mansuetudini: non autem ira, quæ est moderata.

6. Concl. In nobis potentiæ animæ mutuo se impediunt, & ita etiam ira temperata impedit iudicium rationis: at in Christo, non ita, quia propter moderationem diuinæ virtutis vna operatio non impediebat aliam &c.

Artic. 10. Vtrum Christus fuerit viator & comprehensor.

1. Concl. 1. Cor 9. Philip. 3. Cor. 15. Dicitur aliquis viator, quia tendit in beatitudinem: comprehensor vero, quia beatitudinem obtinet, vt ex Paulo colligitur.

2. Concl. Perfecta hominis beatitudo consistit in anima, prout fruitur Deo, & in corpore prout est impassibile, &c.

3. Concl. Christus erat comprehensor & viator simul.

1. *Ier. 14. Quare colonus futurus es in terra, &c*

2. *Quia habebat beatitudinem propriam animæ, videlicet videret Deum, & ante resurrectionem, erat passibilis in quantum ad animam, & quantum ad corpus, vt est dictum. Ergo.*

† 4. Concl. Impossibile est moueri ad finem, & quiescere in fine secundum idem, at secundum diuersa non prohibet.

5. Concl. Beatitudo principaliter quidem consistit in anima, sed secundario, & quasi instrumētaliter ex Arist. ad eam requiruntur corporis bona.

6. Concl. Non est eadem ratio de animabus sanctorum & de Christo, quia illæ non sunt passibiles, & illorum corpora nihil agunt, per quod ad beatitudinem tendant.

Quæstio 16. De consequentibus vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum esse & fieri.

Art. 1. Vtrum hæc sit vera, Deus est homo.

1 Concl. Phil. 2. Hæc propositio, *Deus est homo*, est vera & propria, non solum propter veritatem terminorum, quia Christus est verus Deus & verus homo: sed etiam propter veritatem prædicationis.

1. *Ex Paulo ille, qui est in forma Dei, factus est homo. Sed qui est in forma Dei, est Deus. Ergo est Deus homo.*

2. *Hoc nomen*, Deus, *ex modo suæ significationis potest supponere pro persona filij Dei, quia nomen significans naturam communem, in concreto potest supponere pro quolibet sub natura communi contento, vt patet hac voce*, homo. *Ergo potest supponere pro suppósito naturæ humanæ, & quia persona filij Dei est vere, & proprie huius naturæ suppositum: igitur de Deo potest prædicari homo cum de quolibet suppósito altioris naturæ prædicetur vere & proprie nomen quod natura in concreto significat.*

2. Concl. Manichæi concedunt hanc proportionē, sed secundum similitudinem, & improprie, similiter, qui dicunt in Christo animam & corpus non fuisse vnita: Photinus concedit esse veram ex parte hominis, sed non ex parte Dei, quia ait esse Deum participatiue. Nestorius concedit esse verā ex parte vtriusque termini, sed veritatem prædicationis nō sal-

uat,

uat; quia dicit hominem prædicari de Deo secundum coniunctionem dignitatis, vel inhabitationis, &c. In quem errorem etiam incidunt, qui ponunt duas hypostases: quia quę sunt suppositio distincta, non prædicantur inuicem. Vnde, supposito, quod supra est probatum, vere naturam diuinam esse vnitam cum humana in supposito, ista propositio est vera & propria.

† 3. Concl. Quando formæ diuersæ non possunt conuenire in vnum suppositum, tunc propositio est in materia remota: quando vero conueniunt, vel est in materia naturali, vel contingenti; hæc autem est in materia per se, & naturali, non ratione formæ, sed ratione suppositi.

4. Concl. Cum in trinitate personæ sint distinctæ, licet conueniant in natura; non prædicantur inuicem; at in hoc mysterio, quia naturæ sunt distinctæ, non prædicantur inuicem in abstracto, sed in concreto, cum conueniant in supposito.

5. Concl. Anima & caro abstractæ dicuntur vt diuinitas, & humanitas, animatum vero, & incarnatum concrete; & vtrobique abstractum non dicitur de abstracto, sed concretum de concreto.

6. Concl. Homo prædicatur de verbo ratione vnionis, quæ dicit relationem, & ideo non est prædicatio æterna.

Art. 2. Vtrum hæc sit vera, homo est Deus.

1. Concl. Rom. 9. Hæc est vera & propria, *homo est Deus*, supposito mysterio incarnationis.

1. *Ex quibus, ait Paul. est Christus secundum carnem, &c. Sed Christus secundum carnem est homo. Ergo hæc est vera, homo est Deus.*

2. *Deus prædicatur vere, & proprie de persona filii Dei. Ergo etiam vere & proprie de homine: homo enim potest supponere pro persona filii Dei, cum possit supponere pro quacunque hypostasi humana natura. Sed quædam hypostasis humana natura est persona filii Dei. Ergo*

† 2. Concl. Reprehenduntur Sap. 13. idololatræ, quod nomen Dei incommunicabile tribuerint creaturæ, prout in sua natura considerantur: at nos attribuimus nomen diuinitatis homini, secundum suppositum æternum, quod est etiam per vnionem suppositum naturæ humanæ.

3. Concl. Nomen patris dicitur de Deo, vt supponit pro persona patris, ideo istud nomen non necessario prædicatur de nomine, *homo*, de quo prædicatur Deus.

4. Concl. Licet natura humana in Christo sit quiddam recens: tamen suppositum est æternum: & quia Deus non dicitur ratione humanæ naturæ, non sequitur nos ponere Deum recentem, vt qui ponunt duas hypostases.

Art. 3. Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

1. Concl. Non potest vere & proprie dici quod *homo ille*, id est, Christus, *sit dominicus*, sed *quod sit dominus*

1. *Non video, ait Aug. verum vere dicatur homo dominicus, cum sit vere dominus.*

2. *Homo ille designat personam filii Dei, quia verum est suppositum diuinæ & humanæ naturæ in Christo. Ergo de illo prædicatur dominus essentialiter non autem denominatiue, sicuti prædicatur dominicus: quia derogaret veritati vnionis. Ergo.*

3. *Ista prædicatio.* homo dominicus, *est propria Nestorianis qui ponunt duo suppositia, quatenus homo assumitur ad participationem honoris diuini.*

2. Conc. Humana natura non dicitur essentialiter dea, sed deificata, non per conuersionem ipsius in naturam diuinam, sed per coniunctionem ad illam in hypostasi, vt patet ex Damas.

† 3. Conc. Quod Aug. dixerat Christum esse hominem dominicum retractauit.

4. Concl. l. 83. q. Dicitur, *Deus humanatus*, non quod illud suppositum assumpserit hominem, sed humanam naturam, & non ex conuerso, suppositum humanæ naturæ assumpsit diuinam naturam: ideo non potest dici homo deificatus, vel dominicus.

5. Concl Dominicus, non dicitur de his, de quibus dicitur dominus; non enim qui est dominus dicitur dominicus, sed id quod qualitercunque est domini, vt oratio, passio, & caro dominica: cum ergo Christus sit dominus, non potest dici dominicus.

Artic. 4. Vtrum ea qua conueniunt filio hominis possint prædicari de filio Dei, & econuerso.

1. Concl. Quæ dicuntur de Christo secundum diuinam & humanam naturam possunt dici tam de Deo quam de homine.

lib. 3. c. 6 1. *Ex Damas. quia est Deum suscepisse ea, quæ sunt carnis idiomata i. proprietates, & ex Cyril. quia est voces quæ Christo tribuuntur non esse diuidendas, vt aliæ homini, aliæ soli Verbo deputentur.*

2. *Cum eadem sit hypostasis vtriusque naturæ eadem supponitur nomina vtriusque naturæ. Ergo,*

sine dicatur homo, sive Deus, cum supponatur pro hypostasi utriusque naturæ, de homine possunt dici quæ sunt divinæ, & de Deo quæ sunt humanæ naturæ, ratione suppositi humanæ naturæ.

2. Concl. Licet in Christo non sit distinguendum id, de quo divina & humana prædicantur: tamen distinguenda est ratio subiecti, qua divina prædicantur, a ratione qua de eo humana dicuntur.

Quoniam in propositione non solum attenditur id, de quo aliquid dicitur, sed etiam id, secundum quod dicitur: unde ad hoc distinguamus quid sonat secundum formam Dei, & quid secundum formam hominis: ex his confutatur Nestorius, qui quæ sunt hominis non attribuebat Deo, & contra.

† 3. Concl. Opposita prædicari de eodem secundum diuersa, nihil prohibet, vt accidit in hoc proposito.

4. Concl. Quæ dicunt defectum, attribuere Deo secundum naturam diuinam, esset blasphemia: si autem attribuantur secundum naturam assumptam, non ita.

5. Concl. Assumi non conuenit naturæ humanæ ratione suppositi, sed ratione simplius; & ideo non conuenit Deo.

Art. 5. Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de diuina natura, & de humana ea quæ conueniunt filio Dei.

1. Concl. In Christo quæ sunt vnius naturæ non possunt prædicari de altera, vt in abstracto significantur.

1. Ex Damasc. dicentes, non nominamus deitatem humanitatis idiomata s. proprietates sunt: non enim dicimus deitatem passibilem; sed dicimus eam esse diuinam naturam. Ergo.

lib. 3. c. 4. *2. Quæ sunt proprie vnius, non possunt vere dici de alio, nisi sit idem illi; quia exempli gratia risibile non conuenit nisi ei, quod est homo, Ergo: istæ enim naturæ inter se distinguuntur.*

2. Concl. Indifferenter prædicari possunt nomina concreta, quæ ad vtranque naturam pertinent de nominibus concretis, siue nomen de quo dicuntur vtranque naturam significet, vt nomen Christus: siue solum naturam humanam, vt Iesus, vel homo.

3. qu. 83. *1. Quæ nomina concreta important vnam, & eandem personam.*

2. Ex Leone, quia idem est totus hominis filius, propter carnem, & totus Dei filius propter deitatem.

† 3. Concl. In diuinis idem est natura, & persona, & ideo propter identitatem diuina natura dicitur de filio Dei, sed quia non est idem modus significandi quædam dicuntur de filio, & non de natura vt esse gentium, & propter incarnationem esse passum.

4. Concl. Incarnatio dicit vnionem ad carnem, & vtraque natura in Christo est vnita in persona, ex qua vnione vna dicitur incarnata, altera deificata.

5. Concl. Quæ sunt diuinæ naturæ, & dicuntur de humana, non essentialiter dicuntur, sed participatiue denuantur ad naturam humanam, vt cognoscere futura: at quæ participari non possunt, nullo modo dicuntur, vt esse increatum. Et quoniam natura diuina nihil participatiue recipit ab humana; ideo, quæ sunt humanæ naturæ nullo modo dicuntur de diuina.

Art. 6. Vtrum hæc sit vera, Deus factus est homo.

1. Concl. Hæc est vera, *Deus factus est homo.*

1. Verbum, ait Ioan. caro factum est, ac si dixisset, Et ait Athan. Deus homo factus est.

2. Vnumquodque dicitur esse factum, id, quod de nouo incipit de eo prædicari. Sed esse hominem vere prædicatur de Deo ex tempore ob naturam assumptam, Ergo.

2. Concl. *3. Ista propositio diuersimode intelligitur à diuersis, sicut hæc,* Deus est homo, *& est dictum.*

† 3. Concl. Deum fieri hominem, non est fieri simpliciter in omnibus, in quibus natura humana incipit esse in supposito creato de nouo: dicitur Deus factus homo, quia natura incipit esse in supposito naturæ diuinæ: vnde Deum fieri hominem, non est Deum fieri simpliciter.

4. Concl. Quæ relatiue dicuntur de aliquo, possunt dici de eo, sine mutatione ipsius: sicut homo de nouo fit dexter, sine sua mutatione per motum eius, qui fit ei sinister: vnde in his non oportet, vt id, quod de nouo dicitur fieri, mutetur: cum ergo esse hominem conueniat Deo secundum vnionem, quæ est relatio, mutatio est in homine.

5 Concl. Homo supponit personam filii Dei, non nudam, sed vt subsistit in humana natura: & licet hæc est falsa, *Deus factus est persona filii,* hæc tamen est vera, *Deus factus est homo.*

Art. 7. Vtrum hæc sit vera, homo factus est Deus.

1. Concl. Ista propositio, *homo factus est Deus,* tripliciter potest intelligi.

1. Vt, factus, determinet absolute subiectum, vel prædicatum; & sic est falsa: quia nec homo, nec Deus est factus, vt infra dicetur:

tur: quo etiam modo hæc, Deus factus est homo, est falsa; sed suo hoc sensu non quæritur hic.

2. Vt factus; determinet compositionem; vt sit sensus, factum est, vt homo sit Deus, & Deus factus est homo, sed non est proprius sensus harum locutionum, nisi intelligatur prout, *hic homo*, non habet personalem suppositionem, sed simplicem: licet enim, *hic homo*, non sit factus Deus, quia suppositum est æternum; tamen homo communiter loquendo, non fuit semper Deus.

3. Intelligitur proprie, prout factus, ponit fieri circa hominem, in respectu ad Deum, sicut ad terminum factionis, & in hoc sensu, supposito, quod in Christo eadem sit persona Dei, & hominis, hæc est falsa, homo factus est Deus; quia homo supponit personaliter: suppositum autem naturæ humanæ, de quo verificatur esse Deum, semper fuit Deus; vnde non potest dici, quod iste homo incepit esse Deus, vel quod fiat, aut factus sit Deus. *Non hominem deificatum dicimus, sed Deum hominatum, ait Damas.*

2. Concl. lib. 3. c. 2. Quod si alia esset persona Dei & hominis, & Deus prædicaretur de homine, & contra, per quandam coniunctionem suppositorum vel dignitatis personalis, vel affectionis, vel inhabitationis: tunc pari ratione posset dici, quod homo factus est Deus, id est, coniunctus est Deo, sicut, & quod Deus factus est homo, id est, coniunctus est homini.

3. Concl. Illud auctoli, *qui factus est*, &c. intelligitur ex parte subiecti, quod filius Dei factus est homo habens carnem ex semine Dauid.

4. Concl. lib. 1. de Trin. c. 13. Illud Aug. intelligendum est, secundum quod ex illa susceptione factum est, vt homo esset Deus, & contra, vt est dictum in secundo modo: similiter explicatur auctoritas Greg. Nazian. in tertio arg.

5. Concl. Epist. 1 ad Elinon. Terminus positus in subiecto, tenetur materialiter in prædicato formaliter, & cum dico; *Deus factus est homo*, factio terminat naturam humanam, & est vera, sed hæc falsa, *homo factus est Deus*: si tamen ex parte subiecti poneretur aliquod nomen significans naturam in abstracto, esset vera, vt natura humana facta est filii Dei.

Art. 8. Vtrum hæc sit vera, Christus est creatura.

1. Concl. lib 2. de Trin. c. 7. Non est absolute dicendum, Christus est creatura, vel minor Patre, sed cum determinatione scilicet secundum humanam naturam.

1. *Ex A bro sunquid deo factus est Christus Ge. quæstio 1 ca: non*

2. *Cum hæretici non debemus habere nomina communia: quia ex verbis inordinate prolatis incurrunt hæreses, ne eis favere videamur. Ergo debemus nos abstinere ab ista locutione, quia arriani dicebant Christum creaturam simpliciter, & esse minorem patre.*

2. Concl. Ea de quibus suspicari non potest, quod diuinæ personæ conueniant secundum seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione humanæ naturæ, vt esse passum, &c. quia hæc non possunt conuenire ei, nisi secundum naturam humanam.

† 3. Concl. Si quæ partes vtitur in ista propositione causa brevitatis, intelligendi sunt cum determinatione.

4. Concl. Omnes proprietates vtriusq; naturæ possunt aliqualiter dici de Christo, vt quod sit creabilis, & increabilis, &c. sed tamen quæ dubitationem habent circa alteram naturam, non sunt dicenda sine determinatione.

5. Concl. Quod conueniat filio Dei natiuitas ex Virgine, non potest esse dubitatio sicuti de creatione. Vnde non est par ratio.

Art. 9. Vtrum hæc sit vera, iste homo, demonstrato Christo, incepit esse.

1. Concl. Hob. 13. Non est dicendum, *iste homo*, demonstrato Christo, *incepit esse*, si nihil addatur.

1. *Iesus Christus heri, & hodie ipse, & in secula, ait Paulus.*

2. *Quia est propositio simpliciter falsa: quoniam demonstratur æternum suppositum Christi, quod est æternum: quamuis incipere ei conueniat ratione humanæ naturæ; quia terminus positus in subiecto potest materialiter quam formaliter supponit.*

3. *Quæritur si sit vera, tamen sine determinatione debemus eti propter Arrium, qui dicebat in esse, & quod erat, quando non erat.*

† 2. Concl. Tract. 105 in Ioan. Cum Aug. ait, Christum non fuisse ante mundum, intelligendus est cum determinatione.

3. Concl. Cum hoc verbo, *incipit*, non sequitur argumentum ab inferiore ad superius.

Quæritur, importat necesse, quod sit superius ad esse hominis, & ie non sequitur, Christus incepit esse homo. Ergo incepit esse.

4. Concl. Si homo accipiatur pro Christo, significat naturam humanam, quæ incipit esse, tamen supponit suppositum æternum, & quia in subiecto tenetur ad naturam, ideo hæc est falsa, *homo Christus esse incepit*: hæc vera, *Christus incepit esse homo.*

Art. 10. *Vtrum hæc sit vera, Christus secundum quod est homo, est creatura.*

1. Concl. Cum dicitur Christus secundum quod homo, si reduplicatio resumatur ratione suppositi, hæc est falsa, *Christus, vt homo est creatura*; quia suppositum est æternum: si vero resumatur ratione naturæ, sic est vera: quia secundũ naturam humanam conuenit ei esse creaturam: hoc enim modo cum non sit creator, debet esse creatura.

2. Concl. Nomen sic resumptum magis proprie stat pro natura, quam pro suppolito: quia resumitur in vi prædicati, & supponit formaliter, & ideo ista propolito est magis concedenda; quam neganda: si tamen adderetur aliquid contrahens ad suppositum esset neganda, vt hic homo est creatura.

† 3. Concl. Licet Christus non sit humana natura, est tamen habens eam, & nomen creaturæ non solum de abstractis, sed etiam de concretis dicitur.

4. Concl. Homo in subiecto positus, magis respicit suppositum, vt ponitur in duplicatione, magis respicit naturam, & quia natura est creata, suppositum non ita, ideo conceditur, *Christus, vt homo est creatura*; non autem, *homo Christus est creatura.*

5. Concl. Homini, qui est suppositum solius naturæ humanæ, competit non habere esse, nisi secundum humanam naturam; sed quia Christus est suppositum etiam naturæ diuinæ, secundum quam habet esse increatum; ideo non sequitur, si vt homo est creatura, est simpliciter creatura.

Art. 11. *Vtrum hæc sit vera, Christus secundum quod homo, est Deus.*

1. Concl. Si homo in reduplicatione accipiatur pro natura, non est verum, *Christus, vt homo, est Deus.*

Quia natura humana est à simplici à diuina: & rursus omne homo esset Deus.

2 Concl. Si accipiatur ratione suppositi, erit propositio vera.

Quia suppositum naturæ humanæ in Christo est persona filii Dei, cui conuenit esse Deum.

3. Concl. Sed quia terminus in reduplicatione positus magis stat pro natura, ideo ista propositio est magis neganda.

† 4. Concl. Christus, quatenus Deus per gratiam vnionis conuenit secundum humanam naturam, & ideo hæc est vera, vt homo habeat gratiam vnionis: at vero esse Deum conuenit ei secundum diuinam, & ideo non conceditur, *vt homo est Deus*: quia aliud est moueri ad aliquid, aliud esse illud.

5. Concl. Christus, vt homo, dimittit peccata, non per auctoritatem, quod conuenit naturæ diuinæ, sed instrumentaliter.

6. Concl. Melius est dicere, Christus, secundum quod iste homo, est Deus, quam Christus secundum quod homo, est Deus; quia pronomen denotat suppositum.

Art. 12. *Vtrum hæc sit vera, Christus, secundum quod homo est hypostasis vel persona.*

1. Concl. Homo, potest reduplicari vel ratione suppositi, vel naturæ, & hoc dupliciter, vel quod naturæ competat persona aliqua, vel propria persona causata ex principiis naturæ.

2. Concl. Primo modo, Christus secundum quod homo est persona: quia suppositum humanæ naturæ nihil est aliud, quam persona filii Dei.

3. Concl. Si accipiatur ratione naturæ, & personæ in communi Christus, vt homo, est persona; quia omne quod subsistit in natura humana est persona.

4. Concl. Si persona accipiatur proprie est falsa: quia natura humana non est per se subsistens seorsum a natura diuina, quod requirit ratio personæ: deinde sequeretur, quod in Christo essent duæ personæ.

† 5. Concl. Est proprium Christo, vt persona subsistens in natura humana eius, non sit causata ex principiis naturæ: sed sit æterna.

6. Concl. Substantia individua posita in definitione personæ, est completa substantia per se subsistens; alias pars, quæ est individua, esset persona, & sic se habet natura humana in Christo, quæ tamen potest dici individuum quoddam.

7. Concl. Sicut natura humana non est per se persona seorsum a persona filii Deitas non est per se hypostasis, vel suppositum, vel res naturæ. Vnde quo sensu negatur, Christus vt homo, est persona, ita negantur aliæ.

Quæstio 17. De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad esse.

Artic. 1 *Vtrum Christus sit vnus, vel duo.*

1. Concl. NAtura secundum se considerata significatur in abstracto, & non prædicatur de supposito, nisi in Deo, in quo idem est, quod

quod est, & quo est: & ideo in Christo potest prædicari in concreto, & in abstracto: non sic humana natura, quæ solum in concreto prædicatur, prout est in supposito.

2. Concl. Homo significat habentem humanitatem indistincte, sicuti nomen *Deus*, habentem deitatem: At Petrus, vel Iesus, & filius Dei significant habentem humanitatem, & deitatem distincte.

3. Concl. Dualitas in Christo ponitur circa naturas, quæ si ambæ in abstracto de eo dicerentur, Christus esset duo: sed quia non prædicantur nisi vt significantur in supposito, oportet secundum rationem suppositi de Christo prædicari vnum, vel duo.

4. Concl. Quidam ponentes in Christo duo supposita, & vnam personam, quæ est veluti complementum suppositi, dicebant Christum esse vnum masculine, & duo neutraliter: neutrum enim significat quid imperfectum, & masculinum, quid formatum, ac perfectum: At Nestoriani, quia ponebant duas personas, dicebant esse duo etiam masculine.

5. Concl. Quoniam nos ponimus solum vnam personam, & vnum suppositum, diximus, quod non solum Christus est vnus masculine, sed etiam vnum neutraliter. *Nam, vt ait Boet. omne quod est, in quantum est, vnum est. Sed confitemur Christum esse. Ergo Christus est vnum.*

† 6. Concl. De Christo dicitur vtrunque, propter duo nomina significantia duas naturas in concreto, & tenet se ex parte subiecti, & non ex parte prædicati.

7. Concl. Cum de Christo dicitur, aliud, & aliud, debet exponi, habens aliam, & aliam naturam: ita exposuit Aug.

8. Concl. Contra Felic. c. 11. Hæc est falsa, *Christus est tantum homo.*

Quia non excludit aliud suppositum, sed aliam naturam: nam termini in prædicato positi, formaliter supponunt.

9. Concl. Cum dicitur, Christus est aliquid, quod est pater, aliquid stat pro natura diuina, quæ etiam in abstracto prædicatur de Patre, & Filio: at cum dicitur, Christus est aliquid, quod nō est pater; aliquid stat pro natura significata in concreto, non secundum suppositum distinctum, sed indistinctum, prout substat naturę. non autem proprietatibus individuantibus: vnde non sequitur, quod Christus sit aliud, & aliud, vel duo; quia suppositum humanæ naturæ, quod est persona filij nō ponit in numerum cum natura diuina, quæ prædicatur de Patre, & Filio.

10. Concl. Natura diuina prædicatur etiam in abstracto de tribus personis; ideo dicitur, quod tres sunt vnum: at hic non prædicantur ambæ naturæ in abstracto, ideo non potest dici simpliciter quod sint duo.

11. Concl. Duo, dicitur, quasi habens dualitatem non in alio, sed in ipso, de quo prædicatur: & licet Christus habeat duas naturas; tamen propter suppositum vnum, non dicitur duo.

12. Concl. Alterum, dicit diuersitatem accidentis, aliud diuersitatem substantiæ, quæ non solum dicitur de natura, sed etiā de supposito: vnde diuersitas naturæ non facit aliud simpliciter, sed secundum quid, id est secundum naturam, si non adsit diuersitas suppositi: at diuersitas accidentis simpliciter facit alterum.

Art. 2. Vtrum in Christo sit tantum vnum esse.

1. Concl. In Christo, quæ ad naturam pertinēt, sunt duo, quæ ad hypostasim sunt vnum: esse autē ad vtrunq; pertinet: ad hypostasim, vt ad id quod habet esse; ad naturam, vt ad id, quo aliquid habet esse; quia significatur per modum formæ, quæ dicitur ens, ex eo, quod ea: aliquid habet esse.

2. Concl. Si est aliqua forma, vel natura, quæ nō pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse non dicitur esse illius personæ simpliciter, sed secundum quid: vt esse album nō est Socratis, aut est Socrates, sed inquantū est albus: & hoc esse non prohibet multiplicari in vna persona; vt esse album, & musicum in Socrate.

3. Concl. Esse quod per se pertinet ad personā, impossibile est, vt in vna persona multiplicetur: qa impossibile est, vt vnius rei nō sit vnū esse.

4. Concl. Si natura humana adueniret filio Dei, non personaliter, sed accidētaliter, oporteret ponere in Christo duo esse, alterum, vt Deus; alterū, vt homo: vt in Socrate esse hominem, & esse album: at esse capitatum, corporeum, animatum, &c. pertinent ad vnam personam Socratis, & ideo ex omnib. fit vnū esse. Quod si personæ Socratis iam cōstitutæ aduenirēt, manus, pedes, &c. nō accresceretur Socrati aliud esse, sed solum relatio quædam ad ista.

5. Concl. Quoniam Christo humana natura aduenit personaliter, secundum hanc naturam nō aduenit ei nouum esse personale, sed solum, noua habitudo esse personalis præexistentis ad naturam humanam, vt illa persona nō solum naturæ diuinæ, sed etiam humanæ subsistere dicatur. Vnde in Christo, est tantum vnum esse simpliciter personale, patet ex dictis Deipde, secundum quod aliquid dicitur ens, dicitur vnum: quia istæ conuertuntur. Ergo si

si in Christo essent duo esse, Christus non esset vnum.

† 6. Concl. Esse consequitur naturam nō vt habentem esse; sed vt qua aliquid est: personam autem consequitur, vt habentem esse. Vnde magis retinetur vnitas ex vna persona, quam dualitas ex duabus naturis.

7. Concl. Esse æternum Filij Dei quod est diuina natura, sic esse hominis, prout natura humana à Filio Dei assumitur.

8. Concl. Quia in diuinis non est aliud esse naturæ & personæ, ideo tres personę non habent nisi vnum esse: haberent autem triplex, si aliud esset esse personæ, & naturæ.

9. Concl. Anima dat esse corpori, prout facit animatum, & complementum naturæ: totum autē compositum, prout significatur nomine humanitatis sic hypostasi non significatur vt id, quod est, sed vt, quo aliquid est. Vnde esse est personæ relatæ ad talem naturam, cuius habitudinis causa est anima, prout perficit naturam humanam.

Quæstio. 18. De pertinentibus ad vnitatem in Christo, quantum ad voluntatem.

Art. 1 Vtrum in Christo sint duæ voluntates.

1. Concl. li. 2. de fide, c. 3. & in Luc. lib. 10. IN Christo sunt duæ voluntates, sc. diuina, & humana.

1. Ex Ambros. quiponit duas has voluntates in Christo.

2. Ex synod. sexta, act. 4. vbi hoc determinatur.

3. Filius Dei assumpsit naturam humanam perfectam, ad cuius perfectionem pertinet voluntas, quæ est naturalis potentia, vt intellectus; & assumēdo hanc naturam, nullam diminutionem passa est natura diuina, cui competit voluntatem habere. Ergo in Christo erunt duæ voluntates. Vnde damnantur ponentes vnam voluntatem in Christo: Apollinaris, quia dicebat. Verbum esse loco animæ, & intellectus: Eutyches: quia ponebat vnam naturam tantum: Nestorius, qui dixit vnionem factam secundum affectum; & quiponentes duas naturas, dixerunt naturam humanam nunquam moueri proprio affectu, sed solum ea mouebatur à diuinitate mouebatur.

† 2. Concl. Licet Christus semper moueretur motu voluntatis diuinæ, non sequitur quod non habuerit propriam voluntatem, vt patet in sanctis; qui mouentur ad nutum Dei: qui operatur velle & perficere.

3. Concl. Instrumentum mouetur à principali agēte secundum naturam ipsius: inanimatum, per motum corporale animatum sensibile, per appetitum sensus rationale per voluntatem, vt seruus per imperium domini.

4. Concl. Multiplicatur in Christo quod pertinet ad naturam: sed quia actus voluntatis interdum est necessarius, vt circa finem interdum libet, ex arbitrio rationis, quæ est potentia naturalis, ideo in Christo est ponēda voluntas, non solum vt potentia naturalis, sed etiam vt est motus rationalis, & liber.

5. Concl. Aliqualiter velle seu determinatus modus volendi, pertinet quidem ad personam: sed cū voluntas pertineat ad naturā etiam motus volēdi pertineat ad naturā, sed vt in tali persona: vnde etiam voluntas humana Christi habuit determinatum modum volendi, vt semper moueretur secundum nutum voluntatis.

Art. 2. Vtrum in Christo fuerit aliqua voluntas sensualitatis, præter rationis voluntatem.

1. Concl. Luc. 22. lib 2 de fide, c. 3. In Christo fuit appetitus sensitiuus qui sensualitas, & volūtas per participationē dicitur.

1. Mea, ait Ambros. est voluntas, quam sua dixit quia vt homo suscepit tristitiam meam: ex quo datur intelligi, quod tristitia pertinet ad humanā voluntatem in Christo. Sed tristitia pertinet ad sensualitatem, Ergo.

2. Filius Dei assumpsit naturam cum omnibus perfectionibus in quibus etiam natura animalis includitur, vt in specie genus. Ergo assumpsit quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis inter quæ est appetitus sensitiuus, qui sensualitas dicitur Ergo & quia sensualitas, vt est nata obedire rationi rationalis & participatione, ita cum voluntas sit in ratione potest dici quod sensualitas sit voluntas participatione.

† 3. Concl. Voluntas essentialiter sumpta, dicitur esse in ratione: & sic procedit primum.

4. Concl. Sensualitas significatur per serpentem, nō quantum ad naturam, quam Christus assumpsit, sed quantum ad corruptionem fomitis.

5. Concl. Vt in Christo est vna natura, & ita vna voluntas quia sensualitas non dicitur voluntas, nisi in ordine ad voluntatem. Vbi autem vnū est propter aliud, vnum esse dicitur.

Art. 3. Vtrum in Christo fuerint duæ voluntates, quantum ad rationem.

1. Concl. Si voluntas sumatur pro potentia in Christo est vna sola voluntas humana essentialiter, & non participatiue dicta.

Nam in quolibet ordine, est vnum primum mouens: Talis est voluntas in genere humanorū actuū.

Ergo

Ergo in Christo homine est duæ voluntas proprie dicta. At Christus est totus homo. Ergo.

Concl. Si voluntas sumatur pro actu in Christo, distinguitur duplex voluntas, altera, quæ est vt natura, altera quæ est, vt ratio.

Nam voluntas est finis, & eorum quæ sunt ad finem: Sed in finem fertur absolute, vt in id, quod quod est ex se bonum: in media vero, vt habent bonitatem ex ordine ad aliud. Ergo alterius rationis erit actus voluntatis in finem, & in id, quod ordinatur ad finem.

Concl. Hæc tamen diuersitas actus non diuersificat potentiam, quia vterque tendit in rationem communem obiecti, quod est bonum: vnde patet ad primum.

†4. Concl. Vt intellectus & ratio non sunt potentiæ distinctæ, ita nec voluntas intellectualis & rationalis.

Concl. Voluntas pieratis, non est alia voluntas, quam voluntas vt natura, vt refugit alienum malum absolute consideratum.

Art. 4. Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

Concl. In Christo fuit liberum arbitrium.

1. *Isa 7. vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, quod est liberi arbitrij.*

2. *In Christo est voluntas, vt ratio sive consiliativa, quæ est idem quod electio: quia in eo non solum fuit actus voluntatis in finem, quis voluntas appellatur, sed etiam in ea, quæ sunt ad finem, quæ dicitur voluntas, vt ratio. Ergo in Christo fuit liberum arbitrium, cuius actus est electio.*

†2. Concl. lib 3. c. 14. Excluditur electio à Christo à Damasc. vt electio importat dubitationem, quæ accidit electioni, vt est in natura ignorante: & sic de alijs similibus actibus.

3. Concl. Ad electionem sufficit, vt aliquid iudicetur agendum, vnde, ex se, non pendet à dubitatione, & exquisitione, siue consilio, nisi in natura ignorante.

4. Concl. Licet voluntas Christi sit terminata ad bonum, non tamen ad hoc, vel illud bonum, ideo potuit eligere.

Art. 5. Vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

1. Concl. In Christo secundum naturam humanam est voluntas sensualitatis, & voluntas rationalis, & vt natura & vt ratio.

2. Concl. Christus voluntate sensualitatis, & voluntate, vt natura, poterat aliud velle, quam Deus.

1. *Ex Aug. cont. Maximin. tractando illud; Non quod volo, sed quod tu, &c.*

2. *Quia voluntas sensualis refugit dolorem corporis, & voluntas vt natura, quæ contrariantur naturæ vt mortem, & licet quandoque per modum, rationis eligere posset in ordine ad finem, vt ejectionem propter sanitatem. At voluntas Dei erat: vt Christus doleret & mortem pateretur, non quod ista ex se vellet, seu in ordine ad finem. Ergo Christus secundum istas voluntates poterat aliud velle, quam Deus.*

3. Concl. Christus secundum voluntatem, quæ est per modum rationis i. eligendo semper idem volebat, quod Deus.

Patet ex illo, Non sicut ego volo, sed sicut tu: volebat enim secundum rationem & voluntatem Dei impleri, licet dicat se velle aliud, secundum quantam aliam eius voluntatem. Ex quo probatur etiam sunda concl.

†4. Concl. Christus voluntate rationali voluit voluntatem Dei impleri; non voluntate sensualitatis, quæ non ex se extenditur ad voluntatem Dei, nec voluntate, vt natura, quæ fertur in obiecta absolute considerata, & non in ordine ad voluntatem Dei.

5. Concl. Conformitas voluntatis humanæ ad diuinam attenditur secundum voluntatem rationis, secundum quam etiam concordant voluntates amicorum.

6. Concl. Christus fuit simul comprehensor & viator, prout fruebatur Deo in carne passibili, & ratione carnis poterat in eo aliquid accidere repugnãs naturali voluntati, & appetitui sensitiuo

Art. 6. Vtrum in Christo fuerit contrarietas voluntatum.

1 Concl. Ad contrarietatem voluntatum requiritur oppositio in eodem, & secundum idem.

Quia si diuersitas sit circa diuersa, vel non sit in eodem, & secundum eandem voluntatem, non erit oppositio, vnde si quis vellet aliquid secundum rationem, & non secundum appetitum, non esset contrarietas, similiter si duo vellent aliquid sub diuersis rationibus.

2. Concl. In Christo nulla fuit contrarietas voluntatum licet voluntas naturalis, & voluntas sensualitatis aliquid aliud voluerint, quam diuina & voluntas rationis ipsius

Act 3. 1. *Ex 6. Synodo, prædicamus duas voluntates naturales non contrarias, &c*

2. *Voluntas vt natura, & sensualitas non repudiabant illam rationem, quia diuina voluntas & voluntas humana vt ratio sapiente volebat; nam voluntas absoluta in Christo, volebat salutem humani generis, sed cum nõ erat velle hoc in ordine ad aliud ad quod sensualitatis se extenderet nõ volebat. Deinde nec voluntas diuina nec voluntas rationis impediebatur per voluntatem naturalem & sensitiuam*

Similiter & voluntas diuina, & voluntas & ratio, non retardabant motum voluntatis rationalis, & sensualis actus in Christo, sed placebat, vt iuxta ordinem suæ naturæ moueretur. Ergo nulla fuit voluntatum repugnantia in Christo.

3. Concl.

Quod voluntas humana in Christo aliud vellet, quam diuina, procedebat ex voluntate diuina, vt est dictum.

4. Concl.

Concupiscentia carnis retardat concupiscentiam spiritus; quod in Christo non fuit; ideo in ipso non fuit contrarietas carnis & spiritus.

Agonia, non fuit in Christo quantũ ad partem animæ rationalem, vt importat concertationem voluntatum, ex diuersitate rationũ procedentem, quia hoc prouenit ex debilitate rationis non videntis, quod est malum simpliciter, q. de Christo non est dicendum: sed fuit quantũ ad partẽ sensitiuam, vt importat timorẽ in fortunijs imminẽtis, vt ait Damasc.

lib 3. c. 18.

Quæstio 19. De pertinentibus ad virtutem Christi, quantum ad operationem.

Art. 1. Vtrum in Christo sit vna tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

ACtio eius quod mouetur ab altero, si agit secundum suam formam, est altera ab actione mouentis: vt securis operatio secundũ suam formam, est incisio; vt mouetur ab artifice, est facere scamnum: prima est propria instrumenti, nec pertinet ad mouentẽ, nisi quatenus vtitur tali re ad suam operationem: altera vero quæ est rei prout mouetur ab alio nõ est alia, præter operationẽ mouẽtis ipsum: sicut facere scamnum, non est operatio securis diuersa ab operatione artificis, sed eã participat instrumentaliter: vnde vbi mouens & motum habent diuersas formas, seu virtutes operatiuas, ibi alia est operatio mouẽtis, alia moti; licet vtrunque agat cum communione alterius: vbi vero quod mouetur non habet propriam formam, vna est operatio.

In Christo duæ sunt operationes distinctæ: altera diuinitatis, altera humanitatis; licet natura diuina vtatur operatione humana, vt instrumento, & humana natura participet operationem diuinæ naturæ, vt principalis agentis.

1. Ex Ambr. ducente, non posse esse vnam operationem, vbi est diuersa substantia, &c.

2. In Christo humana natura habet propriam formam, & virtutem per quam operatur, & similiter natura diuina. Ergo

3. Ex Leone ad Flauianum: agit Verbo, forma, &c. & Synodo 6. duas naturales operationes indiuisas, &c.

Epist.

4. Si in Christo vna tantum esset operatio, vel natura humana nõ haberet operationem propriã, & tunc esset sola operatio diuina: vel ex diuina & humana virtute esset constituta vna virtus; & tunc, vel Christus esset imperfectus, & Ecclesia esset confusio naturarum. Ex his confutantur errores, qui ponebant vnam operationem in Christo; ducẽdo naturam humanam in vtero abstractam. Vel adeabant eandem esse operationem ex parte assumptæ operantis, diuersa tamen operatione, quia vel ad operabatur per naturam diuinã, aliud per humanam; sicut aliud in puro homine, aliud per manum, aliud per pedes operatur. Radix erroris fuit, quia nõ distinxerunt inter operationes propriam instrumentis, & primo agentis.

Dionys. ponit in Christo operationẽ theandricam, id est, Dei virilem, non propter commixtionem, sed quia actus diuina operatio vtitur humana.

3. Concl. Cap. 2 de diu. nom.

Operatio naturæ humanæ, vt est instrumentũ diuinitatis, non est alia ab operatione diuinitatis; vnde, eadem est saluatio vtriusq; naturæ: habet tamen humana natura operationem propriam, vt est dictum, & patet exemplo allato de artifice.

4. Concl.

Operari est hypostasis, sed secundum formam, a qua operatio speciem recipit, & pro diuersitate formarum sunt diuersæ operationes specie: ab vnitate vero hypostasis, est vnitas secundum numerum. Ita & in Christo sunt operationes specie differentes, sed vtraq; est vna numero semel facta: vt vna ambulatio, &c.

5 Concl.

Esse & operari est personæ a natura, sed alite, & aliter: esse pertinet ad constitutionem personæ, & quoad hoc se habet in ratione termini: vna vnitas personæ requirit vnitatem ipsius esse completi: sed operari pertinet ad complementum personæ secundũ actum primum, & quoad hoc se habet in ratione principij: vnitas personalis operationũ non præexigit vnitatem personalem.

6. Concl.

Aliud est operatio vtriusq; naturæ in Christo: vt sanatio leprosi est naturæ diuinæ, contactus autem humanæ: concurrunt tamen operationes in operato, prout vna agit cum communicatione alterius.

7. Concl.

Artic. 2. Vtrum in Christo sint plures operationes humanæ.

Illa operatio est simpliciter humana, q̃ procedit a ratione per voluntatem, quæ est rationis appetitus: quæ autem non sic proueniunt, cõueniunt homini secundum aliquam partẽ humanæ naturæ, vel vegetatiuam, quæ non

1. Concl.

est

est apta obedire rationi, vel sensitiuam, quæ est apta obedire vndè potentiæ sensitiuæ dicuntur aliqualiter rationales.

2. Concl. 2. In puro homine alia est operatio corporis elementaris, & animæ vegetatiuæ ab operatione voluntatis, quæ est humana: & similiter operatio sensitiuæ quantū ad id quod nō mouetur a ratione, quātum verò ad id, quod mouetur à ratione, vna est operatio, licet attendatur principium operationis, ratio vel voluntas: quia cum agens inferius non agit nisi prout est motum a superiore, tunc vnica est vtriusque operatio, diuersificantur tamen tales operationes per respectum ad diuersa obiecta: quam diuersitatem quidam vocant operatorum, magis quam operationum, iudicantes de vnitate operationis solum ex parte principij operatiui, vt nunc quærimus.

3. Concl. Ex parte principij operatiui in quolibet puro homine est tantum vna operatio, quæ proprie humana dicitur: licet sint aliæ operationes non humanæ.

4. Concl. In Christo erat vna operatio humana.

1. Operatio sequitur naturam. Sed in Christo erat vna natura humana. Ergo.

2 Patet ex secunda conclusione.

5. Concl. In Christo multo magis erat vna operatio humana, quam inquocunque alio homine.

Quia in ipso nullus erat motus sensitiuæ partis non ordinatus a ratione: & similiter operationes naturales aliqualiter ad eius voluntatem pertinebant, prout voluntas eius erat, vt caro eius ageret & pateretur; quæ sunt sibi propria.

† 6. Concl. Operatio sensitiuæ & nutritiuæ non est propriè humana; & tamē in Christo istę operationes fuerunt magis humanæ vt dictum est.

7. Concl. Non excludunt hic dictę differentiæ operationū ex parte obiectorum nec etiam illa quæ est secundum aliud & aliud esse existentiæ, sed solum illa quæ est secundum principium actiuum. Vnde patet etiam ex dictis, tam ex parte principij actiui, quam ex parte instrumentorum.

Art. 3. Vtrum aliquo humana Christi potuerit esse sibi meritoria.

1. Concl. Habere aliquid boni per seipsum quod est nobilius, quam habere per aliud, est esse aliquo modo causam illius, vel primariò, vel secundario.

2 Concl. Nulla creatura habet aliquid boni per seipsum, tanquam causa, sed est a Deo. Huc facit illud: *quid habes quod non accepisti?*

1. Cor. 4. 3. Concl. Secundario potest aliquis esse causa sibi alicuius boni habendi; vt cooperatur Deo: & sic, qui per meritum proprium aliquid habet, aliquo modo per se illud habet. Vnde nobilius est quod habetur per meritum, quam quod habetur sine merito.

4. Concl. Christus habuit per meritum id, quod alii per meritum habent, nisi sit tale, cum, cæterum magis ipsius perfectioni præiudicet, qui per meritum accrescat: vnde gratiam, scientiam, beatitudinem animæ, & diuinitatem non habuit per meritum; quia aliquando his caruisset, quod magis dignitatem Christi minuit, quā augeat meritum.

5. Concl. Gloriam autem corporis, & quæ pertinent ad exteriorem eius excellentiam, ascensio, veneratio, &c. quæ minus sunt quam dignitas merendi, habuit per meritum.

Phil. 2. *1. Factus est obediens vsque ad mortem, propter quod, & Deus exaltauit illum. Ergo obediendo meruit exaltationem.*

2 Omnis perfectio, est attribuenda Christo, nisi minueretur eius dignitatem. Ad ista habere per meritum, est huiusmodi, vt patet ex dictis. Ergo.

† 6. Concl. Christus meruit per caritatem, non vt comprehensor, sed vt viator: vnde nunc non in statu merendi.

7. Concl. Christo, vt homini beato debetur gloria, quam quantum ad aliqua a principio habuit. & sic non meruit, quantum ad alia non habuit, & sic meruit.

8. Concl. Redundantia gloriæ in corpus, est ex Dei ordinatione secundum congruentiam meritorum; & ita non solum gloria animæ, sed etiam corporis cadit sub merito.

9. Concl. Manifestatio Christi pertinet ad bonum eius secundum esse quod habet in notitia aliorum, & ideo illam meruit, vt suum bonū.

Art. 4. Vtrum Christus alijs meruerit potuerit.

1. Concl. Rom. Meritum Christi se extendit ad alios, vt sunt eius membra.

1. Per eius obedientiam, & sic per eius iustificationem. Sed meruit. Ada deputantur in ordinatione eorum. Ergo & meritum Christi.

2. In Christo fuit gratia non solum vt in quodam singulari homine, sed vt in capite totius ecclesiæ, vt est dictum. Ergo: ex omnibus enim membris constituitur vna mystica persona, cuius caput est Christus. Sicut in vno homine caput quodammodo pertinet ad omnia membra, cum & sibi, & omnibus membris seruiat.

† 2. Concl. Ephes. 1. Anima quæ peccat moritur & quæ bene agit meretur, vt est singularis persona: ut Adam fuit principium totius naturæ, quæ per generationem traducitur, & Christus cōstitutus est caput omnium quantū ad gratia.

Qui accipiunt de plenitudine Christi non fontem, sed particularem gratiam accipiunt; ideo non possunt alijs mereri.

Meritum Christi deriuatur per generationem spiritualem, quæ fit in baptismo, quo incorporamur Christo, & hoc ipsum est gratię. Vnde sal' nostra nõ deberetur nobis ex iustitia, sed est ex gratia, licet Christus eã meruerit.

Quæstio 20. De conuenientibus Christo, secundum quod Patri fuit subiectus.

Art. 1. Vtrum dicendum sit Christum subiectum Patri.

CHristus secundum humanam naturam est subiectus Patri.

1 Ioan. 14. Pater maior me est. Et Aug. Christus dicitur æqualis Patri propter formam Dei, minor propter formam serui. At minor est subiectus maiori Ergo.

2. Quia natura humana conuenit esse subiectam Deo Ergo

Christo, vt est homo, conuenit esse subiectum Patri secundum bonitatem, seruitutem, & obedientiam: quoniam natura humana ex sui conditione habet hanc triplicem subiectionem ad Deum.

Nam Deus est essentia bonitatis, quam humana natura participat quasi radijs illius bonitatis subiecta. Hanc confitetur Christum de se cum ait: Vnus est bonus Deus. Subijciuntur deinde omnia creaturæ potestati, & dispositioni diuinæ seruiendo: & Christus formam serui accepit, quia omnia, quæ in esse humanitate gesta sunt, diuina dispositione gesta sunt. Postremo humana natura subijcitur Deo, quantum ad proprium arbitrium suum prompta voluntate obedit mandatis diuinis & Christus de se dixit: Quæ placita sunt ei facio semper: & Paulus: Factus est obediens. &c.

Non est simpliciter intelligendum Christũ esse subiectum Patri, sed secundũ humanam naturam, licet determinatio non apponatur, quæ conuenientius apponitur; sicuti nec simpliciter dicitur creatura.

Quælibet hypostasis secundum hanc, vel illam naturam potest dici domina, vel serua, licet nõ proprie natura dicatur domina, vel serua, cũ relatio seruitutis, & dominij fundetur in actione, & passione, quod cõuenit personæ.

Tunc dicitur plene subiectus Filius Patri, quando non solum ipse, sed etiã omnia ipsius membra, & per fidem, & per perfectam participationem diuinitatis erunt ei subiecta. Et sic tradet regnum Deo Patri.

Art. 2. Vtrum Christus sit subiectus sibi ipsi.

Esse dominum & seruum attribuuntur personæ secundum aliquam naturam: quæ duo possunt intelligi de Christo, vel ratione hypostasis, quod in eo duæ sint, vt putauit Nestorius damnatus in synodo Ephesina, vel ratione diuersarum naturarum in vna persona.

Christus non est subiectus sibi, vel dominus sibi ratione personę. Ita intelligitur Synod. citata cap. 6. & Cyrillus in epistola recepta à synod. & Damas. vnde patet ad primum.

Christus potest dici subiectus sibi, & sui dominus ratione naturarum.

1. Ex Aug. qui ait filium esse maiorem seipso secundum humanam naturã, sicut pater est maior filio secundum eandem.

2. Christus secundum humanam naturam est seruus Dei. Ioan. 20 ascendo ad Deum meum, &c. Sed qui est seruus Patris, est etiam seruus filij; alias non omnia, quæ sunt Patris essent filij. Ergo.

Quæ Christo per se & absolute conueniũt ratione personę, ei simpliciter tribui possunt: quæ vero conueniunt secundum naturã humanam potius determinate, quia nomẽ Christus est nomen personæ. Vnde dicetur simpliciter maximus, dominus. &c. At seruus, secundum naturam humanam.

Oportet quidem simpliciter alium esse dominum, alium esse seruum: sed tamen secundum aliud, & aliud idem potest esse seruus, & dominus.

Relatio potest esse ad seipsum secundum diuersas partes; sicuti respectu partis superioris, & inferioris, ad seipsum dicitur esse iustitia. Vnde Cyrill. & Dam. intelligendi sunt secundum diuersitatem suppositorũ, & simpliciter Aug. secundũ naturas & determinate.

Quæstio 21. De oratione Christi.

Art. 1. Vtrum Christo competat orare.

CHristo, secundum quod homo, conuenit orare.

1. Luc. 6. & erat pernoctans in oratione.

2. Oratio est explicatio propriæ voluntatis ad Deum, vt eam impleat. Ergo si in Christo esset sola voluntas diuina, non competeret ei orare; quia hæc voluntas est effectiua eorum, quæ vult. Ergo Christo conuenit orare, vt homo est, quia in eo est etiam voluntas humana, quæ non est efficax ad implendum quod vult.

Christus, vt homo, non potuit omnia adimplere, quia hac ratione non erat omnipotens.

1. Concl.

2. Concl. epist. ad Nest. tib. 1. c. 21 lib. 1. de Trin. c. 7.

3. Concl.

4 Concl.

† 5 Concl.

6. Concl.

Arist. 5. eth. c. vlt.

1. Concl. Psal. 134.

† 2. Concl. Ioan. 11.

tens: voluit etiam orare, vt ostenderet se esse, a Patre, & ad nostrum exemplum.

3. Concl. Inter alia futura, quæ Christus nouit, sciuit multa debere impleri sua oratione.

4. Concl. Oratio est ascensus intellectus; ascensus autem est motus quidã, qui vel est actus imperfecti existentis in potentia, & sic non cõuenit Christo, qui semper fuit vnitus Deo: vel est actus perfecti, & sic, intelligere, dicuntur motus, quo modo competit Christo.

Art. 2. Vtrum Christo conueniat orare secundum suam sensualitatem.

1. Concl. Orare secundum sensualitatem dupliciter intelligi potest: vel quod oratio sit actus sensualitatis; vel quia orando proponitur, quod est in appetitu sensualitatis eius, qui orat.

2. Concl. Christus primo modo non orauit secundum sensualitatem.

1. Christus factus est homo, sed hoc inest nõ orant secundum sensualitatem, modo dicto. Ergo.

2. Motus sensualitatis non transit sensibilia. Ergo non potest in Deum ascendere, & proinde nec orare.

3. Oratio importat desiderium quasi à Deo impletum. At id conuenit rationi, Ergo.

3. Concl. Christus secundo modo orauit secundum sensualitatem, id est, oratio eius exprimebat sensualitatis affectum, tanquam sensualitatis aduocata, & id vt nos de tribus instrueret.

1. Vt ostenderet se naturam humanam cum omnibus affectibus naturalibus accepisse.

2. Vt ostenderet homini licere secundum affectum naturalem aliquid velle, quod Deus non vult.

3. Vt demonstraret hominem debere proprium affectum diuinæ voluntati subijcere.

† 4. Concl. Caro dicitur exultare in Deum per redundantiam à corde in carnem; vt appetitus sensitiuus sequitur motũ appetitus rationalis.

Psal 83. 5. Concl. Matt 6. 6. Concl. Quod sensualitas velit, quod ratio petit, id, orãdo petere nõ est sensualitatis sed rationis.

Vnio in persona pertinet ad quamlibet partem naturæ humanæ, sed ascensio per orationem fit per actum, qui conuenit soli rationi: vnde non est par ratio de vnione personali cum carne, & de vnione per orationem.

Art. 3. Vtrum fuerit conueniens Christum orare pro se.

1. Concl. Christus orauit pro se. Ioann. 18. Clarifica Filium tuum, &c.

2. Concl. Christus orauit pro se, tum exprimẽdo affectum sensualitatis, vel etiã voluntatis simplicis, quæ considaratur vt natura, vt cum petijt, calicem a se transferri: tum exprimendo actum voluntatis deliberatæ, quæ consideratur, vt ratio, vt cum petijt gloriã resurrectionis. Et vt nobis daret exemplum orandi & vt ostenderet patrem esse suum auctorem, a quo ab æterno processit, & vt homo habuit, quidquid habuit. Et quia rursus alia bona expectabat: ideo, vt pro habitis gratias agebat, ita & pro habendis orabat: vt idem nos faciamus.

† 3. Concl. Matt. 26. lib. 10 de Trin. Cum Hilarius dixit orationem non fuisse necessariam Christo, intelligitur de vocali: fuit tamen necessaria propter nos.

4. Concl. Christus volebat quidem pati suo tempore; sed etiam volebat post passionem gloriam, quam expectabat a Patre, pro qua orauit.

5 Concl. Rom. 4. Gloriã, quam Christus petebat, pertinebat etiam ad salutem nostram; quia resurrexit propter iustificationem nostram; & ita illa oratio erat etiam pro alijs.

Art. 4. Vtrum Christi oratio semper fuerit exaudita.

1. Concl. Voluntas est duplex: altera simpliciter, qua aliquid absolute, secundum deliberatam rationem volumus: altera secundum quid, quæ potius velleitas nominatur, qua aliquid volumus secundum modum sensualitatis, vel simplicis voluntatis, vt est natura, cum volumus aliquid, nisi obsistat ratio.

2. Concl. Omnis oratio absoluta Christi fuit exaudita.

1. Ad Hebr. 5. Exauditus pro reuerentia sua.

2. Illius oratio omnis exauditur, cuius voluntas semper impletur; est enim oratio mentis humanæ interpretatiua. Sed omnis voluntas absoluta Christi etiam humana semper impleta fuit; quia omnis eius voluntas simpliciter fuit Deo conformis, cum nihil a sua voluerit, nisi quod scimus Deum velle, quo etiam modo aliorum orationes dicuntur impleri, quod eorum voluntates sunt Deo conformes. Ergo. Rom. 8.

† 3. Concl. Matt. 6. Petitio illa de translatione calicis, varijs modis exponitur: petijt ergo ad instructionẽ nostram secundum naturalem voluntatem, & motum sensualitatis, quem vt homo habebat; sed secundum rationem deliberatam nolebat impleri.

4. Concl. Luc. 2. Christus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neq; pro omnibus crediturís, sed pro prædestinatis, vt per ipsum saluarentur. Vnde patet ad tertium.

5 Concl. Psal. 12 Illud, Clamabo & non exaudies, intelligitur quantum ad affectum sensualitatis, vt est dictum.

Quæst.

Quæstio 22. De sacerdotio Christi.

Art. 1. Vtrum Christo conueniat esse sacerdotem.

1. Concl. CHristo maxime conuenit esse sacerdotem.

1. *Ad Hebr. 4. Habentes Pontificem, &c.*

2. *Officium sacerdotis proprie est esse mediatorem inter Deum & populum; prout ad ipsa pertinet tradere, & ideo dicitur sacerdos, quasi sacra dans: iuxta Malach. c. 2. Legem requirent, &c ad Heb. 5. Omnis Pontifex, &c. Sed hoc maxime conuenit Christo, iuxta illud, per quem maxima & pretiosa, &c. illud, per eum reconciliare omni. Ergo.*

2. Concil. Chal. 4. Mart. 1. Sacerdos, vt mediator, habet nomen Angeli, quo est minor: Christus etiam, vt homo fuit maior Angelis ob plenitudinem gratiæ & gloriæ, ideo fuit excellentior in potestate, ieu hierarchia & ei Angeli ministrarunt.

3. Concl. Heb. 2. Christus noluit nasci ex progenie sacerdotali, sed regia, vt ostenderet non esse idem, illud sacerdotium figurale, cum vero.

4. Concl. Isa. 33. Licet olim non esset idem Rex & sacerdos: tamen omnia concurrunt in Christo vt in fonte omnium gratiarum: vnde, non solum est sacerdos, sed etiam legislator, & rex.

Art. 2. Vtrum Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

1. Concl. Christus, vt homo, non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

Ephes. 3. 1. *Tradidit, ait Paul semetipsum pro nobis oblationem, &c.*

2. *Omne quod exhibetur Deo, ad hoc, vt spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium. quia sacrificium visibile, est sacramentum, id est signum sacrificij inuisibilis, quo homo spiritum suum Deo offert psal. 50 sacrificium Deo, &c. Sed humanitas Christi oblata est Deo ad hoc, vt spiritus hominis feratur in Deum, homo enim eges sacrificio, tum propter dimissionem peccati, ad Hebr. 5. & Christus traditus est propter nostra delicta, Ro. 4. tum. vt instatis gratia conseruetur, pro quo cum offerebatur hostia pacifica, & nos per Christum salutem accepimus, ad Hebr. 5. Factus est, &c. demum, vt spiritus hominis Deo perfecte vniatur, pro quo olim offerebatur holocaustum, cuius totum sacrificium, quod maxime erit in gloria spiritus, recipet Christus, sumus adepti ad Heb. 10. Habentes fiduciam, &c. Ergo.*

Leu. 3. Leuit. 1. Christus non se occidit, sed sponte se tradidit, & sub hac dicitur obtulisse, non prout olim sacerdos hostiam occidebat.

3. Concil. Christi occisio relata ad occidentes, non fuit hostia, quia non obtulerunt eam Deo, sed relata ad voluntatem patientis dicitur hostia: in quo non conuenit cum sacrificijs gentium, quibus homines offerebantur.

4. Concl. Sanctitas Christi non impedit, quin humana natura nouo modo sit sanctificata, vt hostia actualiter exhibita, & ita acquisiuit actualem sanctificationem ex antigua gratia vnionis, &c.

Art. 3. Vtrum effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum.

1. Concl. Sacerdotium Christi habet plenam vim expiandi peccata.

1. *Quia emundauit nos ab operibus mortuis, Heb. 9. opera autem mortua sunt peccata, Ergo.*

2. *Ad perfectam emundationem peccatis duo requiruntur. scil. dare gratiam, & satisfacere, quia in peccato reperitur macula, quam tollit gratia, & reatus, quem tollit satisfactio. Sed Christus sacerdotium efficit vtrumque, quia iustificamur per gratiam Christi, & dolores nostros ipse portauit. Ergo.*

† 2. Concl. Rom. 3. Isa 43. Vnus & idem fuit sacerdos, & Deus, prout humanitas operabatur virtute diuinitatis potuit peccata dimittere, & plene satisfacere: In sacrificio considerantur, cui, à quo, quid, & pro quibus offertur.

3. Concl. Aug. lib. 4 de trin. c. 14 Licet quotidie oremus, *dimitte nobis debita, &c.* id non fit, quod per sacerdotium, & oblationem Christi insufficienter expientur peccata, vt olim per vetera sacrificia, sed fit ista commemoratio peccatorum, propter infideles, & eos qui facti participes sacrificij, postea peccarunt. Sacrificium autem, quod quotidie offertur, non est aliud a illo, Christus obtulit, sed eius commemoratio.

4. Concl. Num. 28. In veteri lege offerebantur diuersa animalia pro peccato sed tantum mane, & vesperi quotidie offerebantur agnus, cui comparatus est Christus: quo indicatum est omnia sacrificia deberi in eo cõsumari, qui agnus sustulit peccata mundi.

Art. 4. Vtrum effectus sacerdotij Christi non solum ad alios pertinuerit sed etiam ad ipsum.

1. Concl. Non conuenit Christo effectum sui sacerdotij recipere.

1. *Ex sexta synodo, vbi damnatur qui dixerit, Christum pro se obtulisse. At in hoc consistit sacerdotis officium, Ergo.*

2. Is effectum sacerdotij participat, qui per se nō potest accedere ad Deum, qui a sacerdos est medius inter Deum & populum, & frequenter efficitum sacerdotij, est suscipere effectum medij. Sed Christus per se accessit ad Deum, vt ait Paulus. Ergo.

Heb. 7.

3. Primum agens in quolibet genere trahit sibi, quod non recipit, vt patet de Sole illuminante. Sed Christus est fons totius sacerdotij, quia sacerdos legalis erat figura Christi: nouus vero gerit eiusdem personam, vt patet ex Paulo. Ergo.

2 Cor. 3.

† 2. Concl. Oratio qua Christus pro se orauit licet esset actus sacerdotij, non tamē proprius, quia sacerdos debet etiā pro alijs orare: tamē quia affectus sacerdotij participatur sacerdotibus, non vt sacerdotes, sed vt peccatores sunt, ideo Christus, qui simpliciter loquendo, nō peccauit, sed habuit similitudinem peccati in carne, non participauit simpliciter effectū sacerdotij, sed secundum passibilitatē carnis.

Rom. 8.

3 Concl. In oblatione est effectus sacrificij, & effectus sequens deuotione offerentis; Christus consecutus est gloriam resurrectionis, non quasi ex vi sacrificij oblati per modū satisfactionis, sed ex ipsa deuotione, & caritate, qua sustinuit passionem.

4. Concl Lem. 26. Vetus sacerdos qui erat figura Christi, non erat perfectus, ideo pro se indigebat, vt ait Paulus.

Art. 5. Vtrum sacerdotium Christi permaneat in æternum.

1. Concl. Sacerdotium Christi est æternum, quantū ad consummationem, quæ in hoc consistit, vt illi pro quibus offertur sacrificium, sacrificij finem consequantur.

1. *Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum.*

2. *Consummatio sacerdotij Christi consistit in cōsecutione bonorum æternorum: est enim assistens Pontifex æternorum bonorum. Ergo.*

2. Concl. Lem. 16. Ex figura legalis sacerdotis, qui semel intrabat in sancta: sic Christus intrauit in cœlum, & nobis viam parauit intrandi per sanguinem suum.

† 2. Concl. Sancti non egebunt expiatione, sed expiati indigebunt consumari per Christum, a quo eorum gloria pendet

3. Concl. Quia lucerna in illa ciuitate est agnus.

Licet passio Christi non sit iteranda: tamen virtus illius hostis permānet in æternum: vnde patet etiam ad tertium.

Quia licet in triduo non fuerit homo; tamen vna oblatione consummauit in æternum sanctificatos, Heb. 10.

Artic. 6. Vtrum sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedech.

1. Concl. Sacerdotium Christi est secundum ordinem Melchisedech.

1. *Psal. 109. Tues sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.*

2 *Licet sacerdotium legale fuerit figura sacerdotij Christi, non adæquans, quia non mundabat peccata, nec erat æternum, & sacerdotium Christi; tamen excellentia sacerdotij Christi supra legale figurata fuit in sacerdotio Melchisedech, quia ab Abraham decimas sumpsit, in cuius lumbis quodammodo decimatus est sacerdos legalis; & ideo sacerdotium Christi dicitur secundum ordinem Melchisedech propter excellentiam veri sacerdotij adumbrati.*

† 2. Concl. Christus non est secundum ordinem Melchisedech, quasi principaliter sacerdotis, sed quasi præfigurantis excellentiam, vt est dictum.

3. Concl. Quantum ad oblationē expressius significabatur sacerdotium Christi sacerdotium legale per sanguinis effusionem: sed quantū ad participationem huius sacrificij, & effectum, ex quo præcipue attenditur sacrificij excellētia, melius per sacerdotium Melchisedech, qui obtulit panem & vinum, quæ vnitatem ecclesiæ significabant: & quia sacrificium Christi communicatur fidelibus sub specie panis & vini:

De conf. 6. 2. quia, 4 Concl.

Melchisedech dictus est sine patre matre genealogia, quia ista in scriptura non narratur in quo assimilatus est filio Dei, qui in cœlis sine matre, in terra sine patre fuit cuius generationem nemo enarrabit.

Isa. 53.

Quæstio 23. De adoptione Christi.

Artic. 1. Vtrum Deo conueniat filios adoptare.

1. Concl. DEo conuenit adoptare.

1. *Ephes. 1. prædestinauit nos in adoptionem filiorū Dei. Sed prædestinatio Dei nō est irrita. Ergo.*

2. *Homo dicitur aliquem adoptare prout eum admittit ad participationem suæ hæreditatis: & etiam Deus ex sua bonitate creaturas ad participationem suorum bonorum admittit & maxime rationales, quas fecit capaces beatitudinis, quia ipse est beatus, & dines fruitione sub essentia. Ergo. Nam hoc dicitur hæreditas alicuius, ex quo ipse est dines, & sic specialiter homines adoptat.*

Deus adoptando, sua gratia facit hominē idoneum

idoneum hæreditæ cælesti: at homo quem adoptat, non facit idoneum, sed eligit idoneum.

† 3. Concl. Homo non erat extraneus Deo secundum bona naturalia, sed secundum supernaturalia, & secundum hæc adoptatur.

4. Concl. Homo adoptat propter defectum filiationis & ita ei conuenit operari ad supplendam suam indigentiam, at Deo conuenit operari ad communicationem suæ perfectionis, & vt per creationem communicarut bonitas diuina creaturis secundum quandam similitudinem, ita per adoptionem similitudo naturalis filiationis.

Concl. tom. 8. Hæreditatem spiritualem omnes possunt simul, & ex integro participare, non sic corporalem, vnde non est opus vtique Deus decedat: nisi quatenus quod erat in fide, incipit esse per speciem.

Art. 2. Vtrum adoptare conueniat toti trinitati.

Adoptare homines in filios Dei, conuenit toti trinitati,

Concl. tom. 8. *1. Eius est adoptare in filios Dei, quem vnisparentem possumus appellare, quia per spiritum adoptionis clamamus Abba, pater. Sed cum Deo dicimus, Pater noster, pertinet ad totam trinitatem, vt nomina alia, quæ dicuntur relatiue ad creaturas, Ergo.*

2. Effectus qui fiunt ex creaturas tribuuntur toti trinitati: quia vt est vnica substantia & vt tres trium personarum, sic vna ad extra operatio, id est dicitur, quæ facit pater, etiam & filius. Sed adoptare filios est huiusmodi, quia filius Dei natura, dicitur genitus & non factus, adoptiuus vero factus, dedit enim potestatem filios Dei fieri. Ergo licet generare in diuinis sit proprium Patris, adoptare tamen est commune toti trinitati.

Ioan. 5. A doptio conuenit ei, qui potest generare, in humanis, & ideo conuenit singulis.

† 2. Concl. Ioan. 2. *Quia non sunt omnes vna natura cum conueniat vna operatio, vt in diuinis.*

Deus est pater Christi, cuius nos sumus fratres, & etiam nostri, sed alio modo, eius naturaliter nostri voluntaris. Iac. 1. quod est commune omnibus personis.

3 Concl. Adoptatio, licet sit communis: tamen appropriatur Patri, vt auctori: qui filium & spiritum misit, quo clamamus Abba: Filio vt exemplari Spiritui S. vt imprimenti in nobis similitudinem exemplaris.

Art. 3. Vtrum adoptari sit proprium rationalis creaturæ.

4. Concl. Adoptari conuenit soli creaturæ rationali, & non omni.

1. Filij adoptati sunt hæredes Dei. ad Rom. 8. Sed talis hæreditas conuenit soli rationali, nam creatura sed non omni. Ergo.

2. Adoptionis filiatio est similitudo filiationis naturalis ad filium naturalem Dei, qui naturaliter procedit a patre, vt verbum intellectuale, & vnum cum eo existens: cui verbo est aliquid simile, vel per modum formæ, vt domus materialis ideæ, quæ est in mente artificis, vel etiam secundum esse intellectuale, vt scientia discipuli scientiæ præceptoris, & creatura rationalis Deo, vel secundum similitudinem, quam habet per patrem, quod sit per gratiam, & caritatem: vnde Dominus orauit, vt sit vnum in nobis & Spiritus S. dicitur spiritus adoptionis: & in hoc perficitur ideo adoptionis, quia sic assimilatio debitur hæreditas, sed hoc solum conuenit creaturæ rationali, quæ est capax gratiæ, quæ cum non sit in omnibus, non conuenit omni. Ioann. 17. Ioan. 13.

† 2. Concl. Deus dicitur pater creaturæ irrationalis non proprie, sed secundum primam participationem similitudinis.

3. Concl. Angeli dicuntur filij per adoptionem, non quod ipsis primo conueniat, sed quia primo eam receperunt.

4. Concl. Adoptio non est proprie consequens naturam, sed gratiam, cuius natura rationalis est capax: ideo non omni.

Art. 4. Vtrum Christus, secundum quod homo, sit filius Dei adoptiuus.

1. Concl. Christus nullo modo potest dici filius adoptiuus,

1. Ex Ambr. non dicimus adoptiuum qui est natura filius. At Christus est talis. 1. Ioan. vlt. Ergo.

2. Filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. Sed Christo conuenit esse filium per participationem, quia filiatio tribuitur personæ, quæ in Christo est increata, cui conuenit esse filium naturaliter, Ergo.

2. Concl. Quidam ponunt duo supposita in Christo, possent dicere, esse filium adoptiuum, vt homo est.

† 3. Concl. Vt filiatio non proprie conuenit naturæ, ita nec adoptio, vade improprie humanitas dicitur adoptata, pro vnita.

4. Concl. lib. de prædest. sanct. c. 15. Gratia habitualis in Christo non facit de nõ filio, filium, sed est quidam effectus filiationis in anima Christi. Cum Aug. dicit ea gratia ille homo est Christus, qua quisque Christianus, intelligitur quantum ad principium. i. sine meritis, sed differunt quantum ad terminum.

Quia Christus gratia vnionis est filius naturalis homo vero gratia habituali adoptiuus.

5. Concl. Esse creaturam, & seruum non solum respi-

cit

cit personam, sed etiam naturam, quod non potest dici defiliatione.

Quæstio 24. De prædestinatione Christi.

Art. 1. Vtrum Christo conueniat prædestinatum esse.

1. Concl. VNio naturarum in persona Christi cadit sub prædestinatione Dei, ratione cuius Christus dicitur prædestinatus

1 *Rom. 1. Qui prædestinatus est &c.*

2. *Prædestinatio proprie est diuina ab æterno præordinatio eorum, quæ per gratiam sunt fienda in tempore. Sed Deum esse hominem, & contra, est factum in tempore per gratiam vnionis: & est prædestinatum à Deo ab æterno, alias aliquid de nouo diuinæ mentis accideret, Ergo.*

† 2. Concl. Ephes. 1. Cum Paulus ait, *prædestinauit nos in adoptionem, &c.* loquitur de prædestinatione nostra: & vt Christus singulari modo est filius, & etiã singulari modo prædestinatus.

3. Concl. Prædestinari non conuenit naturæ, quia dicimus suppositum dirigi in salutem: & in Christo, vt naturæ non conueuit esse filium, ita nec prædestinari: cõuenit ergo personæ Christi, non secundum se, vel vt subsistit in natura diuina, sed in humana; vnde licet illi personæ ex se conueniat esse filium Dei, non tamen secundum naturam humanam, & hoc habetur ex gratia.

4. Concl. Antecessio, quæ importat participium *prædestinatus*, refertur ad naturã humanam: quia licet persona sit æterna non tamen semper fuit subsistens naturæ humanæ. Prædestinatus & factus in eo differunt, quod illud importat apprehensionem & rem absolute consideratam, hoc vero rem existentem. Vnde est magis vera, prædestinatus est filius Dei, quam factus.

Art. 2. Vtrum hæc sit falsa, Christus secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei

1. Concl. Christus secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei.

lib. de prædest. sanct. c. 15. *1. Inquiunt, ait Aug. homo factus est Dei filius, prædestinatum esse dicemus.*

2. Id conuenit Christo, vt homo quod ei conuenit ratione humanæ naturæ. Sed cum esse prædestinatum in filium Dei, est huiusmodi, Ergo. Nam prædestinatio importat antecessionem eius, quod cadit sub prædestinatione, & effectum temporalem id est, gratuitum donum, quæ duo conueniunt Christo solum ratione humanitatis: ita docet Aug. cap. 15. de prædest. sanct.

In ista propositione, si participium supponat pro eo, quod materialiter dicit sub prædestinatione, est falsa: quia sensus est, Prædestinatum est, vt Christus secundum quod homo, sit filius Dei secundum quod homo: sive vero referatur ad rationem actus prædestinationis, id est, vt includit antecessionem & effectum gratuitum, est vera. 2. Concl.

Dicitur hoc Christo conuenire ratione humanæ naturæ, non effectiue, quod natura humana sit causa huius, sed in hoc sensu, natura humana est huius rei susceptiua: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ. 3. Concl.

Hæ duæ propositiones filius Dei prædestinatus est esse hominem, & filius hominis prædestinatus est esse filium Dei, sunt veræ, secundo vertor, qua gratia facta est naturæ humanæ. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

1. Concl. Prædestinatio Christi ex parte actus prædestinantis, non est exemplar nostræ prædestinationis. Vnoenim modo, & vno actu æterno Deus prædestinauit nos & Christum.

2. Concl. libro de prædest. sanct. c. 15. Prædestinatio Christi est nostræ prædestinationis exemplar ex parte termini & effectus.

1. Ex Aug. est præclarissimum lumen prædestinationis, & gratiæ ipse Saluator, &c.

2. Quia est exemplar quantum ad bonum ad quod nos prædestinamur, ipse enim est prædestinatus, vt esset filius Dei naturalis, nos vt simus filij adoptionis, quæ est participata filiatio. Rom. 8. Quos præscidit, &c. Est etiam exemplar quantum ad modum consequendi hoc bonum per gratiam, quia nullis meritis natura humana est vnita filio Dei. & de plenitudine eius accepimus omnes.

† 3. Concl. Ioan. 5. Primum & secundum procedunt de prædestinatione ex parte actus, quia exemplar respectu Dei, non præexistit, nec eget exemplari.

4. Concl. Non est necesse, vt exemplatum exemplari respondeat in omnibus, cum nos in filios adoptionis Christus in filium Dei sit prædestinatus.

Artic. 4. Vtrum prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis.

1. Concl. Si prædestinatio consideretur secundum actum, prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

Non prohibuit Deus facere sculptile, sed ne fieret vt adoraretur, eo modo, quo gentes adorabant in veneratione Deorum. Ideo dicitur: non facies tibi Deos alienos. Et quia iam Deus factus est homo, in imagine corporali potest adorari.

Prohibet Apostolus ne communicemus cũ gentibus in operibus infructuosis, vt erat adoratio apud gentes: vel quia adorabant res ipsas, vel propter res repræsentatas: nos autem aliter adoramus.

Anima, quæ est imago Dei non adoratur latria, quia posset esse occasio erroris: vt motus adorationis sisteret in homine, vt res quædam est, quod non potest dici de imagine Dei sculpta, &c.

Apostoli instinctu Spiritus sancti: quædam seruanda tradiderunt in obseruatione per successionem fidelium, in quibus est adoratio imaginum: & Beatus Lucas dicitur imaginem Christi pinxisse, quæ Romæ habetur.

Art. 4. Vtrum Crux Christi adoranda sit adoratione latriæ.

Honor & reuerentia per se debentur creaturæ rationali, & ratione eius etiam creaturæ insensibili, vel vt repræsentat rationalem naturam, vel vt ei coniungitur, & sic imaginem, & vestimentum regis homines venerari solet, eadem veneratione, qua regem,

Crux in qua Christus crucifixus est, vtroque modo est adoranda latria, & vt repræsentat formam Christi in ea extenti, & vt ab ipso contacta, sanguine perfusa fuit.

1. *Illi res debetur adoratio latriæ, in qua spem salutis ponimus. Sed in cruce Christi ponimus spem salutis, quia ecclesia canit: O crux ave spes vnica: &c.*

2. *Quoniam eam alloquimur, & deprecamur quasi ipsum crucifixum.*

Crux, quæ est ex alia materia, & repræsentat crucem Christi, est adoranda latria.

Quia sic veneramur crucem, vt imaginem Christi, quæ latria adoranda est, Ergo.

In cruce quantumcumque ad ignominiosi delium est opprobrium Christi, sed quantum ad effectum nostræ salutis consideratur virtus diuina, quæ de hostibus [illegible] phauit.

Quamuis [illegible] fuerit vnita verbo rationepersonali, [illegible] aliquo modo vnita per repræsentationem & contactum.

[illegible] solum crucem adorandam, quæ sunt Christi.

Artic. 5. Vtrum mater Christi sit adoranda adoratione latriæ.

Mater Christi non est adoranda latria.

1. *Quia est pura Creatura, Ergo.*

2. *Nulli rei secundum se venerabili, excepto Deo, debetur latria, & ita pura creatura, siue insensibilis, quæ non est adorationis capax: siue rationalis, quæ est capax, non adoratur latria. At B. Virgo est pura creatura, Ergo.*

B. Virgini debetur adoratio hyperdulix.

Nam, cum sit creatura rationalis, & cæteris eminentior, quatenus est mater Dei, maiore veneratione debet adorari, quæ dicitur hyperdulia.

Matri regis non debetur idem honor, qui regi, sed consimilis ratione cuiusdam excellentiæ: & sic intelliguntur auctores.

Honor matris refertur ad filium, non tamẽ eo modo quo honor imaginis ad exemplar.

Crux non est capax adorationis in se considerata, sicuti Beata Virgo: ideo non est similis ratio.

Art. 6. Vtrum reliquiæ Sanctorum sint adorandæ.

Quascunq; sanctorum reliquias congruo honore in eorum memoriam venerari debemus, & præcipue eorum corpora.

1. *Erhibitæ eccle. dog. vbi contrarium damnatur.* [illegible] sap. 73.

2. *Affectus alicuius erga aliquem, generatur etiam [illegible], quæ de ipso post mortem relinquuntur, vt vestes, &c. Ex amp. Sed sanctos Dei veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, amicos & intercessores nostros: & quia eorum corpora spiritus sanctus inhabitauit, & operatus est Christi corpori configuranda sunt, specialiter venerari debemus. Ergo.* lib. 1. de ciu. c. 13.

Honorando sanctos non damus occasionem erroris, nec incidimus in errorem gentium.

Quia eos honoramus, vt honorandos in deo, non vt deos.

Corpus insensibile non adoratur propter ipsum, sed propter animam, quæ fuit vnita, quæ nunc fruitur Deo.

Corpus alicuius sancti non est idem numero, quod erat, dum viuebat propter diuersitatem formæ, est tamen idem identitate materiæ, iterum formæ veniendæ.

1. Concl.
2. Concl.
† 3. Concl.
4. Concl.
5. Concl.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
5. Concl.
6. Concl.
† 4. Concl.
5. Concl. Ephes. 5.
6. Concl.
7. Concl.
2. Thes. 2.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
4 Concl. sap. 2.
5. Concl 1. Cor. 1.
6. Concl.

Quæstio 26. De eo, quod Christus mediator Dei, & hominum dicitur.

Artic. 1. Vtrum esse mediatorem Dei, & hominum sit proprium Christo.

1. Concl. ESse mediatorem inter Deum, & hominem simpliciter, & perfectiue, est proprium Christi.

1. Tim. 2. 1. Ex Paulo, Vnus est mediator, &c.

2. Vnire homines Deo perfectiue conuenit solis Christo; quia, vt ait Paulus, per mortem mundum Deo reconciliauit. Ergo: nam mediatoris munus est vnire inter se eos, inter quos est mediator, extrema enim vniuntur in medio. Ergo.

2. Cor 5. 3. Quoniam habuit immortalitatem communem cum Deo, & mortalitatem cum homine: & ad hoc se interposuit medium, vt mortalitate sublata faceret immortales &c.

2. Concl. Nihil prohibet aliquos alios secundũ quid, & dispositiue, vel ministerialiter esse mediatores.

† 3 Concl. Deut. 9. Hoc vltimo modo prophetę, & sacerdotes veteris legis fuerũt mediatores prænunciando verum mediatorem: at in noua lege, sunt ministri veri mediatoris.

4. Concl. lib. 12. de ciu. c. 15. Cap. 4. de diu. nom. Angelos boni ex August. non sunt mediatores: ex Dionys. autem possunt dici mediatores, cùm sint infra Deum, & supra homines, & mediatoris officium exercent.

5. Concl. Spiritus sanctus, cum sit per omnia æqualis Deo, non potest dici mediator: quod si dicitur interpellare pro nobis, exponitur, quod faciat interpellare.

Art. 2. Vtrum Christus secundum quod homo sit mediator Dei & hominum.

1. Concl. Christus secundum quod homo verissime dicitur mediator Dei, & hominum.

lib. 9. de ciu. c. 15. 1. Sed mediator est ait Aug. l. quens de Christo, secundum quod homo.

2. In mediatore consideratur ratio medij, secundum quod distat ab vtroq; extremo, & officium, quod est coniungere deferendo, quæ vnius sunt ad alterum. Sed vtrumq; conuenit Christo, vt est homo, quia distat à Deo in natura, & ab homine in dignitate, & præcepta ac dona Dei ad homines deferet, & pro eis sata fecit, & interpellat. Sed vt est Deus, nec distat à diuinis personis, nec aliquid potest asserre, quod illarum non sit. Ergo.

† 2. Concl. Si natura diuina à Christo subtrahatur, subtrahetur etiam plenitudo gratiarum, ex qua habet, vt sit super omnes homines constitutus, & ad Deum accedat.

3. Concl. Licet vt Deus conueniat æqualiter cum alijs personis: tamen vt homo excedit omnes homines, & secundum hoc potest esse mediator.

4. Concl. Christo conuenit auferre peccatum auctoritatiue, vt Deus est; satisfacere vero, vt est homo; secundum quod dicitur mediator.

Quæstio 27. De B. Virginis Mariæ sanctificatione.

Art. 1. Vtrum B. Virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero.

1. Concl. RAtionabiler dicitur, quod B. Virgo sanctificata fuerit, antequam ex vtero nasceretur.

1. Quia ecclesia celebrat natiuitatem eius. At festum non celebratur, nisi pro aliquo sancto. Ergo in natiuitate fuit sanctificata.

2. Rationabiliter creditur maiora primilegia B. Virgini fuisse concessa, quam alijs sanctis; quia fuit mater vnigeniti, qui fuit plenus gratia; & quia Angelus dixit eam esse gratia plenam. At quidam homines sanctificati fuere in vtero, vt Ieremias & Ioannes Baptist. Ergo. Adde, quod etiam creditur assumptam fuisse cum corpore in cœlum.

† 2. Concl. Iere. 1. Luc. 1. In Beata etiam Virgine prius fuit quod est animale, quam quod spirituale.

Quia prius fuit secundum carnem concepta, postea sanctificata.

3. Concl. 1. Cor 15. Nemo regeneratur, nisi prius nascatur, secundum communem legem: sed ex priuilegio Dei id fieri potest.

4. Concl. Aug. ep. ad Darda. Beata Virgo sanctificata fuit in vtero à peccato originali, quantum ad maculam personalem; non tamen fuit liberata à reatu, quo tota natura tenebatur. vnde si ante passionem Christi mortua esset, non intrasset in paradisum, cuius ostium est Christus.

5. Concl. Peccatum originale, contrahitur cum natura humana communicatur: quod fit in cõceptione, postquã proles sanctificari potest.

Art. 2. Vtrum Beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem.

1. Concl. Sanctificatio Beatæ Virginis fuit post eius animationem.

Exod. 36. 1. Beata Virgo est tabernaculum Dei, Psal. 18. In Sole posuit tabernaculum, &c. quod Deus sanctificauit, Psal. 45. Sed de tabernaculo, quod fuit figura Beatæ Virginis, legitur primo fuisse perfectũ, tum replectum gloria Domini. Ergo.

2. Sanctificatio est emundatio à peccato originali;

nalis, sanctitas enim est perfectio munditia, ex Dionys. Sed culpa non potest mundari, nisi per gratiam cuius subiectum est anima rationalis. Ergo.

3. Sola creatura rationalis est susceptiua culpæ. Ergo ante infusionem animæ rationalis prolis concepta non est culpæ obnoxia: Vnde si ante conceptionem fuisset sanctificata, non incurrisset culpam originalem, & sic non indiguisset redemptione, quæ est per Christum, quod est inconueniens.

Deus nouit Ieremiam antequam formaretur, notitia prædestinationis Et Ambros. ait, Ioa. fuisse sanctificarum: antequam in eo esset spiritus vitæ; i. antequam in lucã prodiret

Si anima Beatæ Virginis nunquam fuisset peccato originali inquinata, derogaret dignitati Christi, secundum quam est omnium saluator: Verum sub Christo, qui culpam originalem non contraxit, maxima fuit Beatæ Virginis puritas.

Licet ecclesia Romana conceptionem Beatæ Mariæ non celebret, tolleratæ tamen consuetudinem aliquarum ecclesiarum, quæ illum diem celebrant: vnde talis celebratis nõ est totaliter reprobanda.

Nec ex hoc, quod conceptio celebratur colligitur in conceptione fuisse sanctificatã: sed quia ignoratur dies sanctificationis potius in die conceptionis celebratur dies sanctificationis.

Duplex est sanctificatio: altera utius naturæ, qua ab omni culpa & pœna liberabitur, & hæc erit in die iudicij: alteta personalis, quæ nõ transit in prolem carnaliter genitam: & hac non resuscitat carnem, sed mentẽ: & ideo beata Virgo fuit in peccato originali concepta, licet ab eo eius parentes essent mũdari.

Artic. 6. Vtrum per sanctificationem fuerit B. Virgini fomes totaliter sublatus.

Fomes est inordinata concupiscentia, habitualis. sensibilis appetitus repugnãs rationi, dum inclinat ad malum: vel facit difficultatem in bono quæ sunt de ratione fomitis.

Ponere quod remanserit fomes in beata Virgine non inclinans ad malum, &c. vt aliqui ponunt, est ponere duo apposita simul.

Implicat etiam, quod aliqui dicunt mansisse fomitem vt pertinet ad corruptionem naturæ, & non personæ.

Quia fomites, & corruptio naturæ, est libido transmittens peccatum in prolem: libido autem importat inordinatam concupiscentiam, quæ non totaliter subditur rationi quæ sublata à persona nõ remanet fomes quantum ad corruptionẽ naturæ

Ante Christum in quo nullum fuit peccatũ nullius caro fuit sine fomite. eo modo quo fuit caro in Adam, ante peccatum & in Christo, ita vt vires inferiores nunquã mouerẽtur ablq; libero arbitrio: quare in B. Virgine fomes non fuit totaliter ablatus. 4. Concl.

Quia hoc videtur derogare alique modo dignitati Christi, sine cuius virtute nemo à prima damnatione liberatur, in quo prius immunitas damnationis debuit apparere: & ergo nemo ante immortalitatem Christi resurgentis adeptus est carnis immortalitatẽ; ita ante eiusdem carnem, nullius caro debuit esse absq; fomite.

Per sanctificationem beatæ Virginis, licet non sit sublatus fomes secundũ essentiam; fuit tamen ligatus. non per actum rationis suę, quia hoc fuit speciale Christo; sed per abundantiã gratiæ, quam recepit, & per diuinam prouidentiam eius sensualitatem ab omni motu sensualitatis prohibentem, 5. Concl.

Post conceptionem carnis Christi, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas, credendum est ex prole redundasse in matrẽ totaliter fomite sublato: Vt apud Ezech. significari videtur. *Ecce gloria, &c* Et huc facit illud, *Tota pulchra es, &c.* 6. Concl.

Pœnalitates quæ non inclinant ad peccatum, vt mors, &c. fuerunt in Christo, cui debuit esse conformis mater: at vero fomes inclinant ad peccatum. † 7. Concl. Cap. 43.

Quamuis fomes sit occasio virtutis perfectæ in sanctis vitis: tamen in B. Virgine ponitur perfecta virtus ex abundantia gratiæ. 8. Concl. Cant. 4.

Purgatio spiritus sancti in B. virgine præparatoria ad conceptionem Christi, non fuit a culpa, vel a fomite, sed quatenus eius mentem in vnum collegit. a multitudine intellens: purgatio vero in conceptione facta liberauit eam totaliter a fomite. 9 Concl.

Art. 4. Vtrum sanctificationem fuerit consecuta vt nunquam peccaret.

Simpliciter fatendum est, quod B. Virgo nullum actuale, peccatum cõmisit, nec mortale, nec veniale. 1. Concl. In de ua. & grat. c. 26.

1. Ex Aug. qui ait, et datum fuisse gratiam ad vincendum omnem ad exparte peccatum.

2 Eos, quos Deus ad aliquid eligit, ita disponit, et ad id, ad quod eliguntur, inuenantur idonei. 2. Cor. 3. Idoneos nos fecit, &c. at B. Virgo diuinitus electa fuit vt esset mater Dei. Ergo nõ est dubitandum quin eam ad hoc idoneam fecerit: at qui non fuisset idonea, aliquando peccasset, tum quia ignominia, matris redundasset in filium: tum quia singularem affinitatem habuit cum Christo: ac

demum

de⁹ non quia singulari modo in ea filius Dei habitauit in vtero. At in corpore peccato subiecto sapientia non habitat. Ergo. Et sic impietatis est illud. Tota pulchra es, &c.

† 2. Concl. Sup. 1. Cant. 4. Fomes qui remansit ligatus post sanctificationem in B. Virgine, non prorupit in motum inordinatum rationem præuenientem, ex diuina prouidentia.

3. Concl. Luc. 2. Beatus quod non scandalizatus fuerit in me. 4. Concl. Per gladium qui pertransiuit animam B. Virginis, quidam intelligunt dubitationem, non fidei, sed admirationis, & discussionis, dum videret eum pati abiecta, & facere mirifica.

Chrysost. super illud, vinum non habent, excessit aliquantulum, cum dixit, aliquid humanum passam fuisse: vel intellige quod dominus in ea cohibuerit affectum gloriæ, qui posset ab alijs æstimari.

Art. 5. Vtrum beata Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

1. Concl. Luc 1. Beata Virgo debuit præ cæteris maiorem gratiæ plenitudinem à Christo obtinere.

1. Ex Hier. In illud, Ave gratia plena, vbi aut alijs gratiam datam fuisse secundum partem, Mariæ vero secundum totam plenitudinem.

Cap 4. cal. *2. Quo magis aliquid appropinquat principio in quolibet genere tanto magis participat effectum illius principij, ex Dionys. Sed B. Virgo magis appropinquauit Christo, qui est gratiæ principium, vt ait Ioan. quia ex ea humanam naturam accepit. Ergo.*

† 2. Concl. Ioan. 1. Habere plenitudinem gratiæ ad diffundendum in alios, est proprium Christi: B. vero Virgini data est tanta plenitudo, vt esset propinquissima auctori gratiæ, vt cum pariendo quodam modo gratia ad omnes deriuaret.

3. Concl. In naturalibus est triplex perfectio, sc. dispositionis, formæ, & finis: similiter in B. Virgine fuit triplex perfectio & plenitudo gratiæ: prima dispositiua in sanctificatione, qua liberata fuit a culpa: secũda ex præsentia Verbi in vtero, qua fuit totaliter a fomite mundata: tertia perfruitionem omnis boni in patria per gratiam consummatam.

4. Concl. Habuit B. Virgo donum sapientiæ, gratiam virtutum, & prophetiæ, sed non vsq; est omnibus his donis. Miracula in vita non fecit, vt omnes Christo intenderent: vsum prophetiæ habuit in Cantico.

Luc. 1. Magnificat anima, &c. Ioann Baptistam in vtero sanctificari fuisse: quia ita Aug. de hac re dubie loquitur.

Art. 6. Vtrum sit sanctificari proprium fuerit beatæ Virgini.

1. Concl. Sanctificari in vtero non fuit proprium B. Virgini.

Quoniam Ioannem, & Ioann Baptistam in vtero sanctificari fuisse: quia ita Aug. de hac re dubie loquitur.

1 Cum expresse in scriptura ad dicatur, censendum est sanctificatos fuisse in vtero, etiam si in vtero vsum liberi arbitrij non habuerint. sicut sanctificantur pueri ante vsum rationis per baptismum.

Iere. 1. Luc. 1. Epist. ad Dardan. *2 Quia conueniens fuit hos duos sanctificare in vtero ad præfigurandam sanctificationem per Christum faciendam: nam Christus vt sanctificaret populum suum extra portam passus est, quod Ieremias & Verbum, & sua passione expresse præfiguratum: & Ioann. suo baptismo alios, ad baptismum Christi, quo sanctificamur præparauit.*

Heb. vlt. Iere. 1. Cor. 6. Non est credendum alios sic sanctificatos fuisse.

2. Concl. *Quoniam priuilegio gratiæ ordinantur ad aliorum vtilitatem, quæ nulla esset, nisi sanctificatio innotesceret Ecclesiæ. At scriptura de aliis mentionem non facit. Ergo.*

† 3. Concl. Maiorem sanctificationis gratiam habuit B. Virgo, quam Iere. & Ioan. sc. quod non potuerit etiam venialiter peccare: illi vero tantum non possent peccare mortaliter.

4. Concl. Alij sancti potuerunt esse coniunctiores Christo, quantum ad alia: sed non quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius, vt Ierem. & Ioan.

5. Concl. Cap. 31. Miseratio quam Iob sibi connatam esse dixit, non fuit infusa, sed inclinatio quædam ad actum virtutis huius.

Quæstio 28. De virginitate B. Mariæ.

Art. 1. Vtrum beata Maria fuerit virgo concipiendo.

1. Concl. Simpliciter confitendum est matrem Christi virginem concepisse: & cõtrarium pertinet ad hæresim Hebionitarum, & Cerinthij.

1. Isa. 7. Ecce virgo concipiet.

2 Quoniam ad fuit conueniens propter quatuor: primum, ob conseruationem dignitatis matrimonij, cuius Christus est filius naturalis: ideo non debuit habere alium patrem: secundo ex parte Verbi, missi, quod absque omni corruptione cordis concipitur; immo ei repugnat corruptio; & ita caro assumenda à Verbo debuit esse incorrupta: tertio fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in

qua

quæ peccatum locum habere non debuit, cum tollere deberet peccatum: quarto ob finem incarnationis quæ ad hoc fuit, vt homines renascerentur in filios Dei, non ex voluntate carnis, sed ex Deo, id est, virtute Dei: nimirum exemplar debuit apparere in conceptione Christi.

Ioseph dictus est pater Iesu ad famam B. Virginis conseruandam: vel vocatus est pater Christi eo modo: quo vir Mariæ, etiamsi eam non cognouerit.

Genealogia Christi deducitur ad Ioseph, quia mulieres in genealogia non nominabantur: & quia Ioseph, & Maria erant de eadem tribu, quam vt propinquam, ex lege: accipere tenebatur.

Mulier non solum sumitur pro ea, quæ est à viro cognita, sed etiam pro fœmina ex vsu scripturæ.

Vt virtus Dei non est alligata ad vnum effectum: ita nec ad vnum modum: vnde licet Christus sit eiusdem speciei cum homine ratione naturæ humanæ, potuit tamen alio produci modo.

Semen maris est velut agens in generatione fœminæ vero, vt materia: vnde in generatione Christo non defuit materia: virtus autem Dei potest transmutare materiam in omnem formam:

Art. 2. Vtrum mater Dei fuerit virgo in partu.

Absque omni dubio asserendum est matrem Christi etiam in partu virginem fuisse.

1 *Ex Concilio Ephes. Ob dicitur pariendo virginitatem non amisisse, & Isa. Virgo concipet, & paret.*

2. *Quia id conueniens fuit primum ex parte Verbi, quod absque corruptione cordis profertur, & ideo debuit exire ex corpore incorrupto: deinde quia venit tollere corruptionem; Ergo non debuit exire ex matre cum corruptione: postremo, ne sua minueret honorem matris, qui parentes præceperat honorandos.*

Aperitio vuluæ solum significat exitum prolis ex vtero.

Et vt exiit ex femina ostendit se esse hominem, ita prodeundo sine corruptione, ostendit se esse Deum.

Non placet quod aliqui dicunt exiisse per donum subtilitatis, quia id est corporis beatificati, & christus habebat carnem agere. Vnde hoc miraculum, & alia humilia fiebant virtute diuina.

Art. 3. Vtrum mater Dei remanserit virgo post partum.

Detestandus est error Heluidij qui præsumpsit dicere, matrem Christi, post partum à Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse.

1. *Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur; & vir non transibit per eam, & quia soli de B. Virgine intelligitur.*

2 *Quoniam id derogat Christo, qui est vnigenitus patris, ita debuit esse vnigenitus matris: derogat etiam Spiritui S. cuius sacrarium fuit B. Virgo, præterea derogat honori matris, quæ tanto filio non fuisset contenta, & quod forte per diuisset virginitatem miraculose formatam: demum cederet in dedecus Ioseph, quod voluisset violare matrem Dei, quæ conceperat Spiritu S.*

Illud, *antequam conuenirent*, exponitur, dum non conuenissent, præuentus est à spiritu sancto, vnde particula illa, *antequam non* semper indicat consequentiam.

B. Virgo vocatur coniunx ex ipsa desponsationis fide, non autem propter concubitum.

Et non cognouit eam donec, &c. aduerbium, *donec* aliquando tempus certum significat, aliquando infinitum: vt *Oculi ad dominum, donec misereatur*, &c. Alij referunt hoc ad nouam vitam.

In scriptura dicitur primogenitus, etiam is, post quem alij fratres non sequuntur.

Fratres in scriptura quatuor modis dicuntur natura, gente, cognatione, & affectu: at primo modo Christus non habuit fratres Ioseph secundum Hieronymum virgo permansit.

Maria quæ dicitur Iacobi & Ioseph mater, Domini: quæ solet vocari mater Iesu. Ista autem fuit vxor Alphei, cuius filius fuit Iacobus minor: quid dictus est frater domini.

Art. 4. Vtrum mater Dei virginitatem vouerit.

Conueniens fuit, vt virginitas beatæ Virginis esset ex voto Deo consecrata.

1. *Quia ex Ang. non dixisset angelo, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, nisi prius se virginem voto vouisset.*

2. *Laudabilior est virginitas voto Deo dicata, & alia perfectionis opera. Ergo B. Virgo suam virginitatem Deo vouit: quia debuit inter alias excellere.*

Quoniam tempore legis oportebat generationem assistere, mater Dei, antequam desponsaretur, non absolute vouit virginitatem, sed in desiderio habuit

Iean. 1.
† 2. Concl. Bede. ang.
1. Concl.
Concl. Gal. 4.
1. Concl.
Concl. Crist. l. 1. de Ge. c. 2.
2. Concl.
Isa. 6. ang.
† 2. Concl.
3. Concl.
4. Concl. Amar. 121. in Ioan.

1. Concl. Ita ser. 1. de na. Dom.
† 2. Concl. Matt. 1.
3. Concl.
4. Concl. Psal. 113.
5. Concl.
6. Concl.
7. Concl.
1. Concl. li. de sanc. virg.
Deut. 7.
2. Conc.

3. Concl. Accepto sponso, simul cum eo virginitatis votum emittit: quare prius voverat sub conditione si Deo placeret: vbi autem hoc ei innotuit absolute vouit, antequam ab angelo annuntiaretur: Vnde patet ad primum.

†4. Concl. Vt plenitudo gratiæ, quæ in Christo est perfecte quodammodo inchoauit in matre, sic etiam obseruatio consiliorum, quæ perfecte in Christo cœpit.

5. Concl. 1. Tim. 5. His qui absolute primum vouent damnabile est velle nubere secundum Paulum, non autem his, qui primum sub conditione.

Quæstio 29. De matris Dei desponsatione.

Art. 1. Vtrum Christus nasci debuerit de virgine desponsata.

1. Concl. COnueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci.

1. Matt. 1. cum esset desponsata mater eius, &c.

Hieron. 2. Fuit conueniens propter Christum, primum, ne tanquam illegitimus ab infidelibus abiceretur: deinde vt eius genus conueniens modo per virum describeretur, rursus, vt à Ioseph nutriretur, & vt partus diabolo celaretur. Ieiunium fuit conueniens ex parte matris, primum quia reddita est immunis a pœna adultera, deinde, liberata est ab infamia, postremo, vt ei ministerium exhiberetur ab Ioseph. Ambr. Amplius ex parte nostra: primum, quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex Virgine natum: deinde magis credimus verba Virginis suam virginitatem asserentis: praterea, vt celaretur exemplo virginibus, quæ ob suam incautelam non putant infamiam: postremo per hoc significatur vniuersa ecclesia, quæ licet sit virgo, tamen desponsata est vni Viro Christo.

2. Conc. et Lib. 2. in Luc. Familiari instinctu Spiritus sancti B. Virgo desponsari voluit, confidens diuino auxilio, quod nunquam ad carnalem copulam perueniret.

Malui dominum, ait Ambro. aliquot de me errare, quam matris pudore dubitare. Miraculorum autem Dei, alia sunt occulta ad mercedem fidei, alia manifesta ad fidei comprobationem.

4. Concl. Poterat diabolus ex se cognoscere an B. Virgo esset intacta, sed prohibebatur a Deo, ne quodam diuini partus intelligeret: verum postea cognouit aliquo modo esse filium Dei, quia tempus erat vt Christus suam virtutem ostenderet: Ideo dicitur fuisse desponsatam, vt celaretur diabolo.

5. Concl. Inde eo adulteratum non solum nupta, sed etiam quæ nuptura erat condemnabatur, & sic exponitur Hieron. quem aliqui interpretantur de lapidatione infamiæ.

Art. 2. Vtrum inter Mariam & Ioseph fuerit verum matrimonium.

1. Concl. Coniugium dicitur perfectum ex eo, quod attingit suam perfectionem, quæ vel est prima, quam præbet forma, vel secunda quæ cõsistit in operatione rei, qua attingitur finis. forma consistit in coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur: finis vero est proles generanda & seducanda. Ad primum peruenitur copula coniugali, ad alterum per opera viri. & vxoris, quibus se iuuant ad prolem nutriendam.

2. Concl. Si spectetur forma, inter beatam Virginem, & Ioseph fuit verum matrimonium: quia vterque vere consensit in copulam coniugalem, non autem expresse in carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vnde Angelus vocat eam coniugem Ioseph: coniux autem dicitur ex dispensationis fide. Adde auctoritatem Aug. hoc docentis.

3. Concl. Lib. 2. Quantum ad secundam perfectionem, quæ est per actum matrimonij, si spectetur copula carnalis, illud matrimonium non fuit consummatum. Ita Ambros. in Lucam.

4. Concl Cap. 1. Habuit hanc perfectionem quantum ad prolis educationem. Ita Aug. lib. de nup.

†5. Concl. Vocat Hieron. Ioseph potius custodem, quam maritum, quantum ad actum matrimonij consummati.

6. Concl. Matt. 1. Item, vocat nuptias, nuptialem concubitum.

7. Concl. Illud, *& nolle eam traducere*, non intelligitur, quod non habitauerint simul, quia non fuisset consultum famæ Virginis; sed noluit traducere, id est, eam in publicum diffamare. Vnde Angelus dixit, ne timeas accipere, id est nuptias solenniter celebrare. Itaque erat iam desponsata, & pro veterum consuetudine introducta in domum.

Quæstio 30. De Beatæ Mariæ Virginis annuntiatione.

Art. 1. Vtrum necessarium fuerit annuntiari B. Virgini, quod in ea erat gerendum.

1. Concl. COngruũ fuit B. Virgini annuntiari, quod esset Christum conceptura.

1. Ex scriptura Luc. 1. Ecce concipies, &c.

2. Id fuit conueniens, imprimis vt seruaretur ordo coniunctionis filij Dei ad Virginem, vt eius mens prius de ipso instrueretur, quam carnis con-

cep-

consuperet: deinde vt posset esse certior testis huius sacramenti, cum per hoc esset diuinum instrumentum vt voluntaria sua obsequia munera Deo offerret: quod fecit, cum dixit, ecce ancilla: demum, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei & humanam naturam, & ita per annuntiationem expectabatur consensus.

† 2. Concl. Propheta prædestinationis completur sine nostro arbitrio causante, non tamen sine arbitrio consentiente.

1. Concl. Habuit B. Virgo expressam fidem incarnationis, sed cum esset humilis, non tam alta de se sapiebat, ideo instruenda fuit.

4 Concl. Spiritualem conceptionem, quæ est per fidem, præcedit annuntiatio, quæ est per fidei prædicationem: vnde hæc etiam conceptio annuntiatur.

Art. 2. Vtrum annuntiatio B. Virginis fieri debuerit per Angelum.

1. Concl. Dion. c. 4. cel. hier. Conueniens fuit matri Dei annuntiari per Angelum diuinæ incarnationis mysterium.

1. Luc. 1. Missus est Angelus, &c.

2. Fuit autem conueniens primum, vt seruaretur diuina ordinatio secundum quam diuina ad homines perueniunt: deinde fuit conueniens reparationi humanæ per Christum, quia prima perditionis causa fuit cum serpens missus fuit à diabolo ad mulierem, per quem superbia capiendam postremo commendabat virginitati matris Dei, quia est semper angelis cognata virginitas.

Beda. †2. Concl. Aug. Beata Virgo erat superior angelis, quantum ad dignitatem, ad quam eligebatur: sed inferior quantum ad statum præsentis vitæ: quæ indigebat instrui, cum nondum Deum videret, vt Christus videbat.

3. Concl. Non debuit beata virgo à viro de hoc mysterio instrui, quia non fuit sub viri potestate. vnde prius fuit instructa, quam Ioseph.

4. Concl. Angeli norunt incarnationis mysterium: sed tamē ex Dionys. interrogabant, perfectius scire cupientes à Christo huius mysterij rationes.

5. Concl. Hic Angelus fuit summus in ordine Archangelorum, qui summa nuntiant, non autem de supremo ordine, & nomen officio congruit, quia Gabriel dicitur fortitudo Dei, quam Christus vincendo hostes demonstraturus erat.

Art. 3. Vtrum Angelus annuntians debuerit B. Virgini visioni corporali apparere.

1. Concl. Angelus annuntians apparuit matri Dei corporea visione, & hoc conueniens fuit.

1. Ex Aug. ser. 14. de natali domini, ubi hoc docet.

2. Fuit conueniens, in primis, quia nunciabat incarnationem filij Dei, ideo mansibi creaturæ sensibili forma debuit apparere, deinde fuit congruum ignitionem, qua non solum mente, sed etiam vero filium Dei desiderat recessendo ostendere, & nubi Angelica visione refocillare erant: postremo congruit certitudini eius quod nunciabatur: quia quæ sunt oculo subiecta certius apprehenduntur.

Licet visio corporalis non sit summum visionis genus, sed maior visio sit videre Angelum in essentia, visione intellectuali: tamen id non patitur status viatoris. †2. Concl. Chrys.

Imaginatio est quidem altior potentia, quam sensus exterior, quia tamen est principium nostræ cognitionis, in eo constitit maxima certitudo. Ideo Ioseph cui Angelus in somnis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit, vt B. virgo. 3. Concl.

Perturbatio B. virginis fuit conueniens verecundiæ virginali: nec obstat quod expauerit, cum debuisset potius de tali apparitione obstupescere: quia ne de apparitione dubitaret, ait ei Angelus, ne timeas. Alij dicunt fuisse assuetam apparitionibus, & ideo non timuisse, sed affectam fuisse admiratione, propter tam magnifica, quæ de se non sperabat. Vnde non in visione, sed in sermone dicitur turbata. 4. Concl.

Art. 4. Vtrum annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta:

1. Concl. Rom. 3. Luc. 1. Annuntiatio congruo ordine per Angelum est perfecta.

1. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt, vt ait Paul. at Angelus missus est à Deo, Ergo.

2. Tria intendebat Angelus circa Virginem: primum, vt eam redderet attentam ad tanti mysterij considerationem, quod fecit salutando eam nouo, & insolita salutatione: deinde intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod fecit pronunciando conceptum, & partum, dicens Ecce concipies, &c *& ostendendo dignitatem prolis dicens.* hic erit magnus, &c. *& demonstrando modum conceptionis, dicens, Spir. S. &c. Postremo intendebat inducere animum ad consensum, quod fecit afferendo exemplum Elisabeth Itaque conuenienter facta fuit hæc annuntiatio, cum omnia Angelum complenerit, quæ intendebat.*

Animo humili nihil est admirabilius, quam auditus suæ excellentiæ: admiratio autem maximam attentionem facit, ideo Angelus †2. Concl

Art. 4. Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.

1. Concl. Licet filius Dei carnem humanam assumere potuit de quacunque materia: tamen conuenientissimum fuit, vt de fœmina carnem acciperet.

Gal. 4. 1. *Misit, ait Paulus Deus filium suum factum ex muliere.*

2. *Quoniam primum nobilitauit totam naturam humanam, & in vtroque sexu liberatio apparuit. Deinde, quia per hoc veritas incarnationis adstruitur, vt Amb. & Aug. 3 Ad Vol. docent. Postremo, quia hoc modo impletur omnis modus generationis: primus homo sine viro & fœmina factus est, cum Deus creauit Adam: secundus, qui fit fœmina ex viro, cum facta est Eua: tertius, qui ex vtroque: quartus, qui vir ex sola fœmina, id est Christus ex Maria.*

Lib. de incar. c. 6.

† 2. Concl. August de Ar. c 11. Quia masculinus sexus est nobilior, ideo hunc suscepit, & ne contemneret fœmininũ, ex fœmina nasci voluit.

3 Concl. Non quia filius Dei in vtero clauditur, cætera loca reliquit: cum Deus vbique sit totus, & nullo contineatur termino.

4. Concl In conceptione viri ex fœmina, non est aliquid immundum prout est opus Dei: Est tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis concipitur. Et licet ibi esset aliqua immunditia Dei verbum non inquinaretur, sicuti radii solares non inquinantur tordibus, quas exsiccant.

Art. 5. Vtrum corpus Christi de purissimis sanguinibus virginis formatum fuerit.

1. Concl. Corpus Christi fuit conceptum ex purissimo sanguine B. virginis ad ampliorem digestionem producto per virtutem eius generatiuam.

l. 3. c. 2. 1. *Damas. ait constituisse sibi carnem animatã ex purissimis sanguinibus, &c.*

2. *Conceptio Christi fuit naturalis in hoc quod natus est ex femina, supernaturalis, quod ex virgine; sed naturaliter generatus habet, vt fœmina ministret materiam, & mas sit actiuum principium: actiuum debuit esse supernaturale, materia vero debuit esse conformis materiæ, quam aliæ fœminæ subministrant, quæ, vt ait Arist. est sanguis productus ad quandam ampliorem digestionem per veram generationem matris, vt sit materia apta ad conceptum, & ex tali materia fuit corpus Christi. Ergo.*

Lib de gen. ani cap. 18.

† 2. Concl. Dicitur Christus sumpsisse carnem, quia sanguis in potentia est totum: non quod materia corporis eius fuerit actu caro. Quamuis prima mulier miraculose formata fuerit ex viro, in quo fuit aliquid non pertinens ad integritatem personalem: tamen Christus non debuit sic miraculose produci, quia in corpore virginis nihil tale erat; & ideo non debuit minui virginis corpus.

4. Concl. Semen fœminę non est aptum generationi & ideo non est materia quæ necessario requiratur ad generationem, vt Arist. ait. Adde quod cum voluptate resoluitur, vnde non adfuit in conceptione Christi. Neque est cõceptus ex sanguine menstruo, quod est purgamentum puri sanguinis, qui digestione quadam præparatus, est materia conceptus: qui virtute Spiritus sancti adunatus, & formatus fuit in prolem.

Artic. 6. Vtrum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.

1. Concl. Corpus Christi non fuit alio modo in partibus, quam corpus matris eius, quod non fuit in illis secundum aliquam materiam signatam.

1. *Ex Aug. qui ait fuisse in patribus, & alij homines fuere. Ergo non fuere secundum signatam materiam. Ergo.*

lib. 10. supr. Gen ad lit. c. 19. 2. *Quidquid fuit à B. Virgine acceptũ, fuit actu partus. Ergo illud nõ fuit materia corporis Christi, quia materia corporis Christi nõ fuit caro aut os, &c. sed sanguis quare corpus Christi non fuit in Adam. & alijs secundum aliquid signatum, quia eius corpus non habet relationem ad Adam & ad alios nisi mediante corpore matris.*

† 2 Concl Corpulentia Christi non fuit in Adam vt in principio materiali, sed vt in principio actiuo.

3. Concl. Christus non fuit in Adam secundum materiam vel seminalem rationem; sed solum mediante matre per motum originis.

4. Concl. Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei: & quia formatus est ex sanguine detiuato secundum originem ex Adam.

Art. 7. Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

1. Concl. Cum dicimus Christum secundum carnem eius fuisse in Adam, & in alijs patribus, comparamus ipsum, vel eius carnem ad illos.

2. Concl. Alia fuit conditio patrum, qui fuerũt subiecti peccato, & alia Christi, qui fuit omni-

no à peccato immunis. Vnde in hac comparatione dupliciter errari potest, vel attribuendo carni Christi, conditionem, quæ fuit in patribus; vt si dicas Christum in Adam peccasse.

Sed contra. Quia non ita fuit in Adam, vt eius peccatum ad ipsum pertineret: quoniam non derivatur ab eo secundum concupiscentiam carnalem: sive secundum rationem seminalem: vel attribuendo conditionem Christi patribus, vel alicui parti ipsorum, quæ non fuerit subiecta peccato, ex qua Christus formatus fuerit.

Sed contra 1. Quia caro Christi, vt est dictum, non fuit in patribus secundum aliquid signatum, quasi purum ab impuro seiunctum.

2. Caro humana ex eo inficitur, quod per concupiscentiam concipitur. Ergo vt tota per concupiscentiam concipitur, ita tota peccato inquinatur.

2. Concl. Tota antiquorum caro fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliqd à peccato immune, vnde Christi corpus formaretur.

Nam corpus Christi non refertur ad Adam & alios patres nisi mediante corpore beatæ Virginis. Sed corpus beatæ Virginis totum fuit in originali peccato conceptum. Ergo

Sap. 7.

† 4. Concl. Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato, & adeo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrit.

5. Concl. Christus dicitur primitiæ nostræ carnis, quia assumpsit carnem puram, vt fuit in primo homine.

Dam. lib. 3. c. 6.

5. Concl. In natura humana ante Christum erat vulnus, id est, infectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu: sed solum secundum virtutem originis, prorurab illis patribus propaganda erat Christi caro.

Art. 8. Vtrum Christus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

1. Concl. ib 10. sup. Gen. ad lit. 20. Christus non fuit in lumbis Abrahæ decimatus.

1. Ex Aug qui hoc affirmat: Adde auctoritatem apostoli, Hebr. 7 cap.

2. Si Christum decimatum fuisset in lumbis Abrahæ, eius sacerdotium non [illegible] secundum ordinem Melchisedech, sed minus ipso, sicut sacerdotium Leviticum, quod ostendit se imperfectum dando decimas; quia quod dat decimas, quæ sunt signum perfectionis propter numerum perfectum significat se imperfectum, cum retineat nouem. Imperfectio autem in communi hominis est peccatum, quod indiget curatione eius, qui à peccatis curat. Curare autem est filius Christi, cuius figuram gerebat Melchisedech. Per hæc ergo quod Abraham decimas dedit, præfiguravit se & omnes qui ab eo per rationem seminalem descenderent esse in peccato, & curatione egere, vnde omnes sunt in Adam decimati, id est, præfiguravit. Ergo cum Christus non fuerit in Abraham, nisi secundum corpulentam substantiam, non fuit in eo decimatus. Vnde patet ad primum.

† 2. Concl. Beata virgo fuit decimata in Abraham, qa fuit in eo secundum seminales rationes.

3. Concl. Christi caro fuit obnoxia peccato in parentibus, secundum qualitatem quam habuit in ipsis; & hoc modo fuit decimatus, non autem secundum qualitatem, quam habuit actu.

4. Concl. Sacerdotium Melchisedech secundum carnis originem non fuit maius, sed vt gerebat figuram Christi, cuius sacerdotium non carnis originem, sed gratiam spiritualem sequitur.

Quæst. 32. De conceptione Christi quoad principium actiuum.

Art. 1. Vtrum Spirit. Sanct. fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

1 Concl. QVamuis conceptio corporis Christi sit effectiue à tota Trinitate: tamen attribuitur Spiritui S.

1. Luc. 1. Spiritus S. superueniet in te.

2. Inprimis, hoc congruit causæ incarnationis, ex parte Dei, quia Spiritus S. est amor patris & filij: quod autem filius Dei carnem assumere voluerit, ex maximo amore Dei proximi: sic Deus dilexit mundum, &c. Vnde congruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ, quia per hoc indicatur no fuisse assumptam ex merito, sed ex sola gratia quæ Spiritui S. tribuitur. Præterea hoc conuenit termino incarnationis, qui ad hoc terminata est, vt homo ille, qui concipiebatur, esset sanctus, & filius Dei, & vtrunque tribuitur Spiritui S. vt patet ex Paulo. Et Angelus qui annunciauit, Spiritus sanctus superueniet, &c.

Ioan. 3. Aug. in Ench. c. 40. Gal 4. Rom. 1.

† 2. Concl. Luc. 1. Secundum aliquem modũ hoc mysterium tribuitur singulis personis: Patri tribuitur auctoritas respectu filij: Filio carnis assumptio: Spiritui sancto formatio. Spiritus igitur superuenit: virtus, id est, filius; altissimi, id est, patris, cuius virtus est filius, obumbrauit, &c.

3 Concl. Etsi missio & conceptio idem sint, subiecto: tamen missio, tribuitur patri mittenti, conceptio Spiritui sancto, & carnis assumptio, filio.

4. Concl. Prou. 9. Domus ædificata à sapientia, vel est Ecclesia, quam Christus suo sanguine ædificauit: vel est corpus Christi, quod dicitur factum à filio, quia eadem est vtriusque personæ natura & voluntas.

Art.

Artic. 2. Vtrum Christus debeat dici conceptus de Spiritu sancto.

1. Concl. Conuenienter dicere possumus non solum Christi corpus conceptum esse de Spiritu sancto, sed etiam ipsum Christum.

1. *Matth. 1. Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.*

2. *Spiritus sanctus ad filium Dei, qui dicitur conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis, & ad corpus habitudinem causæ efficientis, quia conceptio non solum corporis sed etiam Christo tribuitur. Ergo conuenienter potest dici conceptus de Spiritu sancto, quia præpositio, de, vtranque teneat habitudinem; vt cum dicimus, hominem esse de suo patre. Efficientia ergo Spirit. sanct. refertur ad corpus assumptum, consubstantialitas ad personam assumentem.*

† 2. Concl. Quia corpus Christi non est consubstantiale Spiritui sancto, magis dicitur, ex Spir. sanc. quam de: vtly, ex, dicat potestatem.

3 Concl. Quidam patres dicunt spiritum sanctum fuisse pro semine. i. loco virtutis actiuæ, vt Chryso. Damas. at Hieron. negat fuisse pro semine. i. pro substantia corporali; Hæc enim duo in semine continentur virtus, & substantia illa.

4. Concl. Christus dicitur natus de Maria corporaliter, & de Spiritu sancto effectiue.

Artic. 3. Vtrum Spir. sanct. dici debeat pater Christi secundum carnem.

1. Concl. Nomina paternitatis & filiationis generationē propriā consequuntur, cuiusmodi est generatio viuentium & maxime animalium: Vnde ignis genitus, non dicitur, filius ignis.

2. Concl. Neque omne quod generatur ex animali, vocatur filius, sed solum quod generatur in similitudinem generantis: quæ si sit perfecta, erit perfecta filiatio. Vnde homo & secūdum creationem & secundum gratiam est filius Dei, sed imperfecte.

3. Concl. Cum aliquid dicitur de aliquo secundum perfectam rationem, non debet dici de eo secundum imperfectam. Vnde Sortes cui conuenit perfecte ratio hominis non dicetur homo, eo modo, quo pictura hominis dicitur homo.

4. Concl. in Ench. c. 31. Nullo modo Christus debet dici filius Spiritus sancti, vel totius Trinitatis. 1. Natus, ait Aug. de Spirit. sanc. nō sicut filius &c. 2. Christus est filius Dei secundum perfectam rationē filiationis. Ergo neq; ratione creationis, neque ratione iustificationis, sed solū ratione generationis æternæ debet dici filius Dei.

Dicitur filius Virginis. † 5. Concl.

Quia Virgo ministrauit materiam secundum similitudinem speciei.

6. Concl. Homines dicuntur filij Dei, formati à Spir. sanc. sed secundum filiationem imperfectam. Vnde patet ad 3. Quoniam Deus dicitur *pater noster*, quia nos fecit, sed secundum imperfectam rationem.

Art. 4. Vtrum B. virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis Christi.

1. Concl. Falsum est, quod quidam dicunt beatam Virginem operatam fuisse in cōceptione naturali virtute, ratione materiæ, quam dicunt concurrere actiue, quia alias transmutatio non esset naturalis.

8. Phys. tex. 29. 1. *Quia ex philosopho dicitur aliquid naturale, non solum ob principium actiuum, sed etiam passiuum.*

2. Non est possibile materiam agere ad sui formationem, cui non sit actu.

3. Nec est possibile aliquid mouere seipsum, nisi diuidatur in partes, quod conuenit solis animatis.

2. Concl. Falsum etiam est, operatam fuisse virtute supernaturali, quod Spiritus sanctus tribuerit ei virtutem actiuam, quam habent mares per semen resolutum, cuius resolutio non est facta in beata Virgine

2. de cal. tex. 17. *Nam cum quælibet res sit propter suam operationem, ex Arist. natura non distingueret ad duas generationis sexus, nisi esset distinctio per actiuum & passiuum. Vnde tota virtus actiua est in mare, & passiua in fœmina. Ideo vbi vtraque virtus conmisceretur, non esset sexus distinctio.*

3. Concl. lib 10. super Ge. ad lit. cap. 20. B. Virgo in conceptione Christi nihil actiue operata est sed solam materiam ministrauit.

1. Principium actiuum ex Aug. dicitur ratio seminalis, sed corpus Christi, non fuit formatum secundum aliquam rationem seminalem Ergo.

2. Tota Virgo non hoc accepit, vt esset pater Christi sed mater. Ergo non habuit potentiam actiuam in hac conceptione.

4 Concl. Ante conceptionem operata est aliquid actiue præparando materiam aptam conceptui.

† 5. Concl. Hæc conceptio tria habuit priuilegia. s. vt esset sine peccato, vt esset Dei hominis, & vt esset conceptio virginis.

6. Concl. Vis generatiua in fœmina, respectu maris, est imperfecta: vnde illa præparat materiam, & mas formam inducit.

7. Concl. Ad transmutationem naturalem sat est passiuum principium.

Quæstio. 33. De modo & ordine conceptionis Christi.

Artic. 1 Vtrum corpus Christi fuerit formatum in primo instanti conceptionis.

1. Concl. IN conceptione corporis Christi considerantur tria. 1. motus localis sanguinis ad locum generationis formatio corporis ex tali materia & augmentum, quo producitur ad quantitatem perfectam: primum est præambulum ad conceptionem: tertium eam sequitur, vnde ipsa consistit in secundo.

2. Concl. Primum & tertium non possunt esse in instanti. Quia includunt rationem motus successiui, cui repugnat esse in instanti.

3 Concl. l. 3. 18. n. 9. Formatio corporis, Christi, in qua principaliter consistit ratio conceptionis fuit in instanti.

1. Ex Greg. spiritu S. adueniente, mox Verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro.

2. Ex virtute infinita agentis, quia quo maior est eius virtus, eo citius materia disponitur. At virtus Spir. sancti, qui fuit agens est infinita. Ergo.

3. Ex parte pbj cuius corpus formabatur, quia non erat consentiens, vt assumeret carnem, nisi formatum: nam si ante formationem perfectam præcessisset tempus conceptionis non attribueretur filio tota conceptio, cum ea non attribuatur nisi ratione assumptionis: quare eodem instanti corpus fuit conceptum & assumptum, propter quod filius Dei dicitur concepisse.

† 4. Concl. lib. de trin. c. 5. Cum Aug ait formatum fuisse eſi tempore, intelligitur de fomatione cum determinato augmento vsque ad tempus partus.

5. Concl Motus localis seminis, non continetur in conceptione, sed eam præcedit.

6 Concl. Non assignatur instans in quo materia illa fuit sanguis & caro, sed assignatur vltimum tempus continuatum, in quo caro illa fuit formata & hoc fuit terminus motus localis sanguinis ad locum generationis.

7. Concl. Augmentum corporis Christi factum fuit ab anima Christi eo modo quo fit in nobis: at formatio fit potentia generationis.

Art. 2. Vtrum corpus Christi fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis.

1. Concl. Corpus Christi in primo instanti conceptionis fuit animatum anima rationali.

1. Ita docet Damas lib. 3. ca. secundo.

2. Filius Dei concipitur fus: spir. sancto, vt patet ex symbolo. Ergo dum conciperetur assumpsit corpus, quia alias non diceretur conceptus, vt demonstratum est, Ergo assumpsit corpus animatum quia illud assumpsit mediante anima, & animam mediante spiritu, & intellectu. Ergo.

† 2. Concl. Principium inspirationis animæ attenditur vel secundum dispositionem corporis, & sic formato corpore infunditur anima, vt fit in nobis: vel secundum tempus: & quia prius tempore formatum fuit perfectum Christi corpus, prius etiam tempore fuit animatum.

3. Concl. Anima requirit debitam quantitat in materia cui infunditur: quæ in maiori & minori latitudine saluatur. Quantitas vero in prima formatione proportionatur quatitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet, illa autem parua quantitas in qua Christus fuit conceptus, tanta fuit vt in ea ratio animati corporis potuerit seruari.

4 Concl. In generatione hominum est prius & posterius vt esse viuum, & esse animal at corpus Christi simul perfecte fuit dispositum, & perfectam recipit formam.

Art. 3. Vtrum corpus Christi in primo instanti suæ conceptionis fuerit verbo assumptum.

1. Concl. lib de fide ad Petrum c. 18. Contra fidem est dicere, quod caro Christi prius fuerit concepta, & postea assumpta à Verbo Dei.

1. Ex aug. qui ait hoc esse firmissime tenendum.

2. Quia proprie dicimus Deum factum esse hominem; non autem hominem factum esse Deum; qua locutione significatur hominem non præexistisse assumptioni.

3. Spiritus fuisset caro Christi concepta, quam assumpta, aliquando habuisset propriam hypostasim quod est contra rationem incarnationis, quia vel verbum non fuisset factum secundum hypostasim, vel hypostasis carnis fuisset destructa, quod est inconueniens.

† 2. Concl. Quia ponimus conceptionem in instanti fuisse perfectam, sequitur in illa carne, simul fuisse concipi, & esse cõceptum, & ita assumptum fuit, quod erat. Vnde patet ad 2. quia simul dum illa caro concipitur concepta est, & animatur.

3. Concl. In hoc mysterio non consideratur aliquis ascensus alicuius præexistentis secundũ perfectionem ad vnionis dignitatem, vt voluit Photinus, sed potius consideratur descensus prout perfectum Dei verbum imperfectionem naturæ assumpsit.

Ioan. 6.

Art. 4. Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis, vel miraculosa.

1. Concl. Epist. ad Cassian.

Conceptio Christi simpliciter fuit miraculosa.

1. Ex Dion. qui ait Virginem supernaturaliter concepisse.

2. Vnum quodq; magis consideratur secundum formam, quam secundum materiam, & similiter secundum agens, quam secundum patiens. Sed secundum causam agentem est tota miraculosa. Ergo.

2. Concl.

Secundum quid, ratione materiæ cõceptus, quam mater ministrauit, fuit naturalis. Vtraque conclusio patet ex Amb. qui ait reperiri aliquid secundum naturam, & aliquid vltra naturam.

6. de incarn. c. 6.

† 3. Concl.

Christus dicitur naturalis filius hominis quatenus habet veram naturam humanam, licet miraculosè habuerit: vt cœcus illuminatus, &c.

4. Concl.

Conceptio attribuitur Virgini, vt principio passiuo, & prout in eius vtero est celebrata.

5. Concl.

Principium passiuum sufficit ad transmutationem naturalem, quando mouetur naturaliter à principio actiuo proprio, quod in hoc proposito non habet locum.

Quæstio 34. De perfectione prolis conceptæ.

Artic. 1. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.

1. Concl.

IN primo instanti conceptionis Christus habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius.

1. Luc. 2. Quod nascetur ex te sanctum. &c. Ioan. 10. Quem pater sanctificauit, &c.

2. Abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi derivatur ex Verbi vnione, Ioan. 1. Vidimus eum, &c. Ergo in primo instanti conceptionis habuit, &c. quia corpus Christi assumptum, fuit assumptum in primo suæ conceptionis instanti.

† 2. Concl. 1. Cor. 15.

Cum Apostolus ait, non prius spirituale, quam animale, intelligitur de his, qui per profectum ad spiritualem statum perueniunt: at in hoc mysterio magis consideratur descensus diuinæ plenitudinis in naturam humanam.

3. Concl. 1. Cor. 6.

Fit aliquid sanctum, non solum ex contrario, sed etiã ex negatiue & priuatiue opposito, & hoc modo Christus factus est sanctus; nos vero primo modo.

4. Concl.

Pater in incarnatione nõ operatur per filiũ vt per instrumentum; at per humanitatẽ maxime, quæ est sanctificans, & sanctificata

Artic. 2. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij.

1. Concl. 3. de tr. 9. & 10.

Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij.

1. Ex Aug. qui ait fœtum fuisse perfectum hominem. At homo perfectus habet arbitrij vsum. Ergo.

2. Humana natura assumpta a Christo communit spirituali perfectione a principio, quia non profecit in perfectione spirituali. Ergo habuit a principio illam operationem, qua potest in instanti haberi, quia vltima perfectio non in potentia, vel habitu, sed operatione consistit, vt Arist. ait. Ergo habuit vsum liberi arbitrij, quia operatio intellectus & voluntatis in quibus consistit liberum arb. in instanti potuit haberi, vt patet de vsu.

2. de an. tex. 5.

† 2. Concl.

Esse est prius natura, quam agere, sed sunt simul tempore, nisi sit impediens: vt patet in illuminatione.

3. Concl.

Deliberatio consilij non requiritur nisi propter inquisitionem incerti: Christus statim omnia nouit, ideo non indigebat consilio.

4. Concl.

Christus per scientiam infusam poterat intelligere absque phantasmate: potuit etiam in primo instanti exercere operationem secundum sensus tactus, quia habuit animam rationalem in corpore organizato.

Art. 3. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis mereri potuerit.

1. Concl.

Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit.

1. Ex Aug. qui ait omnino non habuisse vnde potuisset proficere. At potuisset, si, in primo instanti non meruisset. Ergo.

2. Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit sanctificatus sanctificatione perfectissima, cuiusmodi non est illa, qua aliquis per proprium actum, vt est sanctificatio puerorum, sed quæ fit per proprium actum, cum actus sit habitu perfectior, debuit enim sic sanctificari, quia futurus erat aliorum sanctificator. Ergo secundum actum proprij arbitrij sanctificatus est. At ille actus est meritorius. Ergo.

de cæl. tex. 18.

† 2. Concl.

Liberum arbitrium ad bonum se habet per se naturaliter, ad malum vero præter naturam, & hoc est posterius, vnde in primo motu natura integra potest moueri ad bonum, merendo, non ad malum peccando.

de vno quia singulariter modo in ea fuit Deus habitando in vtero, vt in corpore peccato subdito fomitem non habuerit. Ergo. Et sic imputatum est illud. Totus pulcher es, &c.

Fomes qui remansit ligatus post sanctificationem in B. Virgine, non prorupit in motum inordinatum rationem præuenientem, ex diuina prouidentia.

Per gladium qui pertransiuit animam B. Virginis, quidam intelligunt dubitationem, non fidei, sed admirationis, & discussionis, sicut videret eam patibilem, & facere mirabilia.

Chrysost. super illud, vinum non habent, excessit aliquantulum cum dixit, aliquid humanum potuisse fuisse: vel intellige quod dominus in ea collocauerit affectum gloriæ, qui posset ab alijs æstimari.

Art. 5. Vtrum beata Virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

Beata Virgo debuit præ cæteris maiorem gratiæ plenitudinem à Christo obtinere.

1. Exod. 12. Holocaustum, siue gratia plena, vbi aliis gratiam datam, fuisse secundum partem, Mariæ vero secundum totam plenitudinem.

2. Quod magis aliquid appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij, ex Dionys. Sed B. Virgo magis appropinquauit Christo, qui est gratiæ principium, vt ait Ioan. quia ex ea humanam naturam accepit, Ergo.

Habere plenitudinem gratiæ ad diffundendum in alios, est proprium Christi: B. vero Virgini data est tanta plenitudo, vt esset propinquissima auctori gratiæ, vt cum pariendo quodam modo gratia ad omnes deriuaret.

In naturalibus est triplex perfectio, sc. dispositionis, formæ, & finis: similiter in B. Virgine fuit triplex perfectio & plenitudo gratiæ: prima dispositiua in sanctificatione, qua liberata fuit a culpa: secũda ex præsentia Verbi in vtero, qua fuit totaliter a fomite mundata: tertia perfruitionem omnis boni in patria per gratiam consummatam.

Habuit B. Virgo donum sapientiæ, gratiam virtutum, & prophetiæ, sed non vsq; est omnibus his donis. Miracula in vita non fecit, vt omnes Christo intenderent: vsum prophetiæ habuit in Cantico.

Art. 6. Vtrum sit sanctificare proprium fuerit beatæ Virgini.

Sanctificare vtero non fuit proprium B. Virgini.

Quoniam Hieremias, & Ioann. Baptista in vtero sanctificati fuerunt, vt dicunt aliqui. Dug. de hac re dubitat.

1 Cum expresse in scriptura dicatur, censendus non est sanctificatus fuisse in vtero, etiam si in vtero vsum liberi arbitrij non habuerint, sicut sanctificantur pueri ante vsum rationis per baptismum.

2 Quia conueniens fuit hos duos sanctificare in vtero ad præsignurandam sanctificationem per Christum faciendam: nam Christus vt sanctificaret populum suum extra portam passus est, quod Hieremias & Verbum, & sua passione expresse præsignarunt: & Ioann. suo baptismo alio, ad baptismum Christi, quo sanctificamur præparauit.

Non est credendum alios sic sanctificatos fuisse.

Quoniam priuilegio gratiæ ordinantur ad aliorum vtilitatem, quæ nulla esset, nisi sanctificatio innotesceret Ecclesiæ. At scriptura de alijs mentionem non facit. Ergo.

Maiorem sanctificationis gratiam habuit B. Virgo, quam Ier. & Ioan. sc. quod non potuerit etiam venialiter peccare: illi vero tantum non potuerunt peccare mortaliter.

Alij sancti potuerunt esse coniunctiores Christo, quantum ad alia; sed non quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius, vt Ierem. & Ioan.

Miseratio quam Iob sibi connatam esse dixit, non fuit infusa, sed inclinatio quædam ad actum virtutis huius.

Quæstio 28. De virginitate B. Mariæ.

Art. 1. Vtrum beata Maria fuerit virgo concipiendo.

SImpliciter confitendum est matrem Christi virginem concepisse: & cõtrarium pertinet ad hæresim Hebionitarum, & Cerinthij.

1. Isa. 7. Ecce virgo concipiet.

2 Quoniam id fuit conueniens propter quatuor: primum, ob conseruationem dignitatis nitentis, cuius Christus est filius naturalis; ideo non debuit habere alium parentem: secundo ex parte Verbi, missi, quod absque omni corruptione cordis concipitur; immo est repugnans corruptio; & ita caro assumenda à Verbo debuit esse incorrupta: tertio fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in

qua

quæ peccatum homo habere non debuit, non tollere deberet peccatum: quarto ob finem incarnationis quia ad hoc fuit, vt homines renouarentur in filios Dei, non ex voluntate carnis, sed ex Deo, id est, virtute Dei: nimis rem exemplar debuit apparere in conceptione Christi.

Ioan. 1.

Ioseph dictus est pater Iesu ad famam B. Virginis conseruandam: vel vocatus est pater Christi eo modo: quo vir Mariæ, etiamsi eam non cognouerit.

† 2. Concl. Bede. Aug.

Genealogia Christi deducitur ad Ioseph, quia mulieres in genealogia non nominabantur: & quia Ioseph, & Maria erant de eadem tribu, quam vt propinquam, ex lege: accipere tenebatur.

3. Concl.

Mulier non solum sumitur pro ea, quæ est à viro cognita, sed etiam pro fœmina ex vsu scripturæ.

4. Concl. Galat 4.

Vt virtus Dei non est alligata ad vnum effectum: ita nec ad vnum modum: vnde licet Christus sit eiusdem speciei cum homine ratione naturæ humanæ, potuit tamen alio produci modo.

5. Concl.

Semen maris est velut agens in generatione fœminæ vero, vt materia: vnde in generatione Christo non defuit materia: virtus autem Dei potest transmutare materiam in omnem formam:

6. Concl. Arist. li. 1. de Ge. c. 2.

Art. 2. Vtrum mater Dei fuerit virgo in partu.

Absque omni dubio: asserendum est matrem Christi etiam in partu virginem fuisse.

1 Ex Concilio Ephes. Ubi dicitur pariendo virginitatem non amisisse. & Isa. Virgo concipiet, & pariet.

2. Quia id conueniens fuit primum ex parte Verbi, quod absque corruptione cordis profertur, & ideo debuit exire ex corpore incorrupto: deinde quia venit tollere corruptionem; Ergo non debuit exire ex vtero cum corruptendo: postremo, ne minueret honorem matris, qui parentes præceperat honorandos.

1. Concl.

Aperitio vuluæ solum significat exitum prolis ex vtero.

Et vt exiit ex femina ostendit se esse hominē, ita prodeundo sine corruptione, ostendit se esse Deum

2. Concl.

Non placet quod aliqui dicunt exiisse per donum subtilitatis, quia id est corporis beatificati, & christus sinebat carnem agere. Vnde hoc miraculum, & alia humilia fiebant virtute diuina.

3. Concl.

Art. 3. Vtrum mater Dei reuera erit virgo post partum.

Detestandus est error Heluidij qui præsumpsit dicere, matrem Christi, post partum à Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse.

1. Concl. in ser. 1. de nat. Dom

1. Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur; & vir non transibit per eam, & quia locus de B. Virgine intelligitur.

2 Quoniam id derogat Christo, qui vt est vnigenitus patris, ita debuit esse vnigenitus matris: derogat etiam Spiritui S. cuius sacrarium fuit B. Virgo, præterea derogat honori matris, quæ tanto filio non fuisset contenta, & quod sponte per dedisset virginitatem miraculose seruatam: demum cederet in dedecus Ioseph, quod voluisset violare matrem Dei, quæ conceperat Spiritu S.

Illud, *antequam conuenirent*, exponitur, dum non conueniebant, præuentus est à spiritu sancto, vnde particula illa, *antequam non* semper indicat consequentia.

† 2. Concl. Matt. 1.

B. Virgo vocatur coniunx ex ipsa desponsationis fide, non autem propter concubitum.

3. Concl.

Et non cognouit eam donec, &c. aduerbium, donec, aliquando tempus certum significat, aliquando infinitum: vt Oculi ad dominum, donec misereatur, &c. Alij referunt hoc ad nouam vitam.

4. Concl. Psal. 122.

In scriptura dicitur primogenitus, etiam is, post quem alij fratres non sequuntur.

5. Concl.

Fratres in scriptura quatuor modis dicuntur natura, gente, cognatione, & affectu: at primo modo Christus non habuit fratres Ioseph secundum Hieronymum virgo permansit.

6. Concl.

Maria quæ dicitur Iacobi & Ioseph mater, Domini: quæ solet vocari mater Iesu. Ista autem fuit vxor Alphei, cuius filius fuit Iacobus minor: quod dicitur est frater domini.

7. Concl.

Art. 4. Vtrum mater Dei virginitatem vouerit.

Conueniens fuit, vt virginitas beatæ Virginis esset ex voto Deo consecrata.

1. Concl. li. de sanct. virg.

1. Quia ex Ang. non dixisset angelo, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, nisi prius se virginem voto vouisset.

2. Laudabilior est virginitas voto Deo dicata, & alia perfectionis opera. Ergo B. Virgo suam virginitatem Deo vouit: quia debuit inter alias polleere.

Deut. 7.

Quoniam tempore legis oportebat generationem existere, mater Dei, antequam desponsata esset, non absolute vouit virginitatem, sed in ea fieri habuit

2. Concl.

3. Concl. Accepto sponso, simul cum eo virginitatis votum emittit, quare prius vouerat sub conditione si Deo placeret: vb autem hoc est innotuit absolute vouit, antequam ab angelo annunciaretur: Vnde patet ad primum.

†4. Concl. Vt plenitudo gratiæ, quæ in Christo est perfecte quodammodo inchoauit in matre, sic etiam obseruatio consiliorum, quæ perfecte in Christo cœpit.

5. Concl. 1. Tim. 5. His qui absolute primum vouent damnabile est velle nubere secundum Paulum, non autem his, qui primum sub conditione.

Quæstio 29. De matris Dei desponsatione.

Art. 1. Vtrum Christus nasci debuerit de virgine desponsata.

1. Concl. COnueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci.

1. *Matt. 1. cum esset desponsata mater eius, &c.*

2. *Fuit conueniens propter Christum ipsum, ne tanquam illegitimus ab infidelibus abijceretur: deinde vt eius genus conueniente modo per virum describeretur, ruisus, vt à Ioseph nutriretur, & vt partus diabolo celaretur. Ex parte matris fuit conueniens ex parte matris, primum quia reddita est immunis a pœna adulteræ, deinde, liberata est ab infamia, postremo, vt ei ministerium exhiberetur ab Ioseph.*

Hieron.

Amplius ex parte nostra: primum, quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex Virgine natum: deinde magis credimus Verba Virginis suam virginitatem asserentis: præterea, vt celaretur excusatio virginibus, quæ ob suam incautelam non vitant infamiam: postremo per hoc fides spectatur conuersæ ecclesiæ, quæ licet sit virgo, tamen desponsata est viro Christo.

Ambro.

† 2. Concl. Lib. 2. in Luc. Familiari instinctu Spiritus tactæ B. Virgo desponsari voluit, confidens diuino auxilio, quod nunquam ad carnalem copulam perueniret.

Maluit dominus, ait Ambro. *aliquos de suo ortu, quam matrem pudore dubitare.* Miraculorum autem Dei, alia sunt occulta ad mercedem fidei, alia manifesta ad fidei comprobationem.

4. Concl. Poterat diabolus ex se cognoscere an B. Virgo esset intacta, sed prohibebatur a Deo, ne nodum diuini partus intelligeret: verum postea cognouit aliquo modo esse filium Dei, quia tempus erat vt Christus suam virtutem ostenderet: Ideo dicitur fuisse desponsatam, vt celaretur diabolo.

5. Concl. Iuxta eos adulteratum non solum nupta, sed etiam quæ nupturа erat condemnabatur, & hic exponitur Hierony. quem aliqui interpretantur de lapidatione infamiæ.

Art. 2. Vtrum inter Mariam & Ioseph fuerit verum matrimonium.

1. Concl. Coniugium dicitur perfectum ex eo, quod attingit suam perfectionem, quæ vel est prima, quam præbet forma, vel secunda quæ cõsistit in operatione rei, qua attingitur finis. forma consistit in coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur: finis vero est proles generanda & educanda. Ad primum peruenitur copula coniugali, ad alterum per opera viri & vxoris, quibus se iuuant ad prolem nutriendam.

2. Concl. Si spectetur forma, inter beatam Virginem, & Ioseph fuit verum matrimonium: quia vterque vere consensit in copulam coniugalem, non autem expresse in carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vnde Angelus vocauit eam coniugem Ioseph: coniux autem dicitur ex dispensationis fide. Adde auctoritatem Aug. hoc docentis.

3. Concl. Lib. 2. Quantum ad secundam perfectionem, quæ est per actum matrimonij, si spectetur copula carnalis, illud matrimonium non fuit consummatum. Ita Ambros. in Lucam.

4. Concl Cap. 1. Habuit hanc perfectionem quantum ad prolis educationem. Ita Aug. lib. de nup.

† 5. Concl. Vocat Hieron Ioseph potius custodem, quam maritum, quantum ad actum matrimonij consummati.

6. Concl. Matt. 1. Item, vocat nuptias, nuptialem concubitum.

7. Concl. Illud, *& nollet eam traducere*, non intelligitur, quod non habitauerint simul, quia non fuisset consultum famæ Virginis; sed noluit traducere, id est, eam in publicum diffamare. Vnde Angelus dixit, ne timeas accipere, id est nuptias solenniter celebrare. Itaque erat iam desponsata, & pro veterum consuetudine introducta in domum.

Quæstio 30. De Beatæ Mariæ Virginis annuntiatione.

Art. 1. Vtrum necessarium fuerit annuntiari B. Virgini, quod in ea erat gerendum.

1. Concl. COngruũ fuit B. Virgini annuntiari, quod esset Christum concepturа.

1. *Ex scriptura Luc. 1. Ecce concipies, &c.*

2. *Id fuit conueniens, imprimis vt seruaretur ordo coniunctionis filij Dei ad Virginem, vt eius mens prius de ipso instrueretur, quam carnis eius*

conci-

conciperet: deinde vt posset esse certior testis sui sacramenti, cum per hoc esset diutius instructus vt voluntaria sua obsequia munera Deo offerret: quod fecit, cum dixit, ecce ancilla: demum, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei & humanam naturam, & ita per annuntiationem expectabatur consensus.

2. Concl. Propheria prædestinationis completur sine nostro arbitrio cauiante, non tamen sine arbitrio consentiente.

Concl. Habuit B. Virgo expressam fidem incarnationis, sed cum esset humilis, non tam alta de se sapiebat, ideo instruenda fuit.

Concl. Spiritualem conceptionem, quæ est per fidem, præcedit annuntiatio, quæ est per fidei prædicationem: vnde hæc etiam conceptio annunciatur.

Art. 2. Vtrum annunciatio B. Virginis fieri debuerit per Angelum.

Conueniens fuit matri Dei annuntiari per Angelum diuinæ incarnationis mysterium.

1. Luc. 1. Missus est Angelus, &c.

2. Fuit autem conueniens primum, vt seruaretur diuina ordinatio secundum quam diuina ad homines perueniunt: deinde fuit conueniens reparationi humanæ inseparabiliter Christum, qui prima perditionis causa fuit cum serpens missus fuit à diabolo ad hoc vt per superbiæ tentationem posteros corrumperet virginitatem matris Dei, quia est semper angelis cognata virginitas.

Beata Virgo erat superior angelis, quantum ad dignitatem, ad quam eligebatur: sed inferior quantum ad statum præsentis vitæ: quæ indigebat instrui, cum nondum Deum videret, vt Christus videbat.

Non debuit beata virgo à viro de hoc mysterio instrui, quia non fuit sub viri potestate: vnde prius fuit instructa, quam Ioseph.

4. Concl. Angeli norunt incarnationis mysterium: sed tamē ex Dionys. interrogabant, perfectius scire cupientes à Christo huius mysterij rationes.

5. Concl. Hic Angelus fuit summus in ordine Archangelorum, qui summa nuntiant, non autem de supremo ordine, & nomen officio congruit, quia Gabriel dicitur fortitudo Dei, quam Christus vincendo hostes demonstraturus erat.

Art. 3. Vtrum Angelus annuntians debuerit B. Virgini visioni corporali apparere.

1. Concl. Angelus annuntians apparuit matri Dei corporea visione, & hoc conueniens fuit.

1. Ex Aug. ser. 14. de natali domini, vbi hoc docet.

2. Fuit conueniens, in primis, quia nunciabat incarnationem inuisibilis Dei, ideo inuisibilem creaturæ sub specie seruili debuit apparere. deinde fuit congruum dignitatis suæ, quæ non solum mente, sed etiam corpore filium Dei susceperat recipiendo mens, & oculis Angelica visione refocillanda erant: postremo congruit certitudini eius quod nunciabatur: quia quæ sunt oculis subiecta certius apprehenduntur.

† 2. Con Chrys. Licet visio corporalis non sit summum visionis genus, sed maior visio sit videre Angelum in etlentia, visione intellectuali: tamen id non patitur status viatoris.

3. Concl. Imaginatio est quidem altior potentia, quam sensus exterior, quia tamen est principium nostræ cognitionis, in eo constitit maxima certitudo Ideo Ioseph cui Angelus in somnis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit, vt B virgo.

4. Concl. Perturbatio B. virginis fuit conueniens verecundiæ virginali: nec obstat quod expauerit, cum debuisset potius de tali apparitione obstupescere: quia ne de apparitione dubitaret, audit Angelus, ne timeas. Alij dicunt fuisse assuetam apparitionibus, & ideo non timuisse, sed affectam fuisse admiratione, propter tam magnifica, quæ de se non sperabat. Vnde non in visione, sed in sermone dicitur turbata.

Art. 4. Vtrum annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta:

1. Concl. Rom. 3. Luc. 1. Annuntiatio congruo ordine per Angelum est perfecta.

1. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt, vt ait Paul. at Angelus missus est à Deo, Ergo.

2. Tria intendebat Angelus circa Virginem: primum, vt eam redderet attentam ad tanti mysterij considerationem, quod fecit salutando eam nouo, & insolito salutatione: deinde intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod fecit pronunciando conceptum, & partum, dicens Ecce concipies, &c & ostendendo dignitatem prolis dicens. hic erit magnus, &c. & demonstrando modum conceptionis, dicens, Spir. S. &c. Postremo intendebat inducere animum ad consensum, quod fecit afferendo exemplum Elisabeth Itaque conuenienter facta fuit hæc annuntiatio, cum omnia Angelus complenerit, quæ intendebat.

† 2. Concl Animo humili nihil est admirabilius, quam auditus suæ excellentiæ: admiratio autem maximam attentionem facit, ideo Angelus

Art. 4. Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.

1. Concl. Licet filius Dei carnem humanam assumere potuit de quacunque materia: tamen conuenientissimum fuit, vt de fœmina carnem acciperet.

Gal. 4. *1. Misit, ait Paulus Deus filium suum factum ex muliere.*

2. Quoniam primum nobilitauit totam naturam humanam, & in vtroque sexu liberatio apparuit. Deinde, quia per hoc veritas incarnationis adstruitur, vt Amb. & Aug. 3 ad Vol. docent. Postremo, quia hoc modo impletur omnis modus generationis: primus homo sine viro & fœmina factus est, cum Deus creauit Adam: secundus, qui fit fœmina ex viro, cum facta est Eua: tertius, qui ex vtroque: quartus, qui vir ex sola fœmina, id est Christus ex Maria.

† 2. Concl. Quia masculinus sexus est nobilior, ideo hunc suscepit, & ne contemneret fœmininũ, ex fœmina nasci voluit.

August de Ag. c 11. 3 Concl. Non quia filius Dei in vtero clauditur, cætera loca reliquit: cum Deus vbique sit totus, & nullo contineatur termino.

4. Concl In conceptione viri ex fœmina, non est aliquid immundum prout est opus Dei: Est tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis concipitur. Et licet ibi esset aliqua immunditia Dei verbum non inquinaretur, sicuti radii solares non inquinantur sordibus, quas exsiccant.

Art. 5. Vtrum corpus Christi de purissimis sanguinibus virginis formatum fuerit.

1. Concl. Corpus Christi fuit conceptum ex purissimo sanguine B. virginis ad ampliorem digestionem producto per virtutem eius generatiuam.

lib. 3. c. 2. *1. Damas. aut constituisse sibi carnem animatã ex purissimis sanguinibus, &c.*

2. Conceptio Christi fuit naturalis in hoc quod natus est ex femina, supernaturalis, quod ex virgine; sed naturalis generatio habet. Vt femina ministret materiam, & mas sit actiuum principium: actiuum debuit esse supernaturale, materia vero debuit esse conformis materiæ, quam alia femina, sub ministrant, qua, vt ait Arist. est sanguis productus ad quandam apiorem digestionem per veram generationem matris, vt sit materia apta ad conceptum, & ex tali materia fuit corpus Christi. Ergo.

lib de gen. ani cap. 18. † 2. Concl. Dicitur Christus sumpsisse carnem, quia sanguis in potentia est totum: non quod materia corporis eius fuerit actu caro. Quamuis prima mulier miraculose formata fuerit ex viro, in quo fuit aliquid non pertinens ad integritatem personalem: tamen Christus non debuit sic miraculose produci, quia in corpore virginis nihil tale erat; & ideo non debuit minui virginis corpus.

4. Concl. Semen fœminę non est aptum generationi & ideo non est materia quæ necessario requiratur ad generationem, vt Arist. ait. Adde quod cum voluptate resoluitur, vnde non adfuit in conceptione Christi. Neque est cõceptus ex sanguine menstruo, quod est purgamentum puri sanguinis, qui digestione quadam præparatus, est materia conceptus: qui virtute Spiritus sancti adunatus, & formatus fuit in prolem.

Artic. 6. Vtrum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.

1. Concl. Corpus Christi non fuit alio modo in patribus, quam corpus matris eius, quod non fuit in illis secundum aliquam materiam signatam.

1. Ex Aug. qui ait fuisse in patribus, vt alij homines fuere. At isti non fuere secundum signatam materiam. Ergo.

lib. 10 supr. Gen ad lit. c. 19. *2. Quidquid fuit à B Virgine acceptũ, fuit actu pars eius. Ergo illud nõ fuit materia corporis Christi, quæ materia corporis Christi nõ fuit caro, aut os, &c. sed sanguis quare corpus Christi non fuit in Adam. & aliis secundum aliquid signatum, quia eius corpus non habet relationem ad Adam & ad alios nisi mediante corpore matris.*

† 2 Concl. Corpulentia Christi non fuit in Adam vt in principio materiali, sed vt in principio actiuo.

3. Concl. Christus non fuit in Adam secundum materiam vel seminalem rationem; sed solum mediante matre per motum originis.

4. Concl. Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei: & quia formatus est ex sanguine deriuato secundum originem ex Adam.

Art. 7. Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

1. Concl. Cum dicimus Christum secundum carnem eius fuisse in Adam, & in alijs patribus, comparamus ipsum, vel eius carnem ad illos.

2. Concl. Alia fuit conditio patrum, qui fuerũt subiecti peccato, & alia Christi, qui fuit omni-

eam prius laudat, quam ei prolis conceptum nuntiet.

3. Concl. Dubitatio beatæ Virginis non fuit incredulitatis, sed admirationis, & ideo angelus probationem inducit, ad remouendam ipsius admirationem.

4 Concl. Exemplum Elizabeth sterilis, non adducitur quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exemplum: quia maius est virginem parere, quam sterilem: vnde subditur argumentum efficax à potentia Dei sumptum.

Quæstio 31. De conceptione Saluatoris quoad materiam, de qua corpus eius conceptum est.

Art. 1. Vtrum corpus Christi fuerit sumptum de Adam.

1. Concl. CONueniens fuit vt Christus carnem sumeret ex materia ab Adam deriuata.

1. ad Hebr. 2. sed semen Abrahæ apprehendit. Hoc autem sumptum est ex Adam. Ergo.

2. Christus humanam naturam assumpsit, vt eam à corruptione purgaret. Sed non eget purgatione nisi prout erat infecta per originem vitiatam; qua ex Adam descendebat. Ergo debuit eam assumere, vt eam curaret.

† 2. Concl. Secundus homo dicitur esse de cœlo, quantum ad virtutem formatiuam corporis eius; vel quantum ad diuinitatem: at secundum materiam corpus eius fuit terrenum.

3. Concl. Mysterium incarnationis fuit miraculosum, non sicut ordinatum ad cõfirmationem fidei, sed vt articulus fidei: ideo non est necesse, vt sit maius miraculum, sed quod sit diuinæ sapientiæ conueniens: vel dicas, nõ solum attendi magnitudinem, ex materia conceptus, sed magis ex modo conceptionis, & partus.

3. Gor. sic. 4. Concl. Corpus Christi fuit in Adam secundum corpulentam materiam, non autem secundum seminales rationes, ideo non contraxit peccatum originale.

Art. 2. Vtrum Caro Christi fuerit sumpta de Dauid.

1. Concl. Rom. 1. cap. 1. Gen. 15 & 20. Christus specialiter dicitur filius Abrahæ, & Dauid.

1. Ex Paul & ex Matth.

2. Quoniam; in primum his duobus facta est specialis promissio de Christo, vt patet Genes. 22 de Abraham, & de Dauid ps. 131 & Mat. 21 Deinde quia Christus futurus erat rex, propheta, & sacerdos. Abraham fuit sacerdos, & propheta: Dauid vero rex & propheta. Postremo in Abraha primum caput circũcisio, & in Dauide maxime manifestata est Dei electio, ex illo, quasi ad summum sibi virum ideo Christum vtrinq; primo dicitur, vt ostenderetur esse in salutem circumcisionis, & electionis gentium. 1. Reg. 13.

† 2. Concl. Etsi Christus non fit natus ex Ioseph: tamẽ habuit ortum à Dauide, quia Maria fuit ex cognatione Dauid: Ideo Ioseph cogebatur eam vt propinquã accipere, & cum essent ex vna stirpe, vna in Bethleem censentur.

3. Concl. Tribus sacerdotalis & regia matrimonio iungebantur, Christus rex & Sacerdos futurus erat. Vnde B. virgo potuit esse cognata Elisabeth, quæ erat de tribu Leui, licet Dauid esset de tribu Iuda.

4. Concl. De Iechonia scribitur, quod nemo de eius stirpe regnare deberet, & licet Christus, qui de eius semine natus est, regnauerit: tamen prophetia non mentitur, quia non regnauit seculari honore.

Art. 3. Vtrum conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur.

1. Concl. Conuenienti ordine genealogia Christi est ab Euangelistis scripta.

1. Ex auctoritate scripturæ.

2. Tim. 3. Rom. 13. *2. Scriptura est diuinitus inspirata, vt ait Paulus. Sed, vt idem ait, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Ergo.*

† 2. Concll. Cum Isaias ait, generationem Christi esse inenarrabilem, intelligit de æterna filij generatione.

3. Concl. Ioseph dicitur filius Iacob, & Heli, qui sunt vnus, & idem, qui erat binominus: vel quia filius attribuebatur fratri demortuo.

4. Concl. Quod vnus Euangelista. 42. generationes alius 77. numeret: varie explicatur: de qua re lege Aug. li. 2. de cõs. Euãg. c. 4. sed inter alias rationes, est hæc, quia Mat. regiam in Christo instituerat insinuare personam: Lucas vero sacerdotalem. Per vnam genealogiam peccatorum susceptionem per aliam eorundem expiationem significatur.

5. Concl. Matt. præteriit tres in sua numeratione, quia isti immicuerant se generi impissimæ Ierebelis: quæ punita fuit vsque in tertiam generationem, quod si alij reges peccarunt, eorum iniquitas non fuit continua.

6. Concl. Ponuntur in hac genealogia malæ fœminę, & nulla sanctarum vt qui propter peccatores venerear, de peccatoribus nascens peccata deleret.

Art.

Art. 4. Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.

1. Concl. Licet filius Dei carnem humanam assumere potuit de quacunque materia: tamen conuenientissimum fuit, vt de fœmina carnem acciperet.

Gal. 4. *1. Misit, ait Paulus Deus filium suum factum ex muliere.*

2. Quemadmodum primum nobilitauit totam naturam humanam, & in vtroque sexum liberatio apparuit. Deinde, quia per hoc veritas incarnationis adstruitur, vt Amb. & Aug. 3 Ad Vol. docent. Postremo, quia hoc modo impletur omnium modus generationis: primus homo sine viro & fœmina factus est, cum Deus creauit Adam: secundus, qui fit fœmina ex viro, cum facta est Eua: tertius, qui ex vtroque: quartus, qui vir ex sola fœmina, id est Christus ex Maria.

† 2. Concl. Quia masculinus sexus est nobilior, ideo hunc suscepit, & ne contemneret fœmininũ. ex fœmina nasci voluit.

Aug. de Ag. c 11. 3 Concl. Non quia filius Dei in vtero clauditur, cætera loca reliquit: cum Deus vbique sit totus, & nullo contineatur termino.

4. Concl In conceptione viri ex fœmina, non est aliquid immundum prout est opus Dei: Est tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis concipitur. Et licet ibi esset aliqua immunditia Dei verbum non inquinaretur, sicuti radii solares non inquinantur sordibus, quas exsiccant.

Art. 5. Vtrum corpus Christi de purissimis sanguinibus virginis formatum fuerit.

1. Concl. Corpus Christi fuit conceptum ex purissimo sanguine B. virginis ad ampliorem digestionem producto per virtutem eius generatiuam.

l. 3. c. 2. *1. Damas. Aut constituisse sibi carnem animatã ex purissimis sanguinibus, &c.*

2. Conceptio Christi fuit naturalis in hoc quod natus est ex femina, supernaturalis, quod ex virgine; sed naturalis generationis habet. Vt fœmina ministret materiam, & mas sit actiuum principium: actiuum debuit esse supernaturale, materia vero debuit esse conformis materiæ, quam alia fœmina, sub ministrant, qua, vt ait Arist. est sanguis productus ad quandam ampliorem digestionem per vim generatiuam matris, vt sit materia apta ad conceptum, & ex tali materia fuit corpus Christi. Ergo.

lib de gen. ani. cap. 18. † 2. Concl. Dicitur Christus sumpsisse carnem, quia sanguis in potentia est totum: non quod materia corporis eius fuerit actu caro. Quamuis prima mulier miraculose formata fuerit ex viro, in quo fuit aliquid non pertinens ad integritatem eius personalem: tamen Christus non debuit sic miraculose produci, quia in corpore virginis nihil tale erat; & ideo non debuit minui virginis corpus.

4. Concl. Semen fœminę non est aptum generationi & ideo non est materia quæ necessario requiratur ad generationem, vt Arist. ait. Adde quod cum voluptate resoluitur, vnde non adfuit in conceptione Christi. Neque est cõceptus ex sanguine menstruo, quod est purgamentum puri sanguinis, qui digestione quadam præparatus, est materia conceptus: qui virtute Spiritus sancti adunatus, & formatus fuit in prolem.

Artic. 6. Vtrum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.

1. Concl. Corpus Christi non fuit alio modo in partibus, quam corpus matris eius, quod non fuit in illis secundum aliquam materiam signatam.

1. Ex Aug. qui ait fuisse in patribus, vt alij homines fuere. At isti non fuere secundum signatam materiam. Ergo.

lib. 10 supr. Gen ad lit. c. 19. *2. Quidquid fuit à B Virgine acceptũ, fuit actu pars eius. Ergo illud nõ fuit materia corporis Christi, quæ materia corporis Christi nõ fuit caro aut os, &c. sed sanguis quare corpus Christi non fuit in Adam. Et alijs secundum aliquid signatum, quia eius corpus non habet relationem ad Adam & ad alios nisi mediante corpore matris.*

† 2 Concl Corpulentia Christi non fuit in Adam vt in principio materiali, sed vt in principio actiuo.

3. Concl. Christus non fuit in Adam secundum materiam vel seminalem rationem; sed solum mediante matre per motum originis.

4. Concl. Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei: & quia formatus est ex sanguine deriuato secundum originem ex Adam.

Art. 7. Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

1. Concl. Cum dicimus Christum secundum carnem eius fuisse in Adam, & in alijs patribus, comparamus ipsum, vel eius carnem ad illos.

2. Concl. Alia fuit conditio patrum, qui fuerũt subiecti peccato, & alia Christi, qui fuit omni-

no à peccato immunis. Vnde in hac comparatione dupliciter errari potest, vel attribuendo carni Christi, conditionem, quæ fuit in patribus; vt si dicas Christum in Adam peccasse.

Sed contra. Quia non ita fuit in Adam, vt eius peccatum ad ipsum pertineret: quoniam non derivatur ab eo secundum concupiscentiam carnis, siue secundum rationem seminalem: vel attribuendo conditionem Christi patribus, vel alicui patri ipsorum, qua non fuerit subiecta peccato, ex qua Christus formatus fuerit.

Sed contra 1. Quia caro Christi, vt est dictum, non fuit in patribus secundum aliquid signatum, qualiscunque ab impuro seminali.

2. Caro humana ex eo mundatur, quod per concupiscentiam concipitur. Ergo vt tota per concupiscentiam concipitur, ita tota peccato inquinatur.

2. Concl. Tota antiquorum caro fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliqd à peccato immune, vnde Christi corpus formaretur.

Nam corpus Christi non refertur ad Adam & alios patres nisi mediante corpore beatæ Virginis.

Sap. 7. *Sed corpus beatæ Virginis totum fuit in originali peccato conceptum. Ergo*

† 4. Concl. Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato, & ideo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrit.

5. Concl. Dam. lib. 3. c. 6. Christus dicitur primitiæ nostræ carnis, quia assumpsit carnem puram, vt fuit in primo homine.

6. Concl. In natura humana ante Christum erat vulnus, id est, infectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu: sed solum secundum virtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat Christi caro.

Art. 8. Vtrum Christus in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

Christus non fuit in lumbis Abrahæ decimatus.

1. Concl. lib. 10. sup. Gen. ad lit. 20. *1. Ex arg. qui hoc affirmat: Adde auctoritatem apostoli, Heb. 7 cap.*

2. Si Christum decimatum fuisset in lumbis Abrahæ, eius sacerdotium non fuisset secundum ordinem Melchisedech, sed minus ipso, sicut sacerdotium Leviticum, quod ostendit se imperfectum, dando decimas; quia quod dat decimas, quæ sunt signum perfectionis propter numerum perfectum significat se imperfectum, cum retineat nomen. Imperfectio autem non convenit hominis ei peccatum, quod indiget perfectione eius, qui à peccatis curat. Curare autem est solius Christi, cuius figuram gerebat Melchisedech. Per hæc ergo quod Abraham decimas dedit, præfiguravit se & omnes qui ab eo per rationem seminalem descenderent esse in peccato, & carne regere, vnde omnes sunt in Adam decimati, id est, præfigurati. Ergo cum Christus non fuerit in Abraham, nisi secundum corpulentam substantiã, non fuit in eo decimatus. Vnde patet ad primum.

† 2. Concl. Beata virgo fuit decimata in Abraham, qa fuit in eo secundum seminales rationes.

3. Concl. Christi caro fuit obnoxia peccato in parentibus, secundum qualitatem quam habuit in ipsis; & hoc modo fuit decimatus, non autem secundum qualitatem, quam habuit actu.

4. Concl. Sacerdotium Melchisedech secundum carnis originem non fuit maius, sed vt gerebat figuram Christi, cuius sacerdotium non carnis originem, sed gratiam spiritualem sequitur.

Quæst. 32. De conceptione Christi quoad principium actiuum.

Art. 1. Vtrum Spirit. Sanct. fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

1. Concl. QVamuis conceptio corporis Christi sit effectiue à tota Trinitate: tamen attribuitur Spiritui S.

1. Luc. 1. Spiritus S. superueniet in te.

Ioan. 3. *2. Inprimis, hoc congruit causæ incarnationis, ex parte Dei, quia Spiritus S. est amor patris & filij: quod autem filius Dei carnem assumere voluerit, ex immenso amore Dei provenit: sic Deus dilexit mundum, &c. Vnde congruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ, quia per hoc indicatur no fuisse assumptam ex meritis, sed ex sola gratia, quæ Spiritui S. tribuitur. Præterea hoc convenit termino incarnationis, qui ad hoc terminatus est, vt homo ille, qui concipiebatur, esset sanctus, & filius Dei, & vtrumque tribuitur Spiritui S. vt patet ex Paulo. Et Angelus qui annunciauit, Spiritus sanctus superueniet, &c.*

Ang. in Ench. c. 40. Gal 4. Rom. 1.

† 2. Concl. Luc. 1. Secundum aliquem modũ hoc mysterium tribuitur singulis personis: Patri tribuitur auctoritas respectu filij: Filio carnis assumptio: Spiritui sancto formatio. Spiritus igitur superuenit: virtus, id est, filius; altissimi, id est, patris, cuius virtus est filius, obumbrauit, &c.

3 Concl. Etsi missio & conceptio idem sint, subiecto: tamen missio, tribuitur patri mittenti, conceptio Spiritui sancto, & carnis assumptio, filio.

4. Concl. Prou. 9. Domus ædificata à sapientia, vel est Ecclesia, quam Christus suo sanguine ædificauit: vel est corpus Christi, quod dicitur factum à filio, quia eadem est vtriusque personæ natura & voluntas.

Art.

Artic. 2. Vtrum Christus debeat dici conceptus de Spiritu sancto.

1. Concl. Conuenienter dicere possumus non solum Christi corpus conceptum esse de Spiritu sancto, sed etiam ipsum Christum.

1. *Matth. 1. Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.*

2. *Spiritus sanctus ad filium Dei, qui dicitur conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis, & ad corpus habitudinem causæ efficientis, quia conceptio non solum corpori sed etiam Christo tribuitur. Ergo conuenienter potest dici conceptus de Spiritu sancto, quia propositio, de, vtrunque dicens habitudinem; vt cum dicimus, hominem esse de suo patre. Efficientia ergo Spirit. sanct. refertur ad corpus assumptum consubstantialitas ad personam assumentem.*

† 2. Concl. Quia corpus Christi non est consubstantiale Spiritui sancto, magis dicitur, ex Spir. sanc. quam de: vel y, ex, dicat potestatem.

3. Concl. Quidam patres dicunt spiritum sanctum fuisse pro semine. i. loco virtutis actiuæ, vt Chryso. Damas. at Hieron. negat fuisse pro semine. i. pro substantia corporali; Hæc enim duo in semine continentur virtus, & substantia illa.

4. Concl. Christus dicitur natus de Maria corporaliter, & de Spiritu sancto effectiue.

Artic. 3. Vtrum Spir. sanct. dici debeat pater Christi secundum carnem.

1. Concl. Nomina paternitatis & filiationis generationē propriā consequuntur, cuiusmodi est generatio viuentium & maxime animalium: Vnde ignis genitus, non dicitur, filius ignis.

2. Concl. Neque omne quod generatur ex animali, vocatur filius, sed solum quod generatur in similitudinem generantis: quæ si sit perfecta, erit perfecta filiatio. Vnde homo & secundum creationem & secundum gratiam est filius Dei, sed imperfecte.

3. Concl. Cum aliquid dicitur de aliquo secundum perfectam rationem, non debet dici de eo secundum imperfectam. Vnde Sortes cui conuenit perfecte ratio hominis non dicetur homo, eo modo, quo pictura hominis dicitur homo.

4. Concl. in Ench. c. 31. Nullo modo Christus debet dici filius Spiritus sancti, vel totius Trinitatis. 1. Natus, ait Aug. de Spirit. sanc. nō sicut filius &c. 2. Christus est filius Dei secundum perfectam rationē filiationis. Ergo neq; ratione creationis, neque ratione iustificationis, sed solū ratione generationis æternæ debet dici filius Dei. Dicitur filius Virginis.

† 5. Con *Quia Virgo ministrauit materiam secundum similitudinem speciei.*

6. Concl Homines dicuntur filij Dei, formari à Spir. sanc. sed secundum filiationem imperfectam. Vnde patet ad 3. Quoniam Deus dicitur *pater noster*, quia nos fecit, sed secundum imperfectam rationem.

Art. 4. Vtrum B. virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis Christi.

1. Concl. Falsum est, quod quidam dicunt beatam Virginem operatam fuisse in cōceptione naturali virtute, ratione materiæ, quam dicunt concurrere actiue, quia alias transmutatio non esset naturalis.

8. Phys. tex. 29. 1. *Quia ex philosopho dicitur aliquid naturale, non solum ab principium actiuum, sed etiam passiuum.*

2. *Non est possibile materiam agere ad suā formationem, cum non sit actu.*

3. *Nec est possibile aliquid mouere seipsum, nisi diuidatur in partes, quod contingit solis animatis.*

2. Concl. Falsum etiam est, operatam fuisse virtute supernaturali, quod Spiritus sanctus tribuerit ei virtutem actiuam, quam habent mares per semen resolutum, cuius resolutio non est facta in beata Virgine

2. de Gen. tex. 17. *Nam cum quantus res sit propter suam operationem, ex Arist. natura non distingueret ad suā generationem sexum, nisi esset distincta per actiuum & passiuum. Vnde tota virtus actiua est in mare, & passiua in femina. Ideo Lanua vbi vtrunque virtus commiscetur, non est sexus distinctus.*

3. Concl. lib 10. super Gen. ad lit cap 20. B. Virgo in conceptione Christi nihil actiue operata est sed solam materiam ministrauit.

1. *Principium actiuum ex Aug. dicitur ratio seminalis, sed corpus Christi, non fuit formatum secundum aliquam rationem seminalem. Ergo.*

2. *Tenia Virgo non hic accepit, vt esset pater Christi secundum matrem. Ergo non habuit potentiam actiuam in hac conceptione.*

4 Concl. Ante conceptionem operata est aliquid actiue præparando materiam aptam conceptui.

† 5. Concl. Hæc conceptio tria habuit priuilegia. s. vt esset sine peccato, vt esset Dei hominis, & vt esset conceptio virginis.

6. Concl. Vis generatiua in fœmina, respectu maris, est imperfecta: vnde illa præparat materiam, & mas formam inducit.

7. Concl. Ad transmutationem naturalem sat est passiuum principium.

Art. 4. Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis, vel miraculosa.

1. Concl. Epist. ad Caesen.

Conceptio Christi simpliciter fuit miraculosa.

1. Ex Diuin. qui ait Virginem supernaturaliter concepisse.

2. Vnum quodq; magis consideratur secundum formam, quam secundum materiam, & similiter secundum agens, quam secundum patiens. Sed secundum causam agentem est tota miraculosa. Ergo.

2. Concl. 6. de inc. arm. c. 6.

Secundum quid, ratione materiæ cõceptus, quam mater ministrauit, fuit naturalis. Vtraque conclusio patet ex Amb. qui ait reperiri aliquid secundum naturam, & aliquid vltra naturam.

† 3. Concl.

Christus dicitur naturalis filius hominis quatenus habet veram naturam humanam, licet miraculose habuerit: vt cœcus illuminatus, &c.

4. Concl.

Conceptio attribuitur Virgini, vt principio passiuo, & prout in eius vtero est celebrata.

5. Concl.

Principium passiuum sufficit ad transmutationem naturalem, quando mouetur naturaliter à principio actiuo proprio, quod in hoc proposito non habet locum.

Quæstio 34. De perfectione prolis conceptæ.

Artic. 1. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.

1. Concl.

IN primo instanti conceptionis Christus habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius.

1. Luc. 2. Quod nascetur ex te sanctum. &c. Ioan. 10. Quem pater sanctificauit, &c.

2. Abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi derivatur ex Verbi vnione, Ioan. 1. Vidimus eum, &c. Ergo in primo instanti conceptionis habuit, &c. quia corpus Christi animatum, fuit assumptum in primo suæ conceptionis instanti.

† 2. Concl. 1. Cor. 15.

Cum Apostolus ait, non prius spirituale, quam animale, intelligitur de his, qui per defectum ad spiritualem statum perueniunt: at in hoc mysterio magis consideratur descensus diuinæ plenitudinis in naturam humanam.

3. Concl. 1. Cor. 6.

Fit aliquid sanctum, non solum ex contrario, sed etiã ex negatiue & priuatiue opposito, & hoc modo Christus factus est sanctus; nos vero primo modo.

4. Concl.

Pater in incarnatione nõ operatur per filiũ vt per instrumentum, at per humanitatẽ maxime, quæ est sanctificans, & sanctificata

Artic. 2. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij.

1. Concl. 3. de tr. 9. & 10.

Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij.

1. Ex Aug. qui ait factum fuisse perfectum hominem. At homo perfectus habet arbitrij vsum. Ergo.

2. Humana natura assumpta a Christo consummatus spiritualis perfectionis a principio, quia non profecit in perfectione spirituali. Ergo habuit a principio illam operationem, quæ potest in instanti haberi, quia vltima perfectio non in potentia, vel habitu, sed operatione consistit, vt Arist. ait. Ergo habuit vsum liberi arbitrij, quia operatio intellectus & voluntatis in quibus consistit liberum arb. in instanti possunt haberi, vt patet de visu.

2. de an. tex. 5.

Esse est prius natura, quam agere, sed sunt simul tempore, nisi sit impedicns: vt patet in illuminatione.

† 2. Concl.

Deliberatio consilij non requiritur nisi propter inquisitionem incerti: Christus statim omnia nouit, ideo non indigebat consilio.

3. Concl.

Christus per scientiam infusam poterat intelligere absque phantasmate: potuit etiam in primo instanti exercere operationem secundum sensus tactus, quia habuit animam rationalem in corpore organizato.

4. Concl.

Art. 3. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis meruerit potuerit.

Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit.

1. Concl.

1. Ex Aug. qui ait omnino non habuisse vnde potuisset proficere. At potuisset, si, in primo instanti non meruisset. Ergo.

2. Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit sanctificatus sanctificatione perfectissima, cuiusmodi non est illa, quæ non fit per proprium actum, vt est sanctificatio puerorum, sed quæ fit per proprium actum, cum actus sit habitu perfectior; debuit enim sic sanctificari, quia futurus erat aliorum sanctificator. Ergo secundum actum proprij arbitrij sanctificatus est. At iste actus est meritorius. Ergo.

de cœl. tex. 18.

† 2. Concl.

Liberum arbitrium ad bonum se habet per se naturaliter, ad malum vero præter naturam, & hoc est posterius, vnde in primo motu natura integra potest moueri ad bonum, merendo, non ad malum peccando.

3. Concl. Non repugnat, quod Deus in creatione ollit tribuere alicui creaturæ aliquod benecium gratis, & hoc modo anima Christi cõcreata est gratiam, quam potuisset mereri: & ec quadam ratione illi homini gratia dicitur naturalis.

4. Concl. Idem potest esse alicuius ex diuersis causis; ic gloria immortalitatis in Christo, quam meruit in primo instanti, & alijs actibus, quibus non est facta magis debita, sed vt pluribus causis sibi deberetur.

Artic. 4. Vtrum Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis.

1. Con l. Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit actu comprehensor videndo Deum per essentiam clarius cæteris creaturis.

1. I sol. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti: & gl. ff Aug. ibi.

2. Non fuit conueniens Christum in sua conceptione accipere gratiam habitualem sine actu quia non accepit eam secundum mensuram: gratia autem habitualis quæ est adiacens sua, est minor gratia comprehensoris. Ergo Christus non solum accepit tantam gratiam, quantam comprehensores habent, sed maiorem omnibus comprehensoribus, & quia non fuit sine actu. Ergo fuit actu comprehensor, &c.

† 2. Concl. Christus non meruit gloriam animæ, secundum quam dicitur cõprehensor, sed gloriam corporis; ad quam per passionem peruenit. Vnde patet ad secundum, cum dicitur,

ve. Glr. oportuit Christum pati, &c.

3. Concl. Christus ex eo; quod erat Deus & homo, habuit aliquid præ cæteris creaturis, nimirum vt statim esset beatus.

Quæstio 35. De natiuitate Christi.

Artic. 1. Vtrum natiuitas sit naturæ, vel personæ.

1 Concl. NAtiuitas potest alicui attribui, vel sicut subiecto, vel sicuti termino.

2. Concl. Natiuitas, vt subiecto attribuitur ei, quod nascitur, scilicet hypostasi, vel personæ, non naturæ.

lib. 3. c. 6. *1. Natiuitas, ait Damas. hypostasis est, non natura.*

2. Et proprie conuenit nasci tanquam subiecto, sic proprie conuenit esse per natiuitatem, quia nasci est quoddam generari. generatur, autem aliquid subsistens, & sit; sed hypostasis, & persona est huiusmodi; quia esse proprie est rei subsistentis, quod significatur persona. Ergo.

3. Concl. Natiuitas attribuitur naturæ, vt termino.

Aristo. 2. Phys. 4. Nam terminus cuiuslibet generationis, & natiuitatis est forma; natura autem per motum forma significatur; & ideo natiuitas dicitur via ad naturam.

† 4 Concl lib. de fide ad Pe. c. 40 Propter identitatem naturæ, & hypostasis, quandoque natura ponitur pro persona, & ideo Aug. dixit, naturam diuinam cõceptam, & natam.

5. Concl. Nullus motus denominatur à subiecto, sed à termino; ideo natiuitas non a persona, sed à natura nominatur.

6. Concl. Natura proprie non incipit esse, sed persona in aliqua natura, quæ significatur, vt quo aliquid est, persona vt quæ habet esse subsistens.

Art. 2. Vtrum attribuenda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.

1. Concl. Necesse est attribuere Christo duas natiuitates; vna qua æternaliter natus est à Patre, aliam qua temporaliter à matre.

1. Confitemur, ait Damas. duas Christi natiuitates, &c.

2. In Christo sunt duæ naturæ, quarum quam ab æterno habet à patre, alteram temporaliter à matre. Ergo et attribuenda sunt duæ natiuitates; cum natura se habeat ad natiuitatem, & terminus ad motum, qui diuersificatur à termino, ex Arist. Cum ergo in Christo sint duæ naturæ erunt etiam duæ natiuitates.

† 2. Concl Licet Christus ab æterno fuerit: tamen potuit nasci temporaliter secũdum quod homo; eo modo quo animus dicitur nasci cum corpore, non quod vtriusque vna sit substantia; sed quia ex vtrisque vna fit persona lege Aug. lib. contra Felicianum.

3. Concl. Filius Dei non indiguit natiuitate propter se, sed propter nos. Lege Cyril. epist. ad Nestor. in Conc. Chalcedon.

4. Concl. Natiuitas est personæ vt subiecti, naturæ vt termini: vni autem subiecto possunt inesse plures transmutationes, quæ tamen secundum terminos variari debent: æterna vero natiuitas non est mutatio, licet per modum mutationis significetur.

5. Concl. Christus potest dici bis natus secundum duas natiuitates: sicuti aliquis dicitur bis currere, si currat duobus temporibus.

Art. 3. Vtrum secundum temporalem Christi natiuitatem beata virgo possit dici mater eius.

1. Concl. Beata virgo vere est mater Christi.

1. Mat. 1 vocatur mater Iesu.

2. Corpus Christi est de Virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Ergo B. virgo est vere mater Christi, nec ultra aliud requiritur ad rationem matris, vt patet ex dictis.

† 2. Concl. Maternitas, & filiatio non inueniuntur in quacunq; generatione, sed in sola generatione viuentium, quæ propriè natiuitas dicitur, vnde lignum non est mater lecti, licet solum concurrat passiue.

3. Concl. Quamuis Christus miraculosè natus sit ex Spiritu S. naturaliter: tamen ex parte matris.

4. Concl. Resolutio seminis non requiritur necessario ad conceptum; & ideo nec ad hoc, vt aliqua sit mater.

Art. 4. Vtrum beata Virgo debeat dici mater Dei.

1. Concl. Beata virgo vere dicitur mater Dei.

Ex eo enim aliqua mulier dicitur mater quia concepit & genuit. At B. virgo concepit & genuit Deum; ergo, &c. Minor patet quia nomen significans aliquam naturam in concreto, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ; & quoniam, vnio incarnationis facta est in hypostasi habente vtramque naturam, ideo attributa vtriusque naturæ illi hypostasi attribui possunt: & quia concepti, & nasci persona attribuuntur secundum eam naturam, quæ concipitur, & nascitur; sequitur quod cum natura humana ab instanti conceptionis fuerit assumpta à persona diuina vere Deus dicetur conceptus & natus de virgine.

2. Concl. Hæreticum est negare beatam Virginem esse matrem Dei.

Quia id negari posset, vel dicendo humanitatem illam prius fuisse conceptam, vt Photinus, vel quod non fuerit assumpta à persona diuina, vt Nestorius. Ergo, &c.

† 3 Concl. In sciptura reperitur Christum esse Deum, & Beatam Virginem esse eius matrem: vnde sequitur esse matrem Dei.

4 Concl. Beata Virgo dicitur mater Dei, non quod sit mater diuinitatis sed quia personę habẽtis diuinitatem & humanitatem, est mater secundum humanitatem.

5. Concl. Nomen, *Deus*, hic supponit pro persona Filij: & ita non est mater aliarum personatum.

Art. 5. Vtrum in Christo sint duæ filiationes.

1 Concl. Quidam considerantes causam filiationis, quæ est natiuitas, duas in Christo ponunt filiationes, & duas natiuitates.

2. Concl. Alij attendentes subiectum. i. personam vnam tantum ponunt.

Quia persona est vna: &, vt ait Damas. quæ sunt personæ multiplicantur. Sed filiatio pertinet ad personam. Ergo.

3. Concl. Vnitas relationis non attenditur secundũ terminos, sed secũdum causam, vel subiectũ, quia si attẽderetur secundum terminos, quilibet homo haberet duas filiationes, altera ad patrem, alteram ad matrem, sed quia vna est causa, vna est relatio. Idem dicas de magistro habente plures discipulos.

4. Concl. Si causæ sint specie differentes, relationes specie differunt: vnde plures relationes possunt eidem inesse. Vt si quis esset magister, aliquorum in logica, & aliquorum in grammatica, ob diuersas doctrinas.

5. Concl. Cum quis habet plures relationes ad diuersos ob diuersas causas eiusdem speciei. vt patet in patre habente plures filios impossibile est, quod sint plures relationes specie. v. g plures paternitates in vno patre: quia plures formæ specie non possunt esse in eodem subiecto, secus autem si quis esset pater generatione & adoptione.

6. Concl. Spectemus natiuitates, duæ sunt in Christo filiationes, altera æterna altera temporalis.

Quia natiuitates non sunt vnius speciei,

7. Concl. Si respectum subiectũ filiationis quod nõ est natura, vel pars naturæ sed persona ait Christo nõ est nisi vna filiatio, quæ est æterna: si quidẽ in eo non est nisi persona æterna.

9. Concl. Filiatio qua Christus refertur ad matrem, non est relatio realis, sed rationis: quoniam relatio; quæ aduenit Deo ex tempore, non ponit in Deo aliquid secundum rem. Quare in Christo non est realiter, nisi filiatio æterna,

10. Concl. Filius dicitur relatiue ad matrem relatione, quæ cointelligitur reali relationi maternitatis ad Christum: sicut Deus dicitur Dominus relatione, quæ cointelligitur relationi, qua creatura subijcitur Deo. Dicitur tamen realiter filius ex tali relatione maternitatis ad ipsum.

11. Concl. Natiuitas temporalis in Christo, causaret realem filiationem temporalem, si ibi esset subiectum capax istius filiationis: sed quia

suppositum est æternum, & natura humana non potest esse subiectum filiationis, quia non generatur; ideo, &c.

12. Concl. Filiatio æterna non pendet a matre, cui filiationi cointelligitur respectus temporalis dependens à matre, secundum quem Christus dicitur filius.

13. Concl. In patre vnius extremi in relatiuis potest esse vna relatio, vt in filio respectu patris, & matris, quæ tamen est duplex secundum rationem, ex parte vero parentum duæ, alia paternitatis, alia maternitatis, quæ specie differunt, cum sint duo principia diuersæ rationis: quod si essent puræ principia vnius rationis, vna esset tantum. vt cumplures trahunt natum. Ita in Christo est vna relatio realis ad patrem: altera rationis, temporalis ad matrem.

Art. 6. Vtrum Christus fuerit natus sine dolore matris.

1. Concl. Christus natus est sine dolore matris.

1. *Ita Aug. ser. 14. de natiu.*

2. *Egressus est ex clauso vtero matris. Ergo nulla violentia apertionis meatum nobis fuit. Ergo sine illo dolore, quia dolor parientis causatur ex apertione meatuum, per quos proles egreditur.*

2. Concl. Cap. 4. In illo partu fuit maxima iucunditas.

1. *Quia homo Deus natus est in mundo.*

2. *Ex Isa. c. 35 Germinans germinabat, &c.*

† 3. Concl. Dolor partus consequitur in muliere commixtionem viri lecti, ex Aug. ser. de assump. quæ non fuit in B. Virgine.

4 Concl. Christus passus est, vt nostros dolores tolleret: dolor autem parientis non pertinebat ad Christum, ideo non oportuit vt mater pareret cum dolore.

5. Concl. Liber de ortu saluatoris est apocryphus, & ita non est credendum adfuisse obstetrices cum Luc. 2. nihil de hac re dicatur. Idem Hier. contra Heluidium.

Artic. 7. Vtrum Christus debuerit in Bethleem nasci.

1. Concl. Christus in Bethleem nasci voluit.

1. *Mich 5. Et tu Bethleem, &c.*

2. Reg. 32. 2. *Quoniam factus est ex semine Dauid. Rom. 1.* cui facta fuerat specialis promissio, *& ideo Bethleem in qua natus est Dauid nasci voluit, vt promissio impleta ostenderetur, Rursus Bethleem interpretatur, domus panis, At Christus est panis qui de cælo descendit, igitur, &c.*

† 2. Concl. Dauid natus est in Bethleem, sed eligitur rex in Ierusalem, vbi Christus pati voluit. Natus est ergo in ciuitate ignobili, & mortuus in nobili.

3. Concl. Christus voluit florere secundum virtuosam conuersationem, non secundum carnis originem: ideo Nazaret quod flos interpretatur, educari, & in Bethleem nasci in diuersorio voluit, vt mansiones nobis pararet.

4. Concl. In Conc. Ephes. in quodam serm. Si Romæ natus fuisset, mutatio mundi Romanorum potentiæ fuisset attributa: si ex Imperatore, vel ita potestati adscriberetur. Vt ergo cognosceretur diuinitatem mundum transformasse, matrem & patriam elegit pauperem. Et in signum perfectæ victoriæ caput mundi, voluit esse caput. Ecclesiæ, vt inde fides propagaretur. Isa. 26.

Art. 8. Vtrum Christus fuerit tempore congruo natus.

1. Concl. Conuenientissimo tempore Christus natus est.

1. *Gala. 4. cum venit plenitudo temporis misit Deus, &c.*

2. *Alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis, Christus autem tanquam dominus & conditor temporũ eligit sibi tempus sicuti matrem: & locum in quo nasceretur, Ergo conuenientissimo tempore natus est, quia quæ à Deo sunt, ordinata sunt.*

† 2. Concl. Rom. 13. Natus est Christus vt nos liberaret à seruitute, ideo nasci voluit cum mundus describebatur & tempore pacis, quia est pax nostra: & cum vnus dominabatur, quia venerat ad liberandum omnes.

3. Concl. Chryso. Natus est, cum in Iudæa regnabat rex alienigena, vt adimpleretur prophetia Gen. penult. *Non auferetur, &c.* & vt desperatam infirmitatem curaret.

Natus est cum lux diei incipit apparere, vt ostenderet homines debere credere in lucem, & quia venit ad illuminandum: tempore hyemis, vt ex tunc inciperet pro nobis pati.

Quæstio 36. De manifestatione Christi nati.

Art. 1 Vtrum natiuitas Christi debuerit omnibus esse manifesta.

1 Concl. Natiuitas Christi non debuit omnibus, esse communiter manifesta.

1 *Isa. 45. Vere tu Deus absconditus: & 53. Quasi absconditus, &c.*

1. Cor. 2. 2. *Quoniam fuisset impedita humana redemptio, quia si dominum gloriæ cognouissent, numquam crucifixissent, rursus diminutum fuisset meritum fidei, per quam Deus homines iustificare: fides enim est argumentum nõ apparentium: Item*

Rom. 3. ad Rom. cap. 3. Genesset

Psal. 49. Mat. vlt. † 2. Concl.

ueniſſet in dubium veritas humanitatis ipſius, ſi omnia mirabiliter feciſſet. vt ait Aug.

Illud, *Deus manifeſte veniet*, intelligitur de aduentu ad iudicandum.

3 Concl. De gratia Saluatoris homines erudiendi erat; non à principio natiuitatis, ſed poſt paſſionem.

4. Concl. Ad iudicandum auctoritas iudicis debet eſſe nota: ideo ſecundus aduentus erit notus primus vero fuit ad ſalutem, quæ eſt per fidem.

Art. 2. Vtrum natiuitas Chriſti debuerit aliquibus manifeſtari.

1. Concl. Natiuitas Chriſti debuit quibuſdam manifeſtari, per quos ad alios perueniret.

1. Quaſi omnibus fuiſſet occulta, nemini fuiſſet profecta, & ita fruſtra natus fuiſſet.

2. Ad ordinem diuinæ ſapientiæ pertinet vt Dei dona & ſecreta ſapientiæ, veniant mediate ad quoſdam, & per illos ad alios, vt patet de myſterio reſurrectionis, 1. Cor. 10. Ergo in hoc etiam myſterio id debuit ſeruari, quia quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.

2. Concl. Eadem ratione tolleret incarnationis vilitas ſi vel omnibus, vel nullis manifeſtata fuiſſet.

3. Concl. B. Virgo, & Ioſeph prius inſtructi erant, ob reuerentiam exhibendam proli: quorum tamen teſtimonium ſuſtulit ſuſpectum, ideo debuit nuntiari alijs.

4. Concl. Turbatio facta in natiuitate, conuenit natiuitati Chriſti, qua manifeſtatur cæleſtis Chriſti dignitas: ſignificatur iudicaria potestas Chriſti venturi: & de eâ erat regi turbati Iudæi turbati ſunt, qui timpi non gaudent de aduentu iuſti, Quod puer ſit natus eis, cœlitus in eorum honorem, & dignitatem.

Art. 3. Vtrum ſint conuenienter electi illi, quibus eſt Chriſti natiuitas manifeſtata.

1. Concl. Conuenienter electi ſunt illi, quibus natiuitas manifeſtata eſt.

1. Ioan. 13. Ergo ſcio quos elegerim. Et quæ ſunt ſecundum Dei ſapientiam, conuenienter ſunt, Ergo.

2. Salus futura per Chriſtum ad omnes hominum diuerſitatem pertinebat, quia in Chriſto non eſt maſculus, & fœmina, & hoc in natiuitate eſt præfiguratum. Ergo Chriſtus natus omnibus conditionibus hominum conuenienter eſt manifeſtatus, vt paſtoribus Iſraelitis, & Magis gentilibus: illis, vt propinquis, hic, vt diſtantibus. Magis vt ſapientibus & potentibus, paſtoribus, vt ſimplicibus, & vilibus: iuſtis, vt Simeoni, & Annæ: peccatoribus, vt Magis: denique maribus & fœminis.

† 2. Concl. Hæc manifeſtatio fuit ſignum futuræ, quæ ſicut hæc primo fuit facta populo, tum gentibus, ſic & illa poſt Chriſti mortem.

3. Concl. Magi, vt quidam dicunt, non fuerunt malefici, & inimici Dei, ſed ſapientes aſtrologi: vel dicas eos vocaſſe tanquam peccatores, vt per ſtulta confunderet ſapientiam.

4. Concl. Venerunt ab Oriente, quia inde dies naſcitur. Zach. 6. *Ecce Oriens nomen eius.* Credendum etiam eſt in alijs mundi partibus data ſuiſſe indicia quædam natiuitatis: Romæ fluxit oleum. In Hiſpania apparuerunt tres ſoles in vnum coeuntes.

5. Concl. Nuntiatur paſtoribus, qui non erant corrupti, ſicut ſcribæ: & quia vitam antiquorum patrum gerebant, & paſtores Eccleſiæ prælignabant.

6. Concl. Non eſt reuelata pueris, licet paruulus natus eſſet, quia teſtimonia magis credibilia ſunt.

Art. 4. Vtrum Chriſtus per ſeipſum natiuitatem ſuam manifeſtare debuerit.

1. Concl. Chriſtus non per ſeipſum, ſed per quaſdam alias creaturas debuit ſe primum manifeſtare

1. Quia natus eſt infans: infantes vero non manifeſtant ſeipſos. Ergo.

2. Natiuitas Chriſti ordinabatur ad humanam ſalutem, quæ eſt per fidem, quæ humanitatem & diuinitatem Chriſti conſiſtunt, Ergo ita debuit manifeſtari, vt demonſtratio diuinitatis eius ſine humanitatis non præiudicaret. Sed hoc factum eſt dum in ſeipſo natiuitatem ſimilem infirmitatis humanæ exhibuit, & per Dei creaturas diuinitatis virtutem in ſe demonſtrauit. Ergo.

† 2. Concl. Quia oportet per imperfecta ad perfecta peruenire. ideo prius per alias creaturas, tum per ſeipſum ſe manifeſtauit.

3. Concl. Licet ſapientia abſcondita, ſit inutilis: tamen ad ſapientiam pertinet, vt tempore congruo cum vtilitate ſe manifeſtet.

4. Concl. Falſum eſt quod liber de infantia Chriſti ait, eum feciſſe miracula in ſua pueritia: quia initium miraculorum fuit conuerſio aquæ in vinum.

Eccluſ. 20 Ioan. 2.

Art. 8. *Vtrum Magi conuenienter ad adorandum Christum venerint.*

1. Concl. Credendum est Magos à Spiritu S. inspiratos sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

1. Isa. 60. *Ambulabant gentes in lumine tuo, &c. Sed qui diuino lumine ducuntur, non errant. Ergo.*

2. Magi sunt primitiæ gentium in Christum credentium, in quibus tanquam in quodam præsagio apparuit earum fides, & deuotio. Ergo credendum est, &c. quia vt deuotio & fides gentium est sine errore, ita, &c.

† 2. Concl. Licet Magi non essent de regno Iudæorum: tamen sciebant hunc regem Iudæorum esse eum, à quo salutem recipere deberent.

3. Concl. Magi petunt consilium à Iudæis, vt eorum testimonio res comprobaretur, & vt ipsi stellæ miraculo exonerarentur. qui tamen illis comparantur, qui fabricarunt arcam Noe, & cætera.

4. Concl. Stellæ testimonio Magi hominem vident, sed Deum adorant, & aurum tanquam Deo; thus tanquam sacerdoti, myrrham tanquam homini pro omnium salute morituro offerunt.

Quæstio 37. De legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

Art. 1. *Vtrum Christus debuerit circuncidi.*

1. Concl. CHristus debuit circuncidi.

1. Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer.*

2. Insuper, circuncidi debuit, vt ostenderetur veritas carnis contra hæreticos, qui negarunt veram carnem Christi: deinde vt approbaret circuncisionem, quam olim Deus instituerat: Postea vt ostenderet se esse ex genere Abrahæ, qui circuncisionis mandatum accepit, in signum fidei, quam de ipso habuerat: item vt remoueret occasionem ad ipsum reiciendum tanquam incircumcisum: rursus vt suo exemplo obediendi virtutem nobis commendaret: ampliùs, quia venerat in simultudinem peccati, & ideo non respuit remedium, quo peccatum mundari, consueuit: Postremo, vt legis onus sustinens, alios à legis onere liberaret.

† 2. Concl. Gal. 4. Circumcisio per remotionem pelli carnalis significabat remotionem vetustatis peccati per Christum factum, quæ non in natiuitate; sed in passione fuit completa.

3. Concl. Eo tempore circumcisus est, quo circumcisio erat in præcepto, & ideo eius actio in hoc est imitanda, vt nos nostro tempore teneamur ea, quæ sunt in præcepto.

4. Concl. Eccl. Licet peccato originali careret, tamen circumcidi voluit, vt nos à legis iugo liberaret, & circumcisionem spiritualem in nobis efficeret.

Art. 2. *Vtrum conuenienter fuerit Christo nomen impositum.*

1. Concl. Nomina debent proprietatibus rerum respondere, vt patet in nominibus generum, & specierum.

Quia ratio, quam nomen significat, est definitio, quæ rei naturam dignat.

2. Concl. Luc. 1. Gen. 14. Nomina singulorum hominum imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur: vel à tempore, vt cum quis nominatur nomine alicuius sancti in cuius die festo nascitur: vel à cognatione: vel ab euentu vt Manasses ab oblitione: vel à qualitate eius, qui nascitur, vt Esau, quia rufus erat. Nomine vero diuinitus impolita, semper significant donum diuinitus datum, vt Abraham, Petrus, &c.

2. Concl. Gen. 17. Luc. 2. Conuenienter Christus vocatus est Iesus, id est Saluator.

1. Luc. 2. *Vocatum est nomen eius Iesus.*

2. Quia Christo hoc gratiæ munus fuerat collatum, vt per ipsum omnes, saluarentur, & sicut angelo prænuntiante, ei hoc nomen impositum est.

† 4. Concl. Isa. 9. 8. Zach. 6. In alijs nominibus, quibus nominatur in scriptura, vt Emanuel, Acceiera, Admirabilis, Oriens, &c. aliquo modo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuum salutis.

5. Concl. Hoc nomen alijs impositum fuit ob aliquam salutem temporalem, & particularem, sed secundum specialem rationem conuenit Christo, ideo dicitur nomen nouum.

6. Concl. Isa. 61. Quamuis salus non sit facta per Christum hoc die, tamen imponitur hoc nomen, quia Abraham simul nomen & circumcisionis mandatum accepit, quasi ante circumcisionem non habeatur esse perfectum.

Art. 3. *Vtrum Christus conuenienter fuerit in templo oblatus.*

1. Concl. Christus conuenienter oblatus fuit in templo.

1. Ex auctoritate scripturæ, quæ hoc narrat.

Luc. 2. *2. Cum Christus vt liberis sic subiectus esset, quæ sub lege erant recipere, & vt iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur, seruauit*

omnia

Art. 3. Vtrum in baptismo Ioannis gratia daretur.

1. Concl. Baptismus Ioannis non conferebat gratiam.

Matth. 3. Ego baptizo in aqua in pœnitentiam, non autem in spiritu, exponit Greg. At gratia est a Spiritu sancto. Ergo.

Homil. 7. in euang. *Tota doctrina & operatio Ioannis erat præparatoria ad Christum, per quam conferenda erat gratia, Ioan. 1. Ergo baptismus Ioan. non conferebat gratiam, sed præparabat ad illam, ministri enim & inferioris est præparare materiam ad formam, quam introducit superior artifex.*

2 Concl. Baptismus Ioan. præparabat ad gratiam tripliciter, scilicet per doctrinam, assuefaciendo homines ad Baptismum Christi, & per pœnitentiam, præparando ad effectum baptismi Christi.

† 3. Concl. Hieron. Ioan prædicabat baptismum pœnitentiæ, inducentem ad pœnitentiam, non quod ipse hoc perficeret, sed quia præparando homines ad hoc disponebat: vnde hoc baptismo homines profitebatur se pœnitentiam acturos

4. Concl. Confessio peccatorum non erat ad remissionem peccati per baptismum Ioan. sed per pœnitentiam, quæ ordinabatur ad baptismum Christi, à quo erat remissio.

5. Concl. Circumcisio remittebat peccatum originale ex institutione, ad quod non erat institutus baptismus Ioan. at sacramenta ex vi institutionis habent effectum.

Art. 4. Vtrum alij præter Christum, baptismo Ioan. baptizari debuerint.

1. Concl. Alij præter Christum debuerunt hoc baptismate baptizari.

Luc. 3 Factum est cum baptizaretur omnis populus.

trac. 4. in Ioan. *Quoniam, vt ait Augustinus, si solus Christus eo baptizatus fuisset, existimassent alij digniorem baptismo Christi: adde, quod hoc baptismate præparandi erant homines ad baptismum Christi.*

† 2. Concl. Non fuit institutus ad hoc tantum, vt Christus eo baptizaretur, sed ob alias causas, & ad euitandum inconueniens dictum.

3. Concl. Accedentes: ad baptismum Ioan. nihil ei conferebant, nec ab eo gratiam recipiebant, sed solum pœnitentiæ signum.

4. Concl. Pueri hoc baptismate non absoluebantur, quia erat baptismus pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit. Conferre salutem gentibus relinquebatur Christo: ideo prohibuit, ne ante passionem euangelizarent gentibus.

Art. 5. Vtrum baptismus Ioan. debuerit cessare Christo baptizato.

1. Concl. Baptismus Ioannis non debuit cessare Christo baptizato,

Ioan. 3. habetur baptizasse Christo baptizante, qui non baptizauit, nisi post baptismum.

Quia si cessasset: existimatum fuisset, quod zelo, & ita ad fecisset deinde discipulos in maiorem zelum immisisset: postea persistens in baptizandis suos ad Christum transtulisset, præsertim, quia adhuc permanebat vmbra veteris legis, nec debuit præcurrere cessare, donec veritas appareret.

† 2. Concl. Nondum Christus erat plene manifestatus eo baptizato, ideo erat necesse, vt Ioannes adhuc baptizaret,

3. Concl. Chry. hom. 28. in Ioan. Baptismus Ioan. cessauit Christo baptizato, non statim, sed eo incarcerato.

4. Concl. Ioan. baptismus non solum erat præparatorius ad hoc, vt Christus baptizaretur, sed etiam vt alij ad Christi baptismum accederent

Art. 6. Vtrum baptizati baptismo Ioan. essent postea baptismo Christi baptizandi

1. Concl. trac. 5. in Ioan. Omnes baptizati à Ioanne, baptizandi erant baptismate Christi.

Ex Augustino, qui hoc affirmat.

Baptismus Ioan. nec gratiam, nec characterem conferebat, sed erat solum in aqua, vt ipse dixit.

Matth. 3. *Cum in sacramento omittitur, quod est de necessitate sacramenti, non solum suppletur quod est omissum, sed oportet totaliter innouari. At de necessitate baptismi est, vt fiat etiam in Spiritu sancto, quia nisi quis renatus fuerit, &c. Ergo. Vnde erranit Magister dicendo, eos qui non habuerunt fidem in tres personas fuisse baptizatos baptismate Christi, eos vero qui fidem & spem in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum habuerunt, fuisse receptos tantum manuum impositione*

Ioan. 3. Baptizati ab Apostolis baptismate Christi recipiebantur ab Apostolis per manus impositionem, dando eis sacramentum confirmationis: non ita baptizati baptismo Ioannis, licet ipse non fuerit minor Apostolis.

† 2. Concl. 3. Concl. Discipuli Christi fuerunt baptizati, ex Aug. vel Baptismate Ioan. vel, quod magis est credibile, baptismate Christi, cum deberent alios baptizare: quare si qui fuerunt discipuli Iohannis, baptizati sunt etiam baptismate Christi.

1. Ex scriptura, qua ait baptizatum fuisse in Iordane

Matt. 1. *2. Per hunc sinum impune intrauit in terram promissionis; & hoc habet baptismum speciale præ omnibus baptismatibus, vt introducat in regnum Dei, Ioan. 3. Nisi quis renatus, &c. Et Elias aquas Iordanis diuisit, quando erat in curru igneo rapiendus in cælum, sic transeuntibus per aquam baptismi, per ignem Spiritus S. patet aditus in cælum.*

D. Reg. 2.

† 2. Concl. Transitus maris rubri significauit baptismum, prout delet peccata, at transitus Iordanis, prout aperit cæli ianuam, qui est principalior effectus.

3. Concl. Iordanis interpretatur descensus, & in baptismo fit ascensus per gratiæ profectum, qui requirit descensum per humilitatem humilibus enim datur gratia.

4. Concl. Luc. 4. Vtrantea Iordanis aquæ conuersę retrorsum fuerant, ita modo Christo baptizato, peccata conuersa sunt: vel etiam significatur quod contra descensum aquarum benedictionum fluuius furtim ferebatur.

Artic 5. Vtrum Christo baptizato, cæli debuerint aperiri.

1 Concl. Luc. 3. Christo baptizato & orante, conuenienter aperti sunt cæli.

1. Ex scriptura, qua hoc narrat.

2. Christus baptizatus est, vt suo baptismo nostrum baptismum consecraret. Ergo in eius baptismo demonstrari debuerunt, quæ pertinent ad efficaciam nostri baptismi. At hoc factum est in apertione cælorum. Ergo nam in baptismo consideratur Spiritus. Vnde habetur efficacia, quæ virtus est cælestis: ad efficaciam baptismi operatur deinde fides ecclesiæ, & eius qui baptizatur, per quam fidem in spiritum cælestia, ad quod significandum aperti sunt cæli, Postremo per baptismum Christi specialiter aperitur introitus regni cælestis, qui primo homine clausus fuit. Post baptismum necessaria est hominis ingis oratio, vt cælum introeat, qua expugnandi sunt tres inimici, scilicet formes, mundus, & caro, ideo eo baptizato & orante, apertum est cælum. Vel ad factum est, vt demonstretur cælum aperiri credentibus, vt orationis Christi.

† 2. Concl. Secundum dispensationem humanam, secundum quam Christus est baptizatus, ei aperti sunt cæli, quia secundum diuinam semper erat in cælis.

3. Concl. Ista apertio potest referri, vel ad visionem imaginariã, in imaginatione Christi, vel ad visionem intellectualem, quod intellexerit apertum esse cælum per Baptismum, vel etiam ad corporalem visionem, quod tantus fulgor apparuerit, vt cæli aperti viderentur.

4. Concl. Rom. 6. Apertio communis cælorum, tanquam per causam fit per baptismum, quæ applicatur singulis per baptismum: ideo in Baptismo fit mentio decælorum apertione: vel in baptismo soli Christo aperti sunt cæli, & per passionem victo diabolo omnibus aperiuntur.

Artic. 6. Vtrum conuenienter Spiritus sanctus super Christum baptizatum descenderit in specie columbæ.

1. Concl. Conueniens fuit, vt super Christum baptizatum Spiritus sanctus descenderet.

1. Ex scriptura, qua hoc narrat.

2. Quod in baptismo Christi factum est, pertinet ad mysterium omnium, qui baptizandi erant, vt ait Chrys. Sed omnes qui baptizantur, nisi ficte accedant, recipiunt Spiritum sanctum. Matt. 3. Ergo conueniens fuit, &c. Cæ.

† 2. Concl. Cum Christus habuerit plenitudinem gratiæ à principio, in baptismo, corpus suum, id est ecclesiam, præfiguraut, in qua baptizati recipiunt Spiritum S.

3. Concl. Quamuis Spiritus S. descendens, non sit incarnatus, tamen descendisse dicitur ratione gratiæ, quæ a Deo descendit, vel ratione columbæ significantis Spiritum S.

4 Concl. Etsi in nostro baptismo non fit aliqua missio sensibilis: tamen in baptismo Christi Spiritus S. visibiliter descendit, vt super baptizandos inuisibiliter, postea credatur descendere,

5. Concl. Apparuit in specie columbæ, quia est animal simplex, & spiritus fugit fictum: & ad designandas septem proprietates Spiritus S. quæ sunt in columba: quæ habitat iuxta fluenta, vt viso in aqua accipitre, fugiat, quod est sapientiæ: meliora grana eligit, quod est scientiæ: alienos pullos nutrit, quod est consilij: non lacerat rostro, quod est intellectus: caret felle, quod est pietatis: habitat in cauernis, quod est fortitudinis: gemit pro cantu, quod est timoris. Apparuit in hac specie ad significandum effectum baptismi, qui est remissio peccatorum, & reconciliatio cum Deo quia est animal mansuetum Item ad designandum communem effectum baptismi qui est constructio ecclesiasticæ vnitatis, quia est animal gregale, & sociabile At vero super Apostolos descendit in

Cant. 5.

Aug. specie ignis ad ostendendum feruorem, quo eorum corda erant commouenda: ne simplicitas demonstrata in columba frigida remaneret: & quia prius mansuetudo erat necessaria ad ignoscendum peccata, & postea iudicium, quod per ignem significatur.

Chrys.

Artic. 7. Vtrum illa columba in qua apparuit Spir. Sanct. fuerit verum animal.

1. Concl. l. de agone c. 22. Columba illa fuit verum animal.

1. Ex Aug. qui asserit fuisse verum corpus.

2. Vt Filius, qui est Veritas Patris accepit verum corpus; ita Spiritus sanctus, qui est Spiritus Veritatis, debuit veram columbā formare, in qua appareret, licet eam non assumpserit. Lege Augustin. lib. de agone Christ. cap. 22. Vnde sumitur hæc doctrina.

† 2. Concl. Dicitur descendisse in specie, vel similitudine columbæ, non ad excludendam animalis veritatem, sed ad explicandum non apparuisse in specie suæ substantiæ.

3. Concl. Non fuit superfluum verum animal formare, ad significandam in eo veritatem Spiritus sancti, & effectuum eius.

4. Concl. Proprietates alicuius rei, non solum ducūt in cognitionem illius; sed etiam ostendunt effectus alterius rei.

Articul. 8. Vtrum conuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, Filium protestantu.

1. Concl. Conueniens fuit, vt in illo baptismo Pater declararetur in voce.

1. Matt. 3. Hic est filius meus, &c.

2. In baptismo Christi demonstrari debuit, quod in nostro perficitur; quia fuit exemplar nostri baptismi. Ergo in eo debuit demonstrari mysterium trinitatis, quia baptismus noster consecratur in virtute trinitatis. Ergo conueniens fuit, vt sicut filius demonstrabatur in natura humana, & Spiritus sanctus in columba, ita vox Patris testimonium Filio perhibentis audiri debuit.

† 2. Concl. Missio visibilis addit supra apparitionem, auctoritatem mittentis: ideo Filius, & Sp. S. qui sunt ab alio, visibiliter mittuntur: Pater autem, qui non est ab alio solum apparet.

3. Concl. Pater conuenienter manifestatur in voce, licet non sit verbum, tanquam auctor vocis: & ita vox emissa filiationem Verbi protestatur: quam vocem formauit tota. Trinitas; sed repræsentauit patrem, sicuti columba Spiritum S.

Concl. Quamuis Christus non inceperit esse filius Dei in baptismo, vt quidam hæretici dixere: tamen vox Patris nō debuit filij diuinitatem ostendere in natiuitate omnibus, sed in ea ætate, in qua miracula facere, docere, & alios ad se trahere debebat. In baptismo igitur datur testimonium, quia per hoc homines saluantur, & instituuntur filij adoptiui.

Quæstio 40. De modo conuersationis Christi.

Art. 1. Vtrum conueniens fuerit Christum inter homines conuersari.

1. Concl. COnueniens fuit, vt Christus inter homines conuersaretur.

1. Baruch 3. Et cum hominibus conuersatus est.

2. Talem oportuit rationem Christus assumere debuit, quæ conueniret finis incarnationis. Sed talis finis requirebat vitam socialem. Ergo. Minor patet: primum, quia venit in mundum ad manifestandam veritatem, Ioan. 18 ideo debuit publice prædicare. Deinde venit ad hoc vt homines à peccato liberaret; ideo tanquam medicum debuit cum infirmis conuersari. Postremo venit, vt per ipsum accessum haberemus ad Deum; ideo cum hominibus conuersando fiduciam dare debuit accedendi ad se. Luc. 4. 1 Tim. 1.

† 2. Concl. Per humanitatem voluit manifestare diuinitatem, quod fecit conuersando cum hominibus, prædicando, & miracula faciendo. Rom. 5. Matt. 9.

3 Concl. Contemplatiua vita simpliciter est melior actiua: sed actiua, quæ contemplata alijs tradit est perfectior, quam vita, quæ solum contemplatur, quia illa supponit abundantiam contemplationis.

4 Concl. Vt daret exemplum prædicatoribus, vt nō semper se darent in publicum, aliquando secessit à turbis: aliquando ob corporalem quietem, quandoque causa orationis: interdum vt doceret fauorem humanum esse vitandum. Matt. c. 5.

Art. 2. Vtrum Christus austeram vitam in hoc mundo ducere debuerit.

1. Concl. Conuenientissimum fuit, vt Christus in cibo & potu communiter se sicut alij haberet.

1. Matth. 11. Venit Filius hominis manducans, & bibens.

2. Congruum erat incarnationis fini, vt Christus cum hominibus conuersaretur: Ergo conuenientissimum fuit, &c. quia cum aliquis conuersatur cum alijs, conuenienter se eis in conue: satio-

ne

ne conformat, 1. Cor. 9. Omnibus factus sum, &c. Adde auctoritatem Aug. contra Faustum. lib. 16. c. 30.

†2. Concl. Dominus in sua cõuersatione dedit exemplum in omnibus, quæ pertinent ad salutem, ad quam per se non pertinet abstinentia cibi, & potus.

3. Concl. Vt alij per abstinentiam consequuntur virtutem continendi ad quam abstinentia ordinatur, ita Christus in se, & suis discipulis per virtutem suæ diuinitatis carnem comprimebat.

4. Concl. Non fuit inconueniens, quod aliquando relaxauerit arctam vitam, quam instituerat; quia jejunabat ad nostrum exemplum, & ne videretur incredibilis carnis assumptio, cum etiam Moyses, & Elias sic jejunassent; & vt contemplata ad commercium rediens alijs communicaret.

Chrys. in Matt. hom. 13.

Art. 3. Vtrum Christus in hoc mundo debuerit pauperem vitam ducere.

1. Concl. Decuit Christum in hoc mundo pauperem vitam ducere.

1. Matth. 8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet.

2. Primum hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod venerat, Marc. 1. prædicatores enim debent omnino vacare à rerum secularium cura, Matth. 10. Nolite possidere, &c. Deinde vt mortem assumpsit corporalem, vt nobis vitam spiritualem largiretur; ita corporalem paupertatem sustinuit, vt spirituales diuitias donaret, 2. Corinth. 8. Scitis gratiam, &c. Postea, ne si diuitias haberet, eius prædicatio cupiditatis adscriberetur. Postremo, vt tanto maior virtus diuinitatis eius ostenderetur, quanto per paupertatem videbatur abiectior.

†2. Concl. Superabundantia, & mendicitas vitanda sunt à volentibus viuere secundum virtutem, vt sunt occasiones peccati; at Christo qui nõ erat capax peccati, ista vitanda non erant: quare paupertas voluntaria, nec furatur, nec periurat, &c.

3. Concl. Vitam communem potest quis viuere non solum diuitias possidendo, sed etiam abalijs necessaria accipiendi, vt Christus fecit.

4. Concl. In eo, qui ex necessitate pauper est, humilitas non multum commendatur; sed in eo, qui voluntarie; quæ paupertas est maximum humilitatis indicium.

Art. 4. Vtrum Christus in hac vita secundum legem conuersatus fuerit.

1. Concl. Christus in omnibus secundum legis præcepta conuersatus est.

1. Mat. 5. Nolite putare quoniam venerim soluere legem, &c.

2. Quia circumcisio erat, quæ circumcisus est protestatio legis implenda, Gal. 5. Testificor omni. &c.

3. Vt legem veterem approbaret, vt eam seruando in se consummaret, & terminaret, ostendens ad ipsum esse ordinatam: vt ludens eam amittendi occasionem subtraheret: & vt homines à seruitute legis liberaret, Gal. 5. Misit Deus, &c.

†2. Concl. Quod operatus fuerit in Sabbatho, non est transgressus legem.

Luc. 15. & 14. Mat. 12. *Quia illud præceptum non interdicit opus diuinum, Ioan. 5. Neq; opera, quæ sunt de necessitate salutis corporalis; nec quæ pertinent ad Dei cultum.*

3. Concl. Cum dixit, *quod intrat in os non coinquinat*, &c. docuit hominem non reddi immundum secundum animam ex vsu ciborum, secundum suam naturam, sed secundum quandam significationem, ob quam causam quidam cibi dicebantur immundi.

4. Concl. Consentiendo discipulis spicas in Sabbatho vellentibus, non est transgressus legem ob necessitatem.

Quæstio 41. De tentatione Christi.

Art. 1. Vtrum conueniens fuerit Christum tentari.

1. Concl. CHristus tentari voluit.

Greg. hom. 16. in Euang. Hilar. in Mat. c. 3. *1. Matt. 4. Ductus est Iesus à spiritu, &c.*

2. Primum vt nobis contra tentationes auxilium ferret: sicuti mortem nostram sua morte superauit: & ideo nostra in cautelam, vt nullus quantumcunque sanctus se existimet securum, & immunem à tentatione: postea propter exemplum, vt nos instrueret, qualiter tentationes vincere mus: postremo, vt nobis fiduciam de sua misericordia largiretur, Hebr. 4. Non habemus Pontificem: qui non possit compati, &c.

†2. Concl. Christus tantum innotuit dæmonibus, quantum voluit per suæ virtutis effecta; ex quibus habebat coniecturam cum esse filium Dei; sed quia in eo signa humanæ infirmitatis videbat, non pro certo cognoscebat, ideo eum tentare voluit.

3. Concl. Venerat Christus dissoluere opera diaboli, non potestatiue agendo, sed magis ab eo, & eius memoris patiendo; vt iustitia, & non

potestate vinceret. Intelligitur autem à diabolo assumptus non ex necessitate, sed quasi athleta sponte ad tentationem procedens.

4. Concl. Christus tentari voluit ab hoste, quia talis tentatio potest esse sine peccato ad solam exercitationem: non est tentatus à carne, quia ista tentatio non est sine peccato.

Art. 2. Vtrum Christus in deserto tentari debuerit.

1. Concl. Christus conuenienter in deserto tentatus est.

Eccl. 4. 1. *Marc. 1. Erat Iesus in deserto, &c.*

2. *Primum, quia diabolus magis tentat aliquē, cum est solitarius; & ita exiuit in desertum, quasi in campum certaminis, vt ibi tentaretur: deinde, vt Adam de exilio liberaret, qui de paradiso in desertum fuerat eiectus: demum, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus insidere.*

† 2. Concl. Vt tentatio Christi nobis esset exemplo, non oportuit, vt ab omnibus videretur, cum Christus proponatur nobis per fidem, quę est per auditum.

3. Concl. Tentationis occasio, vel est ex parte hominis, cum homo appropinquat peccato, & non fugit occasiones. & hæc est fugienda: vel ex parte diaboli, qui semper inuidet, ad meliora tendentibus, & hæc est amplectenda: & hoc modo se ingerere tentationi non est periculosum, quia est auxilium Spiritus sancti, qui operis perfecti est auctor.

Gen. 19.

4 Concl. Non est necesse dicere, alias tentationes factas fuisse in deserto secundum imaginationem, vel Ierusalem fuisse desertam à DEO, cum Marcus non dicat, solum in deserto.

Artic. 3. Vtrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

1. Concl. Conuenienter Christus post jejunium tentari voluit.

2. Cor. 6. Chrys. hom. 3. in Mat. 1. *Postea ejurijt, & tunc accessit ad eum tentator.*

2. *Primum, vt doceret contra tentationes oportere nos jejunio armari; ideo ieiunium inter arma virtutis reponitur: deinde, vt ostenderet diabolum aggredi tentando etiam eos, qui bonis operibus vacant; postremo, quia post ieiunium secuta erat esuries, quæ dedit audaciam aggrediendi.*

† 2. Concl. Licet conuersatio Christi non debuerit esse aultera: tamen hoc facto docere voluit neminem debere assumere prædicatoris officium, nisi purgatus & virtute perfectus: ideo post baptismum assumpsit austeritatem vitæ.

Illud, 40. diebus, & 40. noctibus tentabatur, &c. intelligitur, post 40. dies, &c. vt alij Euangelistæ notant: vel secundum Bedam intelligitur de alijs tentationibus non visibilibus. 3. Concl. Mar. c. 3.

Et illud, quod 40. noctibus jejunabat, & tentabatur à diabolo, intelligitur, quòd post jejunium tentabatur, vt alij Euang. scribunt: vel cum Beda, intelligitur de tentationibus inuisibilibus. 4. Concl.

Illud, Luc. 4. quod diabolus recesserit ab illo vsque ad tempus, exponit Ambros. quia postea non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit tempore passionis. 5. Concl.

Art. 4. Vtrum fuerit conueniens ordo, & modus tentationis Christi.

1. Concl. Tentatio quæ est ab hoste, fit per modum suggestionis, vt ait Gregor. & non eodem modo aliquid omnibus suggerit, sed vnicuique prout est affectus. Vnde spirituales non statim tentat, de grauibus peccatis, sed de leuioribus, vt idem ait. Ita tentauit primum hominem, primo de ligni vetiti esu, tum de inani gloria: aperientur oculi, &c. tum de superbia: & eritis sicut Dij. Hom. 16. in Euang. 31. Mar. c. 32.

2. Concl. Hunc etiam ordinem seruauit in hac tentatione. Primum tentauit de eo, quod omnes homines appetunt, de sustentatione corporis: deinde processit ad id, in quo spirituales viri quandoque deficiunt, vt aliquid ad ostentationem ob inanem gloriam, faciant: postremo perduxit ad id, in quo carnales peccant, vt diuitias, & gloriam mundi appeteret, in contemptum Dei. Ideo in hac non dixit, si Filius Dei es, vt in alijs.

3. Concl. Christus resistit tentationibus legis testimonijs, non potestate virtutis, vt plus hominem honoraret, & aduersarium puniret, cum non quasi à Deo, sed ab homine vinceretur. Vnde patet ordinem tentationis fuisse conuenientem.

† 4. Concl. Quærere necessaria vitæ, non debito modo, est peccatum: & vbi quis potest aliquid habere humano modo, non est recurrendum ad miracula.

5. Concl. Licet mittere se deorsum sit contra fastum superbiæ, tamen per humilitatem exteriorem sæpe inanis gloria captatur.

6. Concl. Appetere diuitias & honores mundi, tunc est peccatum, cum inordinate appetuntur: & id apparet, cum fit aliquid contra ho-

nestam

neitiam istarum rerum causa, ideo dixit, si cadens adoraueris, & cæt. & ita ex appetitu vanitatis peccati, ad aliud inducit.

7. Concl. Dicit Scriptura consummata omni tentatione recessit, quia tentauit in his, quæ sunt materia omnium delictorum, quæ sunt carnis oblectatio, spes gloriæ, & auiditas potentiæ.

8. Concl. Quamuis Euangelistæ non eodem ordine has tentationes narrent, tamen nihil tollitur de veritate historiæ, vt ait Augustinus. Et modo diuerso narrarunt, quia aliquando ex inani gloria venitur ad cupiditatem quandoque è conuerso.

9. Concl. Quando diabolus Dei honorem sibi vsurpauit, cum voluit adorari, eum increpauit, non autem eum dixit, *sistam Deos*, vt nos discamus nobis illatas iniurias sustinere, Dei vero, inimicos.

10. Concl. Diabolus ducebat Christum in pinaculum, vt ab omnibus videretur: sed ipse sic agebat, vt nesciente diabolo, a nullo videretur.

11. Concl. Ostendit autem omnia regna, &c. non quod omnia viderit, sed diabolus regnorum statum verbis exponebat.

Quæstio 42. De doctrina Christi.

Art. 1. Vtrum conueniens fuerit Christum Iudeis, & non gentibus prædicare.

1. Concl. CONueniens fuit prædicationem Christi, tam peritum, quam apostolos, a principio solis Iudæis exhiberi.

Rom. 15. 1. Matt. 15. *Non sum missus, nisi ad oues, &* cæt.

2. Primum, vt ostenderet per suum aduentum in patres promissiones diuinitus factas Iudæis, & non gentibus. Deus enim vt cum aduentus ostenderetur esse à Deo, à quo quæ sunt, ordinata sunt: ordo autem requirebat, vt Deo propinquioribus prius Christi doctrina proponeretur, & per eos transiret ad gentes: postea vt auferetur Iudæis calumniandi materia, ideo eum reiecisse, quod ad alios suos misisset: ideo dixit apostolos, in viam gentium ne irent, &c. Postremo Christus per crucem meruit imperium omnium gentium: propterea ante passionem noluit suam doctrinam gentib. prædicari. Ideo Ioann. 12. dixit, Nisi granum frumenti, &c. *Granum mortificatum in infidelitate Iudæorum multiplicatum in fide populorum.*

†2. Concl. Christus fuit in lumen & salutem gentium per suos discipulos, quos misit ad gentes, Mat. vlt.

Non est minoris potestatis, seu maioris facere aliquid per alios, & ideo maxima Christi potestas est indicata, quod suis discipulis tantam vim contulerit, vt ipsum gentes adduxerint, quæ nihil de Christo audiuerant. 1. Concl.

4. Concl. Vt Christus non debuit a principio indifferenter gentes docere, ita non debuit eas omnino repellere, ideo quosdam particulariter admisit ob excellentiam fidei, & deuotionis.

Art. 2. Vtrum Christus debuerit Iudæis sine eorum offensione prædicare.

1. Concl. Dominus non obstante Iudæorum offensione, publice veritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum vitia arguebat.

1. Isa. 8. dicitur lapis offensionis & petra scandali.

2. Cum aliquis sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio à prædicatore, vel doctore, vt multitudini salutis prouideat, quia salus multitudinis est præferenda paci quorumcunque singulorum: sed scribæ, & pharisæi sua malitia plurimum impediebant populi salutem, tum quia repugnabant doctrinæ Christi, tum quia prauis moribus vitam populi corrumpebant. Ergo.

3. *Ex Matt. 15. Cum audisset eos scandalizari.* dixit, sinite illos: cæci sunt, &c.

†2. Concl Hom. 7. in Ezech. Cum de veritate scandalum oritur, magis est sustinendum scandalum, quam veritas relinquatur, ait Greg.

3. Concl Per hoc quod Christus publice scribas arguebat, magis suæ doctrinæ effectum promouit.

Quia minus auertebatur populus à Christo, cum illorum vitam cognoscere.

4 Concl. 2. Tim. 3. Seniores & Sacerdotes non sunt increpandi si & ætate, & moribus sint senes: si vero senectutis auctoritatem in malum conuertant, acriter sunt arguendi.

Art. 3. Vtrum Christus omnia publice docere debuerit.

1. Concl. Doctrina est in occulto, vel quantum ad intentionem docentis, quia non vult manifestare multis ex inuidia, quod non fuit in Christo, Sap. 7. *sine inuidia communico*: vel exinhonestare eorum quæ docentur, vt doctrina hæreticorum: at doctrina Christi nec errorem, nec immunditiam continebat. Mar. 4. *Numquid venit lucerna*, id est honesta doctrina, vt sub modo ponatur: vel quia paucis proponitur, & sic nihil in occulto

docuit

docuit. Ioa. 18. in occulto locutus sum nihil. Et totam suam doctrinam vel tori turbæ proposuit, vel omnibus discipulis.

2. Concl. Christi doctrina quantum ad modum docendi, fuit in occulto, quia quadam loquebatur turbis vtens parabolis nunciando mysteria, ad quæ capienda non erant idoneæ vel dignæ. Et tamen melius erat vt sic traderentur, quam si hac doctrina turbæ priuarentur.

3. Concl. Parabolarum apertam doctrinam tradidit Apostolis, per quos ad alios; qui essent idonei peruenire 2. Tim. 2. *Quæ audisti.* &c. Hoc signatum est Num. 4. in inuolutione vasorum, quæ Leuitæ portabant.

Matt. 10. † 4. Concl. Illud, *quod in aure audistis*, intelligitur comparatiue, quia in paruo Iudææ loco prædicauerat respectu totius mundi vbi eius doctrina erat predicanda.

5. Concl. Profunda sapientiæ non manifestauit imperfectis, nec discipulis omnia apperuit; sed quæ erant necessaria, Ioan. 16. *Adhuc multa habeo.*

6. Concl. Loquebatur in parabolis, quia nudam veritatem non poterant intelligere: vel quia non erant digni. Dicitur omnia dixisse in parabolis, id est fere in omni sermone parabolas inseruit.

Art. 4. Vtrum Christus omnia publice docere debuerit

1. Concl. Conueniens fuit Christum suam doctrinam non scripsisse.

1 *Nulli libri habentur in canone scripturæ ab eo scripti Ergo.*

2. *Excellenti doctori conuenit excellens modus doctrinæ, qui est vt doctrina imprimatur auditorum cordibus, & ideo erat idoneus, vt potestatem habeat: ad hoc enim vt ad finem ordinatur doctrina. Vnde Pythagoras, & Socrates excellentissimi doctores nihil scribere voluerunt.*

Mat. 7. 3. *Ob excellentiam doctrinæ Christi qua literis comprehendi non potest Ioan. vlt. Sunt & alia. &c. Esset suam doctrinam scripto mandasset nihil altius de illa hominc existimassent, quam quod scriptura contineret.*

4. *Vt ordine quodam doctrina ab ipso ad alios perueniret quod faciendum fuisset, si scripsisset. Vnde Prouer. 9. Sapientia misit ancillas, &c. Quidam gentiles existimarunt scripsisse quosdam libros magicos, de qua re lege Aug.*

l. 1 de consens Euan. c. 9 & 10. Quæ scripta sunt ab Apostolis, qui sunt membra tribuitur Christo, vt capiti; qui imperauit manibus vt scriberent. Et sic verba eius non tradibunt.

† 2. Conc. Ioa. 21. 2 Cor 3. Lex vetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo in sensibilibus signis est scripta: at lex noua est lex spiritus.

4. Concl. Quæ scripta Apostolorum non crediderũt nec scriptis Christi credidissent, quem putarunt magicis artibus miracula fecisse.

Quæstio. 43. De miraculis à Christo factis in generali.

Art. 1. Vtrum Christus debuerit facere miracula.

1. Concl. COnuenientissimum fuit, vt Christus miracula faceret.

1. Ioan. 11. Hic homo multa signa facit.

2. Miracula fiunt, vel ad confirmandam veritatem, quam aliquis docet; quia quæ sunt fidei cũ non possint ratione humana probari argumentis diuinæ virtutis probantur sicut literæ, quæ annulo regis signantur: vel ad ostendendam præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritus sancti. Sed vtrunque circa Christum erat hoc enim manifestandum Ergo. Vnde Ioan. 5. opera quæ dedit mihi pater, vt faciam, ipsa sunt, quæ testimonium perhibent de me.

Mat 12. † 2. Conc Illud, *non dabitur Iobu nisi signum Iona.* &c. intelligitur, quod non acceperint signum de cælo, quale ipsi volebant.

3. Concl. Vt venit in infirmitate carnis, quod p passiones manifestabatur; ita venit in virtute Dei quod miraculis erat manifestandum.

4. Concl. Miracula in tantum minuunt meritum fidei, in quantum per hoc ostenditur duritia eorum, qui nolunt credere, quæ scripturis diuinis probantur. Et tamen melius est eis,

1. Cor. 14. vt vel per miracula ad fidem conuertantur.

Art. 2. Vtrum Christus fecerit miracula diuina virtute.

1. Concl. Christus fecit miracula virtute diuina.

1. Ioan. 14. Pater in me manens ipse facit opera.

2. Vera miracula sola virtute diuina fieri possunt; quia solus Deus potest mutare naturæ ordinem, quod ratio miraculi requirit Ergo Addenda Leonis ad Faustinum.

epist. 10. 2. Concl. Mat. 6 Natura humana in Christo faciebat miracula, vt instrumentum diuinæ actionis virtute accepta à natura diuina.

† 3. Concl. Dicitur non potuisse facere miracula quãtum ad congruentiam.

Quia propter incredulitatem eorum non decebat, vt miracula faceret.

4. Concl. Faciebat aliqua miracula minora mediante oratione: maiora vero ex auctoritate: vt

cum

cum peccata dimisit, mortuos suscitauit: Et cum orabat, vel oculos eleuabat, non propter necessitatem: sed ad exemplum.

5. Concl. Virtutem demonum superiorum ita inferiores expelluntur, vt eorum dominiũ remaneat quantum ad animam, quia diabolus nõ agit contra regnum suum at dominus a corpore, & ab anima expellebat: ideo non in belzebub ejectebat: propterea ludæorum blasphemiam reiecit.

Art. 3. Vtrum Christus in cæperit fuerit miracula in nuptys.

1. Concl. Christus incepit miracula facere in nuptijs.

1 Ioan. 2 Hoc fecit initium signorum Iesus.

2. Christus miracula fecit, vel ad confirmationem doctrinæ, vel ad ostendendam virtutem diuinam in se. Sed ob vtranq; causam in ætate perfecta debuit incipere facere miracula; quia non debuit incipere docere ante ætatem perfectam, & sic debuit diuinitatem ostendere, vt crederetur humanitas, ne videretur phantasma. Ergo.

† 2. Concl. Chr. hom. 20. in Io. Christus in prima ætate manifestatus fuit à Ioanne. vnde falsum est fecisse miracula in pueritia: quia non indiguisset manifestatione.

3. Conc. Quamuis virtus diuina fuerit in Christo ab instanti incarnationis: tamen non fecit miracula quia operabatur, vt erat necessariũ ad salutem humanam, & ne fides de veritate carnis negaretur miracula non fecit.

Mat. 4.

4 Concl. Ad laudem discipolorum pertinet, quod Christum sicuti sint cum nulla fecisset miracula: vel vocantur discipuli, qui futuri erant discipuli, quos cæpit congregare per baptismum.

Art. 4. Vtrum miracula per Christum sancto sufficienter diuinitatem ostenderint.

1. Concl. Miracula quæ Christus fecit. sufficientia erant ad manifestandam diuinitatem ipsius.

1 Ioan. 5 opera quæ dedit mihi pater, vt faciam, ipsa testimonium, &c.

2. Primum, quantum ad substantiam operis, quia facibat qua transcendebant omnem virtutem creatam Ioan. 6. A sæculo non auditum, &c.

3. Quantum ad modum, quia ex propria virtute, non autem orando, vt alij Luc. 6. Virtus de illo exibat.

4. Manifestum. Ioan. 5 quæcunq; pater facit hæc & filius. &c.

5. Ex doctrina quæ dicebat se Deum esse, qua non fuisset vera, si miracula virtute diuina facta confirmata non fuissent. Mar. 1. quæ nam doctrina, &c.

† 2. Con. Licet quæ Christus fecit, fecerint & alij tamen Christus fecit excellentius: fecit etiam quædam propria vt nasci de virgine, resurgere a mortuis ascendere in cœlum. &c. Item quæ alij fecerunt præfigurabant Christum: demum alij virtute Christi faciebant.

3. Concl. Ioan. 14. Fecerunt alij maiora, sed hi in ipsum crediderunt, & ipso operante fecerunt. Et hinc illud verbum, *maiora*, potest referri ad illud, quod tunc faciebat.

4 Concl. Quodlibet particulare opus proprium vnius agentis ostendit totam virtutem eius: & ita quodlibet miraculum ostendebat Christũ esse Deum, cum virtute propria faceret, quæ sunt Dei.

Quæstio. 44. De singulis miraculorum speciebus.

Artic. 1. Vtrum miracula facta per Christum circa spirituales substantias fuerint conuenientia.

1. Concl. Conueniens fuit, vt Christus inter alia miracula etiam obsessos a dæmonibus liberaret.

1. Ex prophetia Zacharia, spiritum immundũ auferam de terra.

Miracula Christi sunt argumentum fidei. Ergo: quia futurum erat, vt eius potestate dæmones à credentibus spiritualiter pellerentur, iuxta illud: nũc princeps mũdi huius ejicietur foras.

† 2. Conc. Ioan. 12. Non fecit miracula circa angelos, vt circa dæmones, quia à dæmonibus homines erant liberandi, & cum Angelis sociandi. ad Colos. *1. quod ostensum fuit in natiuitate, & in ascensione*

3. Concl. Tantum innotuit dæmonibus, quantum voluit, & tantum voluit, quantum oportuit Cognouerunt certe Christum fuisse promissum: Luc. 4. confitentur esse sanctum Dei ex quadam suspicione vt Chry. & Beda docent Vnde faciendo in eos miracula, non erat impedita passio.

4 Concl. Miracula in dæmones, erant in vtilitatem hominum, vt ipsi Deum glorificarent, ob quam causam fiunt. Competebat Christus, eorum testimonium, & laudem; tum ad nostrum exemplum: tum quia erat officium apostolicum: & ne accenderet ludæorum inuidiam.

5. Concl. Miracula fiunt in vtilitatem hominum: sed

cum immisit dæmones in porcos, ad hominū instructionem fecit, non persuasus, sed vt ostenderet eos nihil posse, & vt intelligeretur magnitudo nocumenti, quod afferunt, & ob eandem causam permisit quendam diuuus tentari.

Art. 2. Vtrum conuenienter facta fuerint miracula per Christum circa cœlestia corpora.

1. Concl. Conueniens fuit vt Christus miracula faceret circa corpora cœlestia.

1. *Luc. 23. tenebræ factæ sunt, &c.*

2. *Miracula Christi debebant esse talia, vt sufficienter ostenderet eum esse Deum, quod non ita euidenter ostenditur per miracula circa corpora inferiora, vt circa cælestia, quia corpora inferiora transmutantur etiam per actiua causas, cælestia verò sola virtute diuina, vt ait Dion. Ergo.*

† 2. Concl. epistol. ad Rotycar. Tam naturale est cuilibet naturæ transmutari a Deo, quam mutari à causis naturaliter agentibus: quare non corrumpitur natura cælestium corporum cum eorum cursus mutatur à Deo.

3. Concl. Peralliud miraculum non est peruersus ordo temporum: nam vel factæ sunt tenebræ, quia radij solares non peruenerunt in terram: vel est interposita nubes, vel ob interpositionem Lunæ non ordinariam. Lege quinque miracula quę facta sunt hoc tempore apud D. Thomam.

4 Concl. In passione maxime fuit ostendenda diuinitas, cum maxime appareret infirmitas, ob quam etiam causam stella in natiuitate apparuit.

Art. 3. Vtrum conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

1. Concl. Christus conuenienter circa homines miracula fecit,

1. *Mar. 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire.*

2. *Quæ sunt ad finem, debent consonare fini sed adæquato, miracula, & doctrina Christi, sunt ad salutem humanam; vt ad finem, vt patet Ioan 3.* sed vt saluetur mundus. &c *Ergo conuenienter. homines curando debuit ostendere se Saluatorem & Spirituale hominum Saluatorem.*

† 2. Concl. Non fecit miracula circa animam, sicut circa corpus, quia tunc fictitium, cum deberet esse verum, non esset miraculosa, sed esset finis miraculorum. Dona etiam scientiarum quantum ad effectum in exteriorem putabantur miraculosa, quo modo inter miracula visibilia numerantur

Quamuis virtus diuina in Christo faciat miracula: tamen interdum talis virtus humana non modo vtebatur, impositio manuum sputo lutum, &c. & hoc non sine significatione & mysterio. 5. Concl. Luc. 22.

Licet ægritudo corporalis non semper ex peccato oriatur: tamen quia opera Dei sunt perfecta non conueniebat vt curaret corpus, non curando animam, ad quam ordinabatur salus corporis. 4. Concl. Deut. 22.

Cum sanatis quibusdam præcepit, vt nemini dicerent, non id fecit, vt impediret finem miraculorum, qui est Dei laus, sed vt nos doceret prohibere eos, qui nos laudant propter nos. Chrys. hom. 33. in Mat.

Art. 4. Vtrum conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationales.

1. Concl. Conuenienter Christus fecit miracula circa creaturas irrationales.

1. *Christus est Dei sapientia, qua disponit omnia suauiter, Ergo.*

2. *Miracula Christi ad hoc ordinabantur, vt virtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hominum salutem. Sed ad virtutem diuinitatis pertinet, vt omnis creatura sit ei subiecta. igitur in omnium creaturarum generibus debuit miracula facere.* Sap. 8.

† 2. Concl. Circa bruta non debuit miracula facere; quia sunt propinqua homini, & eodem die creata fuere: at pisces sunt magis remoti ab homine, & alio die creati: ideo in eis miracula fecit. Porcus autem vi dæmonum præceptus est.

3. Concl. Ficulneam quæ est maxime humida siccauit quod in ea fructum non inuenit, tanquam omnium dominus, ad homines docendos.

4. Concl. Etiam in aere, & aqua miracula fecit, cum tempestates sedauit, & ventis imperauit, Mat. 8. Non debuit autem vel aerē, vel aquam perturbare, qui veneratus statum pacis recuperare. In passione vero, terra commota, & petræ scissæ sunt ad ostendendum, quod lapidea hominum corda virtute passionis, deberent emolliri.

5. Concl. Multiplicatio panis, non est facta per modum creationis, sed per additionem extraneæ materiæ in panes conuersæ, & ideo in operibus gubernationis non est vlus creationis.

Quæstio 45. De Transfiguratione Christi.

Art. 1. Vtrum fuerit conueniens Christum transfigurari.

1. Concl. CONueniens fuit Christum transfigurari.

1 Mat. 17. transfiguratus est, &c.

2. Ad hoc vt aliquis directe procedat in via debet aliqualiter finem præcognoscere, præsertim quando via est difficilis & aspera. & sicut iucundum, vt patet in eo qui se transmittit in sopiam, & Thomas dixit, Ioan. 14. domine nescimus quo vadis, *&c. Sed via discipulorum Christi, est passio, finis vero est gloria animæ & corporis; ad quam Christus, vt ait scriptura, venit per passionem. Ergo conueniens fuit vt suis discipulis gloriam suæ claritatis ostenderet, quod est transfigurari, eos suos confirmando,* Phil. 3. c. 9. *vt ait Paulus. Idem docet Beda in Mat.*

† 2. Concl. Non dicitur transfiguratus, quasi esset corpus phantasticum, & quasi mutatus; sed quia in eo gloria & splendor apparuerunt.

3. Concl. Figura alicuius rei in extremitate corporis consideratur; & quæ circa eam considerantur ad figuram quodammodo pertinere videntur: & ideo assumptio claritatis transfiguratio dicitur.

4 Concl. Inter corporis beati dotes, color & claritas ad personam pertinent; aliæ vero ad aliquem actum. Agilitatem ostendit, cum ambulauit supra mare: subtilitatem cum ex vtero exiuit: impassibilitatem cum voluerunt cum lapidare: sed per hæc non dicitur transfiguratus.

Art. 2. Vtrum claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas gloriosa.

1. Concl. Mat. 7. Mat. 16. Claritas quam assumpsit Christus in transfiguratione fuit claritas gloriæ, quantum ad essentiam.

1. Ex Hieron. Quando futurus est tempore iudicij, talis apostolis apparuit. Idem docet Chrys.

epist. ad Dioscor. *2. Claritas gloriæ derivatur ab anima in corpus, & patet ex eo, quod claritas corporis Christi in transfiguratione derivata est à diuinitate, vt ait Damas. & ab anima esse, quia ex dispensatione factum est, vt principio non redundaret in corpus, vt esset pœna, non tamen ademptæ est ei potestas diffundendi gloriam animæ in corpus. Ergo*

2. Concl. Claritas illa quantum ad modum non fuit claritas gloriæ, id est non permanens, vt est qualitas gloriæ, sed per modum passionis transeuntis, sicut aer illuminatur a sole. Vnde non est dicendum, vt Hugo dixit assumpsisse quatuor dotes diuersis temporibus, quia dos denominat qualitatem permanentem in corpore: sed miraculose habuit ea, quæ ad dotes pertinent, simile habes de visione, qua Paulus DEVM vidit, quæ fuit transiens.

† 3. Concl. Cum Beda ait assumpsisse claritatem similem futuræ, non quod non fuerit claritas gloriæ, sed quia non fuit corporis glorioli: quia corpus Christi nondum erat immortale.

4. Concl. Idem appellauit imaginariam repræsentationem, non quod non esset vera, sed quia fuit repræsentatiua claritatis corporis glorioli.

5. Concl. Claritas gloriæ solum est in corpore humano; sed quæ apparuit in vestibus significauit claritatem sanctorum, vt claritas corporis, claritatem propriam Christi. Nubes Spiritus sancti gloriam, vel virtutem patris, qua sanctos in gloria protegit, vel claritatem mundi innouati significat.

Art. 3. Vtrum tres testes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.

1. Concl. Conuenienter inducti sunt testes transfigurationis.

1. Ex scripturæ auctoritate.

2. Ad gloriam eternæ beatitudinis adducuntur homines per Christum, & non solum quos sequuntur sunt, sed etiam, qui præcesserunt; & ideo turbæ, quæ præcedebant, & quæ sequebantur eum, Mat. 21. clamabant Hosanna. Ergo conuenienter homines duos ex præcedentibus scil. Moyses, & Elias, & tres ex sequentibus scil. Petrus, Iacobus, & Ioannes adhibiti sunt transfigurationis testes.

† 2. Concl. Non sunt adhibiti angeli, quia ostendebat solum gloriam corporis; quæ pertinebat ad homines.

3. Concl. Elias, apparuit in proprio corpore, Moyses in corpore assumpto, vt angeli apparere solent.

4. Concl. Cur Moyses, & Elias potius fuerint adhibiti variæ sunt rationes. Moyses legislator, & Elias fuit legis æmulator, & habuit tradendam potestatem, quam habebat mortis & vitæ.

5. Concl. Alta mysteria non sunt omnibus manifestanda, sed per maiores ministros suo tempore. Assumptus est Petrus, quia fuit excellens in dilectione, & potestate data ab homine propter priuilegium amoris quo à Christo diligebatur, & propter virginitatem & doctrinam Euangelicam: Iacobus propter prærogatiuam martyrij.

Artic. 4. Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paternæ vocis in transfiguratione.

1. Concl. Conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationẽ testimonio patris in transfiguratione, sicut & in baptismo.

1. Ex auctoritate scripturæ.

2. Adoptio filiorum Dei est per conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem per gratiam suam, qui est imperfecta, & per gloriam patriæ, quæ erit perfecta, 1. Ioan. 3. Hunc filij, &c. Ergo conueniens fuit in baptismo, & in transfiguratione, audiri testimonium naturalis, &c. quia in illo datur gratia, & hac ostenditur claritas futuræ gloriæ.

† 2. Concl. P. 3. Ibi dicit Deum loquutum, refertur ad æternam Dei locutionem, qua verbum produxit.

3. Concl. Vt in baptismo operatio totius Trinitatis declarata est, ad declarandum mysterium primæ regenerationis; ita in transfiguratione, quod est sacramentum secundæ regenerationis, pater in voce, filius in homine, Spiritus sanctus in nube apparuit, quia dabit electis claritatem gloriæ, & refrigerium ab omni malo.

4 Concl. Quia venerat ad dandum gratiam actualiter, & gloriam verbo promittere, ideo conuenienter in transfiguratione testes, & non in baptismo adhibentur.

5. Concl. Conuenienter præteriti sunt voce, quia gloria, quæ demonstratur excedit omnem sensum & humana facilitas in conspectu diuinitatis non stat, a qua Christus liberat. Vnde ait, *surgite*, &c.

Quæstio 46. De passione Christi.

Artic. 1. Vtrum fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.

1. Concl. CHristum pati modo fuit necessarium absolute loquendo modo id dicitur necessarium, quo finem suum aliter consequi non potest, vel saltem aliter commode.

Quia ex parte Dei, quam ex parte hominis ordo seruatur &c.

2. Concl. Christum pati non fuit necessarium ex causalitate efficientis nec debitum coactionis.

Quia Deus quia homo Christus pati, non potest, & Christus qui pati est, voluntarie se obtulit.

3. Concl. Christum pati fuit necessarium ex suppositione, ex præscientia.

Ex parte meriti, qui per ceteris passionem liberati sumus, Ioan. 3. oportet exaltari filium hominis, &c.

2. Ex parte Christi, qui per humiliationem passionis meruit gloriam exaltationis. Luc. vlt. *Nonne oportuit Christum pati, &c.*

3. Ex parte Dei, cuius definitionẽ de morte Christi in scripturis præfiguratam impleri oportuit. Luc. 22. *Filius hominis, &c.* & Luc vlt. *Hæc verba, &c.* Luc. vlt.

In Deum non cadit aliqua necessitas, scil. † 4. Concl. coactionis.

Christum pati esse propria voluntate, 5. Concl. excludit necessitatem coactionis, non autem quamcunque necessitatem.

Sunt quidem viæ Dei misericordia, sed fuit 6. Concl. etiam cõueniens, vt per iustitiam homo: saluaretur, vt fieret satisfactio, Rom. 3. & hoc fuit ex abundantiore misericordia, quam si per solam misericordiam saluasset. Ephes. 2. *Deus, qui dines, &c.*

Non est passus pro salute angelica. 7. Concl.

Quia eius peccatum, non erat remediabile: vnde non est par ratio.

Art. 2. Vtrum fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quam per passionem Christi.

Absolute loquendo possibile fuit Deo alio 1. Concl. modo hominem liberare, quam per passionem Christi.

1. Ex Aug. qui hanc doctrinam docet. lib. 13. de trin. c. 3.

2. Quia non est impossibile, apud Deum omne verbum, Luc. 1. Ergo.

Supposita præscientia ex præordinatione 2. Concl. Dei hominem debere liberari per passionem Christi, non erat simul possibile, Christum non pati, & hominem alio modo liberari.

Quia impossibile est eius præscientiam & præordinationem falli.

Illud, *nisi granum frumenti cadens, &c.* intelligitur supposita præscientia Dei. † 3. Concl. Ioan. 12.

Eodem modo intelligitur illud, *si non potest calix transire*; quia ita Deus disposuerat, transire non poterat. 4. Concl.

Si voluisset alijs satisfactione saluare, non 5. Concl. fecisset contra iustitiam, quia Deus condonasset culpam in se commissam, & ita non iudicaret iniustitiam, cum non liceat superiori iudicem. Vnde Dauid, *Tu es peccatum, &c.* potes per misericordiam tuam iniustitia misereri.

Fides antiquorum, qui credebant Chri- 6. Concl. stum passurum habuit necessitatem ex suppositione, ex præscientia, & voluntate diuina, &c.

Art.

Art. 3. Vtrum fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem humani generis, quam per passionem Christi.

1 Concl. Conuenientius fuit, vt per passionē Christi liberaremur, quam per solam Dei voluntatē

lib. 13. de trin. c. 10. 1 *Sanandæ nostræ miseriæ, ait Augustinus, conuenientior alius modus non fuit.*

2. *Tanto aliquis modus est congruentior ad assequendum finem, quanto per ipsum plura concurrunt, quæ sunt expedientia fini. Sed per hunc modum multa concurrunt ad salutem hominis pertinentia, quæ non concurrerent, si per solam Dei voluntatem liberaremur. Ergo. Primum per hunc modum homo cognoscit, quantum Deus ipsum diligat, & per hoc prouocatur ad ipsum amandum, Rom. 5. commendat autem, &c. Deinde per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ & iustitiæ & cæterarum virtutum in passione ostensarum, quæ sunt ad humanam salutem necessaria, 1 Pet. 2.* Christus passus est, &c. *Deinde a Christo per passionem non solum liberamur a peccato sed etiam gratiam & gloriam nobis meruit, vt dicetur. Itē per hoc inducti sumus ad hominis maiorem quandam necessitatem abstinendi a peccato, dum cognoscimus sanguine Christi redemptum. 1. Cor. 6.* Empti estis, &c. *Postremo hoc cepit in maiorem hominis dignitatem, vt sicut homo victus, & deceptus fuerat a diabolo, ita homo, diabolum morte, vincere et qui peccando mortem meruit. 1 Cor. 15.* Qui dedit nobis victoriam, &c.

2. Concl. Natura vt aliquid conuenientius faciat, plura ad vnum assumit, vt duos oculos ad videndum, sic etiam Deus.

3. Concl. Non fuit inconueniens, quod mors Christi fuerit violenta: quia non venit suam mortem consumpturus, quam non habebat, sed aliorum, & ita morte ab alijs illata petijt.

4. Concl. Iniuste quidem dæmon inuasit hominem, sed iuste a Deo sub eius seruitute est derelictus. & ideo per iustitiam debuit ab ea liberari, Christo satisfaciente: tum etiã ad minuendam superbiam diaboli per passionem & humilitatem, qua illum vicit.

Art. 4. Vtrum Christus debuerit pati in Cruce.

1 Concl. Conuenientissimum fuit Christum pati mortem Crucis.

1. *Philip. 2.* Factus est obediens, vsque &c.

2. *Ob eos emplum virtutis, vt nullum mortis genus timeremus, cum inter alia genera hoc sit formidabilius. Nam ad rectam vitam pertinet, vt non metuamus, quæ non sunt timenda.*

3. *Hoc genus mortis conueniens erat satisfactioni, pro peccato primi hominis, qui peccauit in ligno depositum, ligni vetiti, & ita Christus, qua nos rapuit ex illo.*

4. *Vt in ligno sibi latum etiam aerem mundaret, corpore, & terram sanctificabat sanguine.*

5. *Ex eo, quod in alto pendebat, videtur nobis parari ad cæli. Io. 12.* Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum.

6. *Hoc conuenit Saluatori recte mundi, quia figura eius erat Dei prouidentia in omnē partem diffusa: & vt in modum crucis extensis vtcretur, & nouum populum traheret.*

7. *Hoc genere mortis ad vitæ virtutes significantur: latitudo, bona opera, quibus proximis manus porrigendo per charitatem & longanimitatem, altitudo spei eorum exspectationem: lignum in terram defixum profundatem gratuitæ gratiæ.*

8 *Postremo hoc lignum respondet multis figuris, vt virga Moysis, &c.*

Veritas debet respondere figuræ, nō quantum ad omnia: hostiæ gladio, & igne necabantur, & loco ignis in hoc holocausto fuit Christi caritas.

Cum Damascenus ait, non debuisse passiones detestabiles assumere, intelligitur de his, quæ pertinent ad gratiam, scientiam, & virtutem: non de his, quæ ad corpus.

4 Concl. Christo dictum fuit. *Benedictus qui venit*, &c. assumpsit tamen maledictum, id est mortem, quæ dicitur maledicta ob peccatum, quia pro nostris peccatis pœnam passus est, 2. Cor. 5.

Art. 5. Vtrum Christus omnes passiones sustinuerit.

1. Concl. Hoc loco solum est sermo de passionibus ab extrinseco illatis: quia passiones ab intrinseco causatas, vt ægritudines, &c. non debuit pati.

2. Concl. Non oportuit Christum pati omnes passiones secundum speciem.

1. *Ioan. 19.* Non sunt fracta ei crura.

2. *Quia multæ passiones secundum speciem sibi contrariantur. Ergo.*

3 Concl. Secundum genus Christi passus est omnem passionem humanam.

1. *Ex parte eorum, a quibus homo patitur. Nam passus est a Iudæis, & gentibus: a masculis & fœminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrū, a principibus, a tyrannis & populoribus Psal. 2. a familiaribus & notis, vt a Iuda, & Petro.*

2. *Ex parte eorum, in quibus homo patitur: in amicis cum detrimento, in fama, honore, & gloria per irrisiones, & per blasphemias in vestibus quæ fuit spoliatus vestibus: in anima per tristitiam: & in corpore per vulnera.*

3. *Quantum ad corporis membra. In capite, manibus, pedibus, facie, & toto corpore. Secundum interiorem sensum, secundum vitam per singula: secundum exteriorem, quando mordebant, & de spinis: secundum ejulatum, quia in toto fuit; secundum passionem, quando ait sitio; secundum auditum, audiendo blasphemias.*

Hilarius intelligendus est, quoad omnia genera passionum, non quoad omnes species.

Quamvis exaltatus fuerit, quod habuerit omnem gratiam, non tamen fuit necesse, vt omnes passiones speciatim ferret; sed satis est, quod quantum ad magnitudinem magis passus fuerit: ex quibus declaratur locus Hier. 52. *Ecce innocens es. &c.*

Venit quidem liberare ab omni genere peccatorum: sed satis fuit, vt pateretur omnia genera passionū secundum conuenientiam.

Quia quamvis in anima passio fuisset fuisset.

Art. 6. Vtrum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

Dolor Christi tam exterior, qui causatur ex corporali nocuo, quam interior, qui causatur ex apprehentione nocumenti, fuit maximus inter dolores præsentis vitæ.

1. *Thren. 1.* Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.

2. *Obscuratus est color eius exterioris, ob effusionem corporis, qua fuit acerbissima, ob generalitatem passionis, vt est victum: ex genere passionis; quia cruces disparantur in partibus nervosis, & maxime sensibilibus ob pondus corporis pendentis, & doloris diuturnitatem. Delicta illorum causa fuerunt peccata omnia humani generis, pro quibus satisfaciebat. Isai 21.* Verba delictorum, &c. *Casus Iudæorum & aliorum in eius morte delinquentium, & discipulorum scandalum. Et amplius vita, quæ naturaliter est horribilis.*

3. *Considerantur in aguudo dolore ex parte patientis, secundum certas: erat enim optima complexionis, quæ fuit in tactu mollissimo, vigebant sensus secundum animam, quia vires interiores maxime apprehendebant.*

4. *Attenditur dolor ex tristitia, doloris puritate, quia non aliis bonis mitigatur dolor ex alia consideratione rationis, quæ redundat ad inferiores vt erat Christus cuius sit tum permissi agere quod est ibi præcium.*

5. *Ultimo considerantur dolor ex eo, quod passio Christo voluntarie fuit assumpta propter bonum liberationem, & ideo tantam quantitatem doloris assumpsit, quanta erat proportionata virtuti sanctæ, inde nascitur.*

Quod si qui martyres diutius passi fuerint, non probat magis passos fuisse, nisi secundum quid.

Licet in Christo fuerit perfecta mentis virtus, quæ dolorem mitigaret, tamen dolorem exteriorem nō mitigabat recte quia talis dolor non obediit rationi, interiorem mitigat ex redundantia in vires inferiores, quod non fuit in Christo. 1. Concl.

Animæ separatæ dolor est maior, cum pertineat ad alium vitam, cum quo non comparamus dolorem Christi. Et corpus Adam ante peccatum si fuisset passibile, minus passum esset, quam corpus Christi ob causas dictas. 4. Concl.

Non minus doluit, quod amiserit vitam statim recuperandam; quia non solū ob hanc causam tristatus est: & quia eius vita fuit tantæ dignitatis, vt magis deberet dolere de eius amissione ad horam, quam alij per quantumcunque tempus. *Ordinatis etiam meis, &c.* Studiosus enim diligit vitam suam, quo magis scit esse meliorem. 5. Concl. *Ier. 12. Arist 3. Ethic. c. 9.*

Innocentia patientis minuit dolorē, quantum ad numerum, quia solum de pœna, non de culpa dolet: qui tamen dolor augetur ex innocentia; quia iniuste patitur; cui si alij rō comparantur, sunt reprehensibiles. Isa. 57. *Ludite, &c.* 6. Concl.

Minimus quidem dolor sufficisset, sed alij non sunt frustra, quia non solum potestate, sed etiam iustitia voluit nos redimere: vnde non solum attenditur quantitas ex vi naturæ diuinæ, sed etiam humanæ. 7. Concl.

Art. 7. Vtrum Christus passus fuerit secundum totam animam.

Totum dicitur ratione partium: animæ vero partes sunt potentiæ. Quare animam totam pati potest intelligi, vel quantum ad totam essentiam, vel quantum ad omnes potentias: quæ vel patiuntur propriè, cum patiuntur à suo obiecto, vt visus a colore, vel ratione subiecti, in quo sunt, cum subiectum patitur. 1. Concl.

Tota anima Christi passa est ratione suæ essentiæ. 2. Concl.

Nam tota essentia animæ vnitur toti corpori, quia est tota in toto, & tota in qualibet parte. Ergo corpore patiente & dissipato ad separationem ab anima, tota anima patiebatur.

Si intelligamus totam animam secundum omnes potentias inferiores, patiebatur passionibus propriis illarum potentiarum. 3. Conc.

Quoniam in singulis viribus inferioribus, quæ

circa

tur ea tempestate, vt verisimile inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris, vt ar. 5. dictum est

4. Concl. Ratio superior ex parte sui obiecti, i. Dei in Christo non patiebatur.

Quia Deus non erat anima Christo causa doloris, sed delectationis & gaudij.

5. Concl. Omne potentiæ animæ Christi patiebantur ex parte subiecti,

Quoniam omnes radicantur in eius essentia, qua patiebatur; ad quam pertinet corporis passio, cum anima sit eius actus. Vnde ps. 87. ex persona Christi dicitur. Repleta est malis anima mea, *id est doloribus, aut Glos.*

† 6. Concl. Licet intellectus non sit corporis actus, essentia tamen animæ, in qua radicantur potentiæ est actus corporis, & sic potest pati.

7. Concl. Ad secundum patet ex conclusione: procedit enim ex parte proprij obiecti.

7. Concl. Passio dicitur perfecta in nobis, cum dolor peruenit ad immutandam rationem ad rectitudinem actus: sic fuit ac hoc modo passio sensitiua non fuit in Christo, nisi ex parte subiecti, quia non venit ad rationem.

9. Concl. Intellectus speculatiuus non potest habere tristitiam ex parte subiecti, ex se cõsiderati; potest tamen ad ipsum pertinere dolor, vel causa doloris, modo iam dicto.

Art. 8. Vtrum tota anima Christi in passione frueretur fruitione beata.

1. Concl. Tota anima Christi secundum essentiam in passione; fruebatur fruitione beata,

l. 3. c. 15. *1. Ex Damasc. qui ait permisisse carni pati, quæ propria. Ergo pari ratione cum proprium esset animæ Christi, prout erat beata frui, passio eius fruitionem non impedicbat.*

2. Anima est subiectum superioris partis, cuius est frui. Ergo vt passio tribuitur parti superiori ratione essentiæ; ita fruitio tribuitur essentiæ ratione partis superioris.

2. Concl. Tota anima Christi ratione, siue totalitate potentiarum non fruebatur.

Non enim fruebatur directe, quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis animæ non per redundantiam gloriæ quia dum Christus erat viator, non fiebat redundantia gloriæ à parte superiore in inferiorem, nec ab anima in corpus,

3. Concl. Superior pars animæ proprio actu fruebatur Christo patiente: quia non impedicbatur à parte inferiore.

† 4. Conc. Gaudium fruitionis non contrariatur directe dolori passionis, quia non sunt de eodẽ: & fruitio pertinet ad partem superiorem secundum proprium actum, dolor verò ad inferiorem secundum proprium subiectum. Ad essentiam animæ pertinet dolor ex parte corporis, cuius est forma; gaudium fruitionis ex parte potentiæ, cui subijcitur.

5. Concl. Tristitia vehemens, ea Aristot. impedit quamcunque delectationem per redundantiam, sed hæc in Christo non fuit, vt est dictum.

6. Concl. Quod non omnes vires animæ attingant Deum: vnde oritur delectatio: vnde probatur 2. concluſ.

Art. 9. Vtrum fuerit conueniens tempore passus.

1. Concl. Conuenienti tempore passio Christo celebrata est.

1. Ioan. 13. Sciens Iesus quia venit hora eius, &c

2. Passio Christi subiecta erat eius voluntati. Ergo conueniens, &c quia voluntas eius regebatur a diuina sapientia, quæ omnia conuenienter disponit.

3. Omnia proprijs locis, & temporibus, ait Aug. gessit Saluator. Sap. 7.

† 2. Con. cap 26. Mar. 14. Luc. 22. Non est passus 14. die.

Quia, vt ait Mat. prima die azymorum erat parasceue Paschæ. aliqui, vt saluent Ioan. dicunt Iudæos distulisse Pascha in crastinum, occupati in morte Christi; sed est contra Mar. qui ait quando Paschæ immolabant. Ergo simul celebrauit ne videretur transgressor. Quia vero solennitas incipiebat à vesperis 14. die quando manducabatur agnus, Ioan. 13. appellat ante festum Paschæ. Mat. primâ azymorum Quando Ioan. ait quod non intrarunt cohortes Paschæ non sumitur pro agno, sed pro pane azymo, qui debat comedi cum illo. Sap. 15.

3. Concl. Illud de hora quasi sexta, & tertia hora passus est, sed hora tertia clamauerunt Iudæi vt Christus crucifigeretur. Alij dicunt esse mendum scriptoris qui posuit vnam numeri figuram pro altera.

4. Concl. In æquinoctio reparauit mundum in quo etiam mundum creauit: quando dies superat noctem exercet; quia per passionem ab tenebris ad lucem it ur: & hora sexta: quia tũc exaltatur Sol quolibet die.

5 Concl. Passus est in iuuenili ætate, vt maiorem dilectionem ostenderet: & quia non conueniebat, vt in eo appareret naturæ diminutio: vt in hac ætate moriens, ætatem resurgentium demonstraret.

Art. 10. Vtrum Christus fuerit conueniens loco passus.

Christus conueniens in loco passus est.

1. *Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Ierusalem. Sed Christus fuit propheta, Ergo.*

2. *Omnia tempora & loca sunt in manu eius, Ergo, vt conueniens tempore passus est, ita & conueniens loco, ex Aug.*

Quamuis passus sit secundum carnem quæ concepta est in Bethleem: tamen conuenienter passus est in Ierusalem.

1. *Quia erat totum ad sacrificia offerenda.*

2. *In medio terræ, ad cuius paries virtus Christi erat diffundenda, Psal. 73. Deus autem, &c. Hoc congruebat conueniebat humilitati eius.*

3. *Vt offenderet totam iniquitatem occidentium ortam esse a principibus Iudæorum, Act. 4.*

Non in ciuitate: sed extra portam passus est.

1. *Vt responderet figuræ tituli & hirci, qua animalia in lo. eius sacrificia extra castra offerebantur.*

2. *Vt doceret exeundum esse à mundana conuersatione.*

3. *Vt ostenderet se non pro illa tantum gente obtulisse.*

Caluariæ, id est de collatorum loco passus est: vt vbi fuerat ara damnatorum ibi esset vexillum martyrij: & vt tollenderetur hæreditas omnium peccatorum.

Art. 11. Vtrum conueniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

Secundum intentionem Iudæorum Christus crucifixus est inter duos latrones, vt eorum suspitionis fieret particeps sed non ita accidit, quia de illis nihil dicitur huius vero crux honorabatur. & reges ea semota ponentes, Christi crucem sumpsit, &c.

Secundum Dei ordinationem Christus conuenienter inter latrones crucifixus est.

1. *Quia hoc fuit per Isaiam prophetatum.*

2. *Vt, sicut pro nobis factus est maledictum, ita quasi noxius inter noxios pateretur.*

3. *Vt repræsentaretur iudicij forma, vbi alij saluabuntur, alij damnabuntur. Crux est celebris tribunal, & Christus iudex.*

4. *Vt ostenderet se omnes vocare, scil. fideles, & infideles.*

5. *Vt significarentur ij, qui pro Christo, velut duo latrones in natura vitia pugnant: quorum alij propter gloriam æternam, alij propter mundanam, mouent.*

Iustus non cum iniquitate non participet, sed Christus voluit cum iniquis deputari, vt iniquitatem destrueret.

Non fuit conueniens, vt alius cum Christo pateretur ob eandem causam, cum vnus pro omnibus peccatoribus deberet pati, & quia omnes alij erant peccatores.

Cum Matthæus ait, *latrones improperabant ei*: vsus est numero multitudinis, pro singulari.

Art. 12. Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

Passio Christi attribuenda est supposito diuino, non ratione naturæ diuinæ, sed humanæ.

1. *Ex Athan. Natura Dei manens verbum est impassibile. Ergo.*

2. *Vnio naturæ humanæ, & diuinæ facta est in persona, salua vtriusque naturæ proprietate, Ergo. &c.*

3. *Ex Cyrillo in epist. synodali. si quis non confitetur Dei verbum passum in carne, &c.*

Dominus gloriæ dicitur passus, non vt gloriæ Dominus, sed vt homo passibilis.

Licet mors Christi ad diuinitatem non pertineat, tamen fuit fructifera propter vnionem naturæ humanæ ad personam diuinam. Et sic mors Christi facta est mors Dei.

Iudæi puniti sunt grauissime tanquam homicidæ Dei, quia non purum hominem crucifixerunt: vt si quis cartham frangeret, in qua esset verbum principis.

Quæstio 47. De causa efficiente passionis Christi.

Art. 1. Vtrum Christus fuerit ab alio occisus, an à seipso.

CHristus non fuit causa suæ mortis directe, sed eius persecutores.

1. *Luc. 18. Postquam flagellauerint, occident eum.*

2. *Quia persecutores ex intentione occidendi intulerunt causam sufficientem: ex qua subsequutus est effectus, Ergo.*

Christus fuit causa suæ passionis, indirecte, non prohibendo, cum posset. Primum potuit impedire aduersarios reprimendo, ne vellent aut possent ipsum interficere: Deinde eius spiritus vim habebat conteruandi carnis naturam ab omni læsiuo, cum esset Deo coniuncta, vt ait Aug.

Cum dixit, *nemo tollit animam meam*, intellige, me inuito..

Quod statim magna voce misericordiam spiritum,

non

1. Concl.

† 2. Concl. Vasq. in 3. part. q. 55.

3 Concl. Thom. 3. p. q. 46. art. 6.

2. Concl.

1 Concl.

2 Concl. Cor. hic & in Matt. & p. 53.

3. Concl.

4. Concl.

5. Concl.

Epist. ad Epict.

Con. Ephes. can. 12.

† 2 Concl. 1. Cor. 2.

3. Concl.

4. Concl. Ser. quoda Conc. Ephes.

1. Concl.

2. Concl. lib. 4. de trin. c. 13.

† 3. Concl.

4. Concl.

non probatur occidisse seipsum, quod qui occiduntur ab aliis paulatim moriantur, sed quod non moriebatur per violentiam; quod computatur inter alia miracula, quod scil. tantum spiritum conseruare potuerit: ex quo Centurio induxit, eum esse Dei filium. Vnde quando voluit, cessit nocumento illato.

Ioan. 10.

5. Concl. Simul violentiam passus est, & voluntarie mortuus est: quæ violentia tantum præualuit, quantum voluit.

Art. 2. Vtrum Christus fuerit ex obedientia mortuus.

2. Concl. Conuenientissimum fuit, vt Christus ex obedientia pateretur.

1. Phil. 3. Factus obediens &c. ad mortem.

2. Primum conuenit, iustificatorem humanæ; vt sicut per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituantur multi. Deinde reconciliationi Dei ad homines, Rom. 5. prout mors Christi fuit sacrificium acceptum Deo, Eph 5 tradidit seipsum, &c. Obedientia autem omnibus sacrificiis præfertur. Ergo conueniens fuit, vt hoc sacrificium ex obedientia procederet. Demum eius victoria, qua de morte, & eius auctore triumphauit; melius enim non vincit, nisi duci pareat; & Nor obediens loquitur victorias.

Rom. 5.

2. Reg. 15.

Prou. 21.

† 2. Concl. Non est verum, Christum non accepisse mandatũ de morte, vt patet Ioan. 10. Et quia lex in morte Christi consummata est, patiendo, omnia legis præcepta seruauit Moralia, quæ in caritate fundantur, prout ex dilectione passus est. Cæremonialia offerendo se, ad cuius sacrificium antiqua ordinabantur. Col. 2. *Nemo vos, &c.* Iudicialia, quia satisfecit pro aliis, dum quæ non rapuit, exsoluit.

Ioan. 14.

Gal. 2.

Psal 68.

3. Concl. Quamuis obedientia importet necessitatem respectu eius, qui præcipit; est tamen libera respectu impletionis, Matth. 26. *Si non potest transire, libam.*

4. Concl. Passus etiam est ex caritate, quæ virtus est excellentior, quia præcepta caritatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione.

Artic. 3. Vtrum Deus pater tradiderit Christum passioni.

5. Concl. Deus pater tradidit Christum passioni.

Rom. 8 *Proprio filio suo non pepercit Deus, sed Paul. sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

2. Concl. Tradidit autem secundum tria.

Isai. 43. 1. Prout sua voluntate præordinauit Christi passionem ad humani generis liberationem: *Dominus posuit in eo, &c.*

2. Prout ei inspirauit voluntatem patiendi, dando ei caritatem. *Oblatus enim est, quia ipse voluit.*

3. Non protegendo eum à passione; sed exponendo persecutionibus, Matth. 27. *Vt quid dereliquisti me*, scil. quia potestati persequentium eum exposuit.

† 3. Con. Tradere innocentem contra eius voluntatem est impium; sed Deus tradidit, Christum inspirando ei voluntatem patiendi: vnde simul seueritas, & misericordia Dei apparent.

4. Concl. Christus, vt Deus tradidit se morti, ea voluntate qua pater; sed vt homo voluntate distincta: quare se tradidit, & traditus est ab alio.

5. Concl. Vituperantur omnes, qui tradiderunt Christum, non autem Pater, quia eadem actio diuersimode iudicatur, prout à diuersa radice procedit. Pater tradidit Christum, & Christus se, ex caritate; alii, vel timore, vel inuidia, & cupiditate.

Art. 4. Vtrum fuerit conueniens Christum pati a Gentibus.

1. Concl. Conueniens fuit, vt Christus à Iudæis pati inciperet, & postea Iudæis tradentibus per manus Gentium, eius passio finiretur.

1. Matth. 20 Tradent eum gentibus ad illudendum, &c

2 Quoniam conuenienter effectus passionis, præfiguratus est in modo passionis. Sed passio primo habuit effectum in Iudæis. Act. 2. & 4. deinde à Iudæis transiuit ad gentes. Ergo.

† 2. Conc. Ex abundantia caritatis veniam persecutoribus postulauit: ideo, vt huius petitionis fructus, ad vtrunque populum peruenirent, voluit ab vtroque pati.

3. Concl. Quamuis vetera sacrificia, quæ fuerunt figura huius, à solis Iudæis offerrentur: tamen passio Christi, vt erat à persecutoribus, non erat sacrificium, sed peccatum grauissimum.

4. Concl. Etsi Christus videretur facere contra legem Iudæorum, non proinde eis licebat eum punire, quia erant sub potestate Romanorum. Ideo dixerunt, Nobis non licet interficere quenquam.

Art. 3. Vtrum Christi persecutores eum cognouerint.

1 Concl. Maiores Iudæorum, qui dicebantur eorum principes, cognouerunt Christum esse Messiam in lege promissum, sicuti & dæmones.

Quoniam omnia signa videbant in eo, quæ prophetæ futura dixerunt.

1. Conc. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant.

Nam, si eam cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.

3. Concl. Hæc ignorantia excusauit eos a crimine.

Quia fuit quoda modo affectata, cum viderent signa diuinitatis in eis, quæ ex odio & inuidia pertinebant. Vnde Ioan. 15. Si non venissem, &c. Et si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit.

4. Concl. Minores, id est, populares, qui mysteria scripturæ non norant, nō cognouerunt ipsum esse, vel filium Dei, vel Messiam: & licet aliqui in eum crediderint obsignorum multitudinem, multitudo tamen non credidit. Fuerunt autem per Principes eorum seducti, vt patet. Actor 3. *Scio quia per ignorantiam, &c.*

† 5. Concl. Matth. 21. *agricolæ, qui videntes filium dixerunt. Hic est hæres*, sunt Principes Iudæorum, qui cognoscebant eum.

6. Concl. Illud Ioan. 15. vbi dicitur *eos vidisse & propterea cognouisse*, probat eos cognouisse, sed quia etiam oderunt, vt ibidem dicitur, ex odio cognoscere noluisse, tanquā filium Dei.

7 Concl. Ignorantia affectata non excusat: ideo non solum peccarunt occidendo hominem, sed etiam filium Dei.

Art. 6. Vtrum peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

Peccatum Principum Iudæorum fuit grauissimum ex genere peccati, & ex malitia voluntaris.

1. Concl. *Qui isti cognouerunt Christum; & si qua fuit in eis ignorantia, fuit affectata.*

2. Concl. Minores Iudæi grauissime peccarunt ex genere peccati: sed eorum peccatum minuebatur ex ignorantia: Vnde Beda, Zelum habentes, sed non secundum scientiam.

Luc 23.

3. Concl. Peccatum gentilium fuit multo magis excusabile: quia legis scientiam non habebant.

† 4 Concl. Excusario Domini, cū dixit, *quia nescient*, &c. non refertur ad Principes, sed ad minores de populo.

5. Concl. Dixit Christus, maius esse peccatum tradentis, quam Pilati, qui eum crucifigendum tradidit, *quia Pilatus ex timore, Iudæa ex cupiditate tradidit*: principes autem ex odio, & seruili ex imperio.

Ioan. 19.

6. Concl. Christus voluit passionem, quatenus Deus eam voluit: sed non quatenus erat actus Iudæorum: ideo non excusatur ab iniuria.

Et qui occidit, non solum occisō, sed etiam tempus iniuriam facit.

Quæstio 48. De modo passionis Christi, quantum ad effectu.

Art. 1. Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

1. Concl. CHristus per suam passionem, non solum sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

1. Hoc docet Aug. in Ioan. Tract. 104

2. Christo data est gratia, non solum vt singulari persona, sed vt esset caput ecclesiæ, vt redundaret in alios, & tantum opera tam actiue, quam passiue sua membra sibi habent vt opera alterius hominis ipsi ad ipsum. Ergo Christus per suam, & quemlibet quicunq; est in gratia constitutus, propter iustitiam patitur, & sibi meretur, Matth. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur.

† 2. Concl. Passio, vt sic, non est meritoria, quia habet principium ab exteriore: vt autem quis voluntarie patitur habet principium ab interiore, & sic est meritoria.

3. Concl. Christus a principio conceptionis meruit nobis salutem: sed ex parte nostra erant quædam impedimenta, quibus impediebamur consequi effectū præcedentium meritorum, ad quæ remouenda oportuit Christum pati.

q. 48. art. 3 4 Concl. Passio habuit quosdam effectus, quos non habuerunt præcedentia merita, non propter maiorem caritatem, sed propter genus operis, quod erat conueniens tali effectui, propter rationes allatas de conuenientia passionis.

Art. 2. Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum satisfactionis

1. Concl. Passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans, satisfactio fuit pro peccatis humani generis.

1. Psal. 68. in persona Christi dicitur: quæ non rapui, tunc exolubam. Et ad non exhibet qui non perfecte satisfacit. Er 2.

2. Ille proprie satisfacit effectu, qui illi exhibet, id quod aliquis vult a se, vt diuinam recipiat offensam. Sed Christus patiendo hoc magis exhibuit, quam exigere exigentia operis humani generis, in ordine magni amoris caritatis, quo patiebatur: tantum enim unus homo, qui pro satisfaciendo patitur, quantum omnes homines. Et Deus tum ob magnitudinem amoris, & generalitatem passionis. Ego sum Ioannes, &c. ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. 1. Ioan. 1.

Capu

† 2. Concl. Caput & membra sunt vna persona mystica, & omnes homines, qui sunt vnum cattitate: & consequenter factio exterioris, ad eã faciendam potuerat vtuntur instrumento, vt fabricatore & fabricato, qui non peccat.

. Concl. Quamuis maxima fuerit offensa in passione Christi; tamen maior fuit caritas patientis, quam iniquitas crucifigentium; & ideo plus satisfecit, quam illi offenderint: vnde etiam pro illis satisfecit.

5. Concl. Passus est quidem secundum carnem, cuius dignitas æstimanda est secundum personam assumentem: & quia erat caro Dei, potuit satisfacere offensæ factæ Deo.

Art. 3. Vtrum passio Christi operata sit per modum sacrificii.

Passio Christi fuit verum sacrificium.

1. ad Ephes 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam, &c.

2. Quod Deo in honorem propriè sibi debitum offertur ad ipsum placandum, est sacrificium, vt patet ex Aug. qui sacrificium vocat opus, quod agitur ex caritate, vt caritate cum hærentes Deo, &c. Sed passio Christi est huiusmodi; quia Christus sustinuit in passione pro nobis ex caritate, & ex caritate, quia fuit maximè accepta Deo Ergo

Lib 10 de ciu. cap. 6.

2. Concl. Hoc sacrificium fuit excellens sacrificium.

1. Quia omnia sacrificia præfigurabantur in illo; ac si res vna multis verbis indicetur.

2. Quia in hoc sacrificio id cui offertur, id quo offertur, pro quo offertur, si pro corpore mystico, & quod offertur in vnum conueniunt, qui est ipse Christus.

† 3. Concl. Quamuis in antiquis sacrificiis non offerretur caro humana, tamen quia figura non debet in omnibus esse similis, præsertim quod sacrificium Christi est perfectissimum: conueniens figura fuit caro animalium: & conuenienter caro humana pro homine offertur, & in sacramento sumitur.

. Concl. Passio Christi aliquid significauit, s. aliquid obtinendum a nobis, vt patet 1. Pet. 4. *Vt castimonia cognitione, &c.*

5. Concl. Ex parte occidentium fuit maleficium: ex parte Christi, qui se obtulit, fuit sacrificium. Quæ Christus obtulit sacrificium, non illi qui occiderunt.

Artic. 4. Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

1. Concl. Passio Christi est nostra redemptio, vel operata est salutem, per modum redemptionis.

1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, ait Petrus, &c.*

2. Passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccato, & reatu, quæ generi humano, huic enim debebatur obligatio erat, scilicet eatum quia quispeccat seruus est peccati, & pœnæ reatum incurrit Ergo fuit quasi precium quoddam, quo liberati sumus ab vtraq; obligatione; satisfactio enim habet rationem pretii redemptionis, vt patet. Peccatum autem eleemosynis redimitur Christus autem fuit non dans pecuniam sed seipsum, quod fuit quid maius non.

Dan. 4.

Homo dicitur esse Dei dupliciter, vel vt subiicitur eius potestati, vel per vnionem caritatis, & hoc modo desinit esse Dei, per peccatum: & vt liberatur à peccato, dicitur redemptus.

† 2. Concl.

Homo propter peccatum, ratione culpæ erat factus seruus diaboli, Deo permittente: ratione pœnæ erat Deo obligatus; vt iudici. Licet ergo iniuste dæmon teneret hominem, quantum ad culpam, & pœnam fraudolosè decipiens: tamen iustum erat Deo permittente, quoad culpam, & ordinate quoad pœnam; ideo per respectum ad Deum iustitia requirebat, vt liberatur.

3. Concl.

In hac redemptione non datur pretium dæmoni possidenti, sed Deo, cui Christus obtulit sanguinem; quia non iuste detinebat, nisi in ordine ad Deum.

Art. 5. Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

1. Concl. Esse immediate redemptorem, proprium est Christi, inquantum est homo.

1. Galat 3. Christus nos redemit de maledicto, factus pro nobis maledictum. Sed solus ipse factus est maledictum Ergo.

2. Actus solutionis, & pretium soluendum immediate pertinent ad Christum, vt est homo; quia pretium nostræ redemptionis, est vita corporis Christi, quam ipse obtulit. Ergo ad hoc ut aliquis redimat requiritur vt ipse, & de suo soluat; alias enim Deus non redimeret, vel magis alius, quam ipse pretium redimeret.

2. Concl. Nostra redemptio potest attribui toti Trinitati, vt primæ causæ.

Quia cum erat Filii Christi, vt primo auctori, & Christo inspirante, vt pro nobis pateretur.

† 3 Concl. Psal 30. 4. Concl. Psal. 1, 0. 5 Concl. Concil. 2.

Illud, *Reconciliauit Deo*, probat 2. conclus. quod Deus remote redemerit.

Sic etiam illud, Redemptionem misit Christus: immediate soluit, sed de mandato Patris.

Sancti dicuntur per passiones adimplere, quæ desunt passionum Christi, non per modum redemptionis, sed exempli, & exhortationis.

Artic. 6. Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum efficientiæ.

Causa efficiens principalis nostræ salutis est Deus.

Passio Christi est causa efficiens instrumentalis nostræ salutis.

1. *Verbum crucis, ex Paulo, his qui salui fiunt est virtus Dei. Sed virtus Dei efficienter operatur nostram salutem. Ergo & passio.*

2. *Christi humanitas est diuinitatis instrumentum. Ergo omnes eius actiones, & passiones operantur instrumentaliter virtute deitatis ad salutem humanam.*

Christi passio relata ad carnem, congruit infirmitati assumptæ: relata vero ad diuinitatem consequitur ex ea infinitam virtutem.

1. Cor. 1. *Quod infirmum est, &c.*

Agens corporale non agit, nisi per contactum, sed passio, quæ est corporalis, habet spiritualem virtutem ex diuinitate vnita; & ita per spiritualem contactum operatur, scilicet per fidē: & ideo potest se extendere ad omnes.

Passio operatur per modum meriti, & efficientiæ, sed diuersa ratione: per efficientiam comparata ad diuinitatem, per meritum cōparata ad voluntatem Christi: vt vero consideratur in carne Christi per modum satisfactionis, prout per eam liberamur à reatu pœnæ: per modum vero redemptionis, vt liberamur à seruitute culpæ: & per modum sacrificii, vt per eam reconciliamur Deo.

Quæstio 49. De effectibus passionis Christi.

Art. 1. Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

PAssio Christi est propria causa remissionis peccatorum.

1. *Et lauit nos, ait Ioan. à peccatis nostris in sanguine suo.*

2. *Quoniam tribus modis causauit nostram salutem; primum per modum prouocationis ad caritatem, Rom. 5* commendat Deus, &c. *caritate autem consequimur veniam peccatorum, Luc. 7.* Dimissa sunt, &c. *Ergo: Deinde per modum redemptionis. nam cum sit caput nostrum per passionem suam quam ex caritate, & obedientia sustinuit, liberauit nos tanquam membra pretio sua passionis: vt si homo per manus liberaret se à pedibus comparatis. Postremo per modum efficientiæ, quatenus caro, secundum quam passus est, est instrumentum diuinitatis.*

Licet non sit passus, vt Deus: tamen caro per virtutem diuinam habet vim dimittendi peccata. † 2. Concl.

Quamuis passio sit corporalis, sortitur tamen quandam virtutem spiritualem ex diuinitate, secundum quam est causa remissionis peccatorum. 3. Concl.

Christus liberauit nos sua passione causaliter, 1. instituens causam nostræ salutis, qua liberati possumus à peccatis, etiā præteritis, & futuris, vt si medicus faciat medicinā, &c. 4. Concl.

Passio est causa vniuersalis nostræ salutis, quæ applicatur singulis per sacramenta: vnde non statim ea posita, sequitur effectus, nisi fiat applicatio. 5. Concl.

Etiam per fidem applicatur passio Christi: sed fides, qua liberamur à peccato, non est infirmis, & sic passio non solum quoad intellectum, sed etiam quoad affectum applicatur. 6. Concl.

Artic. 2. Vtrum per passionem Christi simus liberati a potestate diaboli.

In potestate, quam diabolus ante Christi passionem in homines exercebat, consideratur primum ex parte hominis, quod suo peccato meruerit tradi in potestatē diaboli, cui tentatione fuerat superatus: deinde ex parte Dei, qui offensus fuit ab homine, iuste eum reliquit potestati diaboli: postremo ex parte diaboli, qui sua peruersa voluntate hominem à consecutione salutis impediebat. 1. Concl.

Quantum ad primum, passio nos liberauit à potestate diaboli, in quantum fuit causa remissionis peccatorum: quantum ad secundum etiam, prout nos reconciliauit Deo: quantum ad tertium etiam, prout diabolus in passione Christi excessit modum potestatis sibi traditæ à Deo machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset sine peccato. 2 Concl.

Iustum enim est, ait Aug. vt libere dimittantur credentes in eum, quem sine illo debito occidit. Et Ioan. 12. *Princeps huius mundi eiicietur foras: & cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Ergo.* lib. 13. de trin. c. 14.

Ante passionē non sic dicitur habuisse potestatem, vt posset nocere, non permittente Deo; sed quia Deus iuste permittebat nocere eis, quos tentando ad suū consensum duxit † 3. Concl.

Etiam modo potest tentare; quoad animā; sed nunc sunt parata arma: antea vero per solam fidem passionis poterant homines resistere. Et quantum ad aliquid non liberabantur, vt si non descenderent in infernum, a quo nunc possunt virtute passionis liberati. 4. Concl.

Deus

5. Concl. Deus permittit diabolo posse decipere certis locis, & temporibus, & certas personas: semper tamen per passionem sunt parata remedia tuendi se, etiam tempore Antichristi, quando maxime suam potestatem exercebit.

Art. 3. Vtrum per passionem Christi homines liberati sint à pœna peccati.

1. Concl. Per passionem Christi liberati sumus à reatu pœnæ.

1. Isai. 53. Vere languores nostros ipse tulit, &c.

2. Quoniam duplici ter liberamur, primum directe, prout passio fuit sufficiens, & superabundans satisfactio, qua exhibita, tollitur reatus pœnæ: deinde indirecte, prout est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ.

† 2. Concl. Ideo damnati, qui erant in inferno, non sunt liberati à pœna.

Quia passio non potuit eis applicari per fidem, caritatem, & sacramenta.

3. Concl. Liberatis à peccatis per pœnitentiam imponitur pœna, non autem baptizatis, quia vt sortiamur effectum passionis, debemus configurari Christo, quod fit in baptismo, qui semel sumitur, quia semel Christus est mortuus, & ideo qui post ea peccant, debent configurari aliquid patiendo.

Rom. 6. 1. Pet. 3. 4. Concl. Post passionem remanet mors, quæ est pœna peccati, vt nos simus conformes Christo, qui prius accepit gratiam in anima, cum passibilitate corporis, per quam ad immortalitatem peruenit, ita nos prius percipimus in anima spiritum adoptionis, quo euadimus hæredes gloriæ immortalitatis, adhuc corpus passibile habentes, vt configurati passionibus Christi ad immortalitatem perueniamus.

Rom. 8.

Art. 4. Vtrum per passionem Christi simus Deo reconciliati.

1. Concl. Passio Christi est causa nostræ reconciliationis ad Deum.

1. Reconciliati sumus Deo, ait Paul per mortem filij eius.

2. Quoniam duplici ter nos reconciliat; primo quatenus remouet peccatum, quo homo fit inimicus Deo: aliquo modo vt est sacrificium acceptum Deo, est enim proprium sacrificij effectus, Deum placare: sicuti homo offensam accepiam remittit propter acceptum obsequium. Tantum ergo bonum fuit, quod Christus voluntarie passus est, vt propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus sit super omnes offensas humani generis quantum ad eos, qui Christo passo secundum modum dictum Deo coniunguntur.

Rom. 6. Sap. 4. Psal. 5. 1. Reg. 26.

† 2. Concl. Diligit Deus omnes quantum ad naturam, quam fecit, odit autem quantum ad culpam, &c.

3. Concl. Non dicitur ita nos per passionem Deo reconciliasse, quod de nouo Deus nos amare inceperit, sed quia per passionem sublata est odij causa: tum per ablutionem peccati, tum per recompensationem acceptabilem.

4. Concl. Maior fuit caritas Christi patientis, quam iniquitas occisorum, ideo magis valuit passio ad reconciliandum Deo totum humanum genus, quam ad prouocandum Deum ad iram.

Artic. 5. Vtrum Christus suapassione aperuerit nobis ianuam cœli.

1. Concl. Per passionem Christi aperta est ianua regni cœlestis.

1. Habemus fiduciam, ait Paulus, in introitu sanctorum, scilicet cœlestium in sanguine Christi.

2. Tollere peccata humana quoad culpam, & pœnam omnem, est aperire regni cœlorum ianuam, quia clausio regni cœlorum nihil aliud est, quam obstaculum peccati, quo impeditur à cœlo, Isai. 35. via illa &c. Ideo autem peccatum vel est commune totius naturæ, à primo homine contractum, quo impediebatur ingressus cœlorum, Gene. 3. vel proprium cuiuscunque personæ: At per passionem Christi liberati sumus à peccato communi quoad culpam, & pœnam ipso soluente pretium, & à propriis communicando per fidem & spem eius passioni, ad Heb. 9. Ergo.

Heb. 10.

† 2. Concl. Heb. 12. 3. *Ex figura, Num. 35.* homicida manebit ibi donec sacerdos magnus moriatur, &c.

Patres per propriam iustitiam non intrarunt regnum cœleste, quod est iustitiæ merces, sed id meruerunt per fidem passionis Christi, qua à peccato mundantur quantum ad propriam personam: nemo tamen per suâ iustitiam potuit remouere impedimentum totius naturæ.

3. Concl. Elias subleuatus est in cælum aereum, & Enoch in paradisum terrestrem, non in empyreum.

4 Reg. 2. 4. Concl. Licet sint aperti cæli in baptismo Christi ad significandum, quod aperitur baptizatis baptismate Christi, qui habet vim ex passione.

5 Concl. *Ascendit pandens iter ante nos*, Mich. 2. non quod per ascensum aperuerit, sed quia per ascensionem nos quasi in possessionem cœli introduxit, sed passione meruerat, vt aperiretur.

Art. 6. Vtrum Christus per suam passionem meruerit exaltari.

Christus per suam passionem meruit sibi suam exaltationem.

1. Philip. 2. Factus est obediens, &c. propter quod & Deus exaltauit illum.

2. Qui in sua voluntate se humiliat, & ex hoc meretur exaltari, Luc. 14. qui enim de sua voluntate sibi subtrahit, quod debebat habere meretur, vt ei plus sibi addatur, sicuti contra, iniqua voluntas meretur, vt sibi debita subtrahantur, vt qui furatur ouem reddat quatuor, meretur enim vt portat quandã iustitiæ æqualitatem. At Christus in sua passione humiliauit se infra suam dignitatem, quantum ad mortem, cui non erat subiectus, & quantũ ad locũ quia corpus in sepulchro fuit positum, & anima in inferno: & ad confusionem & opprobria, & quantum ad hoc, quod traditus fuit humanæ potestati. Ergo meruit exaltari secundum quod venit per resurrectionem secundo per assensum ascensionis, per consessum ad paternam dexteram: quarto per iudiciariam potestatem, Iob 36. causa tua, &c.

Principium merendi est anima, corpus vero est instrumentum, ideo perfectio animæ Christi non debuit acquiri per meritum, vt perfectio corporis, quod fuit passionibus subiectum.

Per priora merita Christus meruit exaltationem animæ, ex parte ipsius animæ: per passionem meruit exaltationem per quandam recompensationem ex parte corporis, quod passus est: & ita non meruit maiorem caritatem.

Dispensatione quadam factum est, ne gloria animæ Christi redundaret in corpus, vt honorabilius eius gloriam obtineret merendo: gloria animæ differri non debuit, quia immediate vniebatur Verbo, a quo debuit gloria replere non hoc corpus.

Quæstio 50. De morte Christi.

Art. 1. Vtrum fuerit conueniens Christum mori.

Conueniens fuit Christum mori.

1. Ioan. 10. Expedit vt vnus homo moriatur, quia ipse reddidit Caiphas.

2. Per mortem expedibat fuit ad satisfaciendum peccato Adæ oportere mortis admittere: deinde ad quod natura humana assumpta, quæ fuit infirmitatis, phantasma: postea, vt ostenderet, ad vitæ meritum liberationis sui, temporaliter mereretur, daret nobis exemplum, æternam expectare, &c. vt a mortem resurgendo, & mortem vita quæ est, quæ ortum, &c. & ab hoc quod dicit Act. 2. Christum &c.

Christus dicitur solus vitæ, quatenus est Deus, & sic non est mortuus, sed secundum quod homo: † 2. Concl. 1 Sal. 35.

Licet maior defectus sit mors, quam morbus, qui non fuit in Christo tamen quia non sustinuit mortem ex morbo proueniente, sed exterius illatam, cui se voluntarie obtulit: nihil est inconueniens. 3. Concl.

Vnum oppositum non perducit ad alterũ, per se sed per accidens: sic mors Christi perduxit nos ad vitam, mortem nostram destruendo: sicuti qui pro alio patitur, remouet ab eo pœnam. 4. Concl.

Art. 2. Vtrum in morte Christi fuit separata diuinitas à carne.

Caro Christi remansit vnita Verbo post mortem. 1. Concl. Rom. 13.

1. Quia sunt humanæ naturæ, non dicuntur de Verbo, nisi per vnionem. Sed de corpore mortuo dicitur esse sepulcrum, quod est conueniens ratione carnis. Ergo.

2. Donum per gratiam Dei concessum, nunquã reuocatur sine culpa, quia dona Dei sunt sine pœnitentia. Sed gratia vnionis, ex sua natura, est maius donum ac permanentius, quam gratia adoptionis, quia magis est esse Deum personaliter, quam esse sanctum: & illa non amittitur sine culpa, quia nulla fuit in Christo. Ergo vt ante mortem caro erat vnita Verbo, ita & post mortem.

3. Ex Damas.

Dicitur Christus à patre derelictus. † 2. Concl. ab. 5. c. 27.

Quia non protexit eum, sed passioni exposuit.

Caro dicitur vnita mediante anima, non quod anima sit quasi medium ligans, habet etiam caro ab anima, vt iterum sit vnibilis cum ea, vnde semper manet ordo vnionis.

Diuinitas non habet vim iustificandi formaliter, sed effectiue, vnde remota anima non est iustificatio. 3. Concl.

Artic. 3. Vtrum in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima.

In morte Christi non fuit separata diuinitas ab anima. 1. Concl. ub. 3. c. 27.

1. Damas. diuinitas inseparabilis ab vtrisque, i. à corpore & anima remansit

2. Verbum Dei non est separatum in morte a corpore. Ergo multo minus ab anima, quia anima est vnita Verbo immediatius, quam corpus. Ioan 10.

3. Ex Ysaia in quo canitur descendisse ad inferos, quod est communi ratione animæ.

Caro

† 2. Concl. Cato dicitur ponere & assumere animam, non virtute sua, sed verbi in ea habitantis.

3. Concl. Athan. dixit totum corpus fuisse reassumptum, quatenus eius partes iterum vnitæ sunt.

4. Concl. Vtper vnionem ad naturam humanã, Verbum non dicitur natura humana, sic per vnionem ad vtrunque, non dicitur anima, vel corpus sed habens animam, vel corpus.

5. Concl. In morte fuit vna hypostasis, quamuis corpus & anima sint separata.

Quia vtrumque remansit vnitum diuinæ personæ: vt ante.

Art. 4. Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

1. Concl. Dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter, & absolute loquendo, erroneum est.

1. Christi corpus in triduo nonerat vnitum. Ergo Christus non erat homo, quia remoto superiore, remouetur inferius.

2. Ad veritatem mortis hominis, & animalis pertinet, quod per mortem desinat esse homo, vel animal, mors enim hominis, & animalis prouenit ex separatione animæ, quæ completet esse hominem, vel animalis. Ergo dicere Christum in triduo, &c. quia asserere, id, quo tollitur veritas mortis Christi est error contra fidem est cum ea sit articulus fidei: *confirmatur ex epistola synodali Cyrilli.*

2. Concl. Conc. Ephes. 1. c. 12. Hugo Mag. Poterit dici, quod Christus in triduo fuit homo mortuus. Vnde quidam non bene dixerunt Christum in triduo fuisse hominem existimando animam esse hominem, vel quod vnio animæ & corporis non sit de ratione hominis.

† 3. Concl. Verbum suscepit animam, & carnem vnitam, ideo illa susceptio, fecit eum hominem: & licet non cessauerit susceptio, cessauit tamen in morte partium vnio.

4. Concl. Homo dicitur esse suus intellectus nõ quod intellectus sit totus homo: sed quia est præcipua hominis pars, vt si rector dicatur tota ciuitas.

1. Concl. Arist 9. Eth c. 4. Est. sacerdotem conuenit homini ratione animæ, in qua est character ordinis, ideo per mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem: vnde eo tempore Christus fuit sacerdos.

Art. 5. Vtrum fuerit idem numero corpus Christi vnitum & mortuum.

1. Concl. Corpus Christi viuum & mortuum, fuit idem numero simpliciter, absolute, & nullo addito.

1. Ex Athan. dicente idem corpus suscitatum fixum, & sepultum in sepulchro. Epist. ad Epict.

2 Illud corpus est idem numero simpliciter, quod est supposito idem Christi corpus viuum, & mortuum, erat idem supposito. Ergo.

2. Concl. Corpus Christi viuum, & mortuum non fuit idem numero simpliciter, id est omnino, vel totaliter. 15. q. 1. ca. quidem.

1. Quia Situs est quid intrinsecum corpori Christi. Ergo remota vita, non remanet totaliter idem.

2. Si totaliter idem remansisset, non fuit mortuum, quod est contra Catholicorum fidei articulum. lib. 3 c. 28.

† 3 Concl. Corpus alterius hominis non remanet vnitum alicui hypostasi permanenti, ideo non est idem simpliciter, sed secundum quid, id est ratione materiæ.

4 Concl. Idem numero dicitur aliquid, secundũ suppositum, idem specie secundum formam, & hoc modo non remansit vnum.

5. Concl. Mors non competit Christo ratione suppositi secundum quod attenditur vnitas. sed ratione humanæ naturæ, cui vita, & mors competit.

Art. 6. Vtrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

1. Concl. Mors Christi in fieri, quæ est cum per passionem venditur in mortem, est eadem cũ ipsius passione, & ideo hoc modo est causa nostræ salutis, sicuti & passio.

3. Concl. Mors Christi in facto esse, id est factam separationem secundum quẽ modum de ea loquimur, non potest esse causa nostræ salutis per modum meriti, sed per modum efficientiæ.

Quamuis per mortem diuinitas non fuerit separata a carne Christi. Ergo quidquid accidit circa carnem Christi, tamen separata, fuit nobis salutiferum, & causativum vitæ.

5. Concl. Mors Christi operata est ad diuinitatem vtriusque mortis nostræ, animæ & corporis.

Quemadmodum esset vtilius corpus impassibile, secundum suam naturam carnis, & quamuis Christus sua priuatione propria vitæ, ideo magis, & vtilius operatus est, quamuis ea quæ sunt extrinseca animæ, & corpori: præterquam quod mors diuini hostis efficacius destruitur. 2. Rom. 4. Ivitrum ca. 3. *Ibidem est, & mors carnis vestræ. Ibidem 5. dicitur esse mors nostra. Vita nostra Christus, ait Aug. fecit corporalis mortis in nobis mortificationem, in eis qui credunt in ipsum.*

† 4. Concl. Mors Christi non fuit sola ratione meritorij, quæ est quædam priuatio, sed virtute diuinitatis vnitæ nostram salutem operata est

In

5. Concl. In facto esse operata est per modum efficientiæ, vt est dictum.

6. Concl. Mors Christi corporalis potuit esse causa mortis spiritualis, vt erat instrumentum diuinitatis.

Quæstio 51. De sepultura Christi.

Artic. 1. Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.

1. Concl. COnueniens fuit Christum sepeliri.

1. *Mat. 26 Opus bonum operata est, &c. ad sepeliendum.*

Mar. 15. 2. *Primum, fuit conueniens ad probandã veritatem mortis, quia non ponitur aliquis in sepulchro, nisi de veritate mortis constet, deinde ex eo, quod ex sepulchro resurrexit, datur spes resurgendi his, qui sunt in sepulchro Postremo, ad exemplum eorum, qui per Christi mortem spiritualiter moriuntur peccatis, qui absconduntur à perturbatione hominum, Col. 3. Mortui estis, &c. & ita baptizati quasi consepeliuntur Christo.*

Ioan. 5. 2. Concl. Christus sepultus inter mortuos se liberũ esse fatetur, quod per inclusionem in sepulchro, non impeditus fuerit à resurrectione.

Rom. 6. Vt mors efficienter operata est nostram salutem ita, etiam eius sepultura: vnde Hiero. Psal. 87. sepultura Christi resurgimus, profuit igitur nobis.

3. Concl. Deo sepeliri non est inconueniens secundum carnem: & quæ saluant hominem, non faciunt iniuriam Deo.

4. Concl.

Art. 2. Vtrum conuenienti modo Christus fuerit sepultus.

1. Concl. Modus sepulturæ Christi fuit cõueniens.

1. *Isa. 11 Et erit sepulchrum eius gloriosum.*

2. *Tres sunt conuenientiæ, prima ad confirmãdam fidem mortis, & resurrectionis ipsius, secunda ad commendandam pietatem eorum, qui sepelierunt: tertia, quæ intuitu ad mysterium, quo informantur, Christo consepeliuntur per mortem.*

† 2. Concl. Licet pallus sit morte turpissima tamen in sepultura honorifica consideratur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium honorifice sepelitur.

6. Concl. Quæ adhibita sunt in morte Christi, non fuerunt exemplum superfluitatis, quia admonemur, vt in his officijs morem gentis seruemus. Adde etiã quod aliquid significarit, myrrha enim, & aloes propter sui amaritudinem pœnitentiam designant.

4. Concl. Quia Christus sepultus fuit, secundum consuetudinem filius populi, docemur morem sepeliendi debere seruari. Myrrha, & aloes significant pœnitentiam, qua debemus Christum ab incorruptione seruare. Et adhibita sunt, vt Christi corpus conseruaretur: vnde docemur licere vti pretiosis ad sanandũ corpus: inuoluto in syndone honestatem designat, & simplicitatẽ in his rebus: vnde mos tegendi altaria panno lineo.

5. Concl. Omnia, quæ narrãtur de sepultura Christi, habent aliquam mysticam significationem, & cæt.

Art. 3. Vtrum corpus Christi in sepulchro fuerit in cineratum.

1. Concl. Non fuit conueniens corpus Christi putrefieri, aut quouis modo incinerari.

1. *Psa. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

2. *Putrefactio prouenit ex infirmitate illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in vnum. Ergo Christus, ne mors eius infirmitate naturæ adscriberetur, non debuit sicut vnum corpus qualitercunque corrumperetur, sed ad ostensionem virtutis voluit incorruptum permanere, quia eius mors non debuit esse ex infirmitate naturæ, sed voluntaria, & ideo non morbo, sed passione voluntaria suscepta mori voluit. Confirmatur ex Chrys. demonstratione aduersus gentes.*

† 2. Concl. Incineratio est pœna peccati, vt mors, sed eam pati noluit, quoniam fuisset in detrimẽtum salutis humanæ, quia non crederetur in eo fuisse virtutem diuinam: vnde Ps. 29. *quæ vtilitas in sanguine, id est, in passione, si descendero in corruptionem.*

3. Concl. Fuit quidem eiusdem conditionis cum nostris corporibus, quantum ad naturam, sed non quantum ad meritum putrefactionis, & virtutem.

4. Concl. Sepeliri voluit, vt daret spem resurgendi, ad quod non fuit necesse, vt in cineres resolueretur.

Quia qui potest ex sepulchro clauso, mortuos resurgere, etiam ex quibuscunque pulueribus poterit.

Art. 4. Vtrum Christus fuerit in sepulchro solum vna die, & duabus noctibus.

1. Concl. lib. 4 de tri. cap. 5. Conueniens fuit, vt Christus vna die, & duabus noctibus esset in sepulchro.

1. *Ex August. qui triginta sex horas in sepulchro fuisse ait.*

2. *Tempus quo Christus fuit in sepulchro, effectum mortis eius representat, qui effectus fuit liberatio à duplici morte, vt est dictum, quod si, mitigatur per duas noctes. & quia mors non ex pec-*

sed ex caritate: qua repræsentatur per vnum diem. Ergo conueniens, &c.

†2 Concl. Illud Matth 12. Tribus diebus, & tribus noctibus, intelligitur more scripturæ sumendo partem pro toto nam primus, & tertius dies secundum partem accipiuntur, & nox sequens ad tertium pertinet diem.

3. Concl. Greg. dixit, surrexisse media nocte id est iã transacta.

Hom. 21. Euan. *Surrexit enim in diluculo, in quo est aliquid lucis, & tenebrarum.*

4. Concl. In tantum lux in morte Christi prævaluit, quæ significatur per vnam diem, quod tenebras duarum noctium, id est, duplicis mortis nostræ remouit.

Quæstio 52. De descensu Christi ad inferos.

Art. 1. Vtrum fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.

1. Concl. Isa. 53. Conueniens fuit Christum ad inferos descendere.

1. *Ex symbolo, & ad Ephes. 4. Ex glossa.*

2. *Prima conuenientia, quia debebat portare nostras pœnas: inter quas non solum mors, sed etiam descensus ad inferos. Ergo, vt conueniens mortuus est, vt nos liberaret à morte, ita, &c. Vnde Ose. 13. ero mors tua inferne. Secunda, vt sic diabolo, deberet ab eo eripere victos, qui detinebantur in inferno, Ezech. 9. & ad Colos. 2. expolians principatus, &c. Tertia, vt sicut in terra potestatem ostendit viuendo, & moriendo, ita in inferno illum vincendo, & illuminando. Psal. 23. Attollite portas, exponens Glossa.*

†2. Concl. Nomen inferorum sonat in malum pœnæ: non autem culpæ: vnde decuit Christum eo descendere, non vt reus culpæ sed vt liberator pœnæ.

3. Concl. Quamuis passione nos liberauerit à culpa, & pœna, non propterea descensus fuit vanus, quia passio Christi est causa nostræ salutis, quasi vniuersalis quæ applicatur mortuis per descensum ad inferos, Zach. 9. *Eduxi vinctos, &c.*

4 Concl. Anima Christi non descendit motu, quo corpora, sed quo Angeli mouentur.

Art. 2. Vtrum Christus descenderit ad infernum damnatorum.

1. Concl. Christus secundum effectum in vnumquemque inferorum descendit: aliter tamen & aliter eos qui erant in inferno damnatorum, de sua incredulitate, & malitia confutauit: illis, qui in purgatorio detinebantur spem gloriæ consequendæ dedit: sanctis patribus, qui solo peccato originali in inferno detinebantur lumen æternæ gloriæ infudit.

2. Concl. Secundum essentiam anima Christi descendit solum ad locum, in quo iusti detinebantur.

1. *Non debuit descendere ad alia loca, in quibus sunt tenebræ, & nullus est ordo, cum ipse sit lux, quia nulla est conuentio inter tenebras, & lucem.*

2. *Vt eos, quos per gratiam interius visitabat secundum diuinitatem, visitaret etiam secundum animam, & locum.*

3. *Vt in vna parte inferni existens, in omnes eum suam diffunderet, & in vno terræ loco passus, totum mundum sua passione liberauit.*

†3. Concl. Eccles. 24. Illud, *Penetrabo omnes inferiores partes*, & illud Psal. 62. *Introibũt in inferiora*: intelliguntur secundum effectum, quomodo penetrauit ad omnes modo dicto.

4. Concl. Act. 2. Psal. 17. Prou. 13. Illud, *Suscitauit solutis doloribus inferni, qui sunt vbi est pœna sensus*, sic soluitur: Dolor est duplex alter de passione pœnæ, quã patimur, alter de dilatione speratæ gloriæ, vtrosque dolores Christus soluit descendendo ad infernum: primum præsentando à pœna, alterum gloriam præhendo.

5. Concl. 1. Pet. 13. Cum dicitur Christum liberasse eos, qui detenti erant in carcere, hoc est, in corpore mortali, vt exponit August. licet Ath. de his, qui erant in inferno intelligat.

6. Concl. August. dixit venisse in sinum Abrahæ, & in locum dolorum, non quatenus hic locus est liber à pœna sensibili, sed quatenus ibi erat priuatio gloriæ, quo modo erat locus inferni & pœnæ: nunc autem sinus Abrahæ est gloria beatorum.

7. Concl. Iob qui dixit, *in profundum inferni descendet anima mea*, liberatus fuit à Christo, sed vt exponit Gregor Superiora loca inferni profunda vocat: sicut aer respectu cœli, caliginosus infernus est.

Art. 3. Vtrum Christus fuerit totus in inferno.

1. Concl. Toto triduo mortis, totus Christus fuit in sepulchro, in inferno, & vbique.

1. *Totus fuit apud patrem, ait August. totus in terra, totus in inferno, &c.*

2. *In morte Christi, licet anima fuerit separata à corpore, neutrum tamen fuit separatum a persona filij Dei, Ergo: nam masculinum genus vel finitus ad personam, & neutrum ad naturam, persona autem erat vbique. Ergo.*

Corpus Christi non fuit in inferno, [illegible] est pars personæ increatæ, sed [illegible] præ: vnde non tollitur quin [illegible] inferno, licet non tot aliter.

3. Concl. Dicitur Christus totus, soluris partibus humanæ naturæ, totalitate personæ quæ non constituitur ex illis.

4. Concl. Cum dicitur aliquid esse totũ in loco, quia nihil eius est extra, intelligitur de his, quæ sunt circũscriptiue in loco: at persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter, quia est vbique, & continet omnia loca.

Art. 4. Vtrum Christus aliquam moram traxerit in inferno.

1. Concl. Credendum est animam Christi fuisse in inferno, quandiu corpus eius fuit in sepulchro.

1. Act. 2. Quem Deus suscitauit, & cat iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Ergo videtur manifeste in inferno vsque ad horam resurrectionis.

2. Sicut Christus, vt nostras pœnas susciperet, voluit corpus suum in sepulchro poni, ita animam ad infernum descendere, Ergo, vt corpus manserit per vnum diem. & duas noctes ad comprobandam veritate mortis in sepulchro, sic & anima in inferno, vt simul vtrunque ostenderetur.

† 2. Concl. Christus descendens, statim sanctos liberauit, non educendo, sed eos luce gloriæ illustrando.

3. Concl. Vectes inferni dicebantur impedimenta, quibus sancti impediebantur, ne de inferno exirent ob culpam primi parentis, quos statim Christus soluit: sed eos voluit ibi manere vsque ad diem resurrectionis.

4. Concl. Luc. 23. Illud. *Hodie eris mecum in paradiso*, intelligitur non de paradiso terrestri, sed spirituali, in quo sunt, qui diuina gloria perfruuntur. Vnde latro cum Christo in infernum descendit.

Artic. 5. Vtrum Christus descendens ad inferos, sanctos patres inde liberaucrit.

1. Concl. Christus descendens ad inferos sanctos patres inde liberauit.

1. Ex Aug. ser. 2. de resurrect. vbi hoc ait.

2. Per Christi passionem liberatum est genus humanum, & a peccato, & a reatu vtriusque pœnæ scilicet, & actualis. Ergo Christus descendens ad inferos absolut sanctos a reatu, qui erant exclusi a gloria: quia descendens ad inferos operatus est in virtute passionis, & pœna vtriusque peccati erat exclusio a gloria. Gen. 2. & 9. Ergo descendens ad inferos inde patres liberauit: quoniam propterea detinebantur ibi, quod eis ad vitam gloriæ, ob peccatum primi hominis, aditus gloriæ non pateret.

Epist. 99. *3. Ex Zach. 9. Tu quoque in sanguine. &c. & Col. 2.*

† 3. Concl. Dixit Aug. se non inuenisse quid Christus his partibus contulerit, quatenus non tollit eos a dolore sensibili, quem non patiebantur: contulit tamen quantum ad adeptionem gloriæ, soluens dolorem, quem patiebantur ob eius expectationem.

5. Concl. Isti patres dum viuebant per fidem liberati fuerunt a pœna, & a reatu peccati actualis, nõ a reatu peccati originalis.

6. Concl. Statim Christo mortem patiente anima eius descendit ad infernum, & hæc partialem fructum exhibuit: sed sancti qui ibi erant detenti non exierunt Christo quid inter eos cõmorante, cuius præsentia ad cumulum gloriæ pertinet.

Art. 6. Vtrum Christus aliquos damnatos ab inferis liberauerit.

7. Concl. Christus descendens ad inferos nullum damnatum ab inferno liberauit.

1. Ex glos. quæ ait improbes ibi reliquisse.

2. Christus descendens ad inferos operatus est virtute suæ passionis. Ergo passionis fructum, sicut illis contulit, qui fuerunt passionis continuo per fidem, & caritatem formatam, per hanc enim sola peccata tolluntur. Ergo.

damnati non consecuti liberationis fructum: nam vel erant infideles, & fidem passionis non habuerant: vel nullam habebant conformitatem ad caritatem Christi patientis. Ergo.

† 2. Concl. Congregati in inferno, visitati sunt a Christo, sed ad eorum confusionem.

3 Concl. Glossa ait liberasse eos, qui nullam misericordia refrigerabantur, quod intelligendum est, quantum ad refrigerium perfectæ liberationis per aduentum Christi.

4. Concl. Quod illi non fuerint liberati non fuit ob Christi impotentiam, sed ob ipsorum conditionem.

Art. 7. Vtrum qui cum originali decesserant, fuerint a Christo liberati.

1. Concl. Christus descendens ad inferos non liberauit pueros, qui cum peccato originali decesserant.

1. Christus est propitiator per fidem: Sed isti nullo modo fuerunt participes fidei Christi. Ergo

2. In solis illis Christi descensus liberationem effectum habuit, qui per fidem & caritatem passioni Christi coniungebantur, in cuius virtute descensus erat liberatorius. Sed qui non originali decesserant, nullo modo fuerant, coniuncti passioni Christi, nec per fidem propriam, quia non habuerunt vsum liberi arbitrij, nec per fidem patrum: & videtur aliquod

...ratum..., quia sic gens liberata a peccato. Ergo.

3. *Liberatio a...no est ad ipso ad gloriam, vt...in liberatione fuerit vñ patronus. Sed pueri...peccato non poterant ad gloriam admitti, ...vtem nullus admittitur nisi per gratiam, Rom...6. quam vis non habuerit. Ergo.*

† 2. Concl. Licet sancti adhuc reatu peccati originalis, vt repleret naturam, tenerentur: tamen erant liberati a culpa, & ideo erant capaces perfectæ liberationis.

5. Concl. Cum Paulus ait plures saluatos esse per Christum, non intelligas comparatiue, sed absolute: etsi diceret, gratia Christi abundauit in multos, sicuti, & peccatum Adæ peruenit ad multos: & vt peccatum Adæ peruenit ad eos, qui ex semen ab ipso deriuant, ita gratia Christi ad eos qui spirituali generatione eius membrorum facta sunt.

4. Concl. Descensus operatur per passionem sicuti & baptismus, qui cum fuerit exhibitus animabus post hanc vitam, vbi non sunt capaces tranmutationis, ideo non habuit effectum in illis, vt habet baptismus in hac vita.

Art. 8. Vtrum Christus suo descensu liberauerit animas à purgatorio.

1. Concl. Illi qui fuerunt tales, quales nunc sunt qui in purgatorio detinentur, non fuerunt a purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos.

1. *Ex Gre. qui ait Dominum nonpati nos ire, vnde alios liberauit. Sed patitur ire ad purgatorium. Ergo.*

2. *Postio Christo non habet transitoriam virtutem, sed æternam, ad Heb. 10. Ergo tunc maiore efficaciã, quam nunc hab. 1. Ergo nam descensus ad inferos operatur virtute passionis.*

2. Concl. Si qui inuenti sunt tales, quales etiam nunc virtute passionis Christi a purgatorio liberatur, nihil prohibet per descensum Christi liberatos fe.

† 3. Concl. Qui tunc pœnas persoluerãt, liberati fuerunt: & illi qui deuotionem, & fidem habuerunt, dum viuerent, in mortem Christi, qui in vita meruerunt, vt Christo ad inferos descendente à temporali pœna liberarentur.

4. Concl. Sacramenta operantur per modum sanitatis, & expiationis: & Eucharistia liberat à purgatorio, vt sacrificium satisfactorium pro peccatis: Descensus vero non fuit satisfactorius, nisi ratione passionis, quæ in generali fuit satisfactoria, & ideo debet applicari. Vnde non fuit necesse, vt omnes per descensum liberarentur.

Cum Christus liberauit aliquem à defectu in vita rotum hominem liberabat, vt ait Aug. quia talis liberatio erat personalis: at exclusio a gloria erat defectus totius naturæ, vnde non prohibet, quod existentes in purgatorio liberauerit ab exclusione gloriæ, & nõ a reatu pœnæ: quia reatus pertinet ad proprium defectũ.

Quæstio 53. De resurrectione Christi.

Art. 1. Vtrum fuerit necessarium Christum resurgere.

1. Concl. Necessarium fuit Christum resurgere.

1. *Luca vlt. oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis,*

2. *Ob has causas: prima ad commendationem diuinæ iustitiæ, cuius est exaltare eos, quos in Deo se humiliat. Ergo Psal. 138. Tu cognouisti, & cat. ad. est probatio confessionem, id est humiliatem &c. Secunda ad confirmandam fidem de diuinitate, 2. Cor. 6. 1. Et si crucifixus, &c. & Psal. 29. qua gratias, &c. Tertia ad sublenandam spem, quia surgente capite, sperant membra. 1. Cor. 15. Iob. 19. scio, quod, &c. Quarta, ad informationẽ vitæ fidelium. Rom. 9. Quomodo Christus & cæt. ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quinta, ad complementum nostræ salutis.*

† 2. Concl. Et si Christus non cecidit per peccatum, cecidit tamen per mortẽ, Mich. 7. quæ est casus à vita, qua morte facta est separatio animæ & corporis, ideo debuit surgere.

3. Concl. Surgens dicitur ad quid altius resurgere, quod conuenit carni Christi: quæ licet non sit eleuata ad altiorem personam, eleuata tamen est ad altiorem statum naturæ.

4. Concl. Passio operata est salutem proprie ad remotionem malorum, resurrectio vero ad inchoationem & exemplar bonorum.

Art. 2. Vtrum fuerit conueniens Christum tertia die resurgere.

1. Concl. Conueniens fuit Christum resurgere tertia die.

1. *Mat. 10. & tertia die resurget.*

2. *Ob has causas: prima, ad instructionem fidei, qua est de diuinitate, ratione cuius debuit cito resurgere, & de humanitate, ob quam debuit intercedere aliqua mora, vt videretur mortuus: secunda, demonstratio est perfectio numeri ternarij, qui reperitur in omnibus, vtpote habens principium, medium & finem. Tertia, vna pro morte, quæ fuit lux, tenebras diuisionis animæ, & corporis disponit. Quarta, quia tertium tempus incipiebat primũ fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia incepit a Christi resurrectione: incepit vita in tertium statum sanctorum. primus fuit in spiritu, secundus in veritate fidei, tertius erit in gloria, quam Christus inchoauit surgendo.*

† 2. Concl.

Capiti conformantur membra in natura, non in virtute, sic sancti confirmantur Christo in resurrectione, sed non in modo: ideo eorum resurrectio differtur.

3. Concl. Art. 2.

Quanuis non potuerit detineri morte, quia fuit inter mortuos liber: tamē mansit in morte, non quasi detentus, sed voluntate ad instructionem, & vtilitatem nostram.

4 Concl. cap. vlti. c. 1p.

Etsi surrexerit ante solem, adhuc dicitur surrexisse tertia die, quia sumitur dies naturalis. Cum Mar. xit, *Orto sole*, intelligo quantum ad lucem cum nondum esset supra Horizontem. Ioan. dixit, Cum iam essent tenebræ, id est, nondum die omnino clara, cum tenebræ oriente Sole paulatim dispellantur.

Art. 3. Vtrum Christus primo resurrexerit.

1. Concl.

Christus primo resurrexit, resurrectione perfecta, quæ est, cum quis ita surgit, vt amplius non possit mori.

1. Cor. 15.

1. Ex Paul. qui tum vocat primitias resurgentium. & Rom. 6. Resurgens a mortuis, iam non moritur.

2. Concl.

2. Quia ipse primus venit ad quandam vitam immortalem.

Heb. 11.

Resurrectione imperfecta quæ est cum quis post mortē, qualitercūque incipit, viuere quidā alij surrexerunt ante Christum, ad demonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius. Vnde patet ad primum, quia alij surrexerunt, iterum morituri.

3. Concl. Mat. 27. Epist. de Enodium.

De his, qui surrexerunt in morte Christi, aliqui dicunt surrexisse non morituros, sed verius est; quod iterum mortui sint, vt sentit. Augustinus. surrexerunt autem, vt ostenderent dominum resurgentem.

4. Concl.

Quæ præcesserunt Christum, fuerunt præparatoria ad ipsum, sicuti gratia ad gloriam: vnde quæ sunt gloriæ, quoad animam, & corpus, debuerunt esse primum in Christo, vt in auctore gratiæ, quæ debuit esse primo in his, qui ordinabantur ad Christum.

Art. 4. Vtrum Christus fuerit causa suæ resurrectionis.

1. Concl.

Tam anima, quam corpus Christi, ratione Deitatis causauit suam resurrectionem, & sic Christus propria virtute surrexit.

1. Ioan. 10. *Sed ego pono, & iterum sumo eam.*

2. *Ex Paulo, 2. Corinth. 13. Crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei.*

1 † Concl.

Nec anima, nec caro Christi virtute suæ naturæ causauit resurrectionem, sed hic operatus Christum tum vitam a Deo.

Cum eadem sit virtus Patris & Filij, ideo † 3. Concl. suscitatus est, & a Patre, & a seipso. 1 Sol. 4.

Orauit, & pertijt, ac metuit resurrectionem, 4. Concl. vt homo.

Surrectio est quidem corporis, quod licet 5. Concl. virtute creata non sit potentius anima, tamē secundum veritatem diuinam est potentius: sic etiam anima quæ ob eandem virtutem est potentius corpore: & ita virtute diuina mutuo se resumpserunt.

Quæstio 54. De qualitate Christi resurgentis.

Art. 1. Vtrum Christus post resurrectionem habuerit verum corpus

1. Concl. Lib. 4. c. 18

CORpus Christi post resurrectionem fuit verum corpus eiusdem naturæ, cuius fuerat prius.

1. Luc. vlti. Palpate, & videte, quia spiritus, &c.

2. Illud dicitur resurgere, ex Damasc. quod cecidit. Ergo oportuit, vt idem corpus Christi eidem animæ vniretur, hoc enim est resurgere: Ergo fuit verum corpus eiusdem naturæ. Veritas enim naturæ corporeæ est ex forma.

3. Quia si fuisset corpus phantasticum non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

† 2. Concl. Christus intrauit clausis ianuis non ex miraculo, neque ex natura corporis, sed ex virtute diuinitatis.

3. Concl. Corpus glorioſum subditur spiritui, & omnis eius actio, & ita in potestate eius est quod agat, vel non agat, & quod appareat, vel non appareat. Vnde quod euanuerit, non probat non fuisse verum corpus.

4. Concl. Corpus Christi, quoad figuram Sacramentorum, non est mutatum cum in eo nulla esset deformitas: accepit tamen claritatem, & in potestate eius erat, vt videretur sub hac, vel illa forma.

Art. 2. Vtrum Christi corpus resurrexerit integrum.

1 Concl. Corpus Christi resurrexit integrum, scil. cum carnibus, ossibus, & sanguine.

1. Luc. vlti. Spiritus carnem, & ossa non habet &c.

2 Corpus Christi in resurrectione fuit eiusdem naturæ, & erit tamen gloriæ ergo totum habuit quod pertinet ad naturam corporis humani, quare omnia ista fuerunt in corpore Christi, quia omnia pertinent ad naturam humani corporis.

3 Quæ altera sententia est error cuiusdam, dicentis corpus nostrum in resurrectione debere esse impal-

publ., & *corpus Christi, cum contactum suis à discipulis, cum fixile subtile, quod dæmones Greg.* & *grauiter errauit Valentinus dicendo, assumpsit corpus alterius naturæ.*

Hom. 26. in euang.

2. Concl.

Omnia ista assumpsit integraliter, absque vlla diminutione.

1. *Non fuisset perfecta resurrectio, si non fuisset restauratio, quod per mortem cecidera.*

2. *Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit. Ergo,* &c.

1. Cor. 15.

† 3. Concl.

Illud, *caro* & *sanguis regnum Dei non possidebunt*, intelligitur metaphorice, pro culpa carnis, & cæt. vel pro istorum corruptione, & ita caro secundum corruptionem non possidebit, &c.

4. Concl.

Erunt ibi etiam alii humores sed purgati, & sine vlla labe, & ideo nullam causabunt corruptionem.

5. Concl.

Totus sanguis, & aliæ particulæ ad veritatem naturæ facientes surrexere. Sanguis, qui in quibusdam locis habetur, est sanguis, qui promanauit ex quadam imagine, qui conseruatus fuit, vt miraculosus.

Art. 3. Vtrum Christi corpus resurrexerit glorioſum.

1. Concl.

Corpus Christi in resurrectione fuit glorioſum.

1. *Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.*

2. *Quia eius corpus fuit exemplar, & causa efficiens nostræ resurrectionis, 1. Cor. 15. at causa est potior causato. Ergo.*

3. *Per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. Ergo debuit glorificari per resurrectionem: vnde dicebat, Pater clarifica,* &c.

4. *Anima Christi ab instanti incarnationis fuit beata, & per dispensationem non redundauit gloria in corpus, vt o ysterium passionis impleret, quo completo statim redundare debuit.*

† 2. Concl. Epist. ad Dioſc.

Claritas corporis glorioſi, ex Aug. est secundum colorem humano corpori naturalem: sicut vitrum diuersimode coloratum recipit illustrationem solis. Et quia est ab anima in corpus, ideo in eius potestate esse, vt videatur, vel non; vt ipsum corpus.

3. Concl.

Corpus palpabile est naturaliter corruptibile ob qualitates, quæ faciunt tactum: sed à gloria redditur incorruptibile.

4. Concl.

Corpus glorioſum dicitur spirituale à Paulo, non tamen sequitur quin sit vere animale, vt ait Aug. quod si post resurrectionem manducauit, id non fecit, quasi cibo egeret, sed vt veritatem resurrectionis astrueret, &c.

1. Cor. 15. lib. 13. de ciu. c. 22.

Art. 4. Vtrum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

1. Concl. Beda. Aug.

Conuenienter fuit animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere.

1 *Ioan. 20. Infer digitum tuum huc,* &c.

2. *Ob hæc causas: primum, ob gloriam sui ipsius Christi, vt in perpetuum victoria sua circumferat triumphum. deinde, ad confirmanda corda discipulorum circa veritatem suæ resurrectionis: postea, vt Patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro nobis pertulerit ostendat: tertio, vt redemptis ostendat, quam misericorditer sint adiuti: postremo, vt in iudicio ostendat quam iuste malis damnentur.*

Aug. l 2. de Symb. c. 8.

2. Concl.

Cicatrices non pertinent ad corruptionem, vel defectum, sed ad maiorem gloriæ, vt virtutis signa: in quibus specialis color apparebit.

3. Concl.

Licet aperturæ vulnerum sit cum quadam solutione continuitatis: tamen id componsatur per maiorem decorem gloriæ: vnde corpus non erit minus integrum, sed magis perfectum. Thomas autem non solum vidit, sed etiam vulnera tetigit.

4. Concl. lib. 4. c. 13.

Non solum voluit remanere cicatrices ad certificandos discipulos de resurrectione, vt ait Damasc. sed etiam ob alias rationes, ob quas debuerunt remanere.

Quæstio 55. De manifestatione resurrectionis.

Art. 1. Vtrum resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari.

1. Concl.

CHristi resurrectio non debuit omni populo manifestari, sed quibusdam electorum testimonio in aliorum notitiam peruenire.

1. *Act. 10 Manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis,* &c.

2. *Christus surrexit ad vitam gloriosam. Igitur eius resurrectio non fuit omnibus immediate manifestanda, quoniam eorum, quæ cognoscuntur a beatis communi lege naturæ cognoscuntur a beatis spectaculo munere gratiæ, & quæ diuinitus reuelantur, quæ vocat Dionys. non ediscere superiorem, per quos ea diuinitus manifestantur. Cum ergo ea, quæ pertinent ad futuram gloriam, & est Christi resurrectio sint huiusmodi, quia oculus non vidit,* &c. *Ideo Deus eam per suos spiritu reuelauit, & non omnibus.*

Cap. 4. cæl. hier. Isa 64. 1. Cor. 2

† 2. Concl.

Passio peracta est in corpore ad huc mortali, cuius natura est nota omnibus: at præmia futuræ gloriæ ostensa in resurrectione nõta, ideo non omnibus manifestantur, vt passio.

Sicuti resurrectio est omnibus communis, ita ad omnes venit, sed conuenienti ordine.

1. Concl.

Apparuit primo mulieri, quia mulier prima peccauit, & vt ostenderet non debere esse immorem conditionem mulierum in alia vita.

4. Concl.

Art. 2. Vtrum fuisset conueniens, quod discipuli viderent Christum resurgere.

1. Concl.

Resurrectio Christi non debuit ab hominibus immediate videri, sed eis ab Angelis nuntiari.

1. *Matth. 28. apparuit primo Magdalenæ, quæ non vidit eum resurgere sed audiuit ab Angelis, surrexit, non est hic. Ergo.*

cap. 4. de cæl. hier.

2. *Ordo diuinitus institutus exigit, vt quæ supra hominem sunt, per Angelos hominibus reuelentur, ex Dionys. Sed resurrectio Christi est huiusmodi, quia resurrexit ad quandam vitam immortalem Deo conformem, Rom. 6. Quod vivit, &c. Ergo.*

3. *Ex Hilar. Angelus fuit prior index resurrectionis, quasi famulus paternæ voluntatis, vt resurrectio nunciaretur.*

† 2. Conc. in Matth. vlt.

Apostoli potuerunt testificari resurrectionem etiã de visu, & ita satis fuit vidisse Christum, quem resurrexisse, debuerunt prius credere per auditum.

3. Concl.

Ascensio quoad terminum, à quo, id est prout eleuabatur, non erat supra communem notitiam, ideo discipuli potuerunt eam videre: at resurrectio transcendebat communem notitiam, quantum ad vtunque terminum, prout anima recedebat ab inferis & surrexit ad gloriam.

4. Concl.

Lazarus suscitatus est, vt rediret ad vitam, quam prius habebat, quæ communem notitiam non transcendebat, ideo eum resurgentem discipuli videre potuerunt.

Art. 3. Vtrum Christus post resurrectionem debuerit continue cum discipulo conuersari.

5. Concl.

Christus post resurrectionem non debuit continue cum discipulis conuersari.

1. *Ioan. 20. dicitur fuisse octo dies cum discipulis. Ergo non semper.*

2. *Dicebant discipuli declarandæ post Christi resurrectionem, s. Veritas resurrectionis, & gloria resurgentis. Sed primum non exigebat continuam conuersationem. Ergo sufficit, quod aliquando apparuerit, & cum id visum fuerit; ad alterum non expediebat continuam conuersari, ne videretur non esse ad talem vitam, quam prius habebat. Hæc sunt verba, &c. quæ Beda exponens, idem confirmat.*

2. Concl.

Addendum discipulos de resurrectione, satis fuit quod pluries apparuerit. Eos etiam consolabatur, vt patet Ioan. 16. *Iterum vidébo vos.*

3. Concl.

Quamuis post resurrectionem conuenienter potuerit esse vbi discipuli erant, tamen non semper fuit cum eis; quia ne eis exponebat: vbi autẽ fuerit, nescitur; cũ scriptura non dicat, & in omni loco sit dominatio eius.

4. Concl.

Prima die pluries apparuit, quia fidem resurrectionis debuit confirmare. Toto tempore, decies apparuit, & quinquies prima die: verum scriptura non narrat omnes apparitiones, vt colligitur ex 1. Cor. 15.

Matth. 26.

5. Concl.

Dixerat se apparituru in Galilæa; & tamen prius apparuit Ierosolymis: verum semel apparuit Ierosolymis, & paucis; at pluries, & pluribus in Galilæa, & ita saluatur, quod prædixerat.

Art. 4. Vtrum Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.

1. Concl.

Christus quibusdam ad credendum dispositis, conuenienter apparuit in sua effigie, aliis minus dispositis in aliena.

1. *Matth. 28. Ostensus est alia effigie eunctibus in ea illam.*

2. *Resurrectio Christi manifestanda erat hominibus per media, quo ea diuina reuelantur. Sed diuina innotescunt diuersimode hominibus, prout ipsi sunt affecti: quia habent mentem bene dispositam, diuina secundum veritatem percipiunt: qui nõ habent bene affectam percipiunt, cum quadam confusione dubietatis, & erroris, quia animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei. Discipulorum autem quidam erant indispositi, vnde dicebant: Sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel. Ergo Adde auctoritate Greg. eiusdem dicentis.*

1. Cor. 2.

Hom. 23. in Euang.

Quod fingimus, vt decipiamus; mendacium est: quod autem fingimus ad aliquid significandum, non ita; alias omnia figurate dicta essent mendacia.

† 2. Concl.

Quod aliquis appareat in alia effigie, quam est, non fit sine præstigio dæmonis: at dominus poterat transformare carnem suam, vt alia reuera esset effigies ab illa, qua tolebat videri, quod autem oculi discipulorum tenerentur ne agnoscerent, diaboli opera factum fuisse dici potest.

3. Concl.

Luc. vlt.

Non est infirmata fides per hoc, quod aliena effigie apparuerit, quia postea aliis eisdem, quibus sic apparuit, se manifestauit.

4. Concl.

Et cognouerunt
cum.

Art. 6. Vtrum Christus veritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare.

1. Concl. Si argumentum sumatur pro ratione, quæ rei dubiæ fidem facit, Christus non probauit suam resurrectionem hoc genere argumenti.

Quoniam talis argumentatio processisset ex quibus cumque principijs, quæ si discipulis non erant nota, nihil per ea manifestasset; quoniam ex ignotis nihil probatur: si erant nota non transcenderent rationem humanam, & ita non fuissent efficacia ad probandam resurrectionem, quæ rationem humanam excedit: principia enim ex eodem genere debent assumi.

2. Concl. Christus probauit resurrectionem suam, per auctoritatem scripturæ, quæ est fidei fundamentum. Luc. vlt. *oportet impleri omnia, &c.*

3. Concl. Si sumatur argumentum pro sensibili signo, quod inducit ad alicuius veritatis manifestationem. Christus multis argumentis suam resurrectionem declarauit, dando euidentia signa se resurrexisse.

1. Act. 1. apparuit in multis argumentis, græce tecmirijs, id est, signis euidentibus ad probandum.

2. Quia hoc fuit conueniens. primum, quia corda eorum non erant disposita ad facile recipiendam fidem resurrectionis, Luc. vlt. O stulti & tardi. *& 16. & Marc. vlt.* exprobrauit illis incredulitatem: *Deinde & per huiusmodi signa efficacius eorum testimonium redderetur, iuxta illud.* quod vidimus, & audiuimus.

† 4. Concl. 1. Ioan. 1. Tollitur argumentum vbi fides quæritur, si sint argumenta humana, quæ sunt inualida ad probanda ea, quæ sunt fidei.

5. Concl. Fides non habet meritum, si ratio facit euidenter videre, quod creditur, cuiusmodi est ratio demonstratiua: vnde meritum consistit in hoc, vt homo credat ex mandato Dei.

6. Concl. Velle signa, est indicium defectus fidei, quæ signa non totaliter tollunt fidem, & meritum, & potest quis esse animo prompto ad credendum, etiamsi non haberet signa, vt credunt, qui signa non habent.

Art. 6. Vtrum argumenta quæ Christus induxit sufficienter manifestauerint resurrectionem eius.

1. Concl. Christus manifestauit suam resurrectionem, & testimonio, & argumento, & vtraq; manifestatio in suo genere fuit sufficiens.

1. Quia Christus est Dei sapientia, qua conuenienter disposuit omnia.

2. Quantum ad testes necessarios, sufficienter instituit eos angelorum, & patet per omnes euangelistas & testimonio scripturarum, Luc. vlt. & neutrum reijcit potest. Ergo. Quantum ad signa, ex parte corporis ostendit per vim quod non fuerit qui phantasticum, ostendendo esse palpabile. dum te quod ossa & corpus humanum, ostendendo eas veram effigiem; postea, quod esset idem numero, ostendendo vulnera, & cicatrices. Ex parte animæ, per operationes nutritiuas, manducando: per opera sensitiua, interrogando, respondendo, &c per opera intellectiua, disserendo de scripturis. Ostendit etiam se habere animam naturam, per miracula quæ fecit, in captura piscium, & ascendendo in cælum. Gloriam resurrectionis ostendit intrando ianuis clausis, & per hoc quod abscondit euanuit. Luc. vlt.

† 2. Concl. Licet singula argumenta per se non sufficerent ad manifestandam resurrectionem perfecte: tamen omnia simul perfecte manifestant. Manducatio Christi fuit vera, quia erat vera angelorum comestio.

3. Concl. sub. 10. Quia faciebat ad ostendendam veritatem corporis, videntur contraria eis, quæ faciebat ad ostendendam gloriam; sed non sunt. ob varias conditiones corporis beati.

4. Concl. Dixit Magdalenæ, *noli me tangere* quia ipse figurabat gentes, quæ non debebant credere nisi prius ascendisset. Tetigit alias, quia erat in vita mortali. non fuit modo, se tangere, ne putaret eandem viuere vitam.

5. Concl. Non demonstrauit se in claritate, vt in transfiguratione; quia tunc voluit ostendere veram gloriam, nunc veram carnem; & ne videretur eorum oculos perstringere, per alia indicia resurrectionem ostendit.

6. Concl. Quod viderit angelos stantes secundum Ioannem, & sedentes secundum Matt. potest referri ad diuersos angelos, vel quod duo essent extra, duo intus, alio modo se habentes.

Quæstio 56. De resurrectionis Christi causalitate.

Art. 1. Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.

1. Concl. RESurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis.

1. Quia ad Cl. est causa sufficiens nostræ resurrectionis.

2. Quod est primum in quolibet genere, est causa omnium quæ sunt post. ex Arist. sed primum genere nostræ resurrectionis fuit resurrectio Christi, qui fuit primitiæ resurgentium. Ergo

3. Verbum Dei est principium humanæ sanctifica-

1. Cor. 15. 2. Act. 2. 26. 1. Cor. 15.

tionis, Psal 35. & Ioan. 5. Ergo debuit primo in suum corpus causare vitam; & per illud operari resurrectionem in alios; quoniam naturalis rerum ordo diuinitus institutus requirit, vt causa agat primo in propinquum, & per illud in remota.

Quia corpus Christi operatur per voluntatem Verbi vniti, ideo non statim sequitur eius actio, sed secundum Dei ordinem, qui est, vt primum conformemur Deo patienti, & ita non statim resurgimus ob Christi resurrectionem.

Iustitia Dei est causa primaria resurrectionis; resurrectio vero Christi est instrumentum, & quia Deus decreuit vt nos hac via resurgeremus, ideo resurrectio Christi est vera nostræ resurrectionis causa.

Resurrectio Christi non est causa meritoria nostræ resurrectionis, sed efficiens virtute diuina, cuius est mortuos suscitare, & exẽplaris. Et licet non contingat tactu corporali, attingit tamen contactu virtuali, qui sufficit ad rationem causæ, cum diuina virtus præsentialiter omnia attingat. Vnde ex virtute diuina omnia quæ Christus fecit, vel passus est, sunt nobis salutaria. Et quia prima causa est iustitia Dei, ideo talis virtus pertinget etiam ad malos, & quatenus est causa exemplaris ad bonos.

Ratione efficientiæ mors & resurrectio Christi sunt causa destructionis mortis nostræ, & reparationis vitæ: ratione exemplaritatis mors Christi per quã recessit à vita mortali est causa destructionis mortis nostræ: resurrectio vero per quam inchoauit vitam immortalem est causa reparationis vitæ nostræ.

Art. 2. Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

Resurrectio Christi habet virtutem instrumentaliter actiuam respectu resurrectionis animarum.

1. Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram, quæ nihil aliud est, quam resurrectio animarum.

2. Resurrectio Christi agit in virtute diuinitatis, quæ se extendit non solum ad resurrectionem corporum, sed etiam animarum. Ergo.

Resurrectio Christi est causa exemplaris resurrectionis animarum.

Quoniam debemus secundum animam esse conformes Christo resurgenti, Rom. 6. Christus resurrexit, &c ita & nos in nouitate vitæ.

Cum Aug. ait animas resurgere per subsistentiam Dei, intelligo per participationem gratiæ, & bonitatis Dei, &c.

Resurrectio pertinet quidem ad Christi corpus, quod tamen per virtutem diuinam potest pertingere vsque ad animam, & sic in eam agere. 4. Concl.

Corpus Christi est causa resurrectionis omnium corporum, ratione præmii, vel pœnæ, quod est eius, qui iudicat: at resurrectio animæ pertinet ad meritum, quod est iustificantis: vnde omnes resuscitat secundum corpus, sed non secundum animam. 5. Concl.

In iustificatione animæ est remissio culpæ, & nouitas vitæ, per gratiam: quantum ad efficientiam, vtrunque causatur a passione, & resurrectione: at vero quantum ad rationem exemplaris passio, & mors remissionem culpæ, resurrectio nouitatem vitæ Rom. 4. Traditus, &c. 6. Concl.

Quæstio 57. De ascensione Christi.

Art. 1. Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.

Conueniens fuit Christum non remanere in terris, sed ascendere in cœlum. 1. Concl. Ioan. 20.

1. Ascendo ad patrem meum, &c.

2. Locus debet esse proportionatus locato. At Christus post resurrectionem, vitam immortalem, & interruptibilem inchoauit, hic autem locus in quo nos habitamus, est corruptionis locus. Ergo.

Quæ sunt optima, dicuntur possidere bonum sine motu, quod conuenit soli Deo: ideo tribuere motum Christo, vt est creatura, non est inconueniens. † 2. Conc. Arist. lib. 3. de cæl. tex.

Locus nihil addidit corpori Christi, nisi quandam decentiam; de qua habuit gaudium accidentale, quatenus nouo modo gauisus est. 3. Concl.

Non fuisset expediens, quod nobiscum semper corporaliter mansisset; sed vtile fuit, quod ascenderit in cœlũ: primũ propter fidei augmentũ, quæ est de non visis, Ioa. 16. & 20. Deinde ad excitandam spem, Ioan. 14. *si abiero, & parauero*: postea ad erigendũ affectum caritatis ad cœlestia, Ioan. 16. *expedit vobis, &c.* 4. Concl.

Art. 2. Vtrum conueniat Christo ascendere in cœlum secundum diuinam naturam.

Si, ly, *secundum*, dicat conditionem ascendentis, ascendere non potest conuenire Christo secundum conditionem diuinæ naturæ. 1. Concl.

1. Quia nihil est diuinitate altius, quapropter ascendo.

2. Quia ascensio est motus localis, qui non con-

ue ni

uenit naturæ diuinæ immobili, & illocali: quare secundum hunc modum competit ei ascendere secundum naturam humanam.

2. Concl. Secundum hunc modum conuenit Christo ascendere secundum humanam naturam, quæ loco continetur & moueri potest.

Ephes. 4. *Ita Chrys. quæ ait Christum secundum humanitatem descendere, & ascendere.*

3 Concl. Psal. 46. Deut. 33. Sit ly, *secundum*, dicat causam ascensionis, ascendere, conuenit Christo, vt est Deus, non vt est homo.

Ita August. ser. 3. de Ascen.

† 4. Concl. Ascendere, & descendere metaphorice de Deo dicuntur: & ratione carnis assumptæ.

5. Concl. Idem est qui ascendit, & qui descendit: sed descensus tribuitur Deo homini, sicuti, & exinanitio quatenus naturam terrenam assumpsit, non quod cœlum deseruerit. Descensus vero ad inferos, qui est localis, conuenit Christo secundum naturam humanam.

6. Concl. Ascendit ad Patrem quantum ad consessum paternæ dexteræ, quod Christo conuenit aliqualiter secundum diuinam naturam, aliqualiter secundum humanam, vt infra dicetur.

Art. 3. Vtrum Christus ascenderit secundum propriam virtutem.

1. Concl. Christus non ascendit in cœlum propria virtute, quæ procedit ex principiis naturæ, vt manifestum est.

2 Concl. Christus ascendit in cœlum propria virtute: Primum quidem virtute diuina, & virtute animæ glorificatæ mouentis corpus prout vult. Vnde non ex virtute naturali humanæ naturæ, sed ex virtute animæ glorificatæ ascendit in cœlum.

1. Isa. 63. Iste formosus in stola sua, & Greg. hom. 29. in Euang.

lib 22. de ciu. c. 5. *2. Quia vt ait Aug. tanta erit obedientia corporis gloriosi ad animam, quod ibi erit, vbi spiritus volet, & quoniam decet corpus gloriosum esse in cœlo, ideo ex virtute animæ volentis, corpus ascendit in cœlum.*

† 3. Concl. Licet propria virtute ascenderit; cum hoc tamen dicitur eleuatus à patre.

Act. 1. *Quia eadem est virtus filij, & diuina virtus.*

4. Concl. Quod sit contra naturam corporis terreni ascendere, probat primam conclusionem: & licet sit contra naturam, secundum statum vitæ præsentis: tamen non est contra naturã corporis glorioſi, cuius tota natura est omnino spiritui obnoxia.

5. Concl. Quamuis virtute diuina sit eleuatus: tamen non est motus instanti.

Quia effectus diuinæ virtutis recipitur secundum naturam patientis: at corpus non est capax, vt in instanti localiter moueatur, cum commensuretur spatio. Ergo.

Art. 4. Vtrum Christus ascenderit supra omnes cœlos.

1. Concl. Conuenientissimum fuit corpori Christi, quod sit supra omnia corpora constitutum in alto.

1. Ad Ephes. 3. ascendit super omnes cœlos, &c.

2. de cæl. tex. 50. 1. Phys. tex. 81. *2. Quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tanto superiora sunt corporalis ordine, vt ex Arist constat: per formam enim vnumquodque participat diuinum esse. Sed corpus glorioſum perfectius participat de bonitate diuina, quam per formam suæ naturæ, & inter cætera corpora gloriosa corpus Christi maiore resulget gloria. Ergo.*

† 2. Concl. Sedes Dei dicitur esse in cœlo, non vt in conueniente, sed vt in contento; & ita nulla pars cœli est superior Deo, sed ipse est supra omnes cœlos.

3. Concl. Ideo corpora egent loco, quia egent continentia; qua non egent beata corpora. Extra cœlum autem non est locus, nec potentia susceptiua corporis, sed in Christo erat potentia perueniendi illuc.

4. Conc. Per miraculum, & virtutem Dei operantem duo corpora sunt simul.

Vt patet, cum Christus de utero exiuit.

5. Concl. Nubes non susceptit Christum subleuando eum; sed apparuit in signum diuinitatis, vt gloria Dei apparebat in nube super tabernaculo.

6. Concl. Quod corpus glorioſum sursum ascendat, non habet ex sua natura, sed ab anima beata; & propterea non manet ibi perpetuò violenter.

Art. 5. Vtrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem.

1 Concl. Corpus Christi debetur locus altior vltra omnem creaturam etiam spiritualem.

1. Ad Ephes. 1. constituit eum supra omnem principatum, &c.

hom. 29. in Euang. *2. Tanto altior locus alicui debetur, sine sit locus per modum tactus corporalis, sine spiritualis, quo est superior, eximde enim substantiis spiritualibus debetur loc⁹ cælestis, quia sunt superiores in ordine substantiarum. Sed corpus Christi quamuis secundum naturam corpoream sit inferius spirituali substantia tamen propter vnionem ad personam Dei est supra omnem substantiam spiritualem. Ergo.*

3. Ex Greg. qui fecerat omnia, super omnia virtute ferebatur.

Art. 3. Vtrum sedere ad dexteram patris conueniat Christo secundum quod homo.

1. Concl. Præpositio, *ad*, designat quendam accessum ad dexteram, in quo designatur conuenientia cum distinctione: quod potest esse, vel vt sit conuenientia in natura, & distinctio in persona, vel secundum gratiam vnionis, quæ importat distinctionem naturæ, & vnitatem personæ: vel potest intelligi iste accessus secundum gratiam habitualem, quæ abundantior est in Christo præ omnibus aliis creaturis, quatenus natura humana in Christo est beatior cæteris creaturis, & supra omnes alias creaturas habens regiam & iudiciariam potestatem.

2. Concl. Sicly, *secundum quod*, designet conditionem naturæ; Christus secundum quod Deus sedet ad dexteram patris, id est inæqualitate patris: quia gloria beatitudo, & iudiciaria potestas conueniunt essentialiter filio, & patri.

3. Concl. Sicly, *secundum quod*, designat vnitatem suppositi, Christus secundum quod homo sedet ad dexteram patris secundum æqualitatem honoris.

Quia eodem honore & veneramur Deum & eius filium in natura assumpta.

4. Concl. Christus secundum quod homo, secundum accessum gratiæ, sedet ad dexteram patris, id est in bonis paternis potioribus præ cæteris creaturis, modo in tertio membro dicto. *Aug. ser. de Symb.*

† 5. Concl. Humanitas Christi non habet honorē deitatis &c. secundum se, sed ratione personæ.

6. Concl. Christus, vt homo, ratione naturæ, subiectus est patri, & secundum hoc non competit ei sedere ad dexteram ratione æqualitatis, sed vt est homo, id est secundum excellentiam.

7. Concl. Esse in æqualitate patris conuenit personæ: esse in potioribus bonis Dei conuenit etiam ipsi naturæ.

Art. 4. Vtrum sedere ad dexteram Patris sit proprium Christi.

1. Concl. Sedere ad dexteram Patris est proprium Christi.

1. *Ad Hebr. 1. Ad quem Angelorum dixit aliquando, sede a dextris, &c. cum ergo non conueniat angelis, qui sunt potiores creaturæ, erit proprium Christo.*

2. *Sedere ad dexteram Patris secundum diuinam naturam, est esse in æqualitate patris, secundum humanam est esse excellentissima possessione diuinorum bonorum. at vtrumq; soli Christo conuenit. Ergo.*

Quia Christus est caput nostrū, propterea quod ei conuenit, tribuitur etiam nobis: & ideo Paulus dixit Christum nos conresuscitasse, & fecisse nos sedere in cælestibus. 2. Concl. Ephes. 2.

Sedere ad dexteram Patris ex Aug. est habitare in eius beatitudine; at vero sedere, significat plenitudinem cum potestate, quod soli Christo conuenit. Possumus autem dicere sanctos esse constitutos ad dexteram Dei, Matth. 25. *Statuet quos a dextris, &c.* 3. Concl. lib. 1. de Symb. c 4.

Sedere in throno significat iudiciariam potestatem, quam Christus habet a patre: alii vero habent à Christo, Matt. 19. *sedebitis, &c.* 4. Concl.

Sedere ad dexteram dicitur paratum esse a patre etiam aliis: sed hoc loco dextra, non sumitur pro dextra patris, de qua loquimur, sed de præcipuo gradu, & de dextera apud Christum: hoc enim petebat mulier illa. 5. Concl.

Quæstio 59. De iudiciaria potestate Christi.

Art. 1. Vtrum potestas iudiciaria sit specialiter Christo attribuenda.

1. Concl. IVdiciaria potestas proprie attribuitur filio Dei.

1. *Act. 10. Hic est qui constitutus est iudex, &c.*

2. *Ad iudicium requiritur primum potestas ad coercendos subditos. Eccl. 7. Deinde veritas diuidens, 2. Cor. 6. vt non ex odio, sed ex amore iudicemus pro dil. Prou. 2. tert. 6. sapientia secundum quam proprie assimilatur forma iudicis, quia ratio iudicis est lex sapientiæ & veritatis. Sed filius est sapientia genita, & veritas a patre procedens, & ipsum perfecte representans. Ergo*

3. *Ex Aug. lib. de vera relig. sola ipsa veritas iudicat, & qua patet iudicat, per ipsam iudicat, idcc dedit omne iudicium filio.* Cap. 31.

Iudiciaria potestas est communis toti Trinitati: sed appropriatur filio, sicuti & virtus. † 2. Conc.

Auctoritas iudicandi tribuitur filio, qui est ars & sapientia patris: propterea Dan. 7. dicitur, *antiquus dierum sedet*, id est pater, & posteā mentionem facit de filio. 3. Concl.

Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quatenus tribuit affectum iudicandi, quem homines habent, & secundum hunc modum tribuitur Spiritui sancto. 4. Concl. Ioan. 16.

Art. 2. Vtrum iudiciaria potestas conueniat Christo secundum quod est homo.

Christo etiam secundum humanam naturam, & vt est caput ecclesiæ, competit iudiciaria potestas. Concl.

1 Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

2. Quoniam licet apud Deum remaneat primæua auctoritas iudicandi: hominibus tamen committitur à Deo ista potestas, ratione eorũ, qui iurisdictioni subiacentur. Deut. 1 Quia Dei est iudicium, id est, cuius auctoritate iudicatur. Cũ ergo Christo, vt est caput ecclesiæ, Deus subiecerit omnia, ad eum pertinebit secundum naturam humanam iudiciaria potestas. Adde Aug. in Ioan.

Tract. 19.

3. Ex triplici conuenientia: prima propter affinitatem ipsius ad homines, vt sicut per causas propinquiores operatur, ita per hominem homines iudicaret, vt iudicium esset suauius: secunda, in finali iudicio erit, vt ait Aug. resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitat animas, inquantum est filius Dei: tertia quia rectũ erat, vt iudicandi videremur iudicem cuius formam tam boni, quam mali videre debeant, vt Deum soli boni videre debeant.

Aug.

Hæc potestas non conuenit Christo ex conditione naturæ.

2 Concl. Ioan 1. Homil. 13. in Ioan.

Quia vt obiicit Chrys. qui contrasentit, conueniret omni homini.

† 3. Concl.

Iudicium pertinet quidem ad veritatem, cui maxime vnita fuit anima Christi, & ideo ei maxime conuenit iudicium, cum sit veritate repleta.

4. Concl.

Ad iudicem pertinet quidem præmiare, & solius Dei est animas beatas facere: sed adducere homines ad beatitudinem conuenit Christo, vt capiti, & auctori salutis, Heb 2.

5. Concl.

Cognoscere occulta cordium, & iudicare, per se, est Dei, sed ex refluentia diuinitatis ad animam Christi, conuenit etiam Christo, Roman. 2.

Art. 3. Vtrum Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem.

1 Concl.

Iudiciaria potestas homini Christo competit, non solum ob diuinam personam, & capitis dignitatem, atque plenitudinem gratiæ habitualis, sed etiam ex merito.

Ib. & Ser. dom. ser. vlt.

1. Iob. 36. Causa tua quasi impii iudicata est, iudicium causamque recepisti. & Augustin. scribit in dict. quæstion. super.

2. Christi pro Deo certantis pugnam, & victoriam, & triumphi iudiciaria est. Ergo secundum Deum Christi victoria ex constitutione est. Apoc 3. Ego vici, & sedi &c.

3. Adiuncta de glorificatione corporis resurgentis, quæ fuit ei debita ex compassione diuinissima ex gloria animæ, & etiam ex vnione: nec enim prohibet aliquid deberi volenti ob meritum alterius.

2. Concl.

Primum ratio probabit quatenus ei debetur vnitas veritati, ob quam habet regiam dignitatem, cuius est iudicare, quam non habuit ex merito.

3. Concl. 1. Cor. 2. 4. Concl.

Secunda procedit ex parte gratiæ capitis, quam etiam non meruit.

Spiritualis iudicat omnia per gratiam habitualem quæ animam perficit, nec habetur ex meritis; tamen iudiciaria potestas potest haberi ex merito, & aliis modis.

Art. 4. Vtrum Christo conueniat iudiciaria potestas quantum ad omnes res humanas.

1. Concl.

Christo secundum diuinam naturam conuenit omne iudicium Patris.

Quoniam vt Pater facit omnia suo Verbo, ita & omnia suo Verbo iudicat.

2. Concl.

Christo secundum naturam humanam conuenit vt omnes res humanæ subdantur eius iudicio.

Ioan. 3.

1. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio.

Rom. 14.

2. Hoc conuenit ei propter tria primum propter habitudinem animæ eius ad Verbum, a quo veritate repletur, & sic spiritualis homo iudicat omnia multo magis Christus. Deinde, ex merito mortis eius, quia, vt ait Paul mortuus est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorum dominaretur; & ideo super omnes habet iudicium. Postremo ex comparatione rerum humanarum ad finem humanæ salutis, ad quam homines adducuntur, vel excluduntur iudicio Christi, Matth. 25. nam cui conuenit principale, etiam accessorium.

† 2. Concl. Luc. 12. Ioan. 18. Hebr. 12.

Cum Christus dixit, *quæ me constituit iudicem*, &c. solum probat Christum, qui constitutus fuerat rex à Deo, terrenum regnum & iudiciariam potestatem, dum esset in terris, non administrasse

3. Concl.

Non sunt Christo adhuc omnia subiecta, non quantum ad potestatem, sed quantum ad executionem, quod erit in futuro.

4. Concl.

Quod boni, vel mali interdum vel affligantur, vel prosperentur pertinet ad iudicium Dei, quod etiam ante Christum fuit, seu hæc iudicia exercebantur per Christum, quatenus Dei verbum est, cuius potestatis anima per incarnationem facta est particeps.

Art. 5. Vtrum post iudicium, quod agitur in præsenti tempore, restet aliud iudicium.

1 Concl.

Præter iudicium, quod in præsenti tempore in cuiuslibet morte agitur, erit quoddam iudicium in nouissimo die.

1. Ioan 12 sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.

2. Iudicium de aliquo mutabili dare perfectæ

non

Heb. 9.

rum est, antequam sit consummata, vt patet in iudicio alicuius ciuitatis, quæ non potest iudicari, nisi peractis omnibus de toto tempore aliquo. non potest dari perfectum iudicium in vita cuiuslibet, vtpote a bona in malum. Sed vita hominis, licet sit per mortem terminata secundum se, remanet tamen secundum quid mutationis capacis vsque ad finem mundi dependens ex futuris, & quantum ad memoriam quam habet in posteris, & quantum ad filios, Eccl. 30. & quantum ad effectum suorum operum, & quantum ad corpus, quod aliquando in honore habebitur, vel contra, & quarum ad ea in quibus finem affectum desiit, quantum alia breuius, alia diutius durant: quæ omnia subijciuntur iudicio diuino. Ergo cum de his non possit haberi perfectum iudicium, quamdiu temporis cursus durat, ideo debet dare finale iudicium.

† 2. Concl. In hoc tempore fit retributio præmiorum & pœnarum, & ideo falsum est animas nunc non videre Deum, quare; quantum ad earum præmium, non est expectandum iudicium, sed quoad alia dicta, quæ æstimari debent, expectandum est.

3. Concl. Non iudicat Deus idem bis.

Quia non iudicat secundum idem, sed secundum diuersa.

4. Concl. Licet præmium, vel pœna corporis pendeant a præmio, & pœna animæ, tamen quia anima est immutabilis, statim à morte habet suum statum immutabilem, at corpus remanet mutationi obnoxium, ideo in fine mundi iudicabitur.

Artic. 6. Vtrum iudiciaria potestas Christi se extendat ad angelos.

1. Concl. Angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi, ratione naturæ diuinæ & humanæ.

1. Cor. 6. Diuus c. 7. cæl. hier. *1. Antiscutis, ait Paulus quoniam angelos iudicabimus. Sed sanctis iudicandi auctoritate Christi Ergo.*

2. *Tres sunt causæ ob quam subesse debent, prima ex proximitate naturæ assumptæ ad Deum, ob quam anima Christi est magis repleta virtute verbi, Vnde etiam angelos illuminat, secunda, ob humilitatem passionis, per quam humana natura in Christo meruit exaltari supra angelos, Phil. 2. Vt in nomine, &c. ideo habet iudiciariam potestatem in angelos bonos, & malos. Tertia, ratione eorum, quæ angeli circa hæc insoperantur, quorum Christus specialem ordinem est caput, Heb. 1 Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi &c*

2. Concl. Mar. 4 & 8. Luc. 15. Angeli subsunt iudicio Christi, & quantum ad dispensationem eorum, quæ per ipsos aguntur, quæ etiam fit per hominem Christum, cui angeli ministrabant. & de omnes ab eo perebant, vt in porcos mitterentur: & quantum ad accidentalia præmia bonorum, vt est gaudium de salute hominum, & accidentales pœnas malorum, Mat. 11. ac postremo quantum ad præmium essentiale bonorum, & pœnam malorum: verum hoc factum est per Christum, vt est Verbum Dei a principio mundi: vnde soluitur primum, quod procedit de præmio & pœna essentiali ab initio mundi.

† 3. Concl. Primum procedit de iudicio quantum ad præmium essentiale, & pœnam principalem.

4. Concl. Etsi spirituales iudicent omnia, & angeli iudicaturi sint cum Christo: tamen etiam iudicabuntur ab ipsa veritate.

5. Concl. Christus habet iudicium super administrationem totius creaturæ. Hebr. 2. *Non enim angelis, &c.* Nec obstat, quod ids. sit proprium Dei, quia non constituit Deus alium super terram, cum idem sit Deus, & homo, Dominus Iesus: de cuius incarnationis mysterio dicta sufficiant.

Quæstio 60. De sacramentis.

Artic. 1. Vtrum sacramentum sit in genere signi.

SAcramentum ponitur genere signi.

2. Concl. lib. 10 de ciu. c. 5. *1. Ex aug. quis ait sacramentum esse sacrum signum.*

2. Quod refertur ad aliquid, potest denominari ab illo, vt a sanitate animal, medicina, & urina sana, illa vt causa, hæc vt signum. Ergo pari ratione, quod ad sanctitatem occultam, a qua dicitur sacramentum, vel vt causa, vel vt signum, vel alia ratione refertur, dicitur sacramentum. Sed hoc sumitur, vt dicit rationem signi, Ergo est in genere signi.

† 2. Concl. Sanctitas, à qua denominatur sacramentum, non significatur per modum causæ efficientis, vt medicamentum, quod est causa sanitatis, sed per modum causæ formalis, vel finalis: ideo non ponitur in genere actionis, vel causæ.

3. Concl. Olim sacra, & sacramenta dicebantur, quæ violare non decebat: vt secretum Regis quod dicitur sacramentum, quasi sacrum secretum, mutuæ ciuitatis, &c.

4. Concl. Iuramentum habet ordinem ad rem sacram, vt est contestatio per rem sacram, & ideo dicitur sacramentum: non tamen, vt hic sumitur: sacramentum autem de re sacra, & de alijs, vt ad rem sacram referuntur, analogice dicitur

4. Concl. Corporis sanitas potest pluribus rebus eandem vim naturaliter habentibus procurari: at sanitas animæ, quæ datur per sacramenta, per Dei institutionem debet dari rebus a Deo terminatis.

5. Concl. In lege naturæ, interiore instinctu determinabant res, quibus colerent Deum: in lege scripta, quia lex erat obtenebrata, & quia Christus debebat significari, a Deo determinatæ fuerunt: nec propterea arctatur via salutis, quia sunt res communes, & facile inueniuntur.

Art. 6. Vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba.

1. Concl. Ephes. 4. Trac. 80. in Ioan. Conueniens fuit, vt sacramenta constarent verbis.

1. Ex Paulo, qui ait Christum mundasse ecclesiam lauacro aquæ in verbo vitæ: & Aug. accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.

2. Fuit conueniens ob hanc rationem, primum ex parte causæ sanctificantis, cum ipsa sint sanctificationis signa, qua causa est Verbum incarnatum, cui quodammodo sacramentum conformat, vt sicuti Verbum fuit caro sensibilis vnitum, ita signo sensibili vniretur verbum: deinde ex parte hominis, qui sanctificatur, qui constat corpore, & anima ita sacramenta debuerunt constare ex rebus, quæ corpus tangit, & verbis, quæ animam credit, vt sacramentalis medicina ei esset conformis: postremo ex parte significationis sacramentalis, quia verba magis significant quam res, ideo, vt significatio sacramentalis esset perfectior, debuerunt constare verbis, vt significatio rerum sensibilium, quibus sacramenta constant, cui vtres diuersas significare possint, vt aqua qua ablutionem, & refrigerium designat per verba determinaretur.

† 2. Concl. Licet res significent: tamen non frustra verba adduntur, cum determinent rerum significationem.

3. Concl. Res, & verba sunt vnum in ratione significandi, quæ maior est in verbis: & ideo ex illis fit quid vnum, quatenus significatio perficitur verbis: nomine rerum, etiam actus cõnentur, vt ablutio, confessio, & cæt.

4 Concl. Sacramenta nostræ legis significant rem præsentẽ, propterea debuerunt constare, verbis, vt Christum eorum actuorem, & eius similitudinem repræsentarent: vnde nõ est par ratio de veteri lege, in qua etiam verba quædam in sacramentis adhibebantur.

Art. 7. Vtrum requirantur determinata verba in sacramentis.

1. Concl. In sacramentis requiritur determinata forma verborum, & multo magis, quam determinatæ res.

1. Quia Christus in consecratione eucharistiæ protulit determinata verba Hoc corpus meum *& discipulis dixit*, Baptizantes eos, in nomine, &c.

2. In sacramentis requirantur determinatæ res, quæ se habent vt materia. Ergo multo magis determinata verba, quæ se habent tanquam forma, quoniam in eo positus ex materia, & forma principium determinationis est a forma, quæ est velut finis, & terminus materiæ, cuius determinatio requiritur propter formam.

† 2. Concl. Verbum operatur in sacramentis, non quia auditur, sed quia creditur: & licet sint voces diuersæ: tamen vnus est sensus apud omnes

Licet diuersis verbis idem significari possit: tamen aliqua principalius, & communius significant & hæc assumi debent in sacramentis.

3. Concl. Si quis iudustria corrumpat formam, non perficit sacramentum: quoniam non videtur facere, quod facit ecclesia; si lapsu linguæ, ita vt auferatur sensus, quod accidit maxime, si detrahatur a principio, non, perficit: si nõ tollitur sensus, perficit, quod accidit maxime, si fiat corruptio in fine, semper tamen attendẽda est quantitas corruptionis, quæ ex vtraque, parte potest esse parua, & tunc corruptio non tollit.

Art. 8. Vtrum liceat aliquid addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum.

1. Concl. In formis sacramentorum duo possunt attendi, scilicet intentio ex parte ministri, quæ requiritur ad sacramentum, & significatio ex parte verborum.

2. Concl. Sacerdos si addendo, vel minuendo intendat introducere ritum ab ecclesia non receptum, non conficit.

Quia non videtur facere, quod facit ecclesia.

3. Concl Diminutio ex parte significationis, si mutetur sensus, etiam si debita intentio adsit, tollit sacramentum.

Quia deest aliquid de substantia.

4 Concl. Si remaneat sensus conficitur. *Patet ex eo, quod Latini & Græci diuersis verbis baptizant, & tamen omnes conficiunt.* Potest tamen in tali mutatione esse peccatum per negligentiam, vel per contemptum.

5. Concl. Idem dicendum de additione: vt si dicas, *In nomine patris. maioris, quia* corrumpitur sensus, non conficitur: Si dicas *Dei Patris*, quia remanet sensus, perficitur.

Scripturæ non licet apponere quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem licet: idem dic de formis sacramentorum, sed addita, non dicentur esse de integritate.

7 Concl Forma non tam in verbis, quam in sensu consistit: ideo sensus spectandus est, an mutetur.

8 Concl. Interruptio, si non sit tanta, vt interrumpatur intentio dicentis, vt quando est parua, non tollit sacramentum. De transpositione idem dicendum est: quæ tamen non solet mutare sensum.

Quæstio 61. De necessitate sacramentorum.

Art. 1. Vtrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.

Concl. 1. 9 contra Faust. c. 11. SAcramenta sunt necessaria ad humanam salutem.

1. Ex Aug. homines non aggregantur sine lapsu, S. ad ad salutem necessaria est aggregatio ad vnam religionem. Ergo.

2. Ex triplici conuenientia: prima ex parte hominis, cui proprium est, vt intelligibilia cognoscat per corporalia, & ideo Deus debuit ea prouidere iuxta natura ipsius, secunda ex statu hominis, qui peccauit subijciendo se sensibilibus, & ideo inter diuina rebus sensibilibus, quibus adhibitis est, danda fuit: tertia ex studio naturæ humanæ, quæ ad corporalia se potissimum applicat, ne violenter abstraheretur a rebus corporeis, & vt haberet in quo se exerceret. Vnde per hæc eruditur, humiliatur, & a noxijs actionibus per exercitium salubria sacramentorum præfermatur.

† 2. Concl Exercitatio mere corporalis non est multum vtilis, vt ait Paulus: at hæc sacramentorum exercitatio est etiam spiritualis.

3. Concl: Gratia est sufficiens ex se ad salutem, sed quia datur secundum conditionem hominis, per signa, ideo ad eam consequendam sunt necessaria sacramenta.

4. Concl. Rom. 6. Passio est sufficiens causa salutis, si applicetur per sacramenta: quicunque baptizati sumus, &c. ait Paul.

Art. 2. Vtrum ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta.

Concl. In statu innocentiæ, ante peccatum, sacramenta necessaria, non fuerunt.

1. Medicina non est necessaria, nisi egroto. Mat. 9. At sacramenta sunt, spirituales medicinæ. Ergo.

2. In illo statu qui erat rectus inferiora inferioribus dominabantur. Ergo adeo nullo modo humana mens pendebat. quia vt mens erat subiecta Deo, ita inferiores vires anima, & ipsi anima corpus. At contra hunc ordinem factum fuisset, si quantum ad gratiam, & scientiam per corporalia homo suam perfectionem acquisiuisset. Ergo nec ad veram nec ad perfectionem homo sacramentis, quæ sunt corporalia, tunc indigebat.

† Concl Homo in eo statu egebat gratia, quam nō a sensibilibus, sed inuisibiliter a Deo accipiebat.

3. Concl. Licet sit eadem natura hominis ante, & post peccatum: tamen non est idem status: quia post peccatum anima, quantum ad sui perfectionem eget rebus corporalibus.

4. Concl. Matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, non vt sacramentum, sed in officium naturæ, & significabat aliquid futurum circa Christum, & Ecclesiam.

Artic. 3. Vtrum potest peccatum ante Christum sacramenta debuerint esse.

1 Concl. ad 13. contra Faust. c. 13. Ante Christi aduentum, post peccatum, necesse fuit quædam sacramenta institui.

1. Sacramenta veteris legis, ex Aug. pronuntiabant Christi venturi. Sed necessarium erat ad humanam salutem, vt aduentus Christi pronuntiaretur. Ergo necesse fuit ante Christum sacramenta quædam disponi.

Rom. 3. *2. Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem, vt signa inuisibilium rerū, quibus homo sanctificatur. At post peccatum nemo potest sanctificari, nisi per Christum, quem Deus posuit propitiatorem per fidem in sanguinem ipsius, & cæt. Et ideo ante Christi aduentum debuerunt esse quædam signa visibilia, quibus homo fidem suam protestaretur de futuro saluatoris aduentu. At huiusmodi signa dicuntur sacramenta. Ergo.*

† 2 Concl. Passio Christi est causa finalis sacramentorum veteris legis, quæ causa non præcedit tempore, sed intentione: & ideo potuerunt esse sacramenta ante passionem.

3. Concl. Etiam in lege naturæ fuerunt vere sacramenta: sed imperfectiora, quam sacramenta legis scriptæ.

Quia, licet fuerit eadem fides in substantia, fuit tamen magis explicata, & vt fuit varium progressus fidei, ita etiam sacramentorum.

4. Concl. Sacramenta legis naturæ, & legis scriptæ, differunt sicut determinatum, & indeterminatum: & quia erat obscurata lex naturalis, &

de-

debebat esse clarior fidei significatio, ideo in lege scripta sacramenta terminata sunt.

5. Concl. Sacramenta legis naturæ, quantum ad materiam, erant magis similia nostris, vt oblatio Melchisedech: at quantum ad rem significatam, id est quantum ad Christum, & passionem, sacramenta veteris legis erant magis similia: vt patet de agno paschali, &c.

Art. 4. Vtrum post Christum debuerunt esse aliqua sacramenta.

4. Concl. Oportet quædam alia sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea, quæ præcesserunt in Christo, præter sacramenta veteris legis, quibus prænunciabantur futura.

1.19. cõtra Faust. c.13 1. *Sacramenta veteris legis, ait Aug. sunt abolita, quia impleta, & alia sunt instituta, virtute maiora, & cæt.*

2. *Sacramenta sunt signa protestantia fidem Christi, per quam homo fit iustus, & vt antiqui patres per fidem Christi venturi, ita nos per fidem Christi venturi, ita nos per fidem Christi nati & passi. Ergo in noua lege, quæ credit in Christum præteritum, debent institui alia sacramenta, quibus significetur, &c. quæ alia debent esse signa rei præteritæ, a signis rei futuræ.*

† 2. Concl. Licet nos simus in statu veritatis: tamen, quia adhuc restat status gloriæ, ab eo non excluduntur signa, per quæ veniamus ad cognitionem spiritualium.

6. Concl. Sacramenta vetera dicebantur egena elementa, quia non continebant, nec causabant gratiam, nostra vero contra: vnde non est par eorum ratio.

7. Concl. Vt non mutatur voluntas patrisfamilias, dum pro diuersis temporibus diuersa dat præcepta, ita nec voluntas Dei, cum dat noua sacramenta.

Quæstio 62. De principali effectu Sacramentorum, qui est gratia.

Art. 1. Vtrum Sacramenta sint causa gratiæ.

1 Concl. NEcesse est dicere sacramenta nouæ legis aliquo modo gratiam causare.

1. *Aqua corpus tangit, & cor abluit, ex Aug. Sed cor non attingitur, nisi per gratiam. Ergo aqua causat gratiam.*

2. *Sacramenta ex Paulo incorporant hominem Christo, & induunt Christo. Sed hoc efficiuntur per gratiam.*

2 Concl. Sacramenta non dicuntur causa gratiæ per hoc, Deus in illis operetur ex pacto, si quis ea adhibeat.

Quia sacrationes non transcendunt naturam signi. At ex sanctorum auctoritatibus constat sacramenta causare gratiam. Ergo.

3. Concl. Causa principalis gratiæ non sunt ipsa sacramenta, sed Deus.

Quia causa principalis est illa, cui assimilatur effectus. At gratia est similitudo diuinæ naturæ, vt ait Petrus. Ergo.

4. Concl. 2. Pet. 5. Sacramẽta sunt causa instrumẽtalis gratiæ.

Quia non agunt virtute sua, sed vt mota a Deo, tanquam instrumenta. Salmos nos facit, ait Paul. per lauacrum: & Aug lib. 19. contra Faustũ cap. 16.

† 5. Concl. Iu. 3. Causa instrumentaria potest dici signum effectus, vt mouetur ab agente si sit manifesta: non sic causa principalis, etiam si sit manifesta: & ideo sacramenta nostra habent perfectam rationem sacramenti, cum non solum rem sacram significẽt, sed etiam efficiãt: vnde habent quod simul sint causa & signa.

6. Concl. Sacramentum propria virtute efficit operationem propriam, at virtute diuina, à qua mouetur instrumentaliter, producit etiam grãtiam: & hoc modo corporale potest agere in spirituale.

7. Concl. Deo est proprium producere gratiam ex se, sacramẽta autẽ producunt virtute diuina.

Art. 2. Vtrum gratia sacramentalis addat supra gratiam virtutem, & donorum.

1. Concl. Gratia sacramentalis addit supra gratiam virtutum & donorum.

1. Quia alias frustra darentur sacramenta habentibus dona, & virtutes. At Deus nihil frustra agit. Ergo.

2. Virtutes & dona, fluunt à gratia, quæ perficit essentiam animæ, prout participat similitudinem diuinæ essentiæ, sicut ab essentia animæ eius potentiæ, per quas potentias in ordine ad suos actus, & addunt super gratiam communiter dictam, perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potentiarum, ita sacramentalia addit super gratiam communiter dictam, & super virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum sacramentorum finem.

† 2. Concl. Gratia virtutem, & donorum perficit essentiam, & potentias animæ, quantum ad generalem ordinationem actum animæ, non tamen quantum ad speciales effectus necessarios in vita Christiana.

. Concl. Per dona, & virtutes excluduntur peccata, quantum ad præsens, & futurum non quantum ad præterita peccata, quæ remanent retro, & egent speciali remedio sacramenti.

4. Conc. Gratia sacramentalis ad gratiam communiter dictã se habet, vt species ad genus: & ita gratia communis, & sacramentalis non dicuntur æquiuoce.

Art. 3. Vtrum sacramenta nouæ legis contineant gratiam.

1. Concl. Gratia continetur in sacramentis nouæ legis.

ii. de Sacra par. 19. c. 1. Patet ex Hugone, quia aut sacramentum ex sanctificatione inuisibilem gratiam continere.

2. Concl. Gratia non est in sacramento nouæ legis secundum similitudinem, vt effectus in causa vniuoca, neque secundum aliquam formam propriam & permanentem proportionatam ad talem effectum, vt sunt effectus in causis non vniuocis.

3. Concl. Gratia est in sacramento nouæ legis, vt in causa instrumentali secundum quandã virtutem instrumentalem, quæ est fluens, & incompleta in esse naturæ.

4. Concl. Gratia non est in sacramento, vt in subiecto, vel vt in vase, nisi prout vas dicitur instrumentum faciendi aliquid.

5. Concl. Licet gratia sit accidens: tamen potest trãsire a causa in subiectum, cum non eodẽ modo sit in vtrisque, sed secundum propriam rationem vtriusque.

6. Concl. Spirituale existens perfecte in aliquo non continetur illo: sed cum gratia sit in sacramento vt fluens, & incompleta, ideo dicitur in eo contineri.

Art. 4. Vtrum in sacramentis sit aliqua virtus effectrix gratiæ.

1. Concl. Necesse est ponere in sacramentis virtutem instrumentalem ad producendum effectum sacramenti.

1. *Ex Aug. dicente quæ est tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, &c. & Beda ait, Dominum in tactu carnis dare vim aquis regenerandi.*

2. *Sacramentum est causa instrumentalis gratiæ. Ergo reget aliqua virtus, qua operetur effectum: quam virtutem nonponunt, qui dicunt sacramenta non causare gratiam, sed producta a virtute diuina assistente sacramento: & ita non causant gratiam, nisi per quandam concomitantiam.*

2. Concl. Hæc virtus est imperfecta, & fluens.

Quia virtus instrumentalis se habet instrumentum ad agens principale. Sed instrumentum non agit, nisi ratione ab agente principali, cuius virtus est permanens. Ergo virtus instrumenti erit transiens, & incompleta, transiens ab vno in alium, sicut ipse motus, qui est actus imperfectus agentis et patientis.

3. Concl. Virtus spiritualis non potest esse in corpore permanenter, sed imperfecte quatenus corpus mouetur a substantia spirituali: sicut in voce est virtus ad excitandum intellectum, quatenus procedit a mente.

4. Concl. Ista virtus reducitur ad genus virtutis perfectæ, & ad eandem speciem: scilicet motu.

5. Concl. Ista virtus non creatur: sed aduente sacramento ex benedictione Christi, & ex applicatione ministri.

6. Concl. Eadem vis est in rebus, & verbis, sicut virtus principalis agentis in pluribus instrumẽtis subordinatis.

Artic. 5. Vtrum Sacramenta noue legis habeant virtutem à passione Christi.

1 Concl. Sacramentum est veluti instrumentum, instrumentum autem, vel est separatum, vt bãculus, vel coniunctũ vt manus. & per coniũctum mouetur separatum, vt per manum baculus.

2. Concl. Virtus salutifera à diuinitate Christi per eius humanitatem ad ipsa sacramenta deriuatur.

Quia principalis causa gratiæ est Deus, ad quem comparatur humanitas Christi, vt instrumentum coniunctum, & sacramenta, vt instrumentum separatum. Ergo &c.

3. Concl. Sacramenta Ecclesiæ specialiter habent virtutem ex passione Christi.

1. *Quia vt Gl. ait, finxerunt ex latere C*

2 *Sacramenta Ecclesiæ ordinata sunt præcipue ad tollendum peccatum, & ad ordinandum hominem ad cultum Dei. Sed hæc duo habent a passione Christi, quia, & efficienter, & meritorie per passionem nos soluamur, & inchoauit cultum, asserentes Deo, vt patet ad Ephes. 5. Ergo.*

3. *A signo, quia exiuit Christi, mixtus sanguis, & aqua, qua significatum baptismum, & Eucharistiam: quæ sunt potissima sacramenta.*

† 2. Concl. Verbum diuinum viuificat animam, vt agens principale: at caro, & mysteria in ea facta instrumentaliter, & exemplariter.

3. Concl. Virtus Christi copulatur nobis per fidem, & maxime passionis: & ideo virtus sacramentorum ordinata ad tollẽda peccata præcipue est ex fide passionis.

Iustificatio attribuitur resurrectioni, vt termino ad quẽ, quia est nouitas vitæ: passioni, vt termino a quo quantum ad dimissionem culpæ.

Art.

Art. 6. Vtrum sacramenta veteris legis essent causa gratiæ.

1. Concl. Non potest dici, quod Sacramenta veteris legis conferrent gratiam per se ipsa, id est vi virtute propria.

1. Quia elementa infirma, & egena elementa à Paulo, ex eo quod non esset in eis vis perficiendi, vt ait Glos. At gratia perficit iustificat. Ergo.

2. Quoniam aliàs non fuisset necessaria passio Christi, si ex sacramentis iustificatio, vt ait Paulus.

2. Concl. Nec dici potest, quod ex passione Christi, virtutē haberent conferēdi gratia iustificādi.

Quia virtus passionis copulatur nobis, vel per fidem, quod fit per actum animæ, vel per sacramenta, quod fit per vsum exteriorum rerum. Sed quod nondum exist it, non potest mouere, tanquam causa efficiens. Ergo sacramenta vetera non habuerūt vim efficiendi a passione Christi, quia nondum erat. vt sacramenta nouæ legis, in quæ virtus sanctificatiua derivata, cum tanquam causa efficiens ea præcesserit.

3. Concl. Sacramenta vetera erant signa, quibus antiqui patres protestabantur fidem. qua passio Christi apprehendebatur, & sic iustificabant ratione fidei, quia nihil prohibet, vt id quod est posterius tempore, antequam sit, mouere, vt præcedit in actu animæ: vt patet de fine apprehenso, & desiderato.

† 4. Concl. Passio futura, vt erat in apprehensione animæ iustificabat in lege veteri: at in nostra lege, cum sit exhibita etiam secundum realem vim iustificat.

5. Concl. Sanctificatio in lege erat figuralis.

Quia antiqui dicebantur sanctificari quatenus applicabant se cultui diuino, quo significabatur passio Christi.

6. Concl. Circumcisio, & cæterā sacramenta veteris legis erant signa fidei iustificantis. Vnde erant, qui dicunt, solum remisisse peccatum, quid non tollitur sine gratia: & qui dixerunt, gratiam, quæ dabatur solum remouisse culpam, & non contulisse effectus suos positiuos: quia dabat facultatem perueniendi ad gloriam: & præterea effectus positiui sunt priores priuatiuis in ordine causæ formalis. Et inuenta gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri gloriam.

Quæstio 63. De effectu sacramentorum, qui est character.

Art. 1. Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.

1. Concl. Fideles aliquo spirituali charactere per sacramenta insignantur.

1. Nam in anim. aliquid notum esse, quod facit character, quo portat quandam conformationem. 1. Cor. 1. 12, c. 13.

2. Quod ad aliquid certum deputatur, sic consignatur: vt patet in militia humana. Sed per sacramenta fideles designantur ad cultum Dei, qui non solum ad tollendum peccatum, sed etiam ad cultum sunt institutæ. Ergo.

3. August. contra Vrsa. non. idem docet.

† 2. Concl. Ad præmium gloriæ christiani deputantur signaculo prædestinationis: ad actus vero congruentes ecclesiæ christianæ characterē spiritualē.

3. Concl. Character in anima habet rationem signi, prout signo sensibili imprimitur: potest tamen dici signaculum, vt distinguit, & vt configurat alicui.

4. Concl. Heb 9. Sacramenta veteris legis non imprimebāt characterem: quia in se non habebat aliquam virtutem ad aliquem effectum spiritualem: sed satis fuit signaculum exterius circuncisionis ad distinguendum populum.

Art. 2. Vtrum character sit spiritualis potestas.

1. Concl. Character importat quandam potentiam spiritualem ordinatam ad ea, quæ sunt diuini cultus.

1. Cum sit in anima, vel erit passio, & hoc non, quia passio transit, character est indel bilis. vel habitus, & hoc non: quia character ponitur in tertio bene. vel male vti, at habitus non ita. Restat ergo, vt sit potentia, cum in anima non sit nisi passio, habitus, & potentia, vt Arist dicit. 2. de. anim. c 5.

2. Character datur ad deputandum hominem ad cultum Dei, vel vt recipiat, vel vt alijs ministret aliquid, vt ait Dionys. Ergo erit potentia: quia ad vtrumque illorum requiritur potentia, vel actiua, vel passiua. c. 2 eccl. hier.

1. Concl. Hæc spiritualis potentia est instrumentalis, sicut illa virtus, quam diximus esse in sacramentis.

Quia habere characterem conuenit ministris Dei. Ministri autem ex Arist. se habent per modum instrumenti. Ergo. 2. 1 Pol. cap 3.

5. Concl. Character non est proprie in genere, vel in specie, sed reducitur ad secundum speciem qualitatis.

1. Concl. Character non ponitur in quarta, specie quantitatis: quia figura metaphorice dicitur in spiritualibus.

1. Concl. Nō est in tertia specie qualitatis: qui character non est aliquid sensibile, sicut est humē.

1. Concl. Non est in genere relationis: quia habent entitatē propriam, ad quam sequitur relatio

2. Concl. Character habet rationem signi in ordine ad sacramentum sensibile: at secundum hoc habet rationem principij.

Art. 3. Vtrum character sacramentalis sit character Christi.

1. Concl. Character est signaculum quo aliquid insignatur vt ordinatum ad aliquem finem, vt patet de denario.

Homo fidelis ad duo deputatur: principaliter ad fruitionem gloriæ, & ad hoc insignatur signaculo gratiæ Ezech. 9. *Signa Tau super frontes*, &c. & Apoc. 7. *Nolite nocere*, &c. Secundario ad recipiendum, vel tradendum alijs quæ pertinent ad cultum Dei. & ad hoc deputantur per characterem sacramentalem.

2. Concl. Character sacramentalis est character Christi.

1. Ex communi definitione, character est distinctus à charactere æterno impressa. Sed talis Christus, ex Paulo. Ergo.

2. Character sacramentalis est ad dandum, & recipiendum: quæ sunt cultus Christiani. Ergo erit specialiter character Christi, quia in Christo est plena potestas totius religionis, cuius sacerdotio configurantur fideles per characteres, quasi membra participationes sacerdotij Christi ab ipso derivata.

† 4. Concl. Christianus insignitur ad gloriam per gratiam, quod pertinet ad spiritum sanctum: ad cultum vero per characterem sacramenti,

5. Concl. & ita non tribuitur spiritui sancto. Character est res & sacramentum: res, quia est effectus sacramenti: sacramentum, quia significat gratiam: at vero secundum rationem propriam est signum configurans Christo, & ideo dicitur esse Christi.

6. Concl. Character, quo distinguuntur boni à malis, est gratia, cui opponitur character bestiæ, qui est obstinatio in peccato: at character Christi est ad cultum Dei in hac vita, cui opponitur professio malæ cultus.

Artic. 4. Vtrum Character sit in potentijs animæ sicut in subiecto.

1. Concl. Character non est subiectiue in anima, sed in eius potentia.

1. Quia dicitur esse impressum animæ. Et anima est imago Dei. Sed imago attenditur in potentijs. Ergo character erit in animæ potentijs.

2. Character est signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, vel tradendum ea quæ sunt diuini cultus, quæ consistunt in actu. At potentiæ sunt, quæ ordinantur ad actum, sicut essentia animæ ordinatur ad esse. Ergo erit in potentia animæ

† 2. Concl. Character non potest pertinere ad gratiam, sed proxime ad cultum Dei, & ideo non est in anima habente gratiam.

4 Concl. Est enim anima perficitur per gratiam, quæ viuit spiritualiter at potentiæ per characterem, quæ ordinat ad actum.

Character est in potentia intellectiua.

Quia datur ad cultum Dei, qui est quædam fides protestatio. Ergo erit in potentia cognitiua, in qua est fides.

Art. 5. Vtrum character insit animæ indelebiliter.

Character indelebiliter manet in anima.

1 Concl. *1. Ex Aug. quæst. nouum non licere, quia hæreses character corporis Christi, quamvis reperiatur sed cum laude approbatur.*

2. Character est participatio sacerdotij Christi. Sed hoc est æternum, ipse ergo & character.

3. Vt omnium sanctificatorum, qua sit per sacerdotium Christi, est perpetua, vt consecrata in altari, & patet in consecratione altaris. Sed cum in intellectu, in quo est character sit perpetuus, character erit indelebiliter in anima.

† 2 Concl. In Christo non fuit character: quia in ipso fuit plenitudo sacerdotij non autem participata, vt in ministris.

3 Concl. Gratia est in anima, vt forma in esse completo, & ita est in subiecto secundum conditionem ipsius, & cum subiecto in hæreticum. ideo gratia potest mutari: at character, cum sit virtus instrumentalis, potius pendet ab agente primo, à quo mouetur, & ideo non removetur à subiecto propter virtutem principalis agentis.

4. Conc. Licet post vitam non remanet cultus exterior, manet tamen finis illius, & ita character in malis erit ad ignominiam, in bonis ad gloriam.

Art. 6. Vtrum per omnia sacramenta noua legis imprimatur character.

1. Concl. Et si per omnia sacramenta detur gratia, non tamen omnia imprimunt characterem.

1. Illa sacramenta imprimunt characterem, quæ non iterantur, cum character sit indelebilis. At quæda iterantur, Ergo.

2. Sacramenta sunt instituta ad tollendum peccatum, per gratiam, quod est omnibus sacramentis commune, & ad cultum, & partes spectantes de pœnitentia. Ergo licet per omnia sacramenta detur gratia, non tamen character.

Chara-

2. Concl. Character solum imprimitur per tria sacramenta, scil. per baptismum, confirmationem, & ordinem.

Nam simpliciter aliquid pertinet ad cultum; vel per modum actionis sicuti Eucharistia in qua principaliter consistit cultus, qua cum sit consummatio, & finis sacramentorum, non requirit characterem: vel per modum agentis sicuti ordo, quo deputatur homo ad tradenda divina, & sacra: vel per modum recipientis, sicut in baptismo, in quo datur potestas ad recipienda alia sacramenta. ad idem etiam ordinatur quodammodo confirmatio, ut postea dicetur. Ergo tantum per tria sacramenta imprimitur.

† 3. Concl. Per omnia sacramenta homo participat effectum sacerdotii Christi; sed non per omnia deputatur ad agendum, vel recipiendum aliquid.

4. Concl. Per omnia sacramenta homo sanctificatur sanctificatione gratiæ, non tamen per omnia sanctificatione consecrationis, sed tantum per tria.

5. Concl. Licet character sit res, & sacramentum, non tamen omne, quod est res & sacramentum, est character.

Quæstio 64. De causa sacramentorum.

Artic. 1. Vtrum solus Deus operatur interius ad effectum sacramenti.

1. Concl. SOlus Deus per modum agentis principalis operatur effectum interiorem sacramenti.

Rom. 8. *1. Deus est, qui iustificat, ait Paulus. Sed iustificatio est effectus sacramenti. Ergo.*

2. Solus Deus debetur animæ, in qua est effectus sacramenti. Ergo solus Deus in ea operatur: nihil enim operatur ubi non est.

3. Quia gratia est solius effectus Dei, ut alias est dictum. Idem dico de Charactere, qui est effectus interior sacramenti.

2. Concl. Homo instrumentaliter potest operari effectum interiorem sacramenti: in quantum operatur per modum ministri.

Nam eadem est ratio ministri, & instrumenti, utriusque enim actio exterius adhibetur ad effectum interiorem virtute agentis principalis, & hoc modo concurrunt.

† 3. Concl. Purgatio & illuminatio, quæ tribuuntur ministris, non sunt a peccato: sed ministri dicuntur purgare, vel quia docent, vel quia ministrant sacramenta.

4. Concl. Minister per orationes ecclesiæ non potest operari effectum sacramenti, qui datur ex merito Christi, potest tamen in quid annexum, vt illud p[illegible] ita non datur melior effectus per melio[illegible] ministrum.

5. Concl. Tam sacramenta, quam homo per modum ministerii possunt operari in animam, &c.

Art. 2. Vtrum sacramenta sint solum ex institutione divina.

1. Concl. Solus Deus est sacramentorum institutor.

1. Ille instituit aliquid, qui dat esse robur, & patet de institutione legum. Sed scilicet Deus dat robur sacramentis. Ergo.

2. Is est institutor sacramenti, qui dat sacramento virtutem principalem, quia cum sit instrumentum, debet habere esse a primo agente. Sed solus Deus dat virtutem sacramentis, quia quis virtus sacramento, non operatur, nisi per instrumentum, & ista virtus sacramenti non potest esse ab eo. Ergo agens principale, scil. Deus erit institutor.

† 2. Concl. Quæ sunt de necessitate sacramenti, sunt a Christo instituta: & licet non omnia sint in scriptura; tamen habentur per traditionem. Quæ vero pertinent ad deuotionem, & solemnitatem, sunt ab homine.

3. Concl. Res sensibiles habent aptitudinem ad res spirituales significandas: sed ista aptitudo terminatur institutione diuina.

4. Concl. Apostoli, & successores sunt vicarii, quo ad regimen Ecclesiæ constitutæ per fidem & sacramenta: ideo non possunt facere sacramenta quibus ecclesia dicitur fabricata.

Art. 3. Vtrum Christus inquantum homo potestatem habuerit operandi interiorem effectum sacramenti.

1. Concl. Tract. 62. in Ioan. Christus, vt Deus per potestatem auctoritatis operatur effectiue interiorem effectum sacramenti.

1. Ex illo, qui ait, diuinam virtutem in sacramentis operari. Ergo Christus vt Deus, in sacramentis interiorem effectum operatur.

2. Probatur exemplo art. huius quæstionis.

2. Concl. Christus, vt homo, operatur interiorem effectum sacramenti meritorie, & efficienter, sed instrumentaliter.

Nam Christus vt homo per suam passionem est causa nostræ iustificationis, vt dictum est. Sed passio est vt humana. Ergo, vt homo erit eodem modo causa [illegible].

3. Concl. Christus, vt homo habet potestatem ministerii principalis, seu excellentiæ in sacramentis.

Quia Christus vt homo fuit instrumentum con-

Art. 7. Vtrum Angeli possint sacramenta ministrare.

1 Concl. Ad homines pertinet dispensare sacramento, & in eis ministrare, non autem ad angelos.

Hab. 9. 1. *Omnis pontifex, ait Paulus, ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum: in sacramentis. At ang. li boni, vel mali non sunt ex hominibus Ergo.*

2. *Tota virtus sacramentorum derivatur à Christo patiente. Ergo ad homines non ad angelos eorum ministratio pertinet, quia Christo patienti homines sunt similes, & non angelis; à quibus potest secundum passionem Christus est diminutus.*

2. Concl. Christus posset conferre hanc potestatem angelis.

Quia, vt cum virtus non est alligata sacramentis, ita nec ministris.

3. Concl. Si constaret sacramentum esse administratum ab angelis, habendum esset pro vero.

Quia sunt ministri veritatis, & aliquando dicuntur consecrasse templa.

4. Concl. Si Dæmones aliquod sacramentale adhiberent, non deberet haberi ratum: quia sunt spiritus mendacii.

† 5. Concl. Quod faciunt homines per sensibilia inferiore modo faciunt angeli superiore modo invisibiliter purgando, & illuminando.

6. Concl. Sancti sunt similes angelis in gloria, non in natura, nec consequenter in ministerio.

7. Concl. Mali homines non habent ex diabolo quod ministrent: Vnde non sequitur, quod diabolus ministrare possit.

Art. 8. Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

1. Concl. Intentio ministri requiritur ad perfectionem sacramenti.

1. *Quæ fiunt sine intentione; fiunt casu; quod non est dicendum de operatione sacramentorum.*

2. *Quando aliquid se habet ad multa oportet, quod per aliquid determinetur ad vnum, si illud effici debeat. Sed quæ agnatur in sacramentis se habent ad multa, vt patet de ablatione in baptismo, quæ posset ordinari ad multa, nisi intentione determinetur. Ergo determinanda sunt ad vnum, id est, ad effectum sacramentalem, per intentionem, qua verbum exprimitur.*

† 2. Concl. Instrumentum animatum, cum non modo agatur, sed etiam agat se, debet habere intentionem, qua se subiiciat agenti primo, cum quo idem intendere debet.

3. Concl. In adulto, si desit intentio ministri per devotionem sumentis, suppletur effectus gratiæ a Christo: non autem aliter effectus, qui est Character.

Quia spiritus non datur nisi per sacramentum.

4. Concl. Minister agit in persona ecclesiæ, cuius intentio verbis exprimitur. & hæc sufficit, nisi contrarium exterius exprimatur à ministro, vel a suscipiente.

5. Concl. Sufficit intentio habitualis, quæ operatur virtute primæ intentionis; sed curandum est, vt adsit actualis intentio.

Art. 9. Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti.

1 Concl. lib. 1. contra Petilian. c. 43. Ad perfectionem sacramenti non requiritur fides ministri.

1. *Ex Aug. qui hoc docet.*

2. *Minister in sacramentis non operatur propria, sed Christi virtute. Ergo vt non requiritur eius caritas, ita nec fides; quia fides, sicuti & caritas pertinet ad perfectionem instrumenti; vnde infidelis potest præbere verum sacramentum; modo adsint, quæ sunt de essentia.*

† 2. Concl. Etiamsi infidelitas sit circa sacramentum, adhuc conficitur, si adsit intentio faciendi, quod facit ecclesia.

3. Concl. Qui non seruant formam, nihil conferunt: qui seruãt, & sunt ministri præcisi conferunt sacramentũ, sed non gratiam; quia accipiens cooperatur in peccato cum illis; vt cum excommunicato.

4. Concl. Potestas conferendi sacram. est indelebilis: & ideo degradatus eam non amittit, licet peccet conferendo; sic etiam, qui accipit, nisi ignorantia excuset.

Art. 10. Vtrum intentio recta sacramenti requiratur ad perfectionem sacramenti.

1. Concl. Intentio ministri potest peruerti, vel respectu sacramenti, vt cum quis non intendit conferre sacramentum quantum ad id, quod sequitur sacramentum.

2. Concl. Intentio peruersa ministri, quantum ad id, quod sequitur sacramentum, non tollit sacramentum.

1. *Quia talis intentio pertinet ad malitiam ministri, quamvis impedit sacramentum.*

2. *Quia prius non dependet a posteriori: & si quis baptizando intendat ludum.*

3. Concl. Intentio peruersa tollit veritatem sacramenti, quæ requirit veram intentionem exterius manifestatam: patet ex dictis; qui autem peruerteret, peccaret graviter.

1. Concl. Ecclesiæ intentio est semper perfecta, quantum ad sacramenta, & quantum ad bonum vsum sacramenti: si ministet, sit conformis primæ intentioni perficit; si vero non conformetur, quantum ad vsum, conficit, sed non meretur.

2. Concl. Iocosa intentio tollit rectam intentionem, qua perficitur sacramentum: & ita non conficit vt si quis loco baptizaret.

6 Concl. Peruersa intentio peruertit opus intendentis, non autem opus alterius: vt si seruus mala intentione daret eleemysynam domini.

Quæstio 65. De numero sacramentorum.

Art. 1. Vtrum debeant esse septem sacramenta ecclesiæ.

Conuenienter ponuntur septem sacramenta ecclesiæ.

Quæ enim sunt ad vitam spiritualem, quæ est conformis vitæ corporali, in quadam sunt septem.

1. Est esse per generationem, quod in vita spirituali habetur in baptismo.

2. Augmentum, & perfectio, quæ habentur in confirmatione.

3. Nutritio, per eucharistiam. Et hæc ex se sufficerent.

Sed quia homo infirmatur, opus est medicina: cui respondet pœnitentia.

Et sicuti per exercitationem, & dietam tolluntur reliquiæ morbi, ita per extremam vnctionem reliquiæ peccatorum.

Vt autem homo sit perfectus in vita, quoad alios primum debet habere potestatem exercendi actus publicos, cui respondet potestas ordinis.

Deinde debet propagare sobolē, & ad hoc est matrimonium, quod est officium naturæ, & sacramentum. Rursus sacramenta sunt in remedium peccati: Baptismus est contra ca[illegible] vitæ spiritualis: Confirmatio con[illegible] debilitatem, quæ reperitur in nuper natis: eucharistia contra facilitatem ad peccandū: pœnitentia contra actuale peccatum: extrema vnctio contra reliquias: ordo contra dissolutionem multitudinis: matrimoniū contra [illegible] concupiscentiam sensualem, & corruptionem [illegible] Item ex numero virtutum, & [illegible] culparum, & pœnarum: Ita est, quia inter baptismum, qui ordinatur contra peccatum originale [illegible], extrema vnctio contra culpam [illegible] Charitati, Eucharistia contra [illegible] Ordini prudentia, [illegible] matrimonio temperantiæ, confirmatio fortitudini.

2. Concl. Agens primum vtitur variis instrumentis ad varios effectus secundum congruentiam operum.

3 Concl. Culpa & pœna differunt, & varias habent species, secundum varios status, & habitudines: ideo debuerunt multiplicari sacramenta.

4. Concl Dion. 3. c. 2. cœl. hier. Licet actionis Hierarchiæ sint tres scilicet purgatio, illuminatio, & perfectio; tamen purgatio & illuminatio ad ea spectant, scilicet ad baptismum, & propter peccatum, ad pœnitentiam, & extremam vnctionem. Perfectio vero quoad virtutem pertinet ad confirmationem, quoad consecutionem finis, ad Eucharistiam. Et quia debent esse agentes, & recipientes, ideo opus fuit ordine, quo ministri constituuntur, & matrimonio, quo recipientes generantur.

5. Concl. Debuit esse speciale sacramentum contra luxuriam: tum quia per hoc peccatum non solum persona, sed etiam natura vitiatur: tum etiam propter eius vehementiam, & quia absorbet rationem.

6 Concl. A qua benedicta, & aliæ consecrationes nō sunt sacramentales: quia non perducunt ad effectum sacramenti, sed disponunt removendo impedimenta, vel dando quandam idoneitatem ad Sacramenta.

7. Concl. Oblationes, & c. fuerunt in lege naturæ, & in lege Moysis, non solum in alimentum sacerdotum, sed etiam in figuram, & ideo erant sacramenta: quæ non remanserunt, vt figuræ, ideo non sunt sacramenta.

8. Concl. Veniale peccatum tollitur sine infusione gratiæ: ideo in noua lege nullum est sacramentum contra veniale, sed tollitur per sacramentalia.

Art. 2. Vtrum sacramenta secundum ordinem prædictum in prioris parte præcedentis articuli conuenienter ordinentur.

1. Concl. Sacramenta conuenienter sic ordinantur: Baptismus, confirmatio, Eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium.

1. *Quia sic communiter omnes ordinant.*

2 *Ordo, & matrimonium, cum ordinentur ad alios, debent esse posteriora illis sacramentis, quæ ordinantur ad se: cum ordo primus participet spiritualis vitæ id, quod præcedere matrimonium: inter ea, quæ ordinantur ad perfectionem propriam, prius est, quod requiritur per se vt est baptismus, quia ge-*

nacet. Quæ est confirmatio, quam eucharistia, cui nulla sit perfectionem virtutis: hæ perfectionem sunt in ecclesia, quæ per accidens sunt necessaria: quæ est pœnitentia, quæ inchoat sanctitatem, quæ extrema unctio, quæ eam confirmat.

† 2. Concl. Matrimonium sit prius, vt est officium naturæ, vel posterius, vt est sacramentum: quia habet minus ipsi inhærentis.

3. Concl. Agens debet esse prius perfectum in se, antequam ingrediatur alios, & ideo, quæ perficiunt hominem in seipso, sunt priora.

4 Concl. Nutrimentum præcedit augmentum, & subsequitur, vt conseruans hominem: & ita eucharistia potest præmitti confirmationi.

5. Concl. Confessio per accidens requiritur, vt præparatoria ad eucharistiam, posito peccato.

Art. 3. Vtrum Sacramentum Eucharistiæ sit potissimum inter sacramenta.

Sacramentum Eucharistiæ simpliciter est potissimum inter omnia alia sacramenta.

1. Concl. c. 3. col. hic. *1. Ex Dion. 3. cap. hoc docet.*

2. Alia sacram. communicant virtutem Christi; hoc vero Christum ipsum substantialiter.

3. Alia ordinantur ad hoc, quia ordo consecrat; baptismus est ianua, confirmatio dat robur ad accedendum: pœnitentia, & extrema unctio præparant ad sacramentum: matrimonium significat vnionem Christi cum ecclesia, quæ in hoc Sacramento repræsentatur.

cap 3 col hier. *4. Ex vitu sacramentorum quia omnia fere in Eucharistia consummantur, vt ait Dion.*

2. Concl. Aliorum sacramentorum comparatio sic fieri potest. Via necessitatis, præcedit baptismus: via perfectionis ordo: confirmatio medio modo se habent: pœnitentia, & extrema vnctio se habent quasi per accidens ad alia, extrema vnctio se habet ad pœnitentiam, vt confirmatio ad baptismum: quia hæc est magis necessaria illa magis perfecta.

† 3. Concl. Matrimonium ordinatur ad bonum corporale: Eucharistia ad spirituale bonum totius Ecclesiæ, propterea est perfectius sacram.

4. Concl. Quia ordine & confirmatione homo ordinatur ad speciale officium: ideo ab episcopo, tanquam principale ministro dantur: Eucharistia autem est finis omnium officiorum.

5 Concl. Nobilius est Sacramentum, quod coniungit Christo, quam quod imprimit characterem Christi.

6. Concl. Aliqua sacramenta secundum quid possunt esse honoriora: vt baptismus ratione necessitatis, ordo, & confirmatio respectu ministri, matrimonium ratione significationis.

Art. 4. Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

1. Concl. Necessarium respectu finis de quo hæc est sermo, dicitur aliquid vel simpliciter, hoc quo finis haberi non potest, vt cibus, ad vitam: vel ad melius esse, vt equus ad iter.

2. Concl. Tria sacramenta respectu finis sunt necessaria simpliciter, scilicet baptismus, pœnitentia, & ordo: sed nō eodem modo: baptismus, singulis absolute: pœnitentia supposito peccato mortali post baptismum, ordo respectu ecclesiæ, quæ guberuatione eget.

3. Concl. Reliqua sunt necessaria ad bene esse: nam confirmatio perficit baptismum, extrema vnctio pœnitentiam, matrimonium multitudinem in ecclesia conseruat, Eucharistia tanquam spiritualis alimonia virtutem spiritualem reficit.

† 4 Concl. Ad hoc vt aliquid non sit superfluum sat est, vt sit necessarium vno, vel altero modo.

5. Concl. Illud, *Nisi quis manducaverit*, &c. intelligitur de spirituali manducatione, non de sola sacramentali, vt Aug. exponit.

Ioan. 6. Tract. 26 in Ioan. Licet contemptus sacramenti sit saluti contrarius: non tamen est contemptus, si quis non curet accipere illud, quod non est de necessitate salutis.

6 Concl.

Quæstio 66. De pertinentibus ad sacramentum baptismi.

Art. 1. Vtrum baptismus sit ipsa ablutio.

1. Concl. IN sacramento baptismi consideratur id quod est sacram. tantum. Quod est aliquid visibile exterius existens, quod est res & sacramentum, & quod est res tantum.

2. Concl. Baptismus, vt sacramentum, non est aqua, sed ipsa ablutio.

1. Quia Ezech. 34. baptismus appellatur lauatio.

2. Inde est sacramentum, quo perficitur sanctificatio; quia sacramenta nunc leguntur significationem: ad hoc perficitur in ablutione mundatio autem in aqua, in qua est talem virtutem fluens in crimen, qua est subtrahere sanctificationis. Ergo ablutio ipsa non aqua dicitur sacramentum.

3. Ex Aug. qui sic definit, Baptismus est alicuius corporis exterior species sub forma proposita verborum.

3. Concl. Res & sacramentum in baptismo, est character: qui significatur ablutione; & gratiam significat.

1. Concl. In baptismo res tantum, est ipsa interior sanctificatio.

Quæ significatur, & non significat.

Concl. Baptismus dicitur manere ratione effectus

ticil. characteribus, & gratiæ, qua ratione definitur à Damasc.

Hugo dixit esse aquam, sed non bene: vel diceres, hanc locutionem esse causalem per causam materialem.

Cum accedit verbum ad elementum, fit sacramentum: non in elemento, sed in homine, circa quem est vsus sacramenti.

Art. 2. Vtrum baptismus fuerit institutus post Christi passionem.

Baptismus, quatenus est sacramentum, fuit institutus quando Christus baptizatus est, quod fuit ante passionem.

1. Ex Aug. qui ait, ex eo aquam abluere peccata, ex quo Christus in aqua mergitur, quod fuit ante passionem.

2. Tunc institutus fuit sacramentum, quando habet vim dandi gratiam, quia ex institutione habet, vt det gratiam: sed hanc vim habuit baptismus, cum Christus est baptizatus, quod fuit ante passionem. Ergo.

Baptismus, quantum ad vsum fuit institutus post passionem.

1. Quia tunc cessarunt figura baptismi, quibus succedit veritas.

2. Quia baptismo configuramur Christo, quatenus mortui peccato, &c. viuimus alteram vitam. Ergo prius Christus debuit pati, & resurgere, quàm institueretur hominibus baptismus.

Baptismus ante passionem habebat vim ab ea, quam figurabat; nec erat tantum figura, cum haberet vim iustificandi.

Ante passionem non fuit sub præcepto: sed ad exercitium vt assuefierent iudæi, apud quos erant omnia in figura: at post mortem omnes obligauit ex præcepto.

Illud, *Nisi quis renatus*, &c. non præsens, sed futurum tempus respiciebat.

Art. 3. Vtrum aqua sit propria materia baptismi.

Aqua ex institutione diuina, est propria materia baptismi.

1. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.

2. Ex conuenientia: primum baptismus est regeneratio spiritualis, quæ conuenit aquæ: quia semina, quibus omnia generantur, sunt humida: deinde ex effectu aquæ, quæ lauat immunda, temperat calorem, lumen suscipit: baptismus etiam ablutio sordes, fedat concupiscentias, & mentem illuminat: tertia quia repræsentat sepulturam Christi, dum in aquam immergimur: postremo baptismus protulit necessitatem: debuit constitui in materia communissima.

Illuminatio pertinet ad ignem actiue: at vero baptizatus illuminatur passiue per fidem, quæ est ex auditu, & aquæ conuenit illuminari. † 2. Con. I.

Illud, *baptizabit vos in igne*, intelligitur de Spiritu sancto, vel de igne tribulationum. Vinum, & oleum communiter non lauant, neq; communiter habentur, vt aqua: ideo potius aqua sumpta est. 3. Concl.

Vt aqua fluxit ex latere Christi ad abluendum, ita sanguis ad redimendum: & ideo sanguis competit Sacramento Eucharistiæ. 4. Concl.

Virtus Christi, detinuata est ad omnem aquam, propter continuitatem: loci, sed propter similitudinem speciei. 5. Concl.

Benedictio aquæ, quæ adhibetur in baptismo, est ad solemnitatem, per quam excitatur deuotio, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat Sacramenti effectum. 6. Concl.

Art. 4. Vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex.

In qualibet aqua, dummodo non dissoluatur species aquæ, potest fieri baptismus. 1. Concl.

Nam aqua est propria materia baptismi. Sed sola aqua simplex retinet speciem aquæ. Ergo.

In aqua per artem, siue commixtione, siue alteratione transmutata, si compositum non fit potius aliquid aliud, quam aqua, vt patet de luto, & vino lympharo potest fieri baptismus. Quia aris non potest mutare speciem rei, nisi apponendo agens naturale ad materiam propriam. In aqua etiam alterata a natura, quæ potest speciem mutare, si species non mutatur, fieri potest: veluti in aqua turbida, & calida. Quare in quacunque aqua quomodocunque transmutata potest fieri, si species maneat. 2. Concl.

Transmutatio in aqua maris, & aliis aquis, quæ apud nos sunt, non tollit speciem aquæ. † 3 Concl.

Admistio chrismatis non tollit speciem aquæ, neque aqua decocta in lixatione carnium amittit speciem aquæ, nisi plus habeat de aliena substantia: vnde si ex liquore sic infuso exprimatur aqua subtilis, potest elici materia. 4. Concl.

Aqua ex latere Christi, non fuit humor, sed pura aqua miraculose egrediens ad ostendendum veritatem corporis, quod constaret ex quatuor elementis, & quatuor humoribus. 5 Concl.

In lixiuio, & aquis sulphureis potest fieri baptismus: quia sunt aquæ totum alteratæ. 6. Concl.

In aquis rosaceis, alchimicis non potest fieri baptismus, in aquis plurialibus maxime quia generantur ex vaporum resolutione ex 7. Concl.

aquis

aquis, & non rerinent proprietates corporis nouæ.

Art. 5. Vtrum hæc sit forma conueniens baptismi: Ego te baptizato in nomine patris, & filii & Spiritus sancti.

1. Concl. Epist. 5. c. 2. de bap. c. 25.

Hæc est conueniens forma; ego te Baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

1. *Mer. Glo. Baptizantes eos, in nomine, &c.*

2. *Baptismus per formam consecratur, vt patet ex Pauio, & ex Aug. Ergo in forma debet exprimi causa efficiens baptismi; quia consecratio fit à causa efficiente. Sed hæc forma continet, tum causam principalem, cuius dicitur in nomine patris, &c. tum instrumentalem scilicet ministrum, cum dicitur, ego. Ergo.*

† 2. Concl. Quia actio tribuitur etiam instrumento, ideo conuenienter explicatur ministri persona. Causa vero prima significatur, vt in cuius virtute agitur: cum dicitur, in nomine, &c. Græci non exprimunt ministrum, ob errorē eorum, qui attribuebant virtutem ministris: sed exprimunt actum exercitum per ministrum, dicentes, *Baptizatur, &c.*

3. Concl. Ego, non est de substantia formæ, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis.

4. Concl. Ablutio ob multas causas fieri potest; ideo debet per verba determinari: alias non fieret sacramentum.

5. Concl. Verba formæ, non solum pronunciantur causa significandi; sed etiam efficiendi: propterea dicuntur, etiamsi a quibusdam non intelligantur.

6. Concl. Plures simul non possunt vnum baptizare: quia actus multiplicantur secundū multitudinem agentium, si perfecte ab vnoquoq; agatur. Vnde mutus, & obtruncatus manibus non possunt vnum baptizare, altero dicente, altero administrante: possunt tamen plures simul baptizati, si necessitas cogat: quia vnus non reciperet nisi vnum baptismum, sed opus est dicere, *ego vos*, &c. Nec mutatur forma; quia est, ac si diceretur te, & te.

7. Concl. At nemo potest se baptizare.

Quia mutaretur forma, dicendo me: ideo Christum, ab alio voluit baptizari.

8. Concl. Licet Christi passio sit causa prima respectu ministri; tamen est instrumentalis respectu Trinitatis: vnde potius Trinitas nominatur, quam passio.

9. Concl. Licet tria nomina personalia, tamen vnum est essentiale, & virtus, quæ operatur in baptismo ad essentiam pertinet, ideo dicitur, *in nomine*, & non *in nominibus*, & assumuntur illa tria nomina, *Patris, Filii, Spiritus sancti*, quia sunt communiora.

Art. 6. Vtrum in nomine Christi possit dari baptismus.

1. Concl. De conse. d. 5 can. si remota lib. de Spir. sanct. Quidquid desit ad plenam inuocationem Trinitatis tollit integritatem baptismi.

1. *Ex Pelagio Papa & ex Didimo, qui dicunt nullam ex tribus personis esse prætermittendam.*

2. *Sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Ergo si prætermittatur aliquid eorum quæ Christus instituit, circa aliquod Sacramentum, carebit efficacia, nisi intercedat specialis eius dispensatio. At Christus instituit dari cum inuocatione Trinitatis. Ergo. Nec obstat, quod, in nomine Patris, intelligatur Filius, aut quod ille qui nominat vnam personā, habet rectam fidē de alia; quia, vt in Sacramento requiritur materia sensibilis, & ita forma sensibilis, & ita non sat est fides trinitatis, nisi trinitatis exprimatur verbis.*

3. *Ex eo, quod in baptismo Christi trinitas sensibilibus signis demonstrata fuit: Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus sanctus in colūba. Vnde colligitur baptismum in nomine Christi tantum, nunc non valere. Ideo Pelag. mandat rebaptizare eos, qui in nomine Domini tantū erant baptizati.* Act. 8.

† 2. Concl. Ex speciali dispensatione apostoli baptizarunt in nomine Christi, vt Christi nomen odiosum gentibus, & Iudæis redderetur honorabilile; cum ad eius inuocationem Spiritus sanctus daretur.

3 Concl. lib. 1. de Spir. sanct. c 3. Ambr. dicens, nomine Christi contineri tres personas assignat rationem cur conuenienter fuerit facta dispensatio: quia saltem integritate intelligibili seruatur forma à Christo data.

4. Concl. De cons d. 5 can. A quodam. Nicolaus Papa confirmauit suam opinionem ex dictis scripturæ, & Ambrosii, vnde pater ad eius auctoritatem ex responsione ad duo argumenta priora.

Art. 7. Vtrum immersio in aqua sit de necessitate baptismi.

1 Concl. Quamuis tutius sit baptizare per modum immersionis, quia hoc habet communior vsus, potest tamen fieri baptismus per modum aspersionis, vel etiam effusionis.

1. *Aspersisti Paulus corda à conscientia mala, & ab uti corpus aqua mundat. & Aqua Ezech. Effundam super vos aquam mundam.*

Heb. 10. cap. 36. 2. *Aqua assumitur in baptismo ad signum ablutionis corporalis, vt significetur interior ablutio. At ablutio per aquam potest fieri non solum per immersionem, sed etiam alio modo; ergo.*

3. Concl. Si baptismus Christi aliquando repetitus fuit, factum est propter hæreticos, qui debita forma non vtebantur.

4. Concl. Quando baptizatur aliquis, de quo erat dubium, an esset baptizatus, non est iterare: quia datur sub conditione.

5. Concl. Diuersa ratione baptismus, & Eucharistia repræsentant Christum: In baptismo commemoratur nos Christi in quantum homo Christo commortui, & in nouam vitam regeneratur: at in Eucharistiæ sacramento prout Christus passus exhibetur nobis quasi paschale conuiuium: secundum illud 1. Cor. 5. *Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur* Et quia homo semel nascitur, multoties autem cibatur, semel datur baptismus, multoties autem Eucharistia.

Art. 10. Vtrum ritus, quo Ecclesia in baptizando vtitur, sit conueniens.

1. Concl. In baptismo aliquid agitur quod est de necessitate sacramẽti, vt est forma quæ designat causam principalem, & ministrum, & vsus materiæ, scilicet ablutio in aqua, quæ designat principalem effectum sacramenti.

2. Concl. Cætera omnia, quæ in ritu baptizandi adhibentur, magis pertinent ad quandam solẽnitatem sacramenti.

3. Concl. Isti ritus sunt conuenienter instituti.

Quia Ecclesia, quæ eos constituit regitur à Spiritu sancto qui nihil inordinatum operatur.

4. Concl. Istę solemnitates adhibentur sacramento propter tria.

1. *Ad excitandam deuotionem, & reuerentiã: quia alias baptismus existimaretur quædam cõmunis abstrio.*

2. *Ad instructionem rudium, qui per sensibilia excitantur ad quærendum de his quæ fiunt per sensibilia.*

3. *Quia per orationes, & benedictiones impenditur.*

†5. Concl Licet Christi baptismus factus fuerit in die Epiphaniæ, tamen conuenienter datur in pascha: eo tempore, mors & resurrectio Christi celebrantur, quorum figura est baptismus, & inde veritatem habet, & est resurrectio quædam: ac etiam tempore Pentecostes quo celebratur aduentus Spiritus sancti, qui datur in baptismo.

6. Concl Vsus olei est ad solemnitatem: vngitur baptizandus in pectore, & scapulis, vt Christi athleta, vel ad ablutionem ignorantiam, & ad exercitandam negligentiam: signatur in fronte chrismate, vt regni hæres particeps, & christianus videatur, vel quia ibi est ratio, vt infra patebit cum de confirmatione fidei

7. Concl. Vestis alba traditur in signum resurrectionis, ad quam baptizatus surgit, & ad significandam puritatem vitæ, quam debet seruare. Vnde licet ista non sint de necessitate, tamen sunt ad bene esse, & ideo non sunt superflua.

Artic. 11. Vtrum conuenienter describantur tria baptismata.

1. Concl. Conuenienter describuntur tria baptismata, scilicet baptismus aquæ, sanguinis, & spiritus.

1. *Ex Gloss. quæ ista baptismata numerat.*

Ad Heb. 10 2. *Tot sunt baptismata, quot sunt modi, quibus conformatur quis passioni Christi, (à qua baptismus aquæ per quem passioni configuramur, sum habet) per spiritum sanctum, qui cum sit prima causa, potest producere effectum sine sacramento. Sed præter baptismum aquæ conformamur Christo, vel pro ipsius gloria patiendo, & sanguinem fundendo, Apoc. 7. Hi sunt qui lauerunt stolas suas in sanguine. &c. vel per motionem spiritus credendo, & amando Deum, & peccatorum pœnitendo. Isa. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion. &c. Ergo cum hæc duo conformẽt nos Christo, & suppleant per virtutem spiritus, vicem baptismi, dicuntur baptismata:*

lo. 4 de baptis. contra Donat. c. 22 Ephes. 4 3. *Ex aug. qui ait: baptismi vicem implere passionem, & latroni non baptizato dictum fuit, Hodie eris mecum, &c. & ex Cypr. qui ait non solum per passionem, sed etiam per fidem & confessionem cordis:*

†2. Concl. Baptismus pœnitentiæ, & sanguinis dicuntur baptismata, vt supplent vicem baptismi aquæ, & continentur in illo: vnde vnum est baptisma.

3. Concl. Duo posteriora baptismata non sunt sacramentum, quia licet conueniant in effectu cum baptismo aquæ, tamen non conueniunt in ratione signi, quod est sacramento intrinsecum.

4. Concl. lib. 4. c. 10. Enumerantur alia baptismata à Damas. quæ sunt figuralia vt diluuium, transitus maris rubri, & cæt.

Art. 12. Vtrum baptismus sanguinis sit omnium potissimus.

1 Concl. in decret. Aug. 13 Effusio sanguinis pro Christo, & operatio interior spiritus sanc. dicuntur baptismata, prout efficiunt effectum baptismi aquæ.

2. Concl. Baptismus sanguinis est potissimum inter alia baptismata.

1. *Ex Augus. qui conferendo baptismata præfert baptismum sanguinis.*

2. Ille baptismus est aliorum potissimum, in quo excellentium operantur causæ efficientes, scilicet spiritus sanctus & passio Christi. sed sic causæ excellentium operantur in hoc, quia passionem baptismo aquæ operatur per quandam similitudinem, in baptismo pœnitentiæ per quandam affectionem, in baptismo sanguinis per operis imitationem, sicut virtus spiritus sancti in aqua per virtutem latentem: in pœnitentia per cordis commotionem: in baptismo sanguinis per potissimum horum effectum, Ioan. 5. Maiorem caritatem, &c. Ergo. Vnde in ferre licet baptismum flaminis ob eandem rationem esse potiorem baptismo aquæ.

3. Concl. Baptismus aquæ est potior, vt est sacramẽtum, & vt imprimit characterem, non autem quantum ad sacramenti effectum secundum.

4. Concl. Baptismus sanguinis non est baptismus, nisi includat baptismum flaminis: non enim cõuertitur: & ex hoc ipso est perfectior.

5. Concl. Præeminet etiam non solum ratione passionis a qua baptismus aquæ habet vim, sed etiam ex parte spiritus sancti, vt est dictum.

Quæstio 67. De ministris, per quos traditur baptismi sacramentum.

Art. 1. Vtrum ad officium diaconi pertineat baptizare.

1. Concl. BAptizare ex proprio officio non pertinet ad diaconos.

1. Ex Gelas. d. 93. can. Diaconos. Qui prohibentur diaconi ne baptizent, nisi in necessitate.

Dion. c. 7. Eccles. *2. Ab etymologia. quia diaconus significat ministrum. Ergo ad id, cum non pertinet præbere aliquod sacramentum principaliter, sed assistere, & ministrare materialibus, sicut enim cælestis Hierarchia nominibus cognoscuntur officia, & proprietates eius ordinum, ita in Ecclesia.*

2. Concl. Ad hoc cõmuniter pertinet ex officio in collatione huius, & aliorum sacramentorum ministrare.

Isid. 85 can. Ecclesiast. *Hæc Isidorus quibus ait, ad diaconum pertinere ministrare sacramenta Christi.*

3. Concl. Exponere Euangelium per modum doctrinæ, & docentis est episcopi: ad diaconũ pertinet recitare euangelium, & prædicare ipsũ per modum catechizantis: Vnde non sequitur ad diaconum pertinere munus baptizandi.

4. Concl. Baptismus non solum purgat, sed etiam illuminat, ideo excedit officium diaconi, ad quem pertinet purgare.

5. Concl. Quia baptismus est sacramentum necessitatis, permittitur diaconis necessitate urgente in absentia maiorum baptizare, & hoc modo S. Laurentius existens diaconus baptizauit.

Art. 2. Vtrum baptizare pertineat ad officium presbyterorum.

1. Concl. Vt ad sacerdotem pertinet conficere Eucharistiam, ita ad proprium eius officium pertinet baptizare.

1. Ex Isid. lib. de officijs.

2. Ad illum pertinet baptizare, ad quem pertinet conficere sacramentum vnitatis ecclesiæ, sed est Eucharistiam, iuxta illud. Vnus panis. & vnum corpus sumus. Sed hoc pertinet ad sacerdotem: quia per se primo consecratur ad conficiendum corpus Christi Ergo. Prima propositio patet, quia per baptismum homo fit particeps vnitatis eccl. sic, & recipit sacramentum accedendi ad corpus Christi. Ergo debet baptizare sacerdos: quia eiusdem est efficere totum, & partem in toto disponere. 1. Cor. 10.

† 2 Concl. Officium docendi, & baptizandi dedit Christus Apostolis, quorum vicem gerunt Episcopi: sed non eodem modo illud, vt per se facerent, hoc per alios.

Primum patet: quia est principalius, Act. ca 6 & 1. Cor. 1. Non misit me baptizare: & quia in baptizando, nihil operatur meritum, & doctrina ministri alterius probatur ex eo, quod Christus non baptizauit, sed discipulis commisit Nec ideo excluduntur episcopi, quia potestas maior continet inferiorem, & Paulus quosdam baptizauit.

3. Concl. In qualibet republica, quæ sunt minora pertinent ad minora officia, & maiora maioribus reseruantur, secundum illud Exo. 18. *Quicunque maior fuerit, referat ad te, &c.* Et quia per baptismum non acquiritur, nisi infimus gradus populo Christiano. ideo baptizare pertinet ad minores principes Ecclesiæ id est ad presbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi.

4. Concl. Baptismus est potissimus inter sacramenta, quoad necessitatem, non quoad perfectionem: quia dantur potiora episcopis reseruata.

Art. 3. Vtrum laicus possit baptizare.

1. Concl. loca. cit. Minister baptismi est quicunque, etiam non ordinatus.

1. Ex Gelasio, & Isid. qui dicunt laicos posse in necessitate baptizare.

2. Remedium quod est de necessitate salutis, debuit esse immune fori. sed pertinet ad misericordiam Dei non de [illegible] baptismus

inter

inter alia sacram. ita est maxima necessitatis, quia parvuli non possunt sine hac salvari, & adulti non possunt consequi remissionem totius culpæ. Ergo. Unde sicut aqua, quæ est materia qua sacerdos habet potestatem, ita & minister, &c.

Ad ordinatos pertinet baptizare secundū conuenientiam, & solemnitatem non autem de necessitate Sacramenti.

3. Concl. Sacramentalia pertinent ad solemnitatem, & a solo Sacerdote adhiberi debent.

4 Concl. *Quia soli solemniter baptizat.*

Pœnitentia potest suppleri per contritionem sine absolutione, quæ non liberat à tota pœna: vnde non est par ratio cum baptismo.

Art. 4. Vtrum mulier possit baptizare.

Mulier in necessitate potest baptizare.

1. Concl. 1. *Ex Vrbano Papa, qui hoc decernit.*

30. q. 3. can super quo. 2. *Christus est, qui principaliter baptizat, vt patet Ioan. 1. & in Christo, Galat. 3. non est masculus, nec fœmina. Ergo si ille potest, hæc etiam potest.*

2. Concl. Non debet mulier baptizare præsente viro quia vir est caput mulieris: nec laicus præsente clerico, nec clericus præsente sacerdote, potest tamen sacerdos præsente episcopo, quia pertinet ad eius officium.

3. Concl. Licet fœmina non doceat publice: potest tamen priuate instruere, & sic etiam baptizare, sed non solemniter.

4. Conc. Quando quis est baptizandus solemniter, debet baptizari à suo presbytero, vel ab alio, qui de licentia possit: sed hoc in necessitate non requiritur.

5. Concl. In generatione carnali fœmina, & masculus operantur virtute propria & opponuntur vt principium actiuum, & passiuum, hic autem virtute aliena. Vnde mulier baptizãs extra necessitatem conficit, sed peccat: & etiam alij, qui ad hoc concurrunt, vel offerendo, vel suscipiendo.

Art. 5. Vtrum non baptizatus possit sacramentum baptismi conferre.

1. Concl. Etiam non baptizatus in articulo necessitatis potest baptizare, & conferre non solum sacramentum, sed etiam effectum sacramenti.

1. q. 1. can Si quis. De cons. d. 4. can. A quodam *Quia sic determinat Nicol. Papa, ac etiam Isid. Licet Augustin. hoc in determinatum reliquerit: & cum. Greg. ait baptizatos à paganis rebaptizandos esse, intellige, cum non seruata est forma.*

2. *Aqua de materia potest hoc sacramentum ministrari in quacunque aqua, quæ est materia. Ergo etiam data a quocunque ministro: Vnde ista non baptizatis possunt se mutuo baptizare.*

2. Concl. Si extra articulum necessitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret, scilicet baptizans, & baptizatus, & impediretur sacramenti effectus. sed non tolleretur sacramentum,

13 C. Christus est, qui baptizat, & ideo potest vti quocunque ministro.

4. Concl. Quamvis non baptizatus, non pertineat ad Ecclesiam re: potest tamen pertinere intentione, & similitudine actus, & prout operatur, vt minister Christi, qui non est applicatus ministris, sicut nec sacramentis.

5. Concl. Non baptizatus alia sacramenta non ministrat: quia non sunt tantæ necessitatis.

Art. 6. Vtrum plures possint simul vnum baptizare.

1. Concl. Non possunt plures, quasi in vnum conuenientes, vnum baptizare, sub ista forma, nos te baptizamus.

Ephes. 4. 1. *Vnius agentis, vna est actio. Ergo si plures baptizarent, plures essent baptismi, contra Paulum qui ait esse vnum.*

Ephes. 5. 2. *Quæ ratio supponit baptismum habere virtutem præcipue a forma, quam verbum vita vocat Paulus, vnde sensus formæ, quo plures vterentur, est attendendus: sed ista forma, nos te, &c. continet aliquid contra rationem ministerij, & essentiam baptismi, quia denotat, quod plures concurrant ministri, cum tamen minister debeat esse vnus, sicut causa prima, id est Christus, qui baptizat, est vnus: vnus enim Dominus: & vna fides, & vnum baptisma. Ergo contraria intentio in hac forma videtur excludere naturam baptismi. Quare non est bona hæc ratio, quam aliqui assignant, ideo non valere, quia mutatur, te, in nos: quia maior fit mutatio in forma Græcorum, & tamen valet.*

2. Concl. Si vterque concurrerent propria intentione dicendo, *Ergo te*, &c. quasi vterque per se baptizaret, esset baptismus.

3. Concl. Quando vero contentiose vellent baptizare, qui prius proferret verba conficeret: & alter, vt rebaptizator, puniendus esset.

4. Concl. Si ambo simul verba proferrent, & aspergerent, vterque quantum est in se, baptizaret, & vnum esset sacramentum: quod Christus per duos conferret: puniendi tamen essent de inordinato modo baptizandi, non de iteratione.

5 Concl. Quando multi agunt propria virtute possunt concurrere ad vnum: non tamen quando agunt virtute vnius.

Quia Christus per vnum ministrum perficit.

6. Concl. In necessitate vnus posset plures baptizare, dicendo, Ego vos &c.

1 *Quia non mutatur forma, cum plurale sit singulare geminatum. Nec est simile de agere, & bapti-*

sacro, quia Christus, qui baptizat est unus, sed multi per baptismum efficiuntur in Christo.

2. *Quia Christus dixit, baptizate eos.*

Si unus immergeret, & alius diceret verba, non conficerent: quoniam baptismus consistit in integritate verborum, & vtu materiæ. Ergo neuter baptizaret. Vtrum duo scriberent liberum, vnus vnam, & alter aliam parenti, non esset propria locutio si dicerent. Nos scripsimus librum, nisi per synecdochen.

Art. 7. Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte.

In baptismo requiritur quod aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam tutelam, & institutionem.

1. *Ex Dicto quo loquens de baptizato, ait, tradunt eum susceptori, & duci.*

2. *In generatione carnali parvulum natura egenutrice, & pædagogo. Ergo, & in generatione spirituali: sicuti modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, ait Petrus. Quare cum prælati non possint, & puer egeat specialis curæ, debet trahe susceptori.*

3. *Ex traditione apostolica, quo patet ex Dicto.* Christus non egerit susceptore.

Quia non est baptizatus, vt regeneraretur, sed vt nos regeneraret.

Licet ad generationem carnalem non requiratur nisi pater, & mater, tamen ad facilem educationem requiritur nutrix, obstetrix, & pædagogus, ita in baptismo: vnde susceptor non est de necessitate sacramenti.

Baptizatus non suscipitur de fonte ob imbecillitatem corporalem, sed ob spiritualem.

Art. 8. Vtrum ille, qui aliquem leuat de sacro fonte teneatur ad eius institutionem.

Tenentur susceptores ad instruendū eos, quos de sacro fonte leuant.

1. *Ex ritu quia ait, eos fuisse fideiussores apud Deum.*

2. *Quilibet tenetur ad officium suum. Sed susceptor sunt: officium pædagogi. Ergo.*

Tenentur pro tempore, & loco, quando necessitas adest: vt si viuerent inter infideles, vel inter Christianos, quando parentes curā filiorum spernerent: alias excusantur præsumentes hoc munus suos parentes perficere.

Vbi imminueret periculum, non essent admittendi, nisi ex hoc ad hoc officium; at inter Christianos quilibet potest admitti quia omne sciunt quæ à Christianis nutriendi: tamen non baptizatus à Christiano nutriendus non potest.

Parentes filiorum debent esse primi doctores, nisi necessitas cogat quia est alia doctrina, & alia generatio.

Vnus debet esse principalis susceptor, & alij minus principales: quoniam vtile esset consilio in docendo.

Quæstio 68. De susceptentibus baptismum.

Art. 1. Vtrum omnes teneantur ad susceptionem baptismi.

OMnes tenentur ad susceptionem baptismi, & sine eo non potest esse salus hominibus.

1. *Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & cæt. & lib. de eccles. dogmat. Baptismus vocatur ater salutis.*

2. *Ad id tenetur homo, sine quo non potest saluari. Sed nemo potest saluari sine baptismo quia nemo est salus, nisi per Christum, ex Paulo. Sed per baptismum homo regeneratur Christo, & fit eius membrum, vt idem scribit. Ergo.*

Etiam qui fuerunt ante Christum non saluabantur, nisi fierent Christi membra, *non enim est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri*, sed ante circumcisionem per solam fidē, cum sacrificiorum oblatione, postea vero per circumcisionem: & potest Christum etiam per fidem saluantur, sed fides alio signo exprimitur. Vnde fides cuius baptismus est sacramentum, semper fuit necessaria.

Filij baptizatorum cum peccato originali nascuntur.

1. *Quia baptismus renouat quidem spiritum corpus tamen adhuc remanet subiectum vetustati.*

2. *Quia vna generatio est carnalis secundum quam homo generatur, alia, vero spiritualis secundū quam regeneratur in baptismo.*

3. *Quia non baptizatur quicquid est in homine, ex augustō.*

Sanctificatus in vtero deberet baptizari, vt acciperet characterē, quo Christo, & alijs membris cōsignaretur.

Art. 2. Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari.

Absque baptismo in re, vel in voto, nemo adultus potest saluari.

1. *Quia alias contemneretur Christi præceptum in re necessaria.*

2. *Non fieret incorporatio cum Christo, neque visibiliter, neque invisibiliter.*

1. Concl. Stat. Vis.

1. Concl.

† 2. Concl.

3. Concl.

4. Concl.

Concl.

2. conf. l. 4 cum vos autem

2. Concl.

3. Concl

4. Concl.

1. Concl.

† 2. Concl.

Rom. 4.

Ephes. 3

3. Concl.

l. 6. cōtra iul. cap. 6.

4. Concl.

1. Concl.

Cap 24.

Rom. 5. Ga. 3.

2. Concl. Qui habet baptismum in voto, nec contemnit habere in se, cum possit, saluatur.

Gal. 5. 1. *Hoc votum ex fide nascitur, quæ ex dilectione operatur, per quam Deum qui non est alligatus sacramento interius sanctificat*

2. *Ex Ambros. ad obitum Valentin.* & *ex Aug. super Leuit.*

†3. Concl. Qui per votum desiderat baptizari, renatus est spiritualiter, licet non sit locus in corpore.

4. Concl. Catechumenus, qui non baptizatus moritur, saluatur, sed remanet ei pœna soluenda, pro peccatis præteritis: at qui baptizatur, vel martyrium, suscipit, liberatur ab omni pœna.

5. Concl. Ideo dicitur baptismus de necessitate salutis: quia saltem eius voluntas est necessaria, quæ apud Deum reputatur pro facto.

Art. 3. Vtrum baptismus sit differendus.

Baptismus respectu puerorum non est differendus.

1. Concl. Eccl. 5. 1. *Ne tardes, ait sapiens, conuerti ad Dominum. Sed perfecta conuersio fit in baptismo. Ergo.*

2. *Quia in eo non expectatur maior instructio, aut etiam lenior conuersio.*

3. *Propter periculum mortis, cum eis alio remedio non possit subueniri.*

2. Concl. Baptismus adultorum conuenienter differtur.

1. Propter cautelam ecclesiæ, ne decipiatur dando sacramentum ficte accedenti, iuxta illud, *nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, &c.*

1. Ioan. 4.

2. Ex parte ipsorum, vt plene instruantur in fide.

3. Ex parte sacramenti ad reuerentiam, & ideo in maioribus festiuitatibus ministratur, vt in Pascha te. & Pentecoste: quia deuotius sumitur.

3. Concl. Dilatio ista aliquando prætermittenda est.

1. Quando sunt plene dispositi, & instructi, vt patet Act. 8. in Eunucho.

2. Ob periculum mortis, & ex infirmitate; si tamen a more, quis præueniatur, saluatur per baptismum ignis.

4. Concl. Qui sine necessitate, & licentia superiorum differt baptismum vltra statuta tempora, peccat mortaliter: sed peccatum contritione subsequenti potest deleri, quæ supplet vicem baptismi.

†5. Concl. De conf. d. 4. can. duo tempora. Con. Agat. c. 25. Præcepta de certo tempore conseruando intelliguntur de adultis, & maxime de iudæis: vnde patet ad duo argumenta.

6. Concl. Baptismus non solum tollit peccata, sed etiam impedit ne fiant; quod est detestandum: & ideo non est differendum, vt tollat peccata, quæ interim fient.

Art. 4. Vtrum peccatores sint baptizandi.

Peccatoribus, qui sunt in proposito persistendi in peccato, mortali non debet dari baptismus

1. Concl. Tract. 72. in Ioan. 1. *Ex Aug. qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Sed talis peccator non cooperatur ad iustificationem. Ergo frustra baptizatur.*

2. *Per baptismum homo incorporatur Christo ex Paulo. Sed talis peccator, non potest induere Christum, nulla enim est, participatio iustitiæ cum iniquitate Ergo.* Gal. 3. 2. Cor. 6.

3. *In operibus Christi, & eccl-sia nihil debet esse frustra; frustra autem est, quod ad finem non pertingit, vt in, qui vult peccare, & iustificari Ergo.*

4. *Quia sacramentum esset signum falsum: cum res significata per ablutionem scilicet dispositio ad interiorem ablutionem non respondeat ablutioni interiori.*

2. Concl. Qui est peccator ratione peccati præteriti, est baptizandus.

Quia, vt ait Paul ad hoc baptismus est institutus, Ergo.

†3. Concl. Ephes. 5. Zach. 13. 4. Concl. Illud, *fons patens in ablutionem peccatoris, &c.* intelligitur de eo, qui vult desistere à peccato.

Christus medetur interius disponendo voluntatem, & exterius per ministros dando medicinam, perficiendo, quod interius est inchoatum, quæ danda non est, nisi dispositionis signum appareat.

3. Concl. Baptismus est quidem sacramentum fidei, sed fidei formatæ, quam excludit voluntas peccandi.

6. Concl. Quod si volenti adhuc peccare, daretur baptismus, infunderetur fides, & character. qui tamen non est dispositio ad gratiam, quamdiu manet intentio peccati.

Art. 5 Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

Et qui baptizatur pro quibuscunq; peccatis non est aliqua satisfactio iniungenda.

1. Concl. In epist. ad Rom. 15. Rom. 6. 1. Ioan. 2. 1. *Gratia, ait Ambros. in baptismo non requiritur gemitus. Ergo.*

2. *Baptismus est mors quædam, qua homo incorporatur morti Christi. Sed mors Christi fuit sufficienter satisfactoria pro omnibus peccatis, & ait Ioan. Ergo. Vnde si impoueretur, fieret iniuria passioni Christi, quasi non esset sufficiens ad, tantam satisfactionem.*

†2. Con Per baptismum homo fit membrum Chri-

(ad 53. 3. Concil.

1. Pet. 2. Matth. 6. 4. Concil.

1. Concil. lib. de vera & falsa pœn. c. 14. in Epist. ad Rom. 11.

2. Concil.

lib. de medi. pœ. c. 2. 3. Concil.

† 4. Concil.

Prou. 28. 5. Concil.

6. Concil.

liti, & vnum membrum potest pati pœnam pro peccato alterius. Languores nostros ipse tulit, ait Isa.

Baptizati exercitandi sunt ad iustitiam tanquam infantes per opera facilia, vt colligitur ex Petro, & Christus discipulos suos excusauit a ieunio.

Baptizandus debet restituere, & satisfacere pro iniuriis: quia læsum non placare, est persistere in peccato.

Artic. 6. Vtrum peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri.

Confessio peccatorum exterior, quæ fit sacerdoti, non requiritur ante baptismum.

1. Pœnitentia ex Aug. requirit planctum. Sed ex Ambr. gratia baptismi planctum non requirit. Ergo.

2. Ante baptismum, qui est ianua sacramentorum non dantur alia sacramenta. Ergo.

3. Exterior confessio absoluit a peccatis, & ligat ad satisfactionem. At baptismus non eget remissione peccatorum per claues ecclesiæ, neq; ei est imponenda satisfactio. Ergo.

4. Quia talis confessio est pœnosa propter verecundiam consistentis. At baptizando non est imponenda pœna. Ergo.

In baptizando requiritur confessio interior, quo baptizandus debet recogitare peccata, & dolere de illis, quæ est pœnitentia virtus: non potest inchoare nouam vitam, nisi cum pœniteat de veteri, ex Augustin.

Qui ex deuotione vellent confiteri, possent audiri, non ad imponendam satisfactionem, sed vt informarentur in vita spirituali ad fugienda peccata consueta.

Baptismus Ioannis erat baptismus pœnitentiæ, ideo accedentes ad illum conuenienter confitebantur peccata, vt pro qualitate peccatorum pœnitentia imponeretur: at baptismus Christi est sine exteriori pœnitentia.

Baptizandus non abscindit peccata, cum confiteatur interiore confessione facta Deo, ea generali confessione exteriore, & ita non requiritur specialis confessio.

Confessio est pars pœnitentiæ Sacramentalis, quæ non requiritur ante baptismum, sed pœnitentia virtus.

Art. 7. Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.

Ex parte baptizati adulti requiritur voluntas, seu intentio suscipiendi Sacramentum. 1. Concil.

1. Ex speciali fine, quo baptizandus intendit petere ab ecclesia baptismum.

2. Vbi baptismi mos est quidam, ita est quasi de vetere, ex Iudæo sed ad hoc, vt quis instituatur, requiritur ex Augustin. detestatio veteris vitæ. Ergo, & intentio nouæ; cuius principium est susceptio baptismi. Item 6 lib. de eccles. dogm.

In iustificatione, quæ fit per baptismum, non est passio coacta, sed voluntaria: vnde requiritur intentio suscipiendi. † 2. Concil.

Si in adulto defuit intentio, est rebaptizandus: si res sit dubia, sub dubio, dicendo: *si non es*, &c. at vero cum non est dubium, non est iterum petendus baptismus, nec de eo dubitandum. 3. Concil.

Baptismus non solum ordinatur contra originale peccatum, sed etiam contra actuale, quod per voluntatem, & intentionem causatur. 4. Concil.

Art. 8. Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.

Recta fides baptizati non requiritur de necessitate ad baptismum, vt imprimatur character, sicuti nec fides dantis, dummodo adsint cætera necessaria. 1. Concil.

1. Ex Greg. qui docet de consuetudine ecclesiæ baptizatos in hæresi recipi in ecclesiam per manuum impositionem. lib. 9. regist. epist. 61.

2. Sacramentum non perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis, sed per virtutem Dei. Ergo.

Ad recipiendum gratiam in hoc sacramento, est necessaria fides recta. 2. Concil.

Quoniam, vt ait, Paulus iustitia habetur per fidem Christi. Ergo opus est recta fide; siquidem iustitia sine recta fide haberi non potest. Rom. 9. Mar. vlt.

Illud, *qui crediderit, & baptizatus fuerit*, &c. intelligitur iuxta secundum conclusionem. † 3. Concil

Quia ecclesia intendit mundare baptizatum a peccato, intendit etiam dare hoc Sacramentum habentibus fidem, & ita accedentes interrogat, &c. 4. Concil.

Etiamsi quis non habeat rectam fidem, de hoc Sacramento, adhuc suscipit Sacramentum 5. Concil.

Quoniam sufficit generalis intentio faciendi, quod ecclesia intendit.

Licet infidelitas sit grauissimum peccatum, 6. Concil.

tamen

tamen non est dandum nolenti recedere, ab errore: sicuti non est dandum ei, qui non vult ab aliis peccatis recedere: vterque tamen tuscipit sacramentum, si ei conferatur, licet non ad salutem.

Art. 9. Vtrum pueri sint baptizandi.

Pueri sunt baptizandi.

1. *Ex Dionys. qui hoc docet.*

2. *Plus potest gratia per Christum, quam peccatum per Adam, vt ait Paulus. Sed per peccatum Adæ omnes peccarunt. Vt idem docet. Ergo multo magis per Christum omnes possunt gratiam accipere. Sed sine baptismo pueri non possunt saluari, quia nemo saluatur, nisi renatus ex aqua, &c. Ergo.*

3. *Quoniam sunt conuenientes, vt pueri in his, quæ sunt fidei nutrirentur, & propterea firmius perseuerarent, vt ait Dion.*

Vt pueri in vtero materno nati non à seipsis nutriuntur, sed a matre; ita in generatione spirituali per actum ecclesiæ, in cuius vtero quodammodo sunt, salutem suscipiunt: ideo dicuntur fideles, pœnitentes, & intendentes per actus eorum, a quibus gestantur, & suscipiuntur.

Non tam credunt pueri per gestantes, quã per vniuersalem communionem ecclesiæ, quatenus quodãmodo ab omnibus offeruntur, & quorum caritate ad communionem Spiritus sancti adiunguntur, per quem bona vnius alteri communicantur.

Vt puer per alios credit, ita per alios interrogatur, & interrogati confitentur fidem ecclesiæ in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiam in seipso non quidem actu, sed habitu per gratiam iustificantem.

Art. 10. Vtrum pueri Iudæorum, vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

Pueri infidelium, si non habent vsum rationis, non sunt baptizandi inuitis parentibus.

1. *Ex Concil. Toletan. 4. can. 56 & ex consuetudine eccl. sit.*

2. *Quia ad esset contra ius naturale, cum sint in potestate parentum: sicuti, si quis adultum inuitum baptizaretur.*

3. *Expedit enim, ne propter affectum naturalem redeant ad parentes.*

Filii infidelium, si habent vsum rationis, leuiter moueri possunt, & induci ad suscipiendum baptismum.

Quoniam cum veniunt ad vsum rationis, quantum a cæteris dominum, & naturale, incipiunt esse sui iuris. Licet non quoad ea, quæ sunt iuris ciuilis. Ergo possunt etiam inuitis parentibus baptismum suscipere, sicuti, & matrimonium contrahere.

Vt nec à morte naturali est aliquis eripiendus, contra ius ciuile, si nec contra ius naturale à morte peccati.

Iudæi sunt serui Principum iure ciuili, quod non tollit ius naturale.

Donec puer non habet vsum rationis, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quibus naturaliter est subiectus.

Art. 11. Vtrum pueri in maternis vteris positi, sint baptizandi.

Infantes in maternis vteris existentes, nullo modo baptizari possunt.

1. *Nemo renascitur ex Aug. Nisi prius nascatur. Sed baptismus est spiritualis regeneratio. Ergo.*

2. *Ex baptismi definitione: baptismus est quædam abluuio. Ergo corpus debet attingi aqua. Sed corpus infantis non potest attingi. Ergo.*

3. *Baptismo, quo tangi posset mater, non resultat in prolem, cum habeat corpus, & animam distincta. Ergo.*

Infantes existentes in vteris, possunt subiici actioni diuinæ, non autem actionibus humanis, ideo sanctificari possunt, sed non baptizari.

Non est par ratio de aliquo membro interiori matris, & corpore pueri: quia illud est pars, hoc nomen.

Non est occidenda mater, vt puer baptizetur: quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona: sed mortua matre extrahatur puer, & baptizetur.

Quando puer nascitur, expectanda totalis egressio, nisi mora immineat: & quacunque parte emergente in illa baptizetur: sed propter dubium erit rebaptizandus, vt quibusdam videtur, sub conditione; nisi baptizatus fuerit in capite.

Art. 12. Vtrum furiosi, & amentes sint baptizandi.

Amentes à natura, qui non habent lucida intervalla, sunt baptizandi: cum de his sit eadem ratio, ac de paruulis, qui baptizantur in fide ecclesiæ.

Quando facti sunt amentes post vsum rationis, iudicandi sunt secundum voluntatem quam habuerunt, dum erant sani mentis. Vnde si ante amentiam voluerunt baptizari, in

1. Concl. Cap. vlt. eccle hier Rom. 5.

1. Ioan. 3.

† 2. Concl.

Aug. lib. de peccat. mer. & remiss. cap. 25.

3. Concl.

Aug. ep 23.

4. Concl.

1. Concl. Dist. 45. can. de Iudæis.

2. Concl.

† 3. Concl.

4. Concl.

5. Concl.

1. Concl.

Epist. 57.

Aug. lib. 6. contra Iulian. c. 5.

† 2. Conc.

3. Concl.

4. Concl.

5. Concl. Rom. 3.

1. Concl.

2. Concl.

4. Concl.

Peccatum originale ita processit primum, persona infecit naturam, & postea natura personam. Christus cõtra, prius reparauit, quod est personæ, postmodum simul in omnibus reparabit, quod est naturæ. Vnde pœnam originalis peccati, & carentiam visionis Dei tollit à persona, sed relinquit pœnalitates, quæ respiciunt naturam, quæ tollentur in reparatione naturæ.

Art. 4. Vtrum per baptismum conferantur homini gratia, & virtutes.

1 Concl. Tot 3.

Per baptismum aliquis consequitur gratiam, & virtutes.

1. Saluos nos fecit, aut Paul. per Lauacrum regenerationis, & renouationis Spir. sancti. quem effudit in nos abunde. id est ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum, vt Glossa exponit.

lib 1. de bapt. parv. c. 26.

2. Ad hoc homo baptizatur, vt Christo incorporetur, vt ait Aug. Sed a Christo, tanquam à capite gratia, & virtutes derivantur, Ioan. 1. Ergo in baptismo, quo quis fit membrum Christi diuinitus ista.

† 2. Concl.

Vt aqua per ablutionem significat mundationem culpæ, per refrigerium remissionem pœnæ, ita per claritatem, claritatem, gratiæ, & virtutum. Baptizati baptismate flaminis per desiderium implicitum, vel explicitum, vt Cornelius. per baptismum in re, consequũtur maiorem abundantiam gratiæ, & virtutum.

4. Concl.

Difficultas ad bonum, & pronitas ad malum inueniuntur in baptizatis, non ob defectum virtutem, sed propter concupiscentiã, quæ non tollitur: sed minuitur: & ita ista duo minuuntur, ne ab his homo superetur.

Art. 5. Vtrum conuenienter attribuantur baptismo quidam actus virtutum.

1. Concl.

Conuenienter baptismo attribuuntur hi effectus, scilicet incorporare nos Christo, illuminare intellectum veritatis agnitione, & fecundare affectum fecunditate bonorum operum per gratiam.

2. Ex Aug. qui baptismo primum effectum, & ex Dion. 3. qui secundum, & ex Glos. qui tertium tribuit.

Is de bapt. parv. c. 26. Inst. sal. 22.

3. Per baptismum aliquis regeneratur in vitã spiritualem, quæ est propria fidelium Christi, vt ait Paul. Vita autem non est nisi membrorum capiti vniorum, & à quo sensum & motum recipiunt. Ergo necesse est vt per baptismum aliquis incorporetur Christo, quasi eius membrum, & vt à capite corporali derivatur ad membra sensus, & motus, ita a capite spirituali, quod est Christus, derivatur ad eius membra sensus spiritualis, qui consistit in cognitione veritatis, & motus spiritualis, qui est per gratiæ influxum, quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ergo consequens est, vt baptizati illuminentur a Christo circa cognitionem veritatis, & fecundentur fecunditate bonorum operum per gratiæ influxum.

Ioan. 5.

Adulti credentes, ante baptismum incorporantur Christo mentaliter, sed per baptismum quodammodo corporaliter, id est per visibile sacramentum, sine quo prima vnio non tenet.

† 2. Concl.

Doctor illuminat exterius catechizando, corda ad recipiendam veritatem, Ioan. 6. *Erunt omnes docibiles Dei.*

3. Concl.

Baptismo competit fæcunditas bonorum operum, non autem illa, qua quis alios generat Christo per euangelium.

4. Concl.

Art. 6. Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam, & virtutes.

Pueri in baptismo gratiam, & virtutes consequuntur.

1. Concl.

1. Dat puerũ, aut Aug. mors. & renasci, & nouitatem vitæ. Sed vita est per virtutes, & gratiam. Ergo.

2. Pueri sicuti & adulti per baptismum fiunt membra Christi. Ergo ab eo accipiunt influxum gratiæ, &c.

3. Si pueri decedentes, non saluarentur: quia gratia Dei ex Paulo est vita æterna. Ergo non professisset illis baptismum, quod est absurdum.

2. Concl

Errant qui dicunt pueris dari solum characterem, & eius virtute, quando adolescant eos consequi gratiam & virtutes quia isti nõ distinguunt inter actum & habitum virtutis: vnde in pueris est quidem virtutum habitus, sed non actus propter impedimentum organorum.

3. Concl.

Paruulus habet potentias per quas recipere possit habitum: sed per actum fidei, & caritatis aliorum.

4. Concl.

Paruuli non dicuntur volentes, vel reluctantes iustificari, eum careant rationis vsu, sed adulti, qui sine cooperatione non iustificantur.

5. Concl.

Mater ecclesia, vt ait Aug. pedes, cor. & linguam paruulis accommodat, vt veniant, credant, & confiteantur.

6. Concl.

Carnalis intentio offerentium, vt pueri ab aliquo languore per baptismum sanentur, non nocet paruulis, sicut nec culpa vnius alteri, si non consentiat.

Art. 7. Vtrum effectus baptismi sit aperitio ianuæ regni cœlestis.

1. Concl. Luc. 3. Effectus baptismi est aperitio ianuæ regni cælestis.

1. *Ex Glossa illud, Apertum est cælum, ibi aut virtus baptismi ostenditur.*

2. *Aperire regnum cæli, est remouere impedimentum introitus. Sed hoc facit baptismus, qui impedimentum non est nisi culpa, & pœna, quæ omnino tollitur baptismo, & etiam, quia incorporat Christo. & passionis virtutem, qua apertum est cælum, applicat. Ergo.*

2. Concl. Baptismus Christi ante passionem aperuit regnum cæli, in spe certa, non in re.

Quoniam nondum passio erat in re, sed solum in fide credentium: & sic proportionaliter aperiebat fidelibus in spe.

3. Concl. Baptizatus non est obnoxius pœnalitatibus vitæ præsentis propter reatum personæ, sed propter statum naturæ: ideo non impeditur ab ingressu cælorum, quando moritur, quia per mortem persoluit, quod naturæ debet.

Art. 8 Vtrum baptismus habeat in omnibus æqualem effectum.

1. Concl. Effectus baptismi, est vel per se, vt regenerare, vel per accidens, vt sunt illi effectus, ad quos non est per se institutus: vt quod quis non seruiat amplius peccato, sanitas corporis, &c. qui effectus, vel in paruulis, vel in adultis considerari possunt.

2 Concl. Ephes. 4. Effectum per se, qui est regenerare æqualiter baptismus producit in æqualiter dispositis.

Nam conformia causæ, est conformis effectus. At baptismus est huiusmodi, cum sit vnicum baptisma. Ergo.

3. Concl. Hunc effectum per se æqualiter producit in paruulis, quia æquomodo sunt dispositi in fide ecclesiæ.

4. Concl. In adultis effectus per se inæqualiter producitur: quia cũ disponantur propria dispositione, quæ diuersa est, inde effectus diuersus sequitur: sicut effectus caloris respectu eius, quod magis vel minus approximat.

5. Concl. Effectus non per se, inæqualiter participatũ secundũ prouidentiam Dei, etiam si æqualiter hominos disponantur. Glos. ad Rom. 6.

6. Concl. Gratia baptismi est sufficiens ad delenda omnia peccata, licet ex parte subiecti plura vel pauciora tollantur.

7. Concl. Quod in baptizatis maior gratia appareat, vel est, quia maiorem inuenerunt, vel dispositionem, vel quia non æqualiter exuuntur.

Diuersa capacitas mentis, non est ex parte animæ, quia animæ sunt eiusdem speciei, sed ex dispositione corporis: sicus se habet in Angelis, qui specie differunt. 8. Concl.

Sanitas corporis non est effectus per se baptismi, sed opus prouidentiæ Dei. 9. Concl.

Art. 9. Vtrum fictio impediat effectum baptismi.

Fictio impedit effectum baptismi. 1. Concl. Sap. 1.

1. *Spiritus sanctus aufugiet fictum, Sed effectus baptismi est a Spiritu sancto. Ergo.*

2. *Ad baptismum requiritur voluntas, quia, vt ait Damas. ad susceptionem nemo cogitur. Sed fictio removet voluntatem, quia ut dicitur fictus, qua contradicit baptismo, vel eius effectui. Ergo.* lib. 2 c. 30.

Quadrupliciter aliquis dicitur fictus: vel quia non credit, vel quia contemnit Sacramentum, vel quia aliter celebrat, quam ecclesia faciat, vel quia indeuote accedit. 2. Concl.

Baptizari in Christo stat dupliciter: vel in Christi conformitate, & qui sic baptizatur, induit Christum: vel quatenus accipitur Christus Sacramentum, & sic omnes induunt Christum per characterem, non per conformitatem. † 3. Concl. Gal. 3.

Sacramentum hoc non facit de ficto, non fictum, sed vt non ficte accedens iustificetur. 4 Concl.

Quicunque vult peccato mortali inhærere, si ad baptismum accedat, fictus accedit, quia indeuote accedit. Vnde fictio hic includit omne peccatum, præter veniale. 5. Concl.

Art. 10. Vtrum fictione recedente, baptismus suum effectum consequatur.

Remota fictione per pœnitentiam, baptismus statim consequitur effectum suum. 1 Concl. lib. 1. de bap. cõtra Don. c. 12.

1. *Tunc Gala recepisti, ait Aug. cum ficto confessione recessisti.*

2. *Quando aliquid generatur recipit formam, & effectum formæ, nisi aliquid impediat: quo remoto, sequitur ille effectus: vt patet: cum generatur grave, quod ad locum tendit nisi impediatur. Sed baptismus est quædam regeneratio, in qua imprimitur character velut forma, ad quam consequuntur gratia, vt effectus, nisi adsit impedimentum. Ergo effectus sequetur remota fictione, quæ erat impedimentum.*

Sacramentum baptismi est opus Dei, non hominis, & ideo non est mortuum in beluo, qui sine charitate baptizatur. † 2. Concl.

fictio non removetur per baptismum, sed per pœnitentiam: qua facta remota fictione, baptismus autem culpam & reatum omnium pec- 3. Concl.

cato-

catorum præcedentium baptismum, & existentium cum baptismo: vnde baptismus est causa per se effectus, pœnitētia per accidens: vt est remouens prohibens.

4. Concl. Peccata sequentia remittuntur per pœnitentiam: quia baptismus non tollit nisi antecedentia, & præsentia, & ideo illa non remittuntur: quoad totam pœnam.

Quæstio 70. De Circumcisione quæ præcessit baptismum.

Art. 1. Vtrum circumcisio fuerit præparatoria, & præfiguratiua baptismi.

1. Concl. CIrcumcisio fuit præparatoria ad baptismum & præfiguratiua ipsius.

Colos. 2. Rom. 4. 1. *Circumcisi estis, ait Paulus, circumcisione non manu facta, in expoliatione corporis carnis. Sed circumcisione Christi consepulti estis in baptismo.*

2. Cor. 4. 1. Cor. 10. 2. *Baptismus dicitur Sacramentum fidei prout in eo fit protestatio fidei, & per eum aggregatur homo congregationi fidelium. & circumcisio erat protestatio fidei, quia, vt ait Paul. Abraham eam accepit in signaculum fidei, ac etiam per eam antequam aggregabantur collegio fidelium. Ergo cum eadem sit nostræ, & illorum fides, quamuis, vt ait Paulus habemus eundem spiritum fidei, & illis omnia in figura contigerunt, circumcisio fuit præparatoria, &c.*

2. Concl. Circumcisio habebat similitudinem cum baptismo, secundum spiritualem effectum, vt enim ibi auferebatur caro, ita hic carnalis conuersatio.

3. Concl. Aqua maris rubri, & columna fuerunt figuræ baptismi, quatenus in baptismo renascimur aqua & spiritu sancto: sed ibi non erat protestatio fidei, vt in circūcisione: vnde illa duo erant tantum figura: sed non sacramenta. vt circumcisio, licet quoad exteriora minus significaret baptismum: ideo Apostolus de illis, non de circumcisione meminit.

4. Concl. Baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi, quoad exercitum actus, sed circumcisio quoad protestationem fidei, quæ requiritur in baptismo.

Art. 2. Vtrum circumcisio fuerit conuenienter instituta.

1. Concl. Gen. 17. Circumcisio conuenienter fuit instituta tempore Abrahæ & in Abraham.

1. *Quia est opus Dei, cuius opera sunt perfecta. Ergo.*

2. *Circumcisio fuit instituta in signum fidei Christi: quam fidem protestantur in baptismo, ad quem erat præparatoria, & vt designetur populus, vnde Christus erat nasciturus. Sed vtrumque designatum fuit in Abraham, quia ex ipso facta promissio Christi, & ipse primus præcepto Dei a congregatione sua in [illegible] segregauit. Ergo.* Gen. 22.

2. Concl. Post Adam adhuc fides & ratio naturalis vigebant, & ita non fuit opus aliquo signo determinato, sed quisque pro sua voluntate signo aliquo fidem protestabatur: temporibus Abrahæ diminuta erat fides, & cepta idolatria, propterea tunc conuenienter fuit instituta circumcisio ad protestationem fidei, & ad remotionem concupiscentiæ.

3. Concl. August. lib. 1. contra Faust. cap. 11. Lex non est danda populo non congregato, ideo opus fuit dare prius signum, quo congregarentur: quo tempore patres suas familias instituebant per doctrinam, vt patet ex scriptura, *seu, &c.*

4. Concl. Baptismus continet perfectionem salutis, ideo omnes obligat, circumcisio vero eam nō continebat, sed tantum figurabat, ideo data est populo, vnde Christus erat nasciturus.

5. Concl. Circumcisio est data in signum fidei Abrahæ, qui credidit se futurum patrem Christi: vnde solis maribus dabatur: tum quia peccatum originale, quod tollebat, non à matre, sed a patre deducitur: baptismus vero continet virtutem Christi, qui causa vniuersalis salutis omnium, &c.

Art. 3. Vtrum ritus circumcisionis fuerit conueniens.

1. Concl. Rom. 4. Ritus circumcisionis fuit conueniens.

1. *Ex Glos. qua hoc docet.*

2. *Circumcisio est signum fidei à Deo instituū, cuius sapientiæ non est numerus, sapientis autem est determinare conuenientia signa, Ergo*

2. Concl. Circumcisio conuenienter fiebat in membro generationis.

Tum quia fuit signum fidei Abrahæ credentis Christum ex semine suo: tum quia erat in remedium peccati originalis, quod per generationem traducitur: tandem quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentiæ, quæ in venereis superabundat.

3. Concl. Ioſu. 5. 1. Cor. 10. Cultellus lapideus non est ex instituto Dei, nec necessarius, nec eo nūc vtuntur: sed aliquæ solemnes circumciones sunt factæ tali cultello: ad significandam circumcisionem spiritualem faciendam per Christum, qui est petra.

4. Concl. Octauus dies fuit conueniēter institutus.

[illegible] vt vitio perfectior [illegible] humana, aut [illegible] dies de me-

cessitate præcepti, nec excipiebatur Sabbathus dies: non tamen erat de necessitate sacramenti, quia etiam postea poterant circuncidi: quidam dicunt, quod poterat præmeniri hic dies ob periculum mortis: sed cum hoc, nec ex scriptura, nec consuetudine constet, melius cum Hugone, & Glos. dicendū est, quod nulla necessitate præmeniebatur.

Art. 4. Vtrum circuncisio conferebat gratiam iustificantem.

Omnes dicunt, quod per circuncisionem peccatum orig. remittebatur: sed quidam dicunt, quod non conferebat gratiam, licet auferret pec. orig. sed hoc esse non potest: quia peccatum non potest tolli sine gratia secundum illud: iustificati gratis per gratiam, &c.

Nec stare potest quod alij dicunt dedisse solum gratiam ad remotionem culpæ, non quantum ad effectus positiuos, ne videretur gratia ibi data sufficere ad implenda mandata legis.

1. Quoniam dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus gratiæ.

2. Effectus positiui sunt priores in genere causæ formalis, licet secundum ordinem causæ materialis priuatiuus sint priores, quia forma excludit priuationem in formando.

Alij dixerunt per circunc. dari gratiam etiam, quoad effectum positiuum perueniendi ad gloriam, sed non ad vincendam concupiscentiam, & ad seruanda mandata, quod alias se sensisse D. Thom. ait: sed hæc sententia nō est vera. Nam minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ: & vitare quodlibet peccatum mortale: quia minima caritas plus diligit Deum, quam cupiditas millia auri.

Circunc. conferebat gratiam ad omnes effectus, sed aliter, quam baptismus.

Nam in baptismo datur gratia, prout baptismus est instrumentum passionis Christi: ibi ex virtute fidei Christi: vnde Paul. vocat circuncisionem, signaculum iustitiæ fidei.

Baptismus imprimit characterem, & dat abundantiorem gratiam.

Quoniam incorporat hominem Christo, dum facit eius membrum, & quia maior est effectus gratiæ noui, quam spei, Circuncisio vero erat signum spei.

Cum circuncisio daret gratiam ex vi passionis Christi, ideo Christus non est gratis mortuus.

Vt ante circuncisionem ex fide iustificabantur, ita data circuncisione: sed ante non requirebatur signum: licet probabile sit parentes aliquod signū, vel preces pro paruulo obtulisse, sicuti adulti pro seipsis.

Populus in deserto prætermittens circuncisionem excusabatur: tum quia non erat certum tempus, quo castra moueri debebant: tū quia non erat opus signo distinctionis. Licet Aug. dicat eos peccasse, quia ex contemptu prætermiserunt: quo tempore nemo mortuus est: vel tantum mortui sunt, qui erant circuncisi in Aegypto: vel si mortui sunt incircuncisi, erat eadem ratio, cum illis, qui antè octauum diem moriebantur.

Circumcisione tollebatur peccatum originale ex parte personæ, sed remanebat impedimentum intrandi in cælum ex parte naturæ quod fuit sublatum passione Christi, post quam, si circuncisio teneret, pateret aditus in cælum.

Adulti circuncisi liberabātur ab omni peccato etiam actualis, sed non à tota pœna, vt in baptismo.

Quæstio 71. De præparatorijs, quæ simul concurrunt cum baptismo.

Art. 1. Vtrum catechismus debeat præcedere baptismum.

BAptismum conuenientes præcedit catechismus.

1. Ex Rabano de institutione clericorum, vt acceptæ fidei rudimentum, & Dominus dixit. Euntes docete omnes, baptizantes eos, &c.

2. Baptismus est protestatio, & professio fidei: sed ad recipiendam fidem, requiritur instructio, nam, vt ait Paulus, non potest credi sine auditu, nec audiri sine prædicante. Ergo.

Vita gratiæ, qua homo regeneratur, supponit vitam naturæ rationalis, in qua homo potest esse particeps doctrinæ.

Sicuti ecclesia accommodat pueris baptizandis aliorum pedes, vt veniant, & cor, vt credant, ita & aures, vt audiant, & intellectū vt instruantur, &c. cæt.

Qui respondet pro puero, *Credo*, non prædicit puerum crediturum cum ad legitimos annos veniet, alioquin diceret, *Credet*: sed profitetur fidem ecclesiæ in persona pueri: cui communicatur cum sacramentum ei tribuitur, & ad quam obligatur per alium: nec est inconueniens, quod aliquis obligetur per alium in his, quæ sunt de necessitate salutis.

Art.

Ioan. 7. *Proc. 4.* *Rom. 4.* *2. Concl.* *Rom. 4.* *3. Concl.* *4. Concl.* *Rom. 4.* *5 Concl.* *Gal. 6.* *6. Concl.* *Concl.* *8. Concl.* *Dam. lib. 4. ca. 26.* *9. Concl.* *10. Concl.* *5. Concl. lib. 1 c. 25.* *Rom. 10.* *† 2. Concl.* *3. Concl.* *4. Concl.*

Art. 2. Vtrum exorcismus debeat præcedere baptismum.

1. Concl. Conuenienter ante baptismum exorcismi præcedunt, quibus dæmones expelluntur, ne salutem hominis impediant.

Epist. 5. ad Episc. Gallia. 1. *Ex Celestino Papa, qui præcipit, neparuulos prius fontem vitæ adeant, quam exorcismis, & exsufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abigatur.*

2. *Quia sapienter opus facere proponit, primo removet impedimenta contra sui operis, lere. 4. Nomine verbi nouali, & solito ferere super spinas: sed diabolus est hostis humanæ salutis, quæ habetur per baptismum, & habet aliquam potestatem in homine, ex eo quod homo subijcitur peccato originali, vel actuali Ergo, &c.*

2. Concl. Exsufflatio significat hanc expulsionem. benedictio cum manus impositione præcludit viam, ne recidiua possit: sal in os immissum, narium, & aurium sputo linitio, significant doctrinæ receptionem, & approbationem, quantum ad nares, & confessionem, quantũ ad os: olei inunctio aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones.

3. Concl. Energumeni dicuntur quasi interius laborantes intrinseca operatione dæmonis: & licet non omnes baptizandi corporaliter ab eo vexentur, omnes tamen eius potestati subijciuntur, saltem ob orig. peccati reatum.

4 Concl. Per baptismum excluditur potestas dæmonis ab homine, quantũ ad hoc, quo impedit à perceptione gloriæ: sed exorcismi excludunt eiusdem potestatem ne impediat hominem à perceptione sacramenti.

5. Concl. Aqua benedicta datur contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab exteriore, sed exorcismus contra impugnationes: quę sunt ab interiori: vel vt contra peccatum in remediũ datur secundo pœnitentia, cum baptismus non iteretur, ita contra impugnationem dæmonum datur secundo aqua benedicta, cum exorcismi baptismales non iterentur.

Art. 3. Vtrum ea, quæ aguntur in exorcismis aliquid efficiant.

1. Concl. Falsum est, ea, quæ in exorcismo aguntur solum significare, & nihil efficere.

Quia ecclesia in exorcismis vtitur verbis imperatiuis, ad expellendam potestatem dæmonis. Vt cum dicit. Exi, ab eo, &c. Ergo.

Exorcismi aliquem effectum habent.

1. *Parvuli, aut inuoluntarie exsufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ab eis diabolos potestas iniqua, quæ decepit hominem. Sed per ecclesiam nihil geritur frustra. Ergo.*

2. *Idem patet ex ratione allata pro prima conclus.*

3. Concl. Exorcismus habet effectum differentem a baptismo.

Nam per baptismum datur gratia adepti nam remissionem culparum: at per ea, quæ in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentum gratiæ percipiendæ: alterum extrinsecum prout dæmones lib. 4. ep. 4. hominum salutem impedire conantur, & hoc excludunt per exsufflationes, vt patet ex Aug. manet tamen potestas dæmonis in homine ob maculam peccati, & reatum pœnæ, quousque peccatum tollatur. Vt ait Cyprian. Aliud est intrinsecum, vt sit homo ex infectione orig. peccati habet sensus præclusos ad percipiendæ salutis mysteria, ideo per sacramenta diuinæ virtus operatur, vt aperiantur nares, ad percipiendum odorem suauitatis Dei, & aures ad percipienda mandata Dei, & vt sensus in intimo corde ad respondendum.

Per exorcismos non tollitur culpa, ob quã homo punitur post mortem, sed solum tolluntur impedimenta recipiendi remissionem culpæ per sacrã. Vnde exorcismus post mortem non valet sine baptismo. † 3. Concl.

4. Concl. De ratione sacramenti est, vt perficiat principalem effectum, qui est gratia, quod non fit per exorcismum, quo solum impedimenta tolluntur: ideo exorcismi non sunt sacramenta, sed sacramentalia.

5. Concl. Dispositio sufficiens ad suscipiendam gratiam, est fides, & intentio, vel propria baptizandi, vel ecclesiæ: at quæ aguntur in exorcismo, ordinantur ad tollenda impedimenta, vnde sine eo potest quis consequi effectum baptismi: sed non est prætermittendus, nisi in necessitatis articulo, quo cessante, suppletur, nec frustra, quia vt potest effectus baptismi impediri antequam percipiatur, ita etiam vbi perceptus fuerit.

1. Concl. Eorum quæ fiunt post baptismum circa baptizatum, est aliquid, quod non solum significat, sed etiam efficit: vt unctio in vertice, quę operatur confirmationem gratiæ baptismalis: aliquid solum significat, vt vestis candida, quæ nouitatem vitæ designat.

Art 4. Vtrum sit officium sacerdotis catechizare, & exorcizare baptizandum.

1. Concl. de cons. d. 4 can. ... b. sin t. tion. 29. in causa Officium catechizandi, & exorcizandi incumbit sacerdotibus, tanquam primis agentibus.

1. *Catechesis baptizandorum, ait Nicol. Papa, a sacerdotibus emundetur, ne ecclesia spiritu[alis]*

3 Greg. aut, sacerdotes per exercismi gratiam manum credentibus imponere.

1. Ministri, vt ipsum nomen designat, se habent ad sacerdotem, vt instrumentum ad agens principale: agens autem secundarium nihil agit sine principali, cum quo cooperatur. Ergo cum non est agere, sed ministrare, &c.

2. Concl. de consec. c. 5 can. pericclis. Ad diaconos pertinet ministrare sacerdotibus in collatione sacramentorum.

1. Ex Isidor. quis aut ad eos pertinere asserere sacerdotibus, in omnibus quæ agunt in sacramentis.

2. Quo operatio est potior, eo agens indiget potioribus instrumentis. Sed potior sacerdotis operatio est conferre sacramentum, quam cum præparat, quæ pertinent ad sacramentum. Ergo inhæres inferiores supra ministros, qui sunt diacons.

3. Concl. Inferiores ministri cooperantur sacerdotibus in his quæ sunt præparatoria ad sacramentum: sicut lectores in catechismo, & exorcista in exorcismo.

† 4. Concl. Super immundos, ministri habent operationem ministerialem, & instrumentalem, sacerdotes vero principalem.

5. Concl. Lectores & exorcistæ, habent officium catechizandi, & exorcizandi, vt ministrantes sacerdoti.

6. Concl. Dion. c. 2. cal. hier. Instructio est quadruplex.

1. conuersiua ad fidem, quæ potest, competere etiam cuilibet fideli.

2. Qua quis eruditur de fidei rudimentis, & qualiter quis se debeat habere in susceptione sacramentorum, quæ principaliter ad sacerdotem, secundario ad ministros pertinet.

3. Instructio de conuersatione Christianæ vitæ, & hæc pertinet ad patrinos.

4. Instructio de profundis mysterijs, & perfectione Christiana, & hæc pertinet ad Episcopos.

Quæstio 72. De Sacramento Confirmationis.

Art. 1. Vtrum Confirmatio sit sacramentum.

1. Concl. de consec. d 5 can. da. hu. MAnifestum est, quod Confirmatio est speciale sacramentum.

1. Ex Melchiade Papa: qui loquens de baptismo, & confirmatione, ait vtrumque magnum esse sacramentum.

2. Sacramenta nouæ legis ordinantur ad speciales gratiæ effectus. Ergo vbi occurrit specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum: nam cum in vita corporali, ex qua deuenitendum est ad ægre, ad nutriendum, quæ in vita spirituali accidentur (sensibilia enim intelligibilium similitudinem gerunt) specialis quædam perfectio sit, quod homo ad perfectam ætatem perueniat, vt perfectas actiones agere possit, cum autem facta sum vir, ait Paul. euacuaui, quæ erant parui: inest. vt erat motum generationis, quo incipit vita corporalis, sit etiam motus augmenti, quo quis perducitur ad perfectam ætatem: sic igitur homo vitam spiritualem accipit per baptismum, & in confirmatione accepit quandam perfectam ætatem spiritualis vitæ: vt ait Melchiades Papa. 1. Cor. 13.

Falsum est institutum fuisse hoc sacramentum † 2. Concl. Epist. ad Hispanarum c. 3. ab aliquo concilio, vel ab Apostolis: quia instituere sacramenta pertinet ad potestatem excellentiæ quæ fuit in solo Christo. Vnde Christus instituit hoc sacram. non exhibendo, sed promittendo secundum illud, Si non abiero, Paracletus non veniet. &c. & iuxta illud, Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ioan. 16. Ioan. 7.

Quia confirmatio est sacramentum plenitudinis gratiæ, non potuit habere 3. Concl. aliquid respondens in veteri lege.

Quia nihil ad perfectum adduxit lex.

Confirmatio est de necessitate, quantum 4. Concl. ad perfectionem salutis, non quantum ad salutem simpliciter, dum tamen non prætermittatur ex contemptu. Heb 7.

Qui hoc sacramentum accipiunt Christo 5. Concl. conformantur, prout ipse fuit plenus gratiæ ab instanti conceptionis: cui non conueniebat, vt plenitudinem gratiæ acciperet à sacramento. Ioan 1.

Artic 2. Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

Chrisma est conueniens materia huius sa- 1. Concl. cramenti.

1. Presbyteri, aut Greg. in regist. lib. 3. cap. 9. baptizatis infantes signare in frontibus sacro chrismate non præsumunt.

2. Chrisma, quod conficitur ex oleo, & balsamo, designat effectus huius sacramenti, qui est plenitudo Spiritus sancti ad robur spirituale. quod cõpetit perfectæ ætati, in qua homo incipit suas actiones communicare ad alios, cum antea quasi sui solus vsus: gratia autem Spiritus sancti designatur ex eo, vnde de Christo dicitur, vnctus oleo lætitiæ. balsamo præ ter præcipuum odorem, & incorruptionem designatur bonus odor, qui debet redundare ad alios, sua tali. Christi bonus odor sumus, & iterum, quasi balsamum non mistum odor meus. Ergo chrisma est conueniens materia huius sacramenti, cum eius designet effectum. Psal. 44. 2. Cor. 2. Eccle. 24.

Christus per potestatem excellentiæ contu-

lit effectum huius sacramenti Apostolis sine sacramento, cum mitit Spir. sanct. sensibiliter in specie ignis, & linguæ: ad eundem effectū significandum. Verum ignis ob vim actiuā, & lingua ob communicationem propter locutionem, designabant abundantiam spiritus, quam acceperant Apostoli, vt alijs communicarent: vnde & ad eorum prædicationem, & manus impositionem descendebat super fideles visibiliter Spir. sanc. ideo non erat tūc necessaria materia sacramentalis, vbi visibilia signa miraculosè exhibebantur: sed cum non interecedebant signa, vtebantur Apostoli chrismate ad exhibendum hoc sacramentum, vt ait Dionys.

Baptismus datur ad vitam spiritualē simpliciter consequendam, ideo habet simplicem materiam: at confirmatio datur ad plenitudinem Spir. sanct. cuius est multiformis operatio, recipiendam, ideo eius materia conuenienter est compositа.

Olei proprietates, quibus significatur Spir. sanct. magis conueniunt oleo oliuarū, quam alijs.

Quia clima semper virent desiderant Spir. sanct. misericordia: & hoc oleum est maxime in vsu: & alij liquores vocantur oleum, ex similitudine ad hoc: ideo hoc solum assumitur in vsum huius sacramenti & quorundam aliorum.

Quia baptismus est sacramentum absolutæ necessitatis ideo habet materiam, quæ vbique reperitur. Materia autem huius sacramenti, quod non est tantæ necessitatis potest ad omnia loca deferri.

Art. 3. *Vtrum sit de necessitate huius sacramenti, quod chrisma fuerit prius per episcopum consecratum,*

Tam chrisma, quam oleum sanctum infirmorum prius benedicuntur, quam adhibeātur ad vsum sacramenti.

1. Ex Innoc. Papa, qui ait baptizatos vngi chrismate ab Episcopo consecrato.

2. Cum tota sacramenti sanctificatio à Christo pendeat, materia corporea illorum sacramentorum, quibus Christus vsus est, vt baptismo, & Eucharistia, ex ipso Christi vsu accepit aptitudinem ad perfectionem sacramenti: quia suo contactu sanctificauit aquam, & accipiens panem illum benedixit: vnde non est de necessitate istorum sacramentorum, vt materia prius benedicatur, cum satis sit benedictio Christi: & si qua adhibetur, est ad solemnitatem tantum. Cum Christus non sit vsus vncti one, ne fieret iniuria inunctioni, quæ est vnctus præ consortibus suis, ideo, & cæt.

Non benedicitur aqua in baptismo, obtationem dicam. † 2. Concl.

Materia sacramenti duplici sanctificatione indiget: altera qua fiat propria materia sacramenti: altera, qua applicatur ad effectum, & ita sanctificatur etiam hoc sacramentum per formam cum applicatur, &c. 3. Concl.

Materia corporalis non est capax gratiæ, quasi gratiæ subiectum, sed solum, vt gratiæ instrumentum, & ad hoc conficeratur. 4. Concl.

Art. 4. *Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis, & cæt.*

Hæc est conueniens forma huius sacramenti, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. 1. Concl.

1. Auctoritate ecclesiæ, qua communiter hac forma vtitur.

2. Forma sacramenti debet continere quidquid pertinet ad speciem sacramenti, quoniam forma dat speciem rei. Sed hæc forma est huiusmodi, quia in hoc sacramento datur Spir. sanct. robur ad certamina pugnæ, ad quæ duo necessaria sunt tria, quæ in dicta forma continentur. Ergo. Nam primum est causa conferens hanc plenitudinem, scilicet Trinitas, quæ exprimitur, cum dicitur, In nomine, *& cætera: deinde est ipsum robur, quod confertur per aliquem visibilem, tangitur, cum dicitur,* Confirmo te, *& cætera: postremo est signum quod pugnatori datur, vt patet in pugna corporali. & quātum ad hoc dicitur,* Consigno te signo crucis, *in quo Rex noster triumphauit.* Coloss. 2.

Cum Apostoli non dabant effectum huius sacramenti miraculosè, vtebantur forma huius sacramenti, sicuti & materia ex mandato Christi. † 2. Concl.

Quia multa mandauit, quæ non scripto, sed traditione tenentur

Sanctitas est salutis causa: & ideo in idem redit, quod dicitur chrismate salutis, & sanctificationis. 3. Concl. Dion. c. 7. eccle. hier.

In forma baptismi non exprimitur, nisi vnus actus pertinens ad ipsum hominem sanctificandum, quia per hoc sacramentum solum homo viuit in seipso: ideo ibi non fit mentio de consignatione characteris, licet homo commoriatur Christo per baptismum: at per confirmationem non solū homo sanctificatur in seipso, sed etiam exponitur cuidam pugnæ exteriori, propterea non solum fit mentio de interiori sanctificatione, sed etiam consignatur exterius, quasi vexillo Crucis ad pugnam spiritualem. 4. Concl.

1. Concl. 1. Concl. 3 Concl. 1 Concl. ab cens. d. 4. cas. pref. hyeron. de consec. d. 4. can. nunquam. Luc. 22. cap. 4. cal. hier. cap. 7. 4. Concl.

Neque hic exprimitur persona ministrãs, vt in baptismo, quia nõ est necessarium, cum exhibeatur ab excellenti ministro.

Art. 5. Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

1 Concl. de conse d. 7. can. de homine.

In sacramento confirmationis imprimitur character.

1. *In sacramento, quod non iteratur, imprimitur character. Sed hoc sacramentum ex Gregor. nõ iteratur. Ergo.*

2. *Character est quædam spiritualis potestas ad aliquas actiones sacras ordinata. & vt baptismus est quædam regeneratio in vitam Christianam, ita confirmatio est quoddam spirituale augmentum. nã pro vnoquoque homine in spiritualem ætatem perfectam, cum ergo ex prima nativitate corporalis vita alia sit alio hominis statum nati, & alia hominis in ætate perfecta constituti, per cõfirmationem datur homini aliqua spiritualis potestas, ad quasdã actiones sacras, præter eas, ad quas datur ei potestas in baptismo: & vt in baptismo accipit potestatem ad agendum, quæ pertinent ad propriam salutem, prout in se vnus stat in. confirmatione accipit potestatem ad agendum ea, quæ pertinet ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. quod patet exemplo apostolorũ, qui antequam plenitudinem Spiritus sancti. recepissent, erant in cenaculo orantes, postea egressi non verebantur publice fidem contra hostes fateri.*

Act. 2.c

†2. Concl. Pugnare contra hostes inuisibiles omnibus competit: at pugnare contra hostes visibiles, id est, contra impugnatores fidei, proprium est confirmatorum: qui perducti sunt spiritualiter ad virilem ætatem. Vnde character est signum distinctionis spiritualiter perfectorum, ab ijs, quæ dicuntur geniti infantes.

3. Concl. Vt baptizatus accipit potestatem spirituale ad protestãdam fidem per susceptionẽ aliorum sacramentorum, cum in omni susceptione sacramenti fit protestatio fidei, ita confirmatus accipit potestatem publice profitendi fidem, quasi ex officio.

4 Concl. Quia sacramenta vetera dicuntur iustitia carnis, cum nihil interius efficerent. ideo circumcisio imprimebat. characterem solum in corpore: at in confirmatione cum character corporali, imprimitur etiam character spiritualis.

Art. 6. Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismi.

Character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem, ita vt, si quis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet: sed oporteret iterum post baptismum confirmari. 1. Concl. Lib. 1. de instit. cler. c. 3.

1. *Nouissime, ait Ruban. à summo sacerdote per impositionem manus, paraclitus traditur baptizato, &c.*

2. *Vt se habet confirmatio ad baptismum, ita augmentum ad generationem. Sed nemo potest promoueri ad ætatem perfectam, nisi primo fuerit natus. Ergo similiter, nisi prius fuerit baptizatus, nõ potest hoc sacramentum accipere.*

†2. Concl. Quia virtus Dei non est alligata sacramẽtis, potest dare robur spirituale ad confitendam fidem sine confirmatione: sed nemo potest hunc effectum consequi sine confirmatione saltem in voto, quod potest haberi etiã ante baptismum, ante quem multi publice fidem sunt confessi.

3. Concl. Exille, *qui totus est, non indiget, nisi vt pedes lauet*, intelligimus Petrum, & alios Christi discipulos fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, vt quidam arbitrantur, siue, quod magis est credibile, baptismo Christi: neque enim renuit ministerium baptizandi, vt haberet & baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret: vnde potuerunt postea confirmari. Ioan. 13. Aug. ep. 108

4. Concl. Audientes Petri prædicationem acceperit effectum huius sacramenti miraculose, non tamen confirmationis sacramentum: quia effectus potest dari ante baptismum, non autẽ ipsum sacramentum confirmationis: vt enim effectus confirmationis supponit effectũ baptismi, qui est iustificatio, ita sacramentum confirmationis præsupponit. sacramentum baptismi. Act. 10.

Art. 7. Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens.

Manifestum est, quod gratia gratum faciens conferatur hoc sacramento. 1. Concl. Epist. ad Hispanarum Epis. Act. 2. Act. 1. 1 p. q. 43. art. 3.

1. *In confirmatione, ait Melchiades Papa Spir. sanc. augmentum: præstat ad gratiam.*

2. *In hoc sacramento datur Spiritus sanc. ad robur. sicut apostolis datus est in die Pentecostes, & per manus impositionem dabatur baptizatis ab Apostolis. Sed datio, seu missio Spir. sanc. vt supra est dictum, non est nisi cu gratia gratũ faciente. Ergo.*

His-

† 2. Concl. Primus effectus gratiæ gratum facientis est remissio culpæ: habet tamen alios per quos promouet homines per omnes gradus ad vitam æternam: vnde illud, *Gratia Dei vita æterna*: & illud, *sufficit tibi gratia mea*. Et ideo gratia gratum faciens, non solum datur ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum, & firmamentum iustitiæ: & sic confertur in hoc sacramento.

2. Cor. 12.

3. Concl. Hoc sacramentum, vt etiam ipsum nomen designat, datur ad confirmandum; quod prius inuenerit ideo non debet dari iis, qui non habent gratiam. Vnde, vt non datur non baptizatis ita non datur adultis peccatoribus. Etsi aliquis adultus in peccato existens, cuius cõscientiam non habeat, vel si etiam non perfecte contritus accedat, dummodo non fictus accedat; per gratiam collatam in hoc sacramento, consequetur remissionem peccatorum.

De confe. d. 5. cap. Si infirmi-

4. Concl. Vt gratia sacramentorum addit, ad gratiam gratum facientem communiter sumptam, aliquid effectiuum specialis effectus, ad quod ordinatur sacramentum; sic gratia in hoc sacramento collata, quantum ad id, quod est commune, non confert aliquam aliam gratiam quam per baptismum, sed illam auget: quantum vero ad illud speciale, quod superadditur, non est eiusdem speciei cum ipsa.

Art. 8. Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.

1. Concl. Hoc sacramentum debet omnibus exhiberi.

1. *Act. 2. Spiritus sanctus aduenientes replenit totam domum, per quam significatur eccl sia, & postea subditur: repleti sunt omnes Spiritu sancto. Sed ad hanc plenitudinem consequendam datur hoc sacramentum. Ergo:*

2. *Vt ipse intentione naturæ, vt homo corporaliter nascens peruenit ad ætatem perfectam, nisi morte præueniatur: ita, & multo magis de intentione Dei est, omnia ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione hoc natura participat, cum Dei opera sint perfecta: sed ad hanc perfectionem ætatis spiritualis homo promouetur per hoc sacramentum; anima, quæ renata est spiritualiter, est immortalis, cui non præiudicant ætates corporales; potest conferri quæ ætati perfectam spiritualem, etiam in quamuis ætate corporali. Ergo.*

Deut. 32.

† 2. Concl. Datur hoc sacramentum ad quandam excellentiam, non ad alium, sed ad ipsum. sicut vir perfectus excellit se puerum.

3. Concl. Etiam puer potest esse perfectus ætate spirituali: quia senectus non computatur annorum numero: vnde multi pueri ob robur Spir. sancti vsque ad sanguinem pro Christo certarunt.

Sap. 4.

Pugnare spiritualiter conuenit etiam mulieribus, vt ait Chrys. vnde etiam illis hoc sacramentum est dandum.

4. Concl. Hom. de Macab.

5. Concl. Quia anima immortalis est, ideo etiam morituris, hoc sacramentum dandum est, vt in die resurrectionis perfecti appareant: ideo Hugo ait, esse periculosũ sine hoc sacramẽto è vitam migrare, scilicet ob detrimentum perfectionis, & maioris gloriæ, quæ non haberetur sine hoc sacram, licet non sit necessarium moritutis propter periculum pugnæ præsentis vitæ.

Ephes 4. Melchiades epis. est.

Art. 9. Vtrum hoc sacramentum sit conferendum in fronte.

1. Concl. Conuenienter signatur homo chrismate signo crucis in fronte.

1. *Signatur, ait Raban. baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificem vero in fronte:*

2. *Cum in hoc sacramento homini detur robur ad spiritualem pugnam, & fortiter fidem inter aduersarios Christi confiteatur. Ergo conuenienter signo crucis in fronte signatur primum, quia insignitur signo crucis, sicuti miles signo ducis: quod quidem debet esse euidens, ideo linitur in fronte, qua pars nunquam tegitur, vt in manifesto demonstret se esse Christianum; vt fecerunt Apostoli accepto Spiritu sancto. Deinde, aliquis impeditur à libera confessione, vel ob timorem, vel ob verecundiam, quorum signa maxime manifestantur in fronte, ob propinquitatem imaginationis, & ex eo quod spiritus a corde directe ad frontẽ ascendunt, ideo signatur in fronte, ne ob ruborem, aut erubescentiam nomen Christi confiteri prætermittat.*

† 2. Concl. Baptismo regeneratus homo ad vitam spiritualem, quæ ad totum hominem pertinet; sed in confirmatione roboratur ad pugnam, cuius signum gerendum est in eminenti loco.

3. Concl. Principium fortitudinis est quidem in corde, sed signum apparet in fronte: ideo sacramentum Eucharistiæ, quo homo in seipso confirmatur, pertinet ad cor: panis enim cor hominis confirmat: sed ad hoc sacramentum requiritur signum fortitudinis ad alios.

Psal. 103.

4. Concl. Hoc sacramentum datur ad libere confitendum, non ad confitendum simpliciter, quod fit etiam in baptismo: ideo non in ore, sed in fronte datur, vbi passionum signa apparent, quibus libera confessio impeditur.

Art. 10. Vtrum ille qui confirmatur, debeat teneri ab alio.

1. Concl.

Ille qui accedit ad hoc sacramentum, sustentatur ab alio, quasi in pugna spirituali erudiendus, & adhuc imbecillis, & puer.

30. q. 4. c. si quis.

1. Si quis, ait Innoc. Papa, ex contingio filium, aut filiam, de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, &c. Ergo vt requiritur aliquis, quid de sacro fonte levet, ita debet aliquis ad hoc sacramentum tenere.

2. Hoc sacramentum exhibetur ad robur pugnæ spiritualis; & sicuti de novo nato indiget instructore in his, quæ pertinent ad conversationem vitæ; ita qui assumuntur ad pugnam, indigent eruditoribus, à quibus instruantur, in his quæ pertinent ad modum certaminis. Vt patet in pugna materiali. Ergo qui accipit hoc sacramentum debet ab alio teneri, quasi in pugna spirituali erudiendus: & quia datur perfecto spirituali ætati, debet sustentari, tanquam adhuc imbecillis.

† 2. Concl.

Licet, qui confirmatus sit adultus corporaliter; non tamen est adultus spiritualiter: & ita per se stare non potest.

3. Concl.

Baptizatus factus est membrum ecclesiæ; sed nondum est adscriptus militiæ Christianæ; ideo Episcopo, tanquam duci per alium iam militiæ adscriptum exhibetur: vnde non confirmatus non potest ad confirmationem tenere.

4. Concl. Coloss. 3.

Vt in Christo non est masculus, neque fœmina; ideo nihil refert, vtrum masculus, vel fœmina ad confirmationem teneat.

Art. 11. Vtrum solus Episcopus hoc sacramentum conferre possit.

2. Concl.

Collatio huius sacramenti Episcopis reseruatur.

De conse. d. 5. can. Manus.

1. Ex Eusebio Papa, qui ait non posse perficinisi a summis sacerdotibus, & tempore Apostolorum ab ipsis tantum per totum fuisse idem docet Vrbanus Papa.

De conse. d. 5. can. omnes. 1. Cor. 3. 2. Cor. 3.

2. In omnibus opere vltima consummatio suprema artis, aut virtutis reseruatur, & ita epistola scribitur à notario, & à domino Papa signatur. Ergo cùm fideles sint quædam Dei opus, & quasi epistola spiritu Dei scripta, & confirmationis sacramentum, sit quasi vltima consummatio sacramenti baptismi, in quo homo ædificatur in domum spiritualem, & quasi epistola conscribitur, debet conferri ab episcopis, qui obtinent summam potestatem in ecclesia, vt de nouo electi tam dedicent in templum Spiritus sancti, & signent signo crucis, sicuti in primitiua ecclesia per impositionem manuum Apostoli, quorum successores episcopi plenitudinem Spir. S. dabant.

Act. 8.

† 2. Concl.

Plenior ex plenitudine potestatis, quædam, quæ sunt superiorum ordinum, potest committere inferioribus; & sic Greg. concessit simplicibus sacerdotibus, vt possent hoc sacramentum conferre, quamdiu scandalum tolleretur. lib. 3. ep. 36.

Baptismus est efficacius sacram. prout dat esse spirituale, & remouet omne malum: at hoc est efficacius quantum ad promouendũ ad perfectionem, ideo digniori ministro reseruatur. 3. Concl.

Sacerdos vngit caput in baptismo, vt significetur Spir. sanct. descensio ad habitationem Deo consecrandam: episcopus in hoc sacramento in fronte, vt denoteturSpir. sanct. cum omni plenitudine sanctitatis, gratiæ, & virtutis venire in hominem, qui est maior effectus, ideo episcopo reseruatur, quamuis pars inuncta sit ignobilior. 4. Concl.

Art. 12. Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

1. Concl. Matth. 25.

Certum esse debet ritus, quos obseruat ecclesia in hoc, & aliis sacram. esse conuenientes.

1. Quia gubernatur à Spiritu sancto.

2. Quoniam dominus suis fidelibus promisit se futurum in medio eorum, qui in suo nomine congregantur. Ergo firmiter credendum est, quod ordinationes ecclesiæ diriguntur secundum sapientiam Christi.

† 2. Concl. Epist. 2.

Quia, vt ait Melchiades Papa, baptismus, & confirmatio debent esse coniuncta, ideo eadem tempora sunt vtriq; præfixa: sed quia non semper episcopi sunt præsentes, sicuti presbyteri, ideo quantum ad communem vsum, confir. solet in alia tempora differri.

3. Concl.

Ab illa prohibitione qua cauetur, vt non detur nisi ieiunis, excipiuntur infirmi, &c. & quia non potest dari nisi ab episcopo qui est vnus, & non posset sufficere ad tot homines confirmandos in magna diœcesi, non potest arctari tempus, vt solum à ieiunis sumatur, quod conuenientius est, vbi fieri potest.

De conse. d. 5 can. Vt sitis.

Quamuis plenitudo Spir. sanct. data sit in pentecoste: tamen chrisma conficitur in cœna domini, vt possit transmitti per diœcesim, ad baptismum solemniter celebrandum in vigilia paschæ, ad quod requiritur chrisma, est etiam dies conueniens ad consecrationes faciendas, cum in eo fuerit Eucharistiæ sacramentum institutum, ad quod alia sacramenta ordinantur. 4. Concl.

Quæstio 73. De sacramento Eucharistiæ secundum se.

Art. 1. Vtrum Eucharistia sit Sacramentum.

1. Concl. OPortuit esse sacramentum Eucharistiæ, quod est spirituale alimentum.

1. *Ex collecta, quæ dicitur: Hoc tuum sacramentum, &c.*

2. *Sacramenta ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali, quæ corporali conformatur. Ergo vt ad illam requiritur generatio, qua vita habetur, & alimentum, quo homo perducitur ad perfectionem, & alimentum quo conseruatur in vita, ita ad spiritualem vitam, vt oportuit esse baptismum, qui est spiritualis generatio, & confirmationem, quæ est spiritualis augmentum; ita & Eucharistiam, quæ est spiritualis alimentum.*

† 2. Concl. Vt confirmatio respondet perfectioni intrinsecæ vitæ corporalis; quæ habetur per augmentum, ita perfectio Eucharistiæ perfectioni extrinsecæ, quæ habetur per cibum, & vestes.

Quia opus fuit etiam perfectione exteriore.

Chrysost. hom. 35. in Ioan. 3. Concl. Vt virtus diuina operatur per aquam in baptismo effectum sacramenti, ita species panis & vini, gratiam efficiunt virtute corporis Christi.

4. Concl. Quamuis alia sacramenta perficiantur in vsu materiæ: hoc tamen perficitur in consecratione materiæ. In aliis res & sacramentum sunt in suscipiente; at in hoc, res & sacramentum scilicet corpus Christi est sub speciebus; res vero, id est, gratia est in suscipiente.

Art. 2. Vtrum hoc Sacramentum sit vnum, vel plura.

1. Concl. Eucharistia est vnum sacramentum, non vnitate indiuisionis; vel continuationis, sed perfectionis.

1. Cor. 10. 1. *Vnus panis, & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus, ait Paul. Ergo cum sacramentum similitudinem gerat eius quod est signum, Eucharistia erit vnum sacramentum.*

lib. 5. Met. tex 9. 2. *Vnum, ex Aristot. non solum dicitur, quod est indiuisibile, vel continuum, sed etiam quod est perfectum sicut vna domus, quomodo est vnum, quod habet omnia, quæ requiruntur ad finem recti: sed hoc modo sacramentum est vnum, quia ordinatur ad perfectionem spiritualem, quæ requirit duos scilicet potus nempe sibi, sicuti perfectio corporalis vitæ, & caro mea, &c. Ergo.*

2. Concl. Hoc sacramentum est multa materialiter prout continet multas res, sed vnum formaliter, & perfectiue.

† 3. Concl. In collecta dicitur primum, sacramentum, & postea sacramenta, ad ostendendum, quodammodo esse plura, & simpliciter vnum.

4. Concl. Panis & vinum formaliter; & perfectiue sunt vnū signū, prout ex eius vna fit refectio.

5. Concl. Ex eo quod duplex est consecratio materiæ, ostenditur esse multa materialiter.

Art. 3. Vtrum Eucharistia sit de necessitate salutis.

1. Concl. Eucharistia quantum ad rem significatam, id est, quantum ad vnitatem corporis Christi mystici, est necessaria ad salutem. Nemini enim extra ecclesiam patet salus; sicuti nec in diluuio extra arcam, quæ ecclesiam significabat.

2. Concl. 1. Pet. 3. Res significata in hoc sacramento, scilicet gratia, potest haberi ex voto etiam si non sumatur in re. Vnde ex voto suscipiendi hoc sacramentum potest homo habere salutem. *Ita docet August. ad Bonifacium, & patet etiam in baptismo.*

l. 4. contra epist. Pelag. c. 22. 3. Concl. Baptismus est inchoatio vitæ spiritualis, Eucharistia vero, quasi consummatio huius vitæ, & finis omnium sacramentorum, ideo illius perceptio est necessaria ad vitam habendam. Eucharistiæ vero ad vitam, sed ad consummationem, quæ potest haberi in voto, sicuti finis in desiderio.

4. Concl. Quoniam per baptismum homo ordinatur ad Eucharistiam, vt ad finem, ideo pueri ex susceptione baptismi ex fide ecclesiæ ordinantur ad Eucharistiam, & ita suscipiunt rem ipsius.

5. Concl. Sed quia pueri ad baptismum non ordinantur per aliud sacramentum, ideo non habent baptismum in voto, neq; rem, sine perceptione, vt adulti.

6. Concl. Ioan. 6. Quare hoc sacramentum non est de necessitate salutis eo modo, quo baptismus.

7 Concl. Tract 26. in Ioan. Pueri censentur manducare carnē Christi, suscipiendo rem sacramenti per susceptionē baptismi, modo iam dicto, vt docet Aug.

8. Concl. Augmentum corporale conuertitur in aliud: spirituale vero conuertit hominem in se, id est, Christus conuertit in se hominem, quod fieri potest ex susceptione in voto: ideo non est paritio.

9. Concl. Baptismus est sacramentū mortis & passionis Christi, quatenus per hanc regenerantur in Christo: at Eucharistia est sacramentum

passionis,

passionis, prout homo perficitur in vnione ad Christum passum, & ideo dicitur sacramentum caritatis, quæ est vinculum perfectionis.

Art. 4. Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.

Conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominatur.

1. Patet ex vsu fidelium.

2. Hoc sacramentum habet quam significationem respectu præteriti, vt est memoria passionis Christi, qua fuit sacrificium; & ideo nominatur sacrificium: aliam respectu rei præsentis, s. eccl. siastice vnitatis, & secundum hanc nominatur communio, vel synaxis, quia per hoc sacramentū communicamus Christo, & participamus eius carne, & quia vnimur ad inuicem: Tertiam, rei futuræ, prout est præfiguratiuum fruitionis Dei, quæ erit in patria, & sic dicitur viaticum, quia præbet vim illuc perueniendi: ac etiam Eucharistia, s. bona gratia, quia gratia Dei vita æterna: vel quia continet Christum, qui est ful gratia. Dicitur etiam græce metal psis, i. assumptio; quia per hoc sacramentum fit deitatis summus.

Secundum diuersas proprietates idem pluribus nominibus nominari potest.

Quod est commune aliis sacramentis, scil. gratia, tribuitur huic sacram. per antonomasiam, propter ipsius excellentiam.

Dicitur sacrificium, vt repræsentat passionem Christi; hostia vero vt continet ipsum Christum.

Art. 5. Vtrum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.

Conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in cœna, in qua vltimo Christus cum suis discipulis conuersatus est.

1. Quia est institutum a Christo, de quo dicitur, Bene omnia fecit.

2. Ob hoc causas primo, ratione Christi in eo contenti, qui discipulos in propria specie, sæpius reliquit sub sacramentali specie, sub qua coleretur, sicut imago imperatoris in sua absentia honoratur: secundo, quia sine fide Christi nunquam potuit esse salus. Rom. 3. Ideo oportuit, vt omni tempore apud homines esset aliquid representatiuum passionis Christi, sicut eiusdem rei fuit præfiguratiuum sacramentum agni paschalis. Tertia, quæ ab antiquis recedentibus vita commendantur, magis memoriæ commendantur, quia tunc magis inflammatur affectus; ideo vt in maiore feruore haberetur Dominus, in vltimo discessu hoc sacramentum reliquit.

Illis rebus ex quibus sumus, etiam nutrimur; sed non eodem modo: ideo præter baptismum quo sumus per generationem opus fuit Eucharistia, qua nutrimur per manducationem.

Non potuit institui ante incarnationem: tum quia continet Christum realiter: tum quia erant alia sacram. adhuc figuratiua: & non continuisset Christum passum.

Instituitur ante passionem, vt sit memoriale præteritorum, quæ mox futura erant. Quæ sequuntur, facerem, &c.

Cum hoc sacramentum esset prius in intentione, quam baptismus, ideo prius instituitur; vel dicas baptismum fuisse aliqua ratione institutum ante passionem.

Art. 6. Vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

In hoc sacramento consideratur sacramentum tantum, i. panis, & vinum; res & sacramentum s. corpus Christi verum: & res tantum, scil. effectus.

Quantum ad primum, potissima figura fuit oblatio Melchisedech, qui obtulit panem, & vinum.

Quantum ad Christum passum, qui continetur: figuræ eius fuerunt omnia sacrificia veteris legis, & præcipue sacrificium expiationis, quod erat solemnissimum.

Quantum ad effectum præcipua figura fuit manna; quod habebat in se omnis saporis suauitatem, sicuti gratia huius sacramenti, quæ respicit mentem, quantum ad omnia.

Agnus paschalis quantum ad hæc tria præfigurabat hoc sacram. quantum ad primum, quia manducabatur cum panibus azymis: quantum ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel. 14. Luna, quod fuit figura passionis Christi, qui innocenter passus est: quantum ad effectum, quia per sanguinem agni protecti sunt filii Israel ab angelo deuastante, & educti de seruitute. Quare cum omnia repræsentet, agnus paschalis, præcipua ponitur figura. Vnde Paulus. *Pascha nostrum immolatus Christus, &c.* Vnde patet ad obiecta.

Quæst.

Quæstio 74. De materia Eucharistiæ quantum ad speciem.

Art. 1. Vtrum materia huius sacramenti sit panis & vinum.

1.Concl. PAnis, & vinum sunt conueniens materia huius sacramenti.

1. Ex decreto Alex. Papæ epist. ad omnes episc. panis tantum, & vinum aqua permixtum.

2. Ob hæc causas: prima quantum ad vsum huius sacramenti, qui est manducatio, vt sicut in baptismo assumitur aqua, quæ communis sit ablutio ad ablutionem spiritualem, ita in hoc sacram. panis & vinum, quo homines communiter reficiuntur, ad vsum spiritualis refectionis; secunda quantum ad passionem Christi, in qua sanguis separatus est a corpore; ita in hoc sacramento panis vt sacramentum corporis, seorsim sumitur à vino, quod est sacramentum sanguinis. Tertia quantum ad effectum consideratum in vnoquoque sumentium; quia valet ad nutritionem animæ, & corporis: ideo sub pane sumitur pro salute corporis, & sub vino pro salute animæ: quarta quantum ad effectum respectu totius Ecclesiæ, quæ constituitur ex diuersis fidelibus, vt panis conficitur ex diuersis granis, & vinum fluit ex diuersis vuis: vnde damnantur errores eorum, qui panem & caseum: vel puerorum sanguinem farina permixtum, vel solam aquam dicunt esse materiam, ex his quæ habentur Matth. 26.

Ambr.

† 2. Concl. Quamuis olim carnes animalium occisorum expressius repræsentarent Christi passionem: tamen minus competunt ad communem vsum, huius sacramenti, & ad vnitatem ecclesiasticam significandam.

3. Concl. Quamuis non in omnibus terris nascatur triticum & vinum; possunt tamen facile deferri ad vsum sacramenti. Nec ob defectum vnius alterum est consecrandum; quia non esset perfectum sacramentum.

4. Concl. Vinum modice sumptum, non obest ægrotanti: & si timeatur nocumentum, non est necesse, vt omnes accipiant sanguinem.

Art. 2. Vtrum requiratur determinata quantitas panis, & vini ad materiam huius sacramenti.

2. Concl. Non potest dici, quod quantitas huius sacramenti sit determinata.

1. Multum opponitur paruo, & magnum paruo. Sed nulla est ita parua quantitas, quæ non possit consecrari. Ergo neq; vlla est ita magna; quæ &c.

2. In omnibus habentibus materiam, talis determinationis materiæ sit vtitur à fine, qui in hoc sacramento est vsus fidelium. Ergo tanta est consecranda materia, quantus est fidelium numerus; qui non potest esse determinatus quantum ad præsentes, quia parochus habens paucos parochianos, non posset consecrare multas hostias. Ergo materia determinanda erit ad vsum fidelium absolute. Ast hic est indeterminatus. Ergo. Quare male dixerunt quidam non posse consecrari vnmensam quandam quantitatem, puta totum panem qui est in foro, & vinum quod est in dolio.

† 2. Concl. Rei naturalis materia sumit determinationem p̄ comparationem ad formā determinatam: sed numerus fidelium, ad quorum vsus ordinatur hoc sacramentum est interminatus, ideo, &c.

3. Concl. Potestas ministri ad duo ordinatur scilicet ad effectum proprium, & ad finem ad affectus & hoc secundum non tollit primum: ideo intendens conficere ob malum finem conficit.

4. Concl. Baptismus consistit in vsu materiæ, & ita non plus aquæ sanctificatur, quam venit in vsum: at hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, ideo non est par ratio.

Art. 3. Vtrum requiritur ad materiam huius sacramenti, quod sit panis triticeus

1. Concl. Propria materia huius sacramenti est panis triticeus.

1. In hoc sacramento continetur Christus, qui se granū frumenti comparauit, Ioan. 12. Ergo talis panis erit materia.

2. Ad vsum sacramentorum talis assumitur materia, quæ communis apud homines in talem vsum venit: sed panis triticeus est communis; quia alij panes introducti sunt in defectum huius, ideo credetur Christum in hoc panis specie hoc sacramentum instituisse.

3. Quia hic panis magis confirmat homines, & ita conuenientius significat effectum huius sacramenti.

† 2. Concl. Panis ordeaceus sua duritie competit ad significandam duritiem veteris legis, sicut vt est asperior significare possit Christi passionem.

3. Concl. Si quæ frumenta ob defectum terræ nascētur ex tritico, vt siligo, panis ex tali frumento factus potest esse materia: quia non differt à tritico nisi secundum accidentia: quod non videtur habere locum in ordeo

spelta, & farre, quæ ratione figuræ sunt similia tritico, sed non ratione speciei: quare ex his, quæ non generantur ex tritico, non potest fieri materia.

4. Concl. Modica permixtio farinæ, seu frumenti alterius generis, non tollit speciem: si vero sit magna permixtio, puta ex æquo, vel quasi, mutat speciem, & panis inde factus non esset materia.

5. Concl. Quando est tanta corruptio panis, vt non remaneat species, & mutetur sapor, color, &c. non potest esse materia: si vero est aliqua tantum mutatio facta, qua sapor percipitur, potest esse materia: sed qui in hac conficeret, peccaret ob irreuerentiam. Vnde amidum non potest esse materia, cum sit ex tritico corrupto.

Art. 4. Vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azymo.

1. Concl. Non est de necessitate sacramenti, vt panis triticeus, qui est materia necessaria, sit azymus, vel fermentatus.

Quoniam in vtroque pane conficitur.

2. Concl. Conueniens est, vt quisque seruet consuetudinem suæ Ecclesiæ in celebratione sacramenti. Latinus in azymo, Græcus in fermentato: & qui aliter facit peccat, quasi ecclesiæ ritum peruertens: Vnde punitur Latinus, qui in fermentato celebrat; De celebrat. miss. c. literas.

3. Concl. Consuetudo celebrandi in pane azymo est rationabilior.

1. Ex institutione Christi, qui prima die azymorum hoc sacramentum instituit, vt ex tribus Euangelistis constat; quo die apud Hebræos erat solum panis fermentatus.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22.

2. Quia panis est proprie sacramentum corporis Christi, quod sine corruptione conceptum est, magis quàm diuinitatis eius.

3. Magis competit sinceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum huius sacramenti, 1 Cor. 5. Itaque epulemur, &c. Consuetudo autem Græcorum habet rationem in detestationem eorum, qui legalia seruari volunt.

† 4. Concl. Solemnitas paschalis incipiebat à vesperis 14. Lunæ; quæ dies à Ioan. dicitur præcedere solemnem diem, ab alijs prima azymorum nominatur.

5. Concl. Conficientes in azymo, intendunt seruare institutionem Christi, non autem legis veteris cæremonias.

6. Concl. Fermentum, significat caritatem, quia facit panem sapidiorem: at vero ratione suæ speciei corruptionem significat. Posset tamen tanta esse corruptio fermenti, vt in eo conficere non liceret.

Art. 5. Vtrum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.

1. Concl. De solo vino vitis potest confici hoc sacramentum.

1. Vt se Dominum comparauit grano frumenti: ita vitis, Ioan. 15. Sed sicut panis de frumento est materia. Ergo solum vinum de vite.

2. Ob has causas: prima ob institutionem Christi, qui in vino vitis instituit, vt patet Matth. 26. de hoc genimine vitis, &c. secunda quia ad materiam sacramentorum sumitur id, quod proprie habet talem speciem. Est proprie vinum dicitur, quod ex vite sumitur; alij vero liquores dicuntur vinum secundum quandam similitudinem ad vinum vitis. Ergo, tertia, quoniam magis significat effectum huius sacramenti, id est, spiritualem lætitiam.

† 2. Concl. Liquores mororum, malorum granatorum, &c. sunt vinum secundum similitudinem. Ad eas autem terras, vbi non est, facile ferri potest.

3. Concl. Vinum fit acetum per corruptionem; ideo non potest confici in aceto; at in vino acescenti maxime; sicut etiam in pane, quia est in via ad corruptionem: sed esset peccatum.

4. Concl. Agresta est in via generationis, mustum vero iam habet speciem vini. Sed non licet conficere in musto statim expresso, nisi in necessitate.

Art. 6. Vtrum aqua sit vino permiscenda.

1. Concl. Vino quod offertur in sacramento debet aqua permisceri.

1. Ex Alex. Papa, qui ait, & vinum aqua permistum.

Epist. ad omnes fideles.

2. Ob has rationes: prima propter institutionem; probabile enim est Dominum instituisse in vino aquam permixto, iuxta terræ consuetudinem, Prou. 9. secunda, quia conuenit repræsentationi dominicæ passionis, quoniam ex eius latere sanguinem, & aquam profluxisse legitur; tertia, ad significandum effectum huius sacramenti, qui est vnio populi Christiani ad Christum; in aqua populus, in vino sanguis intelligitur, quarta id competit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus in vitam æternam. Redundat aqua in calicem, ait Ambros. & salit in vitam æternam.

Inf. Pap. lib. 5. de sac. c. 2.

† 2. Concl. Vt hoc sacram fuit significatum, per vinum Melchisedech, ita per aquam, quæ fluit ex petra. *Bibebant autem, &c.*

1. Cor. 10.

3. Concl. In baptismo sumitur aqua ad ablutionem,

hic

ic vero ad refectionem. Psal. 22. *super aquam refectionis*, & cæt. ideo non male ad hibetur in vtroque sacramento.

4. Concl. Licet panis, qui est materia, nihil addatur, quod panis ex aqua, & farina conficitur, non sic vinum ideo cum eo aqua miscetur:

Artic. 7. Vtrum permistio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.

1. Concl. lib. 2. ep. 3. Appositio aquæ non est de necessitate sacramenti.

1. Ex Cyprian. qui ait, quod si quis hoc non observauerit, potest simplicitati conced.

2. Cum indicium signi sumendum sit à re, quam significat, & aqua, vino permista referatur ad significandam participationem huius sacramenti a fidelibus, ad quod etiam refertur fluxus aquæ ex latere Christi, qua ablata sunt peccata; sequitur quod cum hoc sacramentum consistat in consecratione materiæ non autem in vsu fidelium, consequitur sacramentum, quod aquæ oppositio non sit de necessitate.

†2. Concl. Cum Cypr. ait, esse non posse sine aqua, intelligendus est quantum ad conuenientiam.

3. Concl. Effusio sanguinis Christi directe pertinebat ad passionem, sed effusio aquæ fuit ad ostendendum passionis effectum: vnde non offertur seorsim à vino, sed coniuncta.

4. Concl. Cum non sit de necessitate, quælibet aqua etiam artificialis potest poni; quamuis quantũ ad congruentia peccaret, qui opponeret; quia fuit aqua, quæ fluxit ex latere. Et quia ad mistio aquæ cum farina est de necessitate sacramenti, ideo debet esse vera aqua.

Art. 8. Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi.

1. Concl. Non est verum, aquam per se remanere, vino conuerso in sanguinem,

lib. de his quæ sunt. c. 9. *Quoniam in sacramento altaris post consecrationem nihil est, nisi corpus Christi, ex Ambr. alias non adoraretur totum adoratione Latriæ. Ergo.*

2. Concl. Nec est verum quod aqua conuertatur in aquam, quæ fluxit de latere vt vinum cõuertitur in sanguinem; quia secundum hoc aqua seorsim consecraretur à vino vt vinum à pane.

3. Concl. Aqua conuertitur in vinum, & vinum in sanguinem: & quia hoc fieri non posset nisi modicum aquæ apponeretur, ideo totius est parum apponere; maxime si vinum debile: Ita habetur de cele mis. cap. *Perniciosum.*

Si tanta opponatur aqua, vt saluatur species vini, non potest fieri sacrificium eorum: errabant qui lineum pannum multo tempore seruabant, & tempore sacrificij partem lauabant, & offerebant.

Satis est ad sacramenti significationem, vt sentiatur aqua cum opponitur vino, non autem vt sit sensibilis per mistionem.

†2 Conc. De cons. d. 2. can. ego. 6. Conc. Quod si non apponeretur, totaliter tolleretur significatio, & si in vinum conuertitur, denotatur vnio populi cum Christo.

7. Concl. Vnde si aqua poneretur in dolio, non significaretur ista vnio: & ita in ipsa celebratione apponenda est.

Quæstio 75. De conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi.

Artic. 1. Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.

1. Concl. lib. 8. de Trinit. lib. 6. de fac. c. 1. IN hoc sacramẽto est verum corpus, & sanguis Christi; idque non sensu, sed sola fide quæ auctoritati diuinæ innititur, deprehendi potest.

1 Ex Hilar. qui ait; de veritate carnis, & sanguinis Christi non est relictus ambigendi locus. Ambr. sicut verus Dei filius, &c. Cyril. Non dubites, an hoc verum sit; sed potius suscipe verba Saluatoris in fide.

2. Concl. Luc. 22. Heb. 9. Dion. c. 4. de cal. hier. Conueniens fuit Christum secundum veritatem esse in hoc sacramento.

1. Ob perfectionem nouæ legis: quia cætera sacramenta continebant Christum in figura: Ergo sacramenta nouæ legis à Christo instituta debuerunt aliquid amplius habere vt scilicet realiter ipsum continerent.

2 Hoc competit caritati Christi, ex qua verum corpus nostra naturæ pro nostra salute assumpsit: amicitia enim conuenit præsentium corporale, quam Christus promisit Matt. 24 vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ. *Vnde in sua peregrinatione, nos sua præsentia realiter non destituit sed nos sibi in hoc sacramento consumxit Rus mundicat, &c.* Ioan. 6.

Competit perfectioni fidei, qua vt est de rebus creditatis, ita de humanitate, & quia fides est inuisibilium, Christus in sacramento carnem suam inuisibiliter exhibet.

3 Concl. De cõ. d. 2 can. ego, In Pasal. 98. c. 6. Hæreticum esse dicere Christum contineri in hoc sacramento, vt in signo tantum. In quo primus erauit Berengarius, qui postea errorem reuocauit.

† 4. Concl. Cum Aug. exponit locum Ioan *non manducaris corpus*, quod Apost. videbant, non negat veritatem corporis, sed modum manducandi in specie, qua videbatur. & cum dicit manducari spiritualiter, & invisibiliter, non negat veram manducationem, sed modum manducandi, quem intelligebant Apostoli.

5. Concl. Illud, *Me non semper habebitis*, intelligitur secundum species sensibiles proprias.

Mat. c. 6. Christus est in hoc sacramento modo quodam proprio, qui est proprius huic sacramento: ideo est in diuersis altaribus, non vt in diuersis locis, nec vt in signo, &c.

6. Concl. Ioan. 16. Expediebat Apostolis, vt Christus abiret, quantum ad præsentiam corporalem, sed non quantum ad spiritualem.

7. Concl. *Art. 2. Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis, & vini post consecrationem.*

Post consecrationem non remanet substantia panis, & vini.

1 Concl. 1. *Quia tolleretur veritas sacramenti, ad quam pertinet, vt verum Corpus Christi in hoc sacramento existat, quoniam cum non sit ibi ante consecrationem, esse ibi non potest: nisi vel per motum localem, vel per conuersionem alterius in ipsum. primum esse non potest: imprimis, quia quod mouetur localiter, deserit locum, in quo est, & ita Christus non esset in cœlo deinde, quod moueatur localiter, transit on mia media, quod hic dici non potest, postremo motus eiusdem corporis localiter mobilis, non potest simul terminari ad diuersa loca.*

2. Forma huius sacramenti manente substantia panis, non esset vera, quia ipsa non est corpus Christi, & potius dicendum esset, hic est corpus meum.

3. contrariatur Generationi huius sacramenti: quia substantia creata non adoratur latria.

4. Contrariatur ritui ecclesiæ secundum quem post corporalem cibum, non licet sumere corpus Christi, & tamen vna hostia sumitur post aliam consecratam. Ergo,

2. Concl. Corpus Christi incipit esse de nouo in hoc sacramento per conuersionem substantiæ panis in ipsum. Vnde, cum quod conuertitur non maneat facta consecratione, non remanet substantia panis. Licet, ait Ambro. figura panis, & vini videatur, tamen nihil aliud quàm caro Christi & sanguis post consecrationem credenda sunt.

† 3. Concl. Ambr. l. 4. de sac. c. 4. Dam. Contulit Deus diuinitatem suam, id est diuinam virtutem pani, & vino, non vt remanent in sacramento, sed vt faciat inde corpus & sanguinem suum: & ita exponitur dictum Damas.

4. Concl. In alijs sacramentis manet substantia materiæ, & non in isto, quia in illis non est Christus realiter.

5. Concl. Species quæ remanent, sufficiunt ad significationem huius sacramenti. si quidem per accidentia cognoscitur ratio substantiæ.

Art. 3. Vtrum substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti annihiletur.

1. Concl. Substantia panis & vini per consecrationem non resolutur, vt quidam dixerunt; in præiacentem materiam, id est in quatuor elementa, neque enim resolutio potest fieri in materiam primam, cum sine forma non existat.

1. Oporteret dicere quod elementa in quæ resoluta est substantia panis, & vini, per motum localem recederent, quod sensu percipereretur.

lib. 83. q. 12. *2. Substantia panis & vini remanent per totum tempus consecrationis, & in vltimo instanti prolationis, iam est ibi corpus, & sanguis Christi, Ergo nullum datur tempus, vel momentum, in quo sit illa præiacens materia, in quam fiat resolutio. Nec dicas paulatim recedere substantiam panis, & sub aliqua parte esse corpus Christi, quia hoc est contra prædicta: neque potest dici, id fieri ante consecrationem, quia daretur aliquod tempus, in quo pars hostiæ non esset substantia panis, vel sub corpore Christi.*

2. Concl. Substantia panis, & vini, non annihilantur.

1. Ex Aug. qui ait, Deus non est causa tendendi in non esse. Sed hoc sacramentum perficitur diuina virtute. Ergo.

2. Quoniam non reperitur alius modus, quo corpus & sanguis Christi sint sub sacramento, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum, quæ conuersio tolleretur per annihilationem, & resolutionem.

3. Effectus sacramenti significatur per eius formam. At forma non significat annihilationem, vel resolutionem. Ergo.

† 3. Concl. Substantia panis, facta consecratione, neque est sub speciebus, nec alibi, non tamen est annihilata, cum conuertatur in corpus Christi.

4. Concl. Quamuis forma, quæ est terminus à quo in naturali mutatione non remaneat, nisi in potentia materiæ: tamen hic substantia panis conuertitur in corpus Christi: vnde non sequitur ratio.

Licet

Licet post consecrationem, hæc, sit falsa, substantia panis, est aliquid, tamen id, in quod est conuersa, est aliquid: & ideo non est annihilata.

Art. 4. Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.

1. Concl. Necesse est dicere quod corpus Christi incipiat esse sub sacramento per conuersionem substantiæ panis in ipsum.

De cons. d. 3. can. quia 1. *Ex Euseb. Emis. Nouum & impossibile esse non debet, quod in Christi substantiam terrena, & mortalia conuertantur.*

2 *Corpus Christi non incipit esse sub sacramento per modum localem, cum ibi non sit, vt in loco, Ergo per conuersionem substantiæ.*

2. Concl. Hæc conuersio est similis conuersionibus naturalibus, sed supernaturalis sola Dei virtute effecta.

1. *Auctoritate Ambrosij lib. de his, qui initiantur, & ex Chrys. in Ioan.*

c. 9. Ho. 46. 2. *Agens creatum, quia constituitur incerta specie, habet essentiam finitam; & proinde ad vnum actum & modum agendi limitatur, vt patet de igne, qui solum ignem, & in materia aliquo modo dispositam producit, & ideo omnis conuersio naturalis est limitata. At Deus est actus infinitus, Ergo eius actus extenditur se ad totam naturam entis, Ergo non solum potest efficere conuersionem formalem, id est, vt vna forma alteri succedat, sed etiam conuersionem totius entis, scilicet vt tota substantia vnius conuertatur in totam substantiam alterius, quod facit in hoc sacramento conuertendo totam substantiam panis in corpus Christi, & totam substantiam vini in sanguinem.*

3. Concl. Hæc conuersio non est formalis, sed substantialis: nec continetur inter motus naturales, sed proprio nomine dicitur transubstantiatio.

†4. Concl. Transmutatio formalis requirit subiectum, cum proprium formæ sit esse in materia, at ista quæ est totius substantiæ, importat ordinem ad vtrasque substantias in quibus est vt in subiecto sicut ordo, & numerus.

5. Concl. In transmutatione formali prius incipit esse forma in materia eius, in quod conuertitur, quia forma habet esse in materia: at in hac non ita; cuius non est accipere subiectum.

6. Concl. Virtute agentis finiti, nec forma in formam nec materia in materiam potest mutari, quod auctor entis, ob virtutem infinitam in totum ens, efficere potest.

Art. 5. Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis, & vini,

1. Concl. sub sens. Prof. Facta consecratione omnia accidentia panis & vini remanent.

1. *Nos, aut Aug. in specie panis & vini, quam videmus, res insensibiles, id est carnem, & sanguinem honoramus.*

2. *Pater sensus.*

2. Concl. Quod hæ species remaneant rationabiliter per diuinam prouidentiam fit.

1. *Quia est horribile carnem humanam edere, & sanguinem bibere: ideo proponuntur sub speciebus, quæ in vsu hominum sunt.*

2. *Ne sacramentum irrideretur ab infidelibus, si sub specie propria Dominum nostrum manducaremus.*

3. *Vt dum inuisibiliter dominum sumimus, proficiat ad meritum fidei.*

† 3. Concl. Quia Deus est causa prima, à qua plura pendent, quam à secunda, sua vi potest efficere, vt remoto priore remaneat posterius.

4. Concl. arist. 3. de anim. c. 26. Nulla hic est deceptio secundum sensum, quia sunt vera accidentia: intellectus autem cuius proprium obiectum est substantia, liberatur ab errore per fidem.

5. Concl. Conuersio non habet propriè subiectum: sed tamen accidentia, quæ remanent, habent aliquam similitudinem subiecti.

Art. 6. Vtrum facta consecratione remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

1 Concl. Facta consecratione, non remanet forma substantialis panis vna cum accidentibus, vt quidam voluere

1. *Forma substantialis panis est de eius substantia, Sed hæc conuertitur in corpus Christi Ergo illa non manet.*

2. *Quoniam nihil converteretur in corpus Christi, nisi materia, & quidem non in totum. sed in materiam Christi, quod repugnat formæ qua dicitur, Hoc est corpus.*

3. *Si remanet forma aut in materia, & hoc non, quia remaneret tota substantia panis: neque potest remanere in alia materia, quia propria forma non est nisi in propria materia: aut a materia separata, & tunc esset intelligibilis in actu, & intelligens, quoniam omnes formæ separatæ a materia sunt tales.*

4. *Est contra rationem huius sacramenti: quia in eo remanent accidentia; vt sub eis videatur Christus, non autem substantia sub propria specie. Quare forma substantialis panis non remanet.*

† 2. Concl Manent accidentia, sed non forma panis,

quæ non est accidentalis, licet panis fiat ab arte: si quidem ars potest per agentia naturalia producere aliquid substantiale, vt serpentes, & ranas: sic ignis formam panis.

Anima, quæ est forma corporis dat ei totum esse perfectum corporeum, animatum, &c. forma autem panis conuertitur in formam Christi, prout dat esse corporeum non vt dat esse animatum.

Operationes panis, aliæ conueniunt ei ratione accidentium, vt immutare sensus, aliæ ratione formæ, & materiæ, vt quod cor confirmet, quæ miraculose tribuuntur à Deo accidentibus, non ob formam vel materiam.

Art. 7 Vtrum ista conuersio fiat in instanti.

Hæc conuersio est instantanea.

1. *Quia fit virtute diuina, cuius est operari in instanti.*

2. *Aliqua mutatio est instantanea, vel ex parte formæ, quæ non successiue acquiritur sicuti forma substantialis, & quia hæc conuersio terminatur in substantiam corporis Christi, ideo erit instantanea: vel ex parte subiecti, quod est in vltima dispositione ad formam, & sic diaphanum in instanti illuminatur, & quia hic non est aliquod subiectum, quod successiue præparetur; erit mutatio in instanti: vel ex parte agentis, quod est infinitæ virtutis, &c. Quare tribus modis erit instantanea.*

Vltimum instans prolationis verborum, qua fit hæc conuersio, est primum instans, in quo corpus Christi est in sacramento: in toto autem tempore præcedente est ibi substantia panis, cuius temporis non datur vltimum instans, cum tempus non componatur ex instantibus. Datur ergo vltimum tempus, & ita cum non sint ibi duo instantia inter quæ, contra aliquos dicendum est, esse tempus, non est conuersio successiua.

In mutationibus instantaneis simul est fieri, & factum esse: fieri prout ante non fuit, factum esse, secundum quod iam est: Vnde falsum est, ista duo non esse simul.

Fit quidem hoc sacramentum sermone Christi, qui est successiuus, sed iam diximus fieri in vltimo instanti prolationis: tunc enim completur verborum significatio: quæ est efficax in formis sacramentorum.

Art. 8. Vtrum hæc sit falsa, panem fit corpus Christi.

Huic conuersioni, transmutationi naturali, & creationi commune est ordo terminorum, id est, vt post hoc, fit hoc, & quod termini non sint simul. Conuersio & creatio conueniunt etiam, quia neutra habet commune subiectum vtrique terminorum, quod est in mutatione naturali. Cum quâ conuenit hæc conuersio in duobus, licet non similiter. Primo, in vtraque vnum extremum transit in aliud, vt aer in ignem, &c. non autem non ens in ens. Sed in hac conuersione tota substantia transit, non ita in naturali: secundo in vtraque remanet aliquid idem, quod non est in creatione: sed in naturali remanet materia vel subiectum: in hac accidentia. Ex his licet accipere modum loquendi in his transmutationibus. 1. Concl.

In nulla istarum mutationum vnum extremum affirmatur de altero per verbum substantiuum præsentis temporis. Quia extrema, vt est dictum, non sunt simul. 2. Concl.

In omnibus his conuersionibus possumus vti hac propositione, *ex, dicendo*, ex aere ignis, ex pane corpus Christi, &c. 3. Concl.

Pater primum ex Ambrosio. qui ita loquitur. Deinde quia in his conuersionibus est ordo terminorum, qui exprimitur particula ista.

In creatione non possumus vti nomine conuersionis, sicuti in hac conuersione, & naturali transmutatione. Non enim non ens conuertitur in ens vt aer in ignem, &c. 4. Concl. lib. 4 de fac. c. 4.

Quia in his vnum extremum transit in aliud, non autem in illa.

In hac conuersione, & in creatione, quia nullum est subiectum, quæ verificantur in conuersione naturali ratione subiecti, non sunt concedenda. Vnde dicimus album potest esse nigrum, aer potest esse ignis, licet hæc non sit ita propria, vt illa, in qua sub est tota substantia albi, hic vero pars. Vnde non dicimus panis potest esse corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi proprie loquendo. 5. Concl.

Quia his modis loquendi verificantur ratione subiecti, quod est in potentia ad opposita.

Quia facta consecratione, manent accidentia panis, secundum quandam similitudinem, aliquæ harum locutionum concedi possunt: quod panis fit corpus, vel panis erit corpus. & de pane fit corpus: vt nomine panis non intelligatur substantia panis, sed vniuersè, hoc quod sub speciebus panis continetur sub qui- 6. Concl.

bus

bus prius erat substantia panis, & postea corpus Christi.

†7. Concl. Licet sit verum dicere, ex pane fit corpus, non tamen, quod panis sit corpus, nisi vt est dictum, & non est par ratio de albo, quod fit nigrum.

8. Concl. Id ex quo fit aliquid, quandoque erit illud, quo fit, ratione subiecti, quod non est in hac conuersione.

9. Concl. In hac conuersione sunt plura difficilia, quam in creatione, vbi illud solum est difficile, quod aliquid fiat ex nihilo, quod est proprium primæ causæ: sed hic est difficile, quod totum in totum mutetur, & nihil illius maneat, quod accidentia maneant, corrupta substantia: & alia multa. Quare licet in creatione non ens, non conuertatur in ens, hic tamen corpus in corpus conuertitur, & ideo locutio est vera.

10. Concl. Non conceditur hæc, quod panis possit esse corpus Christi, quia potentia respicit subiectum: at hæc conuersio non fit potentia passiua creaturæ.

Quæstio 76. De modo quo Christus existit in hoc sacramento.

Art. 1. Vtrum totus Christus contineatur sub sacramento.

1. Concl. lib. de his. qui init. c. 6. OMnino necesse est confiteri secundum fidem Catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento.

Patet ex Ambros. qui ait, in illo sacramento Christus est.

2. Concl. In hoc sacramento est aliquid Christi, vel ex vi sacramenti, vel ex naturali concomitantia: primo modo, id est sub speciebus, in quod conuertitur substantia panis & vini, vt corpus, & sanguis, prout significatur de verba formæ quoniam verba sunt effectiua in hoc sacramento, vt in alijs.

3. Concl. Ex naturali concomitantia, est in hoc sacramento, illud quod est coniunctum ei, in quod terminatur conuersio.

Nam si duo sint realiter coniuncta, vbi est vnum est etiam alterum, cum sola mentis ratione vnum sine alio consideretur.

†4. Concl. Diuinitas vel anima Christi non, sunt in hoc sacramento nisi ex reali concomitantia: quia nunquam est separata à corpore assumpto: quare totus Christus est sub sacramento, licet conuersio non fiat in animam, vel diuinitatem. Quod si in triduo mortis fuisset hoc sacramentum celebratum, ibi non fuisset anima Christi, quia non potuisset esse per concomitantiam: cum esset separata.

5. Concl. Ex vi sacramenti non solum est hic caro, & sanguis, sed totum corpus, scilicet esse, nerui, &c.

Quia in forma dicitur: hoc est corpus, & caro pro toto corpore sumitur. Ioan. 6.

6. Concl. Dimensiones panis non conuertuntur in dimensiones corporis Christi: quia manent, vt patet, sed substantia, in substantiam: ideo Christus non est in hoc sacramento per modum quantitatis, sed substantiæ, quæ tota in parte, etiam minima, continetur.

Art. 2. Vtrum totus Christus contineatur, sub vtraque specie huius sacramenti.

1. Concl. Certissime tenendum est quod sub vtraque specie sacramenti totus est Christus.

1. *Ita Gl. super illa: Et carnem, &c.* 1. Cor. 11.

2. *In vtraque specie idem sumitur, Ergo est sub vtraque totus.*

2. Concl. Sub speciebus panis est corpus ex vi sacramenti, sanguis vero ex reali concomitantia, & sub speciebus vini sanguis ex vi sacramenti, corpus autem ex concomitantia: quia sanguis totus est nunc separatus a corpore, vt tempore passionis.

3. Concl. Si tempore passionis fuisset hoc sacramentum celebratum, corpus fuisset sub speciebus panis sine sanguine, & sanguis sub speciebus vini sine corpore.

†4. Concl. Non est frustra sub vtraque specie, cum sit ad repræsentandam passionem, ad vsum, vt detur in cibum & potum, & propter effectum, quia corpus, corpori, & sanguis animæ, est salutis.

5. Concl. Quamuis sanguis sit vna pars corporis, sicut & aliæ, quatenus in passione aliæ partes non fuerunt separatæ a corpore, sicut sanguis, ideo aliæ partes non separentur, vt sanguis. Exo. 30.

6. Concl. Etsi corpus incipiat esse sub pane per eius consecrationem: tamen incipit etiam esse sub speciebus vini, non, per se, sed concomitanter.

Art. 3. Vtrum sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis, vel vini.

1. Concl. Manifestum est quod totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente.

1. *Ex August. qui ait in singulis portionibus esse totum, nec per singulos minui, & integrum sepreberi singulis.* De cons. d. 2. c. signum

2. *In hoc sacramento substantia corporis Christi est ex vi sacramenti; quantitas vero ex concomitantia: vnde Christus est in sacramento, non per modum dimensionum, (sicuti quantitas dimensiua alicuius corporis est sub quantitate dimensiua loci) sed per modum substantiæ cuius natura est tota sub qualibet parte dimensionum; vt tota natura aeris in toto aere, & in qualibet parte, etiam ante diuisionem aeris. Ergo Vnde errant, qui dicunt non esse totum in qualibet parte, nisi post fractionem specierum. Nec est simile de specie integro, & fracto, in quo fit multiplicatio imaginum, propter varias reflexiones ad diuersas partes: at hic vna est consecratio propter quam corpus Christi est in sacramento.*

† 2. Concl. Quia numerus sequitur diuisionem, ideo quantitate indiuisa actu, substantia rei non est pluries sub dimensionibus; sed toties, in quot partes diuiditur.

3. Concl. Distantia partium in corpore organico fundatur in quantitate dimẽsiua, quam, natura, præcedit substantia, & quia conuersio minatur ad substantiam corporis Christi, secundum cuius modum est in sacramento; ideo, licet distantia partium sit in Christo, tamen secundum hanc non comparatur ad sacramentum.

4. Concl. Diuersæ partes, diuersis partibus loci respondent, cum aliquid est in loco secundum quantitatem dimensiuam; & quoniam Christus non est hoc modo sub speciebus, ideo quantitas corporis ipsius non correspondet singulis partibus quãtitatis ipeciebus.

Artic. 4. Vtrum tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

1. Concl. Tota quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento,

Nam quantitas non separatur secundum esse à substantia. Sed in hoc sacramento est tota Christi substantia Ergo.

2 Concl. Hæc quantitas non est in hoc sacramento ex vi sacramenti.

Quia illud ex vi sacramenti est in hoc sacramẽto in quod terminatur conuersio. Sed conuersio. directe terminatur in substantiam corporis Christi, non in dimensiones: quia dimensiones panis remanent facta consecratione. Ergo.

3. Concl. Ex vi realis concomitantiæ tota quantitas dimẽsiua coporis Christi, & omnia accidentia eius sunt in hoc sacramento.

Quoniam substantia corporis Christi non denudatur accidentibus.

Modus essendi rei determinatur secundum id, quod est ei per se, non secundum id, quod est per accidens: vt corpus est in vitro prout est album, & quia substantia corporis est ibi ex vi sacramenti, & quantitas quasi per accidens, ideo quantitas corporis Christi non est in hoc sacramento secundum modũ proprium, sed per modum substantiæ, vt sit tota in toto, & cæt. † 4. Concl.

Duæ quantitates dimensiuæ non possunt simul naturaliter esse in eodem, ita vt vtraque sit secundum modum propriũ ideo quãtitas panis est hic naturaliter secundum dimensionem non autem quantitas Christi. † 5. Concl.

Quantitas corporis Christi non extenditur vltra quantitatem specierum: quamuis sit sub speciebus: quia Christus non est in hoc sacramento per modum commensurationis, qui est proprius quãtitati, ad quam pertinet, vt maior quantitas extendatur vltra minorem. 6. Concl.

Artic. 5. Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.

Nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter. 1. Concl.

1. Locus est aequalis locato, ex Arist. Sed locus vbi est Christus in hoc sacramento, est minor. Ergo. 4. Phys. tex. 30.

2. Omne localum est in loco secundum modum quantitatis dimensiuæ quatenus commensuratur loco. Sed corpus Christi, vt est dictum, non est hic secundum modum quantitatis dimensiuæ. Ergo.

3. Quoniam succedit substantia panis sub eisdem speciebus. Sed hæc non erat ibi, vt in loco, sed per modum substantiæ. Ergo.

Corpus Christi non est commensuratiue in loco ratione specierum, sicut erat substantia panis. 2. Concl.

Nam substantia non est in loco nisi ratione quantitatis Sed corpus Christi non est subiectum specierum, vt erat substantia panis qua ratione specierum erat localiter, quia comparabatur ad locũ mediantibus dimensionibus Ergo.

Corpus Christi non est in hoc sacramento definitiue, quia est etiam alibi, non localiter, quia non est per commensurationem propriæ quantitatis: & quod non sit extra speciem sacramenti solum probat, quod ibi incæpit esse per conuersionem, &c. † 3. Concl.

Illæ locus non est vacuus neque proprie repletus substantia Christi, cum non sit ibi localiter. sed est repletus speciebus sacramentorum, quæ replent ob naturam, dimensio- 6. Concl.

num

num, vel saltem miraculose subsistunt per modum substantiæ.

1. Concl. Locus est accidens extrinsecum, ideo non est in esse, vt concomitanter veniat cum Christo sicut alia accidentia: vnde non est necesse, vt hic sit, tanquam in loco.

Art. 6. Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

1. Concl. Christus non mouetur per se in sacramento secundum locum,

Quoniam cum aliquid est vnum subiecto, & multiplex secundum esse, secundum aliquid potest moueri, & secundum aliud esse immobile. Sed Christo non est idem esse secundum se, & esse sub hoc sacramento, quia prout dicitur esse in sacramento significatur quædam habitudo ad sacramentum, in quo non est localiter. Ergo secundum hoc esse non mouetur per se secundum locum.

2. Concl. Corpus Christi mouetur per accidens in hoc sacramento localiter ad motum specierum.

3. Concl. Neque mouetur per se quacunque alia mutatione vel inceptione, vel desitione, sed per accidens ad motum specierum.

Nam quod est per se ingenerabile, incorruptibile & indeficiens, sicut Deus est immortalis, non incipit, nec desinit esse in creatura, nisi quia creatura incepit, vel desinit esse. At corpus Christi hoc modo se habet, cum sit immortale. Ergo incipere, &c. per consecutionem panis, & desinere per speciei eius desitionem.

4. Concl. Christus, per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento: quoniam impossibile est, idem esse motum, & quietum.

Quia contradictoria dicerentur de eodem, Sed corpus Christi in cælo est quietum. Ergo.

† 5. Concl. Motis nobis, mouentur quæ in nobis sunt per accidens, maxime quæ non sunt apta ex se moueri, vt corpus Christi in sacramento, in quo non est, vt in loco.

6. Concl. Licet agnus qui fuit figura, non maneret vsque mane, ob quam figuram dicunt aliqui non manere corpus Christi in crastinum: tamen illi, vt ait Cyrillus, insaniunt: manet ergo donec manent species consecratæ: neque enim figura d.b. omnino veritatem æquare.

7. Concl. Non remanet cellantibus speciebus, quamuis ab eis non pendeat, quia tollitur habitudo ad illis, quo etiam modo Deus desinit esse Dominus creaturæ, ea corrupta.

Art. 7. Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento possit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato.

1. Concl. A nullo oculo corporali corpus Christi potest videri, prout est in sacramento.

1. Nihil idem existens potest simul ab eodem diuersis speciebus videri. Sed oculus non glorificatus semper videt Christum, vt est in sua specie. Ps. 32. Ergo non videt Christum, vt est sub specie sacramenti.

2. Visibilis substantia per sua accidentia immutat medium, sed accidentia Christi sunt hic mediante substantia, nec habent habitudinem ad sacramentum, & ad corpus circumstantia Ergo non possunt immutare medium. Ergo nec videri.

3. Christi corpus existit hic per modum substantiæ. At substantia, vt sic: non est sensibilis corporalis visu, nec imaginatione, sed solo intellectu ex Arist. Ergo nec sensu nec imaginatione potest percipi, sed solum intellectu, verum a diuersis diuersimode.

2. Concl. Modus existendi corporis Christi in sacramento secundum se à supernaturali intellectu seil. à diuino, & abintellectu beato per visionem diuinæ essentiæ, videri potest. *lib. 3. de anim. text. 26.*

Nam obiectum quod est per se supernaturale à supernaturali intellectu percipitur. Sed hic modus existendi est supernaturalis. Ergo.

3. Concl. Intellectus viatoris non potest nisi per fidem hunc modum intelligere nec angelicus secundum sua naturalia: vnde dæmones non vident per intellectum Christum in sacramento existentem, nisi per fidem eum non voluntarie silentiunt, seu per signa euidentia conuincuntur.

† 4. Concl. Non solum oculus noster impeditur per modum tegumenti specierum, sed etiam quia corpus Christi non habet habitudinem ad medium per propria accidentia.

5. Concl. Oculus corporalis Christi videt se in sacramento existentem non tamen videt modum existendi, quod pertinet ad intellectum.

6. Concl. Sancti sunt æquales angelis in resurrectione qui non vident nisi oculo intellectuali, vnde non sequitur, vt illi videant oculo corporeo.

Art. 8. Vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro, vel puer sit videre corpus Christi.

1. Concl. Si miraculose apparuit in hoc sacramento [illegible] vel puer, quæ oculi im-

manentur, & maxime cum à varijs sub varijs speciebus, vel ab vno sub diuersis videtur, vt sub specie catis, pueri, &c. quæ non debet teneri præstigiosa, cum fiat a Deo ad aliquam veritatem figurandam, vt manifestetur veritas corporis Christi sub sacramẽto, sicuti non fuit præstigiosa apparitio Christi sub diuersis figuris post resurrectionem; manifestum est quod Christus non desinit esse sub sacramento, tali apparitione facta.

2. Concl. Si apparitio fiat per speciẽ realiter existentem, quæ mutat oculos videntium, quod accidit, cum diu ab omnibus eodem modo videtur, quod videtur, non est corpus Christi, siue totus videatur Christus, siue caro, non est propria species Christi, vt aliqui voluerunt.

1. Quia nemo potest in propria specie videri, nisi in vno loco vbi definitiue continetur: Sed cum in propria specie videtur in cælo, non videbitur in sacramento.

2. Corpus glorioſum, quod apparet & vult, post apparitionem cum voluerit, disparet quod autem sub specie carnis apparet diu permanet, & quandoque conseruatur; quare manentibus dimensionibus, quæ prius fuerant miraculoſe ſit immutatio, circa accidentia, & videatur caro, vel ſanguis, &c. neq; eſt deceptio, & eſt dictum.

3. Concl. Manentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium remanet corpus Christi sub sacramento.

Nam apparitione facta, eadem reuerentia exhibetur ei, quod apparet, quod non fieret, ſi ſibi non eſſet vere Chriſtus.

† 4. Concl. Facta apparitione, quandoq; species sacramentales totaliter manent, quandoque id, quod est in eis, principale, vt est dictum.

5 Concl. Quod cernitur, non est propria Christi species, sed miraculoſa, vno ex modis dictis.

6. Concl. Dimensiones panis, & vini mutatione facta circa alia accidentia manent, vt diximus.

Quæstio 77. De accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

Art. 1. Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.

Concl. De conſ. d. cant ſpec. A Ccidentia panis & vini in hoc sacramento remanent sine subiecto, id est, sine substantia.

1. Ex Greg. qui ait, ſpecies ſacramentales eſſe vocabula rerum, quæ ante fuerunt. Ergo non remanet ſubſtantia illarum rerum. Sunt igitur ſine ſubiecto.

2. Non ſunt ibi ſubſtantia panis, & vini, quia non remanent, neq; in forma ſubſtantiali, quæ non manet, & ſi maneret non poſſet eſſe ſubiectum, per hoc patet: nec in ſubſtantia corporis Chriſti, quia cum ſit impaſſibile, non poteſt in accidentibus affici: neque, vt quidam dicunt, ſunt in aere circumſtante.

1. Quia aer non eſt ſuſceptiuus talium accidentium.

2. Quia non mouentur ad motum aeris, & ad motum eorum aer depellitur.

3. Quoniam accidentia non transeunt de ſubiecto in ſubiectum, cum numerũ accipiant a ſubiecto.

4. Cum aer non ſit obiectum ſuis accidentibus, ſimul haberet accidentia propria, & aliena. Nec poteſt dici hoc fieri virtute verborum conſecrationis, quia hoc non ſignificant, & non efficiunt niſi quod ſignificant: Quare manent ſine ſubiecto.

2. Concl. Virtute diuina fieri potest, vt accidentia maneant sine subiecto.

Quoniam cum effectus magis pendeat à cauſa prima, quam à ſecunda, Deus qui eſt cauſa prima accidentis, & ſubſtantiæ poteſt conſeruare accidens in eſſe ſubtracta ſubſtantia, qua conſeruatur in eſſe, vt à propria cauſa: & etiam alios effectus naturales efficit ſine cauſa ſecunda.

† 3. Concl. Nihil prohibet aliquid esse præter legem naturæ ob ordinem gratiæ; sicut aliquid fit præter bonum particulare, propter bonum commune; vt ſuſcitare mortuos propter confirmationem fidei; sic quod accidens sit sine subiecto. &c.

4. Concl. Quia ens non est genus, hoc ipsum quod est esse, non est essentia substantiæ, vel accidentis: neq; est definitio substantiæ, esse sine subiecto, vel accidentis esse in subiecto: sed habere esse non in subiecto; & habere in subiecto.

5. Concl. Ista accidentia acquisiuerunt esse indiuiduum in substantia; quia conuersa, remanent in illo esse indiuiduato virtute diuina, & ita sunt singularia. & sensibilia.

6. Concl. Accidentia ista manente substantia, non habebant esse, sed subiecta habent esse per ea. vt nix esse album, per albedinem, sed post cõsecrationem habent esse, & ita sunt composita ex esse, & id quod est, & sic non sunt simplicia: habent etiam compositionem partium quantitatiuarum.

Artic. 2. Vtrum in hoc sacramento quantitas sit aliorum accidentium subiectum.

1. Concl. Necesse est dicere alia accidentia, quæ remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis, vel vini, remanente.

1. *Qualitates non sunt diuisibiles nisi per accidens scilicet ratione subiecti. Sed q[illegible] nentes hic diuiduntur per diuisionem, quantitatis. Ergo.*

2. *patet per sensum aliquid quantum esse ibi colloratum.*

3. *Quia prima dispositio materiæ est quantitas dimensiua, & ideo Plato posuit primas differentias materiæ magnum & parvum. Ergo omnia alia accidentia referuntur ad subiectum mediante quantitate, Ergo.*

4. *Cum subiectum sit principium individuationis accidentium, quod est accidentium subiectum, debet esse aliquo modo principium individuationis, quod contingit, vel quia non est nata esse in aliquo, sicut forma separata a materia, vel quia forma substantialis vel accidentalis, non est nata esse in pluribus, vt hæc albedo, quæ est in hoc corpore ratione primæ materiæ est principium individuationis formæ inhærentis, quæ ex se nata esse in subiecto, & ex eo quod recipitur in materia quæ non est in alio, nec forma potest esse in alio. ratione secundi est quantitas, ex hoc enim aliquid est natum esse in uno solo subiecto, quod illud est indiuisum in se, & diuisum ab aliis, diuisio autem accidit ratione quantitatis, & ideo quantitas est quoddam individuationis principium hominis formis, prout harum forma sunt in harum partibus materiæ: quare potius quantitas erit subiectum aliorum accidentium, quam è contra, cum sit principium individuationis eorum.*

Aristot. Phy. tex. 15

†2. Concl. Accidens per se, non potest esse subiectum alterius accidentis, quia non est per se, sed vt est in alio, esse potest Vnde quando accidenti datur diuinitus, vt per se sit, potest etiam per se esse alterius subiectum.

3. Concl. Alia accidentia, etiam secundum quod erant in substantia, individuabantur à quantitate, ideo potius quantitas dicitur illorum subiectum, quam è conuerso, quare sunt in quantitate, vt in subiecto, cum ab ea individuentur, quod pertinet ad rationem subiecti.

4. Concl. Rara & densa dicuntur, quæ habent parum materiæ, vel multum sub dimensionibus, & vt remota substantia remanent accidentia quæ eam sequuntur, ita remota materia, remanent accidentia consequentia materiam.

5. Concl. Ita quantitas licet sit separata à subiecto, quia tamen non est mathematica, est sensibilis.

Artic. 3. Vtrum species quæ remanent, possint immutare aliquid extrinsecum.

Species quæ remanent in hoc sacramento, possunt immutare exteriora corpora. 1. Concl. Arist. 2. de anim. tex. 51.

1. *Quia aliàs non ponunt sensibile, cum sensatio fiat per hoc quod sensus immutatur a sensibili. Ergo.*

2. *Cum vnumquodque agat, vt est eius actu sit, vt quodlibet ita se habeat ad agere, sicut ad esse. Cum ergo speciebus datum fuerit esse virtute diuina, & manens in esse, quod habebant; existente substantia panis, & vini, remanent etiam in suo agere. Ergo quod agebant existente substantia panis, possunt etiam modo agere.*

†2. Concl. Licet istæ species sint formæ existentes sine materia, retinent tamen idem esse quod in materia habebant, ideo, &c.

3. Concl. Actio formæ accidentalis ita pendet ab actione formæ substantialis, vt esse accidentis ab esse substantiæ, & vt diuina virtute datur esse sine substantia, ita & agere, à primo agente a quo omnis actio formæ dependet.

4. Concl. Virtus accidentium conseruatur in ipsis, vt prius erat, & possunt aliquid facere circa suam virtutem propter agens principale scilicet generare substantiam, & immutare exteriorem materiam instrumentaliter.

Art. 4. Vtrum species sacramentales possint corrumpi.

1. Concl. Vtiæ species poterant corrumpi panis, & vini substantia existente, ita etiam corrumpi possunt substantia illa abeunte.

1. *Sensu percipitur hostias corrumpi, & putrefieri.*

2. *Quoniam seruant idem esse quod habebant in pane. Ergo sicut prius poterant corrumpi, ita & modo.*

2. Concl. Possunt autem corrumpi, vel per se, sicut per alterationem qualitatum, & per diminutionem, & additionem quantitatis: vel per accidens, per corruptionem subiecti, quibus cessante non sit substantia, quæ est subiectum, habent tamen esse, quod habebant in subiecto, quo quidem est proprium, & consonum subiecto quod esse potest corrumpi à contrario agente, sicut corrumpitur substantia panis.

3. Concl. Cum corpus Christi succedat in locum substantiæ corruptæ panis, & vini, Christi corpus, non fiunt ibi sub speciebus sine mutatione ex parte qualitatum, siue quantitatis per-

cumstantes, &c. si vero satis esset ad corruptionem, generaret esse: vt si species recongererentur in puluerem, &c.

† 4. Conc. Corruptio, per se tendit ad non esse rei: si sit in materia, separat formam a materia: quod si non est in materia, est tamen similes, quod est in materia, & ita potest forma auferri etiamsi non sit materia.

5. Concl. Formæ sine subiecto esse sunt incorruptibiles: sed species sacramenti habet idem esse, quod habebant prius in subiecto, ideo corrumpuntur.

6. Concl. Corruptio ista non est miraculosa: supponit tamen miraculum factum: sicuti cæcus miraculose illuminatus, naturaliter videt.

Art. 5. Vtrum ex speciebus sacramentalibus possit aliquid generari.

1. Concl. Necesse est, quod ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur.

1. Patet experientia, quia vel cineres, si comburantur, vel vermes si corrumpantur ex illis producuntur.

2. Quoniam corruptio vnius est generatio alterius. Ergo cum corrumpantur ex eis aliquid generabitur.

2. Concl. Non generatur aliquid ex corpore, & sanguine Christi, cum sint incorruptibilia, & si maneret substantia panis, & vini, aut eorum materia, facile intelligeretur quomodo fieret ista generatio, ob quam causam aliqui dixerunt manere, quod est impugnatum.

3. Concl. Talis generatio non fit ex aere circumstante, vt quidam volunt.

1. Quia generatio fit ex eo, quod prius alteratur. At in aere nulla apparet alteratio, vnde cineres, &c. generentur. Ergo.

2. Natura aeris non est talis, vt ex ea tales generentur.

3. Possent plures hostiæ combustæ, vt fiat multum cineris quæ non potest fieri ex aere nisi essent magnæ, & sensibiles aeris insufflatio.

4. Idem dicendum esset de aliis corporibus solidis, eorum substantiæ, vt de ferro, ligno, &c. quæ integra manerent post dictorum generationem.

4 Concl. Non est verum, quod substantia panis, & vini redeant in ipsa specierum corruptione.

1. Quia esset conuersio in corpus Christi, & tamen posset dici, nisi eo ipso corpus Christi illam mutaretur, quod est impossibile nisi dicas à Deo creatam nouam substantiam loco primæ.

2. Quoniam non datur tempus in quo substantia panis redeat, quia manentibus speciebus manet corpus Christi, quia non sunt simul cum substantia panis, & vini, vt est dictum. Nisi dicas in vltimo instanti corruptionis redire, non quod sit tempus, sed quia panis, & vinum quæ substantia sunt, in quo primo habent esse, nisi sint generata ex speciebus sacramentalibus. & vim. quæ post alteratur de nouo creata, quam reddimus, propter hoc quando, & secundum hoc possit assignari prædicta passio.

5. Concl. Quia non videtur rationabiliter dici aliquid accidere miraculose in hoc sacramento, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est, quod materia creetur, vel redeat, dicendum est in ipsa consecratione miraculose dari quantitatem panis, & vini, quod sit primum in ordine subsequentium formarum, quod est propria materiæ; & ita habet quod ad materiam pertinent. quare quod potest generari ex materia panis, potest etiam ex prædicta quantitate.

† 6. Concl. Quamuis ibi non sit materia ex qua aliquid generetur: tamen quantitas supplet vicem materiæ, vt est dictum.

7. Concl. Species sunt quidem accidentis, habent tamen actum, & vim substantiæ.

8. Concl. Quantitas specierum retinet quidem naturam propriam, sed accipit miraculose vim, propter eam, & substantiæ: ideo potest transire in substantiam, & accidens.

Art. 6. Vtrum species sacramentales possint nutrire.

1 Concl. Species sacramentales nutriunt.

1 Cor. 11. *1. Ergo qui ad post sumptionem sacramenti communicantes inebriari, quod esse non posset, ni species nutrirent.*

Arist. lib. 2. de anim. text. 2. *Cibus ideo nutrit, quia conuertitur in substantiam nutriti. At species possunt conuerti in aliam substantiam, vt est dictum. Ergo.*

† 2. Concl. Fatuum est non vere nutrire, sed solum reficere eo modo, quo odor recreat per sensum immutationem.

Quia si homo multis speciebus refoueretur, diu conseruaretur, & quod est consumptum, recuperaret.

3. Concl. *Non potest dici quod nutriant ratione formæ remanentis; quia non remanet; & rursus nutrire est magis actus materiæ, quæ suscipit formam nutritis.*

† 4. Concl. Facta consecratione, ob duas causas dicitur panis, vel propter species, quæ retinent nomen; vel quia Christus est panis mysticus, qui non conuertitur in corpus.

5. Concl. Et si species non sint ea ex quibus corpus hominis constat scilicet substantiæ; tamen in ea conuertuntur, vt est dictum.

6. Concl. Et quauis nō sint substantiæ, habent nō substantiq; virtutē, quidē nutritē, scilicet substantiæ

Art. 7. Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento.

1. Concl. Falsum est quod in hoc sacramento sit fractio, non secundum veritatem, sed tantum secundum apparentiam intuentium.

Quoniam in sacramento veritatis sensus non decipitur circa ea, quæ ad ipsum pertinent, cuiusmodi est fractio, quæ, ex vno, in ea fiunt.

2. Concl. Non est verum hic esse fractionem sine subiecto.

Nam hoc sensui contradicit: quia apparet aliquid quantum & vnum, postea in multa partiũ, quod est actionis subiectum.

3. Concl. Non potest dici, quod verum corpus Christi frangatur:

1. Quia est incorruptibile & impassibile.

2. Quoniam est totum in qualibet parte: quod est contra rationem frangibilis.

4. Concl. Fractio sit sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis.

Nam fractio, sit per diuisionem quanti, sed nullum quantum ibi diuiditur, nisi quantitas specierum. Ergo.

5. Concl. Vt species sunt sacramentũ corporis Christi veri, ita fractio est sacramentum dominicæ passionis quæ fuit in corpore Christi.

† 6 Concl. In speciebus remanent rerum, & densum, ac porositas: vnde frangibilitas.

7. Concl. Et quia remanent densum & durities, consequenter etiam sonabilitas.

8. Concl. Ioan. 6. Aug. Quod mãducatur in sua specie, illud frangitur, & masticatur; corpus autem Christi non manducatur in sua specie, sed in specie sacramentali. Vnde illud, *Caro mea non prodest*: &c. intellige secundum illos qui carnaliter intelligebant. Quia Christus non frangitur, nisi secundum species sacramentales, ad quas reducũtur fractio & attritio Christi.

Artic. 8. Vtrum aliquis liquor possit vino consecrato commisceri.

1. Concl. Vino consecrato, post consecrationem alius liquor misceri potest, sicut ante consecrationem.

1. Id patet per sensum.

2. Quia species consecrationem accipiunt modum essendi substantiæ, & ita possunt agere ac pati, quidquid faceret & ageret substantia, si ibi esset. Et sicut [illegible] permisceretur aliquid. Ergo. Humor aquæ per istionis diuersus esset effectus, & secundum formam liquoris, & secundum quantitatem.

2. Concl. Si liquor esset in eadem quantitate, vt diffunderetur per totum vinum, fieret ex duobus quoddam tertiũ, & ita vinum prius existens non maneret. Quod si liquor esset alterius speciei puta aqua tolleretur species vini & esset liquor alterius rationis.

3. Concl. Si esset liquor eiusdem speciei, remaneret species, sed non esset idem numero: quod declaratur ex diuersitate accidentium: vt si esset vinum nigrum, vel album.

4. Concl. Si esset parua quantitas, ita vt non posset perfundi per totum, non fieret totum vinum permistum, sed aliqua pars, quæ non remaneret eadem numero ob admistionem extraneæ materiæ: remaneret tamen eadem species; etiã si esset extraneus liquor, si paruus liquor iufunderetur: quia transiret in substantiam vini.

5. Concl. Si permistio pertingat ad totum vinum, & non sit idem numero, ibi non erit sanguis Christi: & contra si vero solum ad vnam partem perueniat, desinet esse in illa parte.

† 6. Concl. Alij liquores possunt recipere qualitates specierum, & sic accidens mutat subiectum: & ita cedit natura miraculo: quæ tamen mutatio fit per actionem.

7. Concl. Liquor appositus vino consecrato non miscetur substantiæ sanguinis: miscetur tamen speciebus sacramentalibus, & permistione facta corrumpuntur species in toto, vel in parte. Neque est simile de aqua benedicta, quia illa benedictio nullam immutationem facit circa substantiam aquæ: vt facit consecratio vini.

8. Concl. Non quacunque extranei liquoris permistione, substantia sanguinis Christi desinit esse sub toto: quia potest esse ita paruus liquor, vt non diffundatur in totum. Quare errant, qui dicunt ex quacunque paruæ mistione non esse ibi sanguinem: paruum autẽ est magnum diuersificant quantitatem: quantum ad modum, non quantum ad substantiam.

Quæstio. 78. De forma sacramenti Eucharistiæ.

Artic. 1. Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei.

1. Concl. Hoc sacramentum differt ab alijs in duobus; primum hoc perficitur in consecratione materiæ, alia in vsu materiæ consecratæ; deinde in alijs consecratio materiæ consistit in quadam benedictione, ex qua materia spiritualem virtutem accipit, quæ per ministrum animatum, ad instrumenta inanimata potest procedere: at in hoc sacramento con-

sēcratio materiæ consistit in miraculosa conuersione substantiæ, quæ a solo Deo perfici potest: vnde minister hic non habet nisi solam prolationem verborum.

Cum forma debeat esse conformis rei, hæc forma ab aliis differt in duobus: aliæ enim ornant vsum materiæ, hæc solam consecrationē materiæ, quæ in sola transsubstantiatione consistit: aliæ proferuntur sub persona ministri, sine per modum exercentis actum, vel imperantis, vt in ordine: *Accipe potestatem*, &c. vel per modum deprecātis, vt in extrema vnctione: sed hæc profertur ex persona loquentis: vt significetur, quod minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quod profert verba Christi.

Forma huius sacramenti est hæc: *Hoc est corpus meum*, &, *Hic est calix sanguinis mei* Nam cōsecratio fit sermonib. Christi, vtait Ambr. lib. 4. de sacra. cap. 4.

Quidam dicunt Christum nullis verbis cōsecrasse, sed protulisse verba, quibus alij consecrarent, cum dixit, *Hoc est*, &c. Sed contra, quia prius benedixit; quæ benedictio nō fuit sine verbis. Alij dicunt consecrasse verbis nobis ignotis: sed contra, quia nunc consecratio fit per recitationem eorum, quæ tunc acta sunt. Alij dicunt, quod per eadem, sed quod prius secrete protulit, tum aperte: verum cum verba non haberent vim nisi ex prolatione Christi, manifesta prolatione consecrauit. Alij dicunt Euangelistas non semper narrare resco ordine, quo gestæ sunt, & ideo verba esse sic collocanda: *Accipiens panem benedixit fecit, Hoc est*, &c. Sed idem sensus habetur etiam verbis non mutatis: Est ergo sensus, dum benedixerat, frangeret, & daret, hęc verba dixit: *Accipite*, &c.

Eusebius Emis. dixit fieri per hæc verba. *Accipite*, &c. quia in his verbis intelligitur vsus materiæ, qui non est de necessitate sacramenti; vnde pertinent solum ad quandam perfectionem sacramenti, quæ est in vsu.

Cur hic non exprimatur persona ministri patet ex 3. concl. in baptismo autem, exercet eorum circa vsum sacramenti, qui est de essentia.

His verbis prolatis, si adsit intentio conficitur sacramentum: sed quia alia verba relinquit peccat. Vnde erant, qui dicunt fieri non vnde alijs verbis præter nostris. Nec est simile de baptismo, qui est sacramentum necessitatis, quantum ad omissionem aliorum verborum.

Art. 2. Verum hæc sit conueniens forma consecrationis panis, Hoc est corpus meum.

Hæc est conueniens forma consecrationis panis, Hoc est corpus meum. 1. Concl.

1. Quia ea ipse est Christus.

2. Forma sacramenti debet significare id, quod efficit. Sed sic habet hæc forma, quia significat conuersionem panis in corpus Christi, in quo consistit hæc consecratio. Ergo. Nam in hac conuersione sunt tria, s. terminus à quo, ad quem & conuersio, quæ debuit significari non in fieri, sed in facto esse: tum quia non est successiua; tum quia iste formæ verborum debent, vt forma artificialis ad repræsentandū suum effectum; forma autem artificialis est similitudo vltimi effectus, in quem fertur intentio artefi. v. g. forma artis in mente ædificatoris, est forma domus ædificatæ principaliter, ædificationis autem consequenter; vnde per hanc formam debuit exprimi conuersio, vt in facto esse, ad quod refertur intentio; ex quo fit vt etiam Extrema conuersionis debuerint exprimi in facto esse conuersionis Tunc autem terminus ad quem habet propriam naturam suæ substantiæ, terminus vero à quo non manet, nisi secundum sua accidentia, quibus sensibus subiacet. Vnde conuenienter terminus à quo conuersionis exprimitur per pronomen demonstrativum relatum ad accidentia sensibilia; terminus ad quem per terminum significantem naturam eius, in quam fit conuersio, quod est totum corpus Christi. Ergo est conueniens forma.

Fieri non est vltimus effectus huius conuersionis, sed factum esse, ideo hoc debuit exprimi per formam. † 2. Concl.

Idem sermo operatus est in creatione & in hac conuersione, sed non eodem modo: hic non solum effectiue, sed etiam significatiue, ideo ibi per imperatiuum, hic per præsens. 3. Concl.

Terminus à quo in facto esse, non retinet suam naturam, vt terminus ad quem: vnde non est par ratio. 4. Concl.

Pronomen, *meum*, includit demonstrationem primæ personæ, & Christum demonstrat, & ita sufficienter persona demonstratur: nec est opus dicere, *corpus Christi*. 5. Concl.

Particula, *enim*, habetur per traditionem à beato Petro, & designat continuationem ad præcedentia. 6. Concl.

Art.

1. Concl.

2. Concl.

† 4. Concl.

† Concl. De consec. d. 2. cum. Quia.

3. Concl.

7 Concl.

Art. 3. Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini Hic est calix sanguinis mei, &c.

1. Concl. De celeb. missar. Cap. cum Mart.

In conueniens est dicere, formam calicis consistere in his solis verbis, *Hic est calix sanguinis mei*, & non in ijs etiam quæ sequuntur.

1. Quoniam in Ecclesia ab Apostolis instituta omnibus vtitur, tanquam forma.

2. Quia ad hibentur tanquam determinationes prædicati s. e. sanguinis Christi. Ergo pertinent ad integritatem eiusdem locutionis.

3. Sacerdos eodem ritu & modo s. calicem tenendo cumcta profert; quasi per omnia consecrare intendens.

4. Quoniam Luc. 22. illa verba, Hic est calix, &c. interponuntur.

2. Concl.

Hic est integra forma. *Hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

3. Concl.

Per hæc verba, *Hic est calix sanguinis mei*, significatur conuersio vini in sanguinem, eo modo; quo est dictum in forma consecrationis panis: per subsequentia, virtus sanguinis effusi, qui operatur in hoc sacramento, quæ ad tria operatur.

1. Ad adipiscendam æternam hæreditatem. Heb. 10. Habemus fiduciam &c.

2 Ad institiam gratiæ, quæ est per fidem, Rom. 3. *Vnde dicitur, mysterium fidei.*

3. Ad remouenda impedimenta prædictorum, s. peccata, Heb 9. sanguis, *&c. ideo dicitur pro multis, &c.*

† 4. Concl.

Calix, sumitur per metonymiam, pro contento. i. pro sanguine: vel per metaphorã intelligitur passio. i. hæc est passio, in qua sanguis est separatus.

5. Concl.

Quia sanguis separatur ad repræsentandam passionem; ideo in hac forma de eo fit mentio, & non in forma coporis.

6. Concl.

Nouum testamentum pertinet ad interiorem inspirationem quæ fit ex vi sanguineis Christi, quatenus passione iustificamur, ideo dicitur; pro vobis effundetur.

Nam testamentum est dispositio hæreditatis æternæ nobis promissæ per sanguinem Christi, Hebr. 9. *Quod testamentum exhibitum fuit primo figura Exo.* 12. *deinde veritate vt non male dicitur, nouum testamenti.*

7. Concl.

Hoc sacramentum est nouum ratione exhibitionis æternum ratione præordinationis, & hæreditatis.

8. Concl.

Dicitur mysterium non ad excludendam veritatem sed ad ostendendam occultationẽ.

Quoniam sanguis Christi, occulte modo hic continetur & occulte fuit significatus.

Mysterium fidei, quasi obiectum quia quod hic sit sanguis Christi tota fide tenetur

9. Concl.

Hic fit mentio fructus passionis, quia sanguis separatus mortem Christi repræsentat.

10. Concl.

Hic sanguis non solum in Iudæis, sed etiam in gentibus vim habet; & non solum sacerdotibus offerentibus & alijs sumentibus prodest sed etiam ijs pro quibus offertur ideo dicitur, Pro vobis Iudæis, & multis gentilibus: vel pro vobis sumentibus & multis pro quibus offertur.

11. Concl.

Euangelistæ non intendebant formas sacramentorũ tradere, quas expediebat esse in Ecclesia esse occultas, vt ait Dion. sed historiam texere: tamen ex diuersis scripturæ locis accipi possunt, & ex traditione Ecclesiæ.

12. Concl. Cap. 7. cal. hier.

Art. 4. Vtrum prædictis verbis formarum in sit aliqua vis creata & effectiua consecrationis.

Non est dicendum in verbis formarum, vel etiam in ipsis sacramentis nullam esse virtutem creatam ad producendos sacramentorum effectus.

1. Concl.

Quoniam id repugnat dictis sanctorum, & dignitati sacramentorum noua legis derogat.

In verbis formalibus huius sacramenti, est aliqua virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam instrumẽtaliter tamẽ.

2 Concl. Isb 4. de fac. c. 4.

1. Sententia est Vis est Amb. in sermone Domini, &c.

2. In alijs est hac virtus. Ergo & in isto, cum sit dignus alij.

3. Cum hæc verba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato consequitur virtutem istam ab eo sicut & cætera eius facta, vel dicta habent talem salutiferam virtutem.

Cum dicitur salua virtute Spiritus sancti panã conuerti, nõ excluditur ista virtus, quæ sit in sacramentis: vt cum dicitur solus faber facit cultellum, non excluditur virtus mallei.

† 3. Concl.

Operatur miraculosã nulla creatura potest facere, vt agens principale, sed vt instrumentum, quod non potuit esse in cõceptione corporis Christi: qua corpus Christi formabatur, vt aliquid a corpore Christi procedẽs. haberet instrumentalem, virtutẽ ad ipsius corporis formationem, sicuti tactus Christi sanauit leprosum. In creatione etiã nõ fuit aliquod extremum in quod instrumẽtalis actio creaturæ terminaretur: & ita non est simile.

4. Concl.

Hac vis sequitur significationẽ, quæ persi-

citur 5

stitit in vltima prolatione cum ordine ad præcedentia : quæ virtus est simplex , licet in verbis exterius prolatis sit aliqua compositio.

Art. 5. Vtrum prædictæ locutiones sint veræ.

1. Concl. Non est verum , quod verba in his formis materialiter & non significatiue proferantur, quod scil. sacerdos solum recitet Christum dixisse, *Hoc est*, &c.

1. Quia hoc pacto non applicarentur ad materiã corporalem præsentem ; & ita non perficeretur sacramentum, quia ex Augustino accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.

2. *Non enim are: ur difficultas: quia eadem rationes manerent, circa relationem à Christo factam: quia tum significatiue sumebantur. Nec inde sequitur , quod si non sumantur materialiter, & quasi a Christo prolata, ea non habere vim: quia propter virtutem infinitam Christi, ex cuius non solum virtus venit ad aquas , quas tetigit, sed ad omnes vbique terrarum per omnia secula ; ita verba ista , a quocunque sacerdote proferantur, vim habent ad ea præsentialiter Christus proferret.*

3. Concl. Non est dicendum, dictionem. *Hoc*, in hac locutione , non facere demonstrationem ad sensum , sed ad intellectum : vt sit sensus , significatum per, *hoc est corpus meum* ; quoniam in sacramentis id efficitur, quod significatur, & ita non fieret , vt per hanc formam ibi esset corpus Christi secundum veritatem , sed secundum signum, quod est hæreticum.

3. Concl. Nec est dicendum facere demonstrationẽ ad sensum , & demonstrationem non esse intelligendam pro primo instanti prolationis, sed pro vltimo instanti locutionis : vt cum quis dicit Nunc taceo, in qua locutione nũc, limitatur pro instanti immediate sequenti : quoniam si nunc faceret hunc sensum: Corpus meum est corpus meum, quod hæc locutio non facit.

4. Concl. Hæ locutiones cum non solum significent, sed etiam efficiant, comparantur ad alias locutiones , vt conceptio intellectus practici, quæ est forma , conceptioni intellectus speculativi , quæ accepta à rebus. & vtilla nõ imponit rem conceptam , sed rem facit , ita etiam hæc locutio non supponit rem significatam, sed eam facit.

5. Concl. Prædicta locutio intelligenda est secundum primum instans prolationis verborum , non communiter nec successiue , sed in instanti : non tamen in vltimo [illegible] te subiecti, quod est terminus [illegible] sc. quod corpus Christi sit corpus Christi : neque illud, quod fuit ante conuersionem scil. panis , sed id, quod communiter se habet , quantum ad vtrunque, i.e. contentum generaliter sub illis speciebus : Ideo Dominus nõ dixit, hic panis est corpus meũ ; neque , Hoc corpus est corpus meum, sed generatim , *Hoc est*, &c. nullo nomine appositio ex parte subiecti , sed solo pronomine , & significat substantiam in communi sine qualitate, i. e. sine forma determinata.

† 6. Concl. *Hoc* significat substantiam , sed absque determinatione propriæ naturæ.

7 Concl. *Hoc*, non demonstrat accidentia , sed substantiam, quæ prius fuerat panis & nunc est corpus Christi.

8. Concl. Significatio huius locutionis , *Hoc est* , &c. quæ est causa efficiens, quæ præcedit effectũ, præintelligitur rei significatæ ordine naturæ, non tempore , quia hæc causa habet simul suum effectum : & id sat est ad veritatem locutionis.

Art. 6. Vtrum forma consecrationis panis , consequatur suum effectum , antequam perficiatur forma consecrationis vini.

1. Concl. Prima forma consecrationis, non expectat secundam in agendo , sed statim habet suum effectum.

1. Quoniam hostia proponitur adoranda ante consecrationem vini.

2. Ista forma profertur per verbum præsentis temporis. Ergo ad sui veritatem requirit, vt simul cum sua significatione sit res significata , nam si ea conuersio: aliàs apponeretur verbum , futuri temporis: significatio autem perficitur cum tota locutione. Errarunt igitur , qui contra dixerunt.

† 2. Concl. Facta consecratione panis , est ibi corpus ex vi sacramenti; sed sanguis ex concomitantia in consecratione vini fit conuersio. vnde decepti sunt, putantes non posse esse sanguinem ante consecrationem vini.

3. Concl. Hoc sacramentum est vnum per se vnione, constitutum ex cibo, & potu, quorum vterunque per se habet perfectionem. Nec est simile de tribus immediatis hominibus, &c. quæ ad vnum tantum effectum ordinantur.

Quæstio 79. De effectibus sacramenti Eucharistiæ.

Art. 1. Vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia

1. Concl. HOc sacramentum gratiam confert.

1. Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sed vita spiritualis habetur per gratiam. Ergo.

Ioan. 1. *2. In hoc sacramento continetur Christus, qui ♆ in mundum visibiliter veniens contulit gratiam sic in hominem sacramentaliter veniens vitam gratiæ operatur, Ioan. 6. qui manducat, &c.*

Cyril. Chrys. *3. Per hoc sacramentum repræsentatur passio Christi, ideo effectum, quem passio fecit in mundo debet facere hoc sacramentum in homine, Matth. 26. Hic est sanguis, &c.*

Ambr. Chrysi Aug. *4. Ex modo, quo traditur hoc sacramentum sperandum cibi, & potus; & sic omnem effectum, quem facit cibus corporalis in vita corporali facit hoc sacramentum, quantum ad vitam spiritualem. Ioan. 6. Vere cibus & vere potus.*

5. Ex speciebus sub quibus traditur; quia conficiuntur ex multis, ex quibus ad vnum rediguntur, in signum vnitatis, & caritatis: & quia Christus, & eius passio sunt causa gratiæ, & spiritualis refectio, & caritas sine gratia esse non potest, ideo &c.

†2. Concl. Quamuis hoc sacramentum sit sacramentū viuentium vitam gratiæ: tamen ex se confert gratiam: nec habet quis huius sacramenti gratiam ante perceptionem, nisi ex voto suo vel ecclesiæ. Cum autem sumitur, augetur, & perficitur gratia, non ad resistendum hosti, sed vt homo sit perfectus in se per coniunctionem cum Deo.

3. Concl Licet sit spiritualis refectio, quæ pertinere videtur ad vsum gratiæ: tamen confert etiam gratiam cum virtute caritatis. Vnde non solum confert habitum gratiæ, sed etiam excitat ad actum. Ideo Damas. comparat carboni ignito: & Cant. 5. *bibite, & inebriamini.*

Isa. 6. 4. Concl. Quamuis offeratur pro salute corporis, quod non est capax gratiæ, & corpus est & sanguis operentur in animā: tamen similitudine quadam, corpus pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ offerri dicuntur, cū per redundantiam effectus quos ibi operantur, gratia iuuet etiam corpus.

Art. 2. Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.

1. Concl. In hoc sacramento consideratur id, ex quo habet effectum, id est Christus, & passio eius repræsentata; & id per quod habet effectum, scilicet vsus sacramēti, & species eius & quatum ad vtrunque competit ei, vt causet adeptionem vitæ æternæ.

1. Ioan. 6. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. At hæc est vita gloriæ. Ergo.

2. Quia Christus per passionem aperuit nobis aditum vitæ æternæ, secundum illud. Mediator noui testamenti &c. Ideo in forma calicis dicitur, noui & æterni testamenti, similiter refectio cibi spiritualis, & vnitas per species significata non habetur hic nisi imperfecte, sed perfecte in gloria. Ergo Aug. in illud Ioan. 6. caro mea. &c. Hebr.

†2. Concl. Passio Christi est causa sufficiens gloriæ; non tamē vt statim introducamur, sed debemus compati Christo, & ita hoc sacramentū dat vim eo perueniendi cuius figura fuit panis Eliæ, quo peruenit ad montem. 3. Reg. 19.

3. Concl. Causa sufficiens producit quidem effectū ex se, sed in bene dispositis: quare qui non conuenienter accedunt, non acquirunt effectum.

4. Concl. Licet accipere Christum in hoc sacramento, sit quid minus, quam consequi gloriam: tamen cum sumere pertineat ad rationem sacramenti hoc minus, instrumentaliter potest producere maiorem effectum.

Art. 3. Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.

1. Concl. Hoc sacramentum secundum se consideratum habet virtutem ad remittēdum quodcunque peccatum: quia habet vim à passione Christi, quæ est causa remissionis peccatorum

2. Concl. In eo, qui habet conscientiam peccati mortalis, quia ad est impedimentum nō operatur remissionem peccati sed magis aggrauatur peccatum.

1 Ex Paulo qui manducat; & bibit indigne, &c. & Glos. ibi. 1. Cor. 11.

2. Hoc sacramentum datur in nutrimentum, quod solum viventibus competit. Ergo qui accedit cum tali conscientia, impedimentum ponit: tum quia non vivit: tum quia non potest vivere Christo, quod est huius sacramenti, effectus. Adde Aug. de eccle. dog vbi ait culpam aggrauari ex tali perceptione. cap. 57.

3 Concl. Hoc sacramentum potest operari remissionem peccatorū dupliciter vno modo per votum vt cum quis iustificatur, aut per baptismum, aut per confirmationem; nam in illis includitur huius votum, cū sit sacramentorum finis: altero modo cum sumitur ab eo, qui conscientiam & affectū peccati nō habet qui si reuerenter accedat, consequetur gra-

†3. Concl. Licet ex se hoc sacramentum præseruet a peccato: non tamen aufert passibilitatem peccandi, cum recipiatur secundum hominis conditionem.

4. Concl. Idem dicas de caritate, quæ ex præseruat, à peccato Itaque falsum est caritatem nõ præseruare a futuris peccatis.

5. Concl. Et quanuis directe non ordinetur ad extinctionem fomitis eum tamen ex quadam consequentia minuit, prout caritatem auget directe autem confirmat hominem in bono, & ideo præseruat a peccato.

Artic. 7. Vtrum sacramentum prosit alijs, quam sumentibus.

1. Concl. Eucharistia, vt est re præsentatio passionis Christi, in qua Christus se obtulit hostiam Deo, est sacrificium; quatenus vero est sensibilis species, sub qua datur gratia est sacramentum: & sub vtraq; ratione prodest sumẽtibus.

Quia etiam pro his offertur, vt patet ex canone missæ vbi dicitur, & sanguinem suscipimus.

2. Concl. Quatenus sacrificium prodest etiam non sumentibus, vt ijs pro quibus offertur.

1. Ex celebratione, in qua fit pro alijs deprecatio; & ex canone.

Mat. 26. Luc. 25. *2. Quia Dominus vtrunque modo proficiendi expressit, cum dixit; qui pro vobis & pro multis &c. Vnde patet ad primum: quia hoc ad sacramentum habet aliquid particulare, id est quod sit sacrificium.*

† 3 Concl. Hoc sacraficium, quantum ad sufficientiam prodest omnibus sed effectum non habet nisi in ijs, qui cõiunguntur passioni Christi per fidem, & caritatem; in alijs pro eorum dispositione.

4. Concl. Sumptio pertinet ad rationem sacramenti, oblatio vero ad rationem sacrificij, vnde ex hoc, quod aliquis pluries sumit nõ accrescit alijs iuuamentum: sic etiam ex eo quod plures hostiæ semel in vna missa offeruntur, non multiplicatur effectus sacramenti; sic etiam si quis sumat multas hostias quia vnus est Christus in omnibus. At in pluribus missis multiplicatur oblatio, & consequenter effectus sacrificij, & sacramenti.

Artic. 8. Vtrum per veniale peccatum impediatur effectum huius sacramenti

1. Concl. Peccata venialia, vt præterita, nullo modo impediunt effectum huius sacramenti.

Quia post ista peccata potest quis deuote accedere, & plenarie huius sacramenti consequi effectum.

2. Concl. Peccata veniale in actu, non impediunt extoto effectum in huius sacramenti, sed in parte.

Li. 4. c. 14 *1. Ex Damasc. qui ait, hoc sacramento non ignoscitur. Sed venialia impedimunt feruorẽ caritatis. Ergo.*

2. Effectus huius sacramenti non solum est adeptio habitualis gratiæ, vel caritatis; sed etiam quedam refectio spiritualis dulcedinis, quæ impeditur si quis accedat mẽte distractus per peccata venialia.

3. Concl. Per peccata venialia in actu non tollitur augmentum gratiæ habitualis.

† 4. Concl. Qui cum actu peccati venialis accedit habitualiter manducat: sed non actualiter: ideo habitualem effectum percipit.

5. Concl. Baptismus non ita ordinatur ad actualem effectum, ad feruorem caritatis; quia ordinatur ad esse spirituale: at hoc sacramentum ad manducationem, quæ habet actualem delectationem.

6. Concl. Tertia ratio procedit de venialibus præteritis.

Quæstio. 80. De vsu seu sumptione huius sacramenti, in communi.

Artic. 1. Vtrum distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.

1. Concl. DVo sunt modi sumendi hoc sacramentum alter imperfectus; quo sumitur sacramentum tantum sine fructu: alter quo suscipitur etiam res sacramenti.

1. Cor. 11. *1. Ex Ol qua duos modos distinguit, alterum sacramentalem, alterum spiritualem.*

2. Duo sunt considerandain sacramento, ipsum sacramentum, & effectum: si vtrunque sumatur est sumptio perfecta spiritualis, si alterum imperfecta sacramentalis. Quare, vt perfectum contra imperfectum diuiditur, ita ista duæ sumptiones inter se diuiduntur.

† 2. Concl. Hæc distinctio habet etiã locum in sumptione aliorum sacramentorum: sed magis in hoc sacramento distinguitur vsus sacramentalis a spirituali, quia consistit in consecratione materiæ: & ita vterque vsus consequitur sacramentum.

3. Concl. Sacramentalis manducatio quæ pertingit ad spiritualem, non diuiditur contra spiritualem, sed includitur ab ea: sed sacramentalis contra spiritualem diuiditur.

4. Concl. Effectus sacramenti potest percipi in voto, & sic manducant aliqui spiritualiter antequam sacramentaliter manducent; & hoc, vel per desiderium sumendi ipsum sacramentum iam sumpturum; vel per figuram, & sic olim patres spiritualem escam manducarunt

1. Cor. 10. ...ne ...ctus est actualis manducatio, qua plenius inducit sacramenti effectum.

Art. 2: Vtrum solus hominis sit sacramentum spiritualiter sumere.

1. Concl. Manducare spiritualiter Christum, vt in propria specie consistit, conuenit etiam Angelis.

Quoniam ei gaudium fruitione caritatis perfectæ, & visione manifestæ, non per fidem. Vt nos: quem panem nos expectamus in patria.

2. Concl. Manducare spiritualiter Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, quatenus quis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc sacramentum, quod non solum est spiritualiter manducare Christum, sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum, non competit Angelis: vnde Angeli spiritualiter manducant Christum, sed non hoc sacramentum.

†3 Conc. Psal. 77. Homo dicitur manducare panem Angelorum, quia hic panis, principaliter est Angelorum, cum nostra manducatio ordinetur ad æternam visionem: rursus Angeli in propria specie manducant, nos sub aliena.

4. Concl. Ad societatem corporis Christi pertinent, & homines, & Angeli, sed hi per visionem, homines per fidem, cui sacramenta proportionantur, ideo proprie loquendo, hominibus conuenit manducare spiritualiter hoc sacramentum.

5. Concl. Christus manet in hominibus secundum præsentem statum per fidem, in Angelis per manifestam visionem, vt est dictum, ideo non est par ratio.

Art. 3. Vtrum solus homo possit Christum sacramentaliter manducare.

1. Concl. Peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, & non solus iustus.

1. *Iudicium sibi manducat, & bibit, ait Apost. quod non potest intelligi, nisi de peccatore manducante: idem docet August. tract. 26. in Ioan.*

2. *Si corpus Christi desineret esse sub speciebus statim, atque à peccatoribus contingentur species, vt quidam dixerunt, derogaret Veritati, qua dictum est, corpus manere, dum species manent, quæ manent quandiu ibi substantia panis manet: sed substantia panis sumpta à peccatoribus, manet quandiu per calorem digeratur. Ergo. &c.*

† 2. Concl. lib. retra. c. 31. Illud Aug. *Crede, & manducasti.* intelligitur de spirituali manducatione, quæ non conuenit peccatoribus, cum non habeant fidem formatam

Sit fidelis tamen hoc sacramentum, ex parte manducati, manducat sacramentaliter, non autem ex parte manducantis: quia vt sic sacramento tanquam cibo, nisi intenderet recipere, quod ecclesia confert, quare non est par omnino ratio de infideli, & peccatore. 3. Concl.

Quamuis peccator sit magis abominabilis Deo, quam irrationalis creatura: tamen si hoc sacramentum à bruto sumeretur, non diceretur sacramentaliter sumi, vt a peccatore. Neque desineret ibi esse donec species manerent, nec etiamsi esse in luto. Nec derogat dignitati Christi, quod à peccatoribus sumatur, à quibus voluit crucifigi. 4. Concl.

Art 4. Vtrum peccator sumes corpus Christi sacramentaliter, peccet.

Quicunque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem sacramento committit, & ideo incurrit sacrilegium, tanquam sacramentum violatur, & ideo mortaliter peccat. 1. Concl.

1. *Qui manducat, & bibit indigne, ait Paul iudicium, &c. & ibi Gl. s.* 1. Cor. 13.

2. *In hoc sacramento est sacramentum, id est signum, & res sacramenti quæ est duplex, altera significata, & contenta: scil. corpus Christi: altera significata, & non contenta, i. corpus mysticum, & sanctorum societas. Sed qui accedit, significat se esse vnitum Christo, & membris eius, quod non fit nisi fide formata, quæ non est in peccatoribus. Ergo quicunque &c.*

† 2. Concl. Sinebat Christus se tangi à peccatoribus sine peccato in vita, sed non in signum vnionis: & quia adhuc erat in carne mortali. Vnde post resurrectionem omnino non tangi a Magdalena, quia fides formatæ id fectum patiebatur.

3. Concl. Non quælibet medicina conuenit cuilibet infirmo, ratio: hæc autem est confortativa, quæ non debet dari, nisi liberatis a peccato

4. Concl. lib 2. de lib. arbit. c. 19. Maximis bonis non abutimur ex Aug. tanquam principijs malorum vsus, sed tanquam obiectis malus vsus: vt qui de virtutibus superbit, ita hoc sacramentum non est principium mali vsus, sed obiectum.

5. Concl. Licet peccator peccet sumendo, non tamen videndo, quia videndo non sumit, & ideo à videndo non prohibetur, sicut à sumptione, ad quam admittuntur, qui sunt Christo fide formata coniuncti. Non baptizati tamen ad visionem non admittuntur, ex Dionys.

6. Concl. Potest quis accedere sine conscientia peccati, vel ex culpa, vel ex ignorantia culpabili, & tunc peccat: vel sine culpa cum dolore

de peccato, sed non sufficienter, & tunc non peccat, quia non potest fieri, aut ut contritus, sed satis est quod habeat signa contritionis; vt si doleat de præteritis, & propositum habeat non peccandi in futurum.

Artic. 5. Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati sit grauissimum omnium peccatorum.

1. Concl. Peccatum aliquod dicitur maius per se, ex parte obiecti, & tanto est maius, quanto id, contra quod peccatur, est maius, & ita peccatum contra diuinitatem Christi est maius, quam quod est contra eius humanitatem, & quæ contra humanitatem sunt maiora, quam quæ contra Sacramenta, quæ ad humanitatem pertinent; & post hæc, quæ sunt contra puras creaturas.

2. Concl. Peccatum dicitur etiam maius per accidēs, ex parte peccantis; vt peccatum ex ignorantia, vel infirmitate; & ex scientia, vel contemptu: & secundum hoc qui cum actuali cōtemptu & scientia peccati accedunt ad sacramentum, magis peccant, quam qui ex timore ne deprehendantur in peccato.

3. Conc. Hoc peccatum ex sua specie est multis peccatis grauius, sed non omnium grauissimum. Nam Ioan. 15. Illud *peccatum non haberent*, intelligitur de peccato infidelitatis, quo tenentur omnia peccata, vt ait Aug.

tract. 89. in Ioan.

4 Concl. Comparatur hoc peccatum peccato occidentium Christum secundum similitudinē, non secundum quātitatem: illud est grauius, quia fuit in Christum sub propria specie, & ex intentione nocendi Christo.

5. Concl. Fornicator etiam sumendo cōparatur Iudæ secundum similitudinem: quod conuenit etiam aliis peccatoribus: sed secundum quid magis fornicatori, quia redditur magis ineptus, cū spiritus magis carni subiaceat. Plus tamen ponderat impedimentum caritatis, quam feruoris eius, vnde & peccatum infidelitatis quod funditus separat ab vnione Ecclesiæ magis ineptum reddit, & efficit, vt minime discernatur cibus.

6. Concl. Proijciens in lutum magis peccat, quia id facit intentione iniuriandi, & quia homo peccator sumens, est ex se capax gratiæ.

Art. 6. Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.

1. Concl. Peccatoribus manifestis, vel pereuidentiam facti, vel per sententiam iudicij, etiam petentibus, non debet dari sacra communio.

Ita docet Cyprian. lib 1 epist 6 circa fin.

2. Concl. Peccatoribus occultis perentibus, non potest sacra communio denegari.

1. Ex Aug in illud. Manducauerunt omnes pingues terræ, vbi ait, Non prohibeāt dispensatores pingues terræ, id est, peccatores mensam Domini manducare.

2. Cum Christianus ex eo, quod est baptizatus, sit ad missam ad dominicam mensam, non potest eius tolli, nisi ex causa manifesta, 1. Cor. 5. Si quis frater nominatur inter vos, &c. Tota hæc doctrina est Aug. lib de medi. panit. Cap 3.

3. Concl. Potest sacerdos cui peccatur occultus innotuit, occulte ad monere, vel publice, sed generatim, ne quis accedat, antequam cum pœniteat, & ecclesiæ reconcilietur.

4. Concl. Post pœnitentiam & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est denegāda communio, præcipue in articulo mortis.

De conf. li. 2. sententia. Mat. 7.

Ita concil Carth. 3. can. 35.

5. Concl. Sanctum dicitur dari canibus, cum datur publicis peccatoribus: occultos autem Deus iudicat.

6. Concl. Licet peius sit peccatori occulto, peccare mortaliter sumendo, quam infamari: tamen sacerdoti peius est, peccare mortaliter infamando occultum peccatorem: nec danda est hostia non consecrata, quia qui daret, faceret idololatrare.

7. Concl. de consc. dist. 2. can. consuluisti. Decreta, quæ concedebant dari hoc sacramētum ad criminis manifestationem, dicendo, corpus Christi sit tibi ad probationem, &c. sunt contraria consuetudine abrogata.

Art. 7. Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat à sumptione huius sacramenti.

1 Concl. Ex necessitate impeditur quis ab hoc sacramento ob peccatum mortale: & licet nocturna pollutio ex se non sit mortalis: tamen ratione causæ habet annexum mortale, & ideo eius causa consideranda est.

2 Con. b Prouenit pollutio, vel ex causa spirituali extrinseca, i.e. ex illusione dæmonis, qui potest phantasmata commouere, vel intrinseca, id est, ex aliqua cogitatione præcedente: vel ex intrinseca corporali, vel ex superfluitate, vel debilitate naturæ, siue ex superfluitate cibi, & potus.

3. Concl. Quælibet harum causarum potest esse cum peccato veniali, vel mortali, vel sine: si sit sine, vel cum peccato veniali, ex necessitate nō impedit sumptionē: si cum mortali ex necessitate impedit. Illusio enim dæmonum interdum prouenit ex negligentia præparationis

rem quæ poſſet eſſe mortale, & veniale interdum vero ex ſola requirit a dæmonũ volentium impedire ſumptionem. Similiter præcedentis cogit non ſi ſæpe quæ poſſunt eſſe ſine peccato, vt ſæpius obligationem debere de his cogitare, quæ ſi ſint ſine delectatione, ſunt honeſtæ: quandoque ſunt ex concupiſcentia, & delectatione, & ſi adſit conſenſus, eſt mortale, ſi non adſit, veniale. Similiter ſi ex cauſa intrinſeca corporali, vt ex ſuperfluitate vel imbecillitate naturæ, non eſt peccatum. Si vero proueniat ex ſuperfluitate cibi, vel potus poteſt etiam eſſe veniale, & mortale: ſed frequentius accidit eſſe peccatum mortale ob turpes cogitationes, ob facilitatem conſenſus, quam ob ſumptionem cibi, & potus. Vnde ſi ex illis proueniat, abſtinendum eſt, non autem cum ex potu oritur, præſertim ſi neceſſitas adſit,

Greg.

4. Concl. Ex congruentia pollutio impedit ſumptionem: primum, quia adeſt fœditas quædam corporalis, cum qua ob reuerentiam non decet accedere, niſi forte ſit perpetua, vt eſt lepra: deinde ad eſt euagatio mentis, quæ ſequitur pollutionem nocturnam, præcipue cum concurſu cum turpi imaginatione. Sed hoc impedimentum congruentiæ ob neceſſitatem aliquam poteſt poſtponi: vt ſi eſſet dies feſtus, vel ſacerdos alius deeſſet, &c. Ex his patet ad primum: quia ex neceſſitate ſolum ob mortale, ex congruentia etiam ob alias cauſas impedit.

†5. Concl. Coitus coniugalis ſine peccato, i. pro prole generanda, vel ad reddendum debitum, non impedit, niſi ex decentia, ob immunditiam corporalem, vel mentis diſtractionem.

6. Concl. Aſſiſt. ad ſing. lib. 12. reſſ. c. 10. In veteri lege vt ait Greg. aliqui dicebantur polluti figuraliter: vnde immunditiæ corporales, quæ cito tranſeunt, vt eſt pollutio impediunt ex congruentia, Deut 23. diuturnæ vero non impediunt.

7. Concl. Per confeſſionem, & contritionem auferuntur peccata: ſed non immunditia corporis, & mentis diſtractio.

8. Concl. Somnium homicidij non polluit, nec tantam diſtractionem affert. Quod ſi oriretur ex cauſa, quæ eſſet peccatum mortale, impediret ratione cauſæ.

Art. 8. Vtrum cibus, vel potus præſſumptus impediat ſumptionem huius ſacramenti,

9. Concl. Impedit aliquid ſumptionem ſacramenti vel ex ſe, & ſic peccatum mortale, vel ex prohibitione eccleſiæ, & ſic impeditur aliquis poſt cibum, vel potum alias ſumptum: ob has cauſas.

Aug. ep. 18. 1. Ob reuerentiam ſacramenti, & inter nos, nominatim Chriſti, & ſanctificationem.

2. Ob ſignificationem, & demonſtrationem, quod Chriſtus quotidie inferioribus ſeruiens, & caſtigatus, & per ſanctificationem cibum noſtrum, iuxta illud, Panem quotidianum, &c.

Matt. 6. 1. Cor. 11. 3. Ob periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt, vt poſtea dicit, Alius quidem ebrius eſt, &c.

2. Concl. Ab hac generali regula excipiuntur infirmi, qui ſtatim communicandi ſunt, etiam poſt cibum, ſi de eorum periculo dubitetur, ne ſine communione recedant: neceſſitas enim non habet legem. Idque de conſecr. diſt. can. *preſbyter.* præcipitur.

† 3. Concl. Chriſtus prius nauit, quam communicaret, vt prius ſeruaret vetus, quam inſtitueret nouum ſacramentum, & vt vehementius memoriæ infigeretur myſterij altitudo. Nos autem ſeruamus ordinem, quem poſtea Apoſtoli tradidarunt.

4 Concl. Aug. 1. Cor. 11. de conſe. d. 5. can. ſacramenta. 5. Concl. Illud Pauli, *Si quis eſurit, domi manducet*, exponit Gloſ. Si quis eſt impatiens cibi, & non vult alios expectare, manducet domi ſuos cibos: ad eſt, terrenum panem, nec poſtea euchariſtiam ſumat.

Decretum Concil. Carth. intelligitur iuxta veterem conſuetudinem, qua in memoriam cœnæ Chriſti, ſumebant poſt cibum, ſed conſuetudo eſt abrogata.

6. Concl. Requiritur ad ſumptionem ieiunium naturæ, id eſt vt nihil ſumatur per modum cibi, vel potus, ſiue nutriat, ſiue nõ. ſi reliquiæ cibi, vel ſaliua, vel aqua deglutiantur, dum abluitur os, ſi non ſit magna quantitas, non impedit.

7. Concl. Eccleſia dicit à media nocte incipit: vnde qui poſt hoc tempus aliquid ſumit, impeditur: nec refert dormierit poſtea nec ne. Quare non intelligitur ſimpliciter, quod cibum non ſumpſerit.

8 Concl. Quia debet deuote, & cum attentione ſumi, ideo potius ante requiritur ieiunium: & poſt ſumptionem etiam debet aliqua mora interceſſere, & ideo in miſſa dicuntur orationes poſt ſumptionem. Olim ieiunabant vſque ad ſextam, qui mane communicabant: qui tertia, vel quarta hora, vſque ad veſperam.

Art. 9. Vtrum non habentes vſum rationis debeant ſuſcipere hoc ſacramentum.

1. Concl. Illis qui dicuntur non habere vſum rationis, quia debilem habent, non eſt negandum

hoc

hoc sacramentum: quia illi possunt aliquam deuotionem huius sacramenti percipere.

2. Concl. Illis, qui totaliter carent vsu rationis, & nunquam habuerunt, non est exhibêdum hoc sacramentum: quia in his nullo modo præcessit deuotio huius sacramenti.

3. Concl. Illis qui non semper caruerunt vsu rationis, si quando erant compotes rationis, apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet in articulo mortis sacramentum hoc exhibere, nisi timeatur periculum vomitus, aut expuitionis.

26. q. 2. si qui. 20. q. 4. quorecessant. *Patet ex conc. Carthag. 4. can 76 & in Arausican 3 quæ postea sunt, conferenda sunt amentibus.* &c.

† 4. Concl. Carentes vsu rationis possunt habere deuotionem, vel præsentem, vel præteritam, vt est dictum.

5. Concl. cap. 3 cal. hier De obsessis à diabolo est eadem ratio cum amentibus: & Dion. loquitur de energumenis nondum baptizatis. Vnde Gallian. ait, energumenis nunquam fuisse interdictam communionem.

6. Concl. Eadem est ratio de pueris recenter natis, & de amentibus, qui nunquam habuerunt vsum rationis, licet quidam Græci contra faciant, non intelligentes Dion. qui loquitur de baptismo adultorum. Nec obstat illud Ioan. Nisi manducaueritis, &c. quia manducant in baptismo. Vbi vero ad vsum rationis venerunt, potest eis dari

Cap. 6.

Art. 10. Vtrum liceat quotidie hoc sacramentum suscipere.

1. Concl. Quod ad virtutem huius sacramenti attinet, si eam spectemus, vt scilicet quotidie ipsum sumere, vt quotidie eius fructum percipiatur

lib 4. de pec. c. 6 serm 29. de verb. hom. *Quantam sitis amborum? si mortis nunquid effundatur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco, debeo semper medicinam sumere. Ille panis, ait, nostrum quotidianus, est accipe quotidie: vt quotidie tibi prosit.*

2. Concl. Quantum ad sumentem: & eius dispositionem, quæ requirit, vt cum magna deuotione, & reuerentia ad hoc sacramentum cõcedat, si quis quotidie ad hoc paratum se inuenit, laudabile est, quod quotidie sumat. vnde habet Aug. *sic sine. Et quotidie mereare accipere.*

3. Concl. Si vtpiciter loquendo non est vt omnibus hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quilibetcunque homo ad aliud se sentiret paratum. Vnde lib. de eccles. dogm. quotidie eucharistiam sumere, nec laudo nec vitupero.

In baptismo configuramur Christo per characterem, qui est in delebilis, in hoc vero sacramento non est character, sed cibus: neque etiam regeneramur, quod semel fit: vnde non est par ratio. † 4. Concl.

Agnus fuit præcipua figura passionis, quæ representatur hoc sacramento, vnde semel in anno sumebatur, & ecclesia semel memoriam facit: at hoc sacramentum est memoriale per modum cibi, quod fuit significatum per manna. 5. Concl.

Reuerentia habet timorem amori coniunctum: vnum facit vt aliquando abstineamus, alterum vt sæpe accedamus: amor enim præfertur timori. Vnde cum Petrus dixit, *Exi a me*, ei dixit Dominus, *Noli timere.* 6. Concl.

Sat est si semel in die sumatur, quo repræsentatur vnitas passionis Christi. 7. Concl. Luc. 7.

Iusta varios ritus fuerunt varia præcepta sumendi, In prima Ecclesia quotidie: postea ter in anno, in Pentecoste, Natali, & Paschate, & addidit Soter. Papa etiam in cæna: tandem Innoc. 3. vt saltem semel in anno: hic tamen de eccles. dogm. consulitur, vt omnibus diebus dominicis. 8. Concl.

Art. 11. Vtrum liceat omnino à communione cessare.

Omnes tenentur saltem spiritualiter hoc sacramentum suscipere. 1. Concl. Ioan. 6.

1. *Ex illo, Nisi manducaueritis carnem, &c.*

2. *Quia per hoc sacramentum incorporamur Christo, vt est dictum.*

Non solum ex præcepto ecclesiæ, sed etiam ex mandato Domini hoc tenetur sumere hoc sacramentum. 2. Concl.

1. Luc. 22. *Hoc facite in meam, &c.*

2. *Spiritualis mandatum initio vt votum sine quo non potest homo saluari. At votum frustra esset, nisi impleretur, cum opportunitas adesset. Ergo.*

Ex ecclesiæ statuto sunt determinata tempora ad exequendum Christi mandatum. 3. Concl.

Non est vera humilitas, quæ ecclesiæ & Christi præceptum spernit, vnde non licet sæpe abstinere ex humilitate. † 4. Concl.

Quantum ad adultos tam baptismus, quam eucharistia est de necessitate salutis, sed non respectu puerorum in re. 5. Concl.

Ex eo, quod peccatores repelluntur ab hoc sacramento non sunt melioris conditionis, & non excusantur à transgressione præcepti. pœnitentes ex iudicio sacerdotis abstinent & excusantur. 6. Concl.

Art.

Art. 12. Vtrum liceat corpus Christi sumere sine sanguine.

1 Concl. Circa vsum huius sacramenti considerantur duo, vnum ex parte sacramenti, ex qua parte conuenit, vt vtrunque sumatur, quia in vtroque, sacramenti perfectio consistit. Iterum ex parte sumentium.

2. Concl. Sacerdotes nullo modo debent corpus Christi sumere sine sanguine.

Quoniam ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare & perficere. Sed hoc consistit in vtriusque sumptione. Ergo.

3. Concl. Ex parte sumentium prouide in quibusdam ecclesijs obtinet, vt populo sanguis sumendus non detur, sed vt solum à sacerdotibus sumitur.

Nam id prouide circà hoc sacramentum obseruatur, quod pertinet ad reuerentiam; & cautelam, ne quid accidat: quod vergat in iniuriam tãti mysterij. Sed quod non omnes sumant sanguinẽ, huc pertinet: quoniam in sanguinis sumptione facile potest accidere irreuerentia, ne effundatur in tanta multitudine populi, in qua sunt senes, pueri, & minus discreti. Ergo. Confirmatur ex consuetudine multarum ecclesiarum, quæ hoc seruant.

†4. Concl. De con. d. 2. Hæretica. Gelasius intelligendus est quantum ad sacerdotes: & quale esset sacrificium, cuius sacrificans non esset particeps.

5. Concl. Perfectio huius sacramenti non est in vsu fidelium, sed in consecratione materiæ, vnde nihil deroguntur: ni populus totum sumat, modo sacerdos sumat.

6. Concl. Representatio passionis agitur in ipsa consecratione, in qua non debet corpus sine sanguine consecrari, potest tamen corpus à populo sine sanguine sumi, cum sacerdos in persona omnium offerat & sumat

Quæstio 81. De modo, quo Christus vsus est hoc sacramento.

Art. 1. Vtrum Christus sumpserit suum corpus, & sanguinem.

1. Concl. Christi. b. Rich. 3. Christus in cœna sumpsit corpus, & sanguinem suum tumptit, & postea discipulis tradidit.

1. *Ex Hiero. Ipse cœnauit, cœnantium, comedit, & quod cœnauit.*

2. *Quod Christus aliqui secundum præcepit, ipse fecit. Act. 1. cœpit Iesus facere, &c. & sta primo operari.*

3. *Ex gl. quæ idem affirmat: & quidam cecinit Iesus fidei in cœna, turba circitus duodena: se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.*

Legitur in Euangelio Christum accepisse panem, sed non est intelligendum, quod tantum manibus acceperit, sed eo modo accepit quo alijs tradidit *Accipite, & comedite.* †2. Concl.

Potuit Christus esse in seipso forma specierum ad quas habet ordinem, vt in est sacramento, & sic potest esse in ore manibus, & vbi illæ sunt. 3. Concl.

Christus manducauit spiritualiter ob delectationem, quam habuit ex institutione. Luc. 22. *Desiderio desideraui*, &c. sacramentaliter etiam, quatenus suum corpus sub speciebus sumpsit, licet non acceperit gratiam habitualem. 4. Concl.

Art. 2. Vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum.

1. Concl. Hom. 46. in Ioan. Iudas cum alijs discipulis corpus, & sanguinem Domini suscepit.

1. *Ex Chrys & Dionys. qui hoc affirmant: licet Hilarius contra sentiat.*

2. *Quod non conueniebat, Christus non fecit, quia debuit esse exemplum iustitiæ, & magister. Sed si Iuda non tradidisset hoc sacramentum, fuisset inconueniens. quia occultum peccatorem sine accusatore, & euidenti probatione, ab aliorum communione separasset, & dedisset exemplum prælatis idem faciendi, & Iudas exasperatus sumpsisset occasionem peccandi, Ergo.*

†2. Concl. Non propterea quod Christus dixit se bibiturum vinum cum discipulis in futuro sæculo, cuius non erit particeps Iudas, sequitur eum non sumpsisse vinum, vt arguit Hilar.

3. Concl. Christo erat nota iniquitas Iudæ, vti Deo, non autem per eum modum, quo hominibus innotescit: ideo ad exemplum eum non repulit,

4 Concl. Iudas sub pane intincto non sumpsit corpus Christi, sed iam sumpserat, sed per bucellam intinctam, & porrectam suum expressit proditorem: & tunc intrauit Satanas; &c.

Art. 3. Vtrum Christus sumpserit, & suis discipulis dederit suum corpus impassibile.

1. Concl. in 4. de sacramysti. ad textu, c. 2. Corpus Christi, quod in specie sacramentali dabatur, erat passibile.

1. *Ex Innoc. tale corpus dedit, quale habuit. Sed tunc habuit possibile. Ergo.*

2. *Illud corpus Apostolis tunc dabatur, quod in propria specie videbatur sed hoc ratione non erat impassibile, sed passionis paratum. Ergo. Vnde erraut Hugo. qui dixit suum corpus impassibile dedisse.*

2. Concl. Corpus Christi impassibili modo erat sub specie sacramenti, licet in se esset passibile: sicuti ibi erat invisibiliter, quod erat in se visibiliter.

Nam corpus Christi non erat in sub specibus, non comparabatur ad corpora extrinseca, ut essent ibi de ejus rebus, quibus sit comparatione. Ergo non erat ibi passibiliter, quia non sit actio a circumstantiis sine contactu.

† 2. Concl. Dicitur non dedisse seipsum realem: & passibilem, quia se dedit modo impassibili.

Lucæ 2. Secundum soluitur ex secunda concluſ. & ita per manducationem discipulorum non est passus.

4. Concl. Nunc vi verborum est corpus Christi impassibile sub speciebus; quia hæc est vis formæ, vt ibi sit Christus secundum substantiã quæcunque in eo sint accidentia quæ sunt ibi concommitantia: vnde eadem est vis formæ nunc, quæ olim erat.

5. Concl.

Artic. 4. *Vtrum si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum, vel consecratum ibi moreretur*

1. Concl. Quidem conuenit Christo, vt in propria specie est, potest ei attribui & in propria specie, & in sacramento existenti, viuere, mori, dolore & cæt.

Quia idem est secundum substantiam in sacramento, & propria specie licet non eodem modo.

2. Concl. Quæcunque conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existenti non tamen proutest sacramẽto: vt irrideri, conspui, &c. Vnde quidam cecinit. *Præsul jesu potuit jocando lo mi inmatum, sed non illatum conuenit illi.*

† 3. Concl. Quare tempore passionis si fuisset in sacramento mortuus fuisset.

Vt est in sacramento non potest pati ab agente extrinseco, potest tamen mori, vt est dictum.

4. Concl. Tempore mortis non fuisset sanguis sub speciebus panis & contra. Vnde non est par ratio cum alio tempore; in quo ista duo sunt simul.

5. Concl. Et licet vi consecrationis corpus Christi cum anima nunc sit sub speciebus per concomitantiam tunc non fuisset anima, non defectu virtutis verborum sed ob aliam dispositionem rei.

Quæstio 82. De ministro huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis.

1. Concl. ad 2.23. art. per hoc. PRoprium est sacerdotum conficere hoc sacramentum.

Ex ipsa ratione qua est ad presbyterum pertinere.

2. Is, cuius hoc sacramentum conficere, qui gerit personam Christi, & in qua Christus potissimum declaratur, quæ est tanta dignitatis, vt non conueniat nisi in persona Christi, & qui agit in persona alterius, debet ab illo facultatem habere. Sed hoc in summo dignitatis sacerdos; quia cum ordinantur concedimur eis potestas consecrandi in persona Christi & benedicendi potestas immendi: & per hoc ponitur in gradu eorum, quibus dictum est Hoc facite in meam commemorationem Ergo.

† 2. Concl. Vis consecrandi non solum consistit in verbis, sed etiam in potestate tradita in consecratione ideo; dicit Episcopus Accipe potestatem, &c. propterea si alius proferat verba non conficiet.

3. Concl. Laicus iustus est vnitus Christo fide, & caritate sed non per sacramentalem potestatem vnde solum habet potestatem offerendi spiritualis hostias.

4. Concl. Non potest laicus in necessitate conficere hoc sacramentum: sicut potest baptizare quia non est tantæ necessitatis.

5. Concl. Quamuis hoc sacramentum perficiatur in consecratione materiæ, & Episcopi sit alias materias consecrare: tamen Episcopo datur potestas vt in persona Christi agat super corpus mysticum ecclesiæ; & quæ ad hoc non pertinent, non reseruantur Episcopo; vt est huius sacramenti confectio

Art. 2. Vtrum plures sacerdotes possint vnam eandem hostiam consecrare.

1. Concl. Plures sacerdotes possunt vnum sacramentum perficere.

1. Ex consuetudine quarundam ecclesiarum quæ habent: sacerdotes, cum ordinantur, concelebrent Episcopo, e ordinante.

Cum sacerdos ordinatur constituitur in gradu eorum qui a Domino acceperunt potestatem ordinandi: sed ostium Apostoli Christi canonis concatenauerunt, tradentes ordinati Episcopo ordinanti concelebrant.

2. Concl. Lib. 4. cit. c. 23. Non iteratur sacramentum super eandem hostiam: quia vt ait Innoc. omnium intentio debet ferri ad idem instans consecrationis.

Non legitur Christum baptizasse simul cū Apostolis, quando dedit eis hoc officium: vnde non est par ratio.

3. Concl.

Si plures celebrarent virtute propria, vno sufficiente, alij superfluerent: sed quia celebrant in persona Christi. in quo plures sunt vnum, consecratio potest fieri per plures, & per vnum: sed ecclesiæ ritus est seruandus.

4. Concl.

Eucharistia est sacramentum vnitatis ecclesiæ, quæ attenditur, prout multi sunt vnum in Christo.

5. Concl.

Art. 3 Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.

Ad sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi.

1. Concl.

1. Ex can. pervenit. de conse. dist. 2. Vbi interdicitur ne alij ministrent.

2. Conuenit hoc ei propter tria: primum, quia ipse consecrat in persona Christi; & vt Christus cōsecrauit, & alijs sumendum dedit, ita sacerdos idem. sacerdos constituitur medius inter Deum, & populum; vnde, vt ad eum pertinet dona populi Deo offerre; ita ad eundē pertinet dona diuinitus sanctificata populo tradere: postremo ob reuerentiam sacramenti, quod non contingitur ab illa re non consecrata, vt corporale, calice, &c. & ita nullis licet contingere, nisi caderet in terram, vel in alto casu necessitatis.

Diaconus, vt propinquus ordini sacerdotali, dispensat sanguinem: at corpus non nisi in necessitate iubente Episcopo, vel presbytero: præstat primum, quia sanguis continetur in vase; & quia significat vnionem gentiū ad Christum, & ipse est veluti medius.

† *2. Concl.*

Eiusdem est hoc sacramentum consecrare, & ministrare ob rationem allatam.

3. Concl.

Diaconus participat illuminatiuam virtutem sacerdotis, vt dispensat sanguinem, & sacerdos profectiuam dispensationem Episcopi, vt dispensat hoc sacramentum: quibus homo perficitur per comparationem ad Christum: aliæ vero perfectiones, quibus homo perficitur per comparationem ad alios, Episcopo reseruantur.

4. Concl.

Art. 4. Vtrum sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum.

Necesse est quod sacerdos quotiescunque consecrati sumat integre hoc sacramentum.

1. Concl.

1. Ex Concil. Tolet. 5 can. 5. Vbi hoc decernitur.

2. Eucharistia non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium. Sed qui sacrificium offert, debet fieri eius particeps; quia exterius sacrificium, quod offert, signum est interioris sacrificij, quo quis Deo se offert, vt ait Aug. & per hoc quod alijs dispensat, ostendit se esse dispensatorem diuinorum; ergo ipse primo debet esse particeps, vt ait Dionys. particeps autem fit sumptione, 1 Cor. 10. Ergo.

lib. 10. de ciu. c. 5.

c. 3. eccl. hier.

Consecratio chrismatis, & alterius materiæ non est sacrificium: vnde non est similis ratio.

† *2. Concl.*

Baptismus perficitur in vsu materiæ, ideo non potest esse idem agens, & patiens: at minister in hoc sacramento non consecrat se, sed panem.

3. Concl.

Si miraculose caro, vel sanguis in hostia appareret, non esset sumenda ex Hieron. nec peccat, quia lex non obligat ad ea, quæ miraculose fiunt.

4. Concl. 2. conse. d. 3. can. de hac.

Art. 5. Vtrum malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit.

Sacerdotes etiamsi non sint iusti, sed peccatores, possunt Eucharistiam consecrare.

1. Concl.

1. Ex Aug. qui de hac re loquens, ait: Nihil a bono malus, nihilo malo minus perficitur sacerdote.

2 q. 1 c. infra.

2. Sacerdos non consecrat virtute propria, sed sicut minister Christi, quod ministerium non amittit ex hoc, quod euadit malus; quia Dominus habet bonos & malos ministros, siue seruos. Matt. 24. & Paul 1. Cor. 4. dicit se ministrum, & ait se non esse certum de sua iustitia. Ergo.

3. Quia hoc pertinet ad excellentiam Christo cui sicuti Deo, non solum seruiunt bona, sed etiam mala, qua per ipsius prouidentiā ordinantur in bona.

Hieronymus eorum sacerdotum errorem improbat, qui putabant se digne offerre, solo hoc, quod essent sacerdotes, etiamsi sint peccatores.

† *2. Concl. Super Sophon.*

Gelasius etiam, vt ex antecedentibus colligitur, vult docere sacerdotem peccatorem nō debere accedere; quia ex eius merito non potest aduenire spiritus; aduenit tamen ex virtute Christi, cuius personam gerit.

3. Concl.

Actio eadem prout fit mala intentione ministri, potest esse mala; bona vero, vt est ex bona intentione Domini. Ita benedictio sacerdotis, potest esse simul ob diuersas rationes etiam maledictio, Malachias: Maledicam benedictionibus vestris.

4. Concl.

Art. 6. Vtrum Missa mali sacerdotis minus valeat, quam Missa sacerdotis boni.

Quantum ad sacramentum, non minus valet missa sacerdotis mali, quam boni.

1. Concl.

Quia vtrobique conficitur sacramentum.

2. Concl. Si considerentur orationes, quæ in missa fiunt, vt habent efficaciam ex parte sacerdotis orantis, missa melioris sacerdotis, est magis fructuosa.

1.q.1.c.ipsi. *Patet ex Decret. quanto sacerdotes fuerint dignores tanto faciliùs in necessitatibus, pro quibus clamant exaudiuntur.*

3. Concl. Si orationes considerentur, vt proferuntur à sacerdote in persona totius ecclesiæ, cuius est minister sunt fructuosę non solum in missa, sed etiam in alijs officijs ecclesiasticis, in quibus gerit personam ecclesiæ: etiamsi sit malus.

4. Concl. At priuatæ orationes non sunt fructuosæ: iuxta illud, *qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.*

† 5. Concl. Prou. 25. Gregorius intelligendus est, quantum ad sanctitatem diuini sacramenti.

1.q.1.c. multis. Non est par ratio de baptismo, & hoc sacramento: quia ibi non fiunt solemnes orationes pro omnibus fidelibus.

6. Concl. 7. Concl. Per virtutem Spiritus S. fit, vt bonum priuatum quod est in missa sacerdotis boni, sit fructuosum alijs ob vnitatem caritatis: malum autem priuatum non potest alteri nocere, nisi per consensum.

Artic. 7. Vtrum hæretici, schismatici, & excommunicati, possint consecrare.

1. Concl. Qui intra ecclesiam constituti receperunt potestatem consecrandi eucharistiam in ordinatione sacerdotij, recte quidem habent potestatem, sed non recte ea vtuntur, si post modum per hæresim, aut schisma vel excommunicationem, ab ecclesia separentur.

2. Concl. Qui autem sic separati ordinantur, nec recte habent nec recte ea vtuntur; si maneant præciti.

3. Concl. Vtrique veram potestatem habent.

1 Quia, vt ait Aug. sicut in his manet baptismus ita & ordinatio.

Parmē. c. 15 lib. 2. cōtra *2. Quoniam, vt idem dicit, cum redeunt ad vnitatem ecclesiæ non reordinantur.*

4. Concl. Isti possunt quidem consecrare & vere cōsecrant; sed consecrantes peccāt; & ideo fructum sacrificij non percipiunt, quod est sacrificium spirituale.

† 5. Concl. 1 q 1. c. alter. Quorundam patrum auctoritates intelligendæ sunt, quantum ad hoc, quod non recte extra ecclesiam offertur sacrificium: & quod ibi non est verum sacrificium spirituale, quoad fructum.

6. Concl. Solus baptismus ab in his ministratus ratus habetur, quia possunt licite baptizare in articulo mortis: tum nullo casu possunt Eucharistiam consecrare, & alia sacramenta conferre.

7. Concl. Orantes loquuntur in persona ecclesiæ, consecrant autem in persona Christi per ordinis potestatem: Vnde separati consecrant: sed orantes nihil iuuant; cum sint ab ecclesia præciti.

Artic. 8. Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere.

1. Concl. lib. 2. contra Parmē. c. 13 Sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum

1 Ex Aug. qui ait apostatam ad fidem redeuntem non baptizari: sed etiam degradatus si reconcilietur non ordinatur iterum. Ergo non amissa potestatem. Ergo potest.

2. Potestas consecrandi pertinet ad characterem ordinis sacerdotalis. Sed character est indelebilis, quia cum quadam consecratione datur consecrationes autem sunt perpetuæ. Ergo. Vnde non potest iterari, vt ait Aug.

† 2. Concl. Can. quidam. 1. q. 1. qui videtur dicere non habere potestatem, nō loquitur assertiue, sed inquisitiue, vt ex circunstantia literę intelligi potest.

3. Concl. Episcopus dat auctoritatem, vt minister Dei, cuius effectus per hominem non potest tolli. iuxta illud quos Deos constituit, &c.

4. Concl. Excommunicatio est medicinalis, ideo excommunicatis nō aufertur executio, quasi in perpetuum, vt degradatis, quasi in perpetuum condemnatis.

Artic. 9. Vtrum liceat ab excommunicatis vel hæreticis, seu peccatoribus communionem recipere, & eorum missam audire.

1. Concl. Ab hæreticis, schismaticis, & excommunicatis non licet communionem recipere, neque eorum missam audire.

Cap. 13. *1. Ex can Nullus, d. 35. & ex Greg. lib. 3 dial.*

2. Peccanti communicare non licet. 2. Ioan. Sit. sed isti licet consecrent, tamen non directe sacramento vtuntur. Ergo.

3. Concl. A peccatoribus missam audire, vel communionem accipere, donec per sententiam ecclesiæ non sunt præcisi, licitum est. Siquidem, licet sint suspensi quantum ad sententiam diuinam, & ministrando peccent tamen quoad alios non sunt priuati sententia ecclesiæ.

Est doctrina Aug. lib. de vtilit. pœnit.

1. Concl. Istorum communionem fugientes potius sacramenta veneramur, quoniam culpam refugimus.

4. Concl. Vnitas corporis mystici est in perceptione fructus corporis veri, quamuis indigne per aliquos percipiatur fructus: quare non est communicandum cum his, licet verum corpus conficiant.

3. Concl. Sunt quidem aliqua peccata grauiora fornicationis: sequi homines sunt adhoc proni: horum prælati curam speciatim ne audiant de inijam notorij fornicarij est autem notorius, cum vel per sententiam iudicis est iudicatus, vel per confessionem factam in iudicio: vel cum non potest aliqua tergiuersatione celari.

Art. 10. Vtrum liceat sacerdoti omnino à consecratione Eucharistiæ abstinere.

Concl. Sacerdoti, etiamsi non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare. In quo quidam errarunt, putantes esse omnino licite cessare, nisi obligetur ex cura sibi commissa.

1. Ex ambr. qui ait, grauè esse accedere immundum, sed grauius, si etiam sacrificium non reddatur.

2. Quisque tenetur sibi gratia sibi data, cum fuerit opportunum. 1. Cor. 6. opportunitas autem offerendi sacrificium non solum attenditur per comparationem ad fidelis, quibus sacramenta ministrantur, sed principaliter per comparationem ad Deum, cui consecratione huius sacramenti, sacrificium offertur. Ergo.

2 Concl. Saltem videtur quod celebrare teneatur in præcipuis festis, & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt. Ideo damnantur quidam sacerdotes, in scriptis, quod sacrificia negligerent.

† 3. Conc. 2. Mat. 4. Alia sacramenta percipiuntur in vsu fidelium, hoc vero in consecratione & oblatione, id quod ex ordinatione sacerdos tenetur: Aliis ministrat, qui curam fidelium habet.

4 Concl. Si sit excõmunicatus & priuatus, hoc tempore excusatur: nec id cedit ei in bonum, quia priuatur magno fructu: si nõ est priuatus potest celebrare, licet sit in peccato, tenetur; nec est perplexus, quia potest recedere à peccato.

5. Concl. Infirmitas superueniens tollit executionẽ; vt si priuetur oculis, lingua, digitis &c. impeditet executionẽ propter periculũ. & abominationẽ, vt si qs laboraret morbo caduco, vel lepra: verũ si, postea, posset occulte celebrare.

Quæstio 83. De ritu huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur.

1. Concl. CElebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi.

1. Sed contra, aut sing. immolatus est in seipso Christus, & tam vnquam immolatur in sacramento

2. Ob hanc duas rationes primo, quia vt aiunt Ambr. res nominantur non solum earum rerum, quarum sunt imagines. Sed hoc huius sacramenti est imago representativa passionis Christi, qua est vera eius immolatio. Ergo. Idem dicit Amb. Secunda, ex effectu passionis Christi: quia per hoc sacramentum effectum participes fructus dominicæ passionis. Vnde in quadam secreta dicitur: quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur.

De consecr. 2. cum semel. Ad Simplic. q. 3. in c. 10. Exod. ad lit. br.

Quantum ad primam causam poterat dici Christum immolari etiam in figuris veteris testamẽti, Apoc. 13. Qui occisus est, &c. quãtum ad secundam est proprium huius sacramenti.

2. Concl. Vna est hostia, quam Christus obtulit, & sacerdos offert: & sicuti vnũ est corpus quod vbique offertur, ita vnum sacrificium.

3 Concl. Vt celebratio est imago passionis: ita altare est representatiuum crucis in qua in propria specie immolatus est.

4. Concl. Ob eandem rationem sacerdos gerit imaginem Christi, cuius personam gerit, eiusque virtute verba profert: ideo quodammodo est eadem hostia, & idem sacerdos.

5. Concl.

Art. 2. Vtrum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis,

1. Concl. Conuenienter determinatum est tempus celebrationis huius mysterij ab ecclesia.

1. Ex conuenientia secundum canonum statuta.

2 In celebratione huius sacrificij attenditur representatio passionis, & participatio fructus eius. Sed quantum ad vtrumque est conuenienter determinatum tempus. Ergo. Nam, quia fructus passionis quotidie indigemus ob quotidianos defectus, quotidie in ecclesia regulariter offertur: ideo dicitur panis quotidianus: quia vero dominica passio celebrata est à tertia vsque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei hoc sacramentum solemniter celebratur.

Luc. 11.

† 2. Concl. Semel in anno recolitur memoria passionis Christi, prout in ipso fuit peracta: at vero quotidie prout eius fructus ad nos peruenit, obrutg in memoriam.

Cui

3. Concl. Cui in parasceue totaliter intermittatur, & in natali pluries celebretur, hæc est causa, quod hoc sacramentum est figura illius veri, cui die oblati, ideo nō celebratur. Et ne ecclesia sit sine fructu illo die sumit corpus reseruatum, & non sanguinem, quia est specialis passionis repræsentatio. In natiuitate celebratur ter ob tres Christi natiuitates, quæ tribus celebrationibus repræsentantur. Prima æterna, & obscura, ideo in nocte: secunda in animis fidelium, in aurora, quia Christus oritur tanquam Lucifer in nobis: tertia corporalis ex matre, quæ fuit visibilis, iam clara luce. In alijs diebus, in quibus occurrunt plura beneficia recolenda, vel expetenda, dicuntur plures missæ; vt pro festo, pro jejunio, pro mortuis, &c.

2. Pet. 2.

4. Concl. Non celebratur hora serotina, vt Christus fecit, ob causas supra positas: vbi etiam dictū est, cur prius cœnauerit. & postea tradiderit. Ecclesia vero obseruat tēpus, quo crucifixus fuit. Potest tardari celebratio, quando dantur ordines, & maxime in sabbatho sancto, & propter officij prolixitatem: Et in prima parte dici potest celebrari ob aliquam necessitatem.

5. Concl. Licet dies dicatur incipere à media nocte: tamē regul. citer celebratur in die non in nocte, quia Christus, q est lux, est præsens huic sacramento: & aurora apparente dicitur ortus Sol, vnde initium dici sumitur, quo tempore Christus resurrexit.

6. Concl. Quamuis in quadam secreta petatur frequentatio huius sacramenti: tamen sat est semel in die offerre, quia semel Christus passus est. Quidam vnam pro defunctis, alteram in die faciunt, si fit necesse. Qui pro pecunia, vel adulatione secularium pluries celebrant, excepto die natalis, incidunt in damnationem, *consulimus. extra de celebr. missarum.*

De conf. d. 1. c. sufficit.

Art. 3. Vtrum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacris.

1. Concl. Conuenienter ab ecclesia statutum est, vt domi & in vasis consecratis celebretur.

1 *Quæ ab ecclesia statuuntur, ab ipso Christo statuuntur, Matth. 18. Vbicunque fuerint, &c. Ergo.*

2. *In hoc sacramento duo consideranda sunt, quorum alterum pertinet ad repræsentationem eorum, quæ circa Dominī passionem sunt acta: alterum ad reuerentiam sacramenti, in quo Christus secundum veritatem continetur, non in figura tantum. At hoc fit dum consecrationes adhibentur his rebus, quæ ad vsum vnius sacramenti pertinent, quia excitant ad reuerentiam, & repræsentant effectum passionis prouenientem, secundum illud, lepra vt sanctificaret sanguinem, &c. Ergo.*

Hebr. 9. 1. Tim. 3.

Regulariter debet celebrari domi, per quā significatur Ecclesia. Et quia passio Christi debebat colligere gētes ex vniuerso mundo, passus est sub dio. In itinere si desit Ecclesia, potest sub dio, seu tentorio, si tabula consecrata, & cætera pertinentia adfuerint.

† 2. Concl.

Licet domus in qua Christus celebrauit, non fuerit consecrata tamen conuenienter consecratur ad repræsentādam sanctificationem passionis Christi, quæ etiam requiritur in suscipientibus. Altare significat Christum: & eius consecratio Christi sanctitatē. Et quia pagani non sunt de Ecclesia, loci, vbi sunt eorum corpora sepulta non consecratur in ecclesiam: vel si consecrantur; eorum corpora reiciuntur: tigna & parietes raduntur, potest etiam in alijs locis, sed de consensu Episcopi, non tamen sine altare portatili cōsecrato fieri: similiter in ecclesijs combustis: vnde ecclesia nunquam sine altare consecratur: sine ecclesia vero interdum cōsecratur altare cum reliquijs sanctorum, quorum vita abscondita est in Christo.

3. Concl. De conse. d. 1. c. altaria, c. nullus. c. eccles. c. missarum. ca. concedimus.

Ecclesia, altare, &c. inanimata non frustra consecrantur, licet non sint capacia gratiæ; quia ex cōsecratione accipiunt quandam virtutem spiritualem, quia sunt apta cultui diuino, vt inde homines deuotionem suscipiant, & paratiores fiant ad diuina. Vnde ante consecrationem emundantur & exorcizantur, vt inde virtus inimici expellatur. Ob eandem causam ecclesia sanguine & semine polluta reconciliatur, quia ob peccatum ibi commissum apparet aliqua operatio inimici. Vnde quidam dicunt per ingressum in ecclesiam & aspersionem aquæ, remitti peccata venialia ob hanc virtutem ex consecratione prouenientem: consecratio non iteratur, nisi ecclesia sit sanguine, aut semine polluta, vel igne exusta, & si sit dubium de consecratione consecrantur: Ob quam consecrationem, ligna quæ sunt ecclesiæ dicata, non possunt adhiberi, nisi ad opus alterius ecclesiæ; vel igne comburūtur, vel in monasterio ad vsum fratrum, non autem laicorum. Altaria pallia, cathedra, candelabrum, & velum veritate assumpta comburuntur, & cineres in baptisterio reponuntur, vel in pariete, aut in fossis pauimentorum proiciuntur, ne conculcentur.

4 Concl. 2. Mac. 8. De conse. d. 1 c. eccl. c. d. 1 c. ecclesias. ca. ligna. c. altaria.

5. Concl. Consecratio altaris repræsentat sanctitatem Christi, & consecratio domus sanctitatem ecclesiæ: ideo istæ consecrationes recoluntur, & non aliarum rerum: & per octo dies ad significandam beatã resurrectionem Christi, & membrorum ecclesiæ. Quæ consecratio non est opus solius hominis, cum habeat spiritualem virtutem.

6. Concl. cum solemnitate. c. altaris. Solum altaria lapidea chrismate cõsecrantur, quia significant Christum; qui erat petra: & quia lapis solidus est, & facile vbique reperitur: quod non erat necesse in veteri lege, vbi in vno loco fiebat altare; ibi mandabatur, vt fieret de lapidibus insectis ad idololatriam remouendam.

7. Concl. Olim vasc ligneo vtebantur; deinde omnia ex argento, vel auro; postea patina & calix ex auro, vel argento, vel stanno, sed non ex ære, quia contrahit rubiginem, & vomitum prouocat. Non in ligno, quia porosum, vbi potest sanguis remanere, non in vitreo calice, quia fragile. Ob reuerentiam igitur, fiunt ex his materijs, licet repræsentent Christi sepulchrum lapideum.

8. Concl. Licet calix fiat etiã ex auro, quod est præstantius, tamẽ palla non debet esse ex serico, sed ex lino, quo corpus Christi fuit inuolutum, quia expressius repræsentat passionem sine periculo, adde quod est mũdior, ad significandam munditiam, & maiore labore fit, ad significandam passionem.

c. consulto. 9. Concl. Dispensatio sacrorum pertinet ad ministrum, consecratio vero est ab ipso Deo, ideo licet nõ teneat dispensatio in rebus tẽporalibus, si fiat aliquid cõtra ecclesiæ statuta, tamẽ si quid omittatur in celebratione ex his, quæ ecclesia statuit fit sacramentum. Vnde sacerdos proferens verba super materia, sine loco, & alijs requisitis conficit, sed grauiter peccat.

Art. 4. Vtrum conuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur.

1. Concl. Conuenienter determinantur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur.

Fuerunt asserit ut laicos, & Basilij Cæsarien. qui edidernnt celebrationem missæ

2. Concl. Hoc mysterium debuit maiore cum solemnitate celebrari, quam alia.

Contra tertium mysterium nostræ salutis comprehensum in hoc sacramento.

3. Concl Quia ad dominũ accedẽdum est cum præparatione, ideo primum præmittitur præparatio ad digne agendum, quia sequuntur. Huius præparationis pars prima est laus diuina, quæ fit in introitu, propterea vt plurimum ex psalmis sumitur. Secunda continet commemorationem præsentis miseriæ, dum misericordia petitur in Kyrie, contra miseriam ignorantiæ, culpæ, & pœnæ. Tertia commemorat gloriam cælestem, ad quam tendimus, post hanc miseriam, & hoc in gloria, quæ intermittitur in officijs luctuosis. Quarta continet orationem, quæ fit pro populo, vt dignus tantis mysterijs habeatur.

4. Concl. Secundo præmittitur institutio fidei: quia est sacramentum fidei. quæ dispositiue fit per doctrinam prophetarum, & Apostolorum, quæ leguntur a lectoribus, & diaconis Cantatur postea graduale, quod significat profectum vitæ: & alleluia, quod notat spiritualem exultationem: vel tractus in officijs luctuosis, qui significat spiritualem gemitum: hæc enim debent contequi in populo ex prædicta doctrina. Qui perfecte instruitur per doctrinam Christi in Euangelio, quod a diacono maiore ministro legitur. Cantatur symbolum, in quo populus ostendit se credere.

5. Concl. Populo præparato accedit ur ad mysterium, quod offertur vt sacrificium, consecratur, & sumitur vt sacramentum. In oblatione, duo aguntur, laus populi in cantu offertorij, & oratio sacerdotis petentis, vt oblatio sit accepta. Circa consecrationem, quæ supernaturali vi fit primo excitatur populus ad deuotionem in præfatione: qua finita, laudat Christi diuinitatem cum Angelis, & humanitatem cum pueris. Deinde sacerdos commemorat, 1. Eos pro quibus offertur. 2. Sanctos, quorum patrocinia implorat. 3. Petit onem concludit Accedit postea ad consecrationem.

6. Concl. Et 1 Petit consecrationis effectum. 2. eam peragit 3. excusat præsumptionem, per obedientiam ad mandatum Christi. 4. petit, vt sacrificium peractum, sit Deo gratum. 5. petit huius sacrificij & sacramenti effectum. quantum ad sumentes, ad mortuos, & ad ipsos sacerdotes offerentes. Agitur postea de perceptione sacramenti. Primum præparatur populus per orationem communem, postea per priuatam, & per pacem, qua est sacramentum pacis, & vnionis, quæ omittitur in missis defunctorum. Sequitur præceptio, prius sacerdos percipit, cum dat alijs. Vltimo tota celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro sumptione mysterij, quod significat cantus post communionem.

†7. Concl. Licet hoc sacramentum consecretur verbis Christi: alia tamen adduntur ad præparationem, vt est dictum.

Quæ

8. Concl. Quæ dicuntur circa consecrationem huius sacramenti, quæ in Euangelio non habentur, vt quod oculos leuauerit, &cæt. habentur ex Apostolorum traditione.

9. Concl. Quia Eucharistia est sacramentum vnitatis ecclesiasticæ ideo potius in eo fit specialis mentio de omnibus pertinentibus ad salutem totius ecclesiæ, quam in alijs, licet alia etiam pertineant ad salutem.

10. Concl. In baptismo fit instructio nouitet imbuendis: in hoc vero instruuntur qui communicant huic mysterio, à qua tamen instructione non repelluntur catechumini. *De consecrat. distinct. 1. can. Episcopus.*

11. Concl. Etsi in omni sacramento requiratur deuotio, ad quam homines per laudes excitantur: in hoc tamen maior requiritur, & communior, cum hic contineatur totus Christus, qui pro toto populo offertur.

12. Concl. Non dicuntur omnia à sacerdote, qui est minister, sed quædam à choro, quia dicuntur multa pertinentia ad totam ecclesiam.

13. Concl. Quamuis virtute diuina hoc sacramentum perficiatur: non tamen frustra id petit sacerdos, qui speciat m orat, vt consecratio fiat fructuosa.

14. Concl. Præfertur hoc sacrificium omnibus antiquis sacrificijs ex se, sed quia illa fuerunt Deo acceptissima ex illorum deuotione, ideo petitur vt acceptetur sicut illa.

15. Concl. Quamuis Christi corpus non desinat hic esse per hoc mutationem: tamen non male petitur, vt perferatur per manus Angeli in sublimi altari, &cæt. quia non petitur, vt corpus perferatur, sed orationes: sublime altare, est ecclesia triumphans, vel Deus, per Angelum: id est, per Christum: vnde dicitur, *Missa est* quia sacerdos preces, vel hostiam ad Deum per Angelum mittit.

Art. 5. *Vtrum ea, quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.*

1. Concl. Quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, conuenienter aguntur.

1. Ex consuetudine ecclesiæ à Spiritu sancto instructa.

2. *Quæ in hoc sacramento fiunt, aut dicuntur, vel repræsentant Christi passionem, vel referuntur ad corporis mystici dissolutionem, vel ad tanti sacramenti reuerentiam & deuotionem. Ergo conuenienter adhibentur, quia in hoc sacramento fit memoria passionis, in vsum populi, in quo requiritur reuerentia & deuotio.*

†2. Concl. Ablutiones adhibentur, quia pretiosa non tractantur, nisi manibus ablutis: & emundatio extremitatum, significat ablutionem etiam a minimis. Neque seruantur ex vi veteris leg.s, nec eodem modo. *Dion.*

3. Concl. Etiam purificatione vtimur ex nouo præceptoecclesiæ: & ad reuerentiam, vt malo odores repellantur. & representat effectum gratiæ, qua sumus bonus odor, quo Christus plenus fuit.

4. Concl. 2. Cor. 2. Nec inconuenienter toties iterantur cruces quibus Christi passi exprimitur, quæ per quosdam gradus paracta fuit, vt per traditionem, vend tionem quæ Iudæ. &c. Itaque variæ cruces passionis circumstantias, & gradus repræsentant.

5. Concl. Post consecrationem adhibentur cruces, non ad consecrandum & benedicendum, sed ad commemorandam virtutem crucis, & modum passionis.

6. Concl. Genuflexiones variæ non frustra adhibentur: eleuatio brachiorum post consecrationem, significat extensionem Christi in cruce: leuat etiam sacerdos manus orando, ad designandum, eius orationem pro populo dirigi ad Deum. Inclinatio humilitatem Christi. &cæt.

7. Concl. Quinquies se vertit ad populum, ad significandum, quod quinquies post resurrectionem Christus se manifestauit, salutat etiam populum præter has quinque vices, bis non conuertendo se, ad designandam septiformem gratiam spiritus sancti, vt cum dicit, Dominus vobiscum, & Pax vobis.

8. Concl. Fractio hostiæ significat diuisionem corporis Christi factam in passione: distinctionem corporis mystici, & distributionem gratiarum ex passione procedentium.

9. Concl. Licet Christus acceperit quinque vulnera, non tamen frangitur in quinque partes, sed in tres, quæ mittitur in calicem significat Christum, Beatam virginem & alios beatos, si qui sunt cum corporibus in gloria. Comesta, eos qui adhuc ambulant super terram, qui sacramento vtuntur, & passionibus conteruntur: quæ in altari manent, corpora sanctorum, quę erunt in sepulchro vsque ad finem mundi, sed hic ritus modo non seruatur, vt vna pars seruetur vsque ad finem propter periculum: manet tamen eadem significatio partium. *De consec. d. 2. can. Triforme.*

10. Concl. Licet totum corpus seorsim consecretur, conuenienter tamen vna pars sanguinis miscetur: quia si calix passionem repræsentet, pars ista designat eos, qui adhuc sunt participes passionis Christi: si vitam beatam, quæ in hoc sacramento figuratur, significat beatos:

quæ

quæ pars non debet dari populo, insuppleri autem communionis, quia panem intinctum Christus non dedit Iudæ.

1. Concl. Vinum non consecratum post sumptionem consecrati sumitur, ne aliqua reliquiæ remaneant, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

12. Concl. Quamuis nihil agni paschalis remaneret, conuenienter tamen seruantur hostiæ consecratæ, quia est sacramentum quot die sumendum, & ita protinus firmis seruantur, & factis est quod illa sumantur, quibus sacerdos & populus communicant.

Capies partes de cor. b. inf.

Potest celebrari missa dicendo; Dominus vobiscum, & orare, etiam si solus ministet adsit, quia agit personam totius populi, ex cuius persona etiam pluraliter respondet. Atin missis solemnibus plures debent adesse.

13. Concl. De consec. d. 1. presbyter c. Trib. & hoc quoque.

Art. 6. Vtrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus statuta ecclesiæ obseruando,

Cunctis defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurri potest, si ecclesiæ statuta seruentur.

1 Concl.

Quia, & Deus non præcipit aliquid impossibile, ita nec ecclesia.

Quatuor modis potest occurri, vel præueniendo, ne accidant, vel si acciderint, emendando, vel remedium adhibendo, vel per pœnitentiam dolendo.

2. Concl.

Si mortale, vel infirmitate ante consecrationem timeatur sacerdos, non oportet vt alius suppleat: si capta vel peracta, alius expleat.

3. Concl.

Si post consecrationem inceptam meminerit, se bibisse, vel edisse, perficiat, & sumat. Si peccati recorderetur, pœniteat, cum proposito confitendi, similiter si recordetur se esse excommunicatum: si ante consecrationem aliquid horum recordetur, tutius erit desinere, nisi graue scandalum timeatur, maxime in solemnitatibus, & excommunicat omis.

4. Concl. vsque ad 5. Concl.

Si musca, vel aranea in calicem ceciderit, vel venenum ante consecrationem deprehendatur, effunditur vinum, & nouum mittitur post consecrationem animal educantur, lauetur, & comburatur, & lotio cum ceneribus in sacrarium mittantur: venenum vero non sumatur, sed in alio vasculo cum ceteris seruetur: vinum vna ponatur. & a consecratione tot guttis reuocet de sacrificium perficiatur.

Si ante consecrationem, aut postea, animaduertat vinum non esse in calice, vel esse aquam loco vini, apponat, & consecret, si post vini consecrationem, meminerit non infudisse aquam: pergat, quia non est de necessitate: sed puniatur is, cuius culpa defectus accidit. Vnde nullo modo debet apponi aqua vino ante consecrationem, ne qua parte fiat sacramenti corruptio. si post consecrationem animaduertat non esse vinum, sed aquam, si ei ante sumptionem eo poterit, ponat vinum, & resumat à verbis consecrationis: si ostium pronem, vtrumque hostiam simul cum sanguine consecret: & in fine vtcunque sumat, etiam si prius sumpserit aquam, quia præceptum de perfectione sacramenti maius est, quam de ieiunio.

6. Concl.

Si non recolat se dixisse aliqua eorum, quæ dicere debuit: non perturbetur, quia sæpe non recordamur eorum, quæ dicimus: si tamen colligat probabiliter se aliquid omisisse. si non fuit de necessitate, non est necesse resumere: si autem de necessitate, vt sunt formæ: resumat, vt est dictum de defectu materiæ.

7. Concl. Conc. Tolet. 7. c. 1. sect. 2

Fractio hostiæ, & quod vna pars eantum mittatur in calicem, non est de perfectione sacrificij: & ita si omittantur, non est opus iterare.

8. Concl.

Si aliquid sanguinis super tabulam ceciderit, lingua lambatur, & tabula radatur: si in terra, radatur: ignis ibi adhibeatur & cinis terræ tradatur sacerdoti. 30. 40. dieb. pœniteat. Si super altare stillauerit, sorbeat ille, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud sit la peruenerit 10. diebus, si ad tertium 9 diebus, si ad quartam. 20. diebus. Linteamina, tribus vicibus lauentur, calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. Possent etiam sumi ipsum à ministro. Aliqui etiam linteamina comburunt, & cinerem seruant. Si quis obliuiscatur vel vocabitatem Eucharistiam cuiuscunque 40 diebus pœniteat, si est laicus: clericus, monachus, diaconus, & presbyter 70. diebus. episcopus 90. infirmitatis causa. 7. Si quis non sumpserit sacramentum, & si quod amplius illi comedat. 30 diebus pœniteat: si quis partem perdiderit & non inuenerit, 30 Eam in pœnitentia dignus est is, cuius negligentia putrescit. Prædictis diebus pœnitens se ieiunare, & a communione abstinere. Pœnæ minui possunt pensatis conditionibus. Vbicunque autem species integræ inueniuntur, conseruentur, vel sumantur. Linquibus inuenitur combuarantur, & cineres in Sacraria ponantur.

9. Concl.

Quæstio 84. De sacramento pœnitentiæ.

Art. 1. Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

1. Concl.

MAnifestum est, quod pœnitentia, quæ in ecclesia agitur, est sacramentum.

1. Quod adhibetur ad tollendum peccatum est sacramentum, vt patet de baptismo. pœnitentia est talis, ergo & pœnitentiam age. &c.

1. q. 1. Cæmulis.

2. Vbi est aliqua res gesta, quæ significat aliquid, quod sancte est accipiendum, vt ait Greg. ibi est sacramentum. Sed ita se habet in pœnitentia; quia ex parte pœnitentis intercedunt verba, & facta, quæ ostendunt animam purgatam à peccato; ex parte sacerdotis, quæ agit, & dicit, significans opus Dei remittentis peccata. Ergo.

† 2. Concl.

In sacramentis, in quibus datur gratia excellens, quæ superat humanos actus, materia est quid corporale: vt in baptismo, confirmatione, &c. Quia effectus pendet solum à voluntate Christi: at in illis, in quibus effectus respondet actibus humanis, materia, sunt actus humani, vt in pœnitentia, & matrimonio, & ita nomine materiæ intelliguntur etiam actus sensibiles.

3. Concl.

In sacramentis, in quibus est materia corporalis, illa exhibetur a ministro; in quibus materia sunt actus humani, exhibetur per suscipientes intus mouente Deo, perficitur tamen a ministro.

4. Concl.

In hoc sacramento, sacramentum tantum sunt actus sensibiles: res, & sacramentum pœnitentia interiores tantũ, remissio peccati.

Art. 2. Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.

1. Concl.

Materia remota huius sacramenti sunt peccata, non acceptanda, sed detestanda, & destruenda.

1. Cor. 12.

Non egerunt, ait Paul pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, &c.

2. Concl.

Proxima vero materia sunt actus pœnitentis.

Quia sunt actus sensibiles, quibus homo dolet de peccatis; confitetur peccata, & satisfacit pro peccatis.

† 3. Concl.

Materia proxima sacramenti sanctificatur per verba, non autem materia remota.

4. Concl.

Vetus vita, non est obiectum pœnitentiæ ratione pœnæ, quam importat, sed ratione culpæ annexæ: & ita pœnalitates non sunt obiectum pœnitentiæ.

5. Concl.

Pœnitentia est de omni peccato, sed non eodem modo: de mortali est proprie: quia voluntate est commissum propria, & principaliter; quia ad hoc tollendum, est primo instituta: de veniali est proprie; quia est voluntarium, sed non principaliter; quia nõ est instituta contra hoc: de originali non est principaliter; quia tollitur per baptismum, nec proprie, nisi quatenus voluntas Adæ reputatur nostra. Potest autem de originali esse pœnitentia, si pœnitentia sumatur pro detestatione rei præteritæ.

Rom. 5.

Art. 3. Vtrum hæc sit forma huius sacramenti. Ego te absoluo.

1. Concl.

Hæc est conuenientissima forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

1. Vt Christus dixit, Te baptizãtes eos sic dixit; quodcunq; solueris. Ergo sicut dicimus, te baptizo, sic te absoluo.

2. Forma sacramenti debet significare id, quod agitur; quia sacramenta nostra legis efficiunt, & figurant, & hoc secundum proportionem ad materiam, vt patet in aliis sacramentis, in quibus materia consistit in vsu, vt in baptismo, & in Eucharistia, quæ consistit in consecratione materiæ. Hoc autem nec in vsu, nec in cõsecratione, sed in remotione materiæ consistit. Ergo forma debuit esse conueniens huic materiæ, qua perficitur à forma, quæ perfectio debuit esse a ministro, ex cuius parte se tenet forma, sicuti materia ex parte pœnitentis. Ista forma est talis: quia cum peccata ligent, conuenienter dicitur, Te absoluo, *quæ absolutio interiorem denotat absolutionem. Ergo.*

Matt. 16.

Prou. 5.

Alias absolutiones publice factas vt illa, *Misereatur vestri.* &c. non sunt sacramẽtales, nec efficiunt, sed sunt deprecatiuæ, vt res fiat; & ideo præmittuntur, ne impediatur effectus ex parte pœnitentis, cuius actus sunt materia.

† 2. Concl.

Cum Leo dicit ad indulgentiam opus esse supplicationibus sacerdotis, intelligo, quantum ad eam deprecationem, quæ præmittitur.

3. Concl. Et est 19.

Solus Deus per auctoritatem peccata remittit, & a peccato absoluit: sacerdos vtrumque instrumentaliter: vnde conuenienter dicitur, *Ego te absoluo*: vt explicetur auctoritas data. Matt. 16 Quodcunq; solueris. Appositio inuocationis Trinitatis, vel Christi, conuenienter fit: quia exprimitur prima causa absolutionis, & cum non sit à Christo expressa, dicere possumus, vel in nomine trinitatis, vel Christi.

4. Concl.

Ioan. 20.

Apostolis non est data potestas sanandi infirmos, sicuti absoluendi a peccatis: ideo sanantes vtebantur oratione deprecatiua, licet non semper.

5. Concl.

Art. 7. Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.

1. Concl. Conuenienter hoc sacramentum est institutum in noua lege.

1. Luc. 24. oportebat Christum resurgere, & prædicari in nomine eius pœnitentiam.

2. Illud sacramentum est conuenienter institutum in noua lege, cuius materia, forma, & effectus demonstrantur esse a Christo, & eius passione. Sed ista omnia Christus in noua lege instituit. Ergo: minor patet. Materia sunt actus pœnitentis, quæ materia, vt in alijs sacramentis, præexistit naturaliter, cum homines naturaliter peccatorum pœniteat, sed est instituta quantum ad modum pœnitendi, cum dictum est; agite pœnitentiam. Forma, quia perficit, pertinet ad materiam, quæ instituitur, Mat. 16 Tibi dabo claues, &c. Virtus sacramenti, quæ pendet a passione, manifestata est, Luc. 24. facta prius passionis mentione, *quam dictum est,* oportere prædicari pœnitentiam, &c. *Ex quibus patet hoc sacramentum esse conuenienter institutum.*

† 2. Conc. Licet dolere de peccato, doloremq; signis demonstrare, sit de iure naturæ: tamen quod est de iure naturæ, determinatum est a Deo, vt etiam in alijs sacramentis fieri, & in veteri, & noua lege, licet vario modo.

3. Concl. In veteri lege fuit determinata pœnitentia, quoad actum interni: *scindite corda vestra,* &c. quantum ad remedium externum aliquo modo in generali per oblationes, per quas aliqua ratione peccata confitebantur: sed nondum data erat potestas clauium, quæ habet virtutem à passione, cui se subijcerent.

Iohel. 2.

4 Concl. Lom. 5. Pœnitentia fuit instituta post baptismum. *Quia quando Ioan. 3. dixit* Nisi quis renatus, &c. *Fuit ante incarnationem. Ioan. quod dixit de pœnitentia. Mat. 4 fruit post: quod primum induxit ad pœnitentiam. Fruit, quia est necessaria aliqua pœnitentia ante baptismum.*

5. Concl. Christus non est vsus passiue hoc sacramento: quia non egebat; sicuti nec vsus est baptismo à se instituto, neque vsus est actiue, vt ostenderet suam virtutem in dimittendis peccatis. Sumpsit tamen Eucharistiam, & dedit ad demonstrandam excellentiam sacramenti: tum quia est memoria passionis, in qua est sacerdos, & hostia.

Art. 8. Vtrum pœnitentia debeat durare vsque ad finem vitæ.

1. Concl. Pœnitentia interior debet durare vsque ad finem vitæ.

1. Ex Aug. Vbi dolor sanatur, desinit pœnitentia, quæ sanatur, quid decruciquetur de cetero?

2. Quia semper debet displicere homini peccasse, quod si quando placeret, hoc ipso peccaret: sanctis vero post hanc vitam displicent peccata sine dolore.

Vera pœnitentia non solum remouet peccata, sed etiam præseruat: ideo sublato peccato adhuc debet perseuerare.

† 2. Concl.

3 Concl. Non est necesse, vt pœnitentia exterior per signa doloris, & pœnitentiæ sacramentum, duret ad finem vitæ, sed secundum mensuram peccati ad finem; secundum confessio, & satisfactio semel facta est incipientium, & resurgentium à peccato: sed interior est etiam perfectorum.

4 Concl. Olim præfigebantur tempora, quantum ad actionem exterioris pœnitentiæ, &c.

Art. 9. Vtrum pœnitentia possit esse continua.

1. Concl. Pœnitentia secundum habitum, id est, secundum propositum de non peccando, aut faciendo aliquid contra pœnitentiam potest, & debet esse continua.

Lib. de Vera & Falsa pœnit. c. 13.

Dolor in pœnitentia continue custodiatur, aut Aug.

2 Concl. Pœnitentia secundum actum, impossibile est, vt sit continua: quia interpellatur saltem somno, & alijs quæ ad necessitatem corporis pertinent.

† 3. Concl. Ploratus, & lacrymæ debent cessare ad petram remissionem culpæ, & pœnæ: non tamen excluditur continuitas supra dicta.

4. Concl. Gaudium, & dolor, vt sunt passiones sensitiuæ, non possunt esse simul de eodem, & in eodem, quia sunt contrariæ ex parte obiecti, vel saltem ex parte subiecti, id est cordis, in quo fiunt diuersi motus dilatationis, & restrictionis: at respectu voluntatis de diuersis, vel secundum diuersa possunt esse simul: quia non sunt contraria. Vnde Aug. *semper doleat, & de dolore gaudeat.*

5. Concl. Tristitia quæ est in appetitu sensitiuo consequitur ex displicentia voluntatis, & cum sit quædam passio, moderanda est: quia alias esset vitiosa; & virtus moderatur, & inuenit medium in passionibus, non tamen totaliter est remouenda.

Art. 10. Vtrum sacramentum pœnitentiæ debeat iterari.

1 Concl. Manifestum est, quod pœnitentia est pluries iterabilis.

Luc. 6. Matth. 18.

1. *Homo in scriptura inducitur ad misericordiã, exemplo misericordiæ diuinæ. Ergo Deus misereturpeccatoris: confirmatur, quia Deus nos docet orare, Dimitte nobis, &c.*

2 *Caritas potest amitti. Ergo debet dari remedium, saltem semel contra Nouat.*

Psal. 50.

3 *Quia non est peccatum tam magnum, quod misericordia diuina non superet contra alios, qui tantum semel admittebant.*

† 2. Concl.

Baptismus iterari non potest, quia est sacramentum natiuitatis, & semel homo nascitur, & sic intelligitur Paul. Heb. 6. cum ait, *illuminatos, id est baptizatos non posse renouari ad pœnitentiam*, scilicet per baptismum, qui est lauacrum renouationis.

3. Concl. lib. 2. de pœn. c. 10.

Ambr. intellig tur de pœn. solemni, quæ in ecclesia non iteratur.

4 Concl.

Licet non legatur, Christum eundem sæpius miraculosè sanasse: tamen plures ab eodem languore sanauit, ne quis desperet de peccato: & ideo se medicum vocauit.

5. Concl

Peccatum posterius non tollit veritatem prioris pœnitentiæ, cuius est peccata deflere. & flenda non committere: scil dum fit actu, vel proposito: vnde licet quis postea pecces, adhuc prima fuit vera.

6. Concl.

Non est par ratio de baptismo, & pœnitentia: quia illo nascimur, hac sanamur, licet vtrunque fiat passione Christi.

7. Concl. Aug. lib. de vera & fal. pœn. c. 3.

Etsi facilitas veniæ lenocentium peccatis tamen constat Deo multum displicere peccata, qui semper præsto est ea destruere, ne soluatur quod creauit, & corrumpatur, quod amat, scilicet per desperationem.

Quæstio 85. De sacramento pœnitentiæ secundum quod est virtus.

Art. 1. Vtrum pœnitentia sit virtus.

1. Concl. 2. Eth. c. 7.

PEnitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis.

2. Eth. c. 2

1. *Præcepta dantur de actibus virtutis, vt ait Aristot. sed de pœnitentia est præceptum, Matth. 4. pœnitentiam agite. Ergo.*

Comel.

2. *Debet voluntarius de aliquo à se facto, si est ab homine recto, necessario esse actus virtutis, ex Aristot. sed ad rationem recti pertinet, vt quis doleat de eo, de quo est dolendum, quod quidem fit in pœnitentia, de qua loquimur. Ergo.*

3. Concl.

Pœnitentia proprie dicta dolorem in parte sentiua, non est virtus sed passio.

Pœnitentiæ tamen actum est etiam virtus, quod non continetur alijs sacramentis: quia in hoc sacramento actus humani sunt materia.

4. Concl.

Verecundia est de turpi facto præsenti, pro quo quis timet confundi, & hoc est contra rationem virtutis, & pœnitentia est de præterito, de quo dolendum est, vt qui sex vitioso hat studiosus.

5. Concl.

Non est pœnitentia de præterito, quasi vel e non esse factum, sed est de præterito, vt resecet sequelam eius, scilicet offensam Dei, & reatum.

Art. 2. Vtrum pœnitentia sit specialis virtus.

1. Concl.

Necesse est ponere, quod pœnitentia est specialis virtus.

1. *Quia de ea datur speciale præceptum.*

† 2. Concl.

2. *Vbi est specialis actus, & speciale obiectum, ibi est specialis habitus. Sed in pœnitentia reperitur specialis actus Laudabilis, quia operari ad detestationem peccati; quatenus est offensa Dei, non est alterius virtutis. Ergo.*

Acharitate est aliquis actus, vel elicitiue, vel imperatiue: displicentia peccati præteriti est a charitate primo modo, ac intrinseco operans ad detestationem peccati præteriti requirit specialem virtutem sub charitate.

3 Concl.

Pœnitentia habet generalem materiam, scil omnia peccata, sed tamen sub speciali ratione scilicet quatenus sunt emendabilia per actum hominis cooperantis Deo.

4. Concl.

Omnis virtus specialis expellit formaliter oppositum habitum, sed pœnitentia expellit omne peccatum effectiue, vt cooperetur Deo ad destructionem peccati.

Art. 3. Vtrum virtus pœnitentiæ sit species iustitiæ.

1. Concl lib de vera & fa sa pœn. c. 8. Lib. 2. de anim.

Pœnitentia secundum quod est virtus, est pars iustitiæ.

1. *Ex Aug. pœnitentia est doloris vindicta. Sed vindictam facere pertinet ad iustitiam, vt docet Cicero. Ergo.*

2. *Pœnitentia non solum est dolor de peccato quia talis est caritatis; sed etiam intendit proprie, esse emendatiuum: quæ non datur sola cessationem a peccato, sed recompensationem. & retributionem quæ pertinent ad iustitiam, quia tam recompensatio, quæ est ex parte offendentis, quam retributio, quæ est ex parte offensi, sunt commutationes quædam. Ergo.*

† 2. Concl.

In pœnitentia non consideratur iustum simpliciter, seu politicum, sed iustum secundum quid, quale est inter seruum, & dominum. & inter filium, & patrem. & vxorem, & mari-

tum,

tum, Luc 15. Hier. 3. Ideo potest esse quædam æqualitas in pœnitentia.

†3. Conc. Deus in pœnitentia non est materia, sed persona, ad quam est iustitia, sed actus sunt materia: vnde non est virtus Theologica.

4. Concl. In quibusdam propter excellentiam alterius non potest esse perfecta æqualitas: & tunc, qui deficit, vt filius respectu patris debet facere quod potest, & secundum hoc pœnitentia dicitur consistere in quodam excessu, verum id non est sufficiens, nisi ex acceptione.

5. Concl. Vt est commutatio quædam in beneficijs, ita in offensis, cum quis, vel inuitus punitur, quod pertinet ad vindicatiuam, vel voluntarie recompensat, quod pertinet ad pœnitentiam, quæ respicit personam peccatoris, vti vindicatiua personam iudicis: vnde vtraque est sub iustitia commutatiua.

6. Concl. Quamuis pœnitentia sit species iustitiæ: tamen quodam modo comprehendit ea, quæ pertinent ad omnes virtutes, vt fidei prudentiæ, &c.

Art. 4. Vtrum voluntas sit proprie subiectum pœnitentiæ.

1. Concl. Pœnitentia secundum quod est virtus, est in voluntate, vt in subiecto,

1. Pœnitentia est quoddam sacrificium, psal. 50. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus. Sed hoc est in voluntate. Psal. 53. voluntarie sacrificabo tibi,

2. Pœnitentia virtus est species iustitiæ. Sed hoc est in voluntate, quia habet pro subiecto appetitum rationis.

2. Concl. Actus proprius pœnitentiæ est propositum emendandi id, quod contra Deum est commissum.

†3. Concl. Pœnitentia, vt est passio, est in appetitu concupiscibili.

Quia hoc modo est species tristitiæ.

4. Concl. Vindictam appetere de alio ex passione, est appetitus irascibilis, de se vero, vel de alio, ex ratione, est voluntatis.

5. Concl. Pœnitentia non est in memoria, cum non sit cognoscitiua, supponit tamen memoriam.

6. Concl. Pœnitentia, cum sit in voluntate, quæ mouet omnes alias potentias, potest aliquid operari in omnibus potentijs, & excludere peccatum ab omnibus.

Artic. 5. Vtrum principium pœnitentiæ sit ex timori.

1. Concl. Pœnitentia, quantum ad habitum, immediate infunditur à Deo, sine nobis principij alterius operantibus, non tamen sine nobis dispositiue cuius operantibus præ alijs actus.

2. Concl. Actus, quib. cum Deo cooperamur, sunt tres. 1. Operatio Dei præuenientis: *conuerte nos, & conuertemur*, 2. Motus fidei. 3. Motus timoris seruilis ob pœnas. 4. Motus spei, quo speratur venia

Thren. vlt. 5. Motus charitatis, quo peccatum displicet propter se. 6. Motus timoris filialis, quo quis propter reuerentiam Dei emendam se offert.

3. Concl. Actus pœnitentiæ à timore seruili procedit, sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato, quia primus non est noster, secundus est ab intellectu. Vnde. Isa. 26 à timore tuo domine concepimus, ergo pœnitentia procedit à tali timore.

4. Concl. Pœnitentia oritur à timore filiali, vt ab immediato, & primo principio.

†5. Concl. Peccatum maxime peccatori incipit displicere ob pœnam, quam respicit timor seruilis, non ob Dei offensam, quam respicit caritas.

6. Concl. In acquirendo regno cælorum, non solum spectatur, qui præmiat, sed etiam, qui punit: Matth. 3. *Quis demonstrauit vobis fugere, &c.*

7. Concl. Etiam actus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor, Deut. 5. *Quis det nos talem habere mentem, &c.*

Art. 6. Vtrum pœnitentia sit prima virtutum.

1. Concl. Ordo in virtutibus attenditur secundum naturam, non secundum tempus.

Quia cum sint omnes connexæ, sunt simul tempore,

Ordo naturæ desumendus est ex actibus.

2. Concl. *Quod scilicet actus vnius supponat actum alterius.*

3. Concl. Actus fidei, spei in formis, & actus timoris seruilis, etiam tempore præcedunt actum, & habitum pœnitentiæ.

4. Concl. Actus & habitus caritatis, & pœnitentiæ, & cum habitibus aliarum virtutum, sunt simul tempore.

Quoniam in iustificatione est simul motus liberi arbitrij in Deum per caritatem; & liberi arbitrij, in peccatum per pœnitentiam.

5. Concl. Inter hos duos actus, primus præcedit secundum.

Quia ille est causa & ratio motus in peccatum, quia motus in peccatum est ex auersione Dei.

6. Concl. Pœnitentia non est prima virtutum, nec naturæ.

Quia theologica præcedunt.

2 Quia etiam actus morales videntur esse priores, quatenus quod est per se, est prius eo, quod est per accidens, sed pœnitentia est ex suppositione. Sequitur posito peccatore alias virtutes per se requiruntur ad bonum hominis. Ergo.

7 Concl. Pœnitentia quantum ad actum, qui prior occurrit in iustificatione, est prior tempore omnibus aliis, quo modo intelligitur Glos.

8. Concl. In successiuis, prius est tempore recedere à termino, quam accedere ad terminum: similiter ex parte subiecti, & causę materialis; sed secundum causam agentem, & finalem contra: quia finis est prior in intentione; & hic ordo præcipue attenditur in actibus animæ.

9. Concl. Simul tempore est motus in peccatum, est remissio culpæ, & infusio gratiæ & virtutum; pœnitentia autem dicitur à aperire aditum virtutibus, quatenus expellit peccatum per virtutem fidei, spei & caritatis, quæ sunt naturaliter priores, ista tamen aperit vt simul intrent.

Quæstio. 86. De pœnitentia, quoad peccatorum mortalium remissionem.

Artic. 1. Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur

1. Concl. DVobus modis potest contingere, quod aliquod peccatum per pœnitẽtiam tolli non possit: vel quia aliquis de eo non dolore, vel quia pœnitentia illud delere non possit.

2. Concl. Primo modo peccata dæmonum & hominum damnatorum deleri non possunt.

Quia affectus eorum sunt confirmati in malo ita vt eos non possit displicere peccatum in quantum est culpa, sed solum eos displicet pœna quam patiuntur. Vnde agunt pœnitentiam infructuosam. Sap. 5. pœnitentiam agentes

3. Concl. Dicere quod sit aliquod peccatum hominis viatoris in hac vita, de quo quis pœnitere nõ possit, est erroneum.

1. Per hoc tolleretur libertas arbitrij.

2. Derogaretur virtuti gratiæ, per quam mouetur possit cor ad pœnitentiam, quia cor est in manu Dei & quocunque voluerit vertit illud.

4. Concl. Cap. 7. Quod secundo modo non possit per vitam per veram pœnitẽtiam aliquod peccatum remitti, etiam erroneum.

Quia repugnat misericordiæ diuinæ: iuxta illud Ioel. benignus, & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ; & pœnitabilis super malitia, clarius enim videretur quodammodo Deus ab homine velle peccatum deleri, quod Deus deleri non vellet.

2. Ioan. 2. cap. 1. *2. Hoc Derogat virtuti passionis Christi, per quã pœnitentia operatur, vt alia sacramenta, cum de ea (ex qua) tantum sit satisfecisse pro peccatis totius mundi. Hoc facit etiam illud Ezech. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius*

Esau, & Antiochum non vere pœnituit; nam ille dixit occidam fratrem: hic ob temporalem infirmitatem doluit.

Hebr. 12. 2 Mac. 9. 5. Concl. Peccata quædam dicuntur irremissibilia id est non facile remittuntur: quomodo intelligitur auctoritas August. in secundo arg. & scripturæ in tertio.

6. Concl. Lib. 1 de ser. Dom. Matt. 12.

Art. 2. Vtrum sine pœnitentia peccatum remitti possit.

1. Concl. Impossibile est peccatum actuale mortale posse remitti sine pœnitentia virtute.

1. Ierem. 18. Si pœnitentiam egerit; sic ego agam. Ergo à contrario sensu si homo non agat, nec Deus

2. Peccatum est offensa Dei. Ergo eo modo pœnitentia remittit peccatum, quo offensam quæ opponitur gratiæ; ideo enim dicitur quis alteri offensus, quia est exclusus ab eius gratia: gratia autem Dei differt à gratia hominis quia illa efficit in homine grato bonitatem, hæc illam supponit; vnde homo potest reconciliari sine mutatione voluntatis per pœnitentiam, qua homo conuertatur in Deum; quia conuersio, & detestatio, & propositum emendæ pertinent ad pœnitentiam virtutem. Ergo.

2 Concl. Ioan. 8. Luc. 7. Sine sacramento pœnitentiæ potest remitti peccatum a Deo.

Quia Christus sic remisit mulieri adulteræ & peccatrici.

3. Concl. Non tamen dimittit sine virtute pœnitentiæ, vt ait Greg.

† 4. Concl Hom. 35. in euang. In pueris non est, nisi habitualis deordinatio; & ita in illis potest peccatum remitti per habitualem immutationem, per infusionem gratiæ, & virtutum: & in adulto etiam in baptismo requiritur actualis mutatio voluntatis secundum procedit de pœnitentia, vt est sacramentum.

5. Concl. Misericordia Dei est maior, quã misericordia hominis in hoc, quod mutat voluntatem ad pœnitentiam, quod non facit misericordia hominis.

Art. 3. Vtrum possit per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti.

1. Concl. lib. de vera & falsa pœn. c. 6. Impossibile est per pœnitentiam vnum peccatum remitti sine alio.

1. Ex Aug. qui ait nunquam nos nisi de omnibus sanari.

2. Peccatum remittitur per gratiam. Sed quod libet peccatum mortale repugnat gratiæ. Ergo.

3. Peccatum non potest tolli sine pœnitentia, ad quam pertinet dolere de peccato, vt est offensa

Dei

Dei, quod est commune omni peccato. Ergo tenet consequentia, quia vbi est eadem ratio; debet esse idem effectus.

4. Hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfectæ sunt opera.

Deut. 32.

† 2. Concl. Aug. loc. cit. Hom. 10. in Ezech.

Potest quis, ex auxilio diuino deserere vnum peccatum quoad actum, manentibus alijs, sed non quoad culpam. & sic est accipiendus Greg.

3. Concl.

Fides sumitur quandoque pro conscientia, quæ si non sit de aliquo peccato, illud tollitur per pœnas, quas quis patitur: sic intelligendus est Ambr.

4. Concl. Iuxta fol. 118. Ser. 18.

Licet peccato non sint connexa quantum ad conuersionem, sunt tamen quantum ad auersionem ex cuius parte sumitur offensa, quæ est peccato tollenda.

5. Concl.

Debita exteriora non contrariantur amicitiæ, vt interiora: vnde esset ridiculum petere remissionem vnius offensæ & non omnium.

6. Concl. Rom. 6.

Dilectio naturalis qua Deus diligit nos non ordinat ad gloriam, vt dilectio gratiæ, qua remittitur peccatum mortale: ideo cum dilectione naturali potest esse peccatum mortale.

Art. 4. Vtrum remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ.

1. Concl.

In peccato considerantur duo scil. auersio à Deo, quæ est veluti forma, & conuersio ad creaturam, quæ est veluti peccati materia

2. Concl.

Ex parte auersionis peccatum mortale consequitur reatum pœnæ æternæ.

Quia conueniens est, vt qui contra æternum bonum peccauit, æterna puniatur pœna.

3. Concl.

Ex parte conuersionis inordinatæ consequitur peccatum mortale, reatus alicuius pœnæ.

Quoniam in ordinatio culpæ non reducitur ad iustitiam, nisi per pœnam. Apoc. 18. quantum glorificauit se, & luxuriosum est enim vt quis plus sua voluntati indulsit, quam debuit, aliquid contra voluntatem patiatur.

4. Concl.

Conuersioni ad creaturam, ex se, non debetur pœna.

Quia obiectum est finitum, Ergo. Vnde si mortale esset sine auersione, vt accidit in peccato veniali, ex deberetur pœna temporalis.

5. Concl. Cap. 12.

Per pœnitentiam, vna cum culpa, remittitur reatus æternus, & potest remanere reatus temporalis pœnæ.

Patet ex 2. Reg. vbi habetur. Dauidi fuisse remissam culpam, remanente pœna.

6. Concl.

Remoto formali peccati scil. auersione per pœnitentiam, potest remanere materiale, id est inordinata conuersio, & consequenter eius pœna.

Remissio culpæ, & reatus pœnæ æternæ pertinent ad gratiam operantem, remissio vero reatus pœnæ temporalis ad gratiam cooperantem: quatenus homo per Dei auxilium patienter pœnas tolerat: vnde primum est à gratia sola. alterum etiam à libero arbitrio, ideo possunt separati: vnde sublato vno, non necessario tollitur alterum.

7. Concl.

In baptismo homo totaliter participat passionem Christi, ideo liberatur ab omni pœna at in pœnitentia participat etiam secundum actus suos, qui sunt materia pœnitentiæ, quod si non sint completi: non omnino absoluitur.

8. Concl.

Art. 5. Vtrum remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati.

Nihil prohibet, quia remissa culpa remoueant dispositiones ex præcedentibus actibus causatæ, quæ peccati reliquiæ dicuntur.

1. Concl.

1. *Marc. 8. Christum restituit visum cæco, qui primo videbat veluti arbores ambulantes, tum perfecte omnia: quia illuminatio significat liberationem peccatoris.*

2. Remota auersione, remanet conuersio, quæ dispositionem, vel habitum causat in anima. Ergo remissa culpa potest remanere ista dispositio.

2. Concl.

Remissa culpa reliquiæ remanent debilitatæ, & diminutæ, ita vt homini non dominentur: & hoc magis per modum dispositionum, quã per modum habituum: vt etiam remanet fomes post baptismum.

† 3. Concl.

Deus perfecte curat, sed quandoque subito, quandoque successiue: vt patet in exemplo illius cæci.

4. Concl.

Peccatum quandoque debilem dispositionem, quandoque fortem per multos actus induxit eosdem etiam modo pœnitentia eam remouet.

5. Concl.

Homo vno actu humano non tollit omnes reliquias, sed pluribus: quod tamen diuina gratia vno, vel pluribus actibus efficacius præstat.

Art. 6. Vtrum remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ.

1. Concl.

Remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, secundum, quod est virtus.

Nam actus humani, ex parte peccatoris causati à pœnitentia, sunt materia sacramenti pœnitentiæ. Sed etiam materia concurrit ad tollendam culpam, vt patet in baptismo, in quo ablutio vnita formæ agit. Ergo.

2. Concl.

Remissio culpæ principalius est effectus pœnitentiæ, vt est sacramentum.

1. Ad effectum magis concurrit forma sacramenti,

quam

Peccata venialia non remittuntur, sine aliquo actu pœnitentiæ explicito, vel implicito: possunt tamen remitti sine sacramento pœnitentiæ, in quo gratia infunditur, sed non in quolibet actu virtutis.

5. Concl. Vt in corpore macula potest esse, vel per priuationem eius, quod requirit decorē, vel eius, quod additum impedit decorem: ita in anima: primum fit per peccatum mortale, secundum per veniale, ad primum tollendum requiritur gratia, ad secundum actus gratiæ.

Art. 5. Vtrum venialia peccata remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, &c. huiusmodi.

1. Concl. Ad remissionem venialis, vt est dictum, nō est opus noua infusione gratiæ, sed sufficit aliquis actus ex gratia procedens, quo homo detestetur tale peccatum, vel explicite, vel implicite, vt cum quis feruenter fertur in Deum.

2. Concl. Triplici ratione aliquid causat remissionē venialis: vel quia per illud infunditur gratia: & sic Eucharistia, extrema vnctio, & omnia sacramenta: vel quia ei est annexus motus detestationis peccati, & sic confessio generalis, tunsio, & oratio dominica: vel prout intercedit motus reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas & sic benedictio episcopalis, & aqua benedicta, & quælibet sacramentalis vnctio, oratio in ecclesia dedicata, & id genus alia remittunt venialia. Vnde Aug. *pro leuibus peccatis pectora tundimus, & dicimus, Dimitte nobis* &c. & eadem est ratio de alijs.

lib. de medic. pœn.

† 3. Concl. Omnia ista causant remissionem venialiū, prout inclinant animam ad motum pœnitentiæ, qui est detestatio actualis, vel virtualis peccati.

4. Concl. Omnia ista ex se operantur ad remissionem omnium peccatorum venialium, sed potest impediri, quantum ad aliqua, quibus mens actualiter inhæret.

5. Concl. Prædicta tollunt peccata venialia quoad culpam, tum virtute alicuius satisfactionis, tum propter motum caritatis per prædicta excitatum: non semper tamen totus tollitur reatus, sed secundum modum feruoris.

Art. 4. Vtrum veniale peccatum possit remitti sine mortali.

1. Concl. Ei qui est in peccato mortali, nullum peccatum veniale remittitur.

1. Mat. 5. Non exibis ex carcere scil. peccati, donec reddas nouissimum quadrantem, id est peccatum veniale. Ergo non sine mortali.

2. Quælibet remissio sit per virtutem gratiæ, ex Paulo. Sed qui est in peccato mortali caret gratia. Ergo.

† 2. Concl. Rom. 4. Ioan. 8. Cum Glosa ait, olim peccata venialia remissa fuisse per cæremonias, intelligitur de immunditijs, & irregularitatibus illius legis.

3. Concl. Ad remissionem venialium, licet non requiratur infusio gratiæ; tamen requiritur eius motus, qui non est in peccatore.

4. Concl. Peccatum veniale non excludit omnem actum gratiæ, per quem possunt omnia peccata venialia dimitti; sed mortale tollit totum habitum caritatis, sine quo nullum peccatum tollitur.

Quæstio 88. De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.

Art. 1. Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum.

1. Concl. SVppositio in peccato mortali esse duo, scilicet auersionem à Deo, & conuersionem ad bonum, ex parte conuersionis, peccatum mortale sequens nō facit redire peccata mortalia prius abolita.

Quia alias contrarium posset facere redire contrarium: prodigalitas enim reduceret habitum, vel dispositionem auaritiæ, quod est impossibile.

2. Concl. Ex parte auersionis, per peccatum sequens redit id, quod erat in peccatis remissis, scilicet priuato gratiæ, & reatus mortis æternæ, iuxta illud. Qui offendit in vno, factus est omnium reus: quoniam vero cum auersiones considerantur in ordine ad conuersiones ab ipsis quodammodo causentur, variantur etiam auersiones: sita vt sit alia, & alia auersio, & macula, & reatus prout consurgit ex alio & alio actu: & hoc modo quæritur, an macula, & reatus redeant prout causabantur ex actibus peccatorum dimissorum.

3. Concl. Macula, & reatus præcedentium peccatorum, prout ab illis procedebant, non redeunt.

Rom. 3. *Quoniam opus Dei ex Paulo per opus hominis non potest irritari. Sed remissio est opus Dei. Ergo.*

4. Concl. Falsum est peccata remitti solum secundum præsentem iustitiam, & non secundum præscientiam Dei, scilicet quod Deus præsciuerit, se hęc peccata puniturum, si rursus peccatur.

1. Quia si causa absolute ponitur, ponitur etiam effectus absolute.

2. Quia remissio esset conditionata, & sic sacramenta non essent sufficiens causa remissionis, quod est erroneum.

3. *Dona Dei ex Paulo sunt sine pœnitentia. Sed peccata sunt dimissa per donum Dei. Ergo quod Deus semel dimisit, non punit.*

4 *Ex Aug. lib. respon. Prosperi.*

5. Concl. Contingit vt sequens peccatum virtualiter contineat reatum prioris peccati, prout quis secundo peccans, videtur grauius peccare, quam prius: iuxta illud: *secundum duritiam tuam, & cor tuum impœnitens thesaurizas tibi iram, &c.* ex eo, quod contemnitur Dei bonitas, quæ ad pœnitentiam expectat: & multo magis contemnitur, quo maius fuit beneficium peccatum remittere quam sustinere.

6. Concl. Per peccatum sequens pœnitentiam redit quo[dam]modo reatus peccatorum dimissorum non prout causabatur ex illis prius dimissis, sed prout causatur ex vltimo peccato, quod aggrauatur ex prioribus.

7. Concl. Hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed secundum quid, vt virtualiter in peccato sequenti continentur.

8. Concl. ex Aug. lib. 3. de bap. con. Auctoritates citatæ in primo, & secundo argumento sunt intelligendæ quoad reatum culpæ, & in communi & per reiterationem actus.

Concl. a Donat. c. 12. edam 9. Concl. nc. 2. 58 zech. 18 Instituæ priores inter quas est pœnitentia per peccatum sequens, obliuioni traduntur, vt meritoriæ vitæ æternæ, non vt impeditiuæ peccati.

Gratia tollit maculam, & reatum, & tegit actus peccatorum præteritos, ne propter eos Deus priuet gratia, & regnum habeat vitæ æternæ.

Art. 2. *Vtrum peccata dimissa redeant per ingratitudinem, qua specialiter est secundum odium fraternum, apostasiam à fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita.*

1. Concl. Per quodcunque peccatum redeunt peccata dimissa ratione ingratitudinis: quomodo in quocunque peccato virtualiter continetur ingratitudo.

Quia quodlibet peccatum est contra Dei beneficium.

2. Concl. Spirituali quadam ratione ingratitudo propter quatuor peccata facit redire peccata prius dimissa, quia ingratus non modo agit contra beneficium, vt hic in alijs etiam peccatis, sed etiam contra formam beneficij, quæ, si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorum, contra quod facit, qui fratri petenti etiam non dimittit: vt ait Greg. vel ex parte pœnitentis, & hoc, vel per motum liberi arbitrij in Deum, vt qui apostata fide, vel per motum in peccatum, cuius primus actus est detestari peccata præterita, vt qui dolet, se pœnitere: secundus vero, vt subiciat se claui-bus quomodo est ingratus, qui non confitetur. Greg. lib 4. dial. c. 60.

His peccatis hoc tribuitur, non quod sint alijs grauiora, sed quia directius opponuntur beneficio remissionis. † 3. Concl.

Modo dicto non solum redeunt peccata mortis sed etiam venialia, & orig. quoad contemptum: sed per peccatum veniale nemo incurrit ingratitudinem: quia non est contra Deum. 4. Concl.

Innocentia ratione beneficij est maius donum, quam pœnitentia: sed ex parte recipientis, qui est indignus, est maius beneficium remissionis, vnde etiam maior ingratitudo ex hac parte. 5. Concl.

Art. 3. *Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum*

1. Concl. Non est necesse, vt reatus peccati sequentis sit æqualis reatui peccatorum dimissorum.

1. Deut 25. pro mensura peccati erit & plagarum modus, ex quo patet, quod ex parvo peccato non consurgit magnus reatus. Sed quandoque sequens est minus Ergo.

2. Reatus antecedens non redit quatenus sequebatur ex peccatis dimissis, vt est dictum, sed vt sequitur sequens peccatum, Ergo.

2. Concl. Oportet, vt quantitas reatus redeuntis sit secundum quantitatem peccati subsequentis.

3. Concl. Potest contingere, vt grauitas peccati subsequentis adæquatur grauitati omnium peccatorum præcedentium, sed non semper, siue loquamur de grauitate quam habet ex spe peccati, siue de ea, quam habet ex ingratitudine annexa habet.

Non enim oportet vt ingratitudinis quantitas sit æqualis quantitati beneficij susceptis, cuius quantitas attenditur ex quantitate peccatorum prius dimissorum, quia contra idem beneficium vnus est multum ingratus, vel ex grauitate culpæ contra benefactorem commissæ, vel quia magis contemnit beneficium.

4. Concl. Proportionaliter quantitas ingratitudinis adæquatur quantitati beneficij: supposito, enim æquali contemptu, & offensa, tanto grauior erit ingratitudo, quo beneficium fuit maius.

5. Concl. Non est necesse vt propter ingratitudinem

semper

semper propter peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum sed quod proportionaliter, quãto peccata dimissa fuerunt plura, & maiora tanto rederat maior reatus per qualicunque sequens mortale peccatum.

† 6. Concl. Beneficium remissionis recipit quantitatẽ absolutam a quantitate peccatorum dimissorum, non autem ingratitudo à quantitate beneficij. sed secundum quantitatem secundum contemptum, vel offensam.

7. Concl. Manumissus non restituitur omnino ob peccatum in pristinã seruitutẽ, pro qualicunque ingratitudine, sed pro aliqua graui.

8. Concl. Quantitas grauitatis peccatorum dimissorum redit in vniuersum debitum prout proportionaliter reperitur in ingratitudine sequenti, non autem absolute.

Art 4. Vtrum ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum.

1. Concl. Ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum.

Nam vnum peccatum, ex Arist. recipiat speciem ab intentione peccantis si peccator in contemptum Dei, & suscepti beneficij peccet peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis & hoc probant duæ priores rationes scil. esse ingratitudinem esse quandam speciem peccati quia contrariatur iustitiæ, & gratiæ dicit quæ sunt speciales virtutes.

2. Concl. Ingratitudo peccantis non est speciale peccatum, sed circunstantia generaliter sequens omne peccatum mortale, quod contra committitur;

1. *Quod sequitur omnia peccata non est speciale peccatum sed per quodcunq; peccatum mortale aliquis fit ingratus Deo. Ergo.*

2. *Quia si aliquis intenderet peccatum, non vt Deum, aut beneficium acceptum contemneret, peccatum non traheretur ad speciem ingratitudinis. Vnde Aug. ait, non omne peccatum esse ex contemptu, licet in omni peccato Deus contemnatur; & hoc probat tertia ratio quia non habet specialem effectum, cum faciat redire aliquo modo peccata prius dimissa.*

Quæstio 89. De virtutum recuperatione per pœnitentiam.

Art. 1. Vtrum per pœnitentiam virtutes restituantur.

1. Concl. PEr pœnitentiam omnes virtutes restituuntur.

1. *Luc. 15. Filio restituitur stola prima, i. e amicitia sapientiæ, quam omnes virtutes sequuntur, ex Amb.*

2. *Per pœnitentiam vere remittuntur peccata, quæ non remittuntur, nisi per gratiam. Ad gratiam autem sequuntur omnes virtutes Ergo.*

† 2. C. Pœnitentia eo modo reducit virtutes, quo causat gratiam: quam causat, vt est sacramẽtum, non vt virtus.

Quia hoc modo est potius effectus, vt causantur ex alijs habitibus.

3. Concl. Actus humani se habent in pœnitentia; vt materia, sed virtus eiusdem effectiue causat gratiam, & virtutes: actus tamen primus pœnitentiæ, scilicet contritio se habet vt vltima dispositio ad gratiam; alij sequentes procedunt ex gratia & virtutibus.

4. Concl. Et quia propter actus præcedentes remanent reliquiæ, inde oritur difficultas ad operandum sed quantum est ex ipsa inclinatione caritatis & aliarum virtutum pœnitẽs delectabiliter operatur exemplũ est de virtuoso, qui ob somnum, vel aliud impedimentum cum difficultate primum operatur.

Art. 2. Vtrum post pœnitentiam resurgat homo in æquali virtute.

1. Concl. Secundum quod motus liberi arbitrij in pœnitentia est intensior, vel remissior, pœnitens surgit ad maiorem, vel minorem gratiã.

Nam motus liberi arbitrij, in quo complacendit actus pœnitentiæ est vltima dispositio ad gratiam. Sed forma intenditur, & remittitur secundum dispositionem subiecti. Ergo.

2. Concl. Pœnitens quandoque in minore, quandoque in maiori, quandoque in æquali gratia consurgit: *quia motus liberi arbitrij potest esse maior vel minor, vel æqualis &c.* Idem dicas de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur.

3. Concl. Non omnibus diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum & maxime casus; sed prædestinatis, qui finaliter resurgunt, & in diuturniori gratia: quia eo stabilior est homo, quo est cautior & humilior.

4. Concl. Pœnitentia de se est apta reducere ad maiorem gradum, sed defectus est ex parte hominis, qui remissius se disponit: vt etiam accidit in adultorum baptismo.

Rom. 5. 5. Concl. Illud, *vbi abundauit delictum superabundauit gratia*, intelligitur de gratia Christi, quæ superat omnia peccata: vel si de peccatore intelligas, sensus est, quod superabundat gratis maius beneficium confertur.

6. Concl. Licet qui cadit surgat ad gratiã incipientẽ, quę minor est proficiente, si sit vna & eadẽ: vt

dicitur in arg. sed contra: tamen in diuersis gratia incipiens potest esse maior, & sic soluitur argumentum, sed contra.

Art. 3. *Vtrum per pœnitentiã restituatur homo in pristinam dignitatem.*

1. Concl. Homo peccatum amittit dignitatem, vel quantum ad ecclesiam, vel quantum ad Deum apud quem dupliceꝫ dignitatem amittit: alteram principalem quod computetur inter eius filios: alteram secundariam, scilicet innocentiam.

2. Concl. Per pœnitentiam homo recuperat dignitatem, vt sit filius Dei Huc facit illud de filio prodigo, cui pater restituit stolam primam, &cæt.

3. Concl. Dignitatem innocentiæ non potest recuperare: vt patet exemplo de virginitate, quæ amissa recuperari nequit: recuperant tamen aliquando aliquid maius.

Hom. 13. in euang. *Prima pars est nota: altera probatur, nam & ait Greg. qui se errare sentit, damna precedentia lucris sequentibus recompensat.*

Dist. 5. c. domine. c. si quis. c. quæ sit num de Dignitatem ecclesiasticam recuperare prohibetur in quatuor casibus.

4. Concl. 1. Quando est impœnitens.

temp. ordin 2. Quando pœnitentiam negligenter facit.

Dist. 58. can. qui 3. Si commisit peccatum, habens irregularitatem annexam. *can. si quis viduam.*

sanctim. 4. Propter scandalum, vt cum sunt publice conuicti: alias non.

5. Concl. Amos auctoritas intelligitur de innocentia.

6. Concl. Canones, qui videntur negare restitutionem gradiuum, sunt intelligendi de impœnitentibus, aut negligentibus.

7. Concl. Aut de pœnitentibus publica pœnitentia, aut quod sit difficile propter rigorem: vnde non amittunt potestatem semel acceptam per peccatum.

Art. 4. *Vtrum opera virtutem in caritate facta, possint mortificari.*

1. Concl. & Opera in caritate facta, mortificari dicuntur per sequens peccatum mortale.

1. Ezech. 18. *Si auerterit se iustus à iustitia sua omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur.*

2. *Res viua per mortem perdit operationem vitæ. Ergo per analogiam res dicitur mortificari, cũ à propria operatione impeditur. Sed effectus istorum operum est perducere ad gloriam, quæ impeditur per peccatum mortale, Ergo ista opera mortificantur.*

† 2. Concl. Opera bona transeunt in actu, sed remanent quantum ad meritum in Dei acceptatione.

3. Concl. Sine iustitia, potest merces subtrahi mereri, cum sit dignum reddit per culpam.

4 Concl. Non mortificantur ob fortitudinem peccati, sed ob libertatem, quæ potest à bono in malum flecti.

Art. 5. *Vtrum opera mortificata per peccatum per pœnitentiam reuiuiscant.*

1. Concl. Opera mortificata, per pœnitentiam reuiuiscunt.

1. Ioel. 2. *Reddam vobis annos: non patiar perire vbertatem, id est, vt ait Glo. meritum bonorum operum.*

2. *Si quid impediret, esset, quod non remanent actu, ob quam causam aliqui dicunt non reuiuiscere: sed hoc non obstat, quia non habent vim perducendi ad vitam æternam, solum prout sunt actu, sed & remanent in acceptatione diuina: sed hoc modo remanent etiam, vbi sunt mortificata, & semper Deus illa opera acceptabit. prout facta fuere, & sanctis semper de illis gaudebunt. Sed quod illi, qui ea fecit non sint efficacia, proueniet ex peccato superueniente. Ergo sublato per pœnitentiam impedimento, recuperabunt efficaciam perducendi ad vitam æternam, quod est reuiuiscere.*

† 2. Concl. Opera peccati abolentur à Deo: at opera bona non ita sed manent in acceptatione: vnde sublato impedimento, Deus implet, quod opera merentur: quia non moriuntur secundum se, sed prout ponitur impedimentum.

3. Concl. Nec valet simile de animali mortuo: quia opera in caritate facta non mortificantur secundum se, sed impediuntur, at animal secundum se moritur, quia priuatur principio vitæ,

4. Concl. Resurgens in minore caritate, habebit præmium essentiale secundum eam: tamen habebit maius gaudium de operibus in prima caritate factis; quam de operibus, factis in secunda, quod pertinet ad præmium accidentale, & sic consequetur aliquid ratione illorum.

Art. 6. *Vtrum per pœnitentiam subsequentem etiam opera mortua viuificentur.*

1. Concl. Opera mortua effectiue, id est, peccata mortalia, quæ efficiunt mortem, nõ viuificantur, sed abolentur per pœnitentiam.

Heb. 9. *Patet ex Paulo ad Heb. 6. Non rursum iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.*

2. Concl. Opera mortua priuatiue, hoc est opera bona moraliter, facta absque caritate, impos-

sibile

sibile est, vt fiant iterum viua per pœnitentiam,

1. Cor. 13. 1. *Si distribuero, ait Paul. in cibos pauperum, & cet. caret item autem non habuero, nihil mihi prodest.*

2. *Ista opera transeunt, & iterum eadem numero redire, & a principio vitæ procedere non possunt, cum transeant. Ergo impossibile est, vt fiant viua per pœnitentiam.*

† 3. Concl. Opera mortificata non dicuntur talia ex parte principij i. e. ex parte caritatis, sed ex parte impedimenti: vnde non est par ratio.

4. Concl. Bona opera ex genere suo dicuntur mortua ex parte principij, quia non fluxerunt à caritate, à qua, remoto peccato, non possunt amplius oriri.

5. Concl. lib. de pœnit. c. 26. Deus recordatur istorum bonorum, non vt præmiet æterna, sed temporali mercede: vel quia minus patientur qui illa opera faciunt, vt ait Aug.

Quæstio 90. De partibus pœnitentiæ in generali.

Art. 1. Vtrum pœnitentiæ debeant partes assignare.

1. Concl. SAcramentum pœnitentiæ habet partes.

1. Illud habet partes, quod integratur ex pluribus, ita se habet hoc sacramentum, quia integratur contritione, confessione, & satisfactione, Ergo.

2. Phys. text. 31. *2. Vbi inuenitur pluralitas ex parte materiæ, ibi est inuenire partes, quia vt ait Arist. partes sunt veluti materia, totum veluti forma. Sed in pœnitentia actus humani se habent, vt materia, vt ost dictum, & sunt plures, Ergo.*

2. Concl. Sacramentum simplicitatem habet ratione virtutis diuinæ, quæ in eo operatur, sed virtus diuina potest per vnum & multa operari, ratione quorum alicui sacramento partes possunt assignari:

3. Concl. Licet pœnitentia virtus non habeat partes, sed effectus: tamen pœnitentia sacramentum habet nempe actus humanos, qui non sunt in alijs sacramentis, in quibus materia est vna, vel simplex, vt aqua, vel composita: vt chrisma.

4. Concl. Peccata sunt materia remota, prout sunt obiectum humanorum actuum, qui sunt materia pœnitentiæ, vt est sacramentum.

Art. 2. Vtrum conuenienter assignentur partes pœnitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio.

5. Concl. Pars duplex est, scilicet essentiæ, & quantitatis: essentiæ partes naturaliter sunt materia, & forma, logicæ genus, & differentia: quomodo quodlibet sacramen. habet partes: & quia quantitas se tenet ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes materiæ.

2. Conc. Et hoc modo conuenienter sacramento pœnitentiæ specialiter assignantur partes, quantum ad actus pœnitentis, qui sunt materia huius sacramen. ie l contritio, confessio, & satisfactio.

Quoniam alio modo fit recompensatio offensæ in pœnitentia, & in iustitia vindicatiua, in qua fit recompensatio secundum arbitrium iudicis. At pœnitentia requirit recompensationem secundum voluntatem peccantis, & Dei, in quem peccatur. quia hic non quæritur sola integratio iustitiæ, sed magis reconciliatio amicitiæ, quæ pendet a voluntate offensi: vnde requiritur voluntas offendentis per contritionem, & quod subijciat se confessori iecum Dei tenentis, & recompensatio pro arbitrio ministri Dei per satisfactionem, Ergo &c.

†3. Conc. Licet contritio sit in corde, pertinet tamen virtualiter ad exteriorem pœnitentiam, vt satisfaciendi.

4. Conc. Satisfactio, vt est in proposito, dat gratiam quam deinde auget in executione.

5. Concl. Satisfactio est pars pœnitentiæ, vt est sacramentum: fructus autem pœnitentiæ virtutes, qui sunt frunus pœnitentiæ.

6. Concl Luc. 3. Dion. c. de diuin. nom. Plura requiruntur ad bonum, quam ad malum, quia bonum est ex integra causa, ideo licet peccatum in consensu perficiatur, tamen plura ad perfectionem pœnitentiæ, sc l. tria dicta, requiruntur: Argum: sed contra, probat habere plures partes, si assignes etiam partes essentiales.

Art. 3. Vtrum prædicta tria sint partes integrales pœnitentiæ.

1. Concl. Contritio, confessio: & satisfactio non sunt partes subiectiuæ pœnitentiæ.

Nam in singulis partibus subiectiuis in est tota natura totius, simul & æqualiter, vt patet in genere, quod est totum in singulis speciebus. Sed pœnitentia non est tota in singulis suis partibus. Ergo.

2. Concl Non sunt partes potentiales.

Quia singulæ partibus potentialibus ad est totum secundum totam essentiam, & tota essentia animæ cuilibet potentiæ. Sed hoc non est in proposito, Ergo.

3. Concl. Ista tria sunt partes integrales pœnitentiæ.

1. Illæ partes sunt tales, ex quibus totum integratur: Sic se habent ista Ergo.

2. Quia se habent ad modum partium integralium cum totum non adsit singulis partibus secundum

toram Virtutem, aut essentiam, sed omnibus similem.

† 4. Concl. Peccatum aliquando in corde, ore, & opere perficitur, & ideo ista tria sunt veluti partes integrales eius.

5. Concl. Vna pars integralis potest virtute continere totum, vt fundamentum, ædificium, & sic contritio, continet alias partes in proposito, seu voto.

6. Concl. Omnes partes integrales habent ordinem ad se: sed quædam habent ordinem situs, siue consequenter se habeant; siue se tangant, siue coligentur: quædam habent etiam ordinem virtutis, vt partes animalis, cuius prima pars est cor, & aliæ: quædam ordinantur ordine temporis, vt partes temporis, & duos posteriores ordines habent: hæ pœnitentiæ partes.

Art. 4. Vtrum conuenienter dividatur pœnitentia, in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium.

1. Concl. Ista diuisio in pœnitentiam ante baptismum: pœnitentiam mortalium, & venialium, est diuisio pœnitentiæ, vt est virtus, & est conueniens.

1. Ex Aug. qui sic dicendi.

2. Virtus operatur secundum congruentiam tēporis. & ideo hoc tempore debet operari secundum actum nouæ legis, ad quam pertinet propositum mutandæ vitæ: tanquam finem a quo mortalia speciem recipiunt. Ergo secundum species immutationum, quas pœnitens inuenit, erunt species pœnitentiæ. Sed triplex immutatio est à pœnitente inuenta. Ergo Prima per regenerationem in nouam vitam, quæ pertinet ad pœnitentiam ante baptismum: secundo per reformationem vitæ corruptæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium post baptismum: tertia vero immutatio est in perfectiorem operationem vitæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum caritatis. 6b. de Vtil. pœnit. modic. pœn.

† 2. Concl. Pœnitentia ante baptismum, non est sacramentum, sed actus virtutis disponens ad sacramentum & ideo ponitur pars pœnitentiæ.

3. Concl. Pœnitentia, quæ delet mortalia, delet etiam venialia, sed non contra. & ita se habent, vt perfectum, & imperfectum.

4. Concl. Ante baptismum non sunt venialia sine mortalibus, & veniale sine mortali non dimittitur, ideo ante baptismum pœnitentia mortalium, non est distincta à pœnitentia venialium.

FINIS TERTIAE PARTIS.

COMPENDIVM ABSOLVTISSIMVM SVPPLEMENTI TERTIÆ PARTIS SVMMÆ THEOLOG.

D. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI.

QVÆSTIO PRIMA.

De partibus Panitentia in speciali, & primo de Contritione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum contritio sit dolor de peccatis assumptus, &c.

1. Concl. Actus ille, quo peccatum dimittitur dicitur contritio per similitudinem.

Eccl. 10. *Nam initium omnis peccati est superbia, qua homo obdurescit in suo sensu. Sed per panitentiam tollitur ista durities, dum homo affectum peccati conterendo frangit: fractio autem, & contritio in eo differunt, quod illa in magnas, hæc in minutissimas partes dirimit. Ergo per transitionem dolor panitentiæ; quo illa durities omnino tollitur, dicetur contritio.*

Arist. 4. Meteor. sicut 3. c. 2. 2. Concl. In contritione considerantur, substantia actus, modus agendi, principium, & effectus, ideo varie definitur.

3. Concl. Contritio, vt est actus virtutis, & pars sacramenti sic recte definitur. *Est dolor propeccatis assumptus, cum proposito confitendi, & satisfaciendi.*

Isid. *Nam vt est actus virtutis assignatur eius genus, cum dicitur, dolor: obiectum, cum dicitur pro peccatis: & electio, quæ requiritur ad actum virtutis, cum dicitur assumptus. Vt autem est pars sacramenti, tangitur eius ordo ad alias partes panitentiæ, cum dicitur, cum proposito. &c. Vt est actus virtutis tantum sic definitur.* Est dolor voluntarius pro peccato puniens in se, quod doleat commisisse. *Item*, est compunctio & humilitas mentis cum lacrymis veniens de recordatione peccati, & timore iudicij. *Item*, est dolor remittens peccatum. Item, est humilitas spiritus annihilans peccatum inter spem & timorem. Aug. Greg. Aug. 14. de cin. c. 6. † 4. Concl

Cum peccata fiunt, sunt voluntaria: at cum de eis est contritio, non sunt voluntaria secundum voluntatem præsentem, ideo de illis potest esse dolor, qui est de his, quæ contra voluntatem accidunt.

5. Concl. Contritio ratione formæ, id est caritatis, est à Deo; sed quoad substantiam actus, est à libero arbitrio.

6. Concl. Licet per contritionem possit tota pœna tolli, adhuc tamen confessio, & satisfactio sunt necessaria ob præceptum confessionis, & quia nõ sumus certi de contritione perfecta.

Art. 2. Vtrum contritio sit actus virtutis.

1. Concl. Contritio est actus virtutis pœnitentiæ.

1. Nihil est meritorium, nisi actus virtutis. Sed contritio est actus quidam meritorius. Ergo.

2. Vt offensio propriæ voluntatis ad malefaciendum importat malum ex genere, ita offensio voluntatis communiter de se importat bonum ex genere, quia hoc est detestari propriam voluntatem, qua peccatum est commissum. Sed contritio non

proprie, sed translate sumpta hoc importat scilicet quandam rectitudinem voluntatis. Ergo erit actus illius virtutis cuius est destruere peccatum. sc. penitentia.

† 1. Concl. Dolor in parte sensitiua non est essentia, sed effectus contritionis: at dolor qui est in voluntate est contritio essentialis & sic est actus virtutis potest tamẽ sensibilis dolor pertinere ad rationem sacramenti.

3. Concl. Attritio in spiritualibus significat displicentiam imperfectam: at vero contritio displicentiam perfectam, & ita non est par vtriusque ratio.

Art. 3. Vtrum attritio fieri possit contritio.

1. Concl. Nullo modo attritio potest fieri contritio.

1. Ea quorum principia sunt omnino diuersa, eorum vnum non potest fieri aliud. Sed attritionis principium est timor seruilis, contritionis vero timor filialis. Ergo.

2. Licet, vt contraria est opinio, habitus informis transeat adueniente caritate: at attritio & contritio non dicunt habitum. Sed actum, & quidem eius virtutis infusæ, quæ voluntatem respicit quæ non potest esse informis, cum voluntatem sequatur, & ita ante caritatem nõ est habitus a quo producatur actus Ergo.

† 2. Concl. Non est simile, vt est dictum, de fide & cõtritione, quo argumento vtuntur qui contra sentiunt.

3. Concl. Dolor imperfectus formari non potest adueniente caritate: quia non manet. Et ita dolor se habet ad gratiam, vt materia ad formã: quia materia non habet originem a forma, vt actus ab habitu: & ita actus non potest oriri a principio, a quo prius non orietur.

Quæstio 2. De contritionis obiecto.

Art. 1. Vtrum homo debeat conteri de pœnis, & non solum de culpa.

1. Concl. DE malis pœnæ potest esse dolor, sed non contritio.

1. Nullus tenet id, de quo doleat. Sed pœnitens secundum suum nomen non tenet. Ergo non debet de pœna, & sic contritio quæ est dolor pœnitentialis, non erit de pœna.

2. Contritio importat dolorem & amaritudinem, quæ duritiem innuitur in mala culpa: quia voluntas, quæ est boni mali principium, in fine ternimus stat, nec ita facile cedit: cuius mali displicentia contritio per suum nomen datur, quæ similitudo non potest aptari malo pœnæ quæ pœna simpliciter dicit diminutionem. Ergo de mala pœna potest esse dolor, sed non contritio

† 2. Concl. lib. de præmed. c. 3. Concl. Pœnitentia ex Aug debet esse de mortali vita, nõ ratione mortalitatis, sed ratione peccatorum, quæ inde nascuntur.

Dolor qui est de virtute amissa, non est essentialiter cõtritio, sed eius principium, quia mouetur quis ad dolendum de aliquo, ob malum quod inde consecutus est.

Art. 2. Vtrum contritio esse debeat peccato originali.

1. Concl. De peccato originali, propriæ loquendo, non potest esse contritio.

1. Medicina debet esse proportionata morbo. Sed peccatum originale non est contractum nostra voluntate. Ergo non est necesse vt per actum voluntatis, qui est contritio ab ea purgemur.

2. Contritio est dolor respiciens & commiuuens voluntatis duritiam. Ergo solum est de illo peccatis quæ ex duritie propriæ voluntatis proueniunt. Sed originale non est secundũ nostram voluntatem sed ex vitiata natura origine Ergo.

2. Concl. De originali potest esse displicentia, vel dolor.

3. Concl. Contritio non est de peccato ratione, substantiæ actus tantum, nec ratione deformitatis tantum quia deformitas, ex se non dicit rationem culpæ, cum interdũ importet pœnam; est ergo de peccato vt importat deformitatem ex actu voluntatis prouenientem, quod non est in peccato originali

4. Concl. Fuit quidem homo per peccatum originale auersus a Deo, sed contritio debetur auersioni propriæ voluntatis.

Artic. 3. Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri,

1. Concl. De omni actuali peccato debet esse contritio.

1. Eorum est contritio, quorum est pœnitentia. Sed hæc est de omnibus, quia est medicina, quæ est contra omnia actualia peccata Ergo.

2. Nullum peccatum dimittitur, nisi quis iustificetur. Sed ad hanc requiritur contritio, vt est dictum. Ergo.

2. Concl. In omni peccato actuali commissionis, vel omissionis est quædam duricies. *Quicumque actualis culpa contingit est hoc, quod voluntas non cedat legi Dei. Sed hæc duricies, quæ dicit potentiam ad non facile patiendum, non potest remitti nisi per contritionem commiuentem. Ergo.*

3. Concl. Quamuis quædam peccata committantur per tristitiam, vt peccatum accidiæ: non tamen cuiantur contrario, sed tristitia.

Quia

Quia contritio opponitur peccato prout procedit ex voluntate non sequente imperium diuinæ legis, non autem ex parte actus, quod est materiale in peccato. Itaque contritio opponitur illi peccato secundum rationem formalem, quatenus fuit volita per voluntatem inordinatam.

4. Concl. De peccatis oblitis ita est sentiendum: aut oblitio est totalis, & tunc nulla potest esse eorum inquisitio: aut non est totalis, cum quis recolat aliqua in genere, sed oblitus est in specie, & tunc debet cogitare ad inuenienda peccatum, quia de quolibet tenetur specialiter confiteri. Si facta diligentia non recordetur, sufficit de eo conteri prout est in notitia: si omnino a memoria exciderit, ex impotentia excusatur a debito, & hæc est generalis contritio de omni eo, in quo Deum offendit: debet autem dolere de negligentia, qua contigit oblitio: Quod si postea in memoriam venerit, tenetur specialiter conteri.

5. Concl. Ignorantia si omnino voluntarium tollat, excusat, cum non omnino tollit, non excusat à culpa: & ideo de peccato per ignorantiam commisso debet esse contritio.

6. Concl. Post contritionem de mortali, potest remanere veniale, sed non contra, ideo de venali debet esse contritio eo modo, quo pœnitentia.

Art. 4. Vtrum de peccatis futuris debeat aliquis conteri,

1. Concl. De peccato futuro proprie non dicitur esse contritio.

1. Contritio est pars pœnitentiæ. Sed pœnitentia semper respicit præterita. Ergo

2. Quilibet virtus moralis primo tendit in proprium obiectum, quam in obiectum alterius. Sed pœnitentia, cuius actus proprius est contritio, est virtus moralis, quia est pars iustitiæ. Ergo primo tendit in suum obiectum: autem est peccatum præteritum. Ergo

2. Concl. Contritio ex consequenti respicit peccatum futurum, qua ratione est cautio quæ est pars prudentiæ contritione adiuncta: & ita qui conteritur, cauet de futuro.

Nam quilibet causa inferior præter motum proprium habet de motu superioris agentis. At pœnitentia est inferior prudentia, cum ab ea reguletur. Ergo habebit de motu prudentiæ, cuius est cauere in futurum

3 Concl. Liberum arbitrium est quidem de futuris, tanquam de actibus, non autem tanquam de obiectis actuum. Obiectum autem cogitationis est etiam præteritum.

4. Concl. Quamuis peccatum perpetratum aggraeatur secundum suum effectum ex illo consequentem, vt peccatum Arrij ex malis, quæ inde orta sunt: tamen consequens effectus præcessit in causa ex qua habuit totam culpæ quantitatem, cum factum fuit: vnde quoad culpæ rationem nihil crescit, quamuis crescat quoad pœnam accidentalem, quæ non dum terminata est.

Art. 5. Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno.

1. Concl. De alienis peccatis non est contritio.

1. Contritio est actus pœnitentiæ virtutis. Sed nullam pœnitet, nisi de his quæ ipse fecit. Ergo.

2. Illud conteritur, quod prius durum fuit. Ergo contritio debet esse in eo quo præcessit durities. Ergo erit de suis peccatis.

2 Concl. Psal 18. Ab alienis peccatis propheta sibi parci petebat, quatenus solemus esse aliorum peccatorum participes aliquo modo.

3. Concl. De alienis ex caritate dolere debemus, nõ tamen oportet vt conteramur, nec omnis dolor de peccato præterito est contritio.

Art. 6. Vtrum de singulis peccatis mortalibus requiratur contritio.

1. Concl. Contritio potest considerari, & quantum ad principium, id est ad cogitationem, qua quis cogitat & dolet de peccato, aliquo dolore: & quantum ad terminum.

2. Concl. Quantum ad principium debet esse de singulis peccatis, quæ quis in memoria habet.

1. Diuersorum morborum diuersa sunt medicina. Sed contritio est medicina singularis circa singulare peccatum. Ergo.

2. Contritio expiatur per confessionem. Sed oportet singula peccata confiteri. Ergo.

3. Concl. Contritio quantum ad terminum, qui est, quando iam dolor ille gratia informatus, sufficit quod sit vna cõmunis de omnibus: quia tunc ille motus agit vi omnium dispositionũ præcedentium. Vnde patet ad primum, cum dicitur esse motum in instanti quo iustificamur.

† 4. Concl. Quanuis omnia peccata conueniant in auersione ab vno Deo, differunt tamen in cõuersione ex parte, cuius opus est diuersa cõtritione.

5. Concl. Vnus baptismus delet originale, & actualia quia agit virtute passionis Christi, & ideo vnus sufficit contra omnia: at in contritione cum merito Christi concurrit actus noster, qui habet vim finitam: Vel dicas baptismum esse generat onem, pœnitentiam vero sanationem per modum alterationis: ibi stat m

ccidentia contraria remouentur, hic non ita, sed vnum tantum, quod est alterationi contrarium. Vnde baptismus delet omnia simul dando vitam, pœnitentia vero, non nisi ea ad quæ fertur.

Quæstio 3. De quantitate contritionis.

Artic. 1. Vtrum contritio sit maior dolor, qui esse possit in natura,

DOlor in voluntate, qui est essentialiter ipsa contritio, & nihil aliud est, quam displicentia præteriti peccati, excedit omnes alios dolores.

1. *Omnis dolor, ex Auersione amore fundatur. Sed contritionis dolor fundatur in caritate, quæ est amor maximus. Ergo etiam dolor contritionis erit maximus.*

2. *Dolor est de malo. Ergo de maiore malo debet esse maior dolor. Sed culpa est malum maius, quam pœna. Ergo dolor de culpa qui est contritio, excedit omnem alium dolorem.*

3. *Quanto aliquid magis placet tanto contrarium eius displicet. Sed finis vltimus super omnia placet cui propterea omnia desideramus. Ergo peccatum quod ab eo auertit super omnia displicere debet.*

Dolor contritionis in parte sensitiua, qui causatur ex primo dolore, vel ex necessitate naturæ, quatenus vires inferiores sequuntur motum superiorum, vel ex electione, prout pœnitens in seipso hunc dolorum excitat, vt de peccatis doleat, neutro modo oportet sit maximus. Non primo, quia vires inferiores mouentur vehementius ab obiectis proprijs, quam ex redundantia superiorum virium: & quo operatio superior est propinquior obiectis inferiorum, tanto magis sequuntur eorũ motus: Vnde maior est dolor ex læsione sensibili, quam ex redundantia rationis: maior qui redundat de corporalibus consideranti, quam de spiritualibus Non secundo, tũ quia affectus inferior non obedit superiori ad nutum: tum quia passiones a ratione assumuntur in actibus virtutem secũdum mensuram, quam dolor sine virtute aliquando non seruat.

3. Concl. Dolor est sensus læsionis & sicut læsio corporalis sentitur sensu exteriore, ita læsio peccati percipitur esse maxima sensu rationis.

4. Concl. Ex dolore sensibili citius defluunt lacrymæ, quam ex dolore spirituali, quia immutationes corporales immediate consequuntur passiones sensitiuæ partis, & eis mediantibus affectiones appetitiuæ superioris: ideo non ita emittit lacrymas contritus, vt qui est læsus corpore.

5. Concl. Gaudium de pœnitentia non minuit tristitiam, quia non est ei contrarium, immo auget quoniam quælibet operatio propria delectatione augetur: potest tamen hoc gaudium temperate dolorem lenitiuum.

6. Concl. Homo magis debet dolere de peccato vt est offensa Dei, quam vt est nocumentum.

Quoniam displicentia de aliquo re sumitur ex quantitate malitiæ finis, qua mensuratur ex eo, in quem peccatur, & ex mandato S. dilige hominem debet dilexere Deum, quam se. Ergo quamuis nec pœna inferni, nec ipsa infamia debet magis displicere contrito, quam peccatum, vt est offensa Dei. Inter pœnas autem maxima est separatio a Deo, quæ est nocumentum ex peccato proueniens, & sic magis debet displicere, quam culpa, from infert hoc malum: quia nimium odium, quod propter aliud odium: sed nimium prout est offensa Dei. Attenditur etiã quædam malitia accidentalis ex parte temporis: & tunc quod est præterium habet minus malitiæ, & bonitatis, vnde nulla possit dari circa præterita, sicut circa præsens, & futurum. Et quia effectus præcedentes culpam non remittuntur, vt effectus præcedentis pœna, quia culpa per ipsum remittitur quam pœna, ideo homo, etiam bene dispositus, magis sentit se effectum præcedentis pœnæ, quam culpæ item in comparatione culpæ, & pœnæ considerandum est, quod quædam pœna habent annexam offensam Dei, & separationem à Deo, quædam etiam addunt perpetuitatem, vt pœna inferni: illa eodem modo cuenda est, sicut culpa: hæc est magis, quam culpa simpliciter fugienda, quod si ab ea separetur ratio offensæ, & considerentur tantum pœnæ, minus habent de malitia, quam culpa, vt est offensa Dei, & ita minus debet displicere. Quamuis autem talis esse debeat contritus dispositio, non tamen tenet indubie est, quod homo non facile potest mensurare suos effectus, & interdum magis displicet, quod magis displicere videtur: quia est propinquius nocumento sensibili, quod nobis est magis notum.

Art. 2. Vtrum possit esse nimis magnus, contritionis dolor.

Contritio ex parte doloris, qui est in ratione, id est ex parte displicentiæ, qua peccatum displicet: vt est offensa Dei, non potest esse nimia. 1. Concl.

Nam dolor iste procedit ex amore caritatis qui non potest esse nimius. Ergo: more enim intenso, tanta erit displicentia intendatur.

Contritio ratione doloris sensibilis, potest 2. Concl.

esse

esse nimia, sicut etiam exterior corporis afflictio.

Rom.12. 1. *Quæ in his debet accipi pro mensura conservatio subiecti, & bonæ habitudinis sensitivæ ad quæ agenda sunt: et obsequium sit rationabile*

2. *Omnis virtus moralis corrumpitur per abundantiam & defectum. Sed contritio est actus virtutis moralis, id est penitentiæ, quæ est pars iustitiæ. Ergo esse dolor potest esse superfluus.*

† 3. Concl. Anselm. lib. de med. Aug. Cum patres dicunt, vt secundum hunc dolorem medullæ corporis exsiccentur, oculi excæcentur, & cæt. intelligendi sunt spiritualiter, secundum operationes animæ: secundum arg. probat primam conclus.

Art. 3. Vtrum debeat esse maior dolor de vno peccato, quam de alio.

1. Concl. Si loquamur de contritione prout sigillatim singulis peccatis respondet, & quantum ad dolorem superioris partis, maior debet esse de vno, quam de alio.

1. *Dem. 25. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus. Sed in contritione peccatis pœna communiter iuratur, quæ contritio habet propositum satisfaciendi annexum. Ergo &c.*

2. *De eo homo debet magis contere, quod debuit magis vitare. Sed magis debuit vitare vnum, quam alterum, Ergo.*

3. *Quantitas doloris, scilicet offensa Dei, est maior in vno, quam in alio, ex eo enim magis ordinato magis offenditur Deus.*

2. Concl. Dolor sensitivus, vt voluntarie assumitur, maior debet esse de vno, quam de alio, quia pœna debet esse maior de maiore peccato: vt vero nascitur ex superioris partis impressione, attenditur quantitas, non secundum quantitatem peccati, sed secundum dispositionem partis inferioris ad recipiendam impressionem a superiore.

3. Concl Si accipiatur contritio, vt est de omnibus vna, vt in actu iustificationis, est maior de vno, quam de alio habitualiter, licet actus sit vnus, quatenus peccator, vel singula detestatus est, vel habet propositum detestandi.

† 4. Concl. Paulus non laudatur ab Hieronymo, quod de omnibus æqualiter doleret, sed quod ita doleret de parvis, ac alii de magnis, per comparationem ad alios qui de peccatis dolent.

5. Concl. Licet in motu instantaneo contritionis nõ est actualiter distinctio intensionis respondens diuersis peccatis: tamen inuenitur virtualiter. Vt dictum, & vt peccata habent ordinem ad obiectum doloris, quæ est offensa Dei: ita & ipse dolet diuersimode.

Est enim peccatum auersio a Deo: tamen vnum magis elongat, quam aliud, prout maiorem habet dissonantiam ex inordinatione ad ordinem diuinæ bonitatis. 6. Concl.

Quæstio 4. De tempore contritionis.

Art. 1. Vtrum tota hac vita sit contritionis tempus.

1. Concl. OPortet quod semper in vita huius tempore, status contritionis maneat, quantum ad peccati detestationem.

1. *Vbi dolor finitur, ibi desinit pœnitentia, vbi deficit pœnitentia, nihil relinquitur de venia. Et Eccle. 5. de propitiato peccato noli esse sine metu.* lib. de Ver. & fal. pœn. cap. 13. Eccle 5.

2. *Contritio, vt est dolor in voluntate semper detestatur impedimenta, quibus impeditur, vel retardatur a perventione ad terminum. Sed peccatum præteritum retardat, quia tempus illud depœnitentiæ ad corrigendam recuperari non potest. Ergo toto vitæ tempore debet detestari peccatum.* 2. Concl.

Similiter quantum ad sensibilem dolorem, qui vt pœna a voluntate assumitur: quia enim homo peccando pœnam æternam meruit, & contra Deum æternum peccauit, debet pœna æterna in temporalem mutari, saltem dolor in toto hominis æterno id est in statu huius vitæ manere: Vnde Hugo ait, Deum liberando hominem ab æterna pœna, eum obligare vinculo perpetuæ detestationis peccati. Dolor debet esse toto vitæ tempore, quia respicit peccatum inquantum habet nocumentum annexum: non autem enormitatem, cum respiciat, illius turpitudinem, quæ demissa culpa recedit.

† 3. Concl. Dolor contritionis non est timor seruilis, quem foras mittit caritas, immo a caritate proficiscitur.

4. Concl. Ioan. 4. Licet peccator redeat ad pristinam gratiã, nunquam tamen redit ad pristinam bonitatẽ innocẽtiæ: ideo semper remanet locus doloris.

5. Concl. Non debet homo gaudere de peccatis, ex eo quod occasionaliter inde veniunt bona: quia peccata non sunt causa illorum, sed gratia, & prouidentia Dei.

† 6. Concl Taxatio pœnæ, proportionatur culpæ ex parte conuersionis, quæ est finita, vnde satisfactio potest esse finita: at dolor cõtritionis respondet culpæ ratione auersionis, ex qua habet infinitatem: ideo contritio semper debet manere.

Art. 2. Vtrum expediat continuè de peccato dolere.

Concl. Mart 5. Expedit vt contritio quæ est in voluntate, sit continua dummodo non impediat actum alterius virtutis magis necessarium.

1. Semper debeat, aut saltem paratum, & de iure gaudeat.

2. Actus in quibus consistit beatitudo, expedit semper continuare. At huiusmodi est dolor de peccatis, quia beati dicuntur, qui lugent. Ergo.

3. Contritio est actus virtutis, in quo non potest esse superfluum, nec secundum extensionem, nec secundum durationem. Ergo expedit eam continuare.

1. Concl. In contritione, vt est dolor sensitiuus, potest esse defectus quoad vtrumque: vnde talis dolor debet esse moderatus ratione.

† 3. Concl. hic q. 4. Potest quis gaudere in Domino, & dolere de peccatis.

Quia tale gaudium non impedit per contritionem, immo ex ea proficiscitur.

4. Concl. 7. Ethic. c. 1. Cum tristitia dicitur mala, intelligitur de tristitia seculi: & Aristo. loquitur de tristitia, quæ est passio, sicut & Bern. qua moderate est vtendum, vt expedit ad finem: non autem sic de tristitia peccati, quæ est in voluntate: ex quo patet etiam ad vltimum.

Art. 3. Vtrum etiam post hanc vitam anima de peccatis contereantur.

1. Concl. In contritione considerantur tria, scilicet genus, quod est dolor: forma, quæ est actus virtutis gratia informatus, & efficacias, quæ est quod sit meritorius & sacramentalis, & quodammodo satisfactorius.

2 Concl. Animæ quæ sunt in patria non possunt habere contritionem.

Quia carent dolore ob plenitudinem gaudij.

3. Concl. Quæ sunt in inferno carent contritione.

Quia etsam si dolorem habent, carent tamen gratia, qua dolorem informat.

4. Concl. Quæ sunt in purgatorio habent dolorem gratia informatum, sed non habent rationem meriti, cum non sint in statu merendi, nec sacramenti, cum sacramenta non maneant post hanc vitam: rursus si conteri possent, vt contritionis earum reatus pœnæ eis dimitti posset, & ita a pœna sensibili liberari, quod est falsum.

5. Concl. In hac vita omnia tria dicta reperiri possunt.

† 6. Concl. Caritas causat tantum dolorem contritionis in ijs, qui capaces sunt, vt sunt homines in hac vita quare licet post hanc vitam caritas remaneat, non ideo remanet contritio.

7. Concl. Animæ in purgatorio dolent de peccatis, sed cum iste dolor non sit actus meritorius, non est contritio.

2 Concl. Solutio pœnæ in purgatorio non est propriè satisfactio, nisi largo modo.

Quia satisfactio proprie requirit opus meritorium, & ita non oritur ex contritione.

Quæstio 5. De effectu contritionis.

Art. 1. Vtrum peccati remissio sit contritionis effectus.

1 Concl. in Psal 50. 2. Ethic. c. 1. & 2. CONtritio, & vt est pars sacramenti, & vt est actus virtutis est causa remissionis peccati.

1. Contritio cordis, aut Glossa est sacrificium, in quo peccata solummodo.

2. Virtus, & virtutes ex Arist. eisdem causis generantur, & corrumpuntur. Sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur. Ergo per dolorem ex amore caritatis inordinato causatum solvitur, & sic contritio delet peccatum &c.

2. Concl. Contritio, vt est pars sacramenti, operatur remissionem peccati instrumentaliter: vt alia sacramenta.

3. Concl. Vt est actus virtutis, est quasi causa materialis peccati.

Quia contritio est quasi dispositio necessaria ad iustificationem. Sed dispositiones dicuntur ad causam materialem, vt disponunt ad recipiendum. Ergo.

† 4. Concl. Causa principalis remittendi peccata est Deus, at dispositiua, & instrumentalis potest esse ex nobis, cuiusmodi est contritio.

5. Concl. Actus a virtute elicitus potest esse aliqua causa remissionis peccati, prout remissio sequitur infusionem gratiæ & virtutum.

6. Concl. Dispensatio Eucharistiæ fit per ministros ecclesiæ, & ideo ante remissionem peccati per eos, nemo debet accedere ad tale sacramentum: licet culpa sit per contritionem remissa.

Art. 2. Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

1. Concl. Intensio doloris potest attendi, vel ex parte caritatis, quæ displicentiam causat, vel ex parte doloris sensibilis.

Potest contingere, vt caritas tanta in actu intendatur, vt contritio inde sequens mereatur, non solum amotionem culpæ, sed etiam absolutionem ab omni pœna.

3. Concl Similiter dolor sensibilis, quem voluntas in contritione excitat, ita potest intendi, vt sufficiat ad deletionem culpæ & pœnæ, cum sit pœna quædam.

Nam

Non potest per aliud interueniat quàm absolui à pœna. Ergo & per contritionem cordis quam Deus magis respicit. Hoc facit, quod Lazarus dicitur fuisse. Hodie erit mecum in paradiso.

† 4. Concl. Quisque tenetur confiteri: quia nemo est certus de vera contritione, & quia extat præceptum: non, quod contritio non possit auferre etiam totam pœnam.

5 Concl. Sicut gaudium exterius redundat ad omnes exteriores partes; ita dolor interior ad exteriora membra derivatur: & ideo, sic vna quælibet pars satisfacit.

6. Concl. Licet dolor contritionis sit finitus, quantũ ad extensionem, habet tamen virtutem infinitam ex caritate, qua informatur; & sic potest delere pœnam infinitam.

Art. 3. Vtrum parua contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum.

1. Concl. Dolor in voluntate, si sit ita paruus, vt non attingat rationem contritionis, sicut paruus amor non attingit rationem caritatis, non sufficit ad delendam omnem culpam.

2. Concl. Quantumcunque paruus sit dolor, dummodo ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.

Quæ quælibet gratia gratum faciens delet omnem culpam mortalem. Sed quælibet contritio est gratia gratum faciente informata. Ergo.

3. Concl. Paruitas doloris essentiam non impedit rationem contritionis.

Quæ per accidentes adiunguntur, & non est in potestate nostra.

† 4. Concl. Medicinæ spirituales habent efficaciam infinitam ex virtute infinita, quæ in eis operatur: & ideo, quæ sufficit ad remissionem paruæ peccati sufficit ad deletionem magnæ: non sic medicinæ corporales.

5. Concl. Ex necessitate quisque dolet magis de maiori peccato, quam de minori: tamen si vnus alius tantũ doloris haberet de maiori, quantum ipse de minori, sufficeret ad remissionem culpæ.

Quæstio 6. De confessione quoad eius necessitatem.

Artic. 1. Vtrum confessio sit necessaria ad salutem.

1. Concl. CONfessio est de necessitate salutis eius, qui in peccatum actuale, vel mortale cecidit.

lib. de conf. profa. 4. 1. *Sicut verum medicamen expellat, ait Beat. oportet vt verbum detegas. Sed medicina de peccato, est hoc ipsum de necessitate salutis. Ergo & confessio qua peccata manifestantur.*

2. *Peccator, cum sit reus, debet ab alio iudicari, cum in nullo iudicio, idem sit iudex, & reus. Ergo oportet, vt se confiteatur.*

3. *Nullum peccatum originale, & actuale tolluntur sine sacramento suscepto vel, quia ibi operatur passio Christi. Ergo sacramenta ordinata ad tollendum eorum sunt necessaria, vel actu, vel voto de necessitate salutis: quare vt baptismum, qui tollit originale, est necessarium, sic & pœnitentia: quare, vt quæritur baptismum si subsunt ministri ecclesiæ, sic per hoc, quod quis confitetur, subsunt se facere digni, qui remedium adhibere non possit, nisi peccatum per confessionem cognoscat. Ergo.*

† 2. Concl. Ad deletionem peccati sufficit gratiæ infusio, quæ non habetur, nisi per susceptionẽ sacramentorum actu, vel proposito. Iuuat etiã confessio ad remissionem pœnæ temporalis propter erubescentiam, & vim clauium, & satisfactionem iniunctam: sed hæc ratione non est de necessitate salutis.

3. Concl. Ad remissionem peccati actualis debet peccator cooperari: quia illud à se ipso commisit: quod non accidit in originali: sed id non sufficit propter infinitatem peccati ex parte auersionis; ex qua debet ab alio habere medicinam.

4. Concl. Etsi non legimus Petrum, & Magdalenam confessos fuisse: tamen multa sunt facta, quæ non sunt scripta: deinde eis remissa sunt peccata a Christo sine sacramento.

5. Concl. Satisfactio non sufficit ad expiandam pœnam, nisi vt est pars sacramenti: quæ non à seipso, sed à sacramentum dispensatoribus debet imponi.

Artic. 2. Vtrum confessio sit de iure naturali.

1. Concl. Confessio quæ necessitatem sacramentalem habet, non est de iure naturali, sed diuino.

lib. 3. Etymol. c. 4. 1. *Naturale ex Isidor. est, quod est idem apud omnes. At confessio non est talis. Ergo.*

2. *Confessio sit habentis claues. At claues non sunt instituta iure naturali. Ergo.*

3. *Fides est supra cognitionem naturalem. Ergo & sacramenta supra naturale potestatem declarent; quia sacramenta debent esse proportionata fidei, cum sint fidei protestationes.*

lib. 2. de immut. 4. *Naturale ex Cic. est quod est in natura à natura. At sacramenta non sunt huiusmodi; quia nemo cognoscit ex principiis naturæ, cum sint à Deo instituta. Ergo. Eodem patet de confessione, quæ necessitatem sacramentalem habet.*

† 2. Concl. Confessio, quæ fit Deo per recognitionem peccati, est de iure naturali, sicut quæ fit ho-

rum iudice legitime interrogante: at quæ fit homini ad remissionem peccatorum consequendam a Deo, non ita.

Confessio in lege veteri non erat eodem modo, vt est in noua.

Quia non confitebantur singula peccata, nec in specie: sed tantum figuratè peccasse monstrabant.

Iob. c. 31. loquitur de absconsione, quam facit deprehensus, peccatum negando, vel excusando, quæ est contra naturalem confessionem.

Art. 3. Vtrum omnes ad confessionem teneantur.

De iure diuino ad confessionem non tenetur, nisi qui post baptismum in mortali peccato ceciderit.

Quia hoc modo quilibet tenetur ad contritionem, & satisfactionem. Ergo & ad confessionem, ex hoc ipso, quod est medicina.

De iure positiuo omnes tenentur ad confessionem ex institutione ecclesiæ.

1. *Ex cap. vtrumque sexus.*

2. *Vt quisque se agnoscat peccatorum, quia omnes peccauerunt, & egent gratia Dei: & vt pastor cognoscat oues suas.*

Licet in hac vita post baptismum, quis edidere possit peccatum mortale, tamen remanet locus pœnitentiæ, & confessionis respectu venialium.

Nemo est, qui non habeat iudicem Christum, cui debet confiteri per sacerdotem: qui tunc maior est confitente, in quantum iste est peccator, ille minister Christi.

Venialia non pertinent ad confessionem ex vi sacramenti, sed ex institutione ecclesiæ: sed quia secundum alios ecclesia obligat tantum ad confessionem mortalium; ideo sufficit vt homo se præsentet sacerdoti, dicendo se non habere conscientiam peccati mortalis.

Art. 4. Vtrum aliquis licite possit confiteri peccatum, quod non habet.

Vt confessio sit idonea id solum os accuset, quod conscientia tenet.

Nemo in confessione mentiri debet, cum semper mendacium sit peccatum. Ergo.

1. *Tollit in foro pœnitentiæ, si conscientiæ, Ergo nemo debet confiteri, qua non sunt in conscientia.*

2. *In confessione pœnitens debet se sacerdoti manifestare. At quis aliud de se sacerdoti patitur quia in sua conscientia habent, non se manifestat, sed potius se excusat. Ergo non est confessio idonea.*

Greg. in 2. cap. 2.

Agnoscere culpam, vbi culpa non est, quantum ad substantiam actus est conscientiæ erroneæ: at quantum ad conditionem actus, bonæ mentis est, formidare corde, & ore accusare. †2. Concl.

Idem dicendum de vere humili, qui timet ne in his, quæ bene agere videtur, per superbiam grauius delinquat. 3. Concl.

Qui dubitat de peccato an sit mortale, vel veniale, non debet confiteri, vt mortale, sed sub debito, expectando iudicium sacerdotis. 4. Concl.

Quia qui aliquid committit, vel omittit, in quo dubitat esse mortale peccat mortaliter.

Qui satisfacit pro peccato, quod non commisit, non incurrit mendacium, vt qui confiteretur peccatum, quod non credit se fecisse. 5. Concl.

Art. 5. Vtrum quis teneatur statim confiteri.

Quia propositum confitendi annexum est contritioni, tunc ad hoc propositum aliquis tenetur, cum ad contritionem tenetur, scilicet cum peccata memoriæ occurrunt, & præcipue in periculo mortis, & cum aliquid est faciendum, quod sine remissione peccati fieri non potest, absque peccato. 1. Concl.

Ad actualiter contritum obligatur aliquis, vel per accidens, vt cum tenetur facere, quod potest sine peccato, nisi fit confessus: vt si debeat accedere ad eucharistiam, & adsit copia sacerdotis, & necessitas non vrgeat: vnde in paschate omnes tenentur confiteri, quia tenentur eucharistiam sumere: vel per se, & sic videtur esse eadem ratio confessionis, & baptismi: quia vtrunque est sacramentum necessitatis. 2. Concl.

Ad baptismum non tenetur aliquis statim, postquam habuit propositum baptismi, ita vt mortaliter peccet, ni sumat, cum non sit aliquod tempus determinatum, vltra quod non liceat differre. 3. Concl.

Dilatio baptismi potest esse mortale peccatum, vel non, ex causa dilationis; & si causa exempli gratia esset contemptus, dilatio esset peccatum mortale. Idem dicas de confessione cum non sit maioris necessitatis, quam baptismus. 4. Concl.

Et quia quæ sunt de necessitate salutis, tenetur homo implere in hac vita, ideo in articulo mortis homo per se tenetur ad confessionem, & baptismum: Ideo Iac. simul dedit præceptum de confessione, & de extrema vnctione. 5. Concl.

Vnde probabilior videtur opinio, quod [illegible] 6. Concl.

homo non tenetur ad ſtatim confitendum, quamuis periculoſum ſit differre.

1. Ex Innoc. qui dat tempus determinatum ad ſumendam eucharoſtiam, & ad confitendum, ſed non peccat qui non percipit euchariſtiam ante tempus. Ergo, &c.

2. alias multa peccata homo committeret, cum dari cœpta ſacerdotis, & non confiteretur quod videtur inconueniens.

Aſſimil. de contritione, & baptiſmo.

7. Concl. Errant qui dicunt per Decretalem Innoc. non excuſari, qui differunt à culpa in foro cõſcientiæ, ſed à pœna in foro exteriori: quia præcepta affirmatiua non obligant ſtatim, ſed ſuo tempore. Vnde quod quis non teneatur, non eſt ex indulgentia eccleſiæ, ſed ex natura præcepti affirmatiui.

8. Concl. Errant qui dicunt ſeculares non teneri ante tempus quadrageſimale, quod ſit eis pœnitentiæ tempus: religioſos vero teneri ad ſtatim, quod totum tempus, ſit eis pœnitentiæ tempus: quia eodem modo tenentur vt cæteri ad iſta, quæ non pertinent ad religionem.

†9. Concl. Illud Hugonis, *fines ſitas non eſt, qua præmandatur, contemetus non excuſatur*, intelligitur de diſcedentibus ex hac vita, ſine ſacramentis.

10 Concl. Non ſemper cum detrimento ſalutis corporalis, infirmus tardat requirere medicum, niſi cum neceſſitas curationis incumbit: ſimiliter in morbo ſpirituali.

11. Concl. Tenetur homo ſtatim reddere alienum, quia de eo eſt præceptum negatiuum quod obligat ad ſemper: ſecus de confeſſione, quæ eſt ſub præcepto affirmatiuo.

Art. 7. Vtrum poſſit cum aliquo diſpenſari, ne confiteatur.

1. Concl. Sicut Papa non poteſt diſpenſare, vt aliquis ſine baptiſmo ſaluetur, ita nec quod ſaluetur ſine confeſſione, vt obligat ex vi ſacramenti.

1. Pœnitentia cui pars eſt confeſſio, eſt ſacramentum neceſſitatis ſicut & baptiſmus. Sed in baptiſmo nullus poteſt diſpenſare. Ergo.

2. In his non poſſunt diſpenſare miniſtri, in quibus eccleſia eſt fundata: quia inſtituuntur in eccleſia diuinitus fundata. & ita eorum operatio ſupponit Eccleſiæ inſtitutionem. Sed Eccleſia fundata eſt in fide & ſacramentis. Ergo vt miniſtri non poſſunt nouos articulos fidei edere, ita nec nouum ſacramentum inſtituere, aut inſtitutum removere, quod eſt poteſtatis excellentiæ, quæ ſolo Chriſto debetur, qui eſt Eccleſiæ fundamentum.

2. Concl. Papa poteſt diſpenſare in confeſſione, prout obligat ex præcepto Eccleſiæ, vt quis poſſit diutius eam differre, quam Eccleſia ſtatuit.

†3. Conc. C. p 5. Confeſſio eſt quidem de iure poſitiuo, non humano, ſed diuino, & ideo in ea non poteſt diſpenſari.

4. Concl. Sacr. 3. Iacob non inſtituit, ſed promulgauit confeſſionem, quæ eſt inſtituta a Deo; licet expreſſe hoc non legatur: fuit tamen præfigurata, & in hoc, quod Ioanni confitebantur peccata ſua, qui baptiſmo ipſius ad gratiã Chriſti præparabantur: & quomodo Chriſtus leproſos miſit ad ſacerdotes.

Quæſtio 7. De quidditate confeſſionis.

Art. 1. Vtrum Aug. conuenienter definiat confeſſionem.

1. Concl. IN actu confeſſionis conſiderantur plura. 1. Subſtantia actus, quod ſit manifeſtatio quædam. 2. De quo fit, ſcilicet peccato. 3. Cui fiat, ſ. ſacerdoti. 4. Eius cauſa, abſolutio à parte pœnæ, & obligatio ad aliam partem exſoluendam.

2. Concl. lib. de ver. & fal. pœnit. vlo In definitione Aug. quæ eſt, *confeſſio eſt per quam morbus latens ſpe venia aperitur*, tangitur ſubſtantia actus, in aperitione: id de quo fit, cum dicitur, *morbus latens*: & cauſa, cum dicitur, *ſpe venie*. In aliis definitionibus, quæ aſſignantur tanguntur aliqua ex illis, quæ ſunt in confeſſione.

†3. Concl. Etſi ſacerdos, vt homo, ſciat peccatum tamen non ſcit, vt Chriſti vicarius: vel dic quod actus exterior poteſt cognoſci, ſed interior, qui eſt principium exterioris, eſt occultus, ideo debet manifeſtari.

4 Concl. Confeſſio præſupponit caritatem, quam qui habet, magis monetur ſpe, quam timore, ideo dicitur ſpe venie.

5 Concl. Peccatum non ideo non aperitur, quia clauditur ſigillo confeſſionis: quoniam non clauditur ſacerdoti ſed aliis.

6. Concl. Greg. hom. 10 in euang. Non eſt neceſſe in definitione omnia, quæ pertinent ad definitum aperire, & ideo ab aliis diuerſa ratione confeſſio potuit definiri.

Articul. 2. Vtrum confeſſio ſit actus virtutis.

1 Concl. Confeſſio eſt quid bonum ex genere, & actus virtutis.

1. Præcepta legis ſunt de actibus virtutum. Sed confeſſio eſt ſub præcepto. Ergo.

2. Quod eſt actus meritorius, quia vel in ope-

3. *Quod continet aliquam conditionem, quæ ad virtutem pertineat, est actus virtutis; sed omne est, vt aliquid dicatur verum, vt habeat in se aliquam virtutis conditionem: talis est confessio, quia cum ore confitetur, quod tenet corde, vt & cor in eũ conueniunt, quod ad virtutem pertinet. Ergo.*

2 Concl. Potest tamen male fieri, nisi adhibeantur debitæ circumstantiæ.

† 3. Concl. Licet confessio quo ad determinationem circumstantiarum, quando, quomodo, &c. sit de iure diuino; est tamen de iure naturali, prout naturalis ratio in generali inclinat ad eam debito modo faciendam: & sic est actus virtutis.

4. Concl. Repugnat innocentem habere actum virtutis, qui est confessio; quia obiectum eius est peccatum commissum: habet tamen habitum.

5. Concl. Gratia virtutum, & gratia sacramentorum non sunt contrariæ, sed disparatæ; ideo non inconuenit, vt idem sit actus virtutis, & sacramentum, vel pars sacramenti.

Art. 3. Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ virtutis.

1. Concl. Aristot. 2. ethic. c. 7. Confessio elicitiue pertinet ad virtutem pœnitentiæ.

1. *Pœnitentia ordinatur ad destructionem peccati, & ad idem ordinatur confessio. Ergo est actus pœnitentiæ.*

Aristot. 4. ethic. c. 1. 2. *Quando supra obiectum virtutis additur specialis ratio boni, & difficilis, requiritur specialis virtus. Sed ad veritatem confitendam ad remissionem peccatorum est specialis ratio boni, & difficilis. Ergo confessio non ad virtutem veritatis, sed ad speciem virtutem pertinebit, quæ non est nisi pœnitentia. Ergo.*

3. *Vt confessio in iudicio ad iustitiam, & confessio beneficiorum Dei, ad latriam, non ad veritatem referuntur; ita confessio peccatorum ad pœnitentiam, & non ad virtutem veritatis elicitiue pertinebit.*

2. Concl. Confessio imperatiue potest pertinere ad multas virtutes, prout eius actus trahi potest in finem multarum virtutum.

† 3. Concl. Confessio est actus spei non elicitiue, sed imperatiue.

4 Concl. Erubescentia operatur quidem in confessione, non vt causa confessionis, cum potius sit apta eam impedire; sed ad libertandum a pœna, cum ipsa pœna quædam sit.

5. Concl. Non ideo, quod partes pœnitentiæ adaptantur aliquo modo attributis diuinis, vt contritio misericordiæ, vel bonitati, confessio sapientiæ, & satisfactio potentiæ; sequitur, quod confessio non sit actus pœnitentiæ.

6. Concl. Ad pœnitentiam mouet articulus de iudicio, propter timorem, sed ratione contritionis tantum: & ideo confessio adhuc ad eam pertinet, licet innitatur articulo vitæ æternæ propter spem.

Quæstio 8. De ministro confessionis.

Art. 1. Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti.

1 Concl. Solus sacerdos minister est huius sacramenti.

1. *Ablutio pœnitentiæ, propter quam fit confessio, non pertinet nisi ad sacerdotem. Ergo.*

Ioan. 11. 2. *Dominus solis discipulis præcepit, vt soluerent Lazarum, per quod figuratur confessio.*

3. *Solus ille est minister sacramentorum, qui habet ministerium in corpus Christi verum, cum gratia, quæ in illo habetur ex capite defendat in membra. At solus sacerdos potest consecrare Eucharistiam. Ergo & ideo ei soli est facienda sacramentalis confessio.*

† 2. Concl. Iac. 5. Cap. 3. Concl. Illud, *confitemini alterutrum, &c.* intelligitur præsupposita institutione diuina, id est, sacerdotibus.

Baptismus est maioris necessitatis, eũ nunquam possit prætermitti, etiam in paruulis, ideo pertinet etiam ad laicos: at confessio, cum ad adultos pertineat, non est ita necessaria, cum possint saluari contritione cum proposito confitendi.

4. Concl. Etsi taxatio pœnæ possit fieri ab alio: tamen, vt est pars sacramenti fit tantum a sacerdote.

5. Concl. Cognoscere vultum pecoris, vt coordinetur gregi Christi, potest pertinere ad non sacerdotem: at ad procurandum conueniens remedium salutis, solius sacerdotis est.

Art. 2. Vtrum in aliquo casu liceat aliis, quam sacerdotibus confiteri.

1. Concl. In necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet, vt ei confessio fieri possit.

Quia, vt baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia. At baptismum duplice habemus ministrum, alterum ex officio scilicet sacerdotem, alterum ex necessitate, cui dispensatio baptismi committitur, scilicet laicum. Ergo & pœnitentia eum habebit, cui ex officio sit facienda alterum in necessitate.

† 2. Concl. In pœnitentia est aliquid ex parte ministri,

vt absolutio, & satisfactionis iniunctio, & aliquid ex parte suscipientis, vt contritio, & confessio: & sicuti satisfactio incipit esse à ministro, ita in pœnitente completur. Vnde ad plenitudinem sacramenti vtrunque debet concurrere quando est possibile: cum autem necessitas imminet, pœnitens debet facere, quod ex parte sua est, scil. conteri & confiteri cui potest, quia defectum ex parte sacerdotis summus sacerdos supplet: sed confessio laico facta non est sacramentū, cum ei desit quod est ex parte sacerdotis, sed quodammodo sacramentalis.

3. 21 Licet laicus non sit absolute iudex confitentis: est tamen ratione necessitatis, inquantum ex defectu sacerdotis ei subiicitur.

4. Concl. Confessio facta laico reiteratur, quia non fuit perfectum sacramentum: nec inde sequitur, quod fit facienda: baptismum autem non reiteratur, quia fuit verum sacramentum.

Art. 3. Vtrum non sacerdos in casu necessitatis possit confessionem venialium audire.

1 Concl. Non sacerdos in casu necessitatis potest confessionem venialium audire.

1. Venialia non imd̄ gent̄ nova gratia ad remissionem, neque vetetis ratione Eccl̄siæ, cum nec a Deo, nec ab Eccl̄sia separant. Ergo neque necesse est, vt quis ea confiteatur sacerdoti.

4. sent. d. 8. q. 7. 2. *Confessio facta laico, cum sit quoddam sacramentale, ex caritate pœnitentis potest remittere venialia, sicuti aspersio aquæ benedictæ, & tunsio pectoris. Ergo. Vide auctoritatem apud Mag.*

† 2. Concl. Quia venialia non indigent sacramenti perceptione ad sui remissionem; sufficit sibi aliquid sacramentale, vt aqua benedicta, vel aliquid huiusmodi.

3. Concl. Extrema vnctio non datur directe contra aliquod veniale, nec aliquod aliud sacramentum.

Art. 4. Vtrum sit necessarium, quod homo confiteatur proprio sacerdoti.

1 Concl. Sicut qui non est sacerdos non potest hoc sacramentū conferre, ita necis, qui non habet iurisdictionem, & vt oportet sacerdoti, ita & proprio sacerdoti confessionem fieri.

lib. 5. decret. tit. 38. c. 12. *1. Est constit. Innoc. qui hoc determinat.*

2. In hoc sacramento recipiens non solum recipit, sed etiam agit, cuius actus sunt necessarij tanquam de substantia sacramenti, cum sint quasi partes. & cum actus nostri in nobis permanentes habeant, non possunt nobis ab alio dispensari nisi per imperium. Ergo dispensator huius sacramenti debet posse imperare aliquid agendum. Sed imperium non competit alicui super alium, nisi habeat iurisdictionem super eum, ideo ad necessitatem huius sacramenti, non solum requiritur ordo in ministro, sed etiam iurisdictio. Ergo &c. Quia sacerdos non absolvit nisi obligando ad aliquid faciendum, & ita potest absolvere, qui per imperium potest ligare.

† 2. Conc. 1. q. 1. Cum ex auctoritate. Quod monachi possint à peccatis absolvere, intelligitur de illis, qui habent iurisdictionem: quibus alicuius parochiæ cura est commissa.

3. Concl. Eucharistia potest accipi non à proprio, & erit verum sacramentum, & si non liceat, quia non requirit imperium.

4. Concl. Electio discreti sacerdotis non est nobis commissa, vt ex nostro arbitrio facienda, sed de licentia superioris, si proprius fuerit minus idoneus. Prælatis ad quos dispensatio sacramentorum pertinet, concessum est à iure, vt possint confessores eligere, qui vt sic, sunt eis superiores.

5. Concl. In casu, in quo pœnitens sibi vel sacerdoti timet periculum ex confessione, debet petere licentiam a superiore confitendi alteri: si non obtineat, reputatur, ac si confessorem non haberet: & tunc magis debet confiteri laico: & propter legem naturæ qua quisque debet sibi cauere, non peccat contra præceptum, nec vlli iniuriam facit.

6 Concl. In hoc non arctatur via salutis; sed sufficiens via statuitur: sacerdos autem peccat nō præbendo licentiam: iis qui alias non confitebuntur; & saltem, quia scandalum ortietur.

Art. 5. Vtrum aliquis possit alteri, quam proprio sacerdoti ex mandato superioris confiteri.

1 Concl. Dupliciter potest sacerdos impediri ne alicuius confessionem audiat: vel ob defectum iurisdictionis: vel ob impedimentum executionis ordinis, vt excommunicatus, &c.

2 Concl. Cum quæ sunt iurisdictionis possint committi, potest aliquis ex mandato, vel priuilegio superioris alteri confiteri, quam proprio sacerdoti cui iurisdictio committatur, vel per ipsum sacerdotem, vel per episcopum, siue per Papam.

1. Episcopus potest audire confessionem eius, qui est de parochia alicuius presbyteri, & potest sibi reservare. Ergo.

2. Quod potest inferior, potest superior. Sed pa-

certos potest suo parochiano dare licentiam, vt alteri confiteatur. Ergo &c. superior.

3. Sacerdos habet potestatem ab episcopo, vt possit audire. Ergo &c. eam potest habere, si ei cui episcopus concedat.

3. Concl. Cum non potest audiri confessio ob impedimentum executionis, potest concedi facultas audiendi, ab eo, qui potest impedimentum remouere.

† 4. Concl. Superior dando licentiam, vt quis non proprio sacerdoti confiteatur, non præiudicat proprio, cum facultas iurisdictionis non sit ei data in fauorem ipsius, sed in vtilitatem pœnitentis, & in gloriam Dei.

5. Concl. Sacerdos debet cognoscere vultum peccatoris sui, primo, quoad exteriorem conuersationem, & tunc non statim ei tenetur credere, sed inquirere facti certitudinem: secundo per confessionis manifestationem, & tunc non potest habere maiorem certitudinem, quam vt ei credat fuisse ablutum ab habente iurisdictionem.

6. Concl. Dari vni duos sacerdotes proprios & æquales inconuenit, at si sint inæquales, nequaquam: vt sunt inferior, & superior: pœnitens autem semper tenetur obedire magis superiori.

7. Concl. Qui est confessus episcopo, vel eius pœnitentiario non tenetur confiteri proprio, quãtumcunq; hoc petat: sed ob statutum Eccleſiæ eo modo tenetur, vt is, qui habet tantum venialia, si tamen iterũ confiteatur, non ideo est frustra prima confessio, quia quo pluries confitetur, magis de pœna remittitur, ex vi clauium, & ex erubescentia: nec fit iniuria sacramento cum sit iterabile.

Art. 6. Vtrum pœnitens possit in fine vitæ a quolibet sacerdote absolui.

1. Concl. In mortis articulo, potest pœnitens à quouis sacerdote, non solum à peccatis absolui, sed etiam à qualibet excommunicatione à quocunque sit lata.

1. In necessitate corporali potest quis sibi rebus alienis inuito domino. Ergo etiam in necessitate spirituali, cum hæc sit maior, potest à non suo sacerdote absolui.

2. Ex virtute clauium quilibet sacerdos habet potestatem indifferentem in omnes, & quantumcunq; peccata, sed quod non possit, quia ex ordinatione Ecclesiæ habet iurisdictionem limitatam, vel nullam, sed usus necessitas non habeat locum in articulo necessitatis per Eccles. ordinationem non impeditur, quin possit absolvere, à quo habet clau.s & etiam ab excommunicatione, cum hæc quoq; ad iurisdictionem pertineat.

† 2. Concl. Licet sacerdos in articulo mortis non habeat iurisdictionem, habet tamen vsum iurisdictionis.

Quia Ecclesia acceptat, quod in tali casu omnes possint absolvere.

3. Concl. Qui est absolutus in tali casu, si euadat periculum, debet adire proprium, non vt confiteatur, sed vt se absolutũ ostendat: similiter, si sit absolutus ab excommunicatione, debet adire iudicem, non absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

4. Concl. Baptismus ex sanctificatione materiæ habet efficaciam, pœnitentia ex satisfactione ministri, & ideo confitens laico tenetur reconfiteri, cum talis confessio non sit sacramentum: non sic baptizatus à laico.

Art. 7. Vtrum pœna temporalis taxetur secundum quantitatem culpæ.

1. Concl. Post dimissionem culpæ, pœna ad duo requiritur. s. ad debitum persoluendum, & ad remedium præstandum.

2. Concl. Quantum ad primum quantitas pœnæ respondet radicaliter quantitati culpæ, & ita taxatur secundum æqualitatem ad pœnam.

1. Isa. 27. In mensura contra mensuram cum obiecta fuerunt iudicabat eam. Ergo quantitas iudicij punitionis est secundum quantitatem culpæ.

2. Homo reducitur ad æqualitatem iustitiæ per pœnam inflictam. Ergo, &c.

3. Concl. Quo per id, quod primo aptum est remittere pœnam, plus pœnæ remittitur, vt per contritionem, tanto minus soluendum restat per confessionem.

4. Concl. Quantum ad remedium, vel eius qui peccauit, vel aliorum, quandoq; pro minori peccato iniungitur maior pœnitentia.

Vel quia peccato nemo minus potest resistere, quã peccato alterius: & sic pro fornicatione maior pœna imponitur inuenis, quam senis, vel quia isto tempore peccatum est periculosissimum, vt in sacerdote; vel quia multitudo est magis prona ad illud peccatum.

5. Concl. Pœna in foro pœnitentiæ attenditur quantum ad vtrunque, & ideo non semper pro maiori peccato, maior pœna imponitur.

6. Concl. Quia pœna purgatorii est solum ad soluendum debitum, quia nõ manet vlterius locus, peccandi, taxatur solum secundum quantitatem peccati, considerata tamen contritionis quantitate, & confessione, & absolutione: quia per hæc omnia pœna diminuitur. Vnd

ista etiam à sacerdote cum iniungit satisfactionem consideranda sunt.

7. Concl. Apoc. 18. non dicitur quod pœna tantum detur secundū quantitatē delectationis, quæ potest esse minor de maioris peccato, sed etiam ratione elationis contra Deum, quæ semper est maior de maiori peccato.

8. Concl. Pœna septem dierum in veteri lege non erat expiatiua a pœna debita peccato; sed ab irregularitate; vt cætera sacrificia legalia: in noua autem lege pœna maior est, quia soluit debitum peccati, & quia cæteris paribus plus peccat homo in noua propter sanctificationem maiorem, & propter beneficia potiora accepta a Deo.

9. Concl. Sacerdoti imponitur maior pœna pro peccato minori, quam laico pro maiori, non ad debitum, sed ad remedium.

Quia cum maiori periculo & suo, & aliorum peccat.

Quæstio 9. De qualitate confessionis.

Art. 1. Vtrum confessio possit esse informis.

1. Concl. Confessio, vt pars sacramenti, quomodo cordinat confitentem ad claues, potest etiam in eo, qui non est contritus.

1. Semel confessus, etiam in mortali peccato existens, non tenetur iterum eadem peccata confiteri; quia alias cum nullus sciat se caritatem habere, nemo sciret se confessum fuisse. Ergo.

2. Non contritus, & fictus, qui confitetur sua peccata sacerdoti, & clauibus Ecclesiæ se subiicit, licet non recipiat fructum absolutionis, quem recedente fictione percipit, non tenetur reiterare confessionem, sed tantum fictionem confiteri. Ergo.

2. Concl. Confessio, vt actus virtutis non valet sine caritate.

Quia debet esse actus meritorius, quod habet à caritate.

†3. Concl. Eccl. 17. Illud, *à mortuo, velut qui non est, perit confessio*, intelligitur quoad fructum, qui non habetur sine caritate,

4. Concl. Contritio & satisfactio requirunt necessario caritatem, quia fiunt Deo, sed non confessio, cum fiat homini.

5. Concl. Qui narrat sua peccata, vere loquitur, & os & cor concordant, quantum ad substantiam actus; licet non quoad finem.

Art. 2. Vtrum oporteat confessionem esse integram.

1. Concl. De necessitate confessionis est, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoria habet.

1. Hypocrisis est impedimentum pœnitentiæ. Sed dividere confessionem ad hypocrisim pertinet, vt ait Aug. Ergo.

2. Confessio est pars pœnitentiæ, sed pœnitentia debet esse integra ex Magist. Ergo.

3. Vt medicus debet non solum cognoscere vnum morbum contra quem medicinam dare debet, sed vniuersam habitudinem infirmi; quia vnus morbus ex connexione aliorum aggrauatur, & medicina, quæ vni morbo competit, ei erit nocet: ita in peccatis, quia vnum aggrauatur ex alio medicus spiritualis debet cognoscere omnia peccata, ne medicina, quæ vni prodest, noceat alii, cum sæpe vnum sit contrarium infectiui peccati, vt ait Greg.

† 2. Concl. Erubescentia, quæ multiplicaretur confitendo varia peccata pluribus, est maior, cum omnia vni manifestantur: quia ex multitudine peccatorum maior apparet malitia.

3. Concl. Pœna a variis imposita non est sufficiens.

Quia varii non considerarent grauitatem, quæ vnum peccatum habet ex altero; & remedium quod daretur ad vnum tollendum, posset in alterum impellere.

4. Concl. Cum quis de oblito non potest confiteri proprio sacerdoti, non tenetur alteri repetere iam confessa; sed sufficit dicere in generali, quod cum de aliis confiteretur, illius oblitus fuit.

5. Concl. Pœnitens debet omnia peccata confiteri, licet sacerdos non possit ab omnibus absoluere, vt totius culpæ quantitatem intelligat, & vt ad superiorem cum mittat.

Art. 3. Vtrum possit quis per alium, vel per scriptum confiteri.

1. Concl. Confessio vt pars sacramenti debet fieri per proprium verbum.

1. Ita homo tenetur ad confessionem peccatorum, vt ad confessionem fidei. Sed hæc ore est facienda, ex Paulo. Ergo.

Rom. 10. *2. Qui per seipsum peccauit, debet per seipsum pœnitere. Sed confessio est pars pœnitentiæ. Ergo.*

3. Sicut alia sacramenta habent determinatam materiam, & in baptismo ad significandam interiorem ablutionem, assumitur elementum, cuius est maxima vsus in abluendo, ita in confessione ad manifestanda assumitur determinatus actus, quo consueuimus aliquid manifestare, quod est proprium verbum. Ergo: alii autem modi introducti sunt in defectum istius.

2. Concl. Confessio, vt est actus virtutis, potest quomodolibet fieri.

†3. Concl. Non sufficit manifestatio peccati, sed oportet, quod per actum determinatum manifestetur.

ltentur: sicut in baptismo ablutio fit per determinatum elementum.

1. Concl. Ab homine non exigitur nisi id, quod potest, & ideo mutus, & qui non habet vsum linguæ, potest per scripturam, nutus, & interpretem confiteri.

2. Concl. In absentia proprii sacerdotis confessio potest fieri laico; ideo non oportet, vt fiat per scripturam.

Quia actus plus est de necessitate confessionis, quam ille cui fit confessio.

Art. 4. Vtrum sexdecim conditiones requirantur ad confessionem.

Concl. Hæ sexdecim conditiones requiruntur ad confessionem. Sit simplex, humilis confessio, pura fidelis: atque frequens, nuda, & discreta, erubescens: verecunda: integra, secreta, & lachrymabilis, accelerata: fortis & accusans, & sit parere parata.

1. Quia has fluxuum Doctores.

2. Confessio, vt est actus virtutis in genere, debet esse sanus, & ideo dicitur discreta: voluntaria, vnde debet sit in debitum finem operetur, vnde pura: vt immobiliter operetur, & ideo fortis. Vt autem est actus virtutis pœnitentiæ, propter turpitudinem peccati, debet esse verecunda, propter dolorem lacrymabilis, & vt terminatur in abjectione sui, humiliat onfessio vt actus, dicit manifestationem, quæ potest in pudoris: vel per falsitatem, vnde debet esse fidelis: vel per obscuritatem verborum, ideo nuda: & haec multiplicationem verborum, ideo simplex: vel per subtractionem, ideo integra. Vt est pars sacramenti, ex parte confitentis debet esse accusans, & parere parata: ex parte sacerdotis secretatis: & hæ sunt conditiones necessariæ. At vero ad bene esse pertinet, quod sit frequens, & accelerata.

†2. Concl. Conditio vnius virtutis potest esse in alia; vel quia ab ipsa imperatur; vel quia habent idem medium, vna principaliter, alia secundario.

3. Concl. Istæ duæ conditiones pura, & simplex, non ponuntur superflue.

Nam hæc excludit alterius admixtionem, illa intensionis permissionem.

4. Concl. Confessio debet esse secreta, quia si fieret in publico, scandalizarentur quam plurimi; quod non accidit in satisfactione.

5. Concl. Conditio lacrymabilis, referenda est ad lacrymas mentis, quæ sunt in potestate nostra.

Quæstio 10. De effectu confessionis.

Art. 1. Vtrum confessio liberet a morte peccati.

1. Concl. POEnitentia, vt sacramentum præcipue in confessione perficitur, quia per eam homo se subiicit ministris Ecclesiæ, qui sacram. dispensant: contritio enim votum confessionis, & satisfactionis annexum habet: vnde soluitur primum: quia contritio, non tollit culpam sine voto confessionis.

2. Concl. Quia in sacram. pœnitentiæ datur gratia, qua fit remissio peccati, sicuti in baptismo, ideo confessio ex vi absolutionis coniunctæ, remittit culpam, vt baptismus.

3. Concl. Vt baptismus liberat a peccato non solum, vt re suscipitur, sed etiam vt est in voto; & in ipsa collatione, nisi impedimentum poneretur, remitterentur peccata, nisi prius remissa fuissent; idem dicendum est de confessione adiuncta absolutionis, & quod in voto a culpa liberat in re, gratiam auger, & vel dat de nouo, si contritio non fuit sufficiens.

4. Concl. Vt baptismus dicitur liberare a morte: idem etiam de confessione dici potest.

Quia est pars pœnitentiæ sacram. entis aspernare liberat a culpa. Ergo.

† 5. Concl. Illud, per confessionem fit veniale, quod prius mortale intelligitur non de veniali ex genere, vt est verum ex toto: neque ex causa, vt quod venia causam habet, vt peccatum ex fragilitate, sed ex euentu, vt illud quod veniam consequitur, & de pœna facile expiabili.

Art. 2. Vtrum confessio liberet aliquo modo a pœna.

1. Concl. Confessio ex vi absolutionis actu, vel voto, vt liberat a culpa, ita a pœna æterna, & obligat ad temporalem, vt medicina purgans, & promouens: quæ licet restet soluenda in purgatorio: tamen virtute clauium ita minuitur, vt remaneat proportionata viribus pœnitentis, vt eam soluere in hac vita possit.

2. Concl. Confessio etiam ex natura actus confitentis, liberat a pœna.

Quia habet pœnam erubescentiæ annexam. At omnis pœna minuit pœnam peccati. Ergo. Vnde quanto aliquis plures de peccatis confitetur; tanto magis pœna minuitur. Et ex hoc patet ad primum.

† 3. Concl. Voluntas reputatur pro facto in his, quæ sunt omnino ab homine, & quantum ad præmium substantiale; non autem in his, quæ

sunt

sunt ab alio, & quantum ad pœnæ remotionem: vnde non tantum efficit confessio in voto, vt in actu.

Art. 3. Vtrum confessio aperiat paradisum.

1. Concl. Confessio aperit paradisum.

1. *Conf. Iosue subijcit hominem clauibus ecclesiæ. Sed per claues aperitur paradisus. Ergo.*

2. *A paradisi introitu prohibetur aliquis per culpam, & reatum pœnæ. Ad hæc tollenda per confessionem. Ergo.*

† 2. Concl. Licet baptismus, & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamen possunt producere vnicum effectum.

Quia pendent ex virtute vnius passionis Christi, per quam paradisus est apertus.

3. Concl. Paradisus non aperitur nisi per confessionem saltem in voto: & post apertionem non remouetur totaliter obstaculum reatus, ante actualem confessionem, & satisfactionem.

Art. 4. Vtrum confessio tribuat spem salutis.

1. Concl. Confessio tribuit spem salutis.

1. *Per confessionem homo nihil nisi malum, & mutus. Sed per hoc accipit spem salutis. Ergo.*

2. *Per confessionem homo se subijcit clauibus ecclesiæ habens ibi virtutem expellendi hæreticos mundi peccata. Sed ex hoc oritur spes salutis. Ergo.*

† 2. Concl. Rom. 5. Data spem salutis conuenit maxime confessioni, non solum, vt est actus meritorius, sed vt pars sacramenti.

Quia innititur gratiæ redemptoris.

3. Concl. Tribulatio tribuit spem salutis propter experimentum propriæ virtutis, & purgationem a peccatis confessio vero modo dicto.

Art. 5. Vtrum confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita.

1. Concl. Confessio operatur suppositâ contritione, quæ culpam delet, & sic confessio directe ordinatur ad dimissionem pœnæ quod facit ex erubescentia, quam habet, & ex vi clauium quibus se confitens subijcit.

2. Concl. Cum per contritionem præcedentem peccatum deletum est, quoad culpam, huc in generali, si eius memoria non habetur huc in speciali, & confitens oblitus est, generalis confessio sacramentalis operatur ad dimissionem pœnæ ex vi clauium, nullo obstaculo posito: non autem ex parte erubescentiæ, cũ specialiter de eo non erubuerit.

3. Concl. Per generalem confessionem delentur peccata mortalia oblita.

1. *Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Sed qui confitetur omnia peccata quæ scit, accedit ad Deum, vt potest. Ergo.*

2. *Qui confitetur, veniam consequitur, si non sit fictus. Sed iste non est fictus, quia patitur ignorantiam facti, qua peccato excusat. Ergo.*

4. Concl. Vnusquisque tenetur de peccatis oblitis confiteri, illorum recordetur: non quod nõ fuerint per confessionem generalem præcedentem ablata, sed vt suppleatur, quod defuit ad sacramentalem confessionem.

5. Concl. Qui non est conscius peccati; quia oblitus, post generalem confessionem non potest esse certus de gratia, cum non sciat certo peccatũ sibi esse remissum per talem confessionem, licet per coniecturas id existimare possit.

6. Concl. Oblitus non reportat commodum ex negligentia, cum non consequatur ita plenam remissionem, nec tantum meretur.

7. Concl. Generalis confessio delet peccata facta per ignorantiam facti, & ignorantiam particularis circumstantiæ, quæ excusat, non autẽ quæ committuntur ex ignorantia iuris, quia ipsa, peccatum est.

Quæstio 11. De sigillo confessionis.

Art. 1. Vtrum in quolibet casu teneatur sacerdos celare peccata, qua sigillo confessionis nouit.

1 Concl. Ex necessitate sacramenti est, quod quis confessionem celet: & tam quam violator sacramenti peccat, qui eam reuelat. 1. q. 5. can. 12

1. *Ex secreto debent sacerdos, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatum.*

2. *Sacerdos debet se Deo, cuius est minister conformare. Sed Deus peccata, quæ in confessione panduntur, non reuelat. Ergo.*

3. *Sacramenta sunt signa eorum, quæ interius geruntur, & ideo confessio exterior, qua homo se ecclesiæ subijcit, est signum interioris subiectionis, quæ est ad Deum. Deum autem peccatum eius, quæ se subiecit tegit, Ergo oportet, vt idem sacramentale peccatum non significetur. Igitur, &c.*

2 Concl. Hæc celatio est vtilis.

1. *Quia homines agunt ad confessionem attrahuntur.*

2. *Quia peccata simplicium confitentur.*

† 3. Concl. Celatio confessionis nunquam est contra caritatem.

Quia caritas non potest, vt apponatur remedium

peccato, quod homo nescit, vt illud quod sub confessione scitur, cum non sciat vt homo, sed vt Deus.

4. Conc. Præceptum de confessione celanda, quia consequitur ipsum sacramentum, est de iure diuino, sicut confessio, ideo sacerdos a quocunque sibi præcipiatur, & sub quacunque pœna non debet aliquid reuelare.

6. Concl. Confessor qui cognoscit aliquem indignũ prælatione propter peccata potest contradicere ex alia causa, vt ex defectu scientiæ, &c. dummodo suspicionem de crimine non inducat: & sic confessionem non reuelat.

Art. 2. Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia, quam ad illa, quæ sunt de confessione.

1 Concl. Sigillum confessionis directe non se extendit, nisi ad ea, de quibus est sacramentalis confessio.

Quia est annexum sacramentali confessioni, & quod est hominis non se extendit vltra sacram.

2. Concl. Indirecte id, quod non cadit sub sacramẽtali confessione etiam ad sigillum pertinet, vt ea per quæ vel peccatum, vel peccator posset deprehendi, quæ summo studio celanda sunt: tum propter scandalum: tum propter promitatem, quæ ex consuetudine, accidere posset, & sic patet ad primum.

3. Concl. Qui aliquod secretum acciperet celandum sub sigillo confessionis, tenetur ex promissione eo modo celare, ac si in cõfessione haberet, quanuis non sit sigillum confessionis.

Art. 3. Vtrum solus sacerdos habeat sigillum confessionis.

1. Concl. Sigillum competit sacerdoti, inquantum est ministet huius sacramenti: quod nihil aliud est, quam debitum confessionem celãdi:

1. Solus sacerdos est minister huius sacramenti. Sed sigillum est annexum sacramento, Ergo.

2. Ideo aliquis tenetur celare, quæ audit in confessione, quia ea scit, vt Deus. Sed sic sacerdos est minister Dei. Ergo.

2. Concl. Vt aliquis qui non est sacerdos in casu necessitatis, participat aliquid de actu clauis, dũ confessionem audit, ita participat aliquid de actu sigilli confessionis, & ita tenetur celare.

3. Concl. Sed proprie loquendo sigillum confessionis non habet. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos eius peccatum quod habet sub sigillo confessionis, alteri prodere.

1. Concl. Qui de licentia confitentis reuelat peccatum, non frangit sigillum confessionis.

1. Superior potest resistere peccatorem de voluntate ipsius, cum iustetur ad inferiorem. Ergo potest de voluntate confitentis peccatum manifestare.

2 Tamen potest per se reuelare. Ergo & per alium.

3. Ideo non potest reuelare, quia scit vt Deus. Sed confessus dando licentiam efficit, vt etiam sciat vt homo. Ergo.

2. Concl. Debet tamen cauere scandalum, ne fractor sigilli reputetur.

Quia ob hanc etiam causam tenetur celare.

† 3. Concl. Pontifex non potest dare licentiam, vt sacerdos reuelet.

Quia non potest efficere, vt illud sciat vt homo, quod potest confessus.

4. Concl. Per talem reuelationem bonum commune non tollitur, cum non frangatur sigillum,

Per hanc licentiam non datur impunitas malis sacerdotibus, si prætendant sibi datam licentiam.

Quia si accusentur, debent probare ex licentia renuntiasse.

5. Concl. Quia reuelante sacerdote audit peccatum, tenetur eo modo celare, sicut interpres: cum participet aliquo modo de actu sacerdotis.

Art. 5. Vtrum illud, quod quis scit per confessionem, & aliquo alio modo, possit alteri reuelare.

1. Concl. Sacerdos potest alteri reuelare id, quod scit per confessionem, si alio modo sciat: siue sciat ante, siue potest confessionem.

1. Nemo potest obligare ad id ad quod non erat obligatus, nisi per superiorem. Ergo peccator non potest obligare sacerdotem, cui confitetur vt ea taceat, quæ antea sciuit, cum non sit eius superior.

2. Ne impediatur, & vt seruetur institutum: quia confessor non posset testimonium ferre. & ne peccator fiat promptior ad peccandum, coram eo cui confitetur.

2. Concl. *3. Et tantum tenetur celare, quæ scit vt Deus. Sed ea scit vt homo. Ergo: & ideo debet dicere scio, quia audiui, se laudans.*

3. Concl. Propter scandalum vitandum non debet reuelare, nisi sit necessitas.

Qui dicit se vidisse, quæ in confessione audi-

diuit, per accidens reuelat confessionem, nec frangit sigillum per se: in nullo autem casu debet dicere se audiuisse in confessione.

4. Concl. Etsi scientia, qua sacerdos scit vt Deus, sit potentior: non ideo trahit ad se eam, qua scit, vt homo, cum non sint oppositæ: ideo per illam potest reuelare.

5. Concl. Veritas non est propter scandalum dimittenda: vnde quod quis audiuit in confessione, si aliter sciat, & immineat periculum iustitiæ, & veritatis debet reuelare, licet teneatur scandalum euitare.

Quæstio 12. De satisfactione quoad eius qualitatem.

Art. 1. Vtrum satisfactio sit virtus, vel actus virtutis.

1. Concl. ALiquis actus dicitur virtutis, vel materialiter, quia non habet malitiam implicitam, vel defectum circunstantiæ, quod tali actu potest virtus vti in suum finẽ, vt loqui, ambulare, &c. vel formaliter, quia in se rationem virtutis implicitam habet, vt fortiter sustinere, &c.

2. Concl. Formale cuiuslibet virtutis est ratio medij: & ita omnis actus, qui rationem medij importat est actus virtutis formaliter.

3. Concl. Satisfactio est formaliter actus virtutis.

1. *Quia pertinet ad ad, pœnitentiam, quæ virtus est.*

2. *Quia operatur ad delectionem peccati, quod destruitur per suum contrarium ut dicit Aug.*

3. *Satisfactio importat proportionem æqualitatis ad aliquid. At æqualitas est medium. Ergo erit formaliter virtus.*

† 4. Conne. Etsi satisfacere sit debitum: tamen prout voluntarie efficitur ex parte operantis accipit rationem gratuiti, & operans de necessitate virtutem facit: nec enim ratio meriti tollitur, cum voluntas necessitati assentitur.

5. Concl. Actus virtutis requirit voluntarium in agente, nõ in patiẽte, & ita satisfactio potest esse actus virtutis cũ sit volũtarius ex parte iudicis punientis, licet qui patitur, inuite patiatur.

8. Concl. Principale in virtute, in genere est electio, in speciali vero est id, ex quo actus interior recipit determinationem, & sic aliquando determinatur per actus exteriores, vt in satisfactione: vnde erit actus virtutis.

Art. 2. Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ.

1. Concl. Satisfactio formaliter actus iustitiæ est.

1. *Quia attendit rationem debiti, cum Deo debitum honorem impendat ex Anselm. hoc autem est iustitia. Ergo.*

2. *Per satisfactionem fit adæquatio rerum exteriorum: scilicet eorũ ad offensam. At adæquare pertinet ad iustitiam. Ergo.*

lib. 5. Ethic. 3. & 4. 3. *Ex ipso nomine, quia aduerbium, satis, æqualitatem proportionis designat. At proportio æqualitatis pertinet ad iustitiam per quam, ex Arist. medium accipitur secundum proportionem, quæ sit æqualitas. Ergo.*

2. Concl. Actus iustitiæ, ex eodem, vel est sui ad alterum, & tunc æqualitas est in ipso faciente, vel alterius ad alterum, vt in iudice, & tunc æqualitas constituitur in iustum passo: & quoniã satisfactio æqualitatem in faciẽte exprimit, ideo proprie dicit actum sui ad alterum.

3 Concl. Quia vsus rerum consistit in dando, facere æqualitatem in rebus exterioribus, propriè est reddere: at satisfacere, dicit æqualitatem in actionibus: licet sæpe confundantur.

4. Concl. Et quia adæquatio est inæqualium. ideo satisfactio inæqualitatem actionum supponit, quæ offensam præcedentem constituit, quam satisfactio respicit, & quia sola iustitia vindicatiua quæ æqualitatem constituit in eo, qui iniustum patitur, siue quis puniat alium, vt facit iudex, siue seipsum, vt facit pœnitens, qui pœnam ex se tenet, sit vt pœnitentia sit pars iustitiæ vindicatiuæ.

5. Concl. Satisfactio quæ æqualitatem respectu offensæ præcedentis in faciente importat, est opus iustitiæ, quantum ad illam partem, quæ pœnitentia dicitur.

† 6. Con Satisfactio includit quidem reconciliationem, quæ est actus amoris, sed quia importat immediate recompensationem illatæ iniuriæ, ideo elicitur a iustitia, licet imperetur à caritate, ad cuius finem ordinatur.

7. Concl Iustitia est quidem principaliter circa operationes, sed consequenter est etiam circa passiones, quæ sunt operationum causæ, & sic satisfactio potest peccatorum causas excindere.

8. Concl Quæuis virtus moralis participat actum prudentiæ, quæ formaliter complet in eis rationem virtutis, vt ex Arist. patet: ideo ad satisfactionem pertinet cauere, &c.

Art. 3. Vtrum definitio satisfactionis conuenienter in litera ponatur.

1. Concl. Iustitia non solum tendit inæqualitatem præcedentem puniendo culpam præteritam, sed etiam, vt in futurum æqualitatem custodiat, vt ait Arist. vnde satisfactio, quæ est iustitiæ actus, est medicina curans peccata præterita, & præseruans à futuris.

2. Concl. lib. 2 eth. cap. 3. Vt præseruat, sic ab Aug. definitur. Satisfactio est peccatorũ causas excludere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere.

Nam licet morbus corporalis ex remotione causarum, non possit sequi, non sic morbus spiritualis, quia liberum arbitrium non cogitur: ideo in hac distinctione ponitur excisio causarum, & morbus impediatur, & remittentia libero arbitrio ne aditus suggestionibus detur, vnd. sequatur peccatum.

3. Concl. Vt est medicina, hoc modo, satisfactio est illatæ iniuriæ recompensatio secundum iustitiæ æqualitatem. Et in idem redit definitio Anſ. qui ait, *satisfacere esse debitum honore Deo impendere.*

† 4. Conne. Per satisfactionem non tolluntur causæ remotæ peccati, vt est fomes, sed causæ proximæ, tam interiores, vt reliquiæ, quam exteriores, vt occasiones peccatorum.

5. Concl. Facilius est causas peccati excidere, quam ipsum peccatum.

Quia causa est bonum deficiens, quod facil. removetur, quam constituatur bonum, quod malum removet.

6. Conch. Satisfactio primo respicit præteritum, & ex consequenti, vt est medicina præseruans, etiam futurum.

7. Concl. Definitur. vt respicit futurum prout satisfactio fit ad Deum, qui maxime requirit emẽdationem in futuro, & exclusionem cautela futurorum potest etiam cognosci recompensatio præteritorum: Anſel. aliter definiuit: cum idem secundum diuersa possit definiri.

8. Concl. Innocens potest impendere honorem debitum Deo, sed non debitum ratione culpæ commissæ.

Quæstio 13. De satisfactionis possibilitate.

Art. 1. Vtrum homo possit Deo satisfacere.

1 Concl. HOmo debet Deo, & ratione beneficij accepti, quod debitum respicit gratiarum actio, vel latria, & ratione peccati commissi, quod respicit satisfactio.

In his quæ sunt ad parentes, & ad Deum, ex Arist. cum sit impossibile reddere æquiualens secundum quantitatem, sat est reddere secũdum proportionem, vt scilicet se habet hoc, quod est Deo debitum, ad ipsum Deum, sic quod iste potest reddere ipsum Deum. 2. Concl. lib. 8. eth. cap. vlt.

Si ly, *sam*, æqualitatem quantitatis importet, homo non potest satisfacere Deo. 3. Concl.

Si importet æqualitatem proportionis, quod ad iustitiæ rationẽ sufficit, potest Deo satisfacere. 4. Concl.

1. *Quia hoc Deus præcepit homini, Luc. 3. At ex Hieron. non præcipit impossibilia, Ergo.*

2. *Deus est magis misericors quam homo. Sed homo homini satisfacit. Ergo.*

3. *Satisfactio est, cum pœna æquatur culpæ. At contingit hominem æqualem pœnam assumere delectationi, quæ fuit in peccato, Ergo.*

† Concl. Satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ prout est gratia informata, per quam acceptum redditur, quod homo reddere potest, & sic satisfacit offensæ infinitæ.

5. Concl. Licet homo sit seruus Dei: tamen quia factus est ad eius imaginem, est dominus suorum actuum per lib. arb. per quod operando potest Deo satisfacere.

6. Concl. Et quamuis omnia debeat Deo ratione creationis, non sequitur, quod non possit ei satisfacere secundum æquiualentiam: & cũ oporteat eum esse solicitum circa multa, non est de necessitate salutis, vt totũ, quod potest, agat, & totum posse suum in aliquod vnum expendat sed est aliquid determinatũ, quod ab eo requiritur, scilicet impletio mandatorum Dei.

7. Concl. Esto quod non possit præteritum recuperare: potest tamen in futurum recompensare, quod in præterito facere debuisset: quia non debuit debito præcepti totum, quod potuit.

8 Concl. Originale peccatum habet minorem rationem peccati, quã actuale: tamen est grauius, quia est peccatum ipsius naturæ, & ideo non potuit expiari per hominem, sicut actuale.

Art. 2. Vtrum satisfactoriam pœnam possit vnus pro alio explere.

1. Concl. Satisfactoriam pœnam potest vnus pro alio explere, quantum ad solutionem debiti, dummodo sit in caritate.

1. *Alter alterius onera portate, ait Paul.*

2. *Caritas magis potest apud Deum, quam apud homines. Sed vnus homo potest pro amore alterius*

deco-

2. Concl. debitum eius soluere, Ergo. Satisfactio vt medicina sequentis peccati, non potest fieri per alterum.

Quia iejunium vnius non domat carnem alterius, nec ex actibus vnius, alius bene agere consequitur, nisi per accidens, prout aliquis per bona opera potest alteri mereri augmentum gratiæ.

3. Concl. Non est necesse vt ei, qui satisfacit pro alio maior pœna imponatur, quia pœna magis satisfacit, non quia est propria, sed quia oritur ex caritate. Nec etiam requiritur, vt ille pro quo quis satisfacit sit sit impotens.

4. Concl. Sed prout pœna est in remedium non est permittendum: vt vnus pro alio satisfaciat, nisi appareat aliquis defectus spiritualis, vel corporalis per quem sit impotens.

† 5. Conc Præmium essentiale: quia datur secundum dispositionem hominis, non potest vnus alteri mereri, nisi meritum esset infinitum, vt illud Christi: at pœna temporalis non taxatur, iuxta dispositionem eius, cui debetur: vnde vnus pro alio satisfacit mediante caritate, qua quod est vnius, efficitur alterius.

6. Concl. Cum contritio ad culpam ordinetur, pertinet ad dispositionem bonitatis, vel malitiæ hominis, & per confessionem homo subijcitur sacramentis, quæ dant gratiam recipienti: ideo non potest vnus pro alio hæc efficere.

7. Concl. Qui pro alio satisfacit, aliquid sibi meretur, non ratione debiti, quod soluit, sed ratione caritatis, qua soluit: nec tunc etiam pro se satisfacit ex quantitate non sufficit ad vtrumque peccatum tollendum.

8 Concl. Qui moritur post quam tota pœna sibi debita ab alio fuit capta est, tandiu pœnam patetur, quandiu ille satisfactionem pro eo fecerit, nec sequitur, quod vnum peccatum bis puniatur, quia vterque est debitor illius pœnæ, vnus pro commisso, alter pro omisso.

Quæstio 14. De qualitate satisfactionis.

Art. 1. Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

Concl. Impossibile est, vt homo de vno peccato satisfaciat, alio retento.

C. 1. 5. 1. *Iejunium cum contentione factum, licet sit ipsum satisfactorium, non placet Deo, vt patet per 1. Sed non fit satisfactio nisi per opus Deo acceptum. Ergo*

2 *Satisfactio est medicina curans præterita, & cessantes peccatis fomitem. Sed hoc non potest fieri sine gratia, quæ non fiat cum peccato. Ergo.*

3 *Satisfactio est offensæ ablatio, quæ est amicitiæ restitutio. Sed non potest restitui amicitia Dei nisi tollatur omnis offensa, quæ in quolibet peccato consistit. Ergo: sicuti non potest quis satisfacere homini pro alapa ei data, si alapam sibi idem daret.*

† 2. Concl. Etsi peccata non habeant connexionem, tamen de vno non potest quis satisfacere, & non de alio: quia id, per quod omnia remittuntur, est vnum & idem: & sic remissiones connexæ sunt.

3. Concl. In obligatione alicuius debiti, si sit tantum inæqualitas iustitiæ, potest reddi vnum sine alio: at in peccatis non solum debet reddi æqualitas, sed etiam amicitia propter offensam Dei. vnde, &c.

4. Concl. Non dicitur sufficienter causas peccatorū excindere, qui causam vnius remouet, & nō alterius. *Quia vnum peccatum ad aliud trahit.*

Art. 2. Vtrum aliquis de illis peccatis quæ sibi per contritionem dimissa fuerunt, possit satisfacere extra caritatem existens.

Opera facta sine caritate non sunt satisfactoria pro peccatis per contritionem dimissis.

1. Concl. 1. *Satisfactoria virtus est delere delicta. Sed hæc opera caritas Pron. 10. Ergo.*

2. *Principium satisfactionis est eleemosyna Sed hæc non valet extra caritatem, ex Paulo. caritate Ergo.* 1. Cor. 13.

Arist 9. eth. c. 4. 3. *In satisfactione oportet, vt amicitia restituta, restituatur æqualitas inuisitia. Sed hoc non potest fieri sine caritate, quia non est per æqualitatem, cū ad Deum non sit æqualitas, sed per acceptionem ipsius Dei, qui non acceptat nisi mediante. Ergo.*

illud, *peccata tua eleemosynis redime*, intelligitur, quod prius cesset peccatis, & postea eum pœniteat.

† 2. Concl. Dam 4. Quia nemo certo scit, an habuerit caritatem in satisfaciendo, dicitur, *de præterito peccato non esse sine metu* nec per hoc debet quis reiterare satisfactionem, si non habeat conscientiam peccati mortalis, licet ei subijciatur: nam & si non redimat pœnas, non incurrit tamen reatum omissionis, ob negligentiam satisfactionem.

3. Concl. Eccle. 5. Intentio, quam habet quis à principio satisfactionis, nō sufficit, si sit per peccatum interrupta. quia non potest dare vim operibus post peccatum factis.

Sine caritate non potest fieri adæquatio sufficiens, nec secundum diuinam acceptationem, nec secundum æquiualentiam.

Art. 3. Vtrum homini post quam caritatem habuerit, valere incipiat satisfactio præcedens.

Falsum est, quod per caritatem sequentem, opera extra caritatem facta vim efficiantur, quantum ad hoc, quod sint satisfactoria, & non quantum, ad hoc quod sint meritoria vitæ æternæ.

1. Quia vtrumque habent ex eadem ratione felicet, vt sint grata Deo, Ergo sicut non valent ad vnum, ita nec ad alterum.

2. Ideo primo non erant satisfactoria, quia erat mortua. Sed per pœnitentiam non viuificantur. Ergo.

3. Opera non possunt esse Deo accepta nisi sint caritate formata. Ergo, &c.

Illud, *finem bona conuersationis debent imputari a tempore, quo quis peccauit*, intelligitur, si statim habuit contritionem, & ante confessionem bene operatus est: vel debet computari, quoad pœnæ impositionem a sacerdote, vt minorem pœnam iniungat, in quantum inuenit pœnitentem melius dispositum.

Baptismus imprimit characterem, ideo aduenientе caritate, quę fictionem tollit, habet effectum suum, non ne satisfactio: præsertim cum baptismus sit opus Dei, & satisfactio opus hominis.

Satisfactiones, quæ aliquid relinquunt in satisfaciente, vt ieiunium macerationem carnis, & eleemosyna substantiæ diminutionē, non debent reiterari, si cum peccato fiant: quia quantum ad hoc, quod ex eis manet, per pœnitentiam Deo acceptæ sunt sed illæ, quę in satisfaciente nullum effectum relinquunt, post actum, vt orationes, &c.

Art. 4. Vtrum opera extra caritatem facta sint alicuius boni meritoria.

Meritum proprie est actio, qua efficitur, vt ei qui agit, iustum aliquid detur: iustitia autem, vel est propria, quæ respicit debitum ex parte recipientis, & vel immediata, quæ respicit debitum ex parte dantis, quia decet eundem, quod non est debitum ex parte recipientis.

Similiter meritum, vel est meritum condigni, cum actus eiberit vt agenti aliquid sit debitum: vel congrui, cum per aliquem actum fit, vt in dante sit debitum dandi secundum decentiam ipsius.

Cum in omnibus, quæ gratis dantur, prima ratio dandi sit amor impossibile est, quod aliquis proprie sibi debitum faciat, qui amicitia caret. Quare cū omnia bona dentur nobis ex diuina liberalitate, nemo potest acquirere debitum recipiendi aliquod illorum, nisi per caritatem ad Deum. *3. Concl.*

Opera extra caritatem facta, non sunt meritoria de condigno apud Deum. *4. Concl.*

1. Ex dict. peccator non est dignus pœna quo vescatur Ergo. *1. Cor. 13.*

2. Quia non est, non potest aliquid mereri. Sed peccator, cum non habeat caritatem, ex Iamo, nihil est Ergo.

Merito congrui potest quis mereri aliquid per opera extra caritatē facta: quia diuinam bonitatem decet, vt vbi dispositionem inuenit perfectionem adijciat. *5. Concl.*

Ista opera valent ad triplex bonum, scilicet ad consecutionem temporalium, ad dispositionem ad gratiam, & ad assuefactionem ad bonum. *6. Concl.*

Sed cum hoc proprie meritū dici non possit, magis concedendum est, non esse alicuius boni meritoria. *7. Concl.*

Et si opus malum ex quantitate suæ malitiæ secundum æquiualentiam pœnam mereatur: quia Deus nullum malum relinquit impunitum, tamen opus bonum non meretur, cum malum sit a nobis, & bonum a Deo: & vt per nullum opus possit illius patentes obligare, cum eis non possit reddere æquale. Ita nec homo Deum obligare pō. est. Quare nullum bonum opus ex se aliquid meretur, sed solū ex vicarietate, quæ facit, vt quæ sunt amicorum sint communia, secundum, & tertium probant de merito condigni. alia duo, sed contra, de merito congrui. † *8. Concl.*

Art. 5. Vtrum opera prædicta valeant ad mitigationem pœnarum inferni formalium.

Diminuere pœnam infernalem potest intelligi dupliciter: vel quod quis liberetur, vel absolutus a culpa, quæ est causa pœnæ: vel quod meritum pœnæ impediatur. *1 Concl.*

Primo modo prædicta opera non minuūt per talem pœnam, quia effectus non minuitur nisi causa minuatur, vel tollatur. *2 Concl.*

Dicta opera valent ad impediendum meritum pœnæ, & hę pœnam inferni minuunt. *3. Concl.*

1. Quia

1. Quia homo euasit reatum emissionis, dum ipse opera facit.

2. Quia alijs non modo ad bonum dispensant, dum faciunt, vt homo minus teneatur ipse peccet, & ad aliqua peccata retrahantur.

3. Deus vult eremitas esse per vitæ pœnam. Ergo multo magis facere bonum. Quibus, aut augmentum peccatorum, vt sit pœna se ipsis, vel vt tollatur ab eis spes damnationis.

4. Concl. Hæc opera merentur diminutionem, vel dilationem pœnæ temporalis, eo modo, quo merentur bonorum temporalium consecutionem: Vt patet de Achab.

5. Concl. Falsum est quod mereantur diminutionem pœnæ inferni fortificando subiectum, vt melius sustineat.

Quia fortificatio non est nisi ex oblatione passibilitatis. at ista est secundum mensuram culpæ. Ergo &c.

6 Concl Falsum est etiam quod minuant pœnam quantum ad vermem conscientiæ, & non quantum ad ignem: quia vt pœna ignis æquatur culpæ, ita pœna remorsionis conscientiæ. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 15. De his per quæ fit satisfactio.

Art. 1. Vtrum oporteat fieri satisfactionem per opera pœnalia.

1. Concl. SAtisfactio & vt est medicina præteritorum peccatorum, & vt præseruata futuris, debet fieri pro opera pœnalia.

Lib. 2. Mor. c 21. 1. Est Greg. qui hoc docet.

2. Simil. 5. 2. Peccatorum medicinæ sunt pœnæ, ex Arist. Ergo

3. Satisfactio cum sit adæquatio, debet fieri per actionem contrariam, & addat oneri libertatem. At hoc non potest fieri, nisi per opera pœnalia, cum opus bonum, vt tale, non habeat ab operante, sed potius aum perficit: quare subtractio non potest fieri per opus bonum, nisi sit pœnale. Nam licet Deo nihil auferre possit nam ex peccator, quantum in se est, aliquid Deo aufert. Ergo vt introducatur æqualitas, oportet vt in satisfactione aliquid auferatur a peccatore, quod redatur honori Dei.

† 2. Conc. 4 Probatur præsertim ad futura: Quia pœna efficit peccator non tam facile ad peccata redeat.

3. Concl. Deus non delectatur in pœnis, vt pœnæ sunt, sed vt sic iustitiæ & sic sunt satisfactoriæ.

Diminutio pœnalitatis ex parte actus, diminuit eius intensionem, sed diminutio ex parte voluntatis quam efficit caritas, non diminuit intensionem satisfactionis, sed augetur: ideo licet caritas quæ non habeat, non sequitur opera quæ a caritate nascuntur, esse minus satisfactoria.

4. Conc. lib. 1. cur. Deus homo cap. 11. Impendere debitum honorem Deo, quod est satisfacere de offensis præteritis, non potest fieri alijs operibus, quam pœnalibus, & de hoc loquitur Anselmus.

Art. 2. Vtrum flagella præsentis vitæ sint satisfactoria.

1. Concl. Flagella quæ infliguntur a bono veluti a Deo, licet ex se habeant magis rationem vindictæ tamen habent etiam rationem satisfactionis, sicut quæ a seipso sustinentur, prout fiunt aliquo modo ipsius patientis, dum ea acceptat ad purgationem peccatorum, & patienter eis vtitur.

Rom. 5. Infra. 18. ser. 18. 1. Tribulatio ait Paul. patientiam operatur patientia autem probationem id est a peccato purgationem, vt exponit Glos.

2. Sic fides id est peccati conscientia desit, pœna satisfactoria, ait Ambr.

2. Concl. Si non patienter ferantur, non habent rationem satisfactionis, sed vindicationis tantum.

Quia non sunt aliquo modo sua.

† 3. Concl. Flagella non prout sunt ad alio satisfaciunt, sed vt sunt aliquo modo patientis inquantum ea acceptat, vt est dictum.

4. Concl. Licet eisdem flagellis afficiantur boni, & mali; tamen satisfactio est tantum bonorum: nec ineconuenit, quia ex eodem igne, & aurum rutilat, & palea fumat.

5 Concl. Flagella præsupponunt semper culpam, si non personæ, saltem naturæ, vt in Iob. & instituuntur ad meritum virtutis, & ad cautelam peccati sequentis.

Art. 3. Vtrum conuenienter enumerentur opera satisfactoria.

1 Concl. Conuenienter enumerantur opera satisfactionis scilicet eleemosyna, ieiunium, & oratio.

1. Satisfactio fit per subtractionem a satisfaciente. Sed nos non habemus, nisi vana bona, scilicet fortunæ, quibus per eleemosynam: corporis, quibus per ieiunium subtrahitur. & bona animæ, a quibus nihil est subtrahendum, cum per ea nos totaliter subiungamus Deo, & hoc per orationem. Ergo.

2. Quia tres sunt radices peccatorum, scilicet concupiscentia carnis, contra quam est ieiunium: concupiscentia oculorum, contra quam est eleemosyna. & superbia vitæ, contra quam est oratio.

3. Omne peccatum, vel est in Deum, & contra hoc est oratio: vel in proximum, cui aliquid est eleemosyna vel remissum, & contra hoc est inuentum.

2. Concl. Oratio contemplatiua secundum aliquos non satisfactoria, cum sit totaliter delectabilis

bilis, sed illa, quæ gemitus fundit, cum pœnã habeat: verum licet omnis oratio habeat suauitatem spiritus, habet etiam afflictionem carnis. vt ait Greg.

Per remissionem non tollitur omne peccatum carnis, sed illud quod in ipsa carnis delectatione perficitur, non autem illud, quod in his, quæ sunt ad carnem ordinatur, cum delectatione animæ. nam contra hoc ordinatur eleemosyna.

Eleemosyna appropriatur omnibus peccatis, vt etiam alia singula possint appropriari ob quandam conuenientiam. tamen quia cõgruum est, vt in eo homo puniatur, in quo peccauit: ideo ponuntur illa tria.

Licet multæ sint peccatorum species: tamen quia omnia peccata reducuntur ad tria genera dicta, ideo sufficiunt hæc tria opera.

Peregrinatio, &c. ad remissionem pertinent: vt omnia, quæ in vtilitatem proximi sunt, ad eleemosynam: & quæcunque latria exhibeatur Deo, orationis, rationem accipit: vnde non sunt plura

Quæstio 16. De susceipientibus sacramentum pœnitentiæ.

Art. 1. Vtrum Pœnitentia possit esse in innocentibus.

HAbitus, suppolita potentia, cum eam sequatur, potest esse in aliquo etiam remoto actu: quia actus est posterior, quo remoto, non tollitur prius: & quia actus est circa materiam, remota ab aliquo materia, adhuc remanet habitus circa illam: & ita in paupere potest esse habitus magnificentiæ

Innocens non habet peccata commissa, quæ sunt materiæ pœnitentiæ, sed potest habere, & cum in eo sit gratia, non est actus, sed habitus pœnitentiæ.

1. Quia pœnitentia est virtus, & virtutes omnes simul infunduntur in baptismo. Ergo.

2. Quia quæ quandiu sunt infirma corpore dicitur sanabilia. Ergo & quæ nunquam sunt infirma spiritu hæc sanabilia est per actum pœnitentiæ, ita sanabilia per habitum. Ergo.

3. Quia habet gratiam, quam sequuntur omnes virtutes.

† 3. Conc. Licet innocentes non commiserint peccata, possunt tamen committere. Ideo eis competit habere habitum pœnitentiæ, qui cum tollatur per peccatum mortale, non potest reduci in actum, nisi ob peccatum veniale. Nec ideo est frustra, cum sit perfectio potentiæ naturalis.

In innocentibus datur habitus pœnitentiæ, non quod eis sit debita pœna actu, sed quia possibile est in eis esse aliquid, pro quo pœna debeatur. 4. Concl.

Et remanente potentia ad peccandum semper remanet locus vindicatiuæ, iustitiæ secundum habitum. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum sancti homines, qui sunt in gloria habeant pœnitentiam.

Beati in gloria habent pœnitentiam, quoad alium actum, qui est gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata. 1. Concl.

1. Iustitia est perpetua, & immortalis, & remanebit in patria. Ergo & pœnitentia, quæ est eius pars.

2. Legitur in vita Patrum, quod cum Abraham pœnitebat, quod non plura bona fecerit. Ergo multo magis pœnitebit hominem de malis cõmissis.

3. Virtutes cardinales remanent in patria secundum actum quem habuit in fine. At pœnitentia est pars iustitiæ, quæ est virtus cardinalis. Ergo.

Quod beati peccatorum recordentur, sicut nos tanti dolorum, sine dolore recordamur, intelligitur, quod non habent eundem actũ, quem hic habet pœnitentia. † 2. Concl. lib. 2 Mor. ad finem.

In Christo non est nec fuit pœnitentia, quia non potuit peccare, non sic sancti. 3. Concl.

Habitus pœnitentiæ in patria non erit frustra, quia habebit alium actum, vt est dictum. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum Angelus sit susceptiuus pœnitentiæ.

Angeli beati susceptiui pœnitentiæ esse non possunt. 1. Concl.

1. Quia per pœnitentiam homo consequitur remissionem peccatorum. At hoc non competit Angelis. Ergo.

2. Homo ex Dam. iungitur pœnitentia propter corporis infirmitatem. At Angeli sunt incorporei. Ergo. lib. 2. c. 4.

3. Pœnitentia præsupponit peccatum, vel posse peccare, quod non est in Angelis.

In dæmonibus est pœnitentia, non vt habitus, cum in eis non sit materia euenti in actum, cum eorum peccatum sit irremissibile, sed vt actus, & patho. 2 Concl

1. Quia hoc competit damnatis, vt patet ex scripto. Ergo & dæmonibus: quia quod in homine est mors, in eo est casus. Sap. 5.

2. Pœnitentia, vt sic, est detestationis, quæ competit cuilibet, qui habet ordinem ad bonum. At talis ordo in nulla creatura totaliter esse potest. Ergo.

Dæmones credunt & contremiscunt, & generatur in eis ex timore aliquis pœniten- † 3. Concl.

tiæ motus, sed non qui sit virtus: eadem dicendum est ad secundum.

4. Concl. Reuocari a malo, est quidem secundum naturam, sed non competit damonibus: quia motus virtutis & vitii sequuntur liberum arbitrium, quod in eis est in malo obstinatum.

5. Concl. Non est eadem ratio de animabus damnatis & dæmonibus.

Quia in eis præcessit peccatum remissibile, non sic in dæmonibus.

Quæstio 17. De entitate & quidditat. clauium.

Art. 1. Vtrum claues in ecclesia esse debeant.

1. Concl. CLauis in corporalibus est instrumentum, quo ostium aperitur: & metaphoricè clauis dicitur potestas, qua remouetur obstaculum, scil. peccatum; quo nobis clauditur cœlum, & quantum ad maculam, & quantum ad reatum pœnæ.

2. Concl. Hæc potestas est in Trinitate per auctoritatem, quæ dicitur, clauis auctoritatis.

3. Concl. Eadem potestas fuit in Christo homine per meritum passionis, quæ etiam dicitur ianuam aperire: quæ vocatur clauis excellentiæ.

4. Concl. Etiam ministris ecclesiæ, qui sunt sacramentorum dispensatores ad præd. ctum obstaculum remouendum, collata est potestas, non propria, sed diuina virtute, & passionis Christi, quæ dicitur clauis ministerii.

1. *Quia, vt dictum est, in passione Christi est tota virtus potestas. Sed in ecclesia sunt sacramenta, quæ habent efficaciam passionis Christi, quia ex latere fluxerunt. Ergo ministri sacramentorum habebunt aliquo modo talem facultatem.*

2. *Matth. 16. Tibi dabo claues regni cælorum.*

3. *Omnis dispensator debet habere claues eorum, quæ dispensat. Sed ministri Ecclesiæ sunt dispensatores donorum mysteriorum. Ergo.*

† 5. Concl. Cœlum, ex se, est apertum, sed dicitur clausum propter impedimentum peccati originalis, vel actualis; ad quod tollendum opus est claubus.

6. Concl. Apoc. 3. Illud, *Ihesus Christus est, qui aperit, &c* intelligitur de clauditione limbi, & apertione cœli, remoto impedimento naturæ.

7. Concl. Et si Ecclesiæ claues dicantur regni cœlorum, sunt etiá inferni: quia ex hoc ipso quod vni aperitur vnum, clauditur alterum; Denominatio autem fit à digniori.

Art. 2. Vtrum clauis sit potestas ligandi, & soluendi, &c.

1. Concl. Aristot. lib. 3. de anim. tex. 53 Clauis est potestas ligandi & soluendi, qua ecclesiasticus iudex dignos accipere, & indignos excludere debet a regno.

Forma cuiuscumodi est clauis, debet definiri per actus suos, & in actu exprimi debet obiectum, circa quod est, & vt ostendatur modus agendi, vt ipse circa potentia ordinata: ideo in tali definitione ponitur genus, potestas: actus, s. excindere & recludere: obiectum, a regno: modus attenditur in illis, in quibus actus exercentur, cum dicitur, dignos & indignos, &c. Ergo.

2. Concl. Cum homo per characterem comparetur ad Deum, & per claues ad subditos, sequitur quod character, & clauis non sint idem ratione, non autem quod non sint idem essentialiter: cum character nihil aliud sit, quam potestas exercendi illud, ad quod principaliter ordo sacerdotii ordinatur.

3. Concl. Etsi claues non exerceantur sine iurisdictione: tamẽ dantur cum ipso ordine: quia omnis potestas spiritualis cum aliqua consecratione confertur, & ideo in definitione de iudice ecclesiastico sit mentio.

4. Concl. Potestas clauium non se extendit ad dignos, qui habendi regnum ius habent; his iam apertum est cœlum, sed ad dignos; in quibus inest aliqua congruitas, vt eis detur.

5. Concl. Ecclesia aut sacerdos nõ excludit indignos, quasi impedimentum ponens, sed non remouendo impedimentum: quia non potest, nisi prius Deus amouerit, & ideo Deum precatur, vt ipse prius absoluat.

6. Concl. Admittere ad regnum, immediate pertinet ad Deum: sacerdos autem immediate agit circa sacramenta, & mediate circa regnum.

Art. 3. Vtrum sint duæ claues, vel tantum vna.

1. Concl. Claues sunt duæ; altera, scientiæ, altera iurisdictionis.

Quia in omni actu, qui requirit idonestatem in eo in quem exercetur, ex parte recipientis duo sunt necessaria scilicet iudicium de idonestate, & potestas exercendi actum. Est patet in actu iustitiæ, vbi requiritur in iudice scientia, vt reddat cuique, vt dignum est; & vis coactiua, qua prouenit ex vi imperatiua illius. Sed actus, quem exercet sacerdos virtute clauium requirit idonestatem in recipiente, quia debet recipere dignos, & indignos excludere. Ergo duæ debent esse in eo claues; quarum vna pertinet ad iudicium, de idonestate eius, qui est absoluendus, alia ad ipsam absolutionem.

2. Concl. Hæ quæ claues non distinguuntur in essentia auctoritatis: quia vtraq; ad idem officium competit; sed ex comparatione ad actus, quorum vnus alium supponit.

3. Concl. Etiam ad vnam seram aperiendam, id est, ad vnum peccatum tollendum, vna clauis immediate ordinetur, tamen non est inconueniens, vt vna ordinetur ad actum alterius: vt clauis scientiæ, quæ ostendit vt aperienda sit sera.

4. Concl. Clauis scientiæ est potestas exercendi actus scientiæ; quare non est, nisi in sacerdotibus, qui si non habeant scientiam, non possunt eam accipere sine peccato.

5. Concl. Ad conficiendum corpus Christi verum requiritur vnica potestas: quia ibi est vnicus actus, sed ad conficiendum corpus mysticum requiruntur duæ: quia cum velle cuique sit liberum, nō exigitur ad volendum auctoritas.

6. Concl. Claues non debent esse tres rationes trinitatis: quia ita trinitas remittit peccata, sicut vna persona.

Quæstio 18. De effectu clauium.

Art. 1. Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.

1. Concl. Sacramenta ex sanctificatione gratiā continent: quæ sanctificatio aliquando est de necessitate sacramenti, & in materia, & in ministro, vt in confirmatione, & tunc vis sacramentalis est in vtroque: aliquando ex parte materiæ tantum vt in baptismo; & tunc tota vis est in materia: aliquando ex parte ministri tantum vt in pœnitentia; & tunc tota vis est in ministro.

2. Concl. Vt se habet virtus aquæ in baptismo, ita potestas clauium in sacerdote, quæ duo sacramenta conueniunt in eo, quod ambo ordinantur directe ad tollendam culpam: sed differunt, quod pœnitentia non potest dari, nisi adultis, in quibus requiritur præparatio, cum habeant eorum actus pro materia: at baptismus datur etiam infantibus, qui vsu rationis carent, sine eorum præparatione, licet non adultis, in quibus requiritur; & præparatio, qua remouetur a fictio: aliquando ante baptismi susceptionem in re, sed non in voto: aliquando talis præparatio est simul cum susceptione, & tunc simul gratia cum susceptione confertur: at in pœnitentia nunquam datur gratia, nisi adsit, vel prius fuerit præparatio.

3. Concl. Virtus clauium potest ad culpæ remissionem, vel in voto existens, vel in actu exercens, vt ostensa est: non est agens principale, sed vt instrumentum, non pertingens ad ipsam gratiæ susceptionem: dispositiones ad gratiā, in quibus baptismus, & pœnitentia, vt instrumentum operantur, sacerdos, vt animatum, quibus Deus, sicut operatur solus culpā remittit: Vnde patet, quod potestas clauium aliquo modo ordinatur ad remissionem culpæ, non vt causans eam, sed vt disponens. Quæ si ante absolutionem aliquis non esset plene dispositus, per confessionem & absolutionem disponeretur, & gratiam obtineret, nisi poneret obicem.

5. Concl. Si clauis ordinaretur tantum ad remissionem culpæ, vt quidam volunt, non requireretur votum susciendi effectum clauium ad culpæ remissionem: sed quod ordinetur contra pœnam.

Patet, quia non habet effectum sine præparatione recipientis.

† 6 Concl. Sacramenta nouæ legis excedunt sacramēta veteris legis in virtute: quia illa vel tantum promittebant operationem Dei futuram, vel etiam præsentem indicabant: at nostra non solum significant operationem Dei præsentem, sed ad ipsam aliquid dispositiue, & instrumentaliter operantur: & sic intelligitur illud, *quorum remiseritis peccata, &c.*

7 Concl. Licet sacerdos sit dispensator sacramenti pœnitentiæ in quo datur gratia ad remissionem peccati, non tamen concurrit, nisi dispositiue: Vnde patet etiam ad tertium. Duo argumenta sunt contra, probant, non operari directe ad remissionem culpæ, quod conceditur.

Art. 2. Vtrum sacerdos possit remittere peccatum, quoad culpam.

1. Concl. Sacerdos potest remittere peccatum quoad pœnam quam solueret quilibet in purgatorio, si sine absolutione discederet.

1. Clauis est potestas ligandi, & soluendi. Sed sacerdos potest imungere pœnam temporalem. Ergo etiam ab ea absoluere.

2. Non potest remittere quantum ad culpam, & pœnam eternam, vt est apud Mag. Ergo quantū ad temporalem: aliàs enim non remitteret, quod est contra dicta eius. lib. 4. sent. dist. 18.

3. Idem est ciuis potestas clauium exercita in eo in quo præcessit contritio, quod præstat baptismus, qui gratiam habentis dat. Sed baptismus in re susceptus remittit pœnam. Ergo & sacerdos & virtute clauis: quia ambo habent ea, quæ sunt passionis Christi.

2 Concl. Sed in hoc differunt, quod baptismus remittit totam pœnam, tum quia homo in baptismo regeneratus configuratur passioni,

Christi, eius in se totaliter suscipiens efficaciam, cum etiam quod per talem gratiam fit nouus homo: pœnitentia autem non totam, sed partem dimittit; quia non est regeneratio, sed sanatio quædam.

3. Concl. Pœna quæ remittitur, non solum est illa, quam pœnitens his habet confitendo, sed etiam ea, quam debet soluere in purgatorio, si ante absolutionem decedat.

† 4. Concl. Quod quis post absolutionem remaneat obligatus ad pœnam, signum est ex vi clauiũ non remitti totam pœnam; non autem quod aliqua pars non remittatur.

5. Concl. Non fit præiudicium diuinæ iustitiæ, dum aliquid pœnæ remittitur ex efficacia passionis Christi, quæ iustitiæ diuinæ satisfacit.

6. Concl. Virtute clauium remittitur aliquid de pœna secundum proportionem; & cum non remittatur in minori peccato ea quantitas, quæ remittitur in maiori, nõ sequitur vt aliquando remittatur tota, sed proportionaliter.

7. Concl. Non est inconueniens si per frequentem confessionem etiam tota pœna tollatur; vt peccatum omnino remaneat impunitum, pro quo pœna Christi satisfacit. Vnde falsum est quod iterata confessio tantum valeat ad instructionem & certitudinem, &c. quare semper aliquid pœnæ remittitur, & noua gratia infunditur, & minus manet de impuritate præcedentis peccati.

Art. 3. Vtrum sacerdos per potestatem clauium possit ligare.

1. Concl. Sacerdos vi clauium, habet potestatem absoluendi directe à culpa, modo iam dicto, ligandi verò indirecte, prout non absoluit, sed ligatum ostendit.

2 Concl. Quantum ad pœnam habet potestatem ligandi & absoluendi directe: soluit enim pœna quam dimittit, & ligat quantum ad eam, quæ remanet.

Nam in vsu clauium debet esse conformis Deo cuius est minister. At Deus soluit culpam directe, & indirecte ligat, dum obdurat, & non dat gratiam; & culpam directe facit, & ligat dum parcit & punit. Ergo.

Huc facit illud, quodcunq; ligaueris, &c.

Matth. 18. *2. Potestates rationales sunt ad opposita. Sed talis est potestas clauium, cum habeat discretionem adiunctam. Ergo &c.*

3. Concl. Ligare quantum ad pœnam dupliciter dicitur, vel considerando quantitatem pœnæ in communi, & sic sacerdos non ligat, nisi prout non soluit: vel in particulari, determinando pœnam, & sic ligat imponendo eam.

Illud residuum pœnæ, ad quod obligat non est aggrauatio morbi, sed medicina, vrgens peccati imputritatem. † 4. Concl.

Obstaculum regni cœlorum, non est tantum peccatum, sed etiam pœna, quam potest imponere sacerdos, & sic ligare. 5. Concl.

Etiam passio Christi obligat nos ad aliquam pœnam, vt ei conformemur. 6. Concl.

Art. 4. Vtrum sacerdos possit ligare, & soluere secundum suum arbitrium.

1. Concl. Sacerdos non potest ligare, & soluere secundum arbitrium.

1. Ex Greg. quis ait debere pro qualitate criminis imponi pœnam secundum patrum auctoritates.

2. Ad actum clauium requiritur necessario discretio, quod non esset si omnino esset in arbitrio sacerdotis.

3. Nullum instrumentum habet efficacem effectum, nisi prout mouetur a principali agente. Sed sacerdos cooperatur in vsu clauium, vt instrumentum Dei. Ergo tantum, quia ligare, & soluere, vt mouetur à Deo, & ut Deus. Confirmatur ex eo, quia ante potestatem clauium Petro traditam, fit remissio de reatu tota dominicis tactis, & ante potestatem remittendi Apostolis datam, promittitur donum spiritus sancti. De pœn. d. 1. can. Sacerdos. ap. Ioan. 20. Matth. 9. 16.

Pœnæ à canonibus determinatæ sunt variandæ per sacerdotem diuino spiritu regulatum; ne aliquando infirmus ex magnitudine pœnæ desperet, & à pœnitentia recedat, quoniam medicinæ communiter ordinatæ, non competunt omnibus, & ita pro conditione recipientium sunt variandæ. 2. Concl.

Canones multa reliquerunt in sacerdotis arbitrio, quod tamen debet esse regulatum instinctu diuino. † 3. Concl.

Vilicus iniquitatis laudatur, quod debitoribus domini sui multum remisit, quia prudenter fecit, & sic sacerdos laudabitur si prudenter faciet. 4. Concl.

Licet Christus multis pœnitentiam non imposuerit; non ideo hoc potest facere sacerdos, cum non habeat potestatem excellentiæ. 5. Concl.

Quæstio 19. De ministris clauium.

Art. 1. Vtrum sacerdotes legales claues habuerint.

Sacerdotes legales non habuerunt claues, sed in eis figura clauium præcessit. 1. Concl.

1. Quia non poterant aperire regnum ad q. ad ordinantur claues.

2. Quia non conferebant gratiam.

3. *Quia potestas illorum non se extendebat ad cœlestia, sed ad cœlestium figuras.*

4. *Quia claues sunt a Christo, qui assistit Pontifex futurorum bonorum, &c. Vnde signum est, quod ibi fuerint claues, quia poterant imponere pœnas, sed incomplete, & quidam dicunt.*

Hebr. 9.

† 2. Concl. Clauis consequitur sacerdotium, sed illud, per quod in cœlestia homo introducitur, cuiusmodi non erat illud veteris legis.

3. Concl. Etsi sacerdotes veteris legis haberent potestatem discernendi, & iudicandi, non ideo habebant claues.

Quia homo iudicatus non admittebatur ab eis ad cœlestia, sed ad eorum figuras.

4. Concl. Sacerdotes illi non habebant spiritualem potestatem, quia non à culpa; sed tantum ab irregularitatibus purgabant, vt eis iam purgatis aditus pateret ad tabernaculum.

Art. 2. Vtrum Christus clauem habuerit.

1. Concl. In Christo oportet ponere clauem alio modo, quam sit in eius ministris, & ideo dicitur habere clauem excellentiæ.

1. *Apoc. 3. hæc dicit qui habet clauem Dauid, &c.*

2. *Potestas quæ est in instrumento ponitur mobilioris modi in agente per se. Ergo claues, quæ reperiuntur in sacerdote, vt in instrumento, in Christo qui est agens per se, erunt nobilioris modi: & ideo in Christo vt est Deus, clauis dicit potestatem auctoritatis, vt est homo potestatem excellentiæ.*

† 2. Concl. Potestas clauium necessario in nobis requirit characterem ordinis ad hoc vt conformemur Christo, sed non est idem dicendum in Christo.

3. Concl. Christus non habebat clauem sacramentalem, sed eam quæ erat principium sacramentalis: ideo conferebat rem sacramenti, sine sacramento.

Art. 3. Vtrum soli sacerdotes claues habeant.

1 Concl. Clauis ordinis à solis sacerdotibus habetur.

1. *Hoc sic ligandi, & soluendi à solis sacerdotibus habentur, ait Ambros.*

lib. 3. de fuga. cap. 2. 2. *Per potestatem clauium efficitur quis medius inter Deum, & hominem, quod solis sacerdotibus competit.*

3 *Hæc se extendit immediate in cœlum, remouendo primo extra introitum illud, per remissionem culpæ, & pœnæ.*

Clauis iurisdictionis potest esse in his, qui non sunt sacerdotes. 1. Concl.

Quia hæc directe non se extendit in cœlum, sed mediante ecclesia, per quam aliquis in cœlum additur, prout excluditur a consortio Ecclesiæ mediante per excommunicationem, vel admittitur per absolutionem. Sed potestas excommunicandi, & absoluendi quæ clauis iurisdictionis dicitur, potest esse in non sacerdote. Ergo.

Hæc non proprie dicitur clauis cœli, sed quædam dispositio ad ipsam. 3. Concl.

Ostiarii habent claues templi materialis, & excludunt & admittunt, non suo, sed sacerdotis iudicio. † 4. Conc.

Reges nullam potestatem habent in spiritualibus, quia per vnctionem in nullo sacro ordine consecrantur: sed per eam significatur excellentiam potestatis ipsorum a Christo descendere, & sub Christo eos regnare. 5. Concl. Rom. 13.

Clauis iurisdictionis potest esse in multis simul, vt in capitulo, non ita clauis ordinis. 6. Concl.

Mulier, vt Abbatissa, non habet nec clauem ordinis, nec iurisdictionis, sed ei conceditur vsus clauium: vt habere correctionem in subditas mulieres, propter legitimas causas. 7 Concl

Art. 4. Vtrum viri sancti non sacerdotes, claues, vel earum vsum habeant.

Quantumcunque aliquis habeat de gratia, non potest pertingere ad effectum clauium, nisi applicetur ad hoc vt minister per ordinis susceptionem. 1. Concl.

1 *Cuius est potentia, eius est actus, ex Arist. Sed clauis quia est potestas spiritualis, est tantum sacerdotis. Ergo & usus.*

2 *Homines respectu usus clauium non sunt agentes per se; quia non imprimunt suam similitudinem in effectum, sed Christi, qui est agens principale, vt D. iuper auct. ratum, & vt homo per meritum ex sua plenitudine diuina bonitate, & perfectione gratiæ. Vnde habet vt possit mouere clauium, quod nulli conuenit, sunt nec dare gratiam, nec prodesse mereri. Ergo sunt ministri, & instrumentum. Sed hoc habere non possunt, nisi conformentur Christo per ordinis susceptionem. Ergo*

Etsi sancti viri conformentur passioni Christi per patientiam, & alias virtutes, non ideo habent similitudinem secundum proportionem instrumenti ad effectum. 2. Concl.

Illud, *quod omnis est a maiori benedicitur*, intelligendum est de illa benedictione, quæ est à puro homine, sicut merente per propinquum actum: quod potest fieri à quolibet viro tan- 3 Concl. Hebr. 7.

cto, non

cto, non de benedictione, qua homo benedicitur ex merito Christi.

Art. 5. Vtrum mali sacerdotes habeant vsum clauium.

1. Concl. Mali sacerdotes habent vsum clauium.

1. Alias sequeretur quod nemo sciret se esse absolutum, cum nullus sciat de alio, an sit in gratia.

2. Iniquus minister non potest auferre liberalitatem domini. Ergo sacerdos non potest auferre donum, quod homini per eum transmittitur à Deo.

3. Sicut participatio formæ quæ est inducenda in effectum non facit instrumentum, ita nec subtractio talis formæ tollit vsum instrumenti. Ergo sacerdos licet malus, cum sit instrumentum, adhuc habebit vsum clauium.

2 Concl. 19a n. 2. Donum spiritus sancti exigitur ad vsum clauium, non quod sine eo fieri non possit, sed quia incongrue fit ex parte vtentis, licet qui se clauibus subijcit, effectum clauium consequatur.

3. Concl. Rex terrenus in suo thesauro potest defraudari, & ideo non committit hosti eius dispensationem: non sic Rex cœlestis, in cuius honorem etiam cedit, quod quis clauibus abutatur, cum sciat ex malis elicere bona, & per malos bona facere.

4. Concl. l. 6. de bap. contra Donat. 21. Aug. loquitur de remissione peccatorum, prout sancti viri cooperantur ad eam, non ex vi clauium, sed ex merito congrui, propter quod Deus dicitur dare gratiam per sanctos suos.

5. Concl. Licet intercessio mali sacerdotis in persona propria non habeat efficaciam: tamen illa quam facit vt minister ecclesiæ efficaciã habet: vtroque tamen modo debet intercessio sacerdotis subiecto populo prodesse.

Art. 6. Vtrum schismatici, hæretici, excommunicati, suspensi & degradati vsum clauium habeant.

Concl. Fratt. 1 21 in Ioann. Schismatici, Hæretici, excommunicati, suspensi & degradati vsum clauium non habent.

1. Ecclesia claritas, ait Aug. peccata dimittit. Sed isti sunt extra ecclesiam. Ergo non habent vsum clauium.

2. Peccat contra præceptum ecclesiæ, qui à præditis absolutionem petit. Ergo.

3 Vsus clauium requirit prælationem in vtente, respectu illius, in quẽ vtitur, propria enim materia in quam tanquã vsus exercetur, est homo subditus. Sed ecclesia omnes præditos primat prælationis, subtrahendo subditos, vel simpliciter, vel secundum quid. Ergo non habent vsum clauium.

2. Concl. Schismatici, &c possunt conficere Eucharistiam non tamen exercere claues.

Quia ubi non tollitur illa materia: at hoc tollitur scilicet subditus.

3. Concl. Omnis potestas spiritualis actiua in eo qui habet vsum liberi arbitrij, exit in actum quãdo illa vult, nisi desit materia, at prædictis deest.

4 Concl. Per culpam non amittitur vsus clauium: quia non subtrahit materiam, vt facit pœna excommunicationis, &c.

Quæstio 20 De his in quos vsus clauium exerceri potest.

Art. 1. Vtrum sacerdos possit vti claue quam habet in quemlibet hominem.

1. Concl. 36 q. 2. cap. audimus. QVi in ecclesia distinctas potestates acceperunt, non possunt vti clauibus in omnes, sed in eos tantum, qui eis in sortem venerunt.

1. Ex decret. vbi hoc determinatur.

2. Iudicium spirituale nõ debet esse ordinatum quam temporale. Sed in hoc, non potest quilibet iudicare, &c. Ergo.

3. Quæ circa singularia operari oportet non eodem modo omnibus competunt, & sic vt in medicina præter præcepta vniuersalia, debent esse medici, qui ea singulis infirmis applicent, & in principatu præter eum qui vniuersalis regit conditi, sunt alij, qui eis singulis adaptent, & in Cœlesti Hierarchia sunt potestates quæ maxime præsunt: principatus, qui singulis præsunt, & Angeli qui singulis hominibus, ita in ecclesia militantis debet esse, qui indistincte habeat potestatem in omnes, & alij subdito, qui super diuersos, diuersam, & distinctam habeant potestatem. Ergo.

2. Concl. Qui in ecclesia habet indistinctam potestatem, potest vti clauibus in omnes.

3. Concl. In casu necessitatis quilibet sacerdos potest quem libet absoluere.

Quia in tali casu iurisdictionẽ habere censetur.

† 4. Concl. Licet indeterminate dictum sit, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & cæt. Non ideo quilibet potest in quemlibet exercere claues.

Quia illa est tantum potestas ordinis, quæ licet ex se, extendat ad omnia peccata & omnes homines: tamen propter vsum indiget iurisdictione, quæ tantum fuit data Petro singulariter.

5. Concl. Quamuis peccata omnia essent obstacula eiusdem rationis respectu introitus cæli, non

ideo sacerdos posset uti claue in omnes.

Quia habet determinata materiam per iurisdictionem.

6. Concl. Sacerdotes veteris legis habebant potestatem in omnes indifferenter: quia erat vnus populus, & vnum tantum habebat templum, quare non erant distinctæ iurisdictiones sacerdotũ in illo populo, sicut sunt in ecclesia.

Art. 2. Vtrum sacerdos possit semper suum subditum absoluere.

1. Concl. Sacerdos, quantum est de potestate clauium, posset semper subditum suum absoluere.

1. Et cui committitur principale, committitur etiam accessorium. Sed sacerdotibus committuntur, vt subditis suis Eucharistiam dispensent. Ergo & vt semper eos absoluant.

2. Gratia licet parua, omne peccatum tollit. Sed sacerdos administrat sacramenta, quibus datur gratia. Ergo quantumcunque est de potestate clauium, de omnibus peccatis potest absoluere.

3. Potestas ordinis quantum est de se, se extendit ad omne peccatum. Ergo.

2. Concl. Quantum ad vsum clauium, sacerdos non potest semper subditum suum absoluere.

Quia ad vsum requiritur iurisdictio, quæ à maioribus in inferiores descendit: & ita potest superior aliqua sibi reseruare.

3. Concl. Quinque sunt casus in quibus debet simplex sacerdos subditum ad superiorem remittere.

1. Quando est imponenda pœnitentia publica, quæ proprie pertinet ad Episcopum.

2. Quando sit excõmunicatus a superiori.

3. Quando est irregularis.

4. Si sit incendiarius.

5 Si habeat crimina enormia, quæ secundum consuetudinem reseruantur ab Episcopo propter terrorem.

† 4. Concl. lib. de Vera & falsa pœn. cap. 20 Sacerdos ex Aug. non debet absoluere mulierem, cum qua rem habuit, sed dare licentiam, vt alteri cõfiteatur, sed intellige quoad congruitatem: quia si eam absoluat, erit absoluta.

5. Concl. Simplex sacerdos non absoluit ab excommunicatione, & irregularitate: quia pœnitẽtia est contra culpam, non contra pœnã: vnde etiam post pœnitẽtiam de homicidio remanet quis irregularis: excommunicationis autem absolutio debet præcedere peccatorum remissionem.

6. Concl Illud, *si quid natum fuerit*, &c. intelligitur de ijs, quæ sibi superiores reseruant.

Art. 3. Vtrum aliquis possit vti clauibus in suum superiorem.

1. Concl. Sacerdos potest vti clauibus in suum superiorem, si se subiecerit.

1. *Superior non potest in seipsum esse clauibus, & eorum vsu iudicet. Ergo &c.*

2. *Sacerdos potest excommunicare Eucharistiam, si petat. Ergo, & vt in eum claue si ei se subijciat.*

3 *Quia sacerdotium communicatum est, vt in omnes esset, quia habet tantam potestatem a superiore. Ergo, si superior dederit ei facultatem in suum superiorem, poterit in eum vti clauibus.*

† 2. Concl. Licet Episcopus, quem simplex sacerdos absolut, sit superior simpliciter, est tamen co inferior, vt ei se tanquam peccatorẽ subijcit.

3. Concl. In Angelis non datur quod inferior exerceat potestatem in superiorem, quia in eis nõ datur defectus, non sic in hominibus.

4. Concl. Quamuis in iudicio exteriori, inferior, nec excommunicare, nec absoluere possit superiorem: tamen in iudicio cõfessionis vtique, quia est secundum Deum, apud quem aliquis reditur minor ex hoc, quod peccat.

Quæstio 21. De excommunicatione definitione, & congruitate, & causa.

Artic. 1. Vtrum competens sit hac definitio excommunicationis.

1. Concl. EXcommunicatio sic definitur: est separatio a communione ecclesiæ, quoad fructum, & suffragia generalia.

Nam qui suscepit baptismum ad duo in Eccl sia adscribitur, scilicet ad cœtum fidelium, & ad participationem sacramentorum, quæ suppenit vnde duplicater quis fit extra ecclesiam: vel sic separatur tantũ a participatione sacramentorum. & hæc est excommunicatio minor, vel ab vtroque: & hæc est maior quæ hic diffinitur.

2. Concl. Quia excommunicatio non solum separat à communione spirituali fidelium, vt dicitur in illa definitione, sed etiam a corporalibus actibus, vnde versus: *Os, orare, vale, communio, mensa negatur*, ideo conuenientius sic definitur: *excommunicatio est à quaubet licita communione fidelium separatio.*

†3. Concl. Pro excommunicatis potest orari, vt eis detur spiritus pœnitentiæ, sicuti ecclesia orat pro infidelibus: sed non in orationibus, quæ pro membris Ecclesiæ fiunt.

4. Concl. Suffragia alicui valent, prout ei continuãtur, quod fit vel ex vi caritatis, quæ omnes

fide-

fideles connectit, & hoc non tollit excommunicatio, quæ nõ est culpa mortalis: vel ex intentione suffragia facientis, & hoc auferetur, quia suffragia non fiunt ab Ecclesia, nisi pro fidelibus, a quibus excommunicatus est remotus: potest tamen particularis persona ad eorum conuersionem aliquod suffragium dirigere.

5. Concl. Fructus spiritualis, non solum est ex suffragijs ecclesiæ, sed etiam ex perceptione sacramentorum, & ex fructu fidelium, & ideo his omnibus per excommunicationem aliquis priuari potest.

6. Concl. Definitio allata est maioris excommunicationis: ideo non competit totaliter minori, quæ non habet perfectam rationem excommunicationis.

Art. 2. Vtrum Ecclesia debeat aliquem excommunicare.

Ecclesia debet aliquem excommunicare.

1. Concl. *1. Paulus mandauit quendam excommunicari, & Matt. 18. sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus.*

1. Cor. 13. *2. Ecclesia debet esse conformis ipsi Deo. Sed Deus peccatores punit, verberibus castigando, & ad bonum trahat, verberibus relinquendo, dum subtrahit animas, & suam infirmitatem cognoscant, sic ecclesia excommunicationis sententia debet aliquem separare, & confundat, in quo imitatur Deũ, dum per flagella castigat, & etiam suffragia subtrahere, imitando Deum, dum hominem sibi relinquit.*

† 2. Concl. Rom. 12. Non prohibetur à Paulo maledictio, quæ ordinatur in bonum eius, qui maledicitur: sed illa in qua intentio maledicentis sistit.

3. Concl. In epist. Iudæ. Michael Archangelus altercans cum Diabolo de Moysis corpore, non est ausus inferre spiritum blasphemiæ: quia Dæmon non est susceptibilis alicuius boni per excommunicationem, quod non accidit hominibus.

4. Concl. Magist. Non est inconueniens, vt qui non est desperatus holti detur, cum non detur tãquam damnandus, sed quasi corrigendus. cum in potestate ecclesiæ sit cum cum voluerit erigere, & ei restituere auxilium merendi, & custodiam virtutum, & defensionem ab hoste, quæ tria commoda amittuntur per excommunicationem.

Art. 3. Vtrum aliquis pro aliquo temporali damno debeat excommunicari.

Nullus excommunicari debet nisi ob peccatum mortale. 1. Concl.

Quia per excommunicationem homo excluditur quodammodo a regno Dei, a quo non debet excludi nisi indignus. At solum per peccatum mortale aliquis fit indignus, quia tollit caritatem, qua iungitur ad cælum. Ergo.

Pro damno temporali illato, ecclesia potest aliquem excommunicare. 2. Concl. act. 5.

1. Quia Petrus pro defraudatione pretij sententiam mortis damnauit Ananiam, & Sapphiram.

2. Quia aliquis damnificando in rebus hoc potest peccare mortaliter.

Quia excommunicatio est grauissima pœna, & pœnæ sunt medicinæ, & sapientis medici est a leuioribus medicinis incipere, non debet quis etiam pro peccato mortali excõmunicari: nisi adsit contumacia: vel quia reus non venit ad iudicium: vel quia ante terminationem discessit: vel quia de determinationi non paruit, & tunc monitus, si iudex nihil aliud posset contra ipsum facere, potest excommunicare. 3. Concl.

Culpæ quantitas non mensuratur ex nocumento, sed ex voluntate agentis contra caritatem. vnde licet excommunicationis pœna excedat nocumentum, nõ tamen qualitatem culpæ. †4. Concl.

Cum quis per pœnam aliquam corrigitur, non redditur ei malum pro malo, sed bonum, cum pœnæ sint medicinæ. 5. Concl.

Art. 4. Vtrum excommunicatio iniuste lata habeat aliquem effectum.

Excommunicatio iniuste lata ex parte excommunicantis habet effectum suum. 1. Concl.

1. Quia alias iniuste paterer, quamuis iniuste facias, quia si ex odio feriar.

Quando est iniusta ex parte excommunicationis, vel quia causa est indebita, vel quia non seruatur ordo iuris, tunc si error annullat sententiam, non habet effectum suum: si error non annullat, est patienter ferenda, & erit ad meritum, & potest recurrere ad superiorẽ: si autem contemnet, peccaret mortaliter. 2. Concl.

Quando est debita ex parte excommunicãtis, & indebita ex parte excommunicati, vt si quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicaretur: tunc humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum. 3. Concl. Hom. 26. in euang.

Quare ex Greg. sententia Pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est.

ncl. x. in c. 16.

Et li gratia Dei iniuste subtrahi non potest: possunt tamen per excommunicationem iniustam ea tolli, quæ ex parte nostra sunt, & ad Dei gratiam disponunt, & sic quodammodo excommunicatio dicitur gratiam tollere.

Illud, *erroneum esse existimare aliquem ligatum, aut absolutum, qui ligatur, & absolvitur iniuste, &c.* intelligendum est quantum ad culpam, non quantum ad pœnam.

Quæstio 22. De his qui possunt excommunicare, & excommunicari.

Artic. 1. Vtrum quilibet sacerdos possit excommunicare.

oncl. SOli episcopi, & maiores prælati secundum communiorem opinionem, possunt excommunicare.

1. Quia ea in quibus imminet periculum maioribus sunt reservanda. At pœna excommunicationis est huiusmodi, nisi cum moderamine fiat. Ergo.

2. Homo per excommunicationem, quæ pertinet ad forum exteriorem, quia causa agitur inter homines, separatur à communione fidelium. Ergo illi soli possunt excommunicare, qui habent iurisdictionem in foro exteriori, quam habent episcopi, &c.

Concl. Presbyteri parochiales non possunt excõmunicare, nisi ex commissione, vel in certis casibus, vt in furto & rapina, & cæt. In quibus est eis à iure concessum.

3. Concl. Potestas excommunicandi non est clauis directe, & licet possit dici clauis: tamen non est clauis ordinis, quam habent omnes sacerdotes, sed iurisdictionis in foro iudiciali, quã habent solum iudices exterioris fori.

Concl. Etsi sacerdos possit absoluere, quod est maius, non ideo potest excommunicare, quia ad hoc non habet potestatem, sicut ad absoluendum.

Art. 2. Vtrum sacerdos excommunicare possit.

Concl. Sacramenta in quibus confertur gratia dispẽsare ad solos sacerdotes pertinet: ideo ipsi soli absoluunt, & ligant in foro pœnitentiæ.

Concl. Etiam non sacerdotes, dummodo iurisdictionem habeant in foro contentioso, possunt excommunicare.

1. Quia Archidiaconi, legati, & electi excommunicant, qui interdum non sunt sacerdotes.

2. Quia excommunicatio non respicit directe gratiam sed indirecte prout privat suffragijs, quibus homo ad gratiam disponitur, vel in ea conservatur, vnde ad excommunicandum non requiretur, vt quis sit sacerdos.

†3. Concl. Etsi non sacerdos non habeat clauem ordinis, habet tamen clauem iurisdictionis.

4 Concl. Absoluere in foro pœnitentiæ, & in foro exterioti, se habent, sicut excedentia, & excessa: ideo alicui competit vnum, & nõ aliud.

Art. 3. Vtrum excommunicatus, vel suspensus possit aliud excommunicare.

1 Concl. Excommunicatus non potest alios excommunicare.

1. Ligatus corporaliter non potest aliud ligare. Ergo nec ligatus spiritualiter per excommunicationem, poterit alios excommunicare.

2. Excommunicare est ejus iurisdictionis ad alios. Sed excommunicatus non habet talem vsum, cum sit à communione fidelium separatus. Ergo.

Idem dicas de suspenso à iurisdictione.

2. Concl. Suspensus à iurisdictione tantum, potest exercere ea quæ sunt ordinis: & suspensus ab ordine, ea quæ sunt iurisdictionis: quia ab vtroque est suspensus, neutrum.

3. Concl. Etsi excommunicatus non amittat iurisdictionem: tamen amittit eius vsum, quod sufficit.

†4 Concl 23. q. 1. Can. 6. Excommunicatus, & si ei non liceat, potest conficere corpus Christi, quia habet characterem, non tamen potest excommunicari, quia eius iurisdictio impeditur.

5. Concl.

Art. 4. Vtrum aliquis possit seipsum vel æqualem, vel superiorem excommunicare.

1. Concl. Nullus potest seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare.

1. Quia est a me iurisdictionis. At nullus habet iurisdictionem in superiorem, aut in æqualem, aut in seipsum, cum non possit simul esse iudex, & reus. Ergo.

2. Quia ad hoc requiritur superioritas: quam nemo habet ergo seipsum, & alios dictos.

†2. Concl. Paulus excommunicat Angelum, supposito impossibili, quod peccet, & in tali casu esset inferior. Si quis excommunicaret in generali pro furto, quod vel ipse, vel superior fecisset, tunc nullus excommunicaretur.

3. Concl. In foro pœnitentiæ inferior potest absoluere superiorem modo iam dicto: quia per peccatum fit inferior: non sic in foro exteriori, cum per peccatum nemo amittat superioritatem.

Art. 5. Vtrum in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis possit ferri.

1. Concl. Singuli in communitate excommunicari possunt, non autem ipsa communitas.

1. *Ex Aug. in Matt. c. 15. vbi hoc docet.*

2. *Nemo debet excommunicari, nisi pro peccato mortali. Sed hoc non est communitatis, sed singularum personarum; quia consistit in actu. Ergo.*

3. *Alias damnaretur iustus cum impio, contra iudicium Dei: quia licet multitudo faciat aliquod malum: tamen non est censendum singulos consentire: vnde patet ad primum, quare communitas non est excommunicanda, ne colligens Zizania simul eradicetur, & triticum.*

† 2. Concl. Suspensio non est tanta pœna, vt excommunicatio.

Quia suspensi non priuantur suffragiis Ecclesiæ: ideo multitudo suspendi potest etiam pro peccato alterius.

Art. 6. Vtrum ille, qui est semel excommunicatus vlterius excommunicari possit.

1. Concl. Semel excommunicatus, potest vlterius excommunicari, vel per eiusdem excommunicationis reiterationem: vel ob alias causas: & tunc tot sunt principales excommunicationes, quod sunt causæ pro quibus infliguntur.

Nam excommunicatio est quædam pœna, & medicina: Sed hæ reiterantur prout causa exigit. Ergo:

† 2. Concl. 1. Cor. 5. Cum Paulus inquit, *quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare,* loquitur de infidelibus, qui non habent characterem: at excommunicati propter characterem aliquo modo sunt in Ecclesia, & eius iudicio subduntur.

3. Concl. Etsi priuatio non recipiat magis, & minus ex se, recipit tamen propter suam causã: ideo excommunicatio reiteratur, & magis est elongatus a suffragiis Ecclesiæ, qui plures habet excommunicationes.

Quæstio 23. De participatione cum excommunicatis.

Art. 1. Vtrum liceat excommunicato communicare in pure corporalibus.

1. Concl. Excommunicato excommunicatione minori, quæ solum separat à participatione sacramentorum, licet communicare: sed non licet ei sacramenta conferre.

2. Concl. Cum excommunicato excommunicatione maiore, quæ non solum hominem à Sacramentis, sed etiam à communicatione fidelium priuat, communicare non licet.

1. Cor. 5. *Quia ex Paulo cum huiusmodi nec cibum sumere licet.*

3. Concl. Quia Ecclesia non ad interitum, sed ad medelam excommunicat; ideo permittit licite communicare, cum illis, in his quæ ad salutem pertinent, & possunt alia verba interponi, vt facilius quæ ad salutem pertinent recipiantur.

4. Concl. Item excipiuntur personæ ad quas excommunicati prouisio spectat: vt Vxor, filius non emancipatus, seruus, rusticus, & seruiens dummodo ante excommunicationem se ei subiecerint: Item superiores saltem in his in quibus sunt obligati inferioribus: ignorantes viatores in terra excommunicatorum, & alii in casu necessitatis. Vnde versus. *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.* Vtile refertur ad verba salutis: lex ad matrimonium, humile ad subiectionem, cætera patent.

5. Concl. Etsi excommunicatio sit actus spiritualis: tamen se extendit ad temporalia, prout ad spiritualia ordinantur.

6. Concl. Ista prohibitio circa excõmunicatos non militat contra caritatem: quia licite potest quis communicare, cum ex præcepto caritatis tenetur, vt dictum est.

Art. 2. Vtrum participans cum excommunicato sit excommunicatus.

1. Concl. Quando aliquis est ita excommunicatus, vt si excommunicatus cum omnibus participantibus; tunc certum est omnes participantes esse excommunicatos maiori excommunicatione.

2. Concl. Cum quis est excommunicatus simpliciter, si quis participat ei in crimine, dando consilium, auxilium, aut fauorem, est etiam excommunicatus maiori excommunicatione.

3. Concl. Si autem in tali casu participet in aliis, vt in verbo, vel osculo, vel in mensa, est solum excommunicatus minori excommunicatione.

Ratio autem cur communicans excommunicetur est, quia excõmunicatus est positus extra communionem. Ergo qui excommunicat, à cõmunione recedit, & sic videtur quod sit excommunicatus.

† 4. Concl. Ecclesia non ita intendit corrigere infideles, sicut fideles, propterea non excommunicat communicantes cum infidelibus, vt com-

municantes cum excommunicatis, super quos habet potestatem.

Concl. Participans cum participante cum excommunicato, non est excommunicatus, quia licet communicare cum habente excommunicationem minorem, & sic non procedit in infinitum.

Art. 6. Vtrum participare cum excommunicato in casibus non concessis, sit semper peccatum mortale.

Concl. Participare cum excommunicato, in casibus non concessis, non est peccatum mortale, nisi quis participet in crimine, aut in diuinis, aut in contemptum Ecclesiæ.

1. *A peccato mortali nemo potest absoluere, nisi super eum habeat iurisdictionem. Sed à participatione cum excommunicato, quilibet sacerdos potest absoluere. Ergo non est peccatum mortale.*

2. *Pœna quæ imponitur pro huiusmodi participatione, non est debita mortali, sed potius veniali peccato. Ergo.*

3. *Videtur etiam non grauare, qui dicit homo (uno verbo, quo excõmunicatus audiri possit, & aliter peccet.*

4. *Excommunicatus autem spiritu laqueum damnationis iniecit ut, quod in ipsos retorqueretur.*

2. Concl. De hac q. 21. mortua causa sunt. c 5. Illud, *quod nemo debet pro metu mortis communicare excommunicato*, intelligitur in diuinis, vel de peccato veniali: quia sicut quis potius debet subire mortem, quam peccare mortaliter, ita etiam quam peccare venialiter.

Concl. Qui excommunicato communicat in diuinis, facit contra præceptum Ecclesiæ, quod directe respicit spiritualia: & mortaliter peccat: qui vero in aliis, facit præter præceptum, & venialiter peccat.

4. Concl. Interdum aliquis etiam sine sua culpa arcetur ab Eucharistia; vt patet in suspensis, & interdictis pro culpa alterius.

5. Concl. 11 q. 3. can. nemo. Etsi participare excommunicato, simpliciter sit peccatum veniale; tamen communicare pertinaciter, est mortale: & propter hoc potest excommunicari aliquis maiori excommunicatione.

Quæstio 24. De absolutione ab excommunicatione.

Art. 1. Vtrum quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere.

NOn potest quilibet sacerdos subditum suum ab excommunicatione absoluere.

Quia illum est soluere, cuius est ligare. Sed non quilibet sacerdos suum subditum potest excommunicare. Ergo.

2. Concl. A minori quilibet potest absoluere, qui potest à peccato participationis absoluere.

3. Concl. A maiori, si est ab homine, is qui tulit, & superior potest absoluere.

4. Concl. Si sit a iure, tunc Episcopus, vel etiam sacerdos potest absoluere, exceptis his casibus, quos sibi iuris conditor Papa reseruauit. Si sit percussor clerici, vel religiosi: fractor Ecclesiæ, & est denunciatus: Incensor Ecclesiæ, & est denunciatus: communicans in diuinis cum excommunicato nominaliter à Papa: falsificator literarum Apostolicæ sedis: communicans in crimine cum excommunicatis; qui debent absolui solum ab eo, qui excommunicauit, excepto casu, ob difficultatem accedendi ab ipsum, quia tunc potest Episcopus, vel sacerdos absoluere, data iuratoria cautione, quod parebit mandato iudicis, qui sententiam tulit.

5. Concl. Circa percussores clericorum excipiuntur, qui sunt in articulo mortis: tunc enim a quolibet sacerdote possunt absolui: oltiatus alicuius potentis, si non ex odio, aut proposito percussit: Mulier, & seruus, quando dominus, qui non est in culpa, læditur ob eius absentiam: regularis, qui regularem non enormiter percutit: Impubes, senex, & valetudinarius: & qui habet inimicitias capitales.

6. Concl. Percutiens clericos in his casibus non incurrit: si ratione disciplinæ: si rixa leuitate: si inuenerit cum vxore, matre, & filia turpiter agentem: si statim vim vi repellat: si ignoret esse clericum: si inueniat eum in apostasia post tertiã admonitionem: si clericus se transtulerit ad actum penitus contrarium, vt si fiat miles.

†7. Concl. Licet simpliciter maius sit vinculum peccati, quam excommunic. tamen secundũ quid, maius est vinculum excommunicationis, quod obligat, & quoad Deum, & quoad Ecclesiam. Quare in eius absolutione requiritur iurisdictio in foro exteriori, ideo non quicunque absolutà peccato, potest absoluere ab excommunicatione.

8. Concl. Sacerdos neminem potest absoluere à peccato, nisi prius sit absolutus ab excommunicatione, quæ priuat participatione sacramentorum.

Art.

Art. 2. Vtrum aliquis possit absolui inuitus.

1. Concl. Peccata non remittuntur alicui inuito. *Quia de ratione culpæ est, vt sit voluntaria; & voluntarium principium est in nobis. Ergo vt non committuntur sine voluntate, ita nec remittuntur.*

2. Concl. Potest aliquis inuitus ab excommunicatione absolui.

Potest excommunicatio contra voluntatem alicui inferri. Ergo contra voluntatem amoueri.

1. Quia est pœna quædam. At de ratione pœnæ est, vt non sit voluntaria, sed magis contra voluntatem. Ergo &c.

† 3. Concl. Cum dicitur spiritualia non conferri inuito, intellige de his, quæ sunt in potestate nostra, cuiusmodi non est absolutio ab excommunicatione.

4. Concl. Licet in nolente absolutionem, maxime adsit contumacia tamen adhuc potest absolui inuitus, si eius saluti expediat.

Art. 3. Vtrum aliquis possit absolui ab vna excommunicatione, nisi absoluatur ab omnibus.

1. Concl. Possibile est, quod aliquis ab vna excommunicatione absoluatur, & in altera remaneat.

1. Pœnæ huiusmodi sunt, vt vna possit remitti alia remanente. At excommunicatio, est pœna. Ergo.

2. Quia excommunicationes non habent connexionem ad inuicem in aliquo.

2. Concl. Excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vnico iudice, si ab vna absoluatur censetur absolutus ab omnibus, nisi contrarium exprimatur: vel si petat tantum absolutionem ab vno casu, cum pluribus excommunicatus sit.

3. Concl. Quando est excommunicatus, à pluribus iudicibus, absolutus ab vna, non est absolutus ab alia, nisi omnes alii ad eius petitionem illam absolutionem confirmauerint; vel vni omnes absolutionem condonent.

† 4. Concl Vnum peccatum ideo non potest remitti sine alio, qui habent cõnexionem in auersione à Deo; non sic excommunicationes: nec absolutio impeditur ob voluntatis contrarietatem.

5. Concl. Licet absolutio excommunicationis fiat in Ecclesia, tamen extra Ecclesiam potest aliquis esse pluribus de causis, quarum vna remota, potest alia remanere.

Quæstio 25. De indulgentia secundum se.

Art. 1. Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

1. Concl. INdulgentias aliquid valere ab omnibus conceditur.

Quia impium esset dicere Eccl siam aliquid vane facere.

2. Concl Falsum est indulgentias tantum valere ad absoluendum ab obligatione, qua faciendos obligauit pœnitentem ad pœnam, vel ad quam etiam ordinatur ex canonum statutis.

1. Quia hoc est contra priuilegium Petro datum, cui dictum est quod in terra remitteret, in cœlo remitteretur &c. Ergo remissio etiam in foro Dei

2. Ecclesia faciens indulgentias magis damnificaret; quia remitteret ad gratiores pœnas, scilicet ad pœnas purgatorii.

3. Concl. Indulgentiæ valent, & quantum ad forum Ecclesiæ, & quantum ad iudicium Dei, ad remissionem pœnæ residuæ post contritionem, & absolutionem, & confessionem, siue sit iniuncta, siue non.

1. Cor. 3. *1. Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi, id est, ac si Christus donasset. Gloss. Sed Christus potest remittere absq; omni satisfactione pœnam peccati, vt patet in adultera. Ergo, &c.*

Ioan. 8.

2. Ecclesia vniuersalis non potest errare: quia Christus rogauit pro Petro, ne eius fides deficeret. Sed Ecclesia vniuersalis indulgentias approbat. Ergo.

Luc. 22

4. Concl. Ratio cur indulgentiæ valere possint, est vanitas corporis mystici, in qua multi operibus pœnitentiæ superrogauerunt ad mensuram suorum debitorum.

Nam merita, quæ sunt in aliqua multitudine, tanquam in corpore mystico respiciunt indeterminate omnes, qui sunt in multitudine. Ad ea siquidem, qui multitudini præsunt, applicentur aliquibus, valebunt ad prædicta, quia vnus potest satisfacere pro alio, vt est dictum. Ergo & consequi remissionem, per satisfactionem alterius. Sed huiusmodi sunt merita sanctorum, quæ superrogauerunt ad mensuram debitorum suorum; & præcipue meritum Christi, cuius efficacia ob eius infinitatem excedit efficaciam sacramentorum, & hæc sunt indeterminate in Ecclesia. Ergo si applicentur, vt fit per indulgentias, valebunt, & sic Quare sicuti vnius consequitur remissionem pœnæ si alius pro ipso satisfaciat; ita sic satisfactio alterius per eum, qui potest distribuitur.

Remissio, quæ per indulgentias fit, non tollit quantitatem pœnæ ad culpam : quia pro culpa vnius, alius sponte pœnam sustinuit.

Qui indulgentias suscipit, non absoluitur, simpliciter loquendo à debito pœnæ; sed ei datur vnde debitum soluat.

Per indulgentias non minuitur reatus pœnæ, vt per absolutionem sacramentalem, sed soluitur pœna ex bonis communibus ecclesiæ.

Maius remedium est ad euitandum peccatum gratia, ad quam disponunt indulgentiæ, quam opera nostra : & ideo indulgentiæ non dantur ad destructionem Consulendum est autem accipientibus indulgentias, ne propter hoc ab operibus pœnitentiæ iniunctis abstineant, quia quandoque sunt magis debitores, quam credant.

Art. 2. Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum pronuntiantur.

Indulgentiæ tantum valent, quantum pronunciantur, dummodo ex parte dantis sit auctoritas, ex parte recipientis caritas, & ex parte causæ pietas.

1. Ecclesia ea prædicando non mentitur. Ergo tantum val ut, quan um pronuntiantur.

2. Alias omnes prædicantes indulgentias, peccarent mortaliter : quia mendacium in prædicatione, quantum in se est, fidem enacuat; quod tamen absurdum est.

3. Effectus consequitur quantitatem suæ causæ; causa autem remissionis pœnæ in indulgentiis non est labor, neq; deuotio recipientium, sed abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ sufficit ad omnem pœnam ex, tandam : quare secundum quod erunt applicatæ ipsi merita valebunt. Ergo indulgentiæ, &c.

Errant, qui dicunt indulgentias tantum valere, quantum fides, & deuotio recipientis exigit: & Ecclesiam ideo sic eas pronunciare, vt quadam pia fraude homines ad bene faciendum alliciat. Si in scriptura sacra, ait Augustinus, inueniatur aliquid falsitatis, iam eius auctoritatis robur perit: idem dicas de Ecclesiæ auctoritate, si quid falsum diceret.

Errant etiam, qui dicunt indulgentias tantum valere, quantum pronunciantur; sed non secundum dantis, aut recipientis æstimationem, qui possent in æstimatione errare, sed secundum æstimationem bonorum virorũ, pensata conditione personæ, vtilitate, & necessitate Ecclesiæ.

1. Quia sic non valerent ad remissionem, sed ad commutationem quandam.

2. Quia prædicatio Ecclesiæ, cum est de indulgentiis, quæ excedunt æstimationem, non excusaretur a mendacio.

Errant etiam dicentes, quanticatem remissionis indulgentiæ mensurandam esse, non tantum secundum deuotionem suscipientis, nec secundum quantitatem eius, quod datur, sed secundum causam, qua dantur, ex qua reputatur quis dignus, vt talem indulgentiam consequatur. 4. Concl.

Quia Ecclesia ob eandem causam interdum maiorem interdum minorem indulgentiam ponit. † 5. Concl.

Indulgentiæ sunt effectus clauis, non ordinis, quæ cum sit quoddam sacramentale, habet effectum determinatum à Deo; sed iurisdictiones, cuius effectus arbitrio hominis subiacent, qui est remittere pœnas per indulgentias : quod possunt facere etiam non sacerdotes.

Quamuis indulgentiæ multum valeant ad remissionem pœnæ: tamen alia opera satisfactoria, sunt magis meritoria, respectu præmii essentialis, quod in infinitum melius est : vnde non sunt relinquenda ista opera, vt acquirantur indulgentiæ. 6. Concl.

Quando dantur indeterminate, vt si dederit auxilium ad fabricam Ecclesiæ, intelligitur, quod tale auxilium sit conueniens auxilianti, & prout accedit ad hoc plus, vel minus de indulgenria consequitur : & ita pauper dans vnum denarium, potest totam consequi, non autem diues, &c. 7. Concl

Tantum lucratur indulgentiæ, qui à longe venit, quantum qui prope est : quia remissio non proportionatur laboti, cum indulgentia vim habeat ex meritis Ecclesiæ : sed qui plus laborat, habet plus meriti, quando indulgentiæ sunt indeterminatæ, sin minus, & sint ad certum tempus, vt qui visitat tali tempore, &c. intelligitur quod semel accedat : si indulgentia sit perennis, quoties quis accedit, toties consequitur. 8. Concl.

Non requiritur causa in indulgentiis, vt secundum eam mensurari debeat remissio pœnæ; sed vt intentio illorum, quorum merita communicantur ad sumentem peruenire possit. 9. Concl.

Nam dupliciter communicatur alteri bonum alterius; vel per caritatem, quo quis participes, ex eo, quod est in caritate, sine indulgentiis : vel per intentionem facientis : & sic per indulgentias, si causa adsit legitima : potest enim intentio illius, qui in vtilitatem Ecclesiæ operatus est, ad istum continuari.

Art.

Art. 3. Vtrum pro temporali subsidio debeat indulgentia dari.

1. Concl. Pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia.

2. Concl. Pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, vt est repressio inimicorum ecclesiæ, ecclesiarum constructio, & pontium, & aliarum eleemosynarum.

1. Patet ex vsu ecclesiæ, quæ pro his indulgentias facit.

2. Quia dantur temporalibus propter spiritualia, ad quæ ordinantur.

In tali casu non fit simonia, quia non datur spirituale pro temporali, sed pro spirituali.

1. Concl. Etiam pro pure spiritualibus potest fieri indulgentia: & ita Innoc. 3. dedit decem dies indulgentiæ orantibus pro Rege Franciæ.

Quæstio 26. De ijs, qui possunt indulgentias facere.

Art. 1. Vtrum quilibet sacerdos parochialis, possit indulgentias facere.

1. Concl. INdulgentiæ habent effectum, prout opera satisfactoria vnius alteri computantur, nō solum ex vi caritatis, sed etiam ex intentione operantis aliquo modo directa ad ipsum.

2 Concl. Intentio potest dirigi ad alterum, vel in singulari, cum quis pro alio determinate satisfacit, & sic quilibet potest sua opera communicare: vel in speciali, vt cum quis orat pro sua congregatione, pro suis familiaribus, &c. & sic qui congregationi præest, potest opera alij communicare, applicando intentionem illorum, qui sunt de congregatione, ad hunc determinate: vel in generali, vt cū quis ordinat sua opera ad bonum ecclesiæ: & sic qui præest ecclesiæ generaliter, potest illa cōmunicare applicando aliis.

3. Concl. Qui præest ecclesiæ, potest communicare, quæ sunt congregationis, & huius hominis & qui præest congregationi, ea quæ sunt huius hominis, sed non conuertitur.

1. Quia hoc est pars congregationis, & congregatio est pars ecclesiæ, dicetur intentio primati boni, includatur intentio boni congregationis, & totius ecclesiæ.

4. Concl. Neque prima, neque secunda communicatio dicitur indulgentia, sed solum tertia, propter duo

1. Quia licet per illas communicationes homo sol atur a reatu pœnæ, quantum ad Deum: tamē non soluitur a debito faciendi satisfactionem instantiam, ad quam est obligatus ex præcepto ecclesiæ, sed per tertiam maxime, &c.

2. In vna persona, vel congregatione non est defectus meritorum, vt sibi & alijs satisfaciat: vnde iste non absolutur a tota pœna, nisi tantum determinate pro eo fiat, quantum debetur. sed in ecclesia est abundantia meritorum, & maxime Christi.

5. Concl. Ideo solus ille, qui præficitur toti ecclesiæ, potest indulgentias facere.

6. Concl. Cum ecclesia sit congregatio fidelium, quæ est duplex, alia œconomica, cui assimilatur conuentus vnius parochiæ in vna diœcesi: altera politica, cui assimilatur congregatio ecclesiæ, solus Episcopus proprie prælatus ecclesiæ dicitur, & ipse quasi sponsus annulum ecclesiæ recipit, & solus habet plenā potestatem in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro ecclesiæ, quasi persona publica: alij vero, secundum quod ab eo eis committitur: & ita sacerdotes, qui plebibus præficiuntur, non sunt simpliciter prælati, sed coadiutores.

7. Concl. Vnde sacerdotes parochiales, vel abbates, & alij huiusmodi prælati non possunt indulgentias facere.

Quoniam minus est excommunicare quam facere indulgentias: sed illud non possunt. Ergo, nec hoc. Ex his patet ad obiecta.

Art. 2. Vtrum diaconus, vel alius non sacerdos possit indulgentias facere.

1. Concl. Diaconus, vel alius non sacerdos, potest indulgentias facere.

1. Quia eidem confertur dispensatio thesauri ecclesiæ, cui committitur regimen ecclesiæ. Sed diacono, & non sacerdotibus committitur regimen ecclesiæ. Ergo.

2. Potestas faciendi indulgentias, sequitur iurisdictionem. Sed diaconus, & non sacerdos possunt habere iurisdictionem, vel communem, vt Legati. vel ordinariam, vt electi. Ergo.

2. Concl. Facere indulgentias est quidem actus clauis, non ordinis, sed iurisdictionis, quæ in nō sacerdotibus potest reperiri: vnde patet ad secundum.

Art. 3. Vtrum Episcopus possit indulgentias facere.

1. Concl. Potestas faciendi indulgentias, plene residet in Papa. & potest eas facere ad vultū causa tamen existente legitima.

Quia habet plenitudinem pontificalis potestatis, quasi Rex in regno.

Episcopi facere possunt indulgentias.

1. Patet ex consuetudine ecclesiæ, secundum quã Episcopi indulgentias faciunt.

2. Concl. *2. Quia assumuntur in partem solicitudinis Põtificis, quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi: vnde eos vocat fratres, vt alios omnes filios.*

3. Concl. In Episcopis est potestas faciendi indulgentias secundum ordinationem Papæ: & ita faciunt, prout eis est taxatum, & non amplius. Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum ille qui est in peccato mortali, possit indulgentias facere.

1. Concl. Qui existit in peccato mortali, potest indulgentias facere.

1. Fiunt per potestatem ab ecclesia traditam, quæ non amittitur per peccatum. Ergo.

2. Facere indulgentias pertinet ad iurisdictionem. Sed iurisdictio non amittitur per peccatum mortale. Ergo, &c.

2. Concl. Aeque valent, quæ fiunt à peccatore, ac si esset sanctissimus.

Quia non remittunt pœnam ex merito dantis, sed ex viis meritorum, quæ sunt in ecclesia.

† 3. Concl. Prælatus, qui existens in peccato mortali, facit indulgentiam nihil profuit de suo, & ideo non requiritur, quod influxum recipiat à fonte, ad hoc, vt eius indulgentiæ valeant.

4. Concl. Maius est facere indulgentias, quam recipere, quantum ad potestatem, sed non quantum ad propriam vtilitatem, ideo peccator potest eas facere, licet non possit recipere.

Quæstio 27. De his, quibus valent indulgentiæ.

Art. 1. Vtrum indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali.

1. Concl. INdulgentiæ non valent existenti in peccato mortali.

1. Membrum mortuum non recipit influentiã à membris vivis. At qui habet peccatum mortale, est membrum mortuum. Ergo,

2. Indulgentiæ ordinantur tantum ad remissionem pœnæ, quæ non remittitur, nisi remissa culpa: vnde in eo sit memoria de vere contritis, & confessis.

2. Concl. Errant dicentes indulgentias existenti in peccato valere ad acquirendam gratiam: tametsi licet hoc possint præstare, tamen ad hoc ordinantur: tamen quia non dantur propter hoc, ideo non valent, cum habeant vim ex intentione ordinantis.

3. Concl. Si communicatio fieret hoc modo: Facio te participem meritorum totius ecclesiæ, vel congregationis, &c. tunc esset vera prædicta opinio, & sic procedit primum arg.

† 4. Concl. Qui est in peccato mortali, est magis indigens indulgentia, sed tamen est minus capax, ideo, & cæt.

Art. 2. Vtrum indulgentiæ valeant religiosis.

1. Concl. Tam secularibus, quam religiosis valent indulgentiæ, dummodo sint in caritate, & seruent ea, quæ per indulgentias indicuntur.

1. Alias ex religione, qua bona, religiosi reportarent damnum, quod est absurdum.

2. Non sunt minus admirabiles religiosi meritis aliorum, quam seculares. Ergo.

† 2. Concl. Et si religiosus sit in statu perfectionis, vbi potest esse superabundantia: tamen nõn est inconueniens, quod aliquando indigeat.

Quia potest peccare, & indulgentijs egere.

3. Concl. Propter indulgentias non debet dissolui regularis obseruantia, in qua religiosus magis meretur, quantum ad præmium gloriæ, licet non quoad pœnæ remissionem: vnde indulgentiæ non liberant à pœnis iniunctis in capitulo, cum sit quasi forum quoddam iudiciale, magis quam pœnitentiale.

Art. 3. Vtrum ei, qui non facit illud pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari.

1. Concl. Qui non facit id, pro quo indulgentia datur, indulgentiam non consequitur.

1. Quia remota causa, removetur effectus.

2. Quia non stante conditione, nemo consequitur id, quod ipsa conditione datur. At indulgentiæ dantur sub conditione, si quis faciat, &c. Ergo.

† 2. Concl. Illud, *cum quis non potest operari, voluntas pro facto reputatur*, intelligitur quantum ad præmium essentiale, non quantum ad accidentale, vt est remissio pœnæ.

3. Concl. Licet quilibet possit opus proprium per intentionem suam applicare cuicunque voluerit, non tamen potest alteri lucrari indulgentias, quia nulli possunt applicari, nisi ex intentione eius, qui indulgentias dat, qui potest ita dare, vt vnus pro alio eas lucrari possit.

Cassiod. in Psal. 31.

Artic. 4. Vtrum indulgentiæ valeant ei, qui facit.

Indulgentiæ valent ei, qui illas facit.

1. Concl.

Quia aliàs esset peioris conditionis, quam alij, si non posset vti thesauro ecclesiæ, quem alijs dispensat.

2. Concl.

Prælatus non potest facere indulgentias sibi tantum, sed vti ijs, quas pro alijs facit.

Quia causa, qua dantur indulgentiæ, qua est vt fideles ad aliquem actum excitentur, qui in vtilitatem ecclesiæ, & in honorem Dei cedat, non est in prælato, scilicet vt seipsum promoueat, sed in alijs. Ergo.

† 3. Concl.

Licet nemo exercere possit actum iurisdictionis in seipsum; tamen potest ijs vti, quæ per actum iurisdictionis alijs traduntur: secundum soluitur ex dictis.

4 Concl.

Excommunicationem nemo potest ferre in seipsum, quia datur per modum sententiæ, & nemo est iudex & reus: non sic de indulgentijs, quæ dantur per modum dispensationis.

Quæst. 28. De solemnitate pœnitentiæ.

Art. 1. Vtrum aliqua pœnitentia debeat publicari, vel solemnizari.

1. Concl.

ALiqua pœnitentia debet esse publica, & solennis.

1. *Quoniam in quolibet sacramento solennitas quædam adhibetur. Ergo & in pœnitentia.*

2. *Peccatum interdum est publicum, ex quo multi scandalizantur. Ergo etiam pœnitentia, quæ est medicina debet esse morbo proportionata, debet esse publica, qua omnes ædificentur.*

3. *Dignum est maxima confusione, etiam in mundo, qui grauissimum scelus commisit.*

4. *Vt sit alijs in terrorem, & in exemplum pœnitentiæ, ne desperent, cum in grauissimos peccatis incurrunt.*

† 2. Concl

Sacerdos per pœnitentiam publicam non reuelat confessionem, licet oriatur suspicio de graui crimine: culpa enim non potest pro certo sciri ex pœna: & peccatum, vt in plurimum, est publicum.

3 Concl.

Pœnitentia quo ad iniunctionem non exit forum occultum: quia, sicut occulte quis cõfitetur, ita occulte ei datur pœnitentia: quod autem executio fiat publice, non est inconueniens.

4 Concl.

Quamuis pœnitentia reuocet omnes defectus restituendo in pristinam gratiam: tamen non semper in pristinam dignitatem: Ideo laicus non potest assumi ad clericatum, nec mulier velata, post pœnitentiam de fornicatione.

5. Concl.

Episcopus ordinans aliquem post talem pœnitentiam, priuatur auctoritate ordinandi, nisi id propter cõsuetudinem, & necessitatem ecclesiæ faciat: tunc enim potest ad minores tantum tales admittere, non ad sacros, ob dignitatem ordinum, & propter timorem recidendi, ac propter scandalum, & quia non posset alios sine rubore corrigere, qui talem pœnitentiam egisset.

Art. 2. Vtrum solennis pœnitentia iterari possit.

Solennis pœnitentia iterari non debet.

1. Concl.

1. *Ne ex iteratione vilescat.*

2. *Quia significat ejectionem primi hominis de paradiso, qua semel tantum facta fuit.*

3. *Quia solemnizatio est quasi quædam professio conseruandis perpetuo pœnitentiam.*

† 2. Concl.

Iteratio in alijs sacramentis, in quibus solennitas operatur, solennitati nõ repugnat, vt vt in pœnitentia, propter rectitudinem rationem: ideo non est simile.

3. Concl.

Licet alicui propter eadem crimina conueniret eadem pœnitentia: tamen solennitatis iteratio non competit ob dictas causas.

Art. 3. Vtrum solennis pœnitentia sit imponenda mulieribus, & clericis, & vtrum à quolibet sacerdote possit imponi.

Omnis solemnis pœnitentia est publica, sed non è conuerso.

1. Concl. *Dist. 50. can in capite.*

Solennis pœnitentia fit hoc modo, In capite quadragesimæ tales pœnitentes præsentant se cum presbyteris suis. Episcopo ciuitatis ante fores ecclesiæ, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram dimissis, coma deposita: & eis in ecclesia introductis, Episcopus cum clero septem psalmos pœnitentiales dicit: postea eis manus imponit, aquam benedictam super eos aspergit, cinerem ponit in capitibus, cilicio colla operit, & eis lacrymabiliter inquit, quod sicut Adam ejectus est de paradiso, ita ipsi de ecclesia ejiciuntur: postea iubet eos mittis, vt eos pellant clero prosequente, cum responsorio. *In sudore vultus tui, &c.* In cœna autem Domini, quolibet anno, in ecclesiam a suis presbyteris reducuntur, & ibi sunt vsque ad octauam Paschæ, sed nec communicant, nec participant. & sic ne quolibet anno, quousque adultus ecclesiæ vilis interdicitur.

3. Concl. Dist 50 can. 66.

Vltima reconciliatio pertinet ad Episcopum: ad quem solum etiam pertinet pœnitentiæ solennis impositio.

4. Concl.

Potest imponi viris, & mulieribus: sed nõ clericis propter scandalum.

5. Concl.

Non debet imponi, nisi propter peccatum quod totam vrbem commouerit.

Publica, & non solennis, est quæ sit in facie ecclesiæ, sed non cum solennitate prædicta: sicuti peregrinatio per mundum, cum baculo cubitali: quæ potest iterari, & a simplici sacerdote imponi. Verum quandoque solennis accipitur pro publica, & secundum hoc aliquæ auctoritates variè loquuntur de solenni.

6. Concl.

Mulieri habet comam in signum subiectionis: & ideo in publica pœnitentia non cõuenit, vt ei coma deponatur: non sic de viris.

7. Concl.

Licet in eodem genere peccati magis peccet clericus, quam laicus, tamen ei non iniungitur pœnitentia solennis, ne ordo veniat in contemptum.

8. Concl.

Quamuis simplex sacerdos habeat claues: tamen quia magna peccata, pro quibus tantũ datum pœnitentia solennis, indigent magna cautela, ideo Episcopo reseruatur.

Quæstio 29. De sacramento extremæ vnctionis, quantum ad eius essentiam, & institutionem.

Art. 1. Vtrum extrema vnctio sit sacramentum.

1. Concl.

EXtrema vnctio est sacramentum.

1. Quia sacramenta sufficienter subueniunt defectibus hominum secundum quemlibet statũ, sed exemptibus non subuenit aliud, quam extrema vnctio. Ergo.

2. Sacramenta sunt quædam spiritualia medicamenta: sed extrema vnctio est talis, quia valet ad remissionem peccatorum. Ergo.

3. Sacramentum est illud actus ecclesiæ, qua attingit ad effectum principalem intentum in administratione sacramentorum, in hoc enim differt ab his, quæ sacramentaliter dicuntur, quæ effectum non attingunt sed ad illa actuamenta disponunt. At extrema vnctio est huiusmodi, quia curat a morbo qui est effectus sacramentorũ. Ergo.

†2. Concl.

Vnctio catechumenorum non remittit peccata, sed disponit ad baptismum: ideo non est sacramentum, vt extrema vnctio.

3. Concl.

Licet sacramentum immediate hominem disponat ad gloriam: ideo exemptionem a corpore datur: & quia in veteri lege non erat adhuc tempus perueniendi ad gloriam propter ea non debuit ibi præfigurari, per aliquod sacramentum.

4. Concl.

Dionysius tantum narrat sacramenta, quæ ei deseruiunt ad ecclesiasticæ hierarchiæ inspectionem vnde nec de pœnitentia, nec de matrimonio, aliquid dicit.

Art. 2. Vtrum extrema vnctio sit vnum sacramentum.

1. Concl.

Vnum numero, per se loquendo, dicitur, vel sicut indiuisibile, quod nec actu, nec potentia est plura: vel sicut continuum, quod est actu vnũ & potentia plura, vt linea: vel sicut perfectum, vt domus, quod est multa quodammodo actu, sed illa multa conueniunt in aliquo vno.

2. Concl.

Hoc sacramentũ non est vnum sicut indiuisibile, neque vt continuum, sed sicut perfectum quod ex pluribus partibus constituitur: veluti domus.

3 Concl.

Plures vnctiones sunt de perfectione sacramenti.

1. Plures immersiones faciunt vnũ baptismum. Ergo & plures vnctiones vnum sacramentum extremæ vnctionis.

2. Si non esset vnum nomine dicto, sed ex prima vnctione, non opus esset secunda: quod est falsum.

3. Cum sacramentum cadat sub significando, quando perfecte significetur non potest fieri nisi per plures res, actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione sacramenti, sicut in Eucharistia cibus rejecto est est per cibum: & potum ad huiusmodi est extrema vnctio, quia cum curatio interius non valeat nec possit perfecte significari, nisi per aliquam medicinæ ad diuersas vulnerum species: ideo plures vnctiones &c.

Vnitas totius perfecti, non tollitur propter diuersitatem materiæ, & formæ in partibus totius: sicut non tollitur vnitas hominis propter diuersitatem formæ, & materiæ, ossis et sanguinis, &c.

4. Concl.

Licet sint plures vnctiones tamen vniuntur in vna perfecta actione, quæ est vnctio omnium exteriorum sensuum, quibus morbus interior hauritur.

5 Concl.

Pluralitas ministrorum non tollit vnitatem huius sacramenti, quia tantum instrumentaliter operantur: vnde si posito primam vnctionem sacerdos moriatur, & alius perficiat, non tollitur quin sit vnum sacramentum.

6. Concl.

Art. 3. Vtrum hoc sacramentum fuerit a Christo institutum.

1. Concl. Sacramentum extremæ vnctionis fuit à Christo institutum.

1. *Omnia sacramenta veteris legis fuerunt instituta a Deo. Ergo multo magis nostræ legis sacramenta, quæ sunt præstantiora, erunt instituta a Christo.*

2. *Eiusdem est instituere, & institutum remouere. Sed Ecclesia quæ habet eandem auctoritatem, quam habuerunt Apostoli, non potest auferre hoc sacramentum. Ergo non fuit Christus institutor, non autem Apostoli, vt quidam dicunt.*

3. *Sacramenta pertinent ad fundamentum legis. Ergo ad legislatorem Christum tantum spectant.*

4. *Quia ex institutione efficaciam habent, quæ ex non institutione inest.*

2. Concl. Aliqui dixerunt Christum non instituisse hoc sacramentum, sed Apostolis instituendum tradidisse, vna cum sacramento confirmationis, quia propter plenitudinem gratiæ hæc non potuerunt institui ante plenissimam spiritus sancti missionem: verum hoc nihil est, quia, sicut promiserat spiritum sanctum; ita poterat instituere. Vnde melius sentiunt dicentes: ista Sacramenta Christum quidem instituisse, & Apostolis promulganda reliquisse, & hoc obrationes illatas.

†3. Concl. Licet de huius sacramenti institutione non fiat mentio in euangelio: non idcirco est dicendum Christum non instituisse, quia multa Dominus fecit, & dixit, quæ in Euangelio non continentur: Rursus Apostoli oleo vngebant infirmos, quod ex institutione Christi fecisse credendum est.

Marc. 6.

4 Concl. Magister dicit, Apostolos instituisse, quia eius institutionem promulgauerunt.

5. Concl. Non omnia quæ Christus instituit, in se exhibuit: vt patet de pœnitentia, & de hoc sacramento quia non habuit peccatum.

Art. 4. Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti.

1 2. Concl. Oleum oliuæ debet esse quod assumitur in materiam huius sacramenti.

1. *Olenum determinatur materia huius sacramenti, Iacob. 5. Sed oleum proprie non dicitur, nisi oleum oliuæ. Ergo.*

2. *Spiritualis sanatio per olei vnctionem significatur. Isa. 1. Ergo conueniens materia huius sacramenti est oleum.*

3. *Spiritualis sanatio, quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquitur, & etiam huiusmodi, vt sit quæ exeuntibus est maxime necessaria, non frangatur, sed fiat cum.*

Alii dicunt, oleum illud non esse materiam, sed ipsum sanctificationem, ad quam significandam adhibetur oleum oliuæ; ad cuius significationem duo requiruntur, vt dicuntur, est lenitiuum, & penetrat minutas partes ad interna, nec non diffusiuum. Ergo, &c.

† 2. Concl. Incorruptio gloriæ non est res contenta in hoc sacramento: ideo non oportet balsamum esse materiam, quod propter odorem pertinet ad bonitatem famæ, qua, propter se, non indigent, exeuntes, sed tantum nitore conscientiæ, qui per oleum significatur.

3. Concl. Vinum sanat mordendo, oleum vero leniendo: vnde vinum potius pertinet ad sacramentum pœnitentiæ.

4. Concl. Etsi oleum oliuæ non reperiatur, vbique potest tamen de facili ad quemlibet locum transferri: & hoc sacramentum non est de necessitate salutis.

Art. 5. Vtrum oporteat oleum esse consecratum.

1. Concl. Falsum est materiam huius sacramenti esse oleum simplex, & in ipsa sanctificatione olei, quæ fit per episcopum perfici hoc sacramentum.

Quia sola Eucharistia est sacramentum, quod consistit in consecratione materiæ.

2. Concl. Materia huius sacramenti est oleum sanctificatum.

Quoniam in omnibus aliis vnctionibus est materia consecrata a priori. At hoc sacramentum consistit in ipsa vnctione, vt baptismus in ablutione. Ergo.

3. Concl. Triplex potest assignari ratio cur in hoc sacramento, & in quibusdam aliis materiæ sanctificatio requiratur.

1. *Ob maiorem efficaciam sacramentorum descendit a Christo oleo illa qualitas ipse est vsus habens efficaciam ex ipso vsu, vt patet in baptismo & eucharistia: sed quia non est vsus aliqua corporalis entitas, id est omnibus vnctionibus requiritur sanctificatio materiæ.*

2. *Ob plenitudinem gratiæ, quæ confertur, non solum vt tollat peccatum culpam, sed etiam reliquias, & infirmitatem corporis.*

3. *Quia enim effectus corporalis, scilicet sanitas corporis, non causatur a materia, naturali proprietate: ideo debet sanctificari.*

† 4. Concl. Licet hoc sacramentum habeat sanctificationem in vsu per formam verborum, non ideo est superflua sanctificatio materiæ.

Quoniam etiam instrumenta efficaciam accipiunt ab artifice, & dum fiunt, & cum ad alium applicantur.

5. Concl. Efficacia, quæ est ex institutione sacra-

menti, applicatur huic materiæ per sanctificationem.

6 Concl. Non est par ratio de meritis baptismi; & huius sacramenti.

Art. 6. Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per episcopum.

1. Concl. Oportet materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum.

1. *Quia in omnibus vnctionibus materia per Episcopum consecratur. Ergo & in hac.*

2. *Sacramenta non habent efficaciam, nisi à Christo, vt à primo agente, à ministris vero secundario; & efficacia Christi descendit ab eo ordinate si licet in inferiores mediantibus superioribus, qui consecrant materiam, si consecratione egeant: & ideo omnis sanctificatio fit ab Episcopo: vsus autem quandoque etiam ad sacerdotes spectat, quorum potestas derivatur ab Episcopo, iuxta illud Psa 132. Sicut vnguentum in capite, id est, in Christo, quod primo descendit in barbam Aaron, &c.*

† 2. Concl. Sacerdos potest facere consecrationem illam, quæ est in se sacramentum; vt patet in Eucharistia, non autem illam, quæ vt sacramentale quoddam ordinatur ad sacramentum, quę consistit in vsu fidelium: quia quantum ad corpus Christi verum, nullus ordo est supra sacerdotium, sed quantum ad corpus mysticum Episcopalis ordo est supra sacerdotalem.

3. Concl. In corporalibus dignior non præparat materiam inferiori, sed in spiritualibus vtique.

Quia qui materia vtitur, nihil sua, sed superiorum virtute agit: vnde à superioribus materia disponi debet.

Art. 7. Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam.

1. Concl. Dicere nullam formam esse de necessitate huius sacramenti, est derogare eius effectui.

Quia omne sacramentum efficax significando; significato autem materia, non determinatur ad effectum, cum sit indifferens, nisi per formam verborum. Ergo in omni sacramento nouæ legis oportet esse res, & verba.

2. Concl. Hoc sacramentum habet aliquam formam determinatam, vt & alia sacramenta.

1. *Quilibet sacramentum consistit in rebus & verbis, sed verba sunt forma sacra... Ergo.*

2 *Ex vsu vniuersalis Ecclesiæ, qua aliquibus verbis vtitur in collatione huius sacramenti.*

3 *Quia Iacobus vsus huius sacramenti videtur constituere in oratione*

3 Concl. Huius sacramenti forma non habetur in scriptura, quia eius cognitio non est de necessitate salutis; habetur tamen per traditionem Apostolorum, qui à Domino multa acceperunt.

4. Concl. Verba, quæ sunt de essentia formæ ab omnibus dicuntur, vt oratio deprecatiua: quæ sunt ad bene esse, non refert an dicantur.

5. Concl. Licet materia sit sanctificata; requiritur tamen in vsu sanctificatio per formam, per quam actu sanctificet.

Art. 8 Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam, & non deprecatiuam.

1. Concl. Forma huius sacramenti est oratio deprecatiua.

1. *Ita habet consuetudo omnium Ecclesiarum*, scil. per istam sanctam vnctionem, & pissimam suam misericordiam: indulgeat tibi dominus, &c.

2 *Quia Iacobus ait*, oratio fidei saluabit infirmos. *Ergo forma à qua sacram. habet efficaciam, erit deprecatiua.*

2. Concl. Multiplex ratio assignari potest, cur hæc forma debeat esse deprecatiua.

1. *Quia suscipiens hoc sacramentum est viribus propriis destitutus. Ergo indiget orationibus iuuari.*

2. *Quia datur exeuntibus de foro Ecclesiæ, qui in solius Dei manu requiescunt, cui per orationem committuntur.*

3. *Quia hoc sacramentum non habet aliquem effectum, qui semper ex operatione ministri consequatur, etiam omnibus rite peractis, vt in alijs sacram. & ideo non potest habere formam indicatiui modi: vt cætera sacramenta.*

† 3. Concl. Licet hoc sacramentum habeat certitudinem ex se, vt alia sacramenta: tamen quia ex fictione recipientis potest impediri, vt nullum effectum consequatur, quod non accidit in alijs sacramentis, in quibus semper aliquem effectum recipiens consequitur: ideo eius forma debet esse oratio deprecatiua.

4. Concl. Et quamuis forma non sit oratio indicatiua: tamen exprimitur intentio ministri, cum dicitur, *per istam sanctam vnctionem, &c.*

5. Concl. Verba illa, quibus vtuntur nonnullæ Ecclesiæ, scil. *Vngo hos oculos, in nomine Patris, &c* non sunt forma, sed dispositio ad eam, in quantum intentio ministri determinatur ad illum actum per illa verba.

Art. 9. Vtrum prædicta oratio sit competens forma huius sacramenti.

1. Concl. Prædicta oratio est competens forma huius sacramenti.

Quia & tangit sacramentum, cum dicitur, per istam sanctam vnctionem; & quod operatur, scil. diuinam misericordiam, & effectum, scil. remissionem peccatorum.

† 2. Concl. In forma sacramenti confirmationis fit mentio de materia.

Quia non potest intelligi per actum vnctionis, sicut in hoc sacramento.

3. Concl. Licet misericordia diuina operetur in omnibus sacramentis: tamen hic de ea speciatim fit mentio.

Quia hoc sacramentum datur in statu miseriæ, scilicet infirmitatis, quam proprie respicit misericordia.

4. Concl. Etsi corporalis sanitas sit quandoque effectus huius sacramenti: tamen de ea non fit mentio in forma, quia sufficit vt exprimatur effectus principalis, qui est remissio peccatorum.

Quæstio 30. De effectu huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem peccatorum.

1. Concl. EXtrema vnctio valet ad remissionem peccatorum.

1. *Iacob. 5. Si in peccatis sit, dimittentur ei.*

2. *Omne sacramentum noui legis confert gratiam; quia sit remissio peccatorum, Ergo.*

3. *Quodlibet sacramentum, vt principalem effectum, efficit quod signi ficat. Sed hoc sacram. datur per modum medicamenti, quæ significat ablationem morbi; medicamen. est ad pellendam infirmitatem. Ergo principaliter hoc sacram. est institutum ad tollendam infirmitatem peccati: Vt sicut baptismus est spiritualis regeneratio pœnitentia spiritualis suscitatio, ita extrema vnctio sit spiritualis sanatio.*

2. Concl. Sicut corporalis medicatio præsupponit corporalem vitam in medicato; ita spiritualis, spiritualem, vnde hoc sacramentum non datur contra peccatum originale, aut mortale, quæ vitam tollunt; sed contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur, vt non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ gratiæ, & gloriæ, quæ ineptitudo relinquitur in nobis ex peccato originali, & actuali, & vocantur reliquiæ contra quas homo roboratur per hoc sacram.

3. Concl. Et quia gratia, quæ secum non compatitur peccatum dat hoc robur, ideo ex consequenti, si inueniat aliquod peccatum vel mortale vel veniale, illud quoad culpam tollit, dummodo recipiens non ponat obicem.

5. Concl. Falsum est, quod hoc sacramentum principaliter sit contra venialia, quod cum perfecte non possit curari in hac vita, ideo exeunti subditur: quia sufficienter pœnitentia delet venialia quoad culpam in hac vita.

5. Concl. Principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum, quoad reliquias peccati, & ex consequenti etiam quoad culpam, si eam inueniat.

† 6. Concl. Non inconuenit, vt effectus principalis vnius sacramenti habeatur per aliud sacramentum ex consequenti, non tamen haberi potest sine proposito illius: vnde cum pœnitentia principaliter instituta sit contra actualem culpam, sacramentum quod actualem culpam ex consequenti delet, non excludit necessitatem pœnitentiæ.

7. Concl. Hoc etiam sacramentum remittit peccatum, scil. quoad maculam & reatum: nam, licet macula non tollatur sine contritione; tamen hoc sacramentum facit, vt motus liberi arbitrii in peccatum sit contritio: & reatum dimittit ex consequenti debilitatem tollens, licet remaneat satisfactio iniuncta: reliquias etiam tollit, quæ sunt debilitas quædam in ipsa mente, qua debilitate sublata non ita mens inclinari potest ad peccatum.

8. Concl. Licet vnctiones sint plures: tamen in vltima vnctione gratia infunditur: quia cum sunt multæ actiones ordinatæ ad vnum effectum, vltima est formalis respectu omnium: quare potest ibi fieri remissio peccatorum, quæ fuit in instanti.

Art. 2. Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

1. Concl. Sanitas corporalis est effectus huius sacramenti.

1. *Quia operatio Ecclesiæ habet maiorem efficaciam post Christi passionem, quam ante. Sed antea olea immediate per apostolos sanabantur. Ergo a fortiori magis nunc.*

2. *Sacramenta significando efficiunt. Ergo sicut baptismus per corporalem ablutionem significat interiorem, & spiritualem; ita hoc sacramentum per exteriorem sanationem, quam significat efficit, & causat spiritualem interiorem.*

2. Concl. Hoc sacram. non semper efficit sanitatem corporalem: quia, cum non faciat hanc sanitatem ex proprietate naturali, vt baptismus emundationem corporalem, sed ex virtute

diuina,

diuina, quæ non inducit secundatium effectum, nisi prout expedit ad principalem; ideo tunc tantum hoc sacramentum efficit sanitatem corporalem, quando expedit ad spiritualem; & tunc semper eam inducit, modo non sit impedimentum ex parte recipientis.

3. Concl. Etsi spiritualis medicina ad spiritualem sanitatem ordinetur; tamen non inconuenit quod secundario etiam corporalem inducat: secundum soluitur ex dictis.

2. Concl. Iacobus attribuit sanitatem corporalem orationi, quæ est forma huius sacramenti, ex qua habet efficaciam: cur autem non semper sequatur, dictum est.

Art. 3. Vtrum hoc sacramentum characterem imprimat.

1. Concl. Hoc sacramentum non imprimit characterem.

1. *Quia reiteratur.*

2. *Character datur ad distinctionem eorum, qui sunt in Eccl sia. At hoc sacram. datur exeuntibus ab Ecclesia Ergo.*

3. *Character tantum imprimitur in illis sacramentis, quibus homo ad aliquod sacram deputatur. At hoc sacram. est tantum remedium. Ergo.*

† 2. Concl. Character facit distinctionem statuum, quantum ad ea, quæ in Ecclesia peragenda sunt, quam distinctionem nemo habet ex eo quod est inunctus.

3. Concl. Vnctio in ordine, & cõfirmatione, est quædam consecratio, qua homo deputatur ad aliquod sacram & ideo ista sacram. imprimunt characterem: non sic vnctio extrema.

4. Concl. Res, & sacram. in hoc sacramento non est character, sed quædam interior deuotio, quæ est spiritualis vnctio.

Quæstio 31. De ministro huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre.

1. Concl. Laicus non potest hoc sacramentum conferre.

1. *Quia in eo fit remissio peccatorum, quod non competit laicis.*

Cap. 5. eccl. hier. 2. *Quidam, ait Dion. ædimus hierarchicas exercent, & quidam solum recipiunt, vt laici. Ergo ex officio nulla sacramenti dispensatio laico competit quod autem in casu necessitatis possit baptizare, ad diuinæ dispensationis factum est, vt nulli regenerationis fontem esse.*

† 2. Concl. Oratio in hoc sacramento fit à sacerdote in persona totius Ecclesiæ, & tanquam a persona publica: & semper exauditur quod non conuenit laico, cum sit persona priuata.

3. Concl. Vnctiones illæ, quibus sancti, & sanctæ olim sanabant infirmos, non erant sacramentales sed operabantur sanitatem, vel ex deuotione recipientium, vel ex meritis vngentium, vel eorum qui oleum mittebant.

Art. 2. Vtrum diaconi possint hoc sacramentum conferre.

1. Concl. Diaconus non potest hoc sacramentum conferre.

1. *Inducat, ait Iacob presbyteros Ecclesiæ.*

Cap. 5. 2. *Diaconus habet vt purgatiuam, & non illuminatiuam; vnde non potest ea conferre ex officio, in quibus datur gratia, vt sunt sacramenta.*

† 2. Concl. Purgat quidem hoc sacramentum, sed quia hoc facit illuminãdo per gratiæ infusionem, ideo diaconus illud conferre non potest.

3. Concl. Quamuis diaconi baptizent; non tamen ex officio, sed ex dispensatione: at dispensatio non committitur in hoc sacramento, cum non sit sacramentum necessitatis, vt baptismus.

Art. 3. Vtrum solus episcopus possit hoc sacramentum conferre.

1. Concl. Hoc sacramentum non solum per episcopum, sed etiam per simplices sacerdotes administrari potest.

1. *Quia episcopus non posset accedere ad omnes infirmos suæ diœcesis.*

2. *Tantum illa sacramenta ad solos episcopos spectant, quæ constituunt hominem in aliquo statu perfectionis super alios. At extrema vnctio non est huiusmodi. Ergo.*

† 2. Conc. Confirmatio constituit hominem in statu perfectionis, & imprimit characterem, ideo ad solum episcopum pertinet: non sic hoc sacramentum

3. Concl. Licet in genere causæ finalis potior sit vsus materiæ sanctificatæ, quam sanctificatio materiæ tamen in genere causæ efficientis potior est ipsa sanctificatio, & ideo requirit maiorem virtutem quam vsus, & pertinet ad solos episcopos.

Quæstio 32. Quibus hoc sacramentum conferri debeat & in qua parte corporis.

Art. 1. Vtrum sanis debeat conferri hoc sacramentum.

1. Concl. HOc sacramentum solis infirmis competit.

1. Ia. 62. 5. I firmatur quæ in vobis, &c.

2. Quia est quædam spiritualis curatio, quæ per quandam corporalis curationis modum significatur, sed sanus corporalis curatio non competit. Ergo non debet conferri sanus.

† 2. Concl. Licet principalis effectus sit sanatio mentis: tamen quia ista sanatio per modum sanationis corporalis debet significari; ideo hoc sacramentū solum infirmis cōceditur: quemadmodum baptismus non datur nisi iis, qui sunt participes ablutionis corporalis.

3 Concl. Hoc sacramentum non est omnium exeuntium, sed tantum illorum, quibus corporalis curatio competit; & ita non datur decapitandis.

Art. 2. Vtrum hoc sacramentum dari debeat in qualibet infirmitate.

1. Concl. Hoc sacramentum non debet dari in qualibet infirmitate.

1. Hoc sacramentum dicitur extrema ūnctio Sed non qualibet infirmitas ad extremum vita inducit. Ergo.

2. Quia hoc est vltimum remedium quod Ecclesia potest conferre, & immediate disponit ad gloriam. Ergo tantum illi debet dari, qui sunt in statu exeuntium propter hoc, quod agritudo nata est inducere mortem.

† 2. Concl. Quamuis Iacobus non determinet infirmitatē, nō ita debet dari in qualibet; nisi habita ratione, & modi, & status infirmitatis.

3 Concl. Medicina corporalis potest dari in qualibet infirmitate, quia habet pro principali effectu sanitatē corporalem: non sic hoc sacramentum, cuius effectus principalis est tantum necessario exeuntibus, & ad gloriam iter habentibus.

Art. 3. Vtrum hoc sacramentum debeat dari furiosis & amentibus.

1. Concl. Illis qui non possunt cum deuotione susci pere hoc sacramentum, dari non debet, & præcipue furiosis, & amentibus.

1. Quia tantum debet dari recognoscentibus ipsum, cuiusmodi non sunt isti.

2. Quoniam ad eius effectum consequendū plurimum valet deuotio suscipientium, sicuti meritū personale conferentium, & generale totius Ecclesiæ. Ergo prædicti, qui non recognoscunt, & non habent deuotionem, non debet conferri.

3. Possent etiam irreuerentiam sacramento facere per aliquam immunditiam.

† 2. Concl. Licet isti sint in periculo mortis: tamen ex defectu propriæ deuotionis non potest eis applicari hoc sacramentum.

Baptismus prædictis datur, quia non requirit motus liberi arbitrii, sicuti hoc sacramentum. 3. Concl.

Art. 4. Vtrum hoc sacramentum debeat dari pueris.

Hoc sacramentum non debet dari pueris. 1. Concl.

1. Puerus non competit eius forma, cum nec per ipsum, nec per auditum, &c. peccauerint. Ergo.

2. Exigit actualem deuotionem in suscipiente, quæ non potest esse in puero, vnde non debet eis dari sicut nec Eucharistia.

† 2. Concl. Infirmitates in pueris non sunt ex actuali peccato causatæ, vt in adultis, ideo adultis, & non pueris hoc sacramentum conferri debet.

3 Concl. Etsi pueri habeant reliquias peccati originalis: tamen hoc sacramentum non est contra illas, nisi prout sunt per actualia peccata quodammodo confortatæ, quomodo non sunt in pueris.

Art. 5. Vtrum in hoc sacramento totum corpus inungi debeat.

In hoc sacramento non debet inungi totum corpus. 1. Concl.

1. Ita habet vniuersalis Ecclesia ritus, vt inungantur determinata partes.

2. Curatio corporalis non oportet, vt fiat per medicinam totis corpori appositam, sed illis partibus, vbi est radix morbi. Ergo hoc sacramentalis ūnctio debet tantum fieri in partibus, in quibus est radix spiritualis infirmitatis, cum per modum curationis fiat.

† 2. Concl. Licet anima sit tota in toto corpore secundum essentiam, non tamen secundum potentias, quæ sunt radices actuū peccati; ideo sufficit, vt vnctio in determinatis partibus fiat.

3. Concl. Medicina non apponitur semper vbi est morbus; sed vbi est radix morbi.

4. Concl. Non est simile de ablutione baptismi, quæ non purgat ab aliqua certa macula; & de vnctione ista sacramentali.

Art. 6. Vtrum conuenienter determinentur partes vngendæ.

1. Concl. Conuenienter determinantur partes vngendæ.

Quia principia peccandi sunt eadem, quæ principia agendi, quæ sunt tria: Primum dirigens, s. vis cognoscitiua: secundum appetens, s. vis appetitiua: tertium exequens, s. vis motiua: omnis autem cognitio oritur habet ex sensu; vnde vbi est primus ortus peccati; & ideo primo immundatur quinq; sensus

propter appetitiuam, inunguntur renes: propter motiuam, pedes, tanquam principalius instrumentum quo mouemur.

2. Concl. Vnctio quinque sensuum ab omnibus quasi de necessitate sacramenti obseruatur; quia principium primum operationis humanæ, est vis cognoscitiua. Sed quidam non seruant alias: quidam vero illam seruant, quæ fit ad pedes, & non eam, quæ ad renes.

† 3. Concl. Licet ex corde exeant cogitationes malæ: tamen cor non est prima radix illarum; sed phantasia, quæ est motus sensuum: ideo sufficit vt inungantur sensus.

4. Concl. Intrantes in Ecclesiam debent acquirere puritatem mentis, ideo in baptismo inunguntur in vertice: at exeuntes debent eam purgare, propterea debent inungi in illis partibus, quibus contingit mentis puritatem inquinari.

5. Concl. Quia vis concupiscibilis maxime regnat in renibus; ideo multi inunguntur renes: alii non inunguntur, quia non est prima radix.

6. Concl. Si non vnguntur aliæ partes corporis, quibus peccatur, sicuti inungantur pedes, &c. fit propter immunditiam illarum, & propter honestatem sacramenti.

Art. 7. Vtrum mutilati debeant inungi in illis dictis partibus.

1. Concl. Mutilati debent inungi in illis dictis partibus.

Nam defectus corporis non impedimentum alia sacramenta: ergo nec hoc. Sed de necessitate huius sacramenti est quælibet membrorum. Ergo.

2. Concl. Mutilati debent inungi quanto propinquius fieri potest, ad illas partes, in quibus vnctio fieri debuerat: quia licet non habeant membra, habent tamen potentias animæ, quæ illis membris debentur, saltem in radice, & interius per illas peccare possunt. Ex quibus patet ad obiecta.

Quæstio 33. De iteratione huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum hoc Sacramentum debeat iterari.

1. Concl. HOc Sacramentum sine sui iniuria potest iterari.

1. *Quia est spiritualis curatio; ergo medum corporalis curationis. Sed hæc iteratur. Ergo.*

2. *Sacramentum quod non habet effectum perceptum, potest sine iniuria reiterari, sed effectus deperditus reiterato recuperetur. At sanitas corporis, mentis, quæ est effectus huius sacramenti potest amitti. Ergo sacramentum poterit reiterari.*

† 2. Concl. Vnctio lapidis fit ad consecrationem, & ideo est perpetua, & non iteratur: at hæc non fit ad hominis consecrationem, ideo iteratur.

3. Concl. Et quamuis dicatur extrema vnctio; tamen, quia aliquod est extremum secundum hominum æstimationem, quod non sic est secundum rei veritatem, ideo potest reiterari.

Art. 2. Vtrum in eadem infirmitate debeat reiterari.

1. Concl. Etiam in eadem infirmitate debet reiterari.

Quia hoc sacramentum datur contra reliquias peccatorum. Sed aliquando post perceptionem sacramenti, quando morbus durat, iterum reliquiæ contrahuntur. Ergo debet iterari.

2. Concl. Quia hoc Sacramentum non solum respicit infirmitatem, sed infirmitatis statum: propterea non debet dari, nisi infirmis, qui secundum æstimationem humanam mortis videntur appropinquare: & ita si in infirmitate non diutina, homo non recedat ab illo statu, nisi infirmitate curata, non debet iterum inungi: sed si recidiuum patiatur, erit alia infirmitas, & poterit iterari: in diutinis vero, non debet dari, nisi cum venitur ad periculum mortis: & si hunc mortis articulum euadat, in eadem iterum poterit inungi; licet non sit alia infirmitas simpliciter. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 34. De Sacramento ordinis, quoad eius essentiam, & eius partes.

Art. 1. Vtrum ordo in Ecclesia esse debeat.

1. Concl. Rom. 13. ORdo in Ecclesia esse debet.

1. *Quæ a Deo sunt, ordinata sunt ex Paulo. Sed Eccl. sia est à Deo. Ergo.*

2. *Status Ecclesiæ est medius inter statum naturæ, & gloriæ. Sed in natura, & in gloria inuenitur ordo. Ergo.*

3. *Deus hanc legem naturalem imposuit omnibus, vt vltima per media reducerentur, & perficerentur, & media per prima, vt Dionysius: quia non solum voluit cognosci secundum quod est in se, sed etiam secundum quod influit aliis, & ita ipsa ordinata in finem similitudinis producit, propterea ne ista publicitudo deesset Ecclesiæ, posuit in ea ordinem.*

Cap. 5. cæl. hier.

† 2. Concl. Subiectio repugnat liberati, quando quis

domi-

dominatur in suam vtilitatem: at non sic est ordo Ecclesiæ, in qua qui præest non propriâ, sed subditorum salutem quærere debet.

Prolog. 2.

3. Concl. Quisque debet se reputare inferiorem merito, non autem officio.

4. Concl. Ordo in Ecclesia non attenditur secundum dona naturalia: quia homines in natura sunt vnum: neque secundum gratiam gratum facientem, sed secundum potestatem dispensandi sacramenta, cum ordo respiciat sacramentorum communicationem & sacramenta, quod immodo gratiam præcedant; at vero in Angelis ordo, per se attenditur secundum distinctionem gratiæ, & per accidens secundum distinctionem naturæ

Art. 2. Vtrum conuenienter ordo definiatur.

1 Concl. Ordo sic conuenienter definitur: *Ordo est signaculum quedam Ecclesiæ, qua spiritualis potestas traditur ordinato*: Ita definit Mag. quæ definitio conuenit ordini, vt est Ecclesiæ sacramentum, Et ideo duo ponit, scil. signum exterius, cum ait, *est signaculum*; & effectum interiorem, cum ait, *quo spir. pot. &c.*

4. sent. dist. 24. Cont. Signaculum hic non accipitur pro charactere, sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum, & causa interioris potestatis. Nec esset inconueniens si acciperetur pro charactere: qui, proprie non est pars; sed essentialiter & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

3. Concl. Character in baptismo non est effectus principalis; sed ablutio interior; in ordine autem contra, ideo in eius definitione ponitur, & non in baptismi definitione.

4. Concl. Potestas proprie nominat potentiam actiuam, quæ est in ordine: vnde alia definitio ordini competit, non autem baptismo, in quo potestas est quodammodo passiua.

5. Concl. Nomen ordinis dupliciter accipitur: primo pro ipsa relatione, & sic est etiam in inferiori: secundo pro ipso gradu, quem ordo primo modo acceptus facit, & hic gradus eminens per potestatem spiritualem, ordo nominatur.

Art. 3. Vtrum ordo sit sacramentum.

1. Concl. Ordo est Sacramentum.

1. *Quia ab omnibus inter septem sacramenta numeratur.*

2. *Præter ordinem sit homo dispensator sacramentorum. Ergo ordo est sacramentum.*

3. *Sacramentum nihil aliud est, nisi sanctificatio hominis exhibita per aliquid signum sensibile. Sed ordo est huiusmodi. Ergo.*

2. Concl. Est ordo in suo nomine non exprimat aliquod materiale elementum, tamen non contextur sine illo.

3. Concl. Ordo, qui est in Angelis, non est sacramentum: quia non adhibetur illis cum aliquibus signis sensibilibus; sicut hominibus.

4. Concl. Non omnes benedictiones, & consecrationes, quæ hominibus adhibentur sunt ordines: sed tantum illæ, per quas ordinantur aliqui ad dispensationem diuinorum sacramentorum, cuiusmodi non est inunctio Regum, &c.

Art. 4. Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimatur.

1. Concl. Conuenienter forma huius sacramenti exprimitur.

Quia hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita. At potestas a potestate traditur per actus, sicuti simile ex simili: ideo conuenienter in forma ordinis, exprimitur & ipse ordinis actus, qui imperatur, & exprimitur traditio potestatis per imperatiuum modum.

2. Concl. In aliis sacramentis fit mentio de virtute diuina.

Quia non ordinantur ad effectus similes potestati, vt hoc sacramentum, in quo est quasi communicatio quedam eminens.

3. Concl. Vsus in definitione ordinis non ponitur, vt est effectus potestatis in genere causæ efficientis, sed vt est quodammodo causa in genere causæ finalis.

Art. 5. Vtrum hoc sacramentum habeat materiam.

1. Concl. Hoc sacramentum habet materiam, & sunt res; quæ in illo adhibentur.

1. *Quia quodlibet sacramentum consistit in rebus, & verbis. At res sunt materia. Ergo.*

2. *Baptismus, in quo datur potestas ad suscipienda sacramenta indigent materia. Ergo & ordo, in quo datur potestas ad sacramenta ministranda.*

2. Concl. Huic sacramento competit habere materiam diuersimode ab aliis sacramentis.

Quoniam quod confertur in aliis sacramentis derivatur tantum a Deo non a ministro. At quod in hoc sacramento traditur, est diuina potestas, derivatur etiam ab eo, qui sacramentum dat; sicut potestas imperfecta a perfecta. Et ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia, quæ adhibetur ad significandum virtutem in sacramento agentem, quam continent ex sanctificatione per ministrum adhibita. Sed efficacia huius

sacramenti principaliter residet penes eum, qui sacramentum dispensat materiæ autem magis adhibetur ad determinandam potestatem, quæ traditur particulariter; quam ad potestatem consecrationis: quod patet ex eo, quod materia competit sine potestate: unde formantur primum.

3. Concl. Materias aliorum sacramentorum oportet sanctificari propter virtutem, quam continent; sed non est ita in proposito.

Concl. Potestas materiæ est magis de essentia sacramenti, quam tactus, quia potestas non à materia, sed a ministro accipitur; verum verba formæ videntur ostendere, quod etiam tactus materiæ sit de essentia sacramenti: quia dicitur, accipe hoc, vel illud.

Quæstio 35. De effectu huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.

1. Concl. IN Sacramento ordinis confertur gratia gratum faciens.

1. Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod significant. Sed ordo per numerum septenarium significat septem dona spiritus sancti. Ergo in eo dantur hæc dona, quæ non possunt esse sine gratia gratum faciente.

2. Ex definitione sacramenti nouæ legis, in qua ponitur, quod sint causa gratiæ.

Mag. 4. sen. d. 1. *3. Etsi detur aliqua potentia diuinitus, dantur etiam ea, per quæ executio illius potentiæ possit congrue fieri, vt patet in naturalibus, nisi sit defectus ex parte materiæ. At in ordine datur quædam diuina potestas ad dispensandū sacramenta. Ergo & gratia gratū faciens, quæ sicut est necessaria ad eorum dignam receptionem; ita ad dignam illorū dispensationem. Vnde sicut in baptismo per quem quis fit aptus ad receptionem sacramentorum datur gratia gratum faciens; ita in ordine per quem aliquis fit aptus ad eorum dispensationem.*

2. Concl. Ordo non datur contra ignorantiam suscipientis, sed vt suscipiens perficiatur ad expellendam ignorantiam à plebe: quia non confertur in remedium vnius personæ, sed totius Ecclesiæ

3. Concl. Licet ordo det distinctionem, quæ non est nisi per dona gratis data: tamen, quia hæc non possunt digne recipi sine gratia gratum faciente: ideo illa gratia confertur per ordinem.

4. Concl. Requiritur quidem gratia gratum faciens in recipiente, ad digne recipiendum: sed in ipsa suscep-

tione confertur amplius gratiæ munus, per quod ad munera reddantur ordinati idonei cum ad ordinis executionem requiratur bonitas excellens.

Art. 2. Vtrum in sacramento ordinis imprimatur character, quantum ad omnes ordines.

1. Concl. Non est verum, quod character imprimatur in toto ordine sacerdotali.

Quia diacono actum multa potest licite exercere, nisi diaconus. Ergo habet aliquam potestatem in dispensatione sacramentorum, quam ante non habebat.

2. Concl. Neque verum est totum imprimi in sacris ordinibus, & non in minoribus.

Quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur super plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad dispensationem sacramentorum.

3. Concl. Oportet quod character in omnibus ordinibus imprimatur.

1. Nullus ordo est iterabilis. Ergo in quolibet imprimitur character.

2 Character est signum distinctivum. Sed in quolibet ordine est aliqua distinctio Ergo.

† 4. Concl. Etiam in ostiariis, & aliis requiritur spiritualis potestas, prout habet actum, licet materialem, admittendi homines ad sacramentorum dispensationē, ex quo patet ad tertium.

5. Concl. Licet clericus ad laicatum se transferat: tamen semper manet character, nam si rediret ad clericatum, suscepti ordines non iterarentur.

Art. 3. Vtrum character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

1. Concl. Character ordinis præsupponit characterē baptismalem.

1. Quia baptismus est ianua sacramentorum.

2. Nemo potest ad recipere, cuius non habeat receptiuam potentiam. Sed potentia receptiua sacramentorum recipitur per character baptismalem, quem qui non habet, nullum sacramentum potest recipere. Ergo.

† 2. Concl. Potentia quam quis habet à seipso, non præsupponit passiuam: sed actiua, quæ habetur ab alio, præsupponit necessario passiuam in recipiente, cuiusmodi est potentia ordinis.

3. Concl. Non baptizatus, si promoueatur ad sacerdotium, non potest conficere, neque absoluere: sed debet baptizari, & reiterari ordo: & si esset Episcopus, si ques ordinaret, non essent ordinati: sed Christus non permitteret hoc accidere in Ecclesia.

Art.

Art. 4. Vtrum character ordinis præsupponat de necessitate characterem confirmationis.

1. Concl. Ordo non præsupponit necessario characterem confirmationis.

Nam Apostoli ante ascensionem habuerunt ordines, & tamen post ascensionem fuerunt confirmati. Ergo.

2. Concl. De congruitate character ordinis, characterem confirmationis præsupponit.

Quia de congruitate requiritur omnia perfectio, per quã aliquis reddatur idoneus ad executionem ordinis. Ergo requiritur confirmatio, quæ est perfectio.

3. Concl. Confirmatio præsupponit necessario baptismum, quia per eum quisque redditur idoneus ad susceptionẽ sacramentorum, sed ordo non necessario præsupponit confirmationem, cum non faciat hominem susceptiuum ordinis.

4. Conc. Qui alios confirmant debent esse firmi de congruitate, non autem de necessitate.

Art. 5. Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis.

1. Concl. Dist. 5. Ineere 2 c. 25. ca. Tuæ. Non est de necessitate superiorum ordinum, quod aliquis minores ordines prius habeat.

1. Si esset de necessitate, ille, qui accepit secundũ omisso primo, reordinaretur, at hoc est falsum, quia tantum ei conferetur, quod deerat, secundum canonum statuta. Ergo.

2. Quia ordinum potestates sunt distinctæ, & ad vnum officium non requirit aliam. Vnde in primitiua ecclesia ordinabantur aliquem presbyteros, qui superiores ordines non susceperant, & tamen omnia poterant, quæ sunt aliorum ordinum: quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute, vt sensus in intellectu, &c.

2. Concl. Ecclesia determinauit, vt nemo ad maiores se ordines ingerat, qui prius in minoribus officijs se non humiliauit.

† 3. Concl. Secundum similitudinem speciei magis conueniunt ordines ad inuicem, quam ordo cum baptismo; sed secundum proportionem potentiæ ad actum magis conuenit baptismus cum ordine, quia per ordinem inferiorem non datur potentia passiua ad recipiendum superiorem, vt in baptismo ad recipiendos ordines: ideo, &c.

4. Concl. Ordines non sunt gradus concurrentes in vnica actione, aut motu, ita vt ad vltimũ per primum opus sit deuenire, sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti: vt homo, & Angelus: caput, & pes.

Quæstio 36. De qualitate suscipientium hoc Sacramentum.

Art. 1. Vtrum in suscipientibus ordines requiratur bonitas vitæ.

1. Concl. In Epist. ad Titum. ca. 3. eccl. hier. In suscipientibus ordines requiritur bonitas vitæ.

1. Leuit. 21 Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Ergo.

2. Hu. facit illud, Hieron. qui ait: Gaide Ecclesiam Dei destruit, melores esse iactos, quam caricos: & Dion. non est audiendus alios ducem fieri, nisi secundum eum habitum factus sit deiformis, & Deo similimus, &c.

2. Concl. Sanctitas vitæ in suscipientibus ordines nõ requiritur ex necessitate sacramenti: ideo si homo malus ordinetur, ordinem habet,

3. Concl. Hæc sanctitas requiritur de necessitate præcepti, & ita, qui cum conscientia mortalis peccati accedit mortaliter peccat.

4. Concl. Sacramenta possunt quidem dispensari bonis & malis, sed mali indigne recipiunt, & peccant.

5. Concl. In executione corporalis obsequij licite peccatores Christi ministri esse poterant, vt patet de Magdalena, &c. Sed in spirituali nequaquam: quia ordinati efficiuntur medij inter Deum, & plebem: quare debent bona cõscientia nitere, quo ad Deum, & bona fama, quoad homines.

6. Concl. Ordo non est sacramentum in remedium peccati, vt baptismus, & pœnitentia, sed ad conferendam perfectiorem gratiam; quare supponit gratiam; propterea non digne datur peccatoribus.

Art. 2. Vtrum requiratur scientia totius sacræ scripturæ.

1. Concl. Ad hoc quod homo ordinis officium exequatur, tantũ debet habere de scientia, quod sufficiat ad hoc quod dirigatur in actu ordinis illius.

Quia in quolibet actu, si debet esse ordinatus, debet adesse scientia rationis.

2. Concl. Talis scientia requiritur etiam in eo, qui debet ad ordines promoueri, & non quod vniuersaliter sit in tota scriptura instructus.

1 Quia multi promouentur ad sacros ordines, qui penitus de talibus nihil sciunt: etiam in religionibus multis.

2. *In vitis patrum legitur simplices monachos ad sacerdotium promotos, qui erant sanctissimæ vitæ.*

3. Concl. Quilibet debet plus, vel minus scire prout eius officium ad plura se extendit: vt scilicet qui curæ animarum proponuntur sciant, quæ ad doctrinam fidei, & morum pertinent. alij quæ ad executionem sui ordinis spectant.

4. Concl. Sacerdotes duos habent actus: alterũ principalem supra corpus Christi verum, & qui ad hunc tantum ordinantur, vt qui non habent curã animarum, sufficit, vt tantã scientiam habeant, quanta est necessaria ad sacramentum rite perficiendum: quia ex talium ore lex non requiritur: alterum secundarium supra Christi corpus mysticum, qui actus dependet a primo, sed non contra, & qui ad hũc actum promouentur debent legis scientiam habere: quia lex ex eorũ ore requiritur, quoad ea, quæ populum credere oportet. Difficiles quæstiones legis, & quæ in lege difficultatem facere possunt ad Episcopos pertinet scire.

5. Concl. Ad hoc autem vt de fide & spe rationem reddant, satis est vt sciant in communi fidei & spei probabilitatem ostendere, ad quod nõ requiritur multum magna scientia.

6. Concl. Ad lectorem non pertinet tradere populo intellectum sacræ scripturæ, sed scire recte legere, & pronunciare: quæ scientia de facili acquiritur.

Art. 3. Vtrum ex merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur.

1. Concl. Ex merito vitæ, nemo gradus ordinis consequitur.

1. *Sanctitas semel habita potest amitti. At ordo semel habitus non potest amitti. Ergo.*

2. *In ministris ecclesiæ, quorum nemo est dare gratiam, sed gratia sacramenta, non constituuntur gradus ordinis ex hoc quod gratiam habeant, sed ex hoc quod participant aliquod gratiæ sacramentum, per quod sunt conformes Christo, tanquam capiti, in qua est omnis gratiæ plenitudo.*

† 2 Concl. Hom. 34 in 1 Matth. Cum Chrysost. ait, omnis sanctus sacerdos est, non accipit nomen sacerdotis proprie, pro eo qui sacra dat, in sacramentorũ dispensatione, sed communiter, pro eo, qui sacra docet, vel sacra merita alicui in auxiliũ dat.

3. Concl. Ministri Ecclesiæ non proponuntur alijs, vt ex propria sanctitatis virtute eis aliquid tribuant, sed vt sint instrumenta Dei, quod non nisi ex sacramenti gratia euenit, non autẽ ex propria sanctitate: nec est simile de rebus naturalibus, quæ agunt per propriã formam.

Art. 4. Vtrum promouens indignos ad ordines peccet.

1. Concl. Quicunque indignum promouet crimen mortale committit, quasi summo Domino infidelis.

1. *Pecus est promouere indignos ad sacra mysteria, quam promittes non corrigere. Sed ille non corrigendo mortaliter peccauit. Ergo.*

2. *Exponens periculo res temporales Ecclesiæ, peccat mortaliter. Ergo. & qui ordinat indignos, eum exponat periculo res spirituales.*

3. *Qui dat diuina supra mensuram peccat, quia iniquitatis est reus, nam fidelis seruus dat tritici mensuram. At qui promouet indignum dat diuina supra mensuram, Ergo peccat, & eo magis quod hoc vergit in detrimentum Ecclesiæ, & honorem Dei.* 1. Reg. 4. Greg. hom. 12. in Euang. Luc. 12.

† 2. Concl. Nunquam Deus deserit Ecclesiam suam, quin inueniantur idonei ministri ad necessitatem plebis, & si tot non possent inueniri, melius esset paucos ministros, & bonos, quã multos, & malos, & malos habere.

3. Concl. Omne incommodium deberet negligi, omne lucrum sperni ad spirituale bonum promouendum: licet Ecclesia egeat ministris ad gubernationem temporalium: cum hæc non quærantur, nisi ob spiritualia.

4. Concl. Ad minus requiritur, vt ordinans nesciat contrarium sanctitatis in ordinando à se: verum secundum mensuram ordinis, & officij diligenter cura apponatur, vt habeatur certitudo de qualitate promouendorum, vt 1. Tim. 5. *manus cito nemini imposueris.*

Art. 5. Vtrum aliquis in peccato existens, sine peccato ordine suscepto vti possit.

1. Concl. Nemo in peccato existens, sine peccato mortali, ordine suscepto vti potest.

1. *Ex Dionys. Epist. ad Demophilum, qui aperte hoc docet.*

2. *Mortaliter peccat, qui cum mortali ad ordines accedit. Ergo multo magis, qui ordine vtitur: quia sanctitas in recipiente requiritur ad executionem ordinum.*

3. *Quicunque cum peccato mortali aliquid sacrum pertractat, sine dubio indigne facit. At qui indigne facit ea, quæ ex ordine ei competunt, quæ iusta sunt iniuste agit, quod est peccatum mortale: quia est contra Dei præceptum. Ergo.*

† 2 Concl. Deut. 16. Licet qui peccatum habet ex officio teneatur exercere ordinem, non ideo in peccatum cogitur.

Quia potest peccatum relinquere, vel officium resignare.

In

3. Concl. In hoc non cadit dispensatio: quia est de iure naturali, vt quisque sancte sancta pertractet.

4. Concl. Quamdiu qui est in peccato mortali sustinetur ab Ecclesia, subditus potest sacramenta ab eo accipere, quia ille ad hoc obligatur: sed extra necessitatis articulum non esset tutum id facere, si quis de eo talem conscientiam haberet.

5. Concl. Quandocunque homo exhibet se in aliquo actu, vt ministrum Ecclesiæ, in mortali peccato existens, moraliter peccat toties, quoties illum actum exercet: secus in casu necessitatis, in quo etiam laicis liceret: vt si baptizaret, vel corpus Christi in terra proiectum colligeret.

Quæstio 37. De distinctione ordinum & eorum actibus & characteris impressione.

Art. 1. Vtrum debeant plures ordines distingui.

1. Concl. Ephes. 2. Colos. 1. 1. Cor. 12. IN ecclesia debent esse plures ordines distincti.

1. Quia est corpus Christi mysticum, ex Paulo simile naturali. Sed in naturali sunt plura membrorum officia. Ergo & in Ecclesia plures ordines.

2. In veteri testamento non solum sacerdotes, sed etiam eorum ministri Levita sanctificabantur. Ergo etiam in nouo cum dignius sit, non solum sacerdotes, sed etiam ministri debent consecrari per ordinis sacramentum: & fuerunt plures ordines.

2. Concl. Multitudo ordinum est inducta in ecclesia propter tria.

1. Ad commemorandam Dei sapientiam, quæ in distinctione rerum naturalium & spiritualium cernitur.

Num. 11. Cap. 1. Eccl. hier. 2. Ad subueniendum humanæ infirmitati, quia per vnum non potest omnia expleri.

3. Vt via proficiendi hominibus amplior daretur, dum plures Dei cooperatores essent, quo nihil dignius est ex Dionys.

† 3. Concl. Alia sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos, hoc vero ad actus agendos: vnde iuxta actuum diuersitatem, distinguuntur ordines.

4. Concl. Distinctio hæc est totius potentialis, quod secundum perfectam rationem est in vno, in aliis, est eius participatio.

Cap. 11. *Nam tota plenitudo est in sacerdotio, in aliis autem est participatio quædam ordinis: quod significatum fuit in Num. & ita omnes sunt vnum sacramentum.*

Et si in regno tota potestatis plenitudo reperiatur in Rege non tamen excluduntur ministrorum potestates, quæ sunt participationes Regiæ potestatis. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum sint septem ordines.

Ordines sunt septem: quorum sufficientia sumitur ex ordine, quem habent ad Eucharistiam, quod est sacramentum sacramentorum. Vnde, vel ordo est ad eius consecrationem, & hic ordo sacerdotis, qui accipit calicem cum vino, & patenam cum pane, cum ordinatur: vel ad cooperationem, & hoc, vel respectu sacramenti, vel præparationis suscipientium: si primum, aut quoad dispensationem, & hic Diaconi, quorum est ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis, qui sanguinem dispensant: vel ad materiam ordinandam in sacris variis, & hic subdiaconi, qui in ordinatione calicem vacuum accipiunt, vel ad materiam præsentandam, & hi acolyti in ordinatione vrceolos accipiunt, vt vinum, & aquam præparent. Si secundum, aut erunt infideles credere nolentes, & hi sunt arcendi ab ecclesia, vnde ostiarij: aut credere volentes, sed non instructi, vt catechumeni, vnde Lectores: aut instructi sed impediti a Dæmone, vt energumeni, vnde Exorcistæ. 1. Concl. Dionys. 3. cal. hier.

Sufficientia ordinum non sumitur ex gratijs gratis datis, vt aliqui faciunt. 2. Concl. 1. Cor. 12.

1. Quia hæc non dantur eidem sicut dantur ordines.

2. Quia ponunt alios gradus, qui non sunt ordines.

Nec distinguuntur secundum proportionem ad ecclesiam hierarchiam 3. Concl.

1. Quia non distinguuntur secundum purgationem, illuminationem, & perfectionem, cum quod libet ex his conueniat ordini cuicunque.

2. Quia alia Episcopis communia percipere.

Nec distinguuntur secundum septem dona spiritus sancti: quia in quolibet ordine septiformis gratia datur. 4. Concl.

Dionysius diuidit ordinem, non vt sacramentum, sed secundum actiones hierarchicas, quæ sunt, purgare, illuminare, & perficere: omnes conueniunt episcopo, cæteri sacerdoti, vna quæ est purgare, diacono, sub quo inferiores continentur. & in primitiua ecclesia omnia inferiora munera illi committebantur, quos ordines postea ecclesia distinxit. † 5. Concl. Cap. 5. eccl. hier.

In primitiua ecclesia non erant ex dicta tot distinctiones ordinum propter paucitatem ministrorum: erant tamen omnes inferiores ordines implicite in diacono. 5. Concl.

Ordo principaliter distinguitur, vt ordinatur ad Eucharistiam: & ad alia sacramenta ex consequenti.

Quia in Eucharistia cõsumetur, is qui alia ordinatur.

8. Concl. Non est par ratio de cœlesti, & Ecclesiastica hierarchia: quoniam in Angelis, cũ specie distinguãtur, possunt esse variæ hierarchiæ propter varios modos recipiẽdi diuina, nõ ita in hominibus: rursus in illis in ordine ad actiones non ad res sensibiles distinguuntur

9. Concl. Psalmistatus est actus ordini adiunctus: Cantor non est ordo, quia toti choro competit, & non refertur specialiter ad Eucharistiam.

Art. 3. Vtrum ordines debeant distingui per sacros, & non sacros.

1. Concl. Omnes ordines secundum se sunt sacri.

Quia omnes sunt sacramenta quædam.

2. Concl. Secundum materiam circa quam habent actum, recte distinguuntur per sacros, & non sacros: nam hoc modo tantum illi sunt sacri, qui actum habent circa rem aliquam consecratam, & sic tantum sunt tres ordines sacri scilicet sacerdotium, & diaconatus, qui habent actum circa corpus Christi, & sanguinẽ consecratum, & subdiaconatus, qui habet actum circa vasa consecrata: & ideo eis indicitur continentia, vt sancti sint, qui sancta tractant: vnde impediunt matrimonum contrahendum, & dirimunt contractum: Vnde patet ad obiecta.

Art. 4. Vtrum actus ordinum conuenienter in litera assignentur.

1. Concl Magist. 4. sent. d. 24. Actus ordinum conuenienter in litera assignantur.

Quia ille est actus principalis cuiusque ordinis secundum quem magis proximeor. inatur ad Eucharistiæ sacramentum, cum ad hoc consecratio quæ fit in sacramento ordinis, ordinetur: & secundum hoc etiam vnus ordo est alio eminentior, quia magis de proximo ad prædictum sacramentum ordinatur.

2. Concl. Cum sacramentum Eucharistiæ dignissimũ sit, & multa ad eum ordinentur, ideo non est inconueniens vt vnus ordo, præter principalem, habeat alios actus, & eo plures, quo est eminentior.

Quia virtus superior ad plura se extendit.

3. Concl. Duplex est præparatio sacramentorum: alia remota, & hæc fit per ministros: alia proxima, quæ fit per sacerdotem: & omnium sacramentorum quæ sunt instituta ad purgationem principaliter, proprius minister est sacerdos: quare non inconuenit vt præparatio secundum diuersam rationem ad diuersos pertineat.

4. Concl. Actus ordinantur ad Deum, vel ex persona tantum, vt orationes singulares, & vota, & hi omnibus baptizatis competũt: vel ex persona totius Ecclesiæ, & hoc modo per solos sacerdotes, qui repræsentat personã ecclesiæ.

5. Concl. Non inconuenit actus inferioris ordinis exerceri à superiori: quia quod potest inferior, potest etiam superior: vt Diaconus epistolam legere, &c.

6. Concl. Licet lector legat vetus testamentum, non propterea nouum legere debet, quia est nobilius, & magis de proximo præparat ad sacramentum Eucharistiæ.

7. Concl. Noui testamenti doctrina perfectior est, quam manifestatio ipsius per Apostolos, & ideo Euangelium committitur diaconis, nõ autem subdiaconis, licet eis Apostolorum doctrina committatur enunciando.

8. Concl. Acolytus habet actum super vrceolos tantum, subdiaconus autem super ea quæ sunt in eis: sicut diaconus, & subdiaconus habent actum super calicem non autem super ea quę in calice continentur, sed sacerdos.

9. Concl. Ordo acolyti est superior exorcistæ ordine, & licet eius actus sit circa aliquid corporale, quia talis actus immediatus ordinatur ad actum sacrorum ordinum scilicet ad tractanda vasa sacra in quibus sacramentum continetur.

10. Concl. Acolytus est propinquior subdiacono, qui legit nouum testamentum, quam lector.

Quia clarius figurat Euangelium lumen portans, quam lector, legendo veterem legem figuras.

11. Concl. Ad principalem actum sacerdotis, qui est consecrare cooperantur cæteres maiores ordines, sed ad secundarium qui est absoluere, & ligare cooperantur omnes.

12. Concl. Licet claudere & aperire ostium quilibet homo possit, tamen non quilibet hoc efficit ex officio, vt ostiarius, & idem dicendum est de alijs minoribus ordinibus.

Art. 5. Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione.

1. Concl. Cum eiusdem sit formam inducere & materiam de proximo præparare, episcopus in collatione ordinum disponit, & ordinis potestatem tradit: præparat autem instruendo de proprio officio, & aliquid operando, vt ordinandi idonei reddantur ad potestatem accipiendam.

2. Concl. Hæc præparatio consistit in benedictione per quam diuinis obsequijs manipentur, & ita omnibus datur: in manus impositione, qua gratiæ plenitudo denotatur, per quam ad magna officia fiunt idonei; & ideo hæc sacerdotibus & diaconibus adhibetur: & in vnctione qua ad aliquod sacramentum tractandum aliquis consecratur, & ideo solis sacerdotibus fit, qui propriis manibus corpus Christi tangunt: calix & patena, coniunguntur quia corpus & sanguinem continent: & postea fit collatio.

3. Concl. In ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur.

1. *Principalis actus sacerdotis est consecrare corpus Christi. Sed ad hoc datur sibi potestas in calicis porrectione. Ergo.*

2. *Tunc imprimitur character cum traditur potestas. At potestas collata sit, cum datur aliquid, quod ad proprium actum pertinet. Ergo.*

4. Concl. Non est simile de confirmatione, in qua non datur officium operandi super aliquam materiam, ideo ibi character non datur in exhibitione alicuius materiæ.

5. Concl. Non dedit dominus sacerdotalem potestatem discipulis, cum dixit, *accipite spiritum sanctum*, quantum ad primum actum, sed in cœna, cum dixit, *accipite & manducate*, &c. *hoc facite in meam commemorationem*, sed quantum ad actum secundum, qui est ligare, & soluere: & ideo non imprimitur character per manus impositionem.

6. Concl. Non est simile de vestibus, & de ordinatis. *Quia ad illas consecrandas sufficit sola benedictio.*

7. Concl. Vestis sacerdotalis non significat potestatem, sed idoneitatem exercendi potestatem: propterea, nec in eis per benedictionem imprimitur character, nec in eorum datione.

8. Concl. Diaconi actus principalis est portare corpus Christi in patena, & administrare sanguinem: cuius potestas, cum sit medius inter sacerdotem qui habet potestatem in corpus, & subdiaconum, qui habet potestatem in vinum, non potuit exprimi per actum principalem, sed exprimitur per secundarium, cum ei datur liber Euangeliorum.

9. Concl. Licet acolytus denominetur à lumine, quod fert, tamen eius actus principalis est ministrare in vrceolo, in cuius porrectione imprimitur character, virtute verborum ab Episcopo prolatorum.

Quæstio 38. De conferentibus hoc sacramentum.

Art. 1. Vtrum tantum Episcopus ordinis sacramentum conferat.

1. Concl. TAntum Episcopus ordinis sacramentum confert.

1. *Tantum ipsa sola se consecrat. Ergo multo magis, &c.*

2. *Sacramentum confirmationis solus confert Episcopus. Ergo tanto magis sacramentum ordinis, quod est nobilius.*

3. *Quia solius Episcopi est benedicere virginem. Ergo multo magis eius videtur esse aliquos ordinare.*

4. *Potestas Episcopi se habet vt politica respectu inferiorum, qua imperat quantum, & qualiter quos debeat exercere ex Arist.* Lib. 1 Et cap. 2. *quare Episcopus est in diuinis mysterijs alios collocare: sicut officium sacularia distribuuntur abbo, qui habet excellentiorem potestatem, veluti a rege, ideo ipse solus confirmat, virgines benedicit, & ordinandos consecrat, & vasa sua consecrationi deputat.*

†2. Conc. In impositione manuum non imprimitur character, sed datur gratia, qua quia maxime egent sacerdotes, ideo in eorum ordinatione cum Episcopo, cæteri sacerdotes, manus eius imponunt.

3. Concl. Quamuis Archidiaconus; quia est princeps ministerij det subdiacono vrceolum, cum manutergio, & acolyto cereum; tamen non imprimit characterem, quia subdiacono imprimitur in porrectione calicis ab Episcopo: & Acolytus characterem recipit ex verbis Episcopi.

4. Concl. Pontifex propter plenitudinem potestatis potest committere, quæ ad Episcopum pertinent sacerdoti non Episcopo, ea, quæ non habent immediatam relationem in corpus Christi verum. Vt possit dare ordines minores, non autem maiores.

Concl. Eucharistia neminem constituit in aliquo officio, licet sit maximum sacramentum, secuti sacramentum ordinis: ideo, non ex eo, quod quis conficit Eucharistiam, potest ordinare.

6. Concl. Ad hoc, vt quis constituatur in aliquo gradu, non sufficit propinquitas, sed est necessaria plena potestas: vnde sacerdos non potest Diaconum ordinare, licet Episcopus Episcopum consecrare possit.

diuina, quæ non inducit secundarium effectum, nisi prout expedit ad principalem; ideo tunc tantum hoc sacramentum efficit sanitatem corporalem, quando expedit ad spiritualem; & tunc semper eam inducit, modo non sit impedimentum ex parte recipientis.

1. Concl. Etsi spiritualis medicina ad spiritualem sanitatem ordinetur; tamen non inconuenit quod secundario etiam corporalem inducat: secundum soluitur ex dictis.

2. Concl. Iacobus attribuit sanitatem corporalem orationi, quæ est forma huius sacramenti, ex qua habet efficaciam: cur autem non semper sequatur, dictum est.

Art. 3. Vtrum hoc sacramentum characterem imprimat.

1. Concl. Hoc sacramentum non imprimit characterem.

1. *Quia reiteratur.*

2. *Character datur ad distinctionem eorum, qui sunt in Eccl sia. At hoc sacram. datur exeuntibus ab Ecclesia. Ergo.*

3. *Character tantum imprimitur in illis sacramentis, quibus homo ad aliquod sacram deputatur. At hoc sacram. est tantum remedium. Ergo.*

† 2. Concl. Character facit distinctionem statuum, quantum ad ea, quæ in Ecclesia peragenda sunt, quam distinctionem nemo habet ex eo quod est inunctus.

3. Concl. Vnctio in ordine, & cõfirmatione, est quædam consecratio, qua homo deputatur ad aliquod sacram & ideo ista sacram. imprimunt characterem: non sic vnctio extrema.

4. Concl. Res, & sacram. in hoc sacramento non est character, sed quædam interior deuotio, quæ est spiritualis vnctio.

Quæstio 31. De ministro huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre.

1. Concl. Laicus non potest hoc sacramentum conferre.

1. *Quia in eo sit remissio peccatorum, quod non competit laico.*

Cap. 5. eccl. hier. 2. *Quidam, ait Dion. ad ientes hierarchicas exercent, & quidam solum recipiunt, vt laici. Ergo ex officio nulla sacramenta dispensatio laico competit: quid autem in casu necessitatis possit baptizare, ad diuinam dispensationem faciunt est, vt nulli regenerationis facultas detur.*

† 2. Concl. Oratio in hoc sacramento fit à sacerdote in persona totius Ecclesiæ, & tanquam à persona publica: & semper exauditur quod non conuenit laico, cum sit persona priuata.

3. Concl. Vnctiones illæ, quibus sancti, & sanctæ olim sanabant infirmos, non erant sacramentales: sed operabantur sanitatem, vel ex deuotione recipientium, vel ex meritis vngentium, vel eorum qui oleum mittebant.

Art. 2. Vtrum diaconi possint hoc sacramentum conferre.

1. Concl. Diaconus non potest hoc sacramentum conferre.

1. *Induerat, ait Iacob presbyteros Ecclesiæ.*

Cap. 5. 2. *Diaconus habet vt purgationem, & non illuminationem: vnde non potest ea conferre ex officio, in quibus datur gratia, vt sunt sacramenta.*

† 2. Concl. Purgat quidem hoc sacramentum, sed quia hoc facit illuminãdo per gratiæ infusionem, ideo diaconus illud conferre non potest.

3. Concl. Quamuis diaconi baptizent; non tamen ex officio, sed ex dispensatione: at dispensatio non committitur in hoc sacramento, cum non sit sacramentum necessitatis, vt baptismus.

Art. 3. Vtrum solus episcopus possit hoc sacramentum conferre.

1. Concl. Hoc sacramentum non solum per episcopum, sed etiam per simplices sacerdotes administrari potest.

1. *Quia episcopus non posset accedere ad omnes infirmos suæ diœcesis.*

2. *Tantum illa sacramenta ad solos episcopos spectant, qua confirmant hominem in aliquo statu perfectionis super alios. At extrema vnctio non est huiusmodi. Ergo.*

† 2. Conc. Confirmatio constituit hominem in statu perfectionis, & imprimit characterem, ideo ad solum episcopum pertinet: non sic hoc sacramentum

3. Concl. Licet in genere causæ finalis potior sit vsus materiæ sanctificatæ, quam sanctificatio materiæ: tamen in genere causæ efficientis potior est ipsa sanctificatio, & ideo requirit maiorem virtutem quam vsus, & pertinet ad solos episcopos.

Quæstio 32. Quibus hoc sacramentum conferri debeat & in qua parte corporis.

Art. 1. Vtrum sanis debeat conferri hoc sacramentum.

1. Concl. HOc sacramentum solis infirmis competit.

1. Infra 5. Confirmatur quia in vobis, &c.

2. Quia est quædam spiritualis curatio, quæ per quandam corporalis curationis modum significatur. Sed sanus corporaliter curatus non competit. Ergo non debet conferri sanus.

† 2. Concl. Licet principalis effectus sit sanatio mentis: tamen quia ista sanatio per modum sanationis corporalis debet significari; ideo hoc sacramentum solum infirmis conceditur: quemadmodum baptismus non datur nisi iis, qui sunt participes ablutionis corporalis.

3 Concl. Hoc sacramentum non est omnium exeuntium, sed tantum illorum, quibus corporalis curatio competit; & ita non datur decapitandis.

Art. 2. Vtrum hoc sacramentum dari debeat in qualibet infirmitate.

1. Concl. Hoc sacramentum non debet dari in qualibet infirmitate.

1. Hoc sacramentum dicitur extrema Vnctio. Sed non qualibet infirmitas ad extremum vitæ inducit. Ergo.

2. Quia hoc est vltimum remedium quod Ecclesia potest conferre, & immediate disponit ad gloriam. Ergo tantum illi debet dari, qui sunt in statu exeuntium: propter hoc, quod ægritudo nata est inducere mortem.

† 2. Concl. Quamuis Iacobus non determinet infirmitatē, nō ita debet dari in qualibet; nisi habita ratione, & modi, & status infirmitatis.

3 Concl. Medicina corporalis potest dari in qualibet infirmitate, quia habet pro principali effectu sanitatē corporalem: non sic hoc sacramentum, cuius effectus principalis est tantum necessario exeuntibus, & ad gloriam iter habentibus.

Art 3. Vtrum hoc sacramentum debeat dari furiosis & amentibus.

2. Concl. Illis qui non possunt cum deuotione suscipere hoc sacramentum, dari non debet, & præcipue furiosis, & amentibus.

1. Quia tantum debet dari recognoscentibus ipsum, cum isti modi non sint isti.

2. Quoniam ad eius effectum consequendū plurimum valet deuotio suscipientium, sicuti meritū personale conferentium, & generale totius Ecclesiæ. Ergo prædictis, qui non recognoscunt, & non habent deuotionem, non debet conferri.

3. Possent etiam irreuerentiam sacramento facere per aliquam immunditiam.

† 2. Concl. Licet isti sint in periculo mortis: tamen ex defectu propriæ deuotionis non potest eis applicari hoc sacramentum.

3. Concl. Baptismus prædictis datur, quia non requirit motus liberi arbitrii, sicuti hoc sacramentum.

Art. 4. Vtrum hoc sacramentum debeat dari pueris.

1. Concl. Hoc sacramentum non debet dari pueris.

1. Pueris non competit eius forma, cum nec per visum, nec per auditum, &c. peccauerint. Ergo.

2. Exigit actualem deuotionem in suscipiente, qua non potest esse in puero, vnde non debet eu dari sicuti nec Eucharistia.

† 2. Concl. Infirmitates in pueris non sunt ex actuali peccato causatæ, vt in adultis, ideo adultis. & non pueris hoc sacramentum conferri debet.

3 Concl. Etsi pueri habeant reliquias peccati originalis: tamen hoc sacramentum non est contra illas, nisi prout sunt per actualia peccata quodammodo confortatæ, quomodo non sunt in pueris.

Art. 5. Vtrum in hoc sacramento totum corpus iniungi debeat.

1. Concl. In hoc sacramento non debet inungi totum corpus.

1. Ita habet vniuersalis Ecclesiæ ritus, vt inungantur determinata partes.

2. Curatio corporalis non oportet, vt fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus, vbi est radix morbi. Ergo hoc sacramentalis vnctio debet tantum fieri in partibus, in quibus est radix spiritualis infirmitatis, cum per modum curationis fiat.

† 2. Concl. Licet anima sit tota in toto corpore secundum essentiam, non tamen secundum potentias, quæ sunt radices actuū peccati; ideo sufficit, vt vnctio in determinatis partibus fiat.

3. Concl. Medicina non apponitur semper vbi est morbus; sed vbi est radix morbi.

4. Concl. Non est simile de ablutione baptismi, quæ non purgat ab aliqua certa macula; & de vnctione ista sacramentali.

Art. 6. Vtrum conuenienter determinentur partes vngendæ.

1. Concl. Conuenienter determinantur partes vngendæ.

Quia principia peccandi sunt eadem, quæ principia agendi, quæ sunt tria: Primum dirigens, s. vis cognoscitiua: secundum appetens, s. vis appetitiua: tertium exequens, s. vis motiua: omnis autem cognitio ortum habet ex sensu; vnde ibi est primus origo peccati; & ideo prius inungunturquinq; sensus

Propter appetitum, tanguntur renes: propter motum, pedes, tanquam principalium instrumentum quo mouemur.

2. Concl. Vnctio quinque sensuum ab omnibus quasi de necessitate sacramenti obseruatur; quia principium primum operationis humanæ, est vis cognoscitiua Sed quidam non seruant alias: quidam vero illam seruant, quæ fit ad pedes, & non eam, quæ ad renes.

† 3. Concl. Licet ex corde exeant cogitationes malæ: tamen cor non est prima radix illarum; sed phantasia, quæ est motus sensuum: ideo sufficit vt inungantur sensus.

4. Concl. Intrantes in Ecclesiam debent acquirere puritatem mentis, ideo in baptismo inunguntur in vertice: at exeuntes debent eam purgare, propterea debent inungi in illis partibus, quibus contingit mentis puritatem inquinari.

5. Concl. Quia vis concupiscibilis maxime regnat in renibus; ideo multi inunguntur renes: alii non inunguntur, quia non est prima radix.

6. Concl. Si non vnguntur aliæ partes corporis, quibus peccatur, sicuti inungantur pedes, &c. fit propter immunditiam illarum, & propter honestatem sacramenti.

Art. 7. Vtrum mutilati debeant inungi in illis dictis partibus.

1. Concl. Mutilati debent inungi in illis dictis partibus.

Nam defectus corporis non impediunt alia sacramenta: ergo nec hoc. Sed de necessitate huius sacramenti est quælibet vnctionum. Ergo.

2. Concl. Mutilati debent iniungi quanto propinquius fieri potest, ad illas partes, in quibus vnctio fieri debuerat: quia licet non habeant membra, habent tamen potentias animæ, quæ illis membris debentur, saltem in radice, & interius per illas peccare possunt. Ex quibus patet ad obiecta.

Quæstio 33. De iteratione huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum hoc Sacramentum debeat iterari.

1. Concl. HOc Sacramentum sine sui iniuria potest iterari.

1. Quia est spiritualis curatio; et modum corporalis curationis. Et hæc iteratur. Ergo.

2. Sacramentum quod non habet esse nisi per vnum, potest (sine iniuria) reiterari, et effectus deperditus reiterato recuperetur. At sanitas corporis, vnctio, quæ est effectus huius sacramenti potest amitti. Ergo sacramentum poterit reiterari.

† 2. Concl. Vnctio lapidis fit ad consecrationem, & ideo est perpetua, & non iteratur: at hæc non fit ad hominis consecrationem, ideo iteratur.

3. Concl. Et quamuis dicatur extrema vnctio: tamen, quia aliquod est extremum secundum hominum æstimationem, quod non sic est secundum rei veritatem, ideo potest reiterari.

Art. 2. Vtrum in eadem infirmitate debeat reiterari.

1. Concl. Etiam in eadem infirmitate debet reiterari.

Quia hoc sacramentum datur contra reliquias peccatorum. Sed aliquando post perceptionem sacramenti, quando morbus durat, iterum reliquiæ contrahuntur. Ergo debet iterari.

2. Concl. Quia hoc Sacramentum non solum respicit infirmitatem, sed infirmitatis statum: propterea non debet dari, nisi infirmis, qui secundum æstimationem humanam mortri videntur appropinquare: & ita si in infirmitate non diutina, homo non recedat ab illo statu, nisi infirmitate curata, non debet iterum inungi: sed si recidiuum patiatur, erit alia infirmitas, & poterit iterari: in diutinis vero, non debet dari, nisi cum venitur ad periculum mortis: & si hunc mortis articulum euadat, in eadem iterum poterit inungi; licet non sit alia infirmitas simpliciter. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 34. De Sacramento ordinis, quoad eius essentiam, & eius partes.

Art. 1. Vtrum ordo in Ecclesia esse debeat.

1. Concl. ORdo in Ecclesia esse debet. Rom. 13.

1. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt ex Paulo. Sed Eccl. sia est a Deo. Ergo.

2. Status Ecclesiæ est medius inter statum naturæ & gloriæ. Sed in natura, & in gloria inuenitur ordo. Ergo.

Cap. 5. cæl. hier. *3. Deus hanc legem naturalem imposuit omnibus, vt vltima per media reduterentur, & perficerentur, & media per prima, vt Dionysius: quia non solum voluit cognosci secundum quod est in se; sed etiam secundum quod aliis, & ita ipse opera in suum similitudinem produxit, propterea ne ista pulchritudo deesset Ecclesiæ, posuit in ea ordinem.*

† 2. Concl. Subiectio repugnat liberati, quando quis domi-

dominatur in suam vtilitatem: at non sic est ordo Ecclesiæ, in qua qui præest non propriâ, sed subditorum salutem quærere debet.

Philip. 2. *3. Concl.*

Quisque debet se reputare inferiorem merito, non autem officio.

4. Concl.

Ordo in Ecclesia non attenditur secundum dona naturalia: quia homines in natura sunt vnum: neque secundum gratiam gratum facientem, sed secundum potestatem dispensandi sacramenta, cum ordo respiciat sacramentorum communicationem & sacramenta, quod immodo gratiam præcedant; at vero in Angelis ordo, per se attenditur secundum distinctionem gratiæ, & per accidens secundum distinctionem naturæ

Art. 2. Vtrum conuenienter ordo definiatur.

1 Concl. Ordo sic conuenienter definitur: *Ordo est signaculum quoddam Ecclesiæ, quo spiritualis potestas traditur ordinato*: Ita definit Mag. quæ definitio conuenit ordini, vt est Ecclesiæ sacramentum, Et ideo duo ponit, scil. signum exterius, cum ait, *est signaculum*; & effectum interiorem, cum ait, *quo spiritualis potestas &c.*

4. sent. dist. 24.

2 Concl. Signaculum hic non accipitur pro charactere, sed pro eo quod exterius geritur, quod est signum, & causa interioris potestatis. Nec esset inconueniens si acciperetur pro charactere: quia, proprie non est pars; sed essentialiter & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

3. Concl. Character in baptismo non est effectus principalis, sed ablutio interior: in ordine autem contra, ideo in eius definitione ponitur, & non in baptismi definitione.

4. Concl. Potestas proprie nominat potentiam actiuam, quæ est in ordine: vnde illata definitio ordini competit, non autem baptismo, in quo potestas est quodammodo passiua.

5. Concl. Nomen ordinis dupliciter accipitur: primo pro ipsa relatione, & sic est etiam in inferiori: secundo pro ipso gradu, quem ordo primo modo acceptus facit, & hic gradus eminens per potestatem spiritualem, ordo nominatur.

Art. 3. Vtrum ordo sit sacramentum.

1. Concl. Ordo est Sacramentum.

1. *Quia ab omnibus inter septem sacramenta numeratur.*

2. *Propter ordinem sit homo dispensator sacramentorum. Ergo ordo est sacramentum.*

3. *Sacramentum nihil aliud est, nisi sanctificatio hominis exhibita per aliquod signum visibile... sed hoc est ordo Ergo.*

2. Concl. Et ordo in suo nomine non exprimit aliquod materiale elementum; tamen non confertur sine illo.

3. Concl. Ordo, qui est in Angelis, non est sacramentum: quia non adhibetur illis cum aliquibus signis sensibilibus: sicut hominibus.

4. Concl. Non omnes benedictiones, & consecrationes, quæ hominibus adhibentur sunt ordines: sed tantum illæ, per quas ordinantur aliqui ad dispensationem diuinorum sacramentorum, cuiusmodi non est inunctio Regum, &c.

Art. 4. Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimatur.

1. Concl. Conuenienter forma huius sacramenti exprimitur.

Quia hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita. At potestas a potestate traducitur per actum, sicuti similia ex similibus: ideo conuenienter in forma ordinis, exprimitur ejus ordinis actum, qui imperatur, & exprimitur traductio potestatis per imperatiuum modum.

2. Concl. In aliis sacramentis fit mentio de virtute diuina.

Quia non ordinantur ad finitas similes potestates, vt hoc sacramentum in quo est quasi communicatio quædam eminens.

3. Concl. Vsus in definitione ordinis non ponitur, vt est effectus potestatis in genere causæ efficientis, sed vt est quodammodo causa in genere causæ finalis.

Art 5. Vtrum hoc sacramentum habeat materiam.

1. Concl. Hoc sacramentum habet materiam, & sunt res quæ in illo adhibentur.

1. *Quia quodlibet sacramentum consistit in rebus, & verbis. At res sunt materia. Ergo.*

2. *Baptismus, in quo datur potestas ad suscipiendum sacramentum habet materiam. Ergo & ordo, in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta.*

2. Concl. Huic sacramento competit habere materiam diuersimode ab aliis sacramentis.

Quoniam quod confertur in aliis sacramentis derivatur tantum a Deo non a ministro. At quod in hoc sacramento traditur, spiritualis potestas, derivatur etiam ab eo, qui sacramentum dat; sicut potestas imperfecta a perfecta. Et ideo efficacia aliorum sacramentorum consistit principaliter in materia, quæ adhibetur ad significandam virtutem in sacramento agentem, quam continent ex sanctificatione per ministrum adhibita ... effectus huius

sacramentis principaliter residet penes eum, qui sacramentum dispensat materia autem magis adhibetur ad determinandam potestatem, quæ traditur particulariter; quam ad potestatem consecrationis: quod patet ex eo, quod materia competit sine potestate: unde formæ primum.

3. Concl. Materias aliorum sacramentorum oportet sanctificari propter virtutem, quam continent; sed non est ita in proposito.

Concl. Potestas ministræ est magis de essentia sacramenti, quam tactus, quia potestas non à materia, sed a ministro accipitur; verum verba formæ videntur ostendere, quod etiam tactus materiæ sit de essentia sacramenti: quia dicitur, accipe hoc, vel illud.

Quæstio 35. De effectu huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.

Concl. IN Sacramento ordinis confertur gratia gratum faciens.

1. *Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod significant. Sed ordo per numerum septenarium significat septem dona Spiritus sancti. Ergo in eo dantur hæc dona, quæ non possunt esse sine gratia gratum faciente.*

2. *Ex definitione sacramenti nouæ legis, in qua ponitur, quod sint causa gratiæ.*

Mag. 4. sen. d. 1. 3. *Et cum detur aliqua potentia ministris, dantur etiam ea, per quæ executio illius potentiæ possit congrue fieri, vt patet in materialibus, nisi sit defectus ex parte materiæ. At in ordine datur quædam diuina potestas ad dispensandū sacramenta. Ergo & gratia gratū faciens, quæ sicuti est necessaria ad eorum dignam receptionem; ita ad dignam illorū dispensationem. Vnde sicuti in baptismo per quem quis fit aptus ad receptionem sacramentorum datur gratia gratum faciens; ita in ordine per quem aliquis fit aptus ad eorum dispensationem.*

2. Concl. Ordo non datur contra ignorantiam suscipientis, sed vt suscipiens perficiatur ad expellendam ignorantiam a plebe: quia non confertur in remedium vnius personæ, sed totius Ecclesiæ.

Concl. Licet ordo det distinctionem, quæ non est nisi per dona gratis data: tamen, quia hæc non possunt digne recipi sine gratia gratum faciente: ideo illa gratia confertur per ordinem.

Concl. Requiritur quidem gratia gratum faciens ante, ad digne recipiendum: sed in ipsa suscep-

ptione confertur amplius gratiæ munus, per quod ad maiora reddantur ordinati idonei: cum ad ordinis executionem requiratur bonitas excellens.

Art. 2. Vtrum in sacramento ordinis imprimatur character, quantum ad omnes ordines.

1. Concl. Non est verum, quod character imprimatur in solo ordine sacerdotali.

Quia diaconi actum nullius potest licite exercere, nisi diaconus. Ergo habet habitum per statum ad dispensationem sacramentorum, quam alii non habent.

2. Concl. Neque verum est solum imprimi in sacris ordinibus, & non in minoribus.

Quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur super plebem in aliquo gradu potestatis ordinata ad dispensationem sacramentorum.

3. Concl. Oportet quod character in omnibus ordinibus imprimatur.

1. *Nullus ordo est iterabilis. Ergo in quolibet imprimitur character.*

2 *Character est signum distinctiuum. Sed in quolibet ordine est aliqua distinctio. Ergo.*

† 4. Concl. Etiam in ostiariis, & aliis requiritur spiritualis potestas, prout habet actum, licet materialem, admittendi homines ad sacramentorum dispensationē, ex quo patet ad tertium.

5. Concl. Licet clericus ad laicatum se transferat, tamen semper manet character, nam si rediret ad clericatum, suscepti ordines non iterarentur.

Art. 3. Vtrum character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

1. Concl. Character ordinis præsupponit characterē baptismalem.

1. *Quia baptismus est ianua sacramentorum.*

2. *Non potest ad recipere, cuius non habet receptiuam potentiam. Sed potentia receptiua sacramentorum recipitur per characterem baptismalem, quem qui non habet, nullum sacramentum potest recipere. Ergo.*

† 2. Concl. Potentia quam quis habet à seipso, non præsupponit passiuam: sed actiua, quæ habetur ab alio, præsupponit necessario passiuam in recipiente, cuiusmodi est potentia ordinis.

3. Concl. Non baptizatus, si promoueatur ad sacerdotium, non potest conficere, neque absoluere: sed debet baptizari, & reiterari ordo; & si esset Episcopus, si quos ordinaret, non essent ordinati: sed Christus non permittet hoc accidere in Ecclesia.

Art.

Art. 4. Vtrum character ordinis præsupponat de necessitate charactaerem confirmationis.

1. Concl. Ordo non præsupponit necessario characterem confirmationis.

Nam Apostoli ante ascensionem habuerunt ordines, & tamen post ascensionem fuerunt confirmati. Ergo.

2. Concl. De congruitate character ordinis, characterem confirmationis præsupponit.

Quia de congruitate requiritur omnia perfecta, per quæ aliquis reddatur idoneus ad executionem ordinis. Ergo requiritur confirmatio, quæ est perfectio.

3. Concl. Confirmatio præsupponit necessario baptismum, quia per eum quisque redditur idoneus ad susceptionē sacramentorum, sed ordo non necessario præsupponit confirmationem, cum non faciat hominem susceptiuum ordinis.

4. Conc. Qui alios confirmant debent esse firmi de congruitate, non autem de necessitate.

Art. 5. Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis.

1. Concl. Dist. 5. In lectre 2 c. 25. ca. Tua. Non est de necessitate superiorum ordinum, quod aliquis minores ordines prius habeat.

1. Si esset de necessitate, ille, qui accepit secundis omisso primo, reordinaretur. At hoc est falsum, quia tantum ex conferitur, quod deerat, secundum canonum statuta. Ergo.

2. Quia ordines potestates sunt distinctæ, & ad necessitatem non requirit aliam. Vnde in primitiua ecclesia ordinabantur aliquis presbyteres, qui inferiores ordines non susceperant, & tamen omnia poterant, quæ sunt aliorum ordinum: quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute, vt sensus in intellectu, &c.

2. Concl. Ecclesia determinauit, vt nemo ad maiores se ordines ingerat, qui prius in minoribus officijs se non humiliauit.

† 3. Concl. Secundum similitudinem speciei magis conueniunt ordines ad inuicem, quam ordo cum baptismo; sed secundum proportionem potentiæ ad actum magis conuenit baptismus cum ordine, quia per ordinem inferiorem non datur potentia passiua ad recipiendum superiorem, vt in baptismo ad recipiendos ordines: ideo, &c.

4. Concl. Ordines non sunt gradus concurrentes in vnica actione, aut motu, ita vt ad vltimū per primum opus sit deuenire, sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti: vt homo, & Angelus: caput. & pes.

Quæstio 36. De qualitate suscipientium hoc Sacramentum.

Art. 1. Vtrum in suscipientibus ordines requiratur bonitas vitæ.

1. Concl. In Epist. ad Titum. cap. 3. ecclesiast. In suscipientibus ordines requiritur bonitas vitæ.

1. Leuit. 21 Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. Ergo.

2. Hu. facit illud, Hieron qui ait: Quia de Ecclesiam Dei destruit, melores esse laicos, quam clericos: & Dion. non est audendum alijs ducem fieri, nisi secundum eum habitum factus sit deiformis suus, & Deo similis suus, &c.

2. Concl. Sanctitas vitæ in suscipientibus ordines nō requiritur ex necessitate sacramenti: ideo si homo malus ordinetur, ordinem habet.

3. Concl. Hæc sanctitas requiritur de necessitate præcepti, & ita, qui cum conscientia mortalis peccati accedit mortaliter peccat.

4. Concl. Sacramenta possunt quidem dispensari bonis & malis, sed male indigne recipiunt, & peccant.

5. Concl. In executione corporalis obsequij licite peccatores Christi ministri esse poterant, vt patet de Magdalena, &c. Sed in spirituali nequaquam: quia ordinati efficiuntur medij inter Deum, & plebem: quare debent bona cōscientia nitere, quo ad Deum, & bona fama, quoad homines.

6. Concl. Ordo non est sacramentum in remedium peccati, vt baptismus, & pœnitentia, sed ad conferendam perfectiorem gratiam; quare supponit gratiam; propterea non digne datur peccatoribus.

Art. 2. Vtrum requiratur scientia totius sacræ scripturæ.

1. Concl. Ad hoc quod homo ordinis officium exequatur, tantū debet habere de scientia, quod sufficiat ad hoc quod dirigatur in acta ordinis illius.

Quia in quolibet actu, si debet esse ordinatus, debet adesse scientia rationis.

2. Concl. Talis scientia requiritur etiam in eo, qui debet ad ordines promoueri, & non quod vniuersaliter sit in tota scriptura instructus.

1 Quia multi promouentur ad sacros ordines, qui parum de talibus nobis sciunt etiam in religionibus multis.

2. *In vitis patrum legitur simplices monachos ad sacerdotium promotos, qui erant sanctissimæ vitæ.*

5. Concl. Quilibet debet plus, vel minus scire, prout eius officium ad plura se extendit: vt licitum qui curæ animarum proponuntur sciant, quę ad doctrinam fidei, & morum pertinent. alij quæ ad executionem sui ordinis spectant.

1. Concl. Sacerdotes duos habent actus: alterū principalem supra corpus Christi verum, & qui ad hunc tantum ordinantur, vt qui non habent curā animarum, sufficit, vt tantā scientiam habeant, quanta est necessaria ad sacramentum rite perficiendum: quia ex talium ore lex non requiritur: alterum secundarium supra Christi corpus mysticum, qui actus dependet à primo, sed non contra, & qui ad hūc actum promouentur debent legis scientiam habere: quia lex ex eorū ore requiritur, quoad ea, quæ populum credere oportet. Difficiles quæstiones legis, & quæ in lege difficultatem facere possunt ad Episcopos pertinet scire.

3. Concl. Ad hoc autem vt de fide & spe rationem reddant, satis est vt sciant in communi fidei & spei probabilitatem ostendere, ad quod nō requiritur multum magna scientia.

4. Concl. Ad lectorem non pertinet tradere populo intellectum sacræ scripturæ, sed scire recte legere, & pronunciare: quæ scientia de facili acquiritur.

Art. 3. Vtrum ex merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur.

1. Concl. Ex merito vitæ, nemo gradus ordinis consequitur.

1. *Sanctitas semel habita potest amitti. At ordo semel habitus non potest amitti. Ergo.*

2. *In ministris ecclesiæ, quorum non est dare gratiam, sed gratia sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc quod gratiam habent, sed ex hoc quod participant aliquod gratiæ sacramentum per quod sunt conformes Christo, tanquam capiti, in quo est omnis gratiæ plenitudo.*

2. Concl. Cum Chrysost. ait, omnis sanctus sacerdos est, non accipit nomen sacerdotis proprie, pro eo qui sacra dat, in sacramentorū dispensatione, sed communiter, pro eo qui sacra docet, vel sacra merita alicui in auxiliū dat.

Ministri Ecclesiæ non proponuntur alijs, vt ex propria sanctitatis virtute eis aliquid tribuant, sed vt sint instrumenta Dei, quod non nisi ex sacramenti gratia euenit, non autē ex propria sanctitate: nec est simile de rebus naturalibus, quæ agunt per propriā formam.

Art. 4. Vtrum promouens indignos ad ordines peccet.

1. Concl. Quicunque indignum promouet crimen mortale committit, quasi summo Domino infidelis.

1. *Deum est promouere indignos ad sacra mysteria, quam promotos non corrigere. Sed Hic non corrigendo mortaliter peccatur. Ergo.*

2. *Exponens periculo res temporales Ecclesiæ, peccat mortaliter. Ergo, & qui ordinat indignos, eas exponat periculo res spirituales.*

3. *Qui dat diuina supra mensuram peccat, quia iniquitatis est rem, nam fidelis seruus dat tritici in mensuram. At qui promouet indignum dat diuina supra mensuram, Ergo peccat, & eo magis quod hoc fecerit in detrimentum Ecclesiæ, & honoru Dei.*

†2. Concl. Nunquam Deus deserit Ecclesiam suam, quin inueniantur idonei ministri ad necessitatem plebis, & si tot non possint inueniri, melius esset paucos ministros, & bonos, quā multos, & malos, & malos habere.

3. Concl. Omne incommodum deberet negligi, omne lucrum spernit ad spirituale bonum promouendum: licet Ecclesia egeat ministris ad gubernationem temporaliū: cum hæc non quærantur, nisi ob spiritualia.

4. Concl. Ad minus requiritur, vt ordinans nesciat contrarium sanctitatis in ordinando à se: verum secundum mensuram ordinis, & officij diligenter cura apponatur, vt habeatur certitudo de qualitate promouendorum, vt 1. Tim. 5. *manus cito nemini imposueris.*

Art. 5. Vtrum aliquis in peccato existens, sine peccato ordine suscepto vti possit.

1. Concl. Nemo in peccato existens, sine peccato mortali, ordine suscepto vti potest.

1. *Ex Dionys. Epist. ad Demophilum, qui aperte hoc docet.*

2. *Mortaliter peccat, qui cum mortali ad ordines accedit. Ergo multo magis, qui ordine vtitur: quia sanctitas in recipiente requiritur ad executionem ordinum.*

3. *Quicunque cum peccato mortali aliquid sacrum pertractat, sine dubio indigne facit. At qui indigne facit ea, quæ ex ordine ei competunt, qui iusta sunt iniuste agit, quod est peccatum mortale: quia est contra Dei præceptum. Ergo.*

† 2 Concl. Licet qui peccatum habet ex officio teneatur exercere ordinem, non ideo in peccatum cogitur.

Quia potest peccatum relinquere, vel officium resignare.

In

3. Concl. In hoc non cadit dispensatio: quia est de iure naturali, vt quisque sancte sancta pertractet.

4. Concl. Quamdiu qui est in peccato mortali sustineretur ab Ecclesia, subditus potest sacramenta ab eo accipere, quia ille ad hoc obligatur: sed extrema necessitatis articulum non esset tutum id facere, si quis de eo talem conscientiam habeat.

5. Concl. Quandocunque homo exhibet se in aliquo actu, vt ministrum Ecclesiæ, in mortali peccato existens, moraliter peccat toties, quoties illum actum exercet: secus in casu necessitatis, in quo etiam laicis liceret: vt si baptizaret, vel corpus Christi in terrâ proiectum colligeret.

Quæstio 37. De distinctione ordinum & eorum actibus & characteris impressione.

Art. 1. Vtrum debeant plures ordines distingui.

1. Concl. Ephes. 2. colos. 1. 1. Cor. 12. IN ecclesia debent esse plures ordines distincti.

1. Quia est corpus Christi mysticum, ex Paulo simile naturali. Sed in naturali sunt plura membrorum officia. Ergo & in Ecclesia plures ordines.

2. In veteri testamento non solum sacerdotes, sed etiam eorum ministri Leuitæ sanctificabantur. Ergo etiam in nouo cum dignius sit, non solum sacerdotes, sed etiam ministri debent consecrari per ordinis sacramentum: & sic erunt plures ordines.

2. Concl. Num. 11. Cap. 1. cal. hier. Multitudo ordinum est inducta in ecclesiam propter tria.

1. Ad commemorandam Dei sapientiam, quæ in distinctione rerum naturalium & spiritualium cernitur.

2. Ad subueniendum humanæ infirmitati, quia per vnum non potest omnia expleri.

3. Vt via proficiendi hominibus amplior daretur, dum plures Dei cooperatores essent, quo nihil dignius est ex Dionys.

† 3. Concl. Alia sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos, hoc vero ad actus agendos: vnde iuxta actuum diuersitatem, distinguuntur ordines.

4. Concl. Cap. 11. Distinctio hæc est totius potentialis, quod secundum perfectam rationem est in vno, in alijs, est eius participatio.

Nam tota plenitudo est in sacerdotio, in alijs autem est participatio quædam ordinis: quod significatum fuit in Num. & ita omnes sunt vnum sacramentum.

Et si in regno tota potestatis plenitudo reperiatur in Rege non tamen excluduntur ministrorum potestates, quæ sunt participationes Regiæ potestatis. 5. Concl.

Art. 2. Vtrum sint septem ordines.

Ordines sunt septem: quorum sufficientia sumitur ex ordine, quem habent ad Eucharistiam, quod est sacramentum sacramentorum. Vnde, vel ordo est ad eius consecrationem, & sic ordo sacerdotis, qui accipit calicem cum vino, & patenam cum pane, cum ordinatur: vel ad cooperationem, & hoc, vel respectu sacramenti, vel præparationis suscipientium: si primum, aut quoad dispensationem, & sic Diaconi, quorum est ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis, qui sanguinem dispensant: vel ad materiam ordinandam in sacris vasis, & sic subdiaconi, qui in ordinatione calicem vacuum accipiunt, vel ad materiam præsentandam, & acolyti in ordinatione vrceolos accipiunt, vt vinum, & aquam præparent. Si secundum, aut erunt infideles credere nolentes, & hi sunt arcendi ab ecclesia, vnde ostiarij: aut credere volentes, sed non instructi, vt catechumeni, vnde Lectores: aut instructi sed impediti a Dæmone, vt energumeni, vnde Exorcistæ. 1. Concl. Dionys. Cap. 5. cal. hier.

Sufficientia ordinum non sumitur ex gratijs gratis datis, vt aliqui faciunt. 2. Concl. 1. Cor. 12.

1. *Quia hæ non dantur eidem sicuti dantur ordines.*

2. *Quia ponunt aliquos gradus, qui non sunt ordines.*

Nec distinguuntur secundum proportionem ad cœlestem hierarchiam. 3. Concl.

1. *Quia non distinguuntur secundum purgationem, illuminationem, & perfectionem, cum quilibet ex his contineat ordinem completum.*

2. *Quia sic Episcopi non perficere.*

Nec distinguuntur secundum septem dona spiritus sancti: quia in quolibet ordine septiformis gratia datur. 4. Concl.

Dionysius diuidit ordinem, non vt sacramentum, sed secundum actiones hierarchicas, quæ sunt, purgare, illuminare, & perficere: quæ conuenient episcopo, quæ sacerdoti, vna, quæ est purgare, diacono, sub quo inferiores continentur: & in primitiua ecclesia omnia inferiora munera illi committebãtur, quos ordines postea ecclesia distinxit. † 5. Concl. Cap. 5. cal. hier.

In primitiua ecclesia non erant explicitè tot distinctiones ordinum propter paucitatem ministrorum: erant tamen omnes inferiores ordines implicite in diacono. 5. Concl.

ordi-

2. Concl. Hæc præparatio consistit in benedictione per quam diuinis obsequijs manipentur, & ita omnibus datur: in manus impositione, qua gratiæ plenitudo denotatur, per quam ad magna officia fiunt idonei; & ideo hæc sacerdotibus & diaconibus adhibetur: & in vnctione qua ad aliquod sacramentum tractandum aliquis consecratur, & ideo solis sacerdotibus fit, qui propriis manibus corpus Christi tangunt: calix & patena, coniunguntur quia corpus & sanguinem continent: & postea fit collatio.

3. Concl. In ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character sacerdotalis imprimitur.

1. Principalis actus sacerdotis est consecrare corpus Christi. Sed ad hoc datur sibi potestas in calicis porrectione. Ergo.

2. Tunc imprimitur character cum traditur potestas. At potestate collata sit, cum datur aliquid, quod ad proprium actum pertinet. Ergo.

4. Concl. Non est simile de confirmatione, in qua non datur officium operandi super aliquam materiam, ideo ibi character non datur in exhibitione alicuius materiæ.

5. Concl. Non dedit dominus sacerdotalem potestatem discipulis, cum dixit, *accipite spiritum sanctum*, quantum ad primum actum, sed in cœna, cum dixit, *accipite & manducate*, &c. *hoc facite in meam commemorationem*, sed quantum ad actum secundum, qui est ligare, & soluere: & ideo non imprimitur character per manus impositionem.

6 Concl. Non est simile de vestibus, & de ordinatis. *Quia ad illas consecrandas sufficit sola benedictio.*

7. Concl. Vestis sacerdotalis non significat potestatem, sed idoneitatem exercendi potestatem: propterea, nec in eis per benedictionem imprimitur character, nec in eorum datione.

8. Concl. Diaconi actus principalis est portare corpus Christi in patena, & administrare sanguinem: cuius potestas, cum sit medius inter sacerdotem qui habet potestatem in corpus, & subdiaconum, qui habet potestatem in vinum, non potuit exprimi per actum principalem, sed exprimitur per secundarium, cum ei datur liber Euangeliorum.

9. Concl. Licet acolytus denominetur à lumine, quod fert, tamen eius actus principalis est ministrare in vrceolo, in cuius porrectione imprimitur character, virtute verborum ab Episcopo prolatorum.

Quæstio 38. De conferentibus hoc sacramentum.

Art. 1. Vtrum tantum Episcopus ordinis sacramentum conferat.

1. Concl. TAntum Episcopus ordinis sacramentum confert.

1. Tantum ipse Papa consecrat. Ergo multo magis, &c.

2. Sacramentum confirmationis solus confert Episcopus. Ergo tanto magis sacramentum ordinis, quod est nobilius.

3. Quia solus Episcopi est benedicere Virginem. Ergo multo magis consuetum est aliquos ordinare.

4. Potestas Episcopi se habet vt politica respectu inferiorum, quæ imperat quantum, & qualiter quæ debeant exercere ex Arist. quare Episcopus est in diuinis mysterijs alios collocare sicut politicus facultates distribuuntur abeo, qui habet excellentiorem potestatem, scilicet a rege, ideo ipse solus confirmat, Virgines benedicit, & ordinand. consecrat, & vasa sua consecratione determinat.

Lib. 1 Ec. cap. 2.

†2. Concl. In impositione manuum non imprimitur character, sed datur gratia, qua quia maxime egent sacerdotes, ideo in eorum ordinatione cum Episcopo; cæteri sacerdotes, manus eius imponunt.

3. Concl. Quamuis Archidiaconus; quia est princeps ministerij det subdiacono vrceolum, cum manutergio, & acolyto cereum; tamen non imprimit characterem, quia subdiacono imprimitur in porrectione calicis ab Episcopo: & Acolytus characterem recipit ex verbis Episcopi.

4. Concl. Pontifex propter plenitudinem potestatis potest committere, quæ ad Episcopum pertinent sacerdoti non Episcopo, ea, quæ non habent immediatam relationem in corpus Christi verum. s. vt possit dare ordines minores, non autem maiores.

Concl. Eucharistia neminem constituit in aliquo officio, licet sit maximum sacramentum, sicuti sacramentum ordinis: ideo, non ex eo, quod quis conficit Eucharistiam, potest ordinare.

6. Concl. Ad hoc, vt quis constituatur in aliquo gradu, non sufficit propinquitas, sed est necessaria plena potestas: vnde sacerdos non potest Diaconum ordinare, licet Episcopus Episcopum consecrare possit.

Art. 2. Vtrum hæretici, & ab Ecclesia præcisi possint ordines conferre.

1. Concl. Hæretici & ab Ecclesia præcisi possunt ordines conferre.

1. Episcopus per hæresim non amittit potestatem conferendi: quare si reconciliatur, non consecratur de nouo.

2. Per hæresim non amittitur potestas ordinis. Ergo nec potestas conferendi ordines.

3. Potest baptizare Ergo & ordines conferre.

4. Potestas, quæ habetur cum consecratione, nunquam amittitur. Talis est potestas Episcopi. Ergo.

2. Concl. Ordinati ab illis habent veram potestatẽ, sed nõ recipiunt gratiam, nisi forte in baptismo in casu necessitatis; & hoc non propter in efficaciam ipsius sacramenti, sed propter peccatum recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesiæ.

† 3. Concl. Hæreticus non potest absoluere, quia non habet iurisdictionem: quam non requirit potestas ordinandi.

4. Concl. Licet potestas, quam in consecratione recipit Episcopus, non dicatur character, per quẽ homo directe ordinatur ad corpus Christi verum, tamen perpetuo manet, sicut character, quia cum consecratione datur.

5. Concl. Qui ordinantur ab hæreticis, quia sunt extra Ecclesiam non recipiunt executionem, vt licite vel ordine possint; sunt tamen vere ordinati.

6. Concl. Per fidem Ecclesiæ continuatur passio Christi secundum formam Ecclesiæ, quam præcisus minister seruat.

7. Concl. Benedictio pertinet ad vltimum effectum sacramenti, quem prædicti non præbent ob rationem dictam.

Quæstio 39. De impedimentis huius sacramenti.

Art. 1. Vtrum sexus fœmineus impediat ordinis susceptionem.

1 Concl. 1. Tim. c. 2. Sexus fœmineus impedit ordinis susceptionem.

1. Mulierem, ait Paulus, in Ecclesia docere non permitto, nec dominari in virum.

2. In ordinando præexiguntur coronæ, vel censura, quamuis non de necessitate sacramenti. Sed nec fuit ex Paulo non conuenit mulieribus. Ergo.

1. Cor. 12. 2 Concl. Sexus fœmineus impedit ordinis susceptionem, non solum de necessitate præcepti, sed etiam sacramenti.

Quia in sacramento necessario requiritur res, & significatio rei, quæ in hoc sacramento est præeminentia quædam, sed non inuenitur non potest esse talis significatio cui ipsa sit subiecta vero. Ibid.

3. Concl. Sexus virilis est de necessitate huius sacramenti.

4. Concl. Olim diaconissa dicebatur, quæ exercebat aliquem actum diaconi; vt quæ priuatim instruebat, & c. & presbytera quæ erat vidua & senior.

† 5. Conc. Etsi mulier possit prophetiam recipere, quia est quoddam Dei donum, quod non requirit significationem, non tamen ordinem ob causas dictas.

6 Concl. Abbatissæ non habent ordinariam prælationem, sed ex commissione propter periculum cohabitationis virorum ad mulieres.

Art. 2. Vtrum pueri, & carentes vsu rationis ordine possint suscipere.

1. Concl. Sacramenta, quæ actum suscipientis requirunt, non competunt iis, qui carent vsu rationis: vt matrimonium, & pœnitentia.

2 Concl. Pueri possunt suscipere omnia sacramenta, quæ de necessitate sacramenti non requirunt vsum rationis; in quibus aliqua spiritualis potestas diuinitus datur.

3. Concl. In minoribus ordinibus requiritur discretionis tempus de honestate, ob dignitatem sacramenti, non de necessitate sacramenti, vel præcepti. Vnde aliqui ob ipsem profectus aute annos discretionis ad minores promouentur.

4. Concl. Ad maiores requiritur vsus rationis de necessitate præcepti, ob eorum continentiæ annexum; & quia sacramenta tractanda committuntur.

5. Concl. Ad Episcopatum, vbi etiam traditur potestas in corpus mysticum, requiritur actus suscipientis curam animarum: vnde est de necessitate consecrationis Episcopalis, vt vsum rationis habeat.

6. Concl. Qui dicunt ad omnes ordines recipiendos requiri vsum rationis, nec ratione, nec auctoritate nituntur.

† 7. Concl. Etsi canones certum ætatis tempus ad ordines suscipiendos requirant: tamen vt, est dictum, non omne, quod est de necessitate præcepti, est de necessitate sacramenti.

8 Concl. Neque est simile de matrimonio, quia in hoc requiritur necessario suscipientis actus consensus.

8 Concl. Actus ordinis requirit quidem vsum rationis, non autem potestas ordinis, quæ tempore præcedit actum.

Art.

Art. 3. Vtrum seruitus impediat aliquem ab ordinis susceptione.

1 Concl. Seruitus impedit ordinis susceptionem de necessitate præcepti.

1. Ordinandus tenetur in ordine ministrare. Sed non potest simul domino carnali, & spirituali seruire. Ergo.

2. Per ordinem homo diuinis officiis mancipatur: & quia nullus potest a seruitute, quod non est suum, sibi assumere, quamobrem huiusmodi non potest ad ordinis promoueri.

2. Concl. Si seruus promoueatur, ordinem suscipit: quia libertas non est de necessitate sacramenti, cum non impediat potestatem, sed actum tantum. Nec est simile de muliere, quod ipsa sit minus subiecta, cum habeat subiectionem naturalem, quam non habet seruus.

3. Concl. Quod est dictum de seruo, dicendum est de omnibus personis, quæ aliis sunt obligatæ.

† 4. Concl. In ordine non solum datur spiritualis potestas, sed etiam recipitur obligatio ad aliqua opera agenda, quæ subiectionem non patiuntur.

5. Concl. Seruitus non impedit subiectionem ex eo, quod est causa humilitatis, sed propter obligationem, vt est dictum.

6. Concl. Non potest licite clericus vendi in seruum, quamuis legatur beatum Paulinum diuino spiritu motum id fecisse.

7. Concl. Seruus promotus sciente domino, & non reclamante, ex hoc fit indemnis: si nesciente Episcopo, & qui præsentauit, tenentur domino in duplum, si norunt, esse seruum: alias si seruus habeat peculium, debet se redimere; alioquin reduceretur in seruitutem, non obstante quod ordinem exequi non possit.

Art. 4. Vtrum propter homicidium debeat aliquis ab ordinibus prohiberi.

1. Concl. De necessitate præcepti est, quod non sit homicida, qui ad ordines promouetur, licet non sit de necessitate sacramenti.

1. Ex canonum statutis, & Ecclesiæ consuetudine.

in decret. lib. 5. tit. 12 *2. Ordines referuntur ad Eucharistiam, quæ est sacramentum passionis per effusionem sanguinis Christi: eos debent conformari ordinati ad hoc, vt alios occidendo Christum, quam Christo conformentur. Ergo conuenienter huiusmodi ab ordine prohibentur.*

2. Concl. Leuitæ consecrabant manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, quia lex illa pœnam sanguinis inferebat: at non sic lex noua.

2. Concl. Irregularitas incurritur principaliter propter ineptitudinem personæ ad sacramentum Eucharistiæ ministrandum, licet actus sit virtuosus: & sic iudex, & qui cum eo participant in effusione sanguinis sunt irregulares: quia hoc non decet ministros dicti sacramenti.

4. Concl. Qui ignorans hominem occidit, nisi operam dederit illicitæ rei, vel omiserit debitam diligentiam, non incurrit irregularitatem: & hæc, non quia careat culpa: quia qui ad sui defensionem occidit, caret culpa, & tamen irregularitatem incurrit.

Art. 5. Vtrum illegitime nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri.

1. Concl. Ex illegitimo thoro nati à susceptione ordinum repelluntur.

1. Hi olim prohibebantur ne in Ecclesiam demum ingrederentur. Ergo non tanto magis ab ordinibus susciendis prohibendi sunt. Deut. 23.

2. Ordinati in quadam dignitate præclus constituuntur, & ita ex quadam honestate in eis claritas quædam requiritur, vt sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, &c.

2 Concl. Quod ordinandus debeat esse legitime natus, non est de necessitate sacramenti, sed præcepti. dispensari, tamen potest, sed tanto difficilius, quanto origo est turpior.

† 3. Concl. Irregularitas non est pœna iniquitati debitæ: & ideo filius non portat iniquitatem patris in tali casu.

4. Concl. Ea quæ per actum proprium committuntur, possunt per pœnitentiam aboleri, non autem ea quæ ex natura sunt: quare non est simile de actu proprio vitioso & de vitiata origine.

Art. 6. Vtrum propter defectum membrorum debeat aliquis impediri.

1. Concl. Patientes defectum in membris, impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus, qui maculam notabilem inferat, propter quam obscuretur personæ claritas, vt abiecto nati; vel periculum in executione facere possit.

1. Quia tales prohibebantur à ministerio Leuitarum. Ergo, &c.

2. Quia vt est dictum, sit aliquis ineptus ad ordines ob duas causas, scil. ob imperfectionem claritatis, & executionis actus.

Hæc integritas exigitur de necessitate præcepti, non sacramenti. Vnde patet ad obiecta.

Quæstio 40. De his, quæ sunt annexa sacramento ordinis.

Art. 1. Vtrum ordinati debeant tonsuram ferre.

Is qui ad diuina mysteria applicantur conuenit rasura, & tonsura: in modum coronæ.

1. *Ex Greg. seruire Deo regnare est. Sed corona est signum regni. Ergo.*

2. *Capilli dati sunt ad velamen ex Paulo. Ad vsum ministri debent habere aliquem reuelatum. Ergo*

3. *Qui mysteriis diuinis applicantur adipiscuntur regiam dignitatem, & perfectionis virtute esse debent. Sed corona est signum regni & perfectionis, cuius sit carentia. Ergo.*

Competit etiam eis ratione subtractionis capillorum: ex parte superiori per rasuram, ne mens temporalibus a contemplatione diuinorum retardetur: & ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus corporalibus obuoluatur.

Illud, *disperdam eos qui sunt attenti in comam*, intellige de illis, qui hoc ad cultum dæmonum faciebant.

Quæ pertinent ad ministros noui testamẽti non solum significabantur per officia Leuitarum, sed etiam per omnes illos qui aliquam perfectionem profitebantur: vnde cum Nazaræi per abiectionem comæ profiterentur, contemptum temporalium, ideo ad nouæ legis ministros qui debent esse perfecti, rasura & tonsura pertinent.

Ministri non debent totaliter caput radere: quia præter abiectionem temporalium, debet in eis significari regularis dignitas per formam coronæ.

Art. 2. Vtrum corona sit ordo.

Corona non est ordo, sed præambulum ad ordinem.

1. *Corona datur sine officio missa: ordo annexus quibusdam. Ergo.*

2. *Si stolla ideo corona non sit mentio de aliqua ordinatione, sed ad ornatum ordinis. Ergo.*

3. *Sed ea quæ non sunt exercenda per potentias inferiores ad superiores nisi per ministrorum ordinem, nisi quatenus per se ordinata; sed ea quæ spectant ad decorem diuinorum officiorum huiusmodi sunt ad quæ deputatur quis per coronam. Ergo*

Coronæ respondet aliquid interius, sed quia non est spiritualis potestas, ideo non est ordo. †2. Concl.

Corona datur ab Episcopo, non quod imprimatur per eam character, sed quia deputatur quis ad diuinum cultum, quod per eum fieri debet. 3. Concl.

Per coronam habet aliquis altiorem statum, quam laicus, non tamen ampliorum potestatem, quod ad ordinem spectat. 4. Concl.

Art. 3. Vtrum per acceptionem coronæ aliquis renunciet temporalibus bonis.

Clerici in hoc, quod coronam accipiunt, non renunciant patrimonio, & alus temporalibus bonis. 1. Concl.

Quia lerotinas sunt de ordine sacerdotali, & habuit possessionem hæreditatis. Cap. 1. & 52.

2. *Alias non esset differentia inter religiosos, & seculares Clericos.*

3. *Terrenorum possessio, non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur, sed tantum nimia eorum sollicitudo*

Dominus non designatur pars eorum fieri, qui res mundi ita possident, vt per eas a cultu ipsius non retrahantur. 1. Concl. Hier. Epist. ad Nepo.

Leuitæ, non quod non haberent ius in hæreditate paterna, non acceperunt partem, sed quia erant distribuendi per alias tribus: & ita determinatam partem accipere non poterant. 3. Concl. Deut. 10.

Illud Hugonis, quod clericus debet de stipendiis Ecclesiæ sustentari, intellige de illis, qui non habent vnde sustententur. 4. Concl. lib. 4. de sacr. p. 3. c. 1.

Art. 4. Vtrum supra sacerdotalem ordinem debeat esse aliqua potestas Episcopalis.

Supra sacerdotalem ordinem debet esse aliqua potestas Episcopalis. 1. Concl.

1. *Sacerdotalis potestas se extendit ad purgandum, & illuminandum animas: & Episcopalis, etiam ad perficiendum. Ergo.*

2. *In humanis rebus ordo exigit, vt in quolibet officio vnus præponatur, qui sit princeps totius officii. Ergo etiam in spiritualibus supra omnem sacerdotis esse Episcopalis potestas.*

Sacerdos habet duos actus vnum principalem, s. consecrare corpus Christi: alterum secundarium, scil. præparare populum ad susceptionem huius sacramenti: & quantum ad primum non pendet a superiori potestate, nisi a diuina: vnde patet ad secundum. 2. Concl.

Quantum ad secundum pendet ab alia superiore potestate. s. ab humana. 3. Concl.

Quia omnis potestas, quæ non potest exire ad actum, nisi suppositis quibusdam ordinationibus pendet ab illa potestate, quæ illas ordinationes facit. Ad sacerdotes non potest absolvere & ligare nisi suppositis prælationis iurisdictionis. Ergo.

4. Concl. Ex quadam congruitate primus actus sacerdotis supponit actus episcopalis potestatis, quo vestes, altare &c. consecrantur.

†5 Concl. Aaron non solum fuit sacerdos, sed etiam sacerdotum princeps scilicet pontifex: sacerdotes habuerunt originem ab Aaron vt erat sacerdos tantum, & ideo supra sacerdotalem potestatem est pontificalis potestas.

6. Concl. Christus fuit exemplar omnium officiorū ecclesiasticorum, vnde non solum sacerdos, sed quilibet minister gerit typum Christi: & ille est superior, qui maiorem perfectionem Christi repræsentat. Episcopus autem repræsentat Christ. prout alios ministros instituxit, & ecclesiā fundauit, vnde ipse emancipat cultui diuino, & specialiter sponsus dicitur sicut & Christus, & ideo est superior sacerdotibus.

Art. 5. Vtrum Episcopatus sit ordo.

1. Concl. Episcopatus non est ordo.

1. Vnus ordo non dependet ab alio de necessitate sacramenti. At Episcopatus pendet à sacerdotali, Ergo.

2. Maiores ordines non conferuntur nisi in sabbato. At Episcopatus potest tradi in dominica. Ergo.

3. Omnis ordo, vt sacramentum, habet ordinem ad Eucharistiam. Sed circa corpus Christi verum Episcopus non habet maiorem potestatem, quam sacerdos Ergo.

2. Concl. Dionys. 5 Eccle hier. Si ordo sumatur vt dicit officium quoddā respectu quarundam actionū suarum respectu corporis mystici, Episcopatus est quidā ordo; quia Episcopus habet auctoritatem in actionibus hierarchicis supra sacerdotem: vnde soluitur primum, quia aliquorum auctoritates sunt hoc modo accipiendæ.

† 3. Concl. Episcopo datur aliqua spiritualis potestas circa sacramenta. tamen non imprimitur ei character, & ideo Episcopatus non est ordo, vt est sacramentum.

4 Concl. Potestas spiritualis non est tantum iurisdictionis, sed etiam ordinis, vt ordo communiter sumitur.

Art. 6. Vtrum supra Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia.

1 Concl. Dist. 23. can Definimus. Cum ecclesia sit vnum corpus oportet, vt si ista vnitas debeat conseruari, quod sit aliqua potestas regitiua respectu totius Ecclesiæ supra potestatem Episcopalem, qua vnaquæque specialis ecclesia regitur, & hæc est potestas Papæ.

1. Ex Con. 1. Constant. quod veneratur Episcopum Romanum tanquam primum, & maximum Episcoporum, &c.

2. Ex Cyl. qui eundem pontificem appellat caput, &c.

3. Vbi sunt multa regenda ordinata in vnum, oportet esse aliquod vniuersale regimen supra particularia regimina, quia in omnibus virtutibus & artibus, vt dicit 1. Ethi. bonum commune est diuinius bono speciali, & ita supra potestatem, quæ specias bonum respicit ecclesie, debet esse potestas regitiua vniuersalis respectu bonæ communis, alias non posset esse collocatio in vnum. Ergo cum ecclesia sit vnū corpus, sit, &c. Vnde qui negant hanc potestatem schismatici dicuntur, quasi diuisores vnitatis ecclesiæ.

2. Concl. Inter Episcopum simplicem & Papam sunt alij gradus dignitatum correspondentes gradibus vnionis secundum quos vna communitas includit aliam: vt communitas prouinciæ, communitatem ciuitatis, & illam communitas regni, & hanc communitas totius mundi.

3. Concl. Ioan. 20. Matt. 16. Etsi potestas ligandi, & soluendi data sit omnibus Apostolis: tamen vt ordo seruaretur data fuit primo illi Petro, & illi specialiter dicitur, *Suprema fratres tuos. Pasce oues meas.*

4 Concl. Hoc non erat apud Iudæos, quia erat tantum vna gens, & vnum regnum, vnde non fuit opus ista distinctione: ideo Ecclesia in hoc non debet conformari ritui Iudæorum, quia nunc plures sunt nationes, & regna in Ecclesia.

5. Concl. Vnus Episcopus potest alium consecrare, quia quantum ad ea, quæ sunt Episcopalis ordinis, omnes sunt æquales: & excedunturà Papa tanquam à potestate eiusdem generis, & ideo etiam ipsum consecrant. Potestas autem Episcopi excedit sacerdotalem tanquam potestas alterius generis.

Art. 7. Vtrum vestes ministrorum conuenienter sint in ecclesia institutæ.

1 Concl. Vestes ministrorum conuenienter sunt in Ecclesia institutæ,

Quia conuenienter designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina, nam hæc sunt communia, & alia. Cingulum segens humeros significat fortitudinem ad diuina exequenda, alba puritatem vitæ. Cingulum represionem carnis. Subdiaconus vterius habet manipulum in sinistra, qui significat extensiorem misericordiarum manuarum, quasi sudariolum: tunicam strictã, quæ significat doctrinam Christi, ad quam primo administrandam admittitur Diaconus, vterius stolam habet in sinistro humero, quia applicatur administerium sacramentorum: Dalmaticam, quia ipse est primus dispensator sacramentorum cum sanguinem dispenset Sacerdos habet stolam in vtroque humero quia habet plenam potestatem dispensandi sacramenta: habet casulam, quæ significat caritatem, quia caritate conficit sacramentum scilicet Eucharistiam. Episcopo addunter ornamenta scilicet caligæ sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, mitra, biretecas, annulus, & baculus: quia nouem supra sacerdotes; oret, scilicet ordinare clericos, benedicere virgines, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, Chrisma conficere, vestes, & vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressus: per sandalia cõtemptus terrenorum: per succinctorium amor honestatis per tunicam descendentem ad talos, perseuerantia, & extremitas vitæ: per dalmaticam largitas in operibus misericordiæ: per chirotecas, cautela in opere: per mitram scientia vtriusque testamenti: per baculum cura pastoralis, qua colligat vagos, sustentet infirmos, & pungat lentos: per annulum sacramenta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo, cuius locum Episcopi tenent. Archiepiscopi vterius habent pallium in signum priuilegiatæ potestatis: significat enim torquem auream, quam solebant legitime certantes accipere.

†2. Concl. Sacerdotibus veteris legis indicebatur cõtinentia tantum tempore sacrificij: vnde nec femoralibus vtebantur, nostris autem perpetua indicta est, & ideo illis non vtuntur. In veteri lege mitra non erat signum alicuius dignitatis, sed vt quoddam galerum, & ideo omnes sacerdotes ea vtebantur, non sic in nouo lege.

3. Concl. Episcopus vestibus ministrorum vtitur non autem sacerdos, quia ministri sunt in ordine tantum in origine, non autem in sacerdotio.

4. Concl. Pontifex loco superhumeralis vtitur stola et ad idem significandum scilicet o[illegible]

5. Concl. Pontifex noster pro illa lamina, qua vtebantur sacerdotes in veteri lege, habet crucem, [illegible] fimbrias, sandalia: pro linea, albam, pro balteo, cingulum: pro pedere tunicam: pro ephon, amictum: pro rationali, pallium: & pro cydari, mitram.

6. Concl. Licet Archiepiscopus habeat eiusdem generis potestatem, quam habet Episcopus, tamen habet amphorem, & ideo ei datur pallium.

7. Concl. Papa non vtitur baculo: quia Petrus misit eum ad suscitandum discipulum suum mortuum, qui postea factus est Episcopus Treuerensis, & ibi remansit: Vnde solum in illa diœcesi Papa baculum portat: vel in signum, quod non habet coactatam potestatem.

Quæstio 41. De sacramento matrimonij in quantum est in officium naturæ.

Art. 1. Vtrum matrimonium sit de iure naturali.

1. Concl. Lib. 1. tit. 1. Li. 8. Ethic. c. 12. MAtrimonium est de iure naturali.

1. Ex dig. ff. vbi dicitur quod ius naturale est maris, & fœminæ coniunctio.

2. Ex Arist. qui ait, quod homo est magis naturaliter coniugale animal, quam politicum.

2. Concl. Aliquid dicitur naturale, vel quod necessario oritur ex principijs naturæ, vt moueri sursum igni, & sic non competit matrimonio: vel id, ad quod natura inclinat, sed completur per liberum arbitrium: & sic matrimonium est naturale.

1. Propter finem principalem scilicet propter bonum prolis: quia natura non solum intendit generationem, sed etiam promotionem vsque ad perfectum statũ, quod non accideret si proles non haberet determinatos parentes, quod fit per matrimonium.

2. Propter mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum. Quia cum vnus non sufficiat sibi in omnibus, quæ ad vitam pertinent, & horum quædam sint opera competentia viris, quædam mulieribus, ideo natura quadam hominis, & mulieris associationẽ docet, quæ matrimonium dicitur.

†3. Concl. Arist. lib. 8. eth. c. 12. Matrimonium non est naturale secundum genus quia sic competeret omnibus animalibus, sed secundum naturam differentiæ, qua species humana abundat à genere, & ideo est in solis hominibus: & licet natura etiã generis inclinet omnia animalia ad prolis procreationem, tamen non eodem modo, sed vt eorum naturæ competit.

4. Concl. Lib. 1. de inuent. Illud Ciceronis, *quæ à principio bonorum ne[illegible] scribens: proprios liberos.* Verum est, quia habe

musex scriptura a principio fuisse connubia.

5. Concl. Matrimonium non esse apud omnes eodē modo, significat naturam humanam non esse immobilem: non quod matrimonium non sit naturale.

6. Concl. Natura non solum intendit generationem, sed etiam perfectum esse prolis, ad quod exigitur matrimonium.

Art. 2. Vtrum matrimonium cadat sub præcepto.

1. Concl. Inclinatio naturalis ad id, quod est necessarium ad perfectionem vnius, quemlibet obligat.

Quia talis perfectio est omnibus communis.

2 Concl. Inclinatio naturalis ad ea, quæ sunt necessaria ad perfectionem multitudinis, non obligat vnumquemque per modum præcepti.

1. Quia multa sunt huiusmodi, quorum vnum impedit aliud.

3. Concl. *2. Alias omnes deberent esse agricolæ, &c.*

Huic inclinationi satis fit, cum per diuersos diuersa complentur.

4. Concl. Inclinatio naturæ ad matrimonium non obligat per modum præcepti.

1. Quia Paulus suadet, tanquam melius, non nubere.

2. Virginibus debetur speciale præmium, quod non esset, &c.

3. Necesse est ad perfectionem humanæ multitudinis aliquos contemplationi incumbere, quæ impeditur per matrimonium. Quare etiam secundum Philosophos non est tale præceptum. Ideo Theophrastus dixit sa, sentiens non expedire nubere.

1. Cor. 7. †5. Concl. Etsi præceptum de nubendo, non sit reuocatum, non tamen obligat omnes: vt olim obligabat propter paucitatem hominum, quæ causa nunc non viget.

6. Concl. Ius naturale non obligat semper vt dictum est: vnde patet ad tertium.

7. Concl Natura communiter inclinat ad diuersa officia, & actus: & quia est diuersimode in diuersis, ideo magis vnus inclinatur ad vnum, quam ad aliud, vna cum diuina prouidentia, quæ omnia ordinat: vnde non est periculum ne humanum genus cesset.

Art. 3. Vtrum actus matrimonij sit licitus.

1. Concl. Supposito quod natura corporalis sit à Deo bona instituta, impossibile est, actus, quo procreatur proles, sit vniuersaliter illicitus, vt in eo medium virtutis inueniri non possit.

1. *Sanctus erit, qui dixit Paul non peccauisse.*

2. *Qui habuit modo actus vt non præceptos vxori, aut Paulus, vir debitum non reddit.*

1. Cor. 7. Luc. 2. 3. *Est, ad quæ natura inclinat, non sunt simpliciter mala, quia natura est institua bona a Deo. At procreatio prolis est secundum inclinationem naturæ. Ergo actus matrimonij non est illicitus.*

† 2 Cor. Cum Paulus ait, sint tanquam non nubentes, non prohibet actum, sed actus immoderationem.

1. Cor. 7. 3. Concl. Licet actus matrimonialis diuidat hominem a Deo, non ideo est peccatum, cum non separet secundum habitum gratiæ, sed tantū secundum contemplationis, & amoris actū, propter licitam occupationem circa res inferiores.

4. Concl. Turpitudo concupiscentiæ, quæ actum matrimonij concomitatur, non est turpitudo culpæ, quæ est mala, sed pœnæ ex primo peccato proueniens.

5. Concl. Actus ille excusatur per bona matrimonij, non quod sit malus, sed quia habet similitudinem actus inordinati.

6. Concl. Actus matrimonij, & adulterij sunt idem specie naturæ, sed specie moris differunt: ideo non est idem iudicium de vtroque.

7. Concl. Intentio delectationis in actu matrimonij non corrumpit virtutem, quia non est contra rationem.

Art. 4. Vtrum actus matrimonij sit meritorius.

1. Concl. Cum nullus actus à deliberata ratione procedens ut indifferens, actus matrimonialis in eo, qui in gratiam, vel est meritorius, vel peccatum.

2. Concl. Si ad hunc actum induceat, vel iustitia ad reddendum debitum, vel religio, vt proles ad cultum Dei procreetur, est actus meritorius.

1. Quia omnis talis actus, in gratia factus est meritorius.

2. Quia impletur præceptum de reddendo debito.

3. Concl. Si ad hunc actum moueat libido sistens intra bona matrimonij, vt scilicet vir nollet aliā cognoscere, est peccatum veniale: si autem extendatur, vt scilicet cum quacunque muliere vellet idem facere, esset mortale.

4. Concl. Illud Chrys. quod *matrimonium stercoribus se, mercedem non præstet*, intelligendū est quantum ad difficultatem actus, ex qua accipitur præmium accidentale, non autem quantum ad radicem merendi, quæ est charitas.

Hoc loco imperfe-

5 Concl. Qui relinquit matrimoniū propter virgini-

tate

tatem laudatur, non quod reliquerit actum malum, sed quia actus bonum amplectitur.

6. Concl. Actus matrimonij motus a virtute non indiget indulgentia, licet vt motus à libidine egeat indulgentia, prout est de minoribus bonis, quæ idem est, quod concessio.

7. Concl. Etiam actus non habeat difficultatem, sed delectationem: tamen cum sit delectatio ordinata, non excludit meritum.

Quæstio 42. De Matrimonio, vt est sacramentum.

Art. 1. Vtrum matrimonium sit sacramentum.

1. Concl. MAtrimonium inter sacramenta computatur.

1. *Sacramentum hoc magnum, ait Paul. &c.*

2. *Est sacra rei signum.*

3. *Illud est sacramentum, quod est remedium sanctitatis hominis contra peccatum, per sensibilia signa exhibitum. Huiusmodi est matrimonium. Ergo.*

2. Concl. Verba, quibus consensus exprimitur, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis.

3. Concl Sacram non est semper materiale elementum, sed etiam aliquid loco illius scilicet actus percipientis, vt in hoc sacram. & in pœnitentia.

4. Conc. Et si per matrimonium homo non conformetur passioni Christi: quantum ad pœnam, conformatur tamen quantum ad charitatem, qua passus est.

5. Concl. Vnio Christi ad ecclesiam est significata hoc sacram. sed non contenta, & ideo illam non efficit: quia sacram. efficit, id, quod significat, & continet.

6. Concl. Etiam in hoc sacram. sunt illa tria, scilicet effectus seu res, sacram tantum & res & sacram. id est coniunctio Christi cum Ecclesia.

Art. 2. Vtrum matrimonium debuerit institui ante peccatum.

1. Concl. Natura inclinans ad matrimonium, intendit bonum, quod variatur secundum diuersos status: & ideo secundum illud bonum diuersimode in diuersis statibus hominum institui debuit.

2. Concl. Vt ordinatur ad procreationem prolis, fuit institutum ante peccatum.

1. *Gen. 1. 29 qui fecit homines ab initio, masculum & fœminam creauit.*

2. *Qui tanto peccatum erat homini necessaria prolis procreatio.*

Secundum quod remedium præbet contra vulnus peccati, fuit institutum post peccatum in lege naturæ. 3. Concl.

Secundum determinationem personarum fuit institutum in lege Moysis. 4. Concl.

Vt repræsentat mysterium coniunctionis Christi & Ecclesiæ, institutionem habuit in noua lege, & secundum hoc est sacramentum nouæ legis. 5. Concl.

Quantum ad alias vtilitates, quæ ex eo cõsequuntur, vt est amicitia, obsequium mutuũ &c habet institutionem in lege ciuili. 6. Concl.

Quantum ad primam institutionem habet, quod sit officium naturæ: quantum ad vltimum, quod sit officium ciuile: quantum ad alias competit ei ratio sacramenti, de cuius ratione est, quod sit signum & remedium: 7. Concl.

Et si matrimonium sit de lege naturæ: tamen quia est in communi, indiget determinatione iuxta tempora, &c. 8. Concl.

Quia non est tantum in remedium peccati, sed etiam in officium naturæ, ideo etiam ante peccatum fuit institutum. 9 Concl.

Non est inconueniens, quod secundum diuersa, quæ oportet in matrimonium determinari quod diuersas habuerit institutiones. 10 Concl.

Fuit institutum a Deo, cum fecit mulierẽ, Crescite & dixit & multiplicamini: quod hac ratione homini implendum erat. Quod autem protulit Adam a Deo inspiratus, fuit ad intelligentiam institutionis matrimonij à Deo factæ. 11. Concl.

Vt est sacram. nouæ legis, non fuit institutũ ante Christum. 12. Concl.

Art. 3. Vtrum matrimonium conferat gratiam.

Matrimonium confert gratiam. 1. Concl.

1. *In definitione sacramenti, ponitur causalitas gratiæ. Ergo cum sit sacram.*

2. *Quia est in remedium adhibendum concupiscentiam, quod non fit sine gratia.*

Matrimonium vt in fide Christi contrahitur habet, vt conferat gratiam ad illa operanda, quæ in matrimonio requiruntur. 2 Concl.

Quia vbicunque datur diminutis hominis aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus conueniens virtus illa facultate, sicut in natura ad potentiam animæ exercendas, dantur corporis organa. At in matrimonio datur diminutio facultatis ad vtendum vxore ad procreationem prolis. Ergo datur gratia sine qua, &c. quæ est vltima res contenta in hoc sacram.

Errarunt dicentes non conferre gratiam, sed solum esse gratiæ signum.

Quoniam in nullo abundaret a sacramentis veteris legis, nec connumeraretur inter sacram. nona.

4. Concl. Errant etiam qui dicunt conferre gratiam in ordine ad recessum a malo, quia excusat actum a peccato, qui sine matrimonio esset peccatum: & etiam quia præbet remedium satisfaciendo concupiscentiæ, nam eadem gratia tollit peccatum, & inclinat ad bonum: sicut idem ignis aufert frigus & calefacit.

†5. Conc. Quamuis matrimonium non conferat gratiam ex aliqua sanctificatione, id tamen efficit ex eo, quod Christus sua passione illud repræsentauit.

6. Concl. Actus matrimonij & consensus, scil. materia, & forma non efficiunt gratiam, sed nexum quendam, qui est sacram. & huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis dispositiue operatur ad gratiam.

7. Concl. Non propterea quod matrimonium dat remedium contra concupiscentiam, debet ab omnibus contrahi: quia sunt alia remedia.

8. Concl. Contra concupiscentiam est remedium.

1. Ex parte ipsius vt reprimatur in sua radice, & ad hoc datur gratia in matrimonio.

9. Concl. 2. Ex parte actus, vel vt actus turpitudine careat, quod fit per bona matrimonij, quæ honestant carnalem concupiscentiam: vel vt actus turpitudo impediatur, quia dum concupiscentiæ licites quis satisfacit, ad corruptelas non incitatur.

Art. 4. Vtrum carnalis commistio sit de integritate matrimonij.

1. Concl. Duplex est integritas: altera quæ attenditur secundum perfectionem primam, quæ consistit in ipso esse rei: altera secundum perfectionem secundam, quæ consistit in operatione.

2. Concl. Carnalis commistio non est de integritate matrimonij primo modo.

1. *In paradiso fuit matrimonium, Sed non carnalis copula; Ergo.*

2. *Sacramentum suo nomine sanctificationem importat. Sed matrimonium sanctum est sine copula, Ergo.*

3. Concl. Carnalis commistio est de secunda integritate matrimonij, quia est quædam operatio, ad quam datur facultas per matrimonium.

†4. Concl. Gen. 2. Illud, *erunt duo in carne una*, intelligitur quoad vtranque perfectionem

5. Concl. Significatio rei contentæ in sacramento est quidem de eius integritate: at huiusmodi non est carnalis commixtio.

6. Concl. Ex eo quod finis matrimonij non potest haberi sine carnali commistione, solum sequitur quod sit de secunda perfectione.

7. Concl. Non solum concupiscentia reprimitur ex actu matrimonij, sed etiam ex gratia, quæ in eo datur.

Quæstio 43. De matrimonio quantum ad sponsalia.

Art. 1. Vtrum sponsalia sint futurarum nuptiarum promissio.

1. Concl. SPonsalia sunt futurarum nuptiarum promissio.

Quoniam sponsalia sunt consensus in copulam coniugalem de futuro. At consensus de futuro non efficit matrimonium de præsenti, Ergo erunt promissio futurarum nuptiarum.

2. Concl. Ista promissio dupliciter fieri potest, vel sub conditione, vel absolute, & sic quatuor modis fit.

1. Nuda promissione: accipiam te in meam & contra.

2. Datis arrhis sponsalibus.

3. Annuli subarrhatione.

4. Interueniente iuramento: Si fiat sub conditione, si conditio est honesta, stante conditione, obligat, non stante, nequaquam: si inhonesta, aut est contra bona matrimonij, & hæc non valet: aut non est contra bona matrimonij, tunc stat promissio, sed cosino remoueri debet.

†3. Concl. Sponsus proprie dicitur qui spondet, & sponsores dat, sed minus principaliter etiam qui promittit.

4. Concl. Qui non soluit promissum de matrimonio contrahendo, peccat mortaliter nisi sit legitime impeditus: Eccl. sia autem in foro contentioso ad seruandum promissum non cogit, quia huiusmodi matrimonia consueuerunt malos exitus habere.

5. Concl. Quæ adduntur promissioni, sunt ad confirmationem, non de necessitate.

6. Concl. Conditiones quæ apponuntur in sponsalibus, non tollunt libertatem matrimonij: si autem apponeretur pœna, non esset ea genuda, nec valet: quia matrimonia debent esse libera

7. Concl. Cap. 4. Iacobus non damnat promissiones de futuro simpliciter: sed quæ fiunt cum fiducia suæ vitæ, quare docet hanc conditionem, si Deus voluerit, debere apponi.

8 Concl. In matrimonio est coniunctio matrimonialis, & actus eius: & à sponsione primi dicitur quis sponsus à sponsalibus contractis per ver-

ba de futuro: à sponsatione secundi, dicitur etiam aliquis sponsus, quando est cõtractum matrimonium per verba de præsenti: sed a prima sponsione dicuntur sponsalia proprie, quæ sunt veluti sacramentalia matrimonij, vt exorcismus in baptismo.

Art. 2. Vtrum tempus septennij sit conuenienter assignatum sponsalibus contrahendis.

1. Concl. Septennium rationabiliter determinatum est a iure sponsalibus cõtrahendis, quia cum sint quædam promissiones futurorum, debent esse eorum, qui possunt promittere, quod non est nisi eorum, qui habent aliquam prudentiam de futuris, quæ vsum rationis requirit; respectu cuius triplex gradus notatur ex Philosopho.

Lib. 1. Eth. cap. 3. 1. Cum quis nec per se intelligit, nec ab alio capere potest.

2. Cum ab alio capere potest, sed per se non sufficit ad considerandum.

3. Cum potest etiam per seipsum considerare, & quia ratio paulatim conualescit prout quietatur motus, & fluxibilitas humorum, ideo primum statum rationis homo obtinet ante primum septennium. Ad secundum statum incipit peruenire ad finem primi septennij: ad tertium in fine secundi, quantum ad ea, quæ ad personam, sed quantum ad ea, quæ extra ipsum sunt, in fine tertij. Vnde ante primum nulli contractui est aptus: in fine primi incipit esse aptus ad promittenda aliqua de futuro maxime ea, ad quæ naturalis ratio inclinat, non autem ad obligandum se perpetuo, cum nondum ratio sit firma; ideo potest contrahere sponsalia: in fine secundi potest se obligare de his, quæ pertinent ad personam ipsius, vel ad religionem, vel ad coniugium: post tertium, etiam de alijs secundum leges, quo tempore de suis rebus potest disponere.

† 2. Concl. Si ante annos pubertatis fiat cõtractus sponsalium per alium, ambo, vel alter reclamare potest, & ita nullius est roboris; sed adueniente ætate, si sponsi non reclamant, per tacitum consensum contractus incipit obligare.

3 Concl. Cir. lib. 4 dist. c. 18. Etsi puer ante septennium posset peccare, non ideo potest efficere sponsalia, quæ sunt promissio de futuro: cum maior discretio rationis requiratur ad prouidendum in futurum, quam ad consentiendum in actum præsentem.

4. Concl. In matrimonio contrahendo non assignatur vnum tempus puellæ, & puero, quia habetur ratio aptitudinis ad generationem: in sponsalibus autem est vnum tempus, quia habetur ratio rationis, quæ simul est in vtrisque.

5. Concl. Complacentia, quæ est in pueris ante septennium nõ procedit ex perfecto vsu rationis, sed ex quodam motu naturæ; ideo non sufficit ad sponsalia.

6. Concl. Spondentes ante septennium, & postea contrahentes, non faciunt nouum matrimonium, sed ostendunt se habere ratam priorem promissionem, quæ ex secundo contractu accipit firmitatem.

7. Concl. Non est simile de trahentibus nauem, qui se habent per modum vnius causæ, & de his qui sponsalia faciunt, qui se habent vt duæ causæ; quare requiritur idoneitas ex vtraque parte.

8. Concl. Quandoque est septennium valent sponsalia, quia quod parum distat nihil distare videtur, sed consideranda est conditio contrahentium.

Art. 3. Vtrum sponsalia dirimi possint.

1. Concl. Sponsalia in duobus casibus ipso iure dirimuntur primo si alter ingrediatur religionẽ: secundo si cum alter contrahit matrimonium per verba de præsenti.

2. Concl. In alijs autem casibus, debent dirimi secundum iudicium Ecclesiæ.

† 3. Concl. Soluitur promissio sponsalium per ingressum religionis.

Quia hic ingressus est quædam mors spiritualis.

4. Concl. Quando alter ab est & statuto tempore nõ comparet ad perficiendum matrimonium, alter potest sine peccato cum alia persona contrahere ille vero per quem stetit, debet agere pœnitentiam de peccato factæ promissionis, & cum alia contrahere iudicio Ecclesiæ.

5. Concl. Infirmitas, quæ deformitatem, vel debilitatem &c. contra bona matrimonij inducit, dissoluit sponsalia: nec ideo infirmus pœnam pro pœna portat, sed pro pœna damnum, quod non incurrerit.

6. Concl. Si sponsus cognoscat cõsanguineam sponsæ, & contra dirimuntur sponsalia: ad quod sufficit fama, vt videtur scandalum; nec ideo puniuntur sponsa.

7. Concl. Non semper leuitatis est retractare, cum sunt incertæ prouidentiæ nostræ: vnde spondentes possunt se inuicem absoluere.

9. Concl. Soluuntur etiam per fornicationem alterius, licet adhuc non dederit potestatem corporis: quia ex hoc reddunt suspecti de non seruanda fide in futurum.

Con-

9. Concl. Contrahere enim ita per verba de præsenti, dissolui sponsalia.

Quæ hic contrahitur est fortior, quam prima.

10. Concl. Licet ante tempus debitum consistat vera sponsalia: tamen est modus quidam sponsalia huiusmodi: vnde ne videantur ea approbare cum ad ætatem venerint, possunt dissolvere iudicio Ecclesiæ propter bonum exemplum.

Quæstio 44. De matrimonij definitione.

Art. 1. Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis.

1. Concl. IN matrimonio est aliqua coniunctio secundum quam dicitur maritus & vxor, & talis coniunctio ex hoc, quod ordinatur ad vnum, est matrimonium.

1. Secundum matrimonium aliqua ad inuicem referuntur, vt maritus & vxor, vnde ibi est aliqua relatio, quæ nihil aliud est, quam coniunctio.

2. Vnio duorum ad aliquid vnum non fit nisi secundum coniunctionem, hoc autem est per matrimonium. Gen. 2. Erunt duo in carne vna. Ergo.

3. Coniunctio adunati non importat, & vbi est adunatio, est coniunctio: & quæ ordinantur ad vnum, dicuntur vnum ad illud adunari, vt multi homines ad militiam, ex qua communitates dicuntur: coniuges ergo per matrimonium ordinantur aliqui ad vnam generationem & educationem prolis, & ad vnam vitam domesticam, erit hic aliqua coniunctio, quæ matrimonium dicitur.

2. Concl. Coniunctio animorum & corporum ad matrimonium requiritur.

† 3. Concl. Matrimonium est vinculum, quo ligantur aliqua non efficient: sed formaliter: & ideo non est aliud a coniunctione ipsa.

4. Concl. Etsi coniunctio non sit sensibilis sufficit, quod eius causa desint verba, quibus exprimitur consensus, sint sensibiles.

5. Concl. Licet matrimonium sit coniunctio; quæ dicit relationem æqualitatis, quæ non est vna numero: sed ex inter duo extrema: tamen non sequitur, quod inter duos coniuges non sit vnum matrimonium, quamlicet ex parte subiecti sint plures relationes significatæ his nominibus, vxor, & maritus: tamen est vna relatio ex parte eius, ad quod talis vnio ordinatur, scil. ex parte generationis, quæ relatio hoc nomine matrimonium significatur.

Art. 2. Vtrum matrimonium conuenienter nominetur.

1. Concl. Matrimonium conuenienter nominatur.

Patet ex communi vsu loquentium.

3. Concl. In matrimonio tria sunt.

1. Essentia ipsius, quæ est coniunctio, & sic dicitur coniugium.

2. Causa quæ est desponsatio, & sic nuptiæ a nubendo, quia in desponsatione capita nubentium velantur. *Ambr. lib. 1. de Abrah. cap. 9.*

3. Effectus: qui est proles, & sic matrimonium, dicitur matrimonium, quod mulier non debeat ob aliud nubere, vt ait Aug, nisi vt sit mater: vel sic dicitur, quasi matris munium id est, officium educandæ prolis: vel quasi matrem muniens, quia iam habet virum, quo muniatur: vel quasi matrem monens, ne virum relinquat: vel quasi materia vnius, quia in eo sit coniunctio ad vnam prolem materialiter educandam: vel à matre & nato, quia per matrimonium aliqua fit mater nati. *Li 19. contra Faust. cap. 26.*

† 3. Concl. Licet pater dignior sit quam mater, tamen quia ipsa est magis officiosa circa prolem, & quia propter hoc facta est, ideo ab ipsa dicitur matrimonium. *Isid.*

4. Concl. Accidentia conferunt ad cognitionem rei, & ideo matrimonium accidentaliter potest dici nuptiæ.

5. Concl. Species quando nihil addit supra genus, quod ad perfectionem tantum pertinet, potest recte denominari nomine generis: quare, licet coniunctio sit genus, recte matrimonium dicitur coniugium.

Art. 3. Vtrum matrimonium conuenienter definiatur in littera.

1. Concl. In matrimonio considerantur tria scilicet causa, essentia & effectus, secundum quæ tres definitiones assignantur. Hugo definit per causam, dicens esse consensum: alij effectum dum dicunt ordinari ad vitam communem in rebus domesticis:

2. Concl Per essentiam, sic conuenienter definitur. *Matrimonium est viri mulieris que coniunctio maritalis, individuam, perpetuamque vitæ consuetudinem retinens.* Tangitur essentia, cum dicitur, *coniunctio*: additur subiectum, cum dicitur, *viri & mulieris*, quæ sunt personæ legitimæ: ponitur differentia contrahens: cum dicitur, *maritalis*: qua talis coniunctio inspecta habitur per illud ad quod matrimonium ordinatur, & hoc est id, quod ad matrimonium pertinet, vnde tur virtus huius coniunctionis, qui *Magist. 4 sent. d. 27*

indissolubilis est, cum dicitur, *indissolubilem*, &c.

Concl. Dicitur coniunctio maritalis, id est, ad ea, quæ mariti officium requirit, non quod maritus necessario ponatur in definitione huius sacramenti.

Concl. Dicitur maritalis à viro, quia differentia, tangit finem coniunctionis, qui est vir: mulier enim est propter virum.

Concl. Etsi coniugati interdum non conueniant, & circa actus singulares sint discordes: tamen circa ea quæ ad coniugalem vitam pertinent, in eis est consuetudo individua.

Quæstio 45. De consensu matrimonij secundum se.

Art. 1. Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij.

Concl. OPortet vt matrimonialis coniunctio fiat per mutuum consensum.

1. *Matrimonium a Deo est, aut Christ. Non facit coitus, sed voluntas. Ergo.*

2. *Nemo accipit potestatem in eo, quod est liberi arbitrij, nisi per consensum. At in matrimonio accipitur huiusmodi potestas ex Paulo. Ergo per consensum. Ergo est causa efficiens.*

3. *In matrimonio est coniunctio spiritualis, quæ est sacram. Ergo debet esse etiam coniunctio corporalis. Quia in quolibet sacramento, est aliqua operatio spiritualis, mediante materiali, quæ eam significat, vt corporalis coniunctio non sit, nisi effectiue per consensum, vt patet in omnibus contractibus materialibus. Ergo.*

2. Concl. Diuina virtus est causa prima matrimonij, consensus vero contrahentium causa secunda, quæ ex diuina institutione efficaciam habet.

Concl. Matrimonium non est ipse consensus, sed quædam vnio ordinatorum ad vnum, quæ fit per consensum.

. Concl. Consensus est quidem multiplex ex parte contrahentium: sed vnus respectu eius, in quo consentiunt: & sic est tantum vna causa.

Art. 2. Vtrum oporteat consensum per verba de præsenti exprimi.

Concl. Oportet vt consensus, qui facit matrimonium verbis exprimatur, vt expressio verborum se habeat, sicut ablutio exterior in baptismo.

1. *Matrimonium est sacramentum. Sed in omni sacramento requiritur sensibile signum. Ergo debent intercedere verba exprimentia consensum sensibiliter.*

2. *Coniunctio matrimonialis sit ad modum obligationum in contractibus materialibus, quia non possunt fieri nisi contrahentes voluntatem verbis exprimant. Ergo oportet. &c.*

† 2. Concl. In voto non est sacramentalis obligatio, sed tantum spiritualis, ideo non est necesse vt exprimatur voluntas, secus in proposito.

3. Concl. In mutis sufficit expressio contentus per nutus, qui pro verbis computantur.

4. Concl. Si puella sit verecunda, sufficit vt non contradicat, & verba parentum sunt loco verborum illius.

Art. 3. Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium.

1. Concl. Consensus expressus per verba de futuro non facit matrimonium, sed eius sponsionem, quæ sponsalia nominantur.

1. Quia si postea contrahant cum alia per verba de præsenti, est secundum iura est uxor. Ergo.

2. Vt qui promisit se aliquid facturum, nondum fecit illud, ita qui promisit se contracturum matrimonium, nondum contrahit.

lib. 4 decr. tit. 1. c. 28. *3. Causæ sacramentales efficiunt quod significant, sed per verba de futuro nemo significat se facere matrimonium, sed facere. Ergo tales consensus non efficit matrimonium, sed &c.*

2. Concl. Cum consensus exprimitur per verba de præsenti, & verba & consensus præsentes sunt: at cum intercedant verba de futuro, verba sunt quidem præsentia, sed consensus est de futuro.

† 3. Concl. In ciuilibus etiam contractibus est necessarius consensus per verba de præsenti alias non transfertur dominium, vt si dicatur, *tibi dabo*, &c.

4. Concl. In voto professionis, per actus illius spiritualis matrimonij per verba de futuro exprimitur obedientia, vel obseruantia regulæ; non ipsum matrimonium.

Art. 4. Vtrum consensus etiam per verba de præsenti expressus, si desit interior consensus faciat matrimonium.

1 Concl. Lib 4. Decret. tit. 1. cap. 6. Consensus etiam per verba de præsenti expressus, si desit interior consensus; non facit matrimonium.

1. *Sine consensu; aiit Innoc. nequeunt cætera fœdus perficere coniugale.*

2. *In quolibet sacramento requiritur intentio, quam non habet, qui corde non consentit.*

3. *Ita se habet expressio verborum in hoc sacramento, sicut ablutio exterior in baptismo. At qui*

exte-

exteriorem ablutionem recipere, non intendens recipere sacramentum, sed indum & dolum facere, non esset baptizatus. Ergo etiam expresso verborum sine consensu non efficit matrimonium.

†2. Concl. Ei qui non consentit: non patrocinatur fraus, & dolus, quia in foro ecclesiæ, quæ iudicat secundum allegata, & probata, ei non creditur, quod non cõsenserit, & in foro conscientiæ etiam punitur.

3 Concl. Quamuis si desit consensus ex parte vnius, excusetur parte fœmatrimonium: tamen quia probabiliter credendum est dolum non adesse, nisi sint euidentia signa; quia vnusquisque censendus est bonus, nisi probetur contrarium; ideo ille ex cuius parte non est dolus, excusatur à peccato.

4 Concl. Cum probatur aliquem consensisse in vnam per verba de præsenti, & non adfuerit consensus, si postea cum alia contrahat consentiẽdo, compellitur ab ecclesia per excommunicationem ad manendum cum prima, quia ecclesia iudicat, quæ foris apparent: nec decipitur in iustitia; sed in facto: ille autem potius excommunicationem sustinere debet, aut fugere in remotas religiones, quam ad primam vxorem redire.

Art. 5. *Virum consensus in occulto factus per verba de præsenti faciat matrimonium.*

1 Concl. Consensus in occulto factus per verba de præsenti facit matrimonium.

1. Quia consensus est causa sufficiens matrimonij. Ergo.

Ibi est debita materia, scilicet legitima persona, debita forma, sunt. consensus per verba de præsenti. Ergo est verum matrimonium.

3. Adhibetur vt, quæ sunt de essentia sacramenti, etsi cætera alia omittantur, conficiatur sacramentum. At de essentia matrimonij sunt tantum legitima persona, & consensus expressus per verba de præsenti, alia omnia ad solemnitatem. Ergo

2. Concl. Qui sic contrahunt, nisi legitima causa excusentur, peccant.

†3. Concl Puella non est in potestate patris, vt ancilla, sed vt filia ad educandum, quæ tamen corporis sui potestatem habet, & ita si contrahat occulte sine consensu parentum, matrimonium tenet: sicuti etiam sine consensu parentum potest ingredi religionem.

4. Concl. In pœnitentia actus nostri non sunt causa sufficiens, sicuti in matrimonio, ad inducendum proximum effectum sacramenti, qui est obligatio: vnde illic requiritur minister necessarius, hic autem non ita.

Prohibentur clandestina matrimonia propter pericula quæ inde euenire solent quia vel adest fraus, vel ad alia coniugia coniuges se transferunt: & quia sunt contra essentialia matrimonij non autem quod non teneant 3. Concl.

Quæstio 46. *De consensu cui aduenit iuramentum, vel copula carnalis.*

Artic. 1. *Virum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium.*

1. Concl. Iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso, non facit matrimonium.

1. Quod futurum est, nondum est, & iuramentum adiunctum, non facit quia verba de futuro non fiunt nisi de consensum de futuro. Ergo.

2 Post tale iuramentum requiritur alius consensus, qui faciat matrimonium. Ergo, &c.

3. Quia verba de futuro sua significatione, matrimonium non faciunt. At iuramentum tantum confirmat, quod in dicto significatur. Ergo additum verbis de futuro, &c.

†2. Conc. Seruare iuramentum licitum, est de iure diuino; non autem seruare illicitum: obligatio autem, qua quis per verba de præsenti sui corporis potestatem alicui tradit, facit illicitum illud iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro prius alteri expresso: vnde non derogatur iuri diuino.

3. Concl. Etsi veritas diuina ex se sit efficacissima, non tamen iuramentum facit validam promissionem de futuro; quod faciunt verba de præsenti: vnde patet etiam ad tertium.

4. Concl Iuramentum non inducit nouam obligationem, sed tantum factam confirmat, & efficit vt grauius peccet, qui transgreditur: obligatio autẽ illa potest dissolui, vt est dictum.

Art. 2. *Virum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia, faciat matrimonium.*

1. Concl. Carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia in foro conscientiæ non facit matrimonium, si consensus interior desit.

Lib. 4. Dec. tit. 4. c. 5. *1 Si consensus in nuptijs defuerit, cetera etiam, aut Innoc. cum ipso coram celebrata frustrantur.*

2. Carnalis copula est effectus matrimonij. Ergo non potest facere ipsum matrimonium.

3. Quæ nec per verba de præsenti efficiunt matrimonium, si desit interior consensus.

2. Concl. Secundum iudicium ecclesiæ huiusmodi consensus cum carnali copula verum matrimonium facit, nisi aliqua signa expressa doli, vel fraudis appareant.

Quia ecclesia iudicat secundum ea, quæ exterius sunt: & quia nihil expressius signi, quam carnalis copula. Ideo, &c.

†3. Concl. Qui carnaliter commiscetur, facto consentit in carnalem copulam ex rei veritate: at in matrimonium non consentit ex hoc ipso, nisi secundum interpretationem iuris.

4. Concl. Interpretatio de vero consensu per copulam, non mutat rei veritatem, sed iudicium, quod fit de rebus externis.

5. Concl. Sponsa, sponsum admittens, credens eum velle matrimonium consummare, excusatur à peccato, nisi sint signa expressa fraudis sponsus autem peccat, & est puniendus.

6. Concl. Qui aliquam defloravit sub specie matrimonij, tenetur eam ducere si sit æqualis conditionis, aut sponsa melioris: sed si aliâ duxerit, iam factus est impotens ad soluendum quod debebat; & tunc sufficit si de nuptijs prouideat, ad quod etiam non tenetur, si fuerunt expressa signa fraudis.

Quæstio 47. De consensu coacto, & conditionato.

Art. 1. Vtrum aliquis consensus possit esse coactus.

1. Concl. COactio, alia est quæ facit necessitatem absolutam, & violentum simpliciter; vt cum quis impellit aliquem corporaliter ad metum: alia facit necessitatem conditionatam, quæ dicitur violentum mixtum; vt cum quis proiicit merces.

2. Concl. Quod sic fit, est voluntarium simpliciter, & inuoluntarium secundum quid.

Quia actus considerantur secundum circumstantias. At iste hic & nunc vult proijcere. Ergo: Vnde hæc coactio potest esse cum consensu, qui est actus voluntarius, non autem prima.

3. Concl. Quia hæc coactio fit ex eo, quod periculũ timetur, ideo idem est quod metus, qui voluntatem aliquo modo cogit: at prima cadit in actibus corporalibus.

4. Concl. Legislator, per vim, intelligit coactionem simpliciter.

Quia lex considerat actus exteriores, & ita dicit vim contra metum.

5. Concl. Omnia hic agitur de consensu interiori, quantum ad propositum, idem est coactio, & metus.

6. Concl. Metus secundũ iurisperitos, est inflatio, vel futuri periculi causa mentis perturbatio. Vnde patet ad obiecta. quatuor prima procedũt de coactione prima: alia duo, de secunda.

Art. 2. Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum.

1. Concl. l. 4. Decretal. t. 1. c. 1. Metus potest cadere in constantem virum.

1. Abraham, & Isaac constantes fuerunt, & tamen in eos cecidit timor, ob quem dixerunt: Sorores esse soroves Ergo. Quia etiam vir constans, si sit in mari, merces proijceret tempore naufragij: & hoc est violentum mixtum, seu metus.

3. Metum cadere in aliquem, est eum metu cogi: cogitur autem quis cum aliquid facit, quod alias non facit, ad euitandum id, quod timet. At hoc accidere potest constanti viro. Ergo.

1. Concl. Constans ab inconstanti differt.

1. Quantum ad qualitatem periculi, quia sequitur rationem rectam, qua scit, quid, pro quo sit timendum: & minus malum, & maius bonum semper eligenda: inconstans contra cogitur ad maius malum, vt viteminus, & ad peccatum, vt vitet pœnam temporalem: qui autem non cogitur ad minus malum, vt vi et maius, pertinax est.

2. Differunt quoad æstimationem periculi: constans enim non nisi ex forti æstimatione cogitur, inconstans vero etiam ex leui.

†3. Concl. De ratione constantis est, non quod sit intrepidus, & omnino nõ timeat; sed quod tunc non timeat, quando non oportet, & vbi, &c.

4. Concl. Peccata sunt maxima malorum; vnde ad illa nunquam constans cogitur; sed ad quædam damna temporalia, quæ sunt minora alijs, vt vitet maiora.

5. Concl. Etsi infamia sit maius damnum, quã damnum corporale: tamen quia de facili reparari potest, ideo eius metus non reputatur cadere in constantem virum.

6. Concl. Constans non cogitur ad mentiendum, cum ex metu promittit; quia vult dare: sed tamen vult postea petere restitutionem, vel saltem iudicialiter illatã denunciare: nec potest cogi, ne faciat, quia est contra iustitiam.

Artic. 3. Vtrum consensus coactus tollat matrimonium.

1. Concl. Talis coactio, quæ cadit in constantem virum, tollit matrimonium, & non alia.

1. Ita accepimus in Decret. l. 4. tit. 1. cap. 1.

2. Matrimonium significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ fit per liberum consensum. Ergo

3. Contractus matrimonij debet esse per

ad meritū eadem in constantem virum, stellis perpetuitatem conferentes; quia constans potest petere restitutionem in integrum. Ergo.

2. Concl. Non est verum, quod si adsit consensus licet coactus sit matrimonium quoad Deum, sed non quoad ecclesiam, quæ præsupponit ibi non fuisse consensum propter metum.

Quæ ecclesia non præsumit peccatum quousque non probetur: & ita non iudicat illum non consensisse, sed quod consensus ille exterius, non est sufficiens ad matrimonium.

3. Concl. lib. 3. Eth. cap. 4. Constans vir iudicatur virtuosus, qui ex Arist. est mensura in omnibus operibus humanis.

4. Concl. Intentio non est causa sufficiens sacramēti baptismi; ideo licet coacta, non tollit baptismum: at consensus est sufficiens causa matrimonij.

5. Concl. Et si violentum mistum habeat aliquid de voluntario: tamen non sufficit ad matrimonium, quod requirit completum consensum

6. Concl. Quamuis fugere debeamus speciem mali, quam habet non seruare promissum ex coactione: tamen non semper consulendum est cuiq; vt in matrimonio stet, in tali casu, & maxime cum esset periculū de dissolutione.

Art. 4. Vtrum consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium.

1. Concl. Consensus coactus non facit matrimoniū ex parte cogentis

1. *Matrimonium est relatio æquiparantiæ. Sed hæc est æqualiter in vtroque. Ergo si est impedimentum ex vna parte, non erit matrimonium ex altera.*

2. *Cum matrimonium sit relatio, quæ non invenitur in vno extremo, sine hoc, quod sit in alio, idest, quod impedit ipsum in vno, eo ipso impedit aliquam ne possit esse vir quis sit vxor non vxoris, & contra vt non possit esse mater sine filio, vnde dicitur, matrimonium non claudicat*

†2. Concl. Licet actus amantis possit transire in non amantem: tamen vtro inter ipsos non potest esse vera matrimonia amatio: Idē dicta proposito.

3. Concl. Ex consensu coactus illius, qui primo coactus fuit, non fit matrimonium, si postea cōsentiant, nisi prout consensus præcedens in alterio adhuc manet in sua vi: alias si dissentiret non fieret matrimonium.

Art. 5. Vtrum per consensum conditionatum fiat matrimonium.

1. Concl. Matrimonium potest fieri per consensum conditionatum

Quia est quidam contractus. At alij contractus valent si fiant sub conditione. Ergo,

Conditio appellata aut est de præsenti, & non contraria matrimonio, & tunc siue honesta, siue inhonesta sit stat matrimonium stante conditione: & ea non stante non stat: si contraria matrimonio siue honesta aut est de futuro, & necessaria, & tunc matrimonium non est: aut contingens, & tunc idem est ac si esset consensus per verba de præsenti: quo patet ad obiecta, quæ probant primo loco est dictum.

Art. 6. Vtrum aliquis præcepto patris possit impelli ad matrimonium contrahendum.

1. C. Pater non potest cogere filium ad matrimonium per præceptum.

1. *Patre imperante matrimonium, filius potest religionem ingredi Ergo.*

2. *Si teneretur obedire; sponsalia per parentes contracta, absque filiorum consensu essent firma; quod est contra iura.*

3. *Quia est libera conditionis. At in matrimonio est seruitus quædam Ergo. &c.*

2. Conc. Pater ex rationabili causa potest filium ad matrimonium inducere.

3. Concl. Et tunc, vt se habet filius ad causam illam, ita se habet ad præceptum patris vt scilicet si causa cogat de necessitate, vel de honestate, & præceptum patris similiter alias non.

† 4. Co Concl. 3. Illud Pauli, *Filij obedite parentibus*, non intelligitur in his, in quibus est libertas filij; vt est in matrimonio.

5. Concl. Iacob tenebatur ad seruandum præceptum patris de non ducenda vxore de filiabus Chanaam, ob necessarias causas

6 Concl. Parentes promittunt, & iurant pro filijs: sed tamen semper subintelligitur conditio, si eis placuerit.

7. Concl. Non est simile de matrimonio spirituali, id est, de regimine alicuius ecclesiæ ad quod suscipiendum Papa potest aliquem cogere, & de corporali: quia ibi non est corporalis quædam seruitus, vt in illo.

Quæstio 48. De obiecto consensus.

Artic. 1. Vtrum consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.

1. Concl. CONsensus, qui matrimonium facit, est consensus in matrimonium, id est, in associationē viri, & mulieris, quæ coniugalis copula dicitur, inordine ad copulā carnalem, & ad alia quæ ad virum, & vxorem pertinent secūdum quod eis datur potestas in inuicem

respectu

respectu carnalis copulæ: quia effectus proprioprius voluntatis est ipsum volitum. Vnde vt copula carnalis se habet ad matrimonium, ita cõsensus qui matrimonium causat, est in copulam carnalem.

2. Concl. Consensus qui facit matrimonium, non est in carnalem copulam explicite.

1. Ioan. Euang. post nuptialem consensum fuit virgo mente, & corpore, At non fuisset si consensus qui facit matrimonium esset explicite in copulam carnalem.

2 Consensus est causa matrimonij, de cuius essentia non est carnalis copula, quia hæc se habet consequenter ad matrimonium. Ergo.

3. Concl. Consentire in matrimonium est consentire in carnalem copulam implicite.

Quia potestas in quam consentitur, est causa carnalis copulæ sicut potestas tendere sua, est causa vsus. vnde in illa continetur, vt effectus in causa.

4. Concl. Consensus matrimonij ideo est damnabilis post votum virginitatis; quia datur potestas ad id, quod non licet, non quod necessario includat carnalem copulam.

5. Conc. Inter fratrem, & sororem non potest esse consensus matrimonij: non quod necessario includat carnalem copulam sed quia inter eos non potest esse potestas non ad carnalem copulam; sicut nec ipsa copula non sic in alijs

6. Concl. Illa conditio, Consentio in te dummodo non cognoscas me, contrariatur matrimonio, quia non solum excludit actum sed etiã potestatem.

7. Concl. Matrimonium initiatum respondet consummato, sicut habitus, & potestas actui, qui est operatio.

Art. 2. *Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam.*

Concl. Causa finalis ad quam per se ordinatur matrimonium semper est bona, scilicet procreatio filiorum, & vitatio fornicationis.

Concl. Causæ per accidens, quas ipsi contrahentes intendunt, possunt esse infinitæ, & honestæ, & inhonestæ.

Concl. Consensus in matrimonium ob causam inhonestam non tollit matrimonium.

1. A simili de baptismo vbi intentio mala, puta, lucrandi, non tollit sacramentum.

ofen. d. 28. *2 Ex multis exemplis, & auctoritatibus, quas affert Magister.*

3. Quod ex matrimonio intendatur, sequitur matrimonium, & prolis non vitandæ affectio: sed contra Ergo

4. Concl. Matrimonium non debet fieri nisi propter causam; ad quam a Deo ordinatum est, principaliter: sed secundario fieri propter alias causas, non conuenit

5. Concl. Coniunctio potest accipi, vel pro ipsa relatione, quæ est matrimonium, & hæc est a Deo, & est semper bona: vel pro actu eorum, qui coniungitur, & sic potest esse mala, quo modo non est a Deo.

6. Concl. Intentio ecclesiæ, qua intendit sacramentum, est necessaria; sed illa qua intendit vtilitatem sacramenti, est tãtum ad bene esse: qua non seruata, adhuc est sacramentum.

7. Concl. Finis iste malus non est matrimonij, sed contrahentium: vnde non est malum matrimonium.

8. Concl. Vnio est signum cõiunctionis Christi ad ecclesiam, quæ nunquam est mala, licet operatio vitiorum sit mala.

Quæstio 49 De bonis matrimonij.

Artic. 1. Vtrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium.

2. Concl. MAtrimonium debet habere aliqua bona, quæ ipsum excusent, & honestum reddant.

1. Vbi est indulgentia, ibi debet esse excusationis ratio. Ad matrimonium concedatur in statu infirmitatis secundum indulgentiam ex Paulo. Ergo.

1. Cor. 7. *2 Cõcubitus fornicarius & matrimonialis sunt eiusdem speciei, saltem secundam speciem naturæ. Sed ille est malus, hic bonus. Ergo propter aliquam honestatem. Ergo.*

3. Electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensationem ordinetur & honestetur; quia Sapiens non facit iacturam boni, nisi propter recompensam æqualis, aut maioris boni. At in hac coniunctione est rationis iactura; tum propter delectationem, quæ ratio absorbetur: tum propter tribulationem carnis ex solicitudine temporalium. Ergo est ordinata per compensationem aliquorum, quibus honestetur, quæ sunt bona matrimonij. Arist. 7. Eth. c. 11. 1. Cor. 7.

† 2. Concl. Ad excusandum actum nutritiuæ virtutis, in qua non est tam vehemens delectatio, quę rationem absorbeat, non est opus aliquo bono, vt ad excusandum hunc actum generatiuæ, cum vis generatiua sit corrupta per peccatum orig. & ad illum actum non fuit opus maxima delectatione cũ pertineat ad conseruationẽ individui, & qa sufficit sensus ipsius defectus, sicut ad actum generatiuæ, qua subuenitur speciei.

3. Concl. Bona, quæ matrimonium honestant, non

sunt

sunt extrinseca, sed de ratione matrimonij, quæ secundum se ei competunt.

4. Concl. Matrimonium ex eo, quod est in officium, & remedium, non indiget excusatione.

Quia sic habet rationem vtilis, & honesti, & hoc quia huiusmodi bona habet, vt scilicet sit in officium, & remedium concupiscentiæ.

3. Concl. Matrimonium honestatur virtute, sed tanquam principio electiuo: his vero bonis tanquam formalibus principijs: ita enim se habent bona ad matrimonium, vt circumstantiæ ad actus virtutis.

Art. 2. Vtrum bona matrimonij sufficienter assignentur.

2. Concl. Sufficienter assignantur bona matrimonij, scil. Fides, proles, & sacramentum.

Aug. de Genes. ad lit. lib. 9 c. 7 *Nam, aut consideratur, vt officium naturæ; & sic duobus ordinatur, vt quilibet actus virtutis: ad eum ex parte agentis, scilicet intentione finis debitus; vnde proles: alterum ex parte actus, qui est bonus, quia cadit in bonam materiam; vnde fides, qua homo adhæret: aut consideratur vt sacramentum; & sic habet aliam bonitatem significatam hoc nomine, sacramentum.*

†2. Concl. Sub bono prolis, intelligitur etiam educatio, & tota communicatio operum, quæ est inter virum, & vxorem, vt sunt tales.

3. Concl. Fides, nõ sumitur hic vt est virtus theologica, sed vt pars iustitiæ, qua stamus promissis, quo implicatur redditio debiti, & vt neuter ad alium horum accedat.

4. Concl. Vnitas, quam requirit matrimonium propter significationem, continetur sub fide: indiuisio autem sub sacramento.

5. Concl. Fides hoc loco, nõ est tota quædam virtus, sed conditio virtutis, quæ pars iustitiæ dicitur. & ideo non sufficit sola.

6. Concl. Matrimonium non quia vtile est, ideo honestum: sed sicut debitus vsus boni vtilis, accipit rationem honesti, ex ratione, quæ rectum vsum facit; sic ordinatio in bonum vtile potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitam ordinationem facientis: vnde matrimonium, prout ad prolem ordinatur, est vtile, honestum vero vt debite ordinatur.

7. Concl. Sacramentum hic non sumitur pro ipso matrimonio, sed pro indissolubilitate ipsius: vnde non sequitur quod sacramentum ponatur inter proprietates sui ipsius.

Art. 3. Vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij.

1. Concl. Sacramentum, est principalius ratione dignitatis inter bona matrimonij.

1. Indiuisio, quæ pertinet ad sacramentum ponitur in definitione matrimonij, non autem fides, & proles. Ergo.

2. Sacramentum pertinet ad matrimonium, vt est ex institutione diuina, fides autem, & proles, vt est officium naturæ. Ergo.

2. Concl. Si illud dicatur principalius, quod est essentialius; tunc si fides & proles considerentur in seipsis, pertinent ad vsum matrimonij, & 27 q. 2. can. 45 sæpe matrimonium inuenitur sine his, adhuc sacramentum erit principalius, cum dicat inseparabilitatem sine qua nunquam matrimonium inuenitur.

3. Concl. Si fides, & proles considerentur, vt sunt in suis principijs; vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide, debitum seruandi fidē, quę sunt de essentia matrimonij, sic proles est essential: simum in matrimonio, secundo fides, & tertio sacramentum: sicut homini essentialius est esse naturæ, quam gratiæ, licet hoc sit dignius.

†4. Concl. Licet finis sit principalius in intentione, est tamē vltimum in re & ideo proles secundum quid, est præstantius.

5. Concl. Sacramentum non solum ratione sui generis cõuenit matrimonio, quod est sacramenti species, sed etiam ratione differentiæ, vt est tertium bonum matrimonij ex significatione huius rei sacræ determinatæ, quam matrimonium significat.

6. Concl. Etsi cõsensus qui est causa matrimonij sæpe mutetur, non tamen sequitur vt matrimonium, quod est eius effectus, sit dissolubile; *Aug. lib. de bono conjug. c. 24.* quia in hac vita separari non potest: sed per mortem, siue corporalem, post carnalem cõiunctionem, siue spiritualem, post spiritualem tantum.

7. Concl. Quamuis consensus, qui est causa matrimonij non sit semper materialiter; est tamen semper formaliter: quia eius obiectum est inseparabile.

8. Concl. Non quod matrim. non habeat effectum perpetuum, non imprimit characterem, sed quia in eo non datur potestas ad actus spirituales, sed corporales.

Art. 4. Vtrum actus matrimonij excusetur per bona predicta.

1. Concl. Aliquis actus dupliciter excusatur: primo ex parte facientis, ita vt ei non imputetur

ad culpam, etiam si sit malus, vel saltem, non in tantam culpam, & sic per ignorantiam: secundo ex parte sui, ita scilicet vt non sit malus: & hoc modo prædicta bona excusant actum matrimonij. Ex eodem enim habet actus, quod non sit malus in genere moris, & quod sit bonus: cum non detur actus indifferens.

2. Concl. Dicitur aliquis actus humanus bonus, vel bonitate virtutis, & id habet ex his, q̃ ipsum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonij, fides, & proles: vel bonitate sacramenti, secundum quod non solum actus est bonus, sed etiam sanctus dicitur; & hanc bonitatem actus matrimonij habet ex indiuisibilitate cõiunctionis secundum quam significat vnionem Christi ad Ecclesiam.

1. Concl. Dicta bona excusant sufficienter actum matrimonij.

1. Patet ex dictis.

2. Quia concubitus coniugalis non differt à fornicatione, nisi per hæc bona.

3. Illa bona se habent, vt est dictum ad actum matrimonij, vt certum fiantia debita. Ergo possunt illum excusare.

† 4. Concl. Per matrimonij actum non incurrit homo damnum rationis, quantum ad habitum, sed quantum ad actum, quod non est inconueniens, &c.

5. Concl. Malum quod inseparabiliter concomitatur concubitum, non est malum culpæ, sed pœnæ; ideo potest per circumstantias bonas effici bonum.

6. Concl. Superabundantia passionis, quæ facit vitium, non attenditur secundum quantitatem ipsius ad intensionem, sed secundum proportionem ad rationem: delectatio autem, quæ est in actu matrimonij non excedit limites rationis.

7. Concl. Erubescentia, quæ est in actu matrimonij non est turpitudo, quæ sit culpa, sed pœna.

Art 5. Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij.

1. Concl. Actus matrimonialis excusari non potest sine bonis matrimonij.

1. Hui[us]modi bona sunt causa honestatis ipsius. At remota causa, removentur effectus. Ergo.

2. Quia ablatio hui[us] boni non differt ipse actus ab actu fornicario.

3. Sicuti hæc bona, prout sunt in habitu, faciunt matrimonium honestum, & sanctum; ita prout sunt in actu ab intentione; faciunt actũ matrimonij honestum. Ergo sine his non potest excusari.

Tertium bonum matrimonij facit ipsum matrimonium honestum, non autem ipsius actum. 2. Concl.

Quia non pertinet ad ipsum, sed ad essentiam ipsius: vnde non fit quod actus sit bonus, quia ad aliquid significandum coniuges conueniunt.

3. Concl. Duobus modis coniuges sine peccato conueniunt; scilicet causa procreandæ prolis, & debiti reddendi: alias semper peccant saltem venialiter.

† 4. Concl. Actus matrimonij, vt est motus naturæ tantum, est actus imperfectus: quia ipsa intendit tantum prolem, vt saluetur species; sed matrimonio, vt est sacramentum additur vltra, vt proles ordinetur in Deum: vnde bonũ prolis debet per intentionẽ referri in bonum sacramenti: alias staretur in creatura, quod non est sine peccato.

5. Concl. Si alter per actum intendit vitare fornicationem in coniuge, non peccat; quia est quædam redditio debiti: si vitare in se, est peccatum veniale; quia ibi est aliqua infinitas: nec matrimonium est ad hoc institutum, nisi propter indulgentiam, quæ est de venialibus.

6. Concl. Est quidem vxor res viri, sed non quiuis rei suæ vsus est bonus, nisi adsint omnes circumstantiæ.

7. Concl. Etsi intentio sanitatis ex se sit bona; efficitur tamen mala, cum quæritur per ea, quæ ad sanitatem non sunt ordinata, cuiusmodi est actus matrimonij: ideo ista intentio non excusat sine bonis matrimonij.

Art. 6. Vtrum cognoscens vxorem, non intendens aliquod bonum matrimonij, sed tantum delectationem, mortaliter peccet.

1. Concl. Errant qui dicunt, delectationem in hoc actu quærere, esse peccatum mortale, & oblatam acceptare esse veniale, & eam odisse esse perfectionis.

1. Quia ex Aristot. idem est iudicium de delectatione, & operatione: nam delectatio operationis bona, est bona, & mala, mala. Ergo cum actus matrimonij non sit ex se malus, delectationem in eo quærere non erit semper peccatum mortale. lib. 10. Eth. cap. 3.

2. Quia Augustin. talem concubitum reponit inter peccata quotidiana, cuiusmodi non sunt mortalia. Serm. de bono nuptiarum

3. Quia datur cibo ad delectationem tantum, nõ peccat mortaliter. Ergo nec qui vxore, &c.

2. Concl. Si delectatio quæratur vltra honestatem, scilicet cum quis ita vtitur sua, vt paratus esset idem

face-

facere. si non esset sua, est peccatum mortale: Et is dicitur ardentior amator vxoris.

3. Concl. Si delectatio quæratur intra limites matrimonij, sc. vt non quæratur in alia, quam in coniuge, est peccatum veniale.

† 4. Concl. Voluptates, quæ de meretricibus capiuntur, damnantur in coniugea Hieron. quando nihil aliud vir in vxore attendit, quam quod in meretrice.

5. Concl. Consensus in delectationem concubitus, qui est peccatum mortale, est quidem mortale; sed non sic in hoc casu.

6. Concl. Licet in tali casu homo actu non vtatur creatura propter Deum, sed propter se, tamen habitualiter vtitur propter Deum, & hoc sufficit, vt non sit fruitio.

7. Concl. Ex Greg. Quia ita vtitur coniuge arcetur ab introitu Ecclesiæ, non quod excommunicationem mereatur, sed quia est spiritualibus inhabilis. cum in illo actu efficiatur totus caro.

Quæstio 50. De impedimentis matrimonij, in generali.

Art. 1. Vtrum matrimonio conuenienter impedimenta assignentur,

8. Concl. CONuenienter matrimonio impedimenta assignantur. Quorum quædam sunt ad solemnitatem, quæ impediunt cõtrahendum, sed non dirimunt contractum, & his etiam nõ adhibitis restat matrimonium: vnde versus: *Ecclesia vetitum nec non tempus feriatum impedit sponsum fieri permittunt nuncia teneri.* Quædam sunt contra ea, quæ sunt de essentia, quæ etiam dirimunt contractum, & sunt: *Error, conditio, votum, cognatio, crimen: Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen honestas: Si sit affinis si forte coire nequibis. Hæc iocanda vetant connubia, facta retractant.*

Nam matrimonium, vel consideratur ex parte contractus, in quo debet esse liber consensus, & tunc error est impedimento ex parte ignorantia, & coactio, sine vis: vel ex parte contrahentium, & tunc, vel simpliciter, vel respectu alicuius personæ: si primum, quia impeditur à matrimoniali actu, & hoc vel primo, quia omnino non potest, vnde impotentia coeundi; vel quia libere non potest, vnde seruitus; vel secundo, quia licite non potest, cum sit obligatus ad continentiam, & hoc, vel ex officio suscepto, vnde ordo. Vel ex voto, vnde votum. Si secundum, vel quia est iam coniux in matrimonio, vnde ligamen; vel quia deest proportio, & hoc, aut propter nimiam distantiam, vnde disparitas cultus; aut propter nimiam propinquitatem, vnde cognatio, & si sit affinis, honestas: Vel postremo, ob inhabitam concommunitionem ad ipsam primo factam, & sic adulterium.

2. Concl. Etiam alia sacramenta possunt impediri, sed magis matrimonium.

1. Quia consistit inter duos.

2. Quia habet causam in natura, & in Deo.

3. Quia de aliis est præceptum, vel consilium, de hoc autem indulgentia tanquam de minore bono, propterea tot assignantur impedimenta, vt detur occasio proficiendi in melius.

3. Concl. Matrimonium pluribus impeditur, licet sit minus imperfectum: quia plura requirit.

4. Concl. Et quamuis sit remedium contra concupiscentiam, quæ est in omnibus, non tamen conceditur omnibus, cum adsint plura remedia.

5. Concl. Vt est officium naturæ, est de lege naturæ: vt est sacramentum de lege diuina: vt officium communitatis, de lege ciuili, ideo tot habet impedimenta, quia ex quauis parte potest impediri.

6. Concl. Inter legitimũ & illegitimum: cum non sint contraria negatiue, potest dari medium: quare dantur personæ mediæ.

7. Concl. Quæ tantum impediunt contrahendum, nõ impediunt, vt fieri non possit, sed vt legitime non fiat, quod tamen si fiat, erit firmum.

8. Concl. Quæ dirimunt contractum, sic dicuntur, non quod verum matrimonium possit dirimi, sed dirimunt illa, quæ non sunt de iure facta sed contracta de facto.

9. Concl. Impedimenta per accidens alicuius boni, possunt esse infinita: at hæc sunt impedimenta per se.

10. Concl. Condit ones particularium in singulari sunt quidem infinitæ, sed in generali possunt reduci ad numerum, vt patet in omnibus aliis.

Quæstio 51. De impedimento erroris.

Art. 1. Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij.

1. Concl. De inuisd. omn. iud. l. si per errorem. ERror de iure naturali habet, quod euacuet matrimonium.

1. In Digest, habetur, quod error est contrarius consensus. Ergo.

2. Quia impedit voluntarium.

3. Quia impedit cognitionem, quæ necessario præcedit voluntatem a qua proficiscitur consensus, qui est causa matrimonij: At causa sublata tollitur effectus, Ergo.

† 2. Concl. Ponitur error, & non ignorantia, tanquam

causa proxima, quia quantum ad impediendū voluntarium, non differunt: & etiam, quia ignorantia non impedit sine errore.

3. Concl. Licet error secundum se non contrarietur matrimonio: contrariatur tamen quantum ad causam suam.

4. Concl. Error in bapt smo. cum quis baptizat vnum pro alio, non impedit: quia character ibi non imprimitur ex intentione agentis: aut consensus matrimonium efficit.

5. Concl. Matrimonium inter Laam & Iacob, non fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore longæ, sed ex consensu qui postmodum accessit.

Art. 2. Vtrum omnis error matrimonium impediat.

1. Concl. Vt error ex eo quod causat inuoluntarium, excusat a peccato, ita impedit matrimonium. nec omnis error excusat, nisi sit illius circumstantiæ, cuius appositio, vel remotio facit differentiam licui: & nil citra in actu. Vnde error qui matrimonium impedit, debet esse alicuius eorum, quæ sunt de essentia matrimonij.

2. Concl. Solum duo errores impediunt matrimonium. Error personæ, & conditionis. Quia matrimonium includit duo, scil. personas contrahentes, & mutuam potestatem inter se in q a matrimonium consistit: primum tollitur per errorem personæ, alterum per errorem conditionis: quia seruus non potest corporis potestatem libere alteri tradere.

†3. Concl. Error non habet ex natura generis, vt matrimonium impediat, sed ex differentia adiuncta, vt dictum est.

4. Concl. Error infidelitatis de matrimonio, non impedit matrimonium, cum sit circa ea, quæ matrimonium consequuntur: vt an sit sacramentum, an sit licitum, & cæt.

5. Concl. Non quælibet ignorantia causat inuoluntarium, quod excusat peccatum: vnde sumitur falsum in argumento.

6. Concl. Diuersitas qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium.

Quia non tollat, quæ sunt de eius essentia, vt conditio seruitutis.

7. Concl. Error nobilitatis, vel dignitatis, ex se, non impedit matrimonium, nisi cum redundat in errorem personæ. Quare, si consensus mulieris feratur in personam directe, nobilitas nihil impedit: at si feratur in finem, exem. gra. regis, si alia persona proponatur, est error personæ.

8 Concl. Alia impedimenta, vt disparitas cultus, &c. hic non numerantur quia impediunt matrimonium, siue cum errore, siue absque errore adsint.

9. Concl. Pecunia in contractibus accipitur pro mensura aliarum rerum, non quasi per se quæsita: vnde si detur pro auro argentum, dummodo sit æquiualens, non obstat, sed error in re quæsita impedit contractum: vt si pro boue asinus detur: sic in matrimonio.

10. Concl. Dum adest error nunquam est matrimonium, etiamsi quis diu vixerit cum aliqua, nisi de nouo consentire velit.

11. Concl. Mulier si prius non consenserat in fratrem, eius, quem per errorem accepit, potest eum retinere, nec potest ad fratrem redire, præcipue, si sit cognita carnaliter: sed si consenserat primum in fratrem per verba de præsenti, potest hunc relinquere, & ad fratrem redire, & ignorantia facti excusat.

Quia frater alterius non debet ei praindicare.

Quæstio 52. De impedimento conditionis.

Art. 1. Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium.

1. Concl. Conditio seruitutis ignorata, impedit matrimonium, non autem seruitus scita.

1. Error conditionis, vt habetur in decret. impedit contrahendum, & dirimit contractum matrimonium.

Lib. 4. tit. 9. cap. 2.

2. Quia sunt contraria, cum seruitus sit de fugiendis, & matrimonium, de se expetendis, vt honestatem habet.

3. Sicuti impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, ita conditio seruitutis, cum in matrimonio, quilibet obligatur alteri ad reddendum debitum, quod libere non potest seruus.

†2. Concl. Seruitus contrariatur matrimonio quod ad actum, & bonum prolis, quæ inferioris conditionis efficitur: & quia quilibet potest pati detrimentum in eo quod sibi debetur, si vult, ideo seruitus non ignorata, non impedit: & quia nemo potest ab alio plus requirere, quam possit reddere, ideo seruus contrahens cum ancilla, quam putat liberam, vere contrahit.

3 Concl. Seruitus quæ est pœna peccati, est quidem contra naturam, quantum ad primam intentionem ipsius, sed non quantum ad secundum. quæ est, vt ex peccato quicunque detur pœna: nec etiam est inconueniens, vt matrimonium quod est naturale, impediatur per impotentiam libere coeundi, quæ est contra naturam [illegible]

4. Concl. Seruitus est quædam pœna, quæ [illegible]

[illegible] tuali

turali proficiscitur, & à iure positiuo determinatur, ex quo etiam habet, vt ignorata, impediat matrimonium, ne quis sine culpa puniatur, cum sit pœna, vxorem habere virum seruum, & contra.

5. Concl. Scientia, vel ignorantia, nihil facit in illis impedimentis, quæ faciunt matrimonium illicitum ex lege: vt votum, consanguinitas, &c. sed in illis quæ illud faciunt inefficax ad soluuonem debiti.

6. Concl. Libertas non impedit matrimonij actum: vnde etiam ignorata non impedit matrimonium, vt seruitus.

7. Concl. Lepra non ponitur impedimentum. vt seruitus: quia non impedit primum actum matrimonij, cum leprosi possint reddere debitum.

Art. 2. Vtrum seruus matrimonium contrahere possit sine consensu domini.

1. Concl. Seruus matrimonium contrahere potest, etiam domino nesciente, aut contradicente.

Gal. 3. *1. Quia in Christo Iesu, non est seruus, neque liber.*

2. Ius positiuum; de quo iure est seruitus, non præiudicat iuri naturali, & diuino, de quo est matrimonium.

Lib. 4 dett. tit. 9. c. 1. *3. Sicut appetitus naturæ est ad operationem eudimidiæ, ita ad conseruationem speciei per generationem, vnde sicuis seruus non subditur domino, quin libere possit comedere, & cætera necessaria ad sui conseruationem præstare, ita non subditur, quin possit matrimonium contrahere, quod ad conseruationem speciei pertinet.*

† 2. Concl. Seruus est res domini quantum ad eatantum quæ naturalibus superadduntur: vnde quâtum ad ea, quæ ad actus naturales pertinent, potest sui corporis potestatem alteri per matrimonium præbere

3. Concl. Seruus domino præcipienti ne in matrimonium consentiat, non tenentur obedire cum id licite præcipere non possit.

4. Concl. Si seruus volente domino matrimonium contraxit, cum vxor petit debitum, & dominus aliquid præcipit, debet prius reddere debitum: si eo ignorante, aut contradicente, tenetur prius obedire, quando tamen periculum non immineat de vxoris castitate: sed in tali casu considerandæ sunt particularia: vt quantum interfit tunc obedire, ex quorum consideratione videbitur quid potius faciendum sit.

5. Concl. Dominus cogendus est ne seruum ita vendat, quod faciat onera matrimonij grauiora, præsertim, cum non desit facultas aliter vendendi iusto pretio.

6. Conc. Seruus non potest ingredi religionem sine consensu domini.

Quia vel grauat ad totum tempus, non sit matrimonium.

Art. 3. Vtrum seruitus matrimonio possit superuenire.

1. Concl. Seruitus matrimonio potest superuenire.

1. Quia vir, cum sit liber, potest dare eius ius alteri

2. Potest seruus, nolente domino, vxorem ducere. Ergo poterit quis est liber, se domino subijcere nolente vxore.

3 Quia vir subditur vxori tantum in his, quæ ad actum naturæ pertinent. Ergo poterit se domino subijcere in his, quæ super addita sunt.

2. Concl. Non tamen ex hoc dissoluitur matrimonium, quia nihil superueniens matrimonium dissoluere potest.

† 3. Concl. Vxori nihil præiudicatur, quia vir tenetur ad reddendum debitum petenti, & ad omnia, quæ matrimonium requirit: vnde si fiat seruus in fraudem matrimonij, fraus ei nocet, cum amittat libertatem.

4. Concl. Prout seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti præiudicat: quia tunc seruus tenetur debitum reddere vxori, etiam nolente domino.

5. Concl. Licet vir & mulier sint pares in his quæ ad naturam spectant, tamen quantum ad dispensationem domus, & aliorum, vir est caput mulieris: quare vxor nolente viro: non potest seruum ancillam dare.

6. Concl. Etsi seruitus ignorata ante matrimonium impediat contrahendum, & dirimat contractum, tamen si post contractum aduenit, non dissoluit, quia: in perpetuis præcipue, multa possunt impedire, ne aliquid fiat, quæ tamen, si factum illud sit, nequeunt dissoluere.

Art. 4. Vtrum filij debeant sequi conditionem patris.

1. Concl. Secundum leges ciuiles, partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter.

1. Qui seminat in terra aliena, fructus sunt illius cuius est terra. At huiusmodi est venter ministrans rei passiuæ semina viri. Ergo

2. Quia in alijs animalibus, quæ ex diuersis speciebus nascuntur, partus magis sequitur matrem, quam patrem: vnde muli qui nascuntur ex equa & asino, magis assimilantur equabus.

3. Seruitus est corporalis conditio. At corporalem substantiam partus habet à matre, à patre vero tantum formale. Ergo debet sequi matrem in libertate.

Quia in sacris ordinibus constituti sacra tractant, & sacramenta tractantes Ergo decens est, &c.

2. Concl. lib 3. sen. 3. c. 1. Sacer ordo ex constitutione Ecclesiæ habet quod impediat matrimonium.

1. *Ex decreto vbi hoc determinatur.*

2. *Qui vouet continentiam non potest matrimonium contrahere. Sed quidam ordines habent votum annexum. Ergo.*

3. Concl. Aput Græcos, ex sua vi tantum sacer ordo impedit; at apud Latinos etiam ex voto continentiæ annexo: quod emittitur ex sola susceptione ordinis, etiamsi non intercedant verba.

4. Concl. Apud Græcos non impeditur vsus matrimonij prius contracti, at apud Latinos maxime nisi quis ignorante, aut contradicente vxore ordinem sacrum suscipiat: quia non debet ex hoc ei præiudicium generari.

†5. Concl. Etsi matrimonium non contrarietur ordini, vt est sacramentum, tamen habet quandam repugnantiam ratione actus sui, qui spirituales actus impedit.

6. Concl. Illis, qui sunt sacris initiati non congruit significare coniunctionem Christi cum Ecclesia per matrimonium; quia significant Christum nobilioribus actibus.

7. Concl. Minores ordines non impediunt matrimonium.

Quia non dant immediatum accessum ad sacra tractanda, vt maiores.

8. Concl. Vt seruetur maior honestas in officijs Ecclesiæ, beneficia Ecclesiastica à coniugatis auffe rũtur: quia quisque ex beneficio Ecclesiastico tenetur ad executionẽ ordinis & ita nõ omnes ordinati gaudent priuilegio clericali vnde patet ad vltimum.

Art. 4. Vtrum ordo sacer matrimonio possit superuenire.

1. Concl. Matrimonium non impedit ordinis sacri susceptionem.

lib. 3. decr. tit. 32. c. 9 1. *Defuncta, vel consentiente vxore potest maritus ingredi religionem. Ergo & ordinem suscipere.*

2. *Post matrimonium potest quis fieri seruus hominum, Ergo, & seruus Dei per susceptionem ordinis.*

2. Concl. Sacer ordo nunquã impeditur per matrimonium, sed si quis eum suscipit reclamente vxore habebit ordinem, sed non executionem, si autem consentiẽte, aut defuncta habebit vtrunque.

3. Concl. Vinculum ordinis non soluit matrimoniũ, nisi ex parte actus, quia ordinatus non potest petere debitum, & si petat vxor non tenetur reddere: tenetur tamen ipse reddere, si ea reclamante ordinem suscepit.

4. Concl. Vxor non tenetur continentiam vouere, si ea nesciente vir ordinem sacrum susceperit: si ea consentiente tenetur perpetuam continentiam vouere, non tamen religionem intrare: nisi timeat periculum castitatis.

5. Concl. Nec etiam Græci debent ad ordines accedere sine consensu vxorum: quia saltem tempore ministerij fraudarentur vxores debita reddditione.

6. Concl. Mulier apud Græcos ex eo quod consentit, vt vir ordinem suscipiat, obligat se, vt in pertuo alteri non nubat; quia alias significatio matrimonij non seruaretur. quæ matrimonio sacedotis præcipue requiritur, secus, si ea nesciente aut reclamante.

7. Concl. Matrimonium pro causa habet consensum nostrum; vnde potest impediri ex ordine præcepti, vt nõ sit verum matrimonium ordo autem habet causam sacramentalem à Deo determinatam, & ideo impediri non potest, cum causa sit immutabilis.

Quæstio 54 De impedimento consanguinitatis

Art. 1. Vtrum definitio consanguinitatis sit competens.

1. Concl. COnuenienter consanguinitas sic definitur Consanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contracti m

Quia omnis amicitia in aliqua communicatione consistit, ideo sicut amicitia dicitur ligatio, sic & ista communicatio qua est amicitiæ causa, vinculum nominatur; quare ob communicationes aliqui dicuntur inuicem ligari; & consanguinei, consimiliones, & cæt. & eodem modo qui conueniunt in communicatione naturali dicentur consanguinei, ideo in definitione ponitur consanguinitatis genus, vinculum: quasi subiectum personæ descendentes ab vno stipite 2. quarum est huiusmodi vinculum: quia principium, carnalis propagatio.

Aristot. l. 8. Eth c 11.

† 2. Concl. Non ideo omnes sumus cõsanguinei quod ab vno Adam descendamus.

Quia virtus primi materiæ in aliquo genere deducta per multa media tandem desinit: virtus ergo individualis generantis, quod non solum mouet ad id, quod est de ratione speciei, sed tamen ad id quod pertinet ad individuum, ratione cuius filius assimilatur patri perfectius est in patre, quam in filio. & minus in nepote; vnde paulatim deficit, & cum ea etiam consanguinitas.

Consan-

Consanguinei, nō solū conueniunt in specie, sed in illa virtute vt dictum est ideo, &c.

Quamuis propagatio fiat ex superfluo alimēti, quod habet maiorem cōuenientiam cū rebus comestis; non tamen quia non nascitur consanguinitas ad cibum commestium, sequitur non nasci ad eum, qui ex superfluo alimenti generatur; quoniam alimentū magis habet conuenientiam cum re, in quam est conuersum, quam cum cibo; quia conuenientia magis attenditur secundum formam, qua quis est in actu quam secundum materiā, quam aliquid est in potentia.

Cum hoc vinculum ex propagatione carnali contrahatur, & quod proxime conuertitur in semen sit sanguis, ideo conuenientius dicitur consanguinitas, quā carnalitas: quod si consanguineus aliquando vocetur caro, ideo fit, quoniam sanguis est potentia caro.

Consanguinitas non inuenitur in alijs animalibus, quia non coniunguntur ad amicitię vnitatem propter propagationem ex vno parente proximo, vt homines.

Art. 2. Vtrum consanguinitas conuenienter distinguatur.

Consanguinitas conuenienter distinguitur.

Nam cum sit quædam propinquitas in naturali communicatione fundata secundum actum generationis, qua natura propagatur, triplex erit differentia communicatio.

1. Secundum habitudinem principij ad principiatum a patre ad filium; vnde linea descendentium.

2. Principiati ad principium, vt filij ad patrem; vnde linea ascendentium: & in his sumuntur gradus, prout vna persona propagatur ex alia; vnde qua primo occurrunt, sunt in primo gradu vt pater & filius: qua secundo occurrunt, in secundo vt auus, & nepos.

3. Communicatio est inter eos, qui sunt ab vno principio, vt fratres inter se; vnde linea transuersalis, in qua gradus computantur per comparationē ad vnum principiū, a quo propagantur: aliter tamen secundum computationem legalem, qua attēditur descensus ex cō. mun radice ex vtraque parte, aliter secundum computationem canonicam, qua tantum ex altera parte; ex illa scilicet in qua maior numerus graduū inuenitur, & sic oportet gradus cū vtrare in maiore distantia: quare duo fratres sunt supra. o gradu; quia tamē distant a cōmuni principio, & filius vnius fratris est in secūdo, cū altero fratre, quia duobus gradibus distat a communi principiat secundum legalem: ideo fratres sunt in secundo, & filij duorum fratrum in quarto.

Gradus propinquitatis non potest esse vbi non est propinquitatis, quia gradus cuiuslibet rei, est aliqua pars illius rei; vnde nimia distantia excludit gradum consanguinitatis, sicuti & identitas; quia nulla persona per se ipsam facit gradum.

Consanguinitas non est collectio, sed relatio quædam personarum ad inuicem: vnde non sequitur quod linea sit consanguinitas, licet sit collectio.

Descensus in communi, non constituit lineam descendentium; sed descensus talis a persona, cuius consanguinitas quæritur.

Linea consanguinitatis non sumitur hic, prout est species quantitatis sed pro his quæ linealiter disponuntur: & sic linea potest cōtinere plures gradus.

Non quælibet distantia consanguitatem tollit, sed ea, quæ consanguinitatis propinquitatem excludit.

Non inconuenit, quod in eodem gradu cō sanguinitatis sit consanguinitas magis intensiue respectu vnius, quam alterius: vt filius est in vno gradu respectu patris, & fratris, & tamen intensiue consanguinitas magis est respectu patris.

Pater & patruus inter se sunt in eodē gradu: sed non respectu illius, cuius consanguinitas quæritur.

Quia pater erit in primo, patruus autem in secundo.

Duæ personæ semper in æquali numero graduum distant ad se inuicem, quamuis nō æquali numero graduum distent a communi principio, vt est dictum.

Art. 3. Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.

In matrimonio est aliquid contra legem naturæ propter hoc, quod matrimoniū redditur incompetēs respectu finis ad quem ordinatur: finis autem per se primarius est bonum prolis, secundarius, & per se, repressio concupiscentiæ; est etiam alius finis per accidens, scilicet cōfederatio, & amicitiæ multiplicatio.

Licet consanguinitas inter parentes non impediat totaliter primum finem, quia pater & filia possent procreare, & educare prolem impediat tamen ne conuenienti modo fiat.

Quia matrimonium iungit vxorem in sociam. At filia per summe debet patri subiecta.

Magis repugnat, vt filius matrem, quam pater filiam in vxorem ducat.

Quæ

Quia vxor viro debet eſſe aliquo modo ſubiecta, quod repugnat reuerentiæ, quæ debetur matri.

4. Concl. De lege naturæ eſt, vt pater & mater, à matrimonio repellantur.

1. Patet ex dictis.

2. Quia hoc habet natura humana à ſua prima inſtitutione. Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, &c.

3. Ex fine ſecundario, quia ſi quamis conſanguinea poſſet ad matrimonium adduci, magnus concupiſcentiæ aditus præberetur, ſi inter perſonas, quæ vna conuerſantur, non eſſet carnalis copula interdicta, Vnde lex diuina alias etiam perſonas conſanguineas à matrimonio excindit.

5. Concl. Propter finem accidentarium, ne impediatur amicitia: & ea per leges humanas alij gradus conſanguinitatis à matrimonio ſeparantur Quare conſanguinitas, quantum ad aliquas perſonas impedit de iure naturæ; quantum ad alias, de iure diuino: quantum ad alias de iure humano.

† 6. Concl. Etſi Eua prodierit ex Adam, non ideo fuit ipſius filia, cum non prodierit per modum, quo homo eſt natus generare ſibi ſimile

7. Concl. Non quod non ſit contra legem naturæ, ſed ex concupiſcentiæ ardore Barbari parentibus; carnaliter commiſceantur.

8. Concl. Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit. Sed non docuit omnia eodem modo; ſed ſecundum eorum conditionem: ideo licet bruta cognoſcant carnaliter matrem, nõ ſic de hominibus: item in illis propagatione carnis non contrahitur conſanguinitas, vt in hominibus.

9. Concl. Quantum ſoluitur ex dictis.

Quæ demonſtratum eſt quomodo conſanguinitas bono matrimonij contrarietur.

10. Concl. Non eſt Conueniens vnam vnionem alteram impedire ſcilicet conſanguinitas vinculum, matrimonij coniunctionem ſicuti vbi eſt identitas, non poteſt eſſe ſimilitudo.

Artic. 4. Vtrum conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerint taxari ab eccleſia.

1. Concl. Conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes, potuerunt ab Eccleſia taxari.

1. Quia præceptum Eccleſiæ habet firmitatem, ſicut præceptum Dei iuxta illud, Qui vos audit, me audit.

Aug. lib 15. de ciu. Dei. *2. Quia olim hoc fecerat per leges ciuiles. Ergo modo poteſt fieri per præceptum Eccleſiæ.*

2. Concl. A principio tantum pater & mater repellebantur, propter paucitatẽ hominum. Poſtea multiplicato genere humano, per legẽ Moyſis ſunt exceptæ omnes perſonæ quæ cohabitabant in vna familia, ne per matrimonium incentiuum libidini præſtaretur: alios conſanguinitatis gradus permiſit: quandoque præcepit, vt de cognatione ſua vnuſquiſque vxorem acciperet.

3. Concl. Licet poſtea conuenienter in noua lege, quæ eſt lex ſpiritus, & amoris, prohibitũ ſit ab Eccleſia vſque ad ſeptimum gradum matrimonium contrahere tum quia vltra hunc gradum de facili non remanebat memoria communis radicis tum propter ſeptem dona Spiritus ſancti; tamen conuenientius poſtmodum ab eadem eccleſia reſtrictum eſt huiuſmodi interdictum vſque ad quartum gradum: quoniã vltra prohibere erat inutile, quia ad remotos conſanguineos non maior amicitia, quã ad extraneos habebatur: ac etiam periculoſum, quia frigeſcente caritate homines non ſatis obſeruabant numeroſam conſanguineorum multitudinem; & ita laqueus damnationis multis injiciebatur.

4. Concl. Conuenienter ad quartum gradum, dicta, prohibitio eſt reſtricta.

1. Quia vſque ad quartum generationem homines vnere conſueuerant; & ſic memoria conſanguinitatis non poteſt abolere.

2. Quia vſque ad tertiam, & quartam generationem peccata parentum in filios ſe viſitaturum comminatur.

† 5. Concl. Falſum eſt quod Deus coniungat eos qui contra præceptum Eccleſiæ intra quartum gradum coniunguntur.

6. Concl. Licet eccleſia non poſſit prohibere, vt accedens ad baptiſmum characterem non recipiat: tamen non eſt ſimile de matrimonio quod cum non ſolum ſit ſacramẽtum ſed etiam officium naturæ, magis ſubjicitur ordinationi Eccleſiæ.

7. Concl. Etſi ſanguinitatis vinculum ſit naturale: tamen non eſt naturale, quod ſanguinitas impediat carnalem copulam, niſi vt dictum eſt: & circa hoc Eccleſia decernit.

8. Concl. Cauſæ, quæ aſſignantur prohibitionis Eccleſiæ, ſunt per modum congruentiæ nõ neceſſitatis, & hoc ſufficit.

9. Concl. Non eſt eadem cauſa gradus conſanguinitatis prohibendi ſecundum diuerſa tempora: vnde quod aliquo tempore vtiliter conceditur, alio tempore ſalubriter prohibetur.

10. Concl. Statutum non imponit modum præteritis ſed futuris: vnde ſi modo prohiberetur quintus gradus qui ſunt in illo contuncti, non eſſent ſeparandi, & ſic de alijs

11. Concl. Ratio prohibitionis in veteri lege fuit co

respectu carnalis copulæ: quia effectus proprius voluntatis est ipsum volitum. Vnde vt copula carnalis se habet ad matrimonium, ita cõsensus qui matrimonium causat, est in copulam carnalem.

1. Concl. Consensus qui facit matrimonium, non est in carnalem copulam explicite.

1. Ioan. Euang. post nuptualem consensum fuit virgo mente, & corpore, At non fuisset si consensum qui facit matrimonium esset explicite in copulam carnalem.

2. Consensus est causa matrimonij, de cuius essentia non est carnalis copula, quia hæc se habet consequenter ad matrimonium. Ergo.

2. Concl. Consentire in matrimonium est consentire in carnalem copulam implicite.

Quia potestas in quam consentitur, est causa carnalis copulæ, sicut potestas vtendi re sua, est causa vsus, vnde in illa continetur, vt effectus in causa.

3. Concl. Consensus matrimonij ideo est damnabilis post votum virginitatis; quia datur potestas ad id, quod non licet, non quod necessario includat carnalem copulam.

Inter fratrem, & sororem non potest esse consensus matrimonij: non quod necessario includat carnalem copulam sed quia inter eos non potest esse potestas non ad carnalem copulam; sicut nec ipsa copula non fit in alijs

6. Concl. Illa conditio, Consentio in te dummodo non cognoscas me, contrariatur matrimonio, quia non solum excludit actum sed etiã potestatem.

7. Concl. Matrimonium initiatum respondet consummato, sicut habitus, & potestas actui, qui est operatio.

Art. 2. Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam.

Causa finalis ad quam per se ordinatur matrimonium semper est bona, scilicet procreatio filiorum, & vitatio fornicationis.

Causæ per accidens, quas ipsi contrahentes intendunt, possunt esse infinitæ, & honestæ, & inhonestæ.

Consensus in matrimonium ob causam inhonestam non tollit matrimonium.

1. 8. Simile de bajulante vbi intentio mala, furta, lucrando, non tollit sacramentum.

2. Ex me hoc exemplis, & auctoritatibus, quas affert Magister.

3. Quod ex matrimonio intenditur, sequitur matrimonium, & prius non vitiantur ab posteriori, sed contra Ergo

4. Concl. Matrimonium non debet fieri nisi propter causam; ad quam a Deo ordinatum est, principaliter: sed secundario fieri propter alias causas, non conuenit

Coniunctio potest accipi, vel pro ipsa relatione, quæ est matrimonium, & hæc est à Deo, & est semper bona: vel pro actu eorum, qui coniunguntur, & sic potest esse mala, quo modo non est à Deo.

5. Concl.

Intentio ecclesiæ, qua intendit sacramentum, est necessaria; sed illa qua intendit veritatem sacramenti, est tãtum ad bene esse: qua non seruata, adhuc est sacramentum.

6. Concl.

Finis iste malus non est matrimonij, sed contrahentium: vnde non est malum matrimonium.

7. Concl.

Vnio est signum cõiunctionis Christi ad ecclesiam, quæ nunquam est mala, licet operatio vnitorum sit mala.

8. Concl.

Quæstio 49 De bonis matrimonij.

Artic. 1. Vtrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium.

MAtrimonium debet habere aliqua bona, quæ ipsum excusent, & honestum reddant.

1. Concl.

1. Vbi est indulgentia, ibi debet esse excusationis ratio. Ad matrimonium conceditur in statu infirmitatis secundum indulgentiam ex Paulo. Ergo

2. Cõcubitus fornicarius & matrimonialis sunt eiusdem speciei, saltem secundum speciem naturæ. Sed ille est malus, hic bonus. Ergo propter aliquam honestatem. Ergo.

1. Cor. 7.

3. Electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione, per cuius recompensationem ordinetur & honestetur; quia Sapiens non facit iacturam boni, nisi propter recompensam æqualis, aut maioris boni. At in hac coniunctione est rationis iactura; tum propter delectationem, quæ ratio absorbetur: tum propter tribulationem carnis ex solicitudine temporalium. Ergo est ordinata per compensationem aliquorum, quibus honestatur, quæ sunt bona matrimonij.

Arist. 7. Eth. c. 11. 1. Cor. 7.

Ad excusandum actum nutritiuæ virtutis, in qua non est tam vehemens delectatio, quę rationem absorbeat, non est opus aliquo bono, vt ad excusandum hunc actum generatiuæ, cum vis generatiua sit corrupta per peccatum orig. & ad illum actum non fuit opus maxima delectatione cũ pertineat ad conseruationẽ individui, & qa sufficit sensus ipsius defectus; sicut ad actum generatiuæ, qua subuenitur speciei.

† 2. Concl.

Bona, quæ matrimonium honestant, non

3. Concl.

sunt

sunt extrinseca, sed de ratione matrimonij, quæ secundum se ei competunt.

4. Concl. Matrimonium ex eo, quod est in officium, & remedium, non indiget excusatione.

Quia sic habet rationem vtilis, & honesti, & hoc quia huiusmodi bona habet, vt scilicet sit in officium, & remedium concupiscentiæ.

3. Concl. Matrimonium honestatur virtute, sed tanquam principio electiuo: his vero bonis tanquam formalibus principijs · ita enim se habent bona ad matrimonium, vt circumstantiæ ad actus virtutis.

Art. 2. Vtrum bona matrimonij sufficienter assignentur.

1 Concl. Sufficienter assignantur bona matrimonij, scil. Fides, proles, & sacramentum.

Nam, aut consideratur, vt officium naturæ; & sic duobus ordinatur, vt quilibet actus virtutis: alterò ex parte agentis, scilicet intentione finis debiti; vnde proles: alterò ex parte actus, qui est bonus, quia cadit in bonam materiam; vnde fides, qua homo ad sua accedat: aut consideratur vt sacramentum; & sic habet aliam bonitatem significatam hoc nomine, sacramentum.

Aug. de Genes. ad lit. lib. 9 c. 7

†2. Concl. Sub bono prolis, intelligitur etiam educatio, & tota communicatio operum, quæ est inter virum, & vxorem. vt sunt tales.

3. Concl. Fides, nõ sumitur hic vt est virtus theologica, sed vt pars iustitiæ, qua stamus promissis, quo implicatur redditio debiti, & vt neuter ad alium horum accedat.

4. Concl. Vnitas, quam requirit matrimonium propter significationem, continetur sub fide: indiuisio autem sub sacramento.

5. Concl. Fides hoc loco, nõ est tota quædam virtus, sed conditio virtutis, quæ pars iustitiæ dicitur. & ideo non sufficit sola.

6. Concl. Matrimonium non quia vtile est, ideo honestum: sed sicut debitus vsus boni vtilis, accipit rationem honesti, ex ratione, quæ rectum vsum facit; sic ordinatio in bonum vtile potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitam ordinationem facientis: vnde matrimonium, prout ad prolem ordinatur, est vtile, honestum vero vt debite ordinatur.

7. Concl. Sacramentum hic non sumitur pro ipso matrimonio, sed pro indissolubilitate ipsius: vnde non sequitur quod sacramentum ponatur inter proprietates sui ipsius.

Art. 3. Vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij.

1. Concl. Sacramentum, est principalius ratione dignitatis inter bona matrimonij.

1. Indiuisio, quæ pertinet ad sacramentum, ponitur in definitione matrimonij, non autem fides, & proles. Ergo.

2 Sacramentum pertinet ad matrimonium, vt est ex institutione diuina, fides autem, & proles, vt est officium naturæ. Ergo.

2. Concl. Si illud dicatur principalius, quod est essentialius; tunc si fides & proles considerentur in seipsis, pertinent ad vsum matrimonij, & sæpe matrimonium inuenitur sine his, adhuc sacramentum erit principalius, cum dicat inseparabilitatem sine qua nunquam matrimonium inuenitur. 27 q. 2. cap. 43.

Si fides, & proles considerentur, vt sunt in suis principijs; vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide, debitum seruandi fidē, quę sunt de essentia matrimonij, sic proles est essentialissimum in matrimonio, secundo fides, & tertio sacramentum: sicut homini essentialius est esse naturæ, quam gratiæ, licet hoc sit dignius.

†4 Conc Licet finis sit principalius in intentione, est tamē vltimum in re & ideo proles secundum quid, est præstantius.

5. Concl. Sacramentum non solum ratione sui generis cõuenit matrimonio, quod est sacramenti species, sed etiam ratione differentiæ, vt est tertium bonum matrimonij ex significatione huius rei factæ determinatæ, quam matrimonium significat.

6. Concl Etsi cõsensus qui est causa matrimonij sæpe mutetur, non tamen sequitur vt matrimonium, quod est eius effectus, sit dissolubile; quia in hac vita separari non potest: sed per mortem, siue corporalem, post carnalem cõiunctionem, siue spiritualem, post spiritualem tantum. Aug. lib. 1 bono coniug. c. 24.

7. Concl. Quamuis consensus, qui est causa matrimonij non sit semper materialiter; est tamen semper formaliter: quia eius obiectum est inseparabile.

8. Concl. Non quod matrim. non habeat effectum perpetuum, non imprimit characterem, sed quia in eo non datur potestas ad actus spirituales, sed corporales.

Art. 4. Vtrum actus matrimonij excusetur per bona predicta.

1. Concl. Aliquis actus dupliciter excusatur: primo ex parte facientis, ita vt ei non imputetur

ad culpam, etiam si sit malus, vel saltem, non in tantam culpam, & sic per ignorantiam: secundo ex parte sui, ita scilicet vt non sit malus: & hoc modo prædicta bona excusant actum matrimonij. Ex eodem enim habet actus, quod non sit malus in genere moris, & quod sit bonus: cum non detur actus indifferens.

2. Concl. Dicitur aliquis actus humanus bonus, vel bonitate virtutis, & id habet ex his, q̃ ipsum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonij, fides, & proles: vel bonitate sacramenti, secundum quod non solum actus est bonus, sed etiam sanctus dicitur; & hanc bonitatem actus matrimonij habet ex indiuisibilitate cõiunctionis secundum quam significat vnionem Christi ad Ecclesiam.

2. Concl. Dicta bona excusant sufficienter actum matrimonij.

1. Patet ex dictis.

2. Quia concubitus coniugalis non differt à fornicario, nisi per hæc bona

3. Illa bona se habent, vt est dictum ad actum matrimonij, vt circumstantia debita. Ergo possunt illum excusare.

† 4. Concl. Per matrimonij actum non incurrit homo damnum rationis, quantum ad habitum, sed quantum ad actum, quod non est inconueniens, &c.

5. Concl. Malum quod inseparabiliter concomitatur concubitum, non est malum culpæ, sed pœnæ: ideo potest per circumstantias bonas effici bonum.

6. Concl. Superabundantia passionis, quæ facit vitium, non attenditur secundum quantitatem ipsius ad intensionem, sed secundum proportionem ad rationem: delectatio autem, quæ est in actu matrimonij non excedit limites rationis.

7. Concl. Erubescentia, quæ est in actu matrimonij non est turpitudo, quæ sit culpa, sed pœna.

Art 5. Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij.

1. Concl. Actus matrimonialis excusari non potest sine bonis matrimonij.

1. Horum modi bona sunt causa honestatis ipsius. At remota causa, removetur effectus. Ergo.

2. Quia ablatus his bonis non differt iste actus ab actu fornicario.

3. Sicuti hæc bona, prout sunt in habitu, faciunt matrimonium honestum, & sanctum; ita prout sunt in actuali intentione; faciunt actũ matrimonij honestum. Ergo sine his non potest excusari.

2. Concl. Tertium bonum matrimonij facit ipsum matrimonium honestum, non autem ipsius actum.

Quia non pertinet ad ipsum, sed ad essentiam ipsius: vnde non fit quod actus sit bonus, quia ad aliquod significandum coniuges conueniunt.

3. Concl. Duobus modis coniuges sine peccato conueniunt; scilicet causa procreandæ prolis, & debiti reddendi: alias semper peccant saltem venialiter.

† 4. Concl. Actus matrimonij, vt est motus naturæ tantum, est actus imperfectus: quia ipsa intendit tantum prolem, vt saluetur species; sed matrimonio, vt est sacramentum additur vltra, vt proles ordinetur in Deum: vnde bonũ prolis debet per intentionẽ referri in bonum sacramenti: alias staretur in creatura, quod non est sine peccato.

5. Concl. Si alter per actum intendit vitare fornicationem in coniuge, non peccat; quia est quædam redditio debiti: si vitare in se, est peccatum veniale; quia ibi est aliqua infirmitas: nec matrimonium est ad hoc institutum, nisi propter indulgentiam, quæ est de venialibus.

6. Concl. Est quidem vxor res viri, sed non quiuis rei suæ vsus est bonus, nisi adsint omnes circumstantiæ.

7. Concl. Etsi intentio sanitatis ex se sit bona; efficitur tamen mala, cum quæritur per ea, quæ ad sanitatem non sunt ordinata, cuiusmodi est actus matrimonij: ideo ista intentio non excusat sine bonis matrimonij.

Art. 6. Vtrum cognoscens vxorem, non intendens aliquod bonum matrimonij, sed tantum delectationem, mortaliter peccet.

1. Concl. Errant qui dicunt, delectationem in hoc actu quærere, esse peccatum mortale, & oblatam acceptare esse veniale, & eam odisse esse perfectionis.

lib. 10. Eth. cap. 3. *1. Quia ex Aristot. idem est iudicium de delectatione, & operatione: nam delectatio operationis bona, est bona, & mala, mala. Ergo cum actus matrimonij non sit ex se malus, delectationem in eo quærere non erit semper peccatum mortale.*

Secunda bon. nuptiarum. *2. Quia August. talem concubitum reponit inter peccata quotidiana, cuiusmodi non sunt mortalia.*

3. Qui vtitur cibo ad delectationem tantum, nõ peccat mortaliter. Ergo nec qui vxore, &c.

2. Concl. Si delectatio quæratur vltra honestatem, scilicet cum quis ita vtitur sua, vt paratus esset idem

facc-

facere. si non esset sua, est peccatum mortale: Et is dicitur ardentior amator vxoris.

3. Concl. Si delectatio quæratur intra limites matrimonij, sc. vt non quæratur in alia, quam in coniuge, est peccatum veniale.

† 4. Concl. Voluptates, quæ de meretricibus capiuntur, damnantur in coniuge à Hieron. quando nihil aliud vir in vxore attendit, quam quod in meretrice.

5. Concl. Consentius in delectationem concubitus, qui est peccatum mortale, est quidem mortale; sed non sic in hoc casu.

6. Concl. Licet in tali casu homo actu non vtatur creatura propter Deum, sed propter se, tamen habitualiter vtitur propter Deum, & hoc sufficit, vt non sit fruitio.

7. Concl. Ex Greg. Quia ita vtitur coniuge arcetur ab introitu Ecclesiæ, non quod excommunicationem incurrat, sed quia est spiritualibus inhabilis. cum in illo actu efficiatur totus caro.

Quæstio 50. De impedimentis matrimonij, in generali.

Art. 1. Vtrum matrimonio conuenienter impedimenta assignentur.

1. Concl. COnuenienter matrimonio impedimenta assignantur. Quorum quædam sunt ad solemnitatem, quæ impediunt cõtrahendum, sed non dirimunt contractum, & his etiam nõ adhibitis restat matrimonium: vnde versus: *Ecclesiæ votum nec non tempus feriatum Tempe nubi fieri permittunt nuncia teneri.* Quædam sunt contra ea, quæ sunt de essentia, quæ etiam dirimunt contractum, & sunt: *Error, conditio, votum, cognatio, crimen: Cultus disparitas, Vis, ordo, ligamen honestas: Si sit affinis si forte coire nequibis. Hæc fœdanda vetant connubia, facta retractant.*

Nam matrimonium, vel consideratur ex parte contractus, in quo debet esse liber consensus, & tunc error est impedimentum ex parte ignorantiæ, & coactio, sine vis: vel ex parte contrahentium, & tunc, vel simpliciter, vel respectu alicuius personæ; si primum, quia impeditur à matrimonialibus actibus, & hoc vel primo, quia omnino non potest, vnde impotentia coeundi; vel quia libere non potest, vnde seruitus; vel secundo, quia licite non potest, cum sit obligatus ad continentiam, & hoc, vel ex officio suscepto, vnde ordo, vel ex voto; vnde votum. Si secundum, vel quia est iam iunctus in matrimonium, vnde ligamen; vel quia deest proportio, & hoc, aut propter nimiam distantiam, vnde disparitas cultus; aut propter nimiam propinquitatem, vnde cognatio, & si sit affinis, honestas: vel postremo, ob inhabitam conuersationem ad ipsam primo factam, & sic adulterium.

2. Concl. Etiam alia sacramenta possunt impediri, sed magis matrimonium.

1. Quia consistit inter duos.

2. Quia habet consensum in nubit. & in Deo.

3. Quia de alijs est præceptum, vel consilium, de hoc autem indulgentia tanquam de minori bono, propterea tot assignantur impedimenta, vt detur occasio proficiendi in melius.

3. Concl. Matrimonium pluribus impeditur, licet sit minus imperfectum: quia plura requirit.

4. Concl. Et quamuis sit remedium contra concupiscentiam, quæ est in omnibus, non tamen conceditur omnibus, cum adsint plura remedia.

5. Concl. Vt est officium naturæ, est de lege naturæ: vt est sacramentum de lege diuina: vt officium communitatis, de lege ciuili, ideo tot habet impedimenta, quia ex qualibet parte potest impediri.

6. Concl. Inter legitimũ, & illegitimum: cum non sint contraria negatiue, potest dari medium: quare dantur personæ mediæ.

7. Concl. Quæ tantum impediunt contrahendum, nõ impediunt, vt fieri non possit, sed vt legitime non fiat, quod tamen si fiat, erit firmum.

8. Concl. Quæ dirimunt contractum; sic dicuntur, non quod verum matrimonium possit dirimi, sed dirimunt illa, quæ non sunt de iure facta sed contracta de facto.

9. Concl. Impedimenta per accidens alicuius boni, possunt esse infinita: at hæc sunt impedimenta per se.

10. Concl. Conditiones particularium in singulari sunt quidem infinitæ, sed in generali possunt reduci ad numerum, vt patet in omnibus alijs.

Quæstio 51. De impedimento erroris.

Art. 1. Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij.

1. Concl. De iurisd. omn. iud. l. si per errorem. Arist. 3. Ethic. c. 1. ERror de iure naturali habet, quod euacuet matrimonium.

1. In Digest. habetur, quod error est contrarius consensui. Ergo.

2. Quia impedit voluntarium.

3. Quia impedit cognitionem, quæ necessario præcedit voluntatem a qua proficiscitur consensus. quæ est causa matrimonij: At causa sublata tollitur effectus, Ergo.

† 2. Concl. Ponitur error, & non ignorantia, tanquam

causa proxima, quia quantum ad impediendū voluntarium, non differunt: & etiam, quia ignorantia non impedit sine errore.

1. Concl. Licet error secundum se non contrarietur matrimonio: contrariatur tamen quantum ad causam suam.

4 Conc. Error in baptismo. cum quis baptizat vnum pro alio, non impedit: quia character ibi non imprimitur ex intentione agentis: at consensus matrimonium efficit.

5. Concl. Matrimonium inter Liam & Iacob, non fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contigit, sed ex consensu qui post modum accessit.

Art. 2. Vtrum omnis error matrimonium impediat.

1. Concl. Vt error ex eo quod causat inuoluntarium, excusat a peccato, ita impedit matrimonium. Nec omnis error excusat, nisi sit illius circumstantiæ, cuius appositio, vel remotio facit differentiam licui: & illiciti in actu. Vnde error qui matrimonium impedit, debet esse aliquis eorum, quæ sunt de essentia matrimonij.

2. Concl. Solum duo errores impediunt matrimonium. Error personæ, & conditionis. Quia matrimonium includit duo, scil. personas conuenientes, & mutuam potestatem inter se in quo matrimonium consistit: primum tollitur per errorem personæ, alterum per errorem conditionis: quia seruus non potest corporis potestatem libere alteri tradere.

†3. Concl. Error non habet ex natura generis, vt matrimonium impediat, sed ex differentia adiuncta, vt dictum est.

4. Concl. Error infidelitatis de matrimonio, non impedit matrimonium, cum sit circa ea, quæ matrimonium consequuntur: vt an sit sacramentum, an licitum, & cæt.

5. Concl. Non quælibet ignorantia causat inuoluntarium, quod excusat peccatum: vnde sumitur falsum in argumento.

6. Concl. Diuersitas qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium.

Quia non cadit, quæ sunt decimæ essentiæ, vt conditio seruitutis.

7. Concl. Error nobilitatis, vel dignitatis, ex se, non impedit matrimonium, nisi cum redundat in errorem personæ. Quare, si consensus mulieris feratur in personam directe, nobilitas nihil impedit: at si feratur in filium, exempli gratia regis, si alia persona proponatur, est error personæ.

8 Concl. Alia impedimenta, vt disparitas cultus, &c. hic non numerantur. quia impediunt matrimonium, siue cum errore, siue absque errore adsint.

9. Concl. Pecunia in contractibus accipitur pro mensura aliarum rerum, non quasi per se quæsita: vnde si detur pro auro argentum, dummodo sit æquiualens, non obstat, sed error in re quæsita impedit contractum: vt si pro boue asinus detur: sic in matrimonio.

10. Concl. Dum adest error nunquam est matrimonium, etiamsi quis diu vixerit cum aliqua, nisi de nouo consentire velit.

11. Concl. Mulier si prius non consenserat in fratrem, eius, quem per errorem accepit, potest eum retinere, nec potest ad fratrem redire, præcipue, si sit cognita carnaliter: sed si consenserat primum in fratrem per verba de præsenti, potest hunc relinquere, & ad fratrem redire, & ignorantia facti excusat.

Quia frater alterius non debet ei præiudicare.

Quæstio 52. De impedimento conditionis.

Art. 1. Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium.

1. Concl. CONditio seruitutis ignorata, impedit matrimonium, non autem seruitus scita.

1. Error conditionis, vt habeatur in decreto impedit contrahendum, & dirimit contractum matrimonium.

Lib. 4. tit. 9. cap. 2. *2. Quia sunt contraria, cum seruitus sit de fugiendis, & matrimonium, de sit expetendis, vt honestatem habet.*

3. Sicuti impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, ita conditio seruitutis, cum in matrimonio, quilibet obligatur alteri ad reddendum debitum, quod libere non potest seruus.

†2. Concl. Seruitus contrariatur matrimonio quod ad actum, & bonum prolis, quæ inferioris conditionis efficitur: & quia quilibet potest pati detrimentum in eo quod sibi debetur, si vult, ideo seruitus non ignorata, non impedit: & quia nemo potest ab alio plus requirere, quam possit reddere, ideo seruus contrahens cum ancilla, quam putat liberam, vere contrahit.

3 Concl. Seruitus quæ est pœna peccati, est quidem contra naturam, quantum ad primam intentionem ipsius, sed non quantum ad secundum, quæ est, vt ex peccato quilibet det pœnas: nec etiam est inconueniens, vt matrimonium quod est naturale, impediatur per impotentiam libere coeundi, quæ est contra naturam.

4. Concl. Seruitus est quædam pœna, quæ naturæ

turali proficiscitur, & à iure posit uo determinatur, ex quo etiam habet, vt ignorata, impediat matrimonium, ne quis sine culpa puniatur, cum sit pœna, vxorem habere virum seruum, & contra.

5. Concl. Scientia, vel ignorantia, nihil facit in illis impedimentis, quæ faciunt matrimonium illicitum ex lege: vt votum, consanguinitas, &c. sed in illis quæ illud faciunt ineficax ad solutionem debiti.

6. Concl. Libertas non impedit matrimonij actum: vnde etiam ignorata non impedit matrimonium, vt seruitus,

7. Concl. Lepra non ponitur impedimentum. vt seruitus: quia non impedit primum actum matrimonij, cum leprosi possint reddere debitum.

Art. 2. *Vtrum seruus matrimonium contrahere possit sine consensu domini.*

1. Concl. Seruus matrimonium contrahere potest, etiam domino nescionte, aut contradicente.

Gal. 3. *1. Quia in Christo Iesu, non est seruus, neque liber.*

2. Ius positiuum; de quo iure est seruitus, non præiudicat iuri naturali, & diuino, de quo est matrimonium.

3. Sicut appetitus naturæ est ad operationem individui, ita ad conseruationem speciei per generationem, vnde sicut seruus non subditur domino, quin libere possit comedere, & cætera necessaria ad sui conseruationem præstare, ita non subditur, quin possit matrimonium contrahere, quod ad conseruationem speciei pertinet.

Lib. 4 dist. 38. q. 1. † 2. Concl. Seruus est res domini quantum ad ea tantum quæ naturalibus superadduntur: vnde quâtum ad ea, quæ ad actus naturales pertinent, potest sui corporis potestatem alteri per matrimonium præbere

3. Concl. Seruus domino præcipienti ne in matrimonium consentiat, non tenetur obedire cum id licite præcipere non possit.

4. Concl. Si seruus volente domino matrimonium contraxit, cum vxor petit debitum, & dominus aliquid præcipit, debet prius reddere debitum: si ea ignorante, aut contradicente, tenetur prius obedire, quando tamen periculum non immineat de vxoris castitate. sed in tali casu considerandæ sunt particularia: vt quantum interest tunc obedire, ex quorum consideratione videbitur quid potius faciendum sit.

5. Concl. Dominus cogendus est ne seruum ita vendat, quod faciat onera matrimonij grauiora, præsertim, cum non desit facultas aliter vendendi isto pretio.

6. Concl. Seruus non potest ingredi religionem sine consensu domini.

Quia vel ex obligatione ad totum tempus, non sic matrimonium.

Art. 3. *Vtrum seruitus matrimonio possit superuenire.*

2. Concl. Seruitus matrimonio potest superuenire.

1. Quia vir, cum sit liber, potest dare etiam suum alteri

2. Potest seruus, nolente domino, vxorem ducere. Ergo potest qui est liber, se domino subijcere nolente vxore.

3 Quia vir subditur vxori tantum in his, quæ ad actum naturæ pertinent. Ergo potest se domino subijcere in his, quæ super addita sunt.

2. Concl. Non tamen ex hoc dissoluitur matrimonium, quia nihil superueniens matrimonium dissoluere potest.

† 3. Concl. Vxori nihil præiudicatur, quia vir tenetur ad reddendum debitum petenti, & ad omnia, quæ matrimonium requirit: vnde si fiat seruus in fraudem matrimonij, fraus ei noceat, cum amittat libertatem.

4. Concl. Prout seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti præiudicat: quia tunc seruus tenetur debitum reddere vxori, etiam nolente domino.

5. Concl. Licet vir & mulier sint pares in his quæ ad naturam spectant, tamen quantum ad dispensationem domus, & aliorum, vir est caput mulieris: quare vxor nolente viro: non potest seruum ancillam dare.

6. Concl. Etsi seruitus ignorata ante matrimonium impediat contrahendum, & dirimat contractum, tamen si post contractum aduenit, non dissoluit, quia: in perpetuis præcipue, multa possunt impedire, ne aliquid fiat, quæ tamen, si factum illud sit, nequeunt dissoluere.

Art. 4. *Vtrum filij debeant sequi conditionem patris.*

1. Concl. Secundum leges ciuiles, partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter.

1. Quia semina in terra aliena, fructus sunt illius cuius est terra. At huiusmodi est venter mulieris respectu seminis viri. Ergo.

2. Quia in alijs animalibus, qua ex diuersis speciebus nascuntur, partus magis sequitur matrem, quam patrem: vnde mulus qui nascitur ex equa & asino, magis assimilatur equabus.

3. Seruitus est corporalis conditio. At corporalem substantiam partus habet a matre. a parte vero tantum formalis. Ergo debet sequi matrem in libertate.

Quia in sacris ordinibus constituti sacra vasa, & sacramenta tractant Ergo decens est, &c.

2. Concl. lib. 3. sent. 3. c. 8.

Sacer ordo ex constitutione Ecclesiæ habet quod impediat matrimonium.

1. Ex decreto vbi hoc decernitur.

2. Qui vouet continentiam non potest matrim. contrahere. Sed quidam ordines habent votum annexum. Ergo,

3. Concl.

Aput Græcos, ex sua vi tantum sacer ordo impedit; at apud Latinos etiam ex voto continentiæ annexo: quod emittitur ex sola susceptione ordinis, etiamsi non intercedant verba.

4. Concl.

Apud Græcos non impeditur vsus matrimonij prius contracti, at apud Latinos maxime nisi quis ignorante, aut contradicente vxore ordinem sacrum suscipiat: quia non debet ex hoc ei præiudicium generari.

† 5. Concl

Etsi matrimoniũ non contrahatur ordini, vt est sacramentum, tamen habet quandam repugnantiam ratione actus sui, qui spirituales actus impedit.

6. Concl.

Illis, qui sunt sacris initiati non cognit significare coniunctionem Christi cum Ecclesia per matrimoniũ; quia significant Christum nobilioribus actibus.

7. Concl.

Minores ordines non impediunt matrimonium.

Quia non dant immediatum accessum ad sacra tractanda, vt maiores,

8. Concl.

Vt seruetur maior honestas in officijs Ecclesiæ, beneficia Ecclesiastica à coniugatis auferũtur: quia quisque ex beneficio Ecclesiastico tenetur ad executionẽ ordinis & ita nõ omnes ordinati gaudent priuilegio clericali vnde patet ad vltimum.

Art. 4. Vtrum ordo sacer matrimonio posit superuenire.

1. Concl.

Matrimonium non impedit ordinis sacri susceptionem.

1. Defuncta, vel consentiente vxore potest maritus ingredi religionem. Ergo & ordinem suscipere.

lib. 3. decr. tit. 32. c. 9.

2. Post matrem omnium potest quis fieri seruus hominum, Ergo & seruus Dei per susceptionem ordinis.

2. Concl.

Sacer ordo nunquã impeditur per matrimonium, sed si quis eum susceperit reclamente vxore habebit ordinem, sed non executionem, si autem consentiẽte, aut defuncta habebit vtrunque.

3. Concl.

Vinculum ordinis non soluit matrimoniũ, nisi ex parte actus quia ordinatus non potest petere debitum, & si petat vxor non tenetur reddere: tenetur tamen ipse reddere, si ea reclamante ordinem susscepit.

4. Concl.

Vxor non tenetur continentiam vouere, si ea nesciente vir ordinem sacrum susceperit: si ea consentiente tenetur perpetuam continentiam vouere, non tamen religionem intrare: nisi timeat periculum castitatis.

5. Concl.

Nec etiam Græci debent ad ordines accedere sine consensu vxorum: quia saltem tempore ministerij fraudarentur vxores debiti redditione.

6. Concl.

Mulier apud Græcos ex eo quod consentit, vt vir ordinem suscipiat, obligat se, vt in perpetuo alteri non nubat; quia alias significatio matrimonij non seruaretur, quæ matrimonio sacerdotis præcipue requiritur, secus, si ea nesciente aut reclamante.

7. Concl.

Matrimonium pro causa habet consensum nostrum; vnde potest impediri ex ordine præcepti, vt nõ sit verum matrimonium ordo autem habet causam sacramentalem à Deo determinatam, & ideo impediri non potest, cum causa sit immutabilis.

Quæstio 54. De impedimento consanguinitatis

Art. 1. Vtrum definitio consanguinitatis sit competens.

1. Concl.

COnuenienter consanguinitas sic definitur Consanguinitas est vinculum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contracti m

Quia omnis amicitia in aliqua communicatione consistit, ideo sicut amicitia dicitur ligatus, sic vinculum nominatur; quare ob communicationes aliquæ dicuntur inuicem ligari: Sententiæ, commissiones, &c. & eodem modo qui conueniunt in communicatione naturali dicuntur consanguinei, ideo in definitione ponitur consanguinitatis genus, vinculum: quasi subiectum: personæ descendentes ab vno stipite, quarum est humor ad vinculum: quia principium, carnalis propagatio.

Aroſt. l. 8. Eth. c 11.

† 2. Concl.

Non ideo omnes sumus cõsanguinei quod ab vno Adam descendamus.

Quia virtus primi generis in aliquo genere descendit per multa media tandem defluit: virtus ergo individualis generantis, quod non solum tendit ad id, quo desinit de ratione speciei, sed autem ad id quod pertinet ad individuum, vt. suæ virtutis speculatur patris perfectius est in patre, quam in filio, & minus in nepote, vnde paulatim deficit, & cum ea etiam consanguinitas.

Consan-

Quia vxor vere debet esse aliquo modo subiecta, quod repugnat reuerentiæ, quæ debetur matri.

4. Concl. De lege naturæ est, vt pater & mater, à matrimonio repellantur.

1. Patet ex dictis.

2. Quia hoc habet natura humana à sua prima institutione. Gen. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, &c.

3. Ex fine secundario, quia si quanis consanguinea posset in matrimonium duci, magnus concupiscentiæ aditus præberetur, si vxor personæ, quæ vna conuersantur, non esset carnalis copula interdicta, Vnde lex diuina alias etiam personas consanguineas à matrimonio excludit.

5. Concl. Propter finem accidentarium, ne impediatur amicitia: & cæt. per leges humanas alij gradus consanguinitatis à matrimonio separantur Quare consanguinitas, quantum ad aliquas personas impedit de iure naturæ; quãtum ad alias, de iure diuino: quantum ad alias de iure humano.

† 6. Concl. Etsi Eua prodierit ex Adam, non ideo fuit ipsius filia, cum non prodierit per modum, quo homo est natus generare sibi simile

7. Concl. Non quod non sit contra legem naturæ, sed ex concupiscentiæ ardore Barbari parentibus; carnaliter commiscentur.

8. Concl. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Sed non docuit omnia eodem modo; sed secundum eorum conditionem: ideo licet bruta cognoscant carnaliter matrem, nõ sic de hominibus: item in illis propagatione carnis non contrahitur consanguinitas, vt in hominibus.

9. Concl. Quantum soluitur ex dictis,

Quia demonstratum est quomodo consanguinitas bono matrimonij contrarietur.

10. Concl. Non est Conueniens vnam vnionem alteram impedire scilicet consanguinitas vinculum, matrimonij coniunctionem sicuti vbi est identitas, non potest esse similitudo.

Artic. 4. Virum consanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerint taxari ab ecclesia.

1. Concl. Consanguinitatis gradus matrimonium impedientes, potuerunt ab Ecclesia taxari.

1. Quia præceptum licet sit habet firmitatem, sicut præceptum Dei iuxta illud. Qui vult audit, vt audit.

Aug lib 11. de ciu. Dei. 2. Concl. *2. Quia olim hoc fuit per leges ciuiles. Ergo modo potest fieri per præceptum Ecclesiæ.*

A principio tantum pater & mater repellebantur, propter paucitatẽ hominum. Postea multiplicato genere humano, per legẽ Moysis sunt exceptæ omnes personæ quæ cohabitabant in vna familia, ne per matrimonium incentiuum libidini præstaretur: alios consanguinitatis gradus permisit: quandoque præcepit, vt de cognatione sua vnusquisque vxorem acciperet.

3. Concl. Licet pestis conuenienter in noua lege, quæ, est lex spiritus, & amoris, prohibitus sit ab Ecclesia vsque ad septimum gradum matrimonium contrahere tum quia vltra hunc gradum de facili non remanebat memoria communis radicis tum propter septem dona Spiritus sancti; tamen conuenientius postmodum ab eadem ecclesia restrictum est huiusmodi interdictum vsque ad quartum gradum: quoniã vltra prohibere erat inutile, quia ad remotos consanguineos non maior amicitia, quã ad extraneos habebatur: ac etiam periculosum, quia frigescente caritate homines non satis obseruabant numerosam consanguineorum multitudinem; & ita laqueus damnationis multis injiciebatur.

4. Concl. Conuenienter ad quartum gradum, dicta, prohibitio est restricta.

1. Quia vsque ad quartum generationem homines viuere consueuerant; & sic memoria consanguinitatis non potest abolere.

2. Quia vsque ad tertiam, & quartam generationem peccata parentum in filios se visitaturum comminatur.

† 5. Concl. Falsum est quod Deus coniungat eos qui contra præceptum Ecclesiæ intra quartum gradum coniunguntur.

6. Concl. Licet ecclesia non possit prohibere, vt accedens ad baptismum characterem non recipiat: tamen non est simile de matrimonio quod cum non solum sit sacramẽtum sed etiam officium naturæ, magis subijcitur ordinationi Ecclesiæ.

7. Concl. Etsi sanguinitatis vinculum sit naturale: tamen non est naturale, quod sanguinitas impediat carnalem copulam, nisi vt dictum est: & circa hoc Ecclesia decernit.

8. Concl. Causæ, quæ assignantur prohibitionis Ecclesiæ, sunt per modum congruentiæ, nõ necessitatis, & hoc sufficit.

9. Concl. Non est eadem causa gradus consanguinitatis prohibendi secundum diuersa tempora: vnde quod aliquo tempore vtiliter conceditur, alio tempore salubriter prohibetur.

10. Concl. Statutum non imponit modum præteritis sed futuris: vnde si modo prohiberetur quintus gradus qui sunt in illo coniuncti, non deberent separandi, & sic de alijs

11. Conc. Ratio prohibitionis in veteri lege fuit ea habita-

bitatio: at vero in noua lege, fuit amor: ideo in illa vna persona in eodem gradu erat prohibita, id est soror patris, alia concessa, vt filia fratris, non sic in noua.

Quæstio 55. De impedimento affinitatis.

Art. 1. Vtrum ex matrimonio consanguinei, affinitas causetur.

Concl. Ex matrimonio consanguinei efficitur quoddam genus vinculi, quod affinitas dicitur.

1. *Quia Vir & Vxor efficiuntur vna caro. Ergo sicut Vir secundum carnem omnibus suis consanguineis attinet, sta & eius Vxor attinebit.*

2. *Ex auctoritatibus allatis à Magist.*

sermon. fi. 41. rist. lib. 8. ch. c. 12. 3. *Cum naturalis communicatio, in qua fundatur amicitia, sit vel per carnis propagationem, vel per connectionem ad carnis propagationem ordinatam: sicut prima communicatio facit quoddam vinculum naturalis amicitiæ inter personas iunctas, sta copula carnalis, sed in hoc differunt, quod persona coniuncta primæ communicationi fit particeps communis radicis, & sanguinis, quæ autem coniungitur per carnalem copulam non sic, sed ex ea efficitur aliud genus vinculi; Vnde versus, Mutat nupta genus, sed generata gradum.*

2. Concl. Coniunctio viri, & vxoris, est causa affinitatis, licet respectu ipsorum non vocetur affinitas, sed matrimonium.

Concl. Consanguinei sunt aliquo modo separati, & aliquo modo coniuncti: vnde accidit eis quatenus sunt coniuncti. vt persona, quæ vni coniungitur, omnibus alio modo coniungatur:

. Concl. Illa relatio affinitatis in nascitur per mutationem alterius, scil. consanguinei: ac etiam ex eo, quod affinis descendit per generationē ab eadem radice cum viro, prouenit affinitas in ipso ad vxorem sine aliqua noua mutatione ipsius.

Art. 2. Vtrum affinitas maneat post mortem viri, aut vxoris.

Concl. Aliqua relatio desinit esse, vel ex corruptione subiecti, vel ex subtractione causæ, vt similitudo, cum alter similium moritur, vel qualitas subtrahitur.

Concl. rist. lib. c. et. t. 20. Quædam relationes habent pro causa actionem, vel passionem, aut motum quarum quædam causantur ex motu in actu, vt relatio mouentis, & moti: quædam vt habent aptitudinem ad motum, vt motiuum, & mobile: quædam ex hoc, quod aliquid prius motum est, vt pater & filius ex eo, quod generatum est: aptitudo ad motum, & moueri transit, sed motum esse, est perpetuum; quia quod est factum non desinit esse factum. Vnde paternitas, & filiatio non tollu: tur per remotionem causæ, sed subiecti per alterutrum extremorum.

3. Concl. Affinitas non dirimitur manentibus personis, inter quas est contracta, quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit.

1. Affinitas ex consanguinitate causatur. At hæc perpetuum vinculum quandiu persona vnum inter quas est affinitas. Ergo.

2. Quia se habet vt illa relatio, quæ consequitur factum esse: quia causatur ex hoc, quod aliqui coniuncti sunt, non ex hoc quod coniungatur: Vnde patet ad primum.

† 4. Concl Etsi consanguinitas cesset post mortem, non ideo cesset affinitas.

Quia consanguinitas non est proxima eius causa sed coniunctio, quæ est, vel fuit.

Art. 3. Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet.

1. Concl. Etiam fornicarius concubitus affinitatem causat, inquantum habet aliquid de carnali coniunctione.

1. *Idem matrimonium causat affinitatem, quia accedens ad Vxorem fit Vnum corpus. At accedens ad meretricem fit Vnum corpus, ex Paulo, Ergo.*

2. Cor. 6. 2. *Carnalis copula est causa affinitatis, vt patet per eius definitionem, quæ est. Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens omni carens parentela, Ergo.*

Arist. 8. Eth. c. 12. 3. *Matrimonium, non prout est quædam societas ad commune vitam quæ est finis secundarius matrimonij, sed prout est quædam coniunctio viri & Vxoris per carnalem copulam ad prolem procreandam, quæ est principalis finis, causat affinitatem. Sed hoc est etiam in illicito concubitu, Ergo.*

2. Concl. Affinitas non causatur ex illicito concubitu, prout habet turpitudinem, sed vt in eo est quid naturale, quod est commune, & fornicationi, & matrimonio.

3. Concl. Non est inconueniens inter duas personas esse consanguinitatem, & affinitatem respectu diuersorum: non tamen potest quis esse tibi ipsa affinis.

Quia affinitas diuersitatem requirit.

4. Concl. Ex concubitu contra naturam non causatur affinitas.

Quia ibi non est commistio seminis ad prolis procreationem.

Art.

Art. 4. Vtrum ex sponsalibus causetur affinitas

1. Concl. Li. 4. Decret. tit. 16. c. 1. Ex sponsalibus causatur aliquod impedimentum matrimonij.

1. Quia Alex. Papa prohibuit mulierem coniugi sero, cum sit prius desponsata, quod non esset nisi ex sponsalibus, &c.

2. Concl. Impedimentum, quod causatur ex sponsalibus non dicitur proprie affinitas, sed iustitia publicæ honestatis, quæ eodem modo impedit, & secundum eosdem gradus sicut affinitas & sic definitur. *Est propinquitas ex sponsalibus proueniens, vobis trahens ex Ecclesiæ institutione propter eius honestatem:* vnde patet, quæ sit eius causa, & cur sic dicatur.

† 3 Concl. Quamuis sponsalia quandoque dissoluantur quia tamen nunquam tollitur id, ad quod sunt ordinata, ideo nunquam tollitur publicæ honestatis iustitia.

4. Concl. Vt in matrimonio, non solum ex carnali copula, sed etiam ex contractu de præsenti ad coniugalem vitam, sequitur affinitas, ita in sponsalibus ex sola promissione sequitur, publicæ honestatis iustitia.

5. Concl. Quando adsunt impedimenta, quæ sponsalia nulla reddant, vt impotentia coeundi, &c tunc iustitia publicæ honestatis non contrahitur.

Art. 5. Vtrum affinitas sit causa affinitatis.

1. Concl. Duplex est modus, quo aliquid producitur: vnus quo aliquid procedit secundum itinerum dinem speciei, vt ex homine homo alius secundum quem non procedit tamen in specie, & hic processus semper est in inferiorem speciem, vt patet in agentibus æquiuoce.

2 Concl. Cum primus modus iteratur semper manet eadem species: at cum iteratur secundus fit semper alia species: vt punctus motus, facit lineam, & linea superficem.

3. Concl. In processu attinentiæ duo sunt modi, quibus hoc vinculum causantur vnus per carnis propagationem, & hic semper facit eandem attinentiæ speciem: alius per matrimonialem coniunctionem, & hic facit aliam speciem in principio: vnde iuncta matrimonialiter consanguineo, non fit consanguinea, sed affinis: & hic modus iteretur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus, quod dicitur secundum: & si affinis in secundo genere iungatur, erit in tertio: vnde versus, *Mutat nupta genus, sed generata gradus.*

4. Concl. Hæc duo genera olim erant prohibita magis ob publicæ honestatis iustitiam, quam ob affinitatem: sed ista prohibitio cessauit, & solum manet primum genus affinitatis, in quo est vera affinitas: vnde soluitur primum ex decreto Iulij Papæ sumptum.

Affinitas nunc causat affinitatem. 5 Concl.

Quia si quis cognouisset duas mulieres, non posset alteram ducere, quod est falsum.

2. Alias contrahens cum vxore defuncti pareret affinis omnibus consanguineis prioris viri, ad quos mulier haberet affinitatem, quod ipse non potest.

3. Consanguinitas est fortius vinculum, quam affinitas. Sed consanguinei vxoris non fiunt affines consanguinei viri. Ergo, &c. Quæ rationes procedunt secundum præsentem Ecclesiæ statum.

Licet consanguinitas sit causa affinitati., non ideo affinitas. 6. Concl.

Quia caro sine coniunctione licet coniungat: non tamen eodem coniunctionis vinculo.

Vxor viri efficitur eiusdem attinentiæ cum consanguineis viri secundum eundem gradum sed non quantum ad eundem attinentiæ gradum. 7. Concl.

Art. 6. Vtrum affinitas, matrimonium impediat.

Affinitas impedit matrimonium: 1. Concl.

Leuit. 18. turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis. Sed illa est affinis, Ergo.

Affinitas præcedens impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum eadem ratione, sicut consanguinitas. 2. Concl.

Quia sicut consanguineis, ita affinibus est quædam necessitas cohabitandi simul, & etiam quoddam amicitiæ vinculum.

Affinitas superueniens matrimonio, ipsum non dirimit. 3. Concl.

Affinitas non contrariatur matrimonio, ex quo causatur, sed illi matrimonio, quod cum affine contrahendum esset, prout impediat amicitiæ multiplicationem, & concupiscentiæ repressionem. † 4. Concl.

Licet consanguinei succedant in rebus defuncti, non tamen in vxore. 5. Concl.

Quia res non efficiuntur vna caro cum viro, sicut mulier.

Art. 7. Vtrum affinitas habeat per se gradus.

Affinitas non habet per se gradus. sed ratione consanguinitatis. 1. Concl.

1. *Affinitas causatur ex consanguinitate. Ergo etiam eius gradus.*

2. *Gradus attinentiæ per propagationem carnis*

...sanguinitatem, sed mediante affinitate. Ergo affinitas non habebit ex se gradum, sed mediante consanguinitate.

1. Concl. Vnde regula generalis est; *quoto gradu consanguinitas distat vir, toto gradu affinitas distat uxor.*

3. Concl. Non cuiuslibet propinquitatis sunt gradus per se, cum non comparentur nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, quæ non competit affinitati nisi per consanguinitatem.

4. Concl. Quod frater in lege Moysis posset accipere vxorem fratris defuncti, fiebat cum sine prole decedebat: vnde suscipiebat quasi personam fratris, ob propagationē carnis: quod nunc non seruatur.

Deut. 25. Ruth. 4.

Art. 8. Vtrum gradus affinitatis extendantur secundum gradus consanguinitatis.

1. Concl. Ex quo gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis, oportet vt tot sint gradus affinitatis, quot sunt consanguinitatis.

Ex eo aliqua est mihi affinis, quia est meo consanguineo coniuncta. Ergo eodem gradu affinitatis, quo ipse est mihi consanguineus.

2. Concl. Facilius dispensatur in remotis gradibus affinitatis, quam consanguinitatis.

Quia est minus vinculum.

† 3. Concl. Quod sit minus forte vinculum attinentiæ, quam consanguinitatis, facit differentiam in genere affinitatis, non in gradu.

4. Concl. In veteri lege, quandoq; affinitas non impediebat propter iustas causas, quæ iam cessarunt.

Art. 9. Vtrum coniugium contractum inter affines & consanguineos semper sit dirimendum.

1. Concl. Coniugium contractum inter affines, & consanguineos semper est dirimendum.

1. Quia affinitas & consanguinitas impedimentum contrahendi & dirimens contractum.

2. Quia omnis concubitus vbi non est licitum matri omnino est peccatum mortale.

2. Concl. Ad Ecclesiam pertinet hęc coniugia prohibere, & separare.

† 3. Concl. Ecclesia quandoque de facto potest errare: & ideo Deus non facit, quod facit Ecclesia, quando coniungit aliquos ignoratis impedimentis, quitamen ex ignorantia facti excusantur a peccato: sed cognitis impedimentis, sunt separandi.

Quæ sine peccato esse non possunt nulla præceptione firmantur: diuturnitas enim temporis non minuit peccatum, sed auget. 4. Concl.

Si duo fratres habeant duas sorores in vxores, & alterum Ecclesia repellat causa consanguinitatis, alterum autem non, cum non accusetur, iste in foro conscientiæ non tenetur vxorem dimittere, quia sæpe tales accusationes fiunt falsæ: sed si habeat certam cognitionem de impedimento, non potest petere, neque reddere debitum: si opinionem tantum, reddere potest: si neutrum, potest & petere, & reddere. 5. Concl.

Art. 10. Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines, & consanguineos sit procedendum, per viam accusationis.

1. Concl. Ad separationem matrimonij contracti inter affines, & consanguineos potest procedi per viam accusationis.

1. Omne illicitum potest accusari. Matrimonium tale est illicitum. Ergo.

2. Secus accusatio est instituta, ne quis sustineatur, qui sit innocens, qui culpam habeat; sic etiam, ne quod facilium reputetur licitum, quod sit illicitum. Vnde sicuti homo quandoq; accusatur, sic & facilium, scilicet matrimonium poterit accusari: cum propter ignorantiam impedimentis æstimatur licitum quod non est.

† 2. Concl. Pœna talionis non habet locum in accusatione facti, vt est accusatio matrimonij, sed quando accusatur persona, vt puniatur.

3. Concl. Extranei repelluntur ab accusatione matrimonij.

Quia si consanguinei starent, haberetur suspicio ne ille ex malevolentia præcedat: cum non possit scire consanguinitatem, nec probare, nisi per consanguineos.

4. Concl. Quando sunt sponsalia tantum, non datur accusatio, cum matrimoniū tunc non existat: potest tamen denunciari impedimentum, vt impediatur.

lib. 4. decr. t. 18. c. cum in tua. Qui primo tacuit, auditur quandoque, si velit matrimonium accusare: quandoque autem repellitur.

Art. 11. Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines, & consanguineos procedi debeat per testes.

5. Concl. Ad separationem matrimonij contracti inter affines, & consanguineos debet procedi per testes.

Quia in hac causa iudex facienda fides est; quæ fit per testes.

1. Concl. In hac causa sunt multa specialia: nam idem potest esse accusator, & testis: non iuratur de calumnia: consanguinei admittuntur ad testificandum: non seruatur omnino ordo iudiciarius, quia contumax potest excommunicari, lite non cõtestata: valet testimonium de audi u; post publicationem testium: testes possunt induci: & hoc totum, vt peccatum impediatur, quod ex tali coniunctione esse posset: vnde patet ad obiecta.

Quæstio 56. De impedimento cognationis spiritualis.

Art. 1. Vtrum spiritualis cognatio matrimonium impediat.

2. Concl. SPiritualis cognatio matrimonium impedit.

1. Corporale vinculum propinquitatis impedit. Ergo tanto magis spirituale, quod est sanctius, & ideo magis est dicendum.

2. In actu vnito coniunctio animarum est principalior quam coniunctio corporum. Ergo magis cognatio spiritualis impedit, quam carnalis.

3. Sicut vinculum, quod ex propagatione carnis contrahitur, est humani naturale, vt est quædam res naturæ, ita vinculum, quod contrahitur ex sacramentorum susceptione est quodammodo naturale alicui, vt est membrum Eccl siæ, vnde sicut carnalis cognatio impedit, ita & spiritualis.

2. Concl. Si præcessit matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum: si subsequitur, non soluit matrimonium, sed impedit actum ex parte eius, qui cognationẽ cõtraxit, ne possit petere debitum. si extra casum necessitatis & non adhibita debita diligentia id fecit, tenetur tamen reddere: at in casu necessitatis ex neutra parte impedit: vt si pater baptizaret filium in necessitate.

†3. Concl. Spiritualis cognatio per se non impedit aliquod principale bonum matrimonij, impedit tamen secundarium, quod est amicitiæ multiplicatio.

4. Concl. Quando ista cognatio sequitur matrimonium potest esse cum eo, quia per impedimentum superueniens non dissoluitur: secus si præcedat.

5. Concl. Matrimonium non solum est corporale, sed etiam spirituale, & ideo per spiritualem cognationem impeditur.

6. Concl. Non est inconueniens vt duo contraria ad inuicem cõtrahentur eidem, sicut magnum, & paruum, æquali; & sic disparitas cultus & spiritualis cognatio matrimonio repugnant.

Quia in vno est nimia distantia, in alio nimia propinquitas.

Art. 2. Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur.

1. Concl. Non videtur conueniens quod spiritualis cognatio contrahatur nisi per aliquod Sacramentum; quia vt cognatio carnalis non cõtrahitur nisi per actum generationis completum, & affinitatis non nisi facta commistione seminum, ita cum generatio spiritualis non perficiatur nisi per sacramentum non potest, &c.

2. Concl. Qui dicunt contrahi per catechismum, putantes esse sacramentum errant, cum solum sit quoddam sacramentale.

3. Concl. Tantum per duo sacramenta contrahitur, id est, per baptismum & confirmationem: & hæc est opinio communior.

†4. Concl. Sicut duplex est carnalis natiuitas, altera in vtero, altera ex vtero; ita & spiritualis, altera per baptismum, altera per confirmationem, vnde ex vtraque contrahitur spiritualis cognatio.

5. Concl. Et si in ordine imprimatur character, tamen quia ibi non fit alia generatio, sed promotio, ideo non contrahitur ista cognatio.

6. Concl. lib. 4. decr. tit. 11. c. 5. In Catechismo, cum fit professio futuri baptismi contrahitur quædam cognatio impediens contrahendum, vt quidam volunt vt in sponsalibus, non autem in alijs sacramentis, nec sacramentalibus.

7. Concl. 1. Cor. 4. Illud Apostoli, *In Christo Iesu per Euangelium vos genui*, intellige per modum Catechismi.

8. Concl. In pœnitentia non contrahitur, quia non est per modum generationis, sed sanationis; licet inter mulierem confitentem & sacerdotem sit quoddam fœdus, vt tantum peccet eam carnaliter cognoscens, ac si esset spiritualis filia: & hoc vt tollatur occasio peccandi.

9. Concl. Confessor dicitur spiritualis pater, non propter spiritualem cognationem, sed propter similitudinem patris carnalis, quia filio dat esse nutrimentum, & instructionem. Alia argumenta soluuntur ex dictis.

Art. 3. Vtrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi & leuantem de sacro fonte.

Cognatio spiritualis contrahitur inter baptizatum, & leuantem de sacro fonte & inter confirmatum, & tenentem ad confirmationem.

1. *Ex definitione ipsius cognationis spiritualis. ex auctoritatibus citatis à Magist.*

sen. d. 42. 2. *Vt in generatione carnali, ita in generatione spirituali, qui renascitur habet patrem, & matrem, scilicet Deum & eccl siam. at minister gerit personam Dei, cuius est instrumentum & qui baptizatum suscipit, & confirmandum tenet, gerit vicem ecclesiæ. Ergo in vtroque sacramento spirituale cognatio contrahitur: vnde patet ad primū ideo enim contrahitur cognatio, quia se habet vt mater cum gerat vicem eccl siæ.*

2. Concl. Suscipiens non contrahit spiritualem affinitatem ratione instructionis debitæ, sed ratione regenerationis.

1. Concl. Qui leuat non baptizatum non contrahit cognationem

Quia nulla est ibi regeneratio.

Art. 4. Vtrum cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem.

1. Concl. Spiritualis cognatio transit à viro in vxorem.

Quoniam carnalis consanguinitas transit in affinitatem. Ergo & spiritualis cognatio cum sit magis communicabilis.

1. Concl. Aliquis potest fieri alterius cum pater, vel per actum proprium vel per actum alterius.

1. Concl. Si cognatio per spiritualis fiat actum proprium, vt si leuet filiū alterius de sacro fonte, tunc transit in vxorem, si matrimonium est cōsummatum secus non: quia non dum sunt facti vna caro.

4. Concl. Si per actum alterius qui baptizat, aut filium eius suscepit, tunc cognatio non transit ad vxorem, nisi sit filius vxoris: vnde versis:

Quæ mihi, vel cuius natum mea sancta leuauit; Hæc mea cū mater fieri me nō valet vxor: Si quæ mea natum, non ex me sancta leuauit, Hanc post fata mea non inde vetabor habere.

5. Concl. Ex eo quod vnio corporalis & spiritualis sunt diuersorum generum, fit quod vna nō sit altera; non quod vna non possit esse causa alterius.

1. Concl. Licet pater, & mater spiritualis nullam inter se cognationem contrahant: tamen non est idem de vxore & de viro, quia efficiuntur vna caro

Si vxor non sit baptizata, non contrahit *7. Concl.* spiritualem cognationem: quia nō est capax, non quod non possit traduci à viro in vxorē.

Cum inter patrem & matrem spiritualem *8. Concl.* contrahatur cognatio: nihil prohibet quod vir & vxor aliquem leuent de sacro fonte, nec inconuenit, quod vxor diuersis causis dicatur verbis mater, &c.

Artic. 5. Vtrum cognatio spiritualis transeat ad filios carnales patris spiritualis.

Spiritualis cognatio transit ad filios carna- *1. Concl.* les patris spiritualis.

1. *Ex auctoritatibus allatis à Magist.* *4. sen. d. 42. vq 8. lib. cap. 12.*

2. *Quia filius est aliquid patris, & non conuerso ex arist. ergo cognatio spiritualis transibit patre in filium, & non è conuerso.*

Tres sunt cognationes spirituales: spiritu- *2. Concl.* alis paternitas, quæ est inter patrē & filiū spiritualem: compaternitas quę est inter patrem spiritualem & carnalem eiusdem: Spiritualis fraternitas quæ est inter filium spiritualem, & filios carnales.

Quæ omnia impediunt matrimonium con- *3. Concl.* trahendum. & dirimunt contractum.

Licet filius spiritualis non attineat in co- *†, 4. Concl.* dem gradu filio carnali patris sui spiritualis, quo attinet ei pater eius, non ideo oportet spiritualis cognatio habeat gradus.

Quia est alterius generis a cognatione carnali.

Vnus frater non est aliquid alterius fratris, *5. Concl.* sicut filius est aliquid patris; & ideo spiritualis cognatio non transit a fratre in fratrem.

Quæstio 57. De cognatione legali, quæ est per adoptionem

Art. 1. Vtrum adoptio conuenienter definiatur.

ADoptio conuenienter sic definitur, est *1. Concl.* extrancæ personæ in filium; vel nepotē, vel deinceps. legitima assumptio.

Quia cum arrogatus accipiatur naturam, & eius defectum supplet, ideo, vt aliquis per generationem filium producat, ita ex defectu filiorum per artem æqui & boni poterit quis filium sibi adoptare ad similitudinem naturæ. In quo debet esse legitima assumptio, quæ est genus adoptionis: terminus a quo, persona extranea: terminus ad quem filius, &c. qui termini sunt etiam in generatione naturali. Ergo conuenienter definitur.

Adoptio est duplex: altera, quæ perfecte *† 2. Concl.* imitatur filiationē, naturalē, qua transit persona in potestatem adoptantis, quæ dicitur,

Arrogatio,

†2. Concl. Arrogatus, & sic adoptatus succedit ab intestato, nec quarta parte priuari potest sine causa: qua adoptione non adoptatur nisi is, qui est sui iuris, & auctoritate principis altera impertecta, qua adoptatus non transit in potestatem etiam potest esse alterius iuris, & fit sine licētia principis, nec succedit ab intestato. Vnde patet ad secundum.

3. Concl. Cum adoptio ordinetur ad hereditatis successionem, his tantum competit, qui habent potestatem disponendi de sua hereditate: nec est simile de generatione naturali, quæ est ad conseruationem speciei.

4. Concl. Qui habent perpetuum impedimentum generationis, non possunt adoptare; quia hereditas debetur illis, qui ei succedunt iure propinquitatis.

5. Concl. Etsi in cognatione spirituali, minor possit fieri pater maioris, non ita in hac adoptione, ob successionem in hæreditatem, & ob quandam subiectionem.

6. Concl. Adoptio est inducta ob defectum naturæ: vnde sicut desunt filij, ita possunt deesse nepotes: quare & extraneos in nepotes adoptare licet.

Quia non habetur ratio graduum.

7. Concl. Si propinquus iure propinquitatis non succedat, potest adoptari: sed hoc ei non accidit, vt est propinquus, sed vt extraneus: & in hoc non sequitur obligatio charitatis ad propinquiores.

Art. 2. Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium.

1. Concl. Ex adoptione contrahitur aliquod vinculum impediens matrimonium.

1. Quia ex ea causatur quædam legalis cognatio, quæ est proximitas proueniens ex adoptione. Ergo ex adoptione causatur vinculum, quo matrimonium impeditur; quia cognatio impedit.

2. Ex auctoritatibus quæ à Magistratibus.

4. sen. d. 42 *3. Legidatum, quæ excludebat illas personas à matrimonio, quæ simul habitant vt sunt adoptatæ, ne deinceps consuescentia, addita sunt leges humanæ, hoc prohibentes, quia sunt confirmatæ ab Ecclesia. Ergo.*

†2. Concl. lib. 4. decr. tit. 12. In illis casibus, in quibus nō introducitur talis cohabitatio, quæ possit fomentum concupiscentiæ præstare, non causatur vinculum, quod matrimonium impediat: vnde patet ad tria argumenta.

3. Concl. Leges humanæ non sufficerent ad impediendum matrimonium, nisi auctoritate Ecclesiæ essent confirmatæ.

Art. 3. Vtrum cognatio legalis contrahatur tantum inter adoptantem patrem & filium adoptatum.

1. Concl. Cognatio legalis non contrahitur tantum inter patrem adoptatum, & filium adoptantem, sed transit in aliam personam.

1. Cognatio spiritualis transit in aliam personā. Ergo & legalis, cum magis concordet cum consanguinitate carnis.

2. Concl. Cognatio legalis est triplex.

1. Descendentium quæ contrahitur inter patrem adoptantem, & filium adoptatum, & filium filij adoptiui, & nepotem, &c.

2. Inter adoptiuum & filium naturalem.

3. Per modum affinitatis inter patrem adoptantem & vxorem filij adoptiui, & filium adoptatum & vxorem patris adoptantis: prima & tertia perpetuo matrimoniū impedit: secunda vero solum patre adoptante viuente.

†3. Concl. Per regenerationem spiritualem non trahitur filius extra potestatem patris, vt in adoptione, ideo non contrahitur hic aliqua propinquitas inter patrem adoptantem, & matrem vel patrem adoptati.

4 Concl. Cognatio legalis inter filium adoptatum & naturalem, quantum obliget, dictum est.

5. Concl. Baptizatus non contrahit cognationem spititualem, quia non est capax: non sic mulier respectu legalis, cum etiam ipsa possit adoptare ex licentia principis.

6. Concl. Cognatio spiritualis non transit ad nepotes.

Quia filius non ponitur in potestate patris spiritualis sicut in adoptione.

Quæst. 58. De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ, amentiæ, incestus, & defectus ætatis.

Art. 1. Vtrum frigiditas impediat matrimonium.

1. Concl. FRigiditas impedit matrimonium.

1. Quia frigidus non potest reddere debitum nec seruare ad carnalem copulam.

2. Concl. Frigiditas, si sit ex causa naturali, & sit temporalis, vt si esset ex maleficio, quæ posset curari vel medicina, vel processu ætatis, non impedit.

3. Concl. Si autem sit perpetua impedit, & diuimit, & alter potest nubere cui vult.

4. Concl. Ad hoc cognoscendum Ecclesia statuit triennium, in quo si matrimonium data opera non sit consummatum, illud dissoluit.

Si autem illi in quo erat impedimentum incuritur cum alia carnalem copulam confecisse, reintegrat primum, & dissoluit secundum.

†6. Concl. Licet actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij, tamen potentia ad actum, est de eius essentia.

Quia datur potestas in corpus.

7. Concl. Magis ponitur impedimentum matrimonij frigiditas, quam caliditas, quia est communior, quod si etiam ipsa per triennium impediret copulam, tolleret matrimonium.

8. Concl. Licet senes non habeant caliditatem sufficientem ad generandum, habent tamen sufficientem ad carnalem copulam, ideo eis matrimonium conceditur.

9. Concl. Si mulier sciat virum esse frigidum: & contrahit, est verum matrimonium.

Quia non impedit actum matrimonij de iure, & consanguinitas, sed de facto.

10. Concl. Non potest esse naturale impedimentum vnius viri ad vnam, & non ad alias: si autem non potest cum virgine, sed cum corrupta, aliquo remedio claustra pudoris aperiantur.

11. Concl. Frigiditas impedit ex parte viri, quia cum vir sit agens, debet calorem sufficientem habere: non autem ex parte mulieris, quia est patiens, sed tamen ex parte eius potest esse impedimentum alia causa, quæ dicitur arctatio: de qua idem dicendum, est quod de frigiditate viri.

Art. 2. Vtrum maleficium possit matrimonium impedire.

1. Concl. Dicere maleficium non esse in mundo, sed in sola æstimatione hominum, qui effectus naturales occultos tribuunt maleficis, est contra sanctos, quia dicunt dæmones habere potestates in corpora, & in imaginationem hominum, Deo permittente. Vnde per eos maleficia aliqua signa facere possunt.

2. Concl. Ista opinio procedit ex infidelitate.

Quia non tradit dari dæmones nisi in æstimatione vulgi, ad deterrendos homines. Nam fides docet aliquos angelos de cœlo cecidisse, & ob sublimatem naturæ multa posse, quæ nos non possumus: & cum homo possit impotentiam secundæ inducere multo magis potest dæmon.

3. Concl. Falsum est, quod per maleficium non possit induci impedimentum perpetuum, ac proinde non dirimere, quia hoc est contra experimentum, & contra iura.

4. Concl. Si maleficium sit temporale non impedit, si sit perpetuum impedit, & dirimit, vt in decret. habetur: ad quod cognoscendum Ecclesia statuit triennium, vt dictum est de frigiditate.

5. Concl. Sed in hoc non differunt, quia quando ecclesia ob maleficium matrimonium dissoluit, dat vtrique licentiam, vt alteram copulam quærant: quoniam per maleficium homo potest esse impotens ad vnam, & non ad aliam.

†6. Concl. Maleficij potestas magis conceditur dæmoni in actu generatiuæ, quam in alijs actibus.

Quia per illum homo fuit factus seruus diaboli.

7. Concl. Non quod diabolus sit fortior Deo, sed ipso permittente, diaboli opus potest impedire opus Dei.

8 Concl. Non semper quod per vnum maleficium est factum, potest destrui: & licet possit, reputatur tamen perpetuum, quia non licet nec semper expulso peccato tollitur maleficium, sed quandoque remanent in pœnam: nec exorcismi Ecclesiæ semper contra omnes molestias corporales dæmonum valent, sed contra eas, contra quas fuerit principaliter instituti.

9. Concl. Et quamuis potentia generatiua vnius viri æqualiter se habeat ad omnes mulieres: tamen quia Dæmon non agit ex necessitate naturæ, sed voluntarie, ideo potest impedire quoad vnam, & non quoad aliam.

Art. 3. Vtrum furia impediat matrimonium.

Furia impedit matrimonium.

1. Concl. *1. Magus tollit vsum rationis, quam error, qui impedit matrimonium, Ergo.*

2. Quia furiosi non sunt idonei ad contractum faciendum.

2. Concl Furia si subsequitur matrimonium, non dirimit ipsum: si præcedit, & furiosus habeat lucida intervalla, in quibus matrimonium contraxit, tenet, secus: nequaquam.

†3. Concl. Furiosi possunt baptizari.

Quia in baptismo non requiritur vsus rationis, tanquam causa, sicut in matrimonio.

4. Concl. Etsi furia non impedit ratione actus, vt frigiditas: impedit tamen ratione causæ, quæ est consensus.

5. Concl. Impedimentum quod causam matrimonij impedit; scil. consensum non est necesse, vt sit perpetuum, sicut illud, quod impedit actum.

6. Concl Furia reducitur ad impedimentum erroris, ideo non fuit superius inter impedimenta enumerata.

33. q. 1. can. Iurisdictio.

Art. 4. Vtrum incestus quo cognoscit quis sororem vxoris suæ matrimonium dirimat.

1. Concl. Si quis cognoscat sororem, vel aliam consanguineam vxoris suæ, ante matrimonium contractum; etiam post sponsalia, debet matrimonium separari, ratione affinitatis contractæ.

Nam qui peccat contra matrimonium, debet matrimonio priuari.

2. Concl. Si cognoscat post contractum consummatum, nõ debet totaliter separari, sed vir amittit ius petendi debitum, nec potest sine peccato petere.

3. Concl. Mortua vxore, non potest alteri nubere, sine dispensatione.

4. Concl. Si nubat, facit contra statutum Ecclesiæ, sed matrimonium tenet.

5. Concl. Hoc impedimentum reducitur ad affinitatem, ratione cuius impedit: vnde patet ad obiecta.

Art. 5. Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium.

Defectus ætatis impedit matrimonium.

1. Concl. lib. 4. tit. 35 c. 2. *1. Quia puer qui non potest reddere debitum non est aptus matrimonio, ex decret.*

2. Quia matrimonium habet determinatum tempus, cum sit quid naturale.

3. Cum matrimonium fiat per modum contractus subiacet ordinationi legis positiuæ. Sed secundum istra determinatum est, vt ante annum nō discretionis, quo sterque possit sufficienter de matrimonio deliberare, & dissentire sibi reddere, matrimonia non contrahantur, & si secus facta fuerint, separantur. Ergo.

2. Concl. Tempus in masculis est in decimo quarto anno: in fœminis in duodecimo.

3. Concl. Et quia leges statuunt vt in pluribus, ideo si qui ante statutum tempus habeãt vigorem naturæ, & rationis, & matrimonium contrahant, & consument, erit verum matrimoniũ.

†4. Concl. In illis ad quę natura inclinat, vt ad matrimonium non exigitur in nomine tantus vsus rationis, vt in alijs rebus, ad quas pertractandas indiget tutore vsque ad vigesimum quintum annum, idem dicendum de voto religionis, quia non est de his, ad quæ natura inclinet: ideo requirit longius tempus.

5. Concl. Ideo mulieri datur breuius spatium, quia citius ad annum pubertatis peruenit, quam vir.

6. Concl. Non solum propter impotentiam coeundi matrimonio ante statutum tempus contractum non valet, sed etiam ob defectum rationis.

8. Concl. Non fuit superius enumeratum hoc impedimentum, quia reducitur ad errorem propter defectum rationis.

Quæstio 59. De disparitate cultus, quæ matrimonium impedit.

Art. 1. Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli.

1. Concl. Disparitas cultus præcedens matrimonium impedit, ne contrahi possit.

2. Cor. 6. *1. Quæ ait Paul. conuentio lucis ad tenebras, id est, nulla. Atinter virum & vxorem est maxima conuentio. Ergo fidelis, qui est in luce, &c.*

Malach. 2. *& Iudæa contaminauit sanctificationem domini, quoniam dilexit, & habuit filium Dei alieni.*

3. Quia intentio eorum esset contraria primo bono matrimonij, quod est, vt proles procreetur ad cultum Dei.

†2. Concl. Licet in veteri lege cum aliquibus infidelibus, esset concessum connubia iungere: tamen modo in noua omnibus communiter prohibitum est.

3. Concl. Lex illa Deut. 21. de captiua, intelligitur de illis nationibus, cum quibus licebat contrahere: quia prohibitio erat specialis, ne contraherent cum Chananeis: vel intelligitur cum captiua ad verum cultum conuerti volebat.

4. Concl. Sponsalia possunt contrahi cum promissione futuræ conuersionis: quia illa quoque est conditionis de futuro: at cum matrimonium de præsenti contrahitur, requirit vnitatem cultus de præsentis. Quartum soluitur ex tertia ratione.

5. Concl. Matrimonio, vt sacramentum, sufficit vt habeat paritatem quantum ad sacramentum fidei, quod est baptismus: vnde contrahens cum hæretica, vere contrahit: licet peccet si scienter faciat; idem dic de excommunicata, è contrario catechumenus nondum haptizatus, licet habeat veram fidem, si contrahit cum baptizata, nihil facit.

Art. 2. Vtrum inter infideles possit esse matrimonium.

1. Concl. Matrimonium est institutum propter bonum prolis, non tantum generandæ quia id etiam sine matrimonio fieri potest, sed etiam promouendæ ad perfectum statum.

Quia quælibet res intendit effectum suum naturaliter perducere ad perfectum.

2. Concl. Prolis perfectio, altera est naturalis, non solum secundum corpus, sed etiam secundum

cum ancilla: quia seruitus non impedit, nisi cum est ignorata; at disparitas cultus simpliciter facit personam legitimam.

5. Concl. In tali casu, si proles est in perfecta ætate, poterit libere sequi, vel patrē fidelem vel matrem infidelem: sin minus nō obstante, quod egeat matris obsequio, debet dari fideli.

6. Concl. Adulter non potest adulteram dimittere, licet pœnitentiam egerit.

Quia per pœnitentiam non transitur in aliam vitam, non sic in proposito.

Art. 5. Vtrum fidelis discendens ab vxore infideli possit aliam ducere.

1. Concl. Si alter coniugum infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, id est sine hoc, quod ad infidelitatem inducat, potest fidelis libere discedere; sed discedens, non potest alteri nubere.

2. Concl. Si infidelis non velit cohabitare sine contumelia creatoris, nomen Christi audire nolens & ad infidelitatem pertrahere nitatur, fidelis discedens potest alteri per matrimoniū copulari.

1. Quia matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi: ad quod non est ratum potest dissolui. Ergo.

2 Quia vir non debet cohabitare nolenti cohabitare sine contumelia creatoris, Ergo si non uiceret eam ducere, cogeretur seruare perpetuam cōtinentiam: & ita conuersione incommodum reportaret.

† 3. Concl. Matrimonium infidelium non est omnino ratum, & firmum, sed ratificatur postea per fidem Christi vel dissoluitur, si ei contrarietur, vt in casu dicto.

4. Concl. Matrimonium in hoc casu non dissoluitur propter peccatum mulieris, id est propter cōtumeliam saluatoris: quia si ab illo peccato resipisceret, redderetur ei vir suus: sed propter sequens matrimonium.

Quia fortius vinculum solut minus firmum, quando ei contrariatur.

5. Concl. Mulier infidelis postquam vir cum alia cōtraxit posset alteri nubere, sed hoc ei prohibitum est in pœnam peccati cuius si pœniteret dispensatiue posset nubere.

6. Concl. Si vir non habeat spem conuersionis vxoris, ea requisita, vt conuertatur, potest ad sacros ordines accedere, & religionem ingredi, & licet postea vxor conuertatur, non est ei reddendus vir in pœnam tardæ conuersionis.

7. Concl. Vinculum paternitatis non soluitur per disparem cultum, sicuti matrimonium; ideo si filius cōuertatur redditur ei possessio amissæ hæreditatis, licet alius in possessionem intrauerit.

Art. 6. Vtrum alia vitia soluant matrimonium.

1. Concl. Fornicatio corporalis & infidelitas habēt vim specialem separandi matrimonia quia habent specialem contrarietatem ad eius bona.

2. Concl. Matrimonium quantum ad vinculum, vbi est ratificatum, nec per adulterium, nec per infidelitatem potest dissolui.

3. Concl. Si non est ratificatum soluitur vinculū altero coniugum per manente in infidelitate, si conuersus ad aliud coniugum transeat.

4. Concl. Non autem soluitur prędictum vinculum per adulterium alias enim infidelis libere dare posset libellum repudij vxori adulteræ & ea dimissa aliam ducere, quod est falsum.

5. Concl. Matrimonium quantum ad actum tam per infidelitatem, quam per fornicationem carnalem dissolui potest.

6. Concl. Sed per alia peccata non potest dissolui, etiam quantum ad actum nisi forte ad tempus; vt si vir velit se à consortio retrahere ob castigationem vxoris.

1 Matt. 5 qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.

2 Quia alias quotidie fierent diuortia, cum raro inueniatur matrimonium in quo alter coniugum in peccatum non labatur.

† 7 Concl. Matrimonio vt est officium naturæ magis aduersatur infidelitas: vnde propter infidelitatem dimittitur aliquando vinculum, non autem propter adulterium.

8. Concl. Infidelitas tantum proprie dicitur fornicatio spiritualis, alia autem peccata nimis remote ita nominantur.

9. Concl. Quando mulier maximam occasionē præbeat peccandi viro suo, & vir de periculo timeat, potest se ab eius conuersatione subtrahere.

10. Concl. Licet propter idololatriā mulier possit dimitti, non tamen propter auaritiam quæ tantum per quandam similitudinem idololatria dicitur.

11. Concl. Magister qui contrarium affirmat, vel loquitur de sponsalibus, quę per alia vitia diriminossunt, vel si loquitur de matrimonio intelligendus est de separatione ad tempus.

Quæstio 60. De vxoricidio.

Art. Vtrum liceat vxorem interficere in actu adulterij comprehensam.

POteſt vir per iudicium ciuile ſine peccato interficere vxorem adulteram, ſi zelo iuſtitiæ faciat.

Poteſt etiam in iudicio ciuili eandem criminaliter de adulterio accuſare, vt pœna ſtatuta puniatur.

Id non licet in iudicio Eccleſiaſtico.

Quia Eccl ſia non habet gladium materialem.

Non licet viro vxorem in iudicio non conuictam, per ſeipſum occidere, quantumuis ſciat eſſe adulteram, nec ſecundum leges ciuiles, nec ſecundum legem conſcientiæ.

Lex ciuilis quaſi licitum putat, quod in ipſo actu eam interficiat, non quaſi præcipiens, vel prohibens, ſed quaſi pœnam non infligens: propter incitamentum, quod vir habet in tali caſu ad occidendum: vnde patet ad ſecundum.

Eccleſia non iudicat virum in tali caſu indignum pœna æterna, vel temporali iudicio Eccleſiaſtico inſligendo,

1. *Quia non conſtringitur legibus humanis, & ita non admittit talem legem.*

2. *Vir & vxor ad paria iudicantur. Sed vxori non licet occidere virum in adulterio comprehenſum, Ergo.*

In nullo caſu licet occidere vxorem propria auctoritate.

Lex diuina præcipit adulterantem lapidari, non priuatis hominibus, ſed publicis, ſcil. iudicibus.

Vir percutiens Clericum, quem cum vxore inuenit: non incurrit excommunicationem ſed ex hoc non ſequitur, quod occiſio vxoris ſit licita: ſed quod occidens nullam incurrit pœnam.

Vir debet corrigere vxorem, non pœna mortis, quia hoc pertinet ad publicam perſonam, ſed pœna emendationis, &c.

Art. 2. Vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

VXoricidium ex ſtatuto Eccleſiæ matrimonium impedit.

1. *Quia decret. interfectoribus vxorum pœnitus coniugium denegant.*

2. *In eo, in quo quis peccauit debet puniri. At iſte peccant contra matrimonium, Ergo matrimonio debent priuari.*

Aliquando vxoricidium impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum: vt ſi propter adulterium occideret; aut etiam ex odio, cum quo Eccleſia poteſt diſpenſare, vt licite contrahat, ſi timetur periculum de eius incontinentia.

Aliquando dirimit contractum: vt ſi occiderit: vt eam ducat, cum qua mœchatur. 3. Concl.

Si autem aliam ducat, peccat contra ſtatutum Eccleſiæ, ſed matrimonium tenet. 4. Concl.

Quia vxoricidium eſt contra ſubſtantiam matrimonij, & adulterium eſt contra bonum matrimonij, id eſt, contra fidem, ideo illud magis impedit, quam hoc. † 5. Concl.

Licet occidere matrem maius ſit peccatum, quia eſt magis contra naturam, tamen quia quiſque eſt promptior ad vxoricidium, quam ad matricidium, ideo Eccleſia illis matrimonium interdicit. 6. Concl.

Qui interficit alterius vxorem, non peccat contra matrimonium, vtis, qui propriam occidit. 7. Concl.

Non eſt neceſſarium vt remota culpa, remoueatur omnis pœna, ideo vxoricidij peccato per pœnitentiam ablato, adhuc reſtat impedimentum matrimonij. 8. Concl.

Quæstio 61. De impedimento matrimonij quod eſt votum ſolenne.

Art. 1. Vtrum alter coniugum poſt carnalem copulam, altero inuito, poſſit religionem intrare.

ALter coniugum, altero inuito, poſt carnalem copulam non poteſt religionem intrare. 1. Concl.

1. *Nec etiam, ait Paul. ad tempus vacent orationi coniuges, niſi de mutuo conſenſu.* 1. Cor. 7.

2. *Nemo licite poteſt facere quod eſt in præiudicium alterius, ſine eius voluntate. at, &c.*

3. *Nemo poteſt facere oblationem Deo de alieno. Sed poſt matrimonium conſummatum corpus viri eſt factum vxoris. Ergo ſine conſenſu nō poteſt illud Deo offerre per ingreſſum religionis.*

Etſi lex humana id permittat: tamen lex diuina prohibet, quia conſiderat matrimonium vt ſacramentum quod habet indiſolubilitatem. † 2. Concl.

Non eſt inconueniens maius bonum, vt eſt religio, impediri per minus bonum, quod eſt matrimonium, cum contrarientur inter ſe. 3 Concl.

In religione quæ eſt quoddam matrimonium datur tranſitus ad ſtrictiorem, quia ſeruatur eadem coniunctio cum perſona Chriſti: non ſic in tranſitum matrimonij carnalis, ad ſpirituale. 4. Concl.

Art.

Art. 2. *Vtrum alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare.*

1. Concl. Alter coniugum potest altero inuito ante carnalem copulam, religionem intrare.

Præfatione in Euange. Ioan. 1. *Ex Hiero. Dominus vocauit Ioannem de nuptijs.*

2. *Vt per mortem carnalem soluitur carnale vinculum matrimonij, quod est post carnalem copulam inter coniuges, ita per ingressum religionis, qui est mors quædam spiritualis, qua homo moritur sæculo, & viuit Deo, soluetur vinculum spirituale matrimonij, quod est ante carnalem copulam.*

† 2. Concl. Matrimonium ante carnalem copulam significat tantum coniunctionē Christi ad animā per gratiam, & hæc dissoluitur per peccatum mortale: post carnalem copulam significat cōiunctionem Christi ad Ecclesiam, & hoc tantummodo habet indissolubilitatem.

3. Concl. Ante carnalem copulam non est omnino translata potestas corporis: sed sub conditione, nisi ad meliorem vitæ frugem cōuertatur: ideo vir non tenetur statim reddere debitum, sed datur tempus trium mensium.

1. *Vt deliberet de transeundo ad religionem.*

2. *At præberet necessaria ad solennitatem nuptiarum.*

3. *Vt maritus videm non habeat datam, quam non suspirauit dilatam.*

4. Concl. Matrimonialis coniunctio ante carnalem copulam est quidem perfecta quantum ad actum primum, sed non quantum ad actum secundum, & assimilatur possessioni corporali: quare non habet omnimodam indissolubilitatem

Art. 3. *Vtrum mulier possit nubere alteri viro, ante carnalem copulam viro suo religionem ingresso.*

1. Concl Mulier potest nubere alteri viro ante carnalem copulam viro suo religionem ingresso.

1. *Quia nullus potest alterum obligare ad ea quæ sunt perfectionis, sed est continentia, Ergo mulier non arctatur ad continentiam ob ingressum, &c.*

2. *Quia sicuti post mortem corporalem viri potest mulier nubere cui vult, ex Paulo, ita post mortem spiritualem per ingressum religionis.*

† 2. Concl. Coniuges quando pari consensu ingrediuntur religionem non abrenunciant coniugali vinculo, & ideo non soluitur: sed quando vnus tantum ingreditur, quantum in se est abrenunciat vinculo, & ideo soluitur.

Vxor tenetur virum ingressum in religione expectare vsque ad professionem. 3. Concl.

Quia moritur mundo.

De eo, qui professionem fecit ante tempus, si redeat ad vxorem, idem dicendum est, quod de habente votum simplex, quantum ad petitionem, & redditionem debiti. 4. Concl. Decr. lib. iii. 31 c. 1

Quæstio 62. De impedimento quod superuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio.

Art. 1. *Vtrum propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere,*

1 Concl. DOminus dimittere vxorem concessit propter fornicationem, in pœnam illius, qui fidem fregit, & in fauorem eius qui fidem seruauit, vt non sit adstrictus, ad reddendum debitum ei, qui non seruauit fidem.

1. *Ita habetur apud Matth.*

Cap. 5. 2. *Quia ei qui fregit fidem non tenetur aliqui fidem seruare.*

2. Concl. In his casibus non licet viro vxorem dimittere fornicantem.

1. Si ipse vir similiter fornicatus fuerit.

2. Si ipse vxorem prostituerit.

3. Si credens probabiliter virum suum mortuum alteri nupserit.

4. Si latenter cognita est ab aliquo sub specie viri sui, lectum subintrante.

5. Si fuerit vi oppressa.

6. Si post adulterium vir carnaliter eam cognoscens, sibi reconciliauit.

7. Si in infidelitate matrimonio contracto dederit libellum repudij, si postea conuertatur tenetur eam recipere.

† 3. Con. Qui mulierem fornicantem liuore vindictæ dimittit, peccat, non autem: si ad euitandam propriam infamiam, ad vitium vxoris corrigendum, & ad vitandam prolis incertitudinem.

4. Concl Diuortium non fit, nisi alter alterum accusat de crimine, quod fieri non potest, vterque sit in eodem crimine, licet sit maius peccatum.

5. Concl. Alia crimina, licet grauiora, non causant diuortium, quia non sunt contra bonum matrimonij tollendo certitudinem prolis frangēdo fidem, & significationem ipsius, vt facit fornicatio carnalis

6. Concl Etiam propter vitium contra naturam potest procedi ad diuortium, de ipso autem non fit mentio, quia est passio innominabilis, & quia non causat incertitudinem prolis

Art. 2. Vtrum vir teneatur ex præcepto dimittere vxorem fornicantem

Si mulier fornicaria de peccato pœniteat, vir non tenetur eam dimittere.

1. Ex Glos quæ ait, Quum permisisse dimittere.

2. Quilibet potest alteri dimittere, quod in se peccauit. Ergo.

3. Dimissio introducta est tanquam pœna ad corrigendum, Ergo non est opus dimissione cum est correcta.

Si non pœniteat tenetur eam dimittere: ne peccato eius consentire videatur.

Vir tenetur semper corrigere vxorem, sed non semper pœna dimissionis,

Quia potest idem facere verbis, & verberibus.

Vir non videtur consentire peccato mulieris cum emendatam retinet, sed cum pericuentem in peccata fouet

Qui mulierem fornicantem cognoscit non contingitur ei quasi meretrici, sed vt vxori, & sic non peccat.

De dimittenda vxore non est præceptum, licet est de non contrahendo cum consanguinea: ideo vir non peccat, eam post fornicationem cognoscendo.

Art. 3. Vtrum vir proprio iudicio possit vxorem fornicantem dimittere.

Vir potest vxorem dimittere vel quoad horum tantum, vel eam quoad habitationem & hæc dimissio quantum ad vtrunque, dicitur diuortium.

Quantum ad horum tantum, potest vir vxorem dimittere sua auctoritate atque ei constat de adulterio proprio arbitrio.

Nec tenetur debitum reddere, nisi per Ecclesiam compellatur, & sic reddens, nihil sibi præiudicat: vnde patet ad tertium.

Diuortium non potest celebrari sine iudicio Ecclesiæ.

1. Nemo potest seipsum iudicare. Sed si vir proprio iudicio vxorem fornicariam dimitteret, seipsum iudicaret. Ergo.

2. Nemo in eadem causa potest esse iudex, & actor. At vir in hac causa est actor Ergo.

Si alias a viro dimissa fuerit, vir potest cogi ad cohabitandum, nisi possit in continenti fornicationem probare.

Dominus non vedit sententiam de dimissione fornicatæ, sed ipse promulgauit: nam sententia est applicatio iuris communis ad particulare factum, quod est iudicis, & non cuiuscunque.

Ioseph non cogitauit occulte dimittere Mariam propter fornicationem, sed propter reuerentiam sanctitatis eius. 7. Concl.

Licet vxor non inueniatur in facto tamen si inueniatur in locis, & horis suspectis, & solus cum sola, nudus cum nuda, & hoc probetur per testes, videtur fornicatio probata. 8. Concl.

In accusatione mulieris ad punitionem criminis in iudicio seculari debet præcedere inscriptio, qua vir ad pœnam talionis se obliget, si in probatione deficiat. quod non fit cum vir accusat ad thori separationem tantum, coram iudice spirituali, & ita non sequitur habere suũ intentum, qualitercunque res cat, siue ipse vxorem, siue vxor ipsum dimitteret. 9. Concl.

Cum in crimine procedit per denunciationem: debet præcedere fraterna correctio, iuxta præceptum Domini, non autem quando procedit per accusationem, vt procedit vir. 10. Concl.

Art. 4. Vtrum vir, & vxor in causa diuortij possint ad paria iudicari.

In causa diuortij vir & mulier ad paria iudicantur, vt sit vnus licitum, vel illicitum, quod alteri & ita in vtroque est sufficiens causa, scilicet fidei fractio, ad quam æqualiter se habent, & ita æqualiter peccant contra hoc bonum matrimonij, in cuius peccat pœnam inductum est diuortium. 1. Concl.

Maior est causa diuortij in vxore, quam in viro, qua quantum ad bonum prolis plus peccat adulterium vxoris, quam vir. 2. Concl.

Quare ad æqualia ex inæquali causa obligantur, non tamen iniuste, quia in vtroque est causa sufficiens: vt cum duo damnantur ad eandem mortis pœnam, licet alter grauius peccauerit. Ex quibus patet ad secundum, & tertium quæ procedunt de inæquali causa ex parte prolis. 3. Concl.

Viro permittebatur per libellum repudij vxorem dimittere: & non è conuerso. † 4. Concl.

Quia hoc fiebat ad euitandum homicidium, de quo erat maius periculum in viris; quam in mulieribus. Ideo non erant pares in hoc.

Quantum ad bonum prolis est quidem maior causa diuortij in muliere, vt dictum est, sed non propterea non iudicantur ad paria, 5. Concl.

Etsi vir sit quasi vxoris gubernator, non tamen est iudex: ideo in his, quæ ad iudicium pertinent, pariter iudicatur 6. Concl.

In simplici fornicatione plus peccat vir quia plus habet de bono rationis, sed in adulterio plus peccat mulier propter causas dictas. 7. Concl

Etsi vir sit caput mulieris, vnde eius aggrauatur crimen: tamen ex illa circumstantia quæ 8. Concl.

in alia n

an aliam speciem trahit, magis aggrauatur peccatum scilicet ex lasione matrimonii: trahit enim ad speciem iniustitiæ, in hoc quod aliena proles furtiue submittit & sic magis peccat mulier.

Art. 5. Vtrum post diuortium vir alteri nubere possit.

1. Concl. Post diuortium altero viuente, non licet ad aliam copulam transire.

1. Cor. 7. 1 *Præcipio, ait Paulus non ego sed Dominus vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam.*

32. q. 7. 2. *Quia nullus ex peccato debet reportare commodum. Sed hoc esset si adultera liceret ad magis desiderabile coniugium accedere Ergo.*

3. Quia nullum impedimentum supernemens matrimonio potest illud dissoluere. Idem patet ex August.

† 2. Concl. Lib. 1 de nup. & Conc. c 7. 10 & 15. 21 Nemo per se obligari potest ad continentiam perpetuam, sed per accidens vtique: vt si vxor incurrat infirmitatem incurabi em quæ impediat carnalem copulam: sic etiam si ab adulterio nolit desistere.

3. Concl. Cor fusio quam reportat vxor ex diuortio, debet eam cohibere à peccato, quod si nihilominus peccat minus malum est, cum sola peccet quam quod etiam vir peccati sit particeps.

4. Concl. Etsi post diuortium nullus teneatur debitũ reddere tamen adhuc restat vinculum matrimonij: & in tali casu quisque potest vouere castitatem. Sed si ecclesia fuisset decepta per falsos testes debet vxor reddi viro suo etiam post professionem in religione, & tunc potest reddere debitum, tenet non petere

5. Concl. Cum dominus ait, quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationis causam, & aliã duxerit, mœchatur, exceptio illa refertur ad dimissionem vxoris: & ita etiam mœchatur qui alia post dimissionem ducit.

Artic 6. Vtrum post diuortium vir, & vxor possint reconciliari.

1. Concl Si vxor post diuortium emendata fuerit potest vir eam sibi reconciliare.

1. Quod si decesserit, ait Paulus; manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

2. Quia vir poterat post fornicationem non admittere. Ergo poterit post diuortium reconciliare eam sibi.

1. Cor. 7. 2. Concl. Si in peccato incorrigibilis maneat non debet reassumere.

† 3. Concl. Sententia Ecclesiæ non fuit cogens ad separationem sed licentiam præbens & ideo potest fieri reconcilio.

Pœnitentia vxoris potest tantum inducere virum ne eam dimittat, non autẽ cogere eum aut ab occasione repellere. 4 Concl.

Quia cessante culpa quoad actum, & vinculum remanet quoad reatum, & pœnam.

Vxor prostitutione dimissa postea reuocata tenetur ad virum redire, & ei reddere debitum. 5. Concl.

Quia diuortium est in fauorem viri, qui non habuit impetendi, & renocandi.

Mulier non potest petere reconciliationem si post diuortium, vir adulterium commiserit: neque iudex potest virum de rigore ad hoc cogere sed secundum æquitatem vt eius animæ consulat. 6. Concl.

Vir adulter peccat diuortium petens, & licet mulier non possit probare illius adulterium tamen si petit debitum & reconciliationem, vir tenetur ad vtrunque. 7. Concl.

Quæstio 63. De secundis nuptijs.

Art. 1. Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ.

1. Concl. Gen. 25. 1. Tim. 5. Rom. 7. NOn solum secundæ, sed tertiæ, & sic deinceps sunt licitæ,

1. Legitur Abraham secundas nuptias contraxisse.

2. Volo ait Paulus, iuniores (scilicet viduas) nubere, ergo &c.

3. Quia altero mortuo vinculum matrimoniale dissoluitur vt patet ex Paulo, ergo. Nam nil præcedens matrimonium impedit.

† 2. Concl. Hom 12 in Matt. oper imperf. 3. Concl. Ambr. in 7 cap. 1. ad Cor. Chrysost. ait, secundas nuptias esse malas quando propter concupiscentiam contrahuntur.

Secundum matrimonium dicitur non bonum, non quod non sit licitum, sed quia caret illo honore significationis, qui est in primo, scilicet quod sit vna vnius sicut Christus & ecclesia.

4. Concl. Sacerdotes arcentur, ne intersint secundis nuptijs, non quod sint illicitæ, sed quia carent ea honestate, quæ erat in primis.

5. Concl. Irregularitas non semper inducitur propter culpam, sed etiam propter defectum sacramẽti: vnde ratio quæ affertur non est ad rem.

Art. 5. Vtrum secundum matrimonium sit sacramentum.

1. Concl. Etiam secundum matrimonium est sacramentum sicut primum.

1. Quia coitus in secundis nuptijs excusatur a peccato Sed hoc nõ est nisi propter tria bona matrimonij, quæ sunt proles, fides, & sacramentum. Ergo.

2. Ex secunda nuptia contrahitur irregularitas. Ergo sunt sacramentales.

3. In his inueniuntur omnia, quæ sunt necessaria ad sacramentum matrimonij, scilicet debita materia, quæ sunt personæ legitimæ, & debita forma id est expressio consensus. Ergo.

† 2. Concl. Ea tantum sacramenta, quæ imprimunt characterem non possunt reiterari sine eorũ iniuria; cuiusmodi non est matrimonium.

Secundæ nuptiæ respectu primarum, habẽt aliquem defectum respectu significationis, si sint secundæ ex vtraque parte & ideo illis subtrahitur benedictio: quod non fit cum sint tantum secundum ex parte viri.

3. Concl. Etiam in secundo matrimonio reperitur perfecta significatio licet respectu primi habeat aliquem defectum.

5. Concl. Secundum matrimonium impedit ordines ex defectu, quẽ habet vt est sacramentum: sed ex hoc non fit, vt non sit sacramentum.

Quæstio 64. De annexis matrimonio, & de debiti redditione.

Art. 1. Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti.

1. Concl. ALter coniugum tenetur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti.

1. Vt seruus est in potestate domini sui ita vxor cõiugum in potestate alterius ex Paulo. Sed seruus tenetur præcepto domini parere, ex eodem. Ergo &c.

1. Cor. 7. *2. Matrimonium est ordinatum ad fornicationem vitandam ex Paulo, quod non esset: si vxor non teneretur alteri debitum reddere.*

2. Concl. Vir tenetur vxori debitum reddere in his quæ ad generationem prolis spectant, salua tamen prius personæ incolumitate.

1. Matrimonium sequitur ordinem naturæ, cũ sit officium naturæ. At natura prius nutrit individuum, & postea dat superfluum ad generationem. Ergo, neque enim vxor habet potestatem in virum, nisi in his, quæ ad generationem prolis pertinent.

2. Quia ille est ordo caritatis, vt sibi prius quisque prospiciat, deinde alijs.

† 3. Concl. Non implicat, quod aliquis adimplens aliquod præceptum reddatur inhabilis ad aliquid sacrum officium pertractandum: vt iudex iudicando in causa mortis, ob quam cautam fit irregularis: sic vir debitũ reddens &c.

4. Concl. Quando est periculum infirmitatis nõ tenetur reddere: neque est iusta petitio, si vltra vxor petat.

5. Conc. Quando vir redditur impotens ad reddendũ debitum ex causa licita mulier non debet exigere, & ille non tenetur reddere sed si ex causa illicita; si ex hoc sequatur peccatum mulieris, aliquo modo vitio imputatur.

6. Concl. Lepra solum sponsalia, sed non matrimonium, ideo vxor tenetur leproso debitũ reddere, licet non teneatur cohabitare: quia ex cohabitatione, facilius quis inficitur, quã ex coitu. Et licet proles generetur infirma, melius est male esse, quam omnino non esse.

Artic. 2. Vtrum vir teneatur debitum reddere vxori non petenti.

1. Concl. Petere debitum contingit dupliciter; vel expresse, vt cum verbis petitur vel interpretatiue, vt cum vir per signa percipit, quod vxor vellet sibi debitum reddi, sed ob verecũdiam tacet.

2. Concl. Vir tenetur debitum reddere, etiam si verbis vxor non petat, quando in ea signa apparent voluntatis debitum reddendi.

1. In redditione debiti præstatur medicamentũ contra vxoris concupiscentiam. Ergo vt medicus, cui infirmus est cõmissus, tenetur eius morbo subuenire, ita vir, &c.

2. A simile de prælato cuius est correctionis remedium contra peccata subditorum adhibere.

† 3. Concl. Tempus determinatum ad reddendum, non est solum quando petitur, sed etiam quãdo timetur periculum nisi tunc reddatur.

4. Concl. Vir potest præsumere vxorem velle continere si contraria signa non videat: alias esset falsa præsumptio.

5. Concl. Non est par ratio de domino, & de muliere; quia dominus nõ verecundatur petere debitũ seruitutis, vti mulier petere debitũ matrimonij. Et seruus etiam tenetur debitũ implere si periculum immineat, etiam non exigente domino.

6. Concl. Non debet vir vxorem auertere, ne debitum petat, nisi aliqua rationabili causa: nec etiam tunc debet maxima instãtia eam auertere, ob imminentia pericula.

Art. 3. Vtrum vir & mulier sint in actu matrimoniali æquales.

1. Concl. Æqualitas est duplex, altera quantitatis, vt bicubiti ad tricubitum: altera proportionis vt dupli ad duplum.

2. Concl. Secundum primam quantitatã vir, & vxor non sunt æquales in matrimonio; neque quãtum ad actum coniugalem, in quo id, quod nobilius est, viro debetur; nec quantum ad dispensationem domus, in qua vxor regitur, & vir regit.

Quantum

Quantum ad secundam æqualitatem sunt æquales in vtroque.

Quia vir non tenetur vxori in actu coniugali, & in dispensatione domus, ad id, quod vxor est; ita vxor viro ad id, quod vxoris est: vnde apud Magist. dicitur, quod sunt æquales in reddendo, & petendo debito. Hinc facit, quod ait Paul. nec virum, nec vxorem sui corporis potestatem habere. Rursus in matrimonio est relatio æquiparantiæ, cum sit quædam communitas. Ergo vir & vxor erunt æquales in matrimonio.

Cor. 7.

† 4. Concl. Licet agere sit nobilius, quam pati: tamen eadem est proportio agentis ad agendum, & patientis ad patiendum.

5. Concl. Per accidens vir tenetur reddere debitum mulieri non petenti, & non contra, propter erubescentiam.

6. Concl. Ex eo, quod mulier facta est propter virū, ostenditur quod non sunt æquales absolute; non autem quod non sint æquales secundum proportionem.

7. Concl. Et si vir sit mulieris caput; tamen sicuti membra tenentur capiti in officio suo; ita & caput membris.

Art. 4. Vtrum vir, & vxor possint votum emittere contra debitum matrimonij, sine mutuo consensu.

1. Concl. Coniuges non possunt sine mutuo consensu continentiam vouere.

1. Cor. 7.

1. Nolite, ait Paul fraudare inuicem, nisi ex consensu ad tempus.

2. Nemo potest facere votum de alieno. At vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor, & contra. Ergo.

3. Votum, vt ipsum nomen importat, voluntatis est, & in solo esse dicitur illis, quæ nostræ voluntati subiacent, cuiusmodi non sunt ea, in quibus vnus tenetur alteri. At coniuges sibi inuicem tenentur in redditione debiti. Ergo.

2. Concl. Si vouerint peccant, & non tenētur votum seruare, sed agere pœnitentiam.

† 3. Concl. Licet viro sine consensu vxoris accipere crucem in subsidium Terræ sanctę: quia probabile est mulierem debere velle cōtinere ad tempus; & potest virum sequi: quod non liceret vxori sine consensu viri: quia cum maiori periculo castitatis per terras discurreret, & cæt.

4. Concl. Alter coniugum dissentiens voto continentiæ alterius, non peccat.

Quia hoc non facit, vt bonum illius impediat, sed ne sibi vrain dictum generetur.

5 Concl. Melior sententia est, quod nec possint vouere de non petendo debito, sine consensu.

Quia matrimonium redderetur alteri nimis onerosum ob confusionem semper petendi.

Vt vxor non potest petere debitum contra incolumitatem viri, ita nec ad impediendum ea, in quibus domino suo tenetur, sed propter hoc non potest dominus prohibere quin debitum reddat. 6. Concl.

Art. 5. Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti.

In diebus, in quibus præcipue spiritualibus est vacandum, non licet petere debitum. 1. Concl.

1. Vt aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris: ita aliqua tempora. Sed in loco sacro non licet debitum petere. Ergo &c.

2. Hoc tempore maxime est spiritualibus vacandum. Sed actus matrimonij, licet culpa careat, tamen quia rationem deprimit ob carnalem delectionem, reddit hominem ineptum ad spiritualia, Ergo.

† 2. Concl Si concupiscentia tempore sacro inualescat, potest deprimi alijs remedijs, vt oratione, &c.

3. Concl. Licet in die festo non teneantur coniuges tota die orare · tamen tenentur se conseruare idoneos ad orandum.

Art. 6. Vtrum petens debitum tempore sacro, peccet mortaliter.

1. Concl. Non peccat mortaliter vxor, vel vir, si in die festo debitum petat.

Quia hæc carnis flamma non trahit in aliam speciem peccati, & ita non potest in infinitum aggrauare. Ergo.

2 Concl. Grauius est peccatum, si sola delectationis causa petatur, quam si propter timorem, quo quis sibi cauens de lubrico carnis, debitum petat.

† 3. Concl. lib. 1. Dial. cap. 9. Mulier illa, cuius meminit Greg. non fuit à dæmonio arrepta quod debitum reddidisset, sed quia poltmodum diuinis se ingessit, contra conscientiam.

4 Concl. Exod. 1. Ex eo, quod qui legem erant accepturi non deberent vxoribus appropinquare, non probatur quod sit peccatum petere debitum hoc tempore sed quod est incongruum: vel multa exigebantur in veteri lege de necessitate præcepti, quæ non exiguntur in noua.

Art. 7. Vtrum vnus coniugum teneatur alteri debitum reddere tempore festiuo.

1. Concl Vnus coniugum tenetur alteri debitum reddere, quocunque tempore, & quacunque hora: salua tamen honestate, quæ in talibus exigitur.

or.7.

1. *Nolite fraudare, ait Paulus, inuicem, &c. Ergo cui alter petitualiter tenetur reddere.*

2. *Quia, quantum ad actum generationis, vterque habet potestatem in corpus alterius, Ergo. &c.*

. Corol.

Qui tempore festino debitum reddit, quantum in se est: non consentit, quia inuitus dat quod ab ipso exigitur, ideo non peccat.

Conel.

Licet tunc temporis teneatur ad orandum, tamen non est aliqua determinata hora, quæ non possit recompensari in alijs horis.

Quæstio 65. De pluralitate vxorum

Art. 1. Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ.

Conel.

OMnibus rebus naturalibus insunt principia, quibus non tolum suas operationes efficiunt, sed etiam suo fini congruentes reddunt: siue sint operationes consequentes naturam generis, siue speciei.

Conel.

Vt in agentibus ex necessitate naturæ principia sunt ipsa formæ, ita in his, quæ cognoscunt principia agendi, sunt cognitio & appetitus: vnde oportet vt in vi cognoscitiua sit naturalis conceptio & in appetitiua naturalis inclinatio, quibus operatio reddatur fini congruens.

Conel.

Cum homo rationem finis, & proportionem operationis ad finem cognoscat, naturalis conceptio est indita: qua ad operandum dirigitur, lex, siue ius naturale dicitur; at in alijs animantibus, æstimatio naturalis, cum potius impellantur ad agendum, quam quasi suo arbitrio regulentur.

Conel.

Lex ergo naturalis, est conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus proprijs, siue competat ei ex natura generis, vt comedere, generare, & cæt. siue speciei, vt ratiocinari, &c.

Conel.

Omne illud, quod actionem inconuenientem reddit fini, quem natura in opere intendit, contra legem naturæ dicitur.

. Conel.

Quod aliqua actio sit inconueniens fini principali, vel secundario potest contingere, vel ex aliquo, quod omnino finem impedit, vt ni-mia comestio saluti corporis, quasi principalem finem, vel bonam habitudinem in negotijs finem secundarium, vel ex aliquo, quod facit ad bene esse, aut minus conuenientem peruentionem ad vnum, vel alterum finem, vt comestio tempore indebito

. Conel

Actio quæ est inconueniens fini primo modo, scilicet, quæ omnino finem principalem directe impedit, prohibetur primis præceptis legis naturæ, quæ sunt in operabilibus, vt communes animi conceptiones in speculabilibus.

3 Conel.

Si autem sit incompetens fini secundario quocunque modo, vel etiam principali, dum facit difficilem, vel minus congruam peruentionem, prohibetur secundis legis naturæ præceptis a primis derivatis.

9. Conel. Arist. lib. 4. Eth. c. 12.

Matrimonium habet pro fine principali prolis procreationem, & educationem, qui finis competit homini secundum naturam tui generis: pro secundario vero operum communicationem, & in quantum est inter fideles habet etiam pro fine significationem Christi & Ecclesiæ.

10. Conel.

Primus finis respondet matrimonio hominis, vt est animal, secundus vt est homo, tertius, vt est fidelis.

11. Conel.

Pluralitas vxorum nec totaliter tollit, nec aliqualiter impedit primum matrimonij finem: quia vnus sufficit pluribus vxoribus fœcundandis, & cæt. Vnde patet solutio ad tertium.

12. Conel.

Secundarium, & si non totaliter tollat, tamen multum impedit.

Quia non facile potest esse pax in familia vbi vni viro plures vxores iunguntur quibus omnibus non potest satisfacere ad votum. & quia communicatio plurium in vno officio causat lites.

13. Conel.

Tertium autem finem totaliter tollit: eo quod vt Christus est vnus, ita & Ecclesia vna.

14. Conel.

Quare pluralitas vxorum aliquo modo est contra legem naturæ, & quodammodo non: vt patet ex dictis.

†15. Conel.

Consuetudo secundum quam olim vnus plures habebat vxores, non præiudicat legi naturali quantum ad principia eius principia, sed quantum ad secunda, quæ consuetudine augentur, aut minuuntur, & tale est præceptum legis naturæ de vna vxore

16. Conel.

Qui plures habuerunt vxores dicuntur non fecisse contra aliquod præceptum, ex Aug. quia quæ sunt de secundis præceptis legis naturæ, cum contingunt aliqua lege firmata, non habent vim coactiuam per modum præcepti. & cum pluralitas vxorum nondum esset prohibita, ideo &c.

17. Conel Tullius lib 2 de inuent. 5. Etim. c 3.

Ius naturale dicitur; vel quod est insitum a natura, vt ait Tul. vel quod est a principio extrinseco superiori: & sic ibid. vocatur ius naturale, quod est in lege, & Euangelio, cum sit diuinitus reuelatum: vel quod non solum est a principio, sed a natura, quia de rebus naturalibus est Et quia natura contra rationem diuiditur a qua homo est homo: ideo si ius natu-

rale

rale ſtricte accipiatur, ſolum illa quæ ad hominem pertinent, non dicuntur de iure naturali, ſed tantum quæ ratio naturalis dictat, de his quæ ſunt homini & aliis communia: & ſic datur illa definitio, quo ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, & licet pluralitas vxorum non ſit contra ius naturale, hoc modo ſumptum eſt tamen contra ius naturale ſecundo & primo modo acceptum: quia eſt contra ius diuinum, & quia natura dictat hoc cuilibet animali ſecundum modum ſuę ſpeciei. Vnde etiam animalia naturali inſtinctu ſunt de prolis educatione ſolicita, & aliqua comunctionem ad vnum ſeruant, vt patet de columba & turture.

18. Concl. Et ſi non ſit contra naturam, quod vnum agens agat in plura patientia, quantum ad finem matrimonij primarium, eſt tamen contra alios fines, vt eſt dictum Concluſiones ſequentes colliguntur ex argumentis, ſed contra, quæ videntur probare eſſe contra prima principia legis naturæ.

19. Concl. Quia natura fuit inſtituta perfecta, ideo ei indita ſunt etiam quæ faciunt ad conſecutionem finis etiam ſecundarij ſine difficultate, propter ea dictum eſt, *& erunt duo in carne vna.*

20. Concl. Gen. 2. Contrahens cum vna vxore non ſe obligat, ad reddendum debitum quocunque tempore, quantumcunque ad id, ad quod principaliter matrimonium eſt inſtitutum, ſcil. ad propagationem, ſed prout eſt ſolum remedium tantum quid eſt ſecundarius finis: vnde qui accipit plures vxores non obligat ſe ad impoſſibile, conſiderato principali fine.

21. Concl. Illud præceptum, *quod tibi non vis*, &c. intelligitur eadem proportione ſeruata: neque enim ſi prælatus non vult ſibi reſiſti à ſubdito, ipſe ſubdito reſiſtere non debet: vnde ex vi huius præcepti non ſequitur, quod ſi vxor non vult vt ſuus vxor habeat alium virum, ipſe non debet velle habere aliam vxorem. Eſt autem contra legem naturæ quod vna habeat plures viros: quia quantum ad aliquid & totaliter impeditur bonum prolis, & ratione procreationis & educationis. Vnde nulla conſuetudine eſt permiſſum vnã mulierem habere plures viros.

Ariſt. li. 7. de hiſt. an. c. 4. 33. & 4.

22. Concl. Zelus qui non patitur conſortium in amato, eſt quidem viri ad mulierem: & contra: ſed cũ naturalis inclinatio in via appetitiua ſequatur naturalem conceptionem, & quia non eſt ita contra naturalem rationem, quod vir plures habeat vxores, ſicuti quod vxor plures habeat viros, ideo appetitus vxoris non tantum refugit conſortium in viro, ſicut è conuerſo: vnde zelotypi magis ſunt in hominibus, quam in animalibus inuenitur maior Zelus maris ad fœminam quam è conuerſo.

Art. 2. Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores.

1. Concl. Pluralitas vxorum eſt contra ſecunda præcepta legis naturæ, quæ à primis ita procedunt vt non ſemper efficaciam habeant, ſed in maiori parte, cum actus humani pro varietate circumſtantiarum variari poſſint.

2. Concl. Et quia non eſt facile determinare tales varietates, ideo licentia prætermittendi legem in his caſibus, eſt penes eum qui legẽ ſtatuit: quæ licentia diſpenſatio dicitur.

3. Concl Et quia lex de vnitate vxoris non eſt humana, ſed diuinitus inſtituta, & cordi impreſſa, vt alia quæ ad legem naturæ qualitercunque pertinent, ideo in hoc à ſolo Deo per inſpirationem diſpenſatio fieri potuit.

4. Concl. Hæc diſpenſatio principaliter ſanctis patribus facta fuit, & eorum exemplo ad alios deriuata eſt.

5. Concl. Facta fuit eo tempore, quo oportebat naturæ præceptum prætermitti; ad multiplicationem prolis ad cultum Dei educandæ.

Quoniam principaliter finis ſemper eſt magis conſeruandus, cuius modo eſt bonum prolis; neglectum ad tempus incommodus, quæ ex pluralitate vxorũ poterant oriri in ſecundarijs finibus.

6. Concl. Quare ex diſpenſatione diuina aliquãdo licuit plures habere vxores.

1. Quia lex Geniſ facit mentionem de pluralitate vxorum ſine aliqua prohibitione.

2. Quia ſancti patres plures habuere vt Iacob Dauid &c.

†7 Conc. lib. 25. Eſth. cap. 7. Decr. li. 4. Ius naturale ſecundum ſe, ſemper & vbique habet ſuam potentiam: per accidens tamen, propter aliquod impedimentum quandoque & alicubi poteſt variari. vt philoſophus ait.

8. Concl. lit. 19 c. Candimus Dei diſpenſatio circa plures vxores, non eſt contra ſed propter naturæ ordinem.

9. Concl. Quia iſta diſpenſatio eſt legis naturæ, ideo non debuit dari ſcripta, ſed per internam inſpirationem, ſicuti ipſa lex naturalis.

10 Concl. Cultus Dei poſt Chriſtum non per carnalem propagationem, vt in veteri lege, ſed per ſpiritualem debet multiplicari, & conſeruari: vnde nunc non eſt neceſſaria illa diſpenſatio

11. Concl In hac diſpenſatione non prætermittitur maius bonum, quia proles includit etiam fidem erga Deum ſeruandam, & quia ſi ea bona non penitus tolluntur, remanet enim fides ad plures, & aliqua ſignificatio ſacramenti ſcil. coniunctio Chriſti ad Eccleſiam multitudinem & triumphantem.

Art. 3. Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ.

Concl. Accedere ad mulierem non iunctam matrimonio, quæ concubina vocatur, est contra legem naturæ.

1. *Quia filij ex tali concubitu nati sunt* (sic) *imperabiles, quod non esset, si talis concubitus liceret.*

2. *Matrimonium est naturale, quod non esset si alter se mutuo non commisceret, sine præiudicio legis naturæ liceret, Ergo.*

3. *Illa actio est contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito, quem natura intendit, vel quia non ordinatur ad ipsum per actionem agentis, vel quia de se est impropertionata illi fini. Sed talis est concubitus cum non sua, Ergo Nam finis quem natura per concubitum intendit, est prolis procreatio & educatio ad quod refertur delectatio apposita in concubitu. Ergo qui concubitum propter hunc finem non quærit, vt concubinarius, qui solam delectationem quærit facit contra naturam.*

Concl. Etiamsi quis per talem concubitum prolem intendat, adhuc est contra naturam, quia non est conueniens ad prolis bonum scil. ad educationem & institutionem, ad quæ parentes per longum tempus tenentur: ideo inter marem & fœminam debet esse mutua societas, & obligatio ad commanendum quæ matrimonium facit.

Concl. Vt matrimonij coniunctio à bono prolis, quod intendit, nomen accepit, ita concubinæ nomen illam coniunctionẽ exprimit, qua solus concubitus propter seipsum quæritur: res enim à fine nominari solent.

4. Concl. Fornicatio simplex fuit prohibita ab Apostolis, non quod prius non esset contra naturam, sed quia gentiles, apud quos lex naturalis erat offuscata, non putabant esse malum.

Concl. Lex positiua, quæ simplicem fornicationem admittebat orta erat ex prædicta obscuritate, quæ per Christianam religionem oblata est.

Concl. Etsi ancilla sit res domini ad obsequium, non tamen est res sua ad concubitum: ideo non potest ea vti vt vult

. Concl. Mulier non habet potestatem ad omnia in corpus viri, sed tantum, quantum, ad matrimonium, vnde non potest virum alteri tradere, puta concubinæ, &c.

Art. 4. Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale.

Concl. Simplex fornicatio de iure naturæ est peccatum mortale, etiam lex scripta non esset.

1. *Quia ex Iudic à regno Dei, vt ait Paulus.* 1. Cor. 6. Cap. 4.

2. *Fornicatio est crimen, ex Tobia, ergo est peccatum.*

3. *Ille actus ex suo genere est peccatum mortale per quem sedem amittit homo ad Deum, vel homini ad hominem violatur. At huiusmodi est simplex fornicatio, quæ tollit debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit, Ergo &c.*

† 2. Concl. Frequenter homo qui non vitat peccatum mortale, vitat veniale, ad quod non habet tantum inclinamentum, quod fecit Iudas, qui vitauit mendacium, & tamen fornicatus est cum Thamar. sed hinc non sequitur, quod fornicatio non sit peccatum mortale.

3. Concl. Fornicatio non ideo non est peccatum mortale, quia non punitur morte temporali, punitur tamen morte æterna.

4. Concl. Non inconuenit, quod actus luxuriæ sit peccatum mortale, & actus superbiæ aliquando veniale: quia illud Greg. quod peccata carnalia sint minora spiritualibus, intelligitur quoad genus peccati, non quoad ipsos actus.

5. Concl. Fornicatio ex magnitudine excitamenti minuitur: sed ex materia circa quam est, habet grauitatem maiorem, quam inordinata commistio, &c.

Art. 5. Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere,

1. Concl Falsum est, quod fornicatio ante tempus legis non fuerit peccatum, quod Rabbi Moses dixit. Nec necesse est excusare factum Iudæ, qui cum Thamar concubuit, cum filij Iacob alias grauiter peccauerint. Gen. 38. Gen. 37.

2. Concl. Habere concubinam non matrimonio iunctam, nullo tempore secundum se, fuit licitum.

1. *Quia quæ sunt contra præcepta decalogi nunquam licuere. At mechari prohibitum est in decalogo, Ergo.*

2. *Vire non licet, quod mulieri non licet, vt ait Ambr. Sed nunquam licuit mulieri accedere ad alienum virum. Ergo nec viro habere concubinam*

3. Concl. Nunquam fuit licitum alterum ex dispensatione diuina.

lib. 1. de Abraha c. 4. *Quia est contra prima præcepta legis naturæ, quæ dispensationem non recipiunt.*

4. Concl. Cum in veteri testamento legitur aliquos habuisse concubinas quos excusare fit necesse, oporteret dicere, eas habuisse aliquid de ratione vxoris & aliquid de ratione concubinæ.

Nam ista ingrediuntur matrimonio, quantum ad principalem finem, id est quantum ad bonum prolis, fidei & indiuisa conuictione, sed non quantum ad secundum, id est, societatem &

communionem operum, in quo potuit esse dispensatio.

† 5. Concl. Habere plures vxores non est contra prima principia naturæ, vt habere concubinam.

6. Concl. Ancillæ ad quas accesserunt Abraham: Iacob, &c. erant vxores quantum ad primum finem matrimonij; licet non quantum ad secundarium, qui opponitur seruituti.

7. Concl. Quod Abraham ejecerit Ancillam & filium eius, fuit in mysterium.

Quæstio 66. De bigama, & irregularitate ex ea contracta.

Art. 1. Vtrum bigamiæ irregularitas sit annexa.

1. Concl. Bigamiæ est annexa irregularitas.

1. *In bigamia est defectus sacramenti propter significationem, quæ est, vt sit vna vnius, & contra. At nullum qui defectum in sacramento patitur debet alijs sacramenta ministrare; Ergo.*

2. *Cum concupiscentia maxima spiritualibus repugnet, inijs, qui sacramenta pertractare debent, nullam signum concupiscentiæ permanentis debet apparere. At in bigamo apparet, quia non fuerunt contenti vna vxore, Ergo.*

2. Concl. Quatuor sunt modi bigamiæ.

1. Quando quis plures vxores successiue habet de iure.

2. Cum simul habet plures, vnam de iure, alteram de facto.

3. Cum plures habet successiue, aliam de iure, aliam de facto.

4. Quando viduam ducit in vxorem, & omnibus est adiuncta irregularitas.

† 3. Concl. Licet pluralitas vxorum successiue non faciat multitudinem actuum: tollit tamen illam perfectionem sacramenti, quæ requiritur in sacramentorum dispensatoribus.

4. Concl. Etsi in fornicatione sit maius signum concupiscentiæ, tamen non est ibi defectus sacramenti, sicut in bigamis, ideo, &c.

5. Concl. Lo. 4. decr. tit. 21. c. de bigamis. Bigamia causat irregularitatem, in quantum tollit perfectam significationem sacramenti, quæ consistit, & in coniunctione animorum, & corporum & non solus consensus de præsenti causat irregularitatem.

Art. 2. Vtrum irregularitas sit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc quod homo habet duas vxores, vnam de iure, alteram de facto.

2. Concl. In duobus secundis modis bigamiæ contrahitur irregularitas: quia quamuis in altero non sit sacramentum, est tamen quædam sacramenti similitudo. Vnde isti duo modi sunt secundarij, & primus est principalis in irregularitate causanda.

† 2. Concl. Etsi cum contrahitur de facto, ibi non sit sacram. est tamen similitudo sacramenti, quæ non reperitur in fornicatione, & adulterio. Vnde non est par ratio: ex quo patet etiam ad secundum.

3. Concl. Qui non cognouit carnaliter eam, cum qua contraxit de iure, & contrahit cum alia de facto, & eam cognoscit carnaliter, non est bigamus, quia primum matrimonium non habuit perfectam significationem suam, si autem ab Ecclesia cogatur redire ad primam, & eam cognoscere, tunc erit bigamus.

Art. 3. Vtrum contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis ducit vxorem non virginem.

1. Concl. Dist. 34. can. præcipimus. Ex eo, quod aliquis ducit in vxorem non virginem, contrahitur irregularitas.

1. *Ex Greg. qui hoc decernit.*

2. *In coniunctione Christi, & Ecclesiæ vnitas ex vtraque parte inuenitur, Ergo si mulier indimissio carnis debet esse ex parte viri sicut ex parte vxoris, licet diuersimode.*

2. Concl. Ex parte viri non requiritur, quod sit virgo sed quod aliam non habuerit vxorem.

Nam corruptio carnis, quæ matrimonium præcessit nullum defectum facit in sacramento ex parte illius, in quo est corruptio, sed ex parte alterius, quia actus contrahentis matrimonium cadit supra alterum: & ideo ex termino specificatur: quia etiam respectus illius est quasi materia. Et ideo vir corruptus contrahens cum incorrupta, non incurrit irregularitatem, quam tamen incurreret mulier in tali casu, si esset ordinis susceptibilis: vnde patet ad primum.

3. Concl. Non est verum, quod sponsus repræsentet Ecclesiam, in qua sunt multæ corruptiones; & vxor repræsentet Christum, qui virgo fuit, ac proinde incorruptionem requiri ex parte vxoris, & non ex parte viri.

Quia vt patet ex Paulo, vir Christum, & vxor Ecclesiam significat.

Nec est verum quod quia sponsa repræsentat Ecclesiam triumphantem, ideo debet esse immaculata, & quia sponsus repræsentat Christum, qui habuit synagogam, quasi concubinam, possit esse corruptus.

Vt Concl Ephes. 5.

Quia est vna fides, & vna Ecclesia.

5. Concl. Probabile est, quod qui defloratam aliquam, quam postea ducit in vxorem, non sit irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures.

Non est necesse, quod irregularitas sit semper voluntaria: vnde qui ducit corruptam, quam putabat virginem, efficitur irregularis.

7. Concl. Vir ob fornicationem suæ vxoris, post matrimonium, non incurrit irregularitatem, nisi postea eam cognoscat: tunc enim fit irregularis etiam si ex conscientia, & iure cogatur reddere debitum.

Art. 4. Vtrum bigamia soluatur per baptismum.

1. Concl. ib. de bon. coniug. c. 18 Bigamia non potest tolli per baptismum.

1 Ex Aug. qui hoc docet.

2 Quia femina ex eodem Aug. si catechumena, vel pagana vxorata est, non potest inter Dei virgines sclari post baptismum. Ergo.

3. Quia baptismus solvit culpas, & non coniugia, ex quibus sequitur irregularitas.

† 2. Concl. in epist. ad Tit. c. 1. Contraria opinio Hieron. non probatur, nisi loquatur ad dispensationem superioris.

3. Concl. Baptismus tollit peccatum, quod est maius, & non irregularitatem, quæ est minus: quia ad hoc non est ordinatus.

4. Concl. Baptismus tollit omnem pœnam, quę consequitur ex peccato actuali, cuiusmodi non est bigamia.

5. Concl. Baptizatus conformatur Christo, quantum ad virtutem mentis, non autem quantum ad statum carnis: vnde &c.

6 Concl Sacramenta veteris legis tollebant irregularitates, quia erant ad hoc ordinata, non sic baptismus

Art. 5. Vtrum cum bigamo licet dispensare.

1. Concl. dist. 34. ca licet. Licet cum bigamo dispensare, vt ordines suscipiat.

1. Ex Leone Papa, qui cum bigamo dispensauit: idem patet ex Martino Papa.

2. Bigamia non est annexa irregularitas de iure naturali, aut diuino, nec est de essentialibus ordinis, quod aliquis non sit bigamus, quod patet ex hoc, quod si bigamus ordinetur character recipit. Ergo

2. Concl. Papa potest dispensare in tali irregularitate tocaliter: Episcopus quantum ad minores ordines: vel etiam secundum alios, quantum ad maiores in illis, qui volunt Deo in religione seruire ad vitandum religiosorũ discursum.

† 3. Concl. Extra de bigamis dicitur cum eis non licere dispensare, ad ostendendam difficultatem dispensandi, cum illis, qui de facto, cum pluribus cõtraxerunt, ac si de iure cõtraxissent.

Concl. Non licet dispensare in his, quæ sunt in canone scripturæ, si sint de iure naturali, vel diuino, sed in aliis, quæ sunt de institutione Apostolorum, vt est bigamia, de qua meminit Paulus.

3. Concl. Non quæuis significatio est de essentia sacramẽti, sed illa quæ pertinet ad officiũ sacramenti, quæ nõ tollitur per irregularitatem.

6. Concl. Quod vniuersaliter est statutum consideratis his, quæ in pluribus accidunt, potest etiam per dispensationem rationabiliter in aliquo casu remoueri.

Quæstio 67. De libello repudij.

Art. 1. Vtrum inseparabilitas vxoris sit de lege naturæ.

1. Concl. INseparabilitas matrimonij est de lege naturæ.

1. Hoc habuit natura bene instituta à principio, Ergo.

Matt. 10. *2. De lege naturæ est, quod homo non contrarietur Deo, quod faceret, si separaret, quod ipse coniunxit.*

3. Matrimonium ex intentione naturæ ordinatur ad educationem prolis per totam vitam pro ea, vnde eiusdem legis naturæ est, quod parentes filios thesaurizent, & filij sint hæredes. At proles est communis genitoris, & vxoris. Ergo communis societas debet permanere indissolubilis ex lege naturæ, vnde patet ad rationes: quia sunt alię causę permanendi præter educationem filiorum, quæ est ad tempus.

† 2. Concl. In alijs legibus non fuit prohibitum vxores dimittere.

Quia non potuerunt reducere humanum genus ad statum nouitatis naturæ, conferendo totum, quod contra legem naturæ erat, sicut fecit lex Christi.

3 Concl. Licet inseparabilitas principalius sit in matrimonio ratione significationis: tamen est etiam ratione prolis: quare est etiam inseparabile, vt est officium naturæ.

4. Concl. Quamuis inseparabilitas matrimonij impediat bonum prolis in aliquo homine, qui ex vxore non suscipit prolem, quam susciperet ab alia, tamen restat adhuc finis secundarius, qui est bonum personæ contrahentis scilicet remedium concupiscentiæ.

Art. 2. Vtrum potuerit esse licitum per dispensationem vxorem dimittere.

1. Concl. Dispensatio in præceptis, quæ sunt aliquo modo legis naturæ, est sicut mutatio cursus naturalis rei; q dupliciter mutari potest: primo a causa naturali, a qua impeditur a suo cursu, vt accidit in casualibus: per quem

modum

modum non variatur cursus rerum, quæ sunt semper sed quæ sunt frequenter: secundo per causam pœnitus supernaturalem, vt accidit in miraculis & hoc modo potest mutari etiam cursus naturalis eorũ, quæ sunt semper.

2. Concl. Hæc ratio dispensationis in præceptis naturæ aliquando est in causis inferioribus, & sic dispensatio cadit super secunda præcepta legis naturæ nõ autem super prima, quæ sunt quasi semper existentia.

3. Concl. Aliquando est tantum in causis superioribus, & tunc dispensatio potest esse diuinitus: etiam contra prima legis naturæ præcepta, ad aliquod mysterium significandum: vt patet in præcepto dato Abrahæ de occidendo filio: quæ dispensationes non fiunt commuter ad omnes, sed ad singulares personas.

4. Concl. Si inseparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturę contineatur, solum secundo modo cadit sub dispensatione, si inter secunda, etiam primo modo cadere potest.

1. Concl. Videtur magis contineri inter secunda præcepta.

Nam inseparabilitas non ordinatur ad bonum prolis quod est principalis matrimonij finis: nisi vt per parentes prouideatur filijs per totam vitam quod non est de prima intentione naturæ secundum quam res sunt communia. Ergo dimissio vxoris non videtur esse contra prima præcepta naturæ, & ita potest cadere sub dispensatione primo modo. Et quod in hoc fieri possit dispensatio, patet, quia Abraham dimisit Agar ex præcepto Dei, quæ erat affecta vxoris erat coniuncta.

6. Concl. Bonum prolis, quod est de prima intentione naturæ, est procreatio, & nutritio vsque ad debitam ætatem quod autem ei prouideatur in posterum per hęreditatis dimissionem, est de secunda intentione naturæ: quæ non est indispensabilis.

7. Concl. Etiam habere concubinã fuit dispensabile, quantum ad secundã intentionem naturę.

8. Concl. Inseparabilitas in matrimonio, vt est sacramentum est de prima intentione, vnde nunc non est dispensabilis, nisi à causa supernaturali: at vt est officium naturæ de secunda intentione, ideo, &c.

Art. 3. Vtrum sub lege Moysis licitum fuerit vxorem dimittere.

1 Concl. Probabile est sub lege Moysis licitum fuisse vxorem dimittere.

1 Quia licet repudiare vxorem ex se sit malum, fit tamen licitum ex permissione diuina.

2. A peccato aut. Chrysost. absoluit culpam legislator quando permisit repudium.

3 Quia si fuisset peccatum per legem aut per prophetas est nunciatum fuisset, iuxta illud, Nuncia populo meo scelera eorum.

Hom. 5: in Matt. oper. imperf. Isa. 58. 2. conc.

Tamen alij cõmunius tenent, repudiũ nõ excusasse à peccato, sed pœna infligenda per legẽ: & ponũt quatuor modos permissionis.

1. Per priuationem præceptionis, vt quando maius bonum non præcipitur, minus bonum videtur permitti.

2. Per priuationem prohibitionis & sic venialia videntur permissa, quia non sunt prohibita.

3. Per priuationem cohibitionis, & sic omnia peccata Deus permittit, quia non impedit.

4. Per priuationem punitionis, propter maius malum cohibendum, & hoc vltimo modo libellum repudij permissum esse dicunt, & cũ vtrunque sit probabile, rationes in vtranque partem soluentur.

† 3. Concl. Moyses libellum repudij non prohibuit, non quod repudium non esset malum, sed vt maius malum effugeret.

4. Concl. Prophetæ non dixerunt vxores esse dimittendas, quasi ex præcepto, sed ex permissio, vt maiora mala non fierent.

5. Concl. Illud Chrys. *sicut à festis permiserunt secundas nuptias, ita Moyses repudium*, similitudo nõ est intellipenda, quantum ad omnia. Reliquę conclusiones colliguntur argumentis, sed contra.

Hom. 31. in Mat. oper. oper. imp.

6. Concl. Licet durities cordis, ob quam permissum est repudiũ, non excusset a peccato: permissio tamen ex duritie facta excusat.

7. Concl. Illud Chrysost. *Moyses dando libellum repudij, non iustitiam Dei ministrauit*, &c. non intelligendum est propter inordinationem, quæ remanet in repudio, non autem quod ibi adsit culpa.

Art. 4. Vtrum liceat vxori repudiatæ, alium virum ducere.

1 Concl. Secundum vnam opinionem, post repudium vxor peccabat alium virum ducendo.

Quia primum matrimonium nondum erat solutum: & mulier, quamdo tempore viuit alligata est legi viri, ex Paulo. At non poterat plures viros habere Ergo.

Rom 7.

2. Concl. Secundum aliam opinionem, vt licebat viro ex dispensatione diuina vxorem repudiare, ita vxori alium virum ducere: quia inseparabilitas ex dispensatione tollitur quia inseparabilitate manente intelligitur verbum Pauli. Vnde ad vtrasque rationes respondendum est.

Viro licebat post repudium aliam ducere, quia ex diuina dispensatione poterat simul plures vxores habere: at nunquam licuit mulieri plures viros habere.

Quod repudiata alium virum duceret, non erat mos qui ex actu honesto proficisceretur: & ideo non excusabat à peccato.

Lex noua non est superabundans à veteri lege tantum circa ea; quæ erant licita; sed etiam circa ea, quæ erant illicita, & à pluribus licita putabantur: vt hoc, quod repudiata nubere alteri viro.

Illud, *qui dimissam duxerit, mœchatur*, intelligo noua in lege, in qua sublata est permissio, quæ erat in veteri.

Illud, *quod repudiata, si alium duceret esse polluta*, non intelligitur de immunditia culpæ sed cuiusdam irregularitatis ob quã dicebatur etiam abominabilis.

Art. 5. Vtrum liceat viro repudiatam à se accipere.

In lege de libello repudij duo erant permissa, scilicet dimittere vxorem, & dimissam alteri iungi; & duo præcepta, scilicet scriptura libelli, & quod maritus repudians iterum nõ posset accipere dimissam.

Hoc secundum eos, qui primam opinionẽ tenent, factum fuit in pœnam mulieris, quæ alteri nupsit. & in hoc peccato polluta est.

Secundum alios factum est, vt vir non de facili vxorem repudiaret, quam nullo modo posset recuperare: Vnde non licebat repudiatam à se recipere Deut 24. cap.

Diuinitus ordinatum hoc fuit ad illius mali punitionem, quod committebatur in repudio.

Licet peccanti indulgere. quantum ad rancorem cordis, sed non quantum ad pœnam diuinitus taxatam.

Licet repudiata alteri non nubat, adhuc est polluta: quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam vt dictum est.

Art. 6. Vtrum causa repudij fuerit odium vxoris.

Odium fuit proxima causa repudij.

Quia causa promissionis repudiandi vxorem fuit vsus ratio homicidij, vt sancti dicunt proxima causa homicidij est odium Ergo,

Sunt aliæ causæ remotæ repudij, & præcipue, quæ bonum prolis impedire possunt: vt in corpore sterilitas, lepra, &c. huiusmodi: in anima mali mores.

Alias has causas satis probabiliter, magis restringũt, scilicet ad aliquam culpam superuenientẽ matrimonio non ob quãcunque. sed ob eam solum quæ proueniret ex moribus, quos filij possent imitari Ex his soluũtur duo prima argumenta.

Sterilitas, & alia huiusmodi, sunt causa odij, & ita sunt causæ remotæ. † 4. Concl.

Propter virtutem non est aliquis odibilis: vnde vxor nunquam propter virtutem repudiabitur. 5. Concl.

Quod aliquis in aliquo casu nõ posset vnquam vxorem repudiare, erat in pœnam viri: nec inde sequitur, quod odium non sit sufficiens causa. Deut. 22. 6. Concl.

Art. 7. Vtrum causæ repudij debeant in libello scribi.

Causæ repudij non scribebantur in libello in speciali, sed in generali. 1 Concl.

Quæ si fuissent sufficientes, præclusissent viam mulieri ad secundas nuptias: si insufficientes non secutum fuisset repudium.

Scribebantur autem, vel vt ostenderetur repudium esse iustum, vel, vt mulier ostendens libellum alteri posset nubere: alias enim ei creditum non fuisset, vel vt mora interueniente, & consilio Scribarum dissuadente, vir à proposito repudiandi desisteret, vt ait Aug. 2. Concl. li. 29. cõtra Faustum, c. 26. lib. 4. antiquit. cap. 6.

Scriptura secundum Iosephum erat talis: Promitto tibi, quod nunquam tecum conueniam. Vnde patet ad obiecta. 3. Concl.

Quæstio 68. De filijs illegitime natis.

Art. 1. Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi.

QVadruplex est filiorum status: quidam sunt naturales. & legitimi. i. qui ex vero, & legitimo matrimonio oriuntur: quidã naturales, & non legitimi, vt qui ex simplici fornicatione nascuntur: quidam legitimi. & nõ naturales, vt adoptiui: quidam nec naturales, nec legitimi, vt spurij, nati ex adulterio, & stupro, qui nascuntur contra legem positiuam, & naturalem. 1. Concl.

Vnde patet esse aliquos filios illegitime natos: eos sc. qui contra legem nascuntur, vt sunt qui nascuntur extra matrimonium. 2. Concl.

Licet qui ex illigitimo coitu nascuntur, nascantur secundum naturam, quæ est communis & brutis, nascuntur tamen contra naturam propriam hominum; ideo illegitimi sunt † 3. Concl.

Qui conueniunt bona fide in facie ecclesiæ, licet adsit impedimentum: tamen, dum igno- 4. Concl.

rant

rant non peccant, nec filij sunt illegitimi: secus si in occulto contrahant: quia videtur ignorantia affectata.

Art. 2. Vtrum filij illegitimi debeant ex hoc aliquid damnum reportare,

1. Concl. Aliquis incurrit damnum, vel quia ei subtrahitur, quod erat debitum, vel quia subtrahitur quod alias non erat debitum, sed esse poterat.

2. Concl. Primo modo filius illegitimus nullum dānum incurrit, sed secundo modo.

3. Concl. Hoc damnum est duplex: alterum quia nō admittuntur ad actus legitimos, vt ad dignitates, & officia, quę requirunt aliquam honestatem illis, qui ea exercent: alterum, quia nō succedit in hæreditate paterna vnde Abrahā dedit omnia sua bona filio Isaac. filijs vero concubinarum solum munera.

Art. 3. Vtrum filius illegitimus possit legitimari.

1. Concl. Filius illegitimus potest legitimari, non quod fiat de legitimo coitu natus sed in quātum ei subtrahuntur per legis auctoritatem damna, quæ incurrerat.

Quia illegitimus est per legem positivam introducta. Ergo per eam potest tolli.

2 Concl. Sex sunt legitimandi modi: duo secundum canones. vt cum quis ducit in vxorem, eam ex qua filium habuit: & per specialem indulgentiam, & dispensationem Pontificis: Alij quator sunt secundum leges.

1. Quando pater filium naturalem curiæ Imperatoris offert.

2. Si pater testamento nominet eum legitimum hæredem, & postea eum Imperatori offerat.

Si nullus sit filius legitimus, & ipsemet filius se principi offerat.

4. Si pater in publico instrumento: vel cum testium inscriptione, eum legitimum nominet, nec adijciat naturalem.

† 3. Concl. Potest alicui sine iniustitia gratia fieri, sed nemo potest damnificari sine culpa: vnde aliquis ex illegitimo potest fieri legitimus, nō contra, nisi respectu hæreditatis propter culpam.

4. Concl. Coitus illegitimus non potest fieri legitimus: quia habet defectum intra se, quo legi opponitur non sic filius.

Quæstio 69. De his, quæ spectant ad resurrectionem, & primo de loco animarum post mortem.

Art. 1. Vtrum animabus post mortem receptacula assignentur.

QVanuis substantiæ spirituales secundū suum esse a corpore non pendeant: tamē per eas Deus corporalia gubernat & ideo inter substantias corporeas & incorporeas est aliqua congruentia, prout dignioribus substantijs digniora aptantur corpora. 1. Concl. *Aug. li. 3. de Trin. c. 4. & 5. Greg. lib 4 dial. c. 5.*

Et licet animabus post mortē non assignētur aliqua corpora, quorum sint formæ, vel motores: tamen determinantur eis quædam loca corporea per quandam congruentiam secundum gradus dignitatis earū, in quibus sunt tanquam in loco, eo modo, quo incorporalia esse possunt, prout magis & minus accedūt ad primam substantiam, s. ad Deū, cui superior locus per congruentiam deputatur, scilicet cælum. 2. Concl. *Psal. 102. Isa. 66.*

Animas quæ sunt in participatione perfecta Deitatis, in cœlo esse ponimus: Vnde cælum empyreum sanctis Angelis, vt ait Beda, repletū: animas vero, quæ a tali participatione excluduntur loco contrario dicimus deputari. Ideo ait Greg. animas post mortem ad varia loca esse deductas. 3. Concl. *Gen. 1. Leb. 4. dial. cap. 25.*

Animæ non sunt in loco modo corporali, sed comodo qui substantijs separatis conuenit, qui nobis non est plene cognitus. †4. Concl.

Similitudo vel est per participationē eiusdem qualitatis, & sic animæ non habent cōuenientiam cum loco corporali: vel est per quandā proportionalitatem, & sic animæ spiritualiter illuminatæ conueniunt cum corporibus luminosis: animę vero obtenebratæ cum locis tenebrosis. 5. Concl.

Animæ separatæ directe nihil recipiunt à locis corporalibus, sed prout cognoscunt se talibus locis deputari, suscipiunt gaudium, vel mœroré; & sic locus cedit eis in pœnam, vel in præmium. 6. Concl.

Art. 2. Vtrum statim post mortem animæ deducantur ad cælum, vel ad infernum.

Statim post mortem animæ deducuntur, vel ad infernum, vel ad cælum, nisi quid non impediat quod purgari oporteat. 1. Concl.

1. *Ex Paulo, qui ait terrestris domo dissoluta, nos habere domum non manufactam, &c. ide cu-* 1. Cor 5. Philip 1.

Luc. 16. Libro. 4. mal. c. 25.

piebat dissolui, & esse cum Christo. Et diues ille mortuus est, & sepultus in inferno. ide docet Greg.

2. Sicut in corporibus est grauitas, & leuitas, quibus statim omnia quæque ferantur in locum suum, nisi impediantur: ita in animabus est meritum, vel demeritum, quib. perueniunt ad præmium, vel ad pœnam, quæ sunt finis actionum ipsarum statim soluto vinculo carnis, nisi aliquo impediantur, quod prius purgare oporteat.

2. Concl. †3. Concl. Aug. lib. de eccles. dog. c. 25. 28 & 4. Concl. 30 Imp. 39 in Ench. 5. Concl. c. 109. Greg. loco citato.

3. Ex auctoritate canonum, & sanctorum patrum.

Quare contrarium pro hæresi est habendum.

Illud Glos. *Nondum erit vbi erunt sancti*, &c. ipsa Glos. exponens ait, non habebis geminam stolam: quam habebunt sancti in resurrectione.

Inter receptacula, in quibus Aug. ait, animos ante resurrectionem contineri, intelligitur etiam cœlum, & infernus.

Non quod corpora non glorificentur ante diem iudicij, idem dicendum est de animabus, quæ a esset maius detrimentum.

Quoniam gloria animæ est essentialis.

Animæ beatæ in die iudicij iudicabuntur ad gloriam, & pœnam corporis.

6. Concl.

Art. 3. Vtrum animæ in paradiso, vel in inferno existentes egredi valeant.

1. Concl.

Animæ simpliciter non possunt exire de inferno, vel paradiso, vb finaliter sunt destinatæ, ita vt nam locus ipsarum non sit paradisus, vel infernus.

2 Concl. Aug. lib de cura pro mort. agen. c. 16. Greg. lib. 4. dial. c. 36.

Sed ad tempus exire possunt, non secundum naturæ cursum sed secundum diuinæ prouidentiæ dispositionem, sicut de multis sanctis legimus, qui se conspectibus hominum præsentauerunt, quod etiam damnatis permittitur ad eruditionem, & terrorem hominum. & etiam ijs, qui in purgatorio sunt ad suffragia petenda.

3 Concl

Beati possunt pro voluntate hominibus apparere: damnati autem non nisi ex permissione: & hanc potentiam habent beati ex lumine gloriæ:

† 4 Concl. c. 13.

Aug. lib de cura pro mort. loquitur secundum communem cursum naturæ: nec sequitur, quod si possent, velint hominibus apparere. quia omnino conformantur voluntati diuinæ, & secundum dispositionem feruntur.

5. Concl. Psal. 29. Iob 7.

Auctoritates scripturæ: intelligendæ sunt, quod exeat de inferno, vel paradiso simpliciter non autem quod ad tempus exire nõ possint.

7 Concl.

Non minuitur præmium, neque pœna animalibus eam extra loca: quia, vt est dictum, illi recipiunt a locis. Quæ sequuntur, colli- [illegible] pro alia parte.

Hieron. intelligitur de beatis, non secundum quod eis congruit ex debito naturæ, sed secundum quod habent ex potestate gloriæ, non quo simul sint in plur bus locis, sed quia possunt esse vbi volunt

7. Concl. Contra Vigilant.

Non est simile de dæmonibus, & angelis quibus ex officio competit esse vbi volunt, vel ad tutelam, vel ad exercitum hominum, & de animabus damnatorum, & sanctorum, quibus tantum competit ex potestate gloriæ.

8. Concl.

Licet aliquando sancti, aut damnati præsentialiter appareant: tamen sæpe hoc etiam accidere potest, vel indormiendo, vel in vigilando, ex operatione bonorum, vel malorum spirituum.

9. Concl.

Art. 4. Vtrum limbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ.

Requies illa, quæ hominibus post mortem datur, sinus Abrahæ dicitur.

1. Concl.

1. Ex Aug. super Genes. ad literam.

Cap. 12.

2. Ad quietem non peruenitur, nisi merito fidei. Sed primum exemplum credendi datum fuit hominibus in Abraham, qui primus se à cœtu infidelium segregauit, & signum fidei accepit, Ergo, &c.

Animæ post mortem non omni tempore eandem requiem habuerunt: quia post Christi mortem habent plenam quietem in fruitione diuinæ essentiæ: ante vero habebant quietem desiderij per immunitatem pœnæ, sed non per consecutionem finis.

2. Concl.

Status sanctorum ante aduentum Christi, prout habebant quietem: dicitur sinus Abrahæ, prout vero eis aliquid deerat, dicitur limbus inferni.

3. Concl.

Limbus inferni, & sinus Abrahæ ante Christum fuerunt vnum per accidens. & non per se.

4. Concl. Iob. 30. Gen 42.

1. Lazarus mendicus ductus est post mortem in sinum Abrahæ; qui locus à Glos. dicitur infernus, quia erat domus omnium viuentium ante Christũ.

2. Iacob dixit se descensurum ad inferos; quo etiam Abraham translatum fuit. Ergo sinus Abrahæ erat aliqua pars inferni, scil. limbus.

Post Christi aduentum nihil prohibet sinum Abrahæ esse quid diuersum a limbo.

5. Concl.

Quia quæ sunt vnum per accidens separari possunt

Licet limbus non accipiatur in bonum, quia accipitur pro defectu, quem habebat ille iustus & sinus Abrahæ accipiatur in bonum, non inde sequitur quod non sint quodammodo vnum & idem.

† 6. Concl.

Post Christi aduentum vt est dictum, non sunt idem, quia sinus Abrahæ accipitur etiam pro statu beatorũ, qui vident Deum ad quem orat Ecclesia, vt fideles perducantur. vnde soluitur tertium.

7. Concl.

Art.

Art. 5. Vtrum limbus idem sit quod infernus damnatorum.

1. Concl. Limbus non est idem, quod infernus damnatorum secundum locorum qualitatem.

1. In inferno nulla est redemptio. Sed ex limbo sancti fuerunt redempti. Ergo.

lib. 12. super Gen. ad lit. c. 33. *2. Requies quam accepit Lazarus non est apud inferos ex Aug. Sed anima eius descendit ad limbum. Ergo limbus non est idem, quod infernus.*

3. Quia in inferno est pœna sensibilis, quæ non est in limbo: & quia in inferno est pœna aterna sed ibi patres tantum erant temporaliter. Ergo.

2. Concl. Limbus & infernus si considerentur quantũ ad situm loci, probabile est, quod idem sit locus amborũ, & quasi continuus: ita tamen: quod pars superior in inferni limbus dicatur: quia existẽtes in inferno secundũ diuersitatẽ culpæ diuersam sortiuntur pœnã vnde sancti patres, in quibus minimum erat de ratione culpæ supremum & minus tenebrosum locum habuerunt.

† 3. Concl. Dicitur, Christum infernum spoliasse prout limbus & infernus sunt idem situ vnde patet ẽt ad secundũ cum dicitur descendisse ad inferos.

4. Concl. Aug. lib. super Gen ad lit. c. 33. Illud Iob, in profundissimum infernũ descendit anima mea: est magis verbum timentis, quam asserentis vel loquebatur de limbo non respectu loci pœnarum sed in comparatione ad alia loca.

Art. 6. Vtrum limbus puerorum sit idem quod limbus Patrum.

1. Concl. Limbus patrum & puerorum absq; dubio differũt secundũ qualitatẽ præmij, vel pœnę.

1. Quia pueris in limbo non adest spes beatæ vitæ, quæ aderat patribus.

2. Infernum & purgatorium non sunt idem, Ergo nec limbus patrum, & puerorum: quia sicut actualis peccato debetur in inferno pœna aterna, & in purgatorio temporalis, ita peccato originali debetur pœna temporalis in limbo patrum, & aterna in limbo puerorum. Ergo vt purgatorius, & infernus non sunt idem &c.

2. Concl. Quantum ad situm probabiliter creditur vtrunque locum, idem fuisse; & fortasse superior pars erat patrum.

† 3. Concl. Patres, & pueri non eodem modo se habebant ad peccatum originale quia in patribus erat expiatum, vt erat infectiuum personæ, remanebat tamen impedimentum ex parte naturæ pro qua nondum erat satisfactum: in pueris autem erat impedimentum ex vtraque parte.

Aug. auctoritas intelligitur de pœnis, quæ debẽtur alicui ratione suę personę inter quas mitissima est illa puerorum, qui cum solo originali discedunt: nec idem sequitur quod idem sit locus patribus, & pueris. 4. Concl. in Ench. c. 93.

Artic. 7. Vtrum debeant tot receptacula distingui.

1 Concl. Debent tot receptacula distingui.

Quia receptacula distinguuntur secundũ diuersos animarum status; anima communiter mortalis corpori habent statum merendi: exuta corpore, vel debet bonum, vel malum recipere, vel impeditur ne recipiat, si recipiat ratione boni; est gloria, ratione peccati actualis, infernus: ratione originalis bonum puerorum: si impeditur ratione personæ est purgatorium; ratione defectus naturæ limbus patrum,

† 2. Concl Non inconuenit loca pœnarum esse plura, licet locus præmij sit tantum vnus.

Quia bonum contingit vno modo malum vero multifarie.

3. Concl. Etsi status merendi sit vnus non ideo status recipiẽdi aliquid pro meritis debet esse vnus.

4. Concl. Dantur plura loca pœnarum, quam sint genera culparum, quia pro originali potest aliquis puniri dupliciter vt est dictum.

5. Concl Dæmonibus non deputatur aer iste caliginosus, quasi locus retributionis pro meritis, sed quasi competens officio eorum ad nostrum exercitium

6. Concl. Paradisus terrestris potius pertinet ad statũ viatoris, quã ad sta ũ recipiendi pro meritis.

7. Concl. Qui cum originali, & veniali decederet punietur in inferno in æternum: quia accidit veniali, quod in purgatorio temporaliter puniatur, vt ẽ simul cum gratia; quãdo autẽ est sine gratia punitur in inferno æternaliter.

8. Concl Licet diuersi sint gradus meritorum non tamen tot debent esse receptacula.

Quia ista diuersitas graduum non facit diuersitatem in statu.

9. Concl Etsi animæ in loco, in quo habitamus aliquando puniantur ad nostrã instructionem: tamen locus iste non est eis proprius.

10. Concl. Qui ad beatitudinẽ, quę est summum bonũ, fertur, debent carere omni mali ideo debent purgari prius si omnino purgatus nõ exeat q aũt ad infernũ feruntur non debent præmiari prius. si bonum aliquid fecerint: quia possunt præmiari in inferno prout bona pretẽrita valent ad mitigationem pœnæ.

11. Concl. Carentia gloriæ animæ diuersificat statũ.

Quia cum gloria si essentialis non amittetur carentia gloriæ cui oritur, quod si via recipit ab anima

Quæstio 70. De qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei inflicta ab igne corporeo.

Art. 1. Vtrum in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

Conc.

ANima separata à corpore non trahit secũ omnes potentias, vt quidam dicunt, putantes potentias esse in anima, vt color in corpore.

l. de som. & vig.

Quia videmus quasdam operationes non esse animæ, sed decompositi. 1 potentia est eius cuius est actus, ex 3 de anim. Quæ ergo istæ sunt communes, vt subiecto, & non principij influentis.

Conc.

Quædam sunt operationes animæ, quas exercet sine organo, vt velle, & intelligere; quarum potentiæ sunt animæ non solum vt principij, sed etiam vt subiecti.

1. Concl.

Potentiæ, quæ non vtuntur corpore manent in anima separata.

Quia etiam vt subiecto, manent potentiæ.

2. Concl.

Falsum est dari quasdam potentias sensitiuas, quæ sint actus corporis, & alias originales illarum, quæ sint in anima, & has illis corruptis post vitam remanere: quia anima immediatè per suam essentiam est origo illarũ, non mediantibus alijs potentijs, ex hoc ipso, quod materiam informat: alias daretur processus in infinitum.

Conc. 3. de eccl. log. c. 19. 3. 12 Met. 1. de spir. 3 li. c. 15. 3 li. de exeg. c. 16

Potentiæ quæ vtuntur organo, vt sunt potentiæ sensitiuæ, & vegetatiuæ, corrumpuntur corrupto corpore.

1. Ex Aug. qui ait has potentias ad carnem pertinere: idem patet ex Arist. qui ait solum intellectum separari.

2. Quia sunt in corpore, & in subiecto. Ergo corrupto corpore non manent.

5. Concl.

Illud Aug. quod anima omnes potentias secum trahat & quod sensus habeat, intellige aliquas trahere actu, & aliquas radicaliter, vt sensitiuas.

3. Concl.

Potentiæ sensitiuæ non comparantur ad animam sicut ad subiectum, sed vt ad originẽ: vnde nec essentialiter ei insunt, nec dicuntur naturales eius proprietates.

8 Concl.

Anima non est totum integrale, quod aliquibus partibus ablatis tollitur, sed potentiale, quod perfectè in vna etiam parte saluatur: vnde licet sensitiuæ potentiæ non remaneãt, sat est quod remaneant intellectiuæ.

9 Concl.

Corpus piger itur, quia cooperatur animę quasi pars essentialis: non sic potentiæ sensitiuæ, cum sint de genere accidentium: vnde non sequitur, quod omnes potentiæ debeant simul præmiari cum ipsa anima.

10. Concl.

In resurrectione erunt organa eadem numero, non autem potentiæ: quia non sunt actus eorum formales, sed tantum perficientes eorum operationes.

11. Concl. lib. 1. de anima. c 4.

Potentiæ prout sunt radicaliter in anima nec debilitantur, nec corrumpuntur propter corpus. & sic debet intelligi Arist.

Art. 2. Vtrum in anima separata remaneant actus sensitiuarum potentiarum.

Actus sensitiuarum potentiarum nullo modo remanent in anima separata, nisi forte sicut in radice remota.

1. Concl.

1. Quia sunt communes animæ, & corpori, cum non exerceatur nisi per organum corporale.

lib. 1. de anima. c 4

2. Ex Arist. qui ait, corrupto corpore, non amplius reminiscor.

Quidam distinguunt actus in interiores, quos anima exercet per ipsam; & exteriores, quos exercet per corpus, & aiunt illos exercere etiam extra corpus: quæ opinio ortum habet à Platone dicente animã esse substantiã perfectam, & in nullo pendere a corpore, nisi vt motor pendet a mobili vnde dicebat duos esse animæ motus, alterum, quo moueret seipsam: alterum, quo moueret corpus: sed hanc positionem falsam esse ostendit Arist.

2. Concl.

lib. 1. de anim. c 4.

† 7. Concl. lib 12 super Gen. ad lit. c. 24. loc. cit. c. 12.

Illud quod habetur in libro de spiritu, & anima, quod anima afficiatur ex concupiscibili, &c. non est Aug. sed cuiusdã Cisterciensis: vel intelligo, non quod anima separata elicitat illas affectiones, sed in corpore elicuisse meritum affectionum illarum.

4. Concl

Illud Aug. quod anima sentiat per corpus: intellige non quod actus sentiendi sit animæ, sed quod sit coniuncti ratione animæ.

5. Concl.

Quod idem ait, animam inspicere similitudines, &c. dicit inquirendo, non asserendo vel non est pars ratio de anima dormientis, & de anima separata: quia illa vtitur organo imaginationis, in qua corporales similitudines imprimuntur, non sic anima separata.

6. Concl.

Anima separata memoratur, sed memoria intellectiua, quæ, præterita, præsentia, & futurà respicit; non autem memoria sensitiua, quæ tantum respicit præterita.

7. Concl.

Gaudium, tristitia, & huiusmodi vel accipiuntur vt actus concupiscibilis, & irascibilis potentiæ, & sic non sunt in anima separata: vel vt sunt actus voluntatis, & sic sunt etiam in anima separata.

Art

Art. 3. Vtrum anima separata pati possit ab igne corporis.

1. Concl. Supposito, quod ignis inferni non sit metaphorice dictus, nec ignis imaginarius, sed verus, oportet dicere animam ab igne corporeo pati.

1. Quia Dominus ait hunc ignem esse paratum diabolo & angelis eius.

Matth. 25. *2. Quia iustum est, vt sicuti per culpam corpori se subiecit per pranam concupiscentiam; ita per pœnam a re corporea subyciatur per passionem.*

3 Quia diuersitas naturæ spiritualis & corporalis non impedit, quando anima sit forma corporis. Ergo nec, quod non possit a corpore pati.

2. Concl. Non sufficit dicere, quod animæ ex eo quo ignem videt, patiatur ab ea; quia quodlibet visum, ex eo quod videtur, perfe, est perfectio videntis.

3. Concl. Nec est verum, quod licet ignis non possit exurere animã, ipsa tamen apprehendat ignẽ. vt nociuum, & proinde afficiatur dolore, & timore; vt impleatur illud, trepidauerunt, timore, vbi non erat timor.

Psal. 13. *Quia non esset passio ab igne secundum rei veritatem, sed secundum falsa rei apprehensionem: quod non accideret damonibus propter subtilitatem ingenij.*

4. Concl. Nec est sufficiens dicere, quod anima patiatur realiter ab igne non prout ignis est corporeus, sed solum vt est instrumentum diuinæ iustitiæ vindicãtis; quia omne instrumentum habet propriam actionem circa id, in quo operatur. secundum quã agit in virtute principalis agentis; vnde oportet dare aliquam actionem igni, qua agat in animam, quæ sit ei connaturalis, ad hoc vt sit instrumentum diuinæ virtutis; vt patet in ablutione aquæ in baptismo, &c.

5 Concl. Corpus in spiritũ naturaliter agere nõ potest, nec ei aliquo modo obedire; prout aliquo modo spiritus vnitur corpori. Potest autem vniri, vel vt forma, vel vt mouẽs mobili & vt locatũ loco. Vnde licet naturaliter corpus non afficiat spiritum, tamen naturaliter illum detinet, vt alio nequeat diuertere, & ita locus efficitur ei pœnalis.

6. Concl. Vnde coniungendo omnes prædictos modos, dicẽdum est. Anima patitur ab igne corporeo, & ex natura sua in quantum habet, vt ei spiritus incorporeus coniungi possit, vt loco locatum, prout spiritualibus conuenit, & vt instrumentum diuinæ iustitiæ vindicãtis: quia hoc modo detinet spiritum & efficitur ei pœnalis, retardans ab executione propriæ voluntatis, nec possit operari vbi vult, & secundum quod vult. Hunc modum ponunt Greg. & Aug.

7. Concl. Illa quo anima proxime afficitur est spirituale, scilicet ignis apprehensus: ignis autem corporeus affligens se motum, & hoc voluit Aug.

8. Concl. Ignis vt instrumentum diuinæ iustitiæ est nobilior anima, ideo potest in eam agere.

9. Concl. Agens & patiens tunc debent cõmunicare in materia, quando patiens transmutatur in naturam agentis: non sic in proposito.

10. Concl. Ignis non agit influendo, sed detinendo, & ideo non est in anima.

11. Concl. Ignis non generat tristitiam tantum ex eo, quod videtur, sed quia apprehenditur, vt nociuum quoddam.

12. Concl. Inter animam, & corpus est contactus spiritualis, qui sufficit ad actionem.

13. Concl. Quamuis damnati aliquando dispensatione diuina sint extra infernum semper tamen vident ignem inferni sibi in pœnam paratum: cum ab hac visione immediate afficiantur vbicunque fuerint affligi possunt.

Quæstio 71. De suffragijs mortuorum.

Art. 1. Vtrum suffragia per vnum facta, alijs prodesse possint.

1. Concl. Actus noster ad duo valere potest: vel ad statum acquirendum: vel ad aliquid cõsequens statum: & aduertunque, vel per viam meriti, vel per viam orationis.

2. Concl. Opus vnius nullo modo potest alteri valere per viam meriti ad statum consequendum, ita vt per opus vnius alter mereatur vitam æternam.

Quia sors gloriæ redditur secundum mensuram accipientis: & vnusquisque ex actu suo dijudicatur, & non ex alio.

3. Concl. Per viam orationis quantum ad statum consequendum, opus vnius alteri valere potest.

Psal. 118. *1. Particeps, ait Dauid ego sum omnium timentium te.*

2. Quia fideles per caritatem sunt vnum corpus. At vnum membrum iuuatur per alterum. Ergo.

3. Quia cum impetratio orationis sit secundum liberalitatem Dei, ordinatur ad omnia illa impetratio potest se extendere, quæ potestati diuinæ subsunt ordinate.

4. Concl. Quantum ad aliquid quod est consequens, vel accessorium ad statum, vt est præmium accidentale, dimissio pœnæ, &c. opus vnius

potest alteri valere, non solum per viam orationis, sed etiam per viam meriti: & hoc, vel propter communicationem in radice operis, quæ est caritas: vel ex intentione facientis.

Illud, *quamvis semel manserit homo, hac, & meretur*, intelligitur de statu vitæ æternæ, & circa hoc non prosunt suffragia alterius, vt dictum est.

Qui sunt in caritate, sunt vnum: vnde & vnius opus potest dici alterius: quare non est contra illud, *reddes vnicuique secundùm opera sua*, quod opus vnius alteri prosit.

Nō est par ratio de opere meritorio, & laudabili, quod solū respicit actum proprium.

Dare alicui, quod ei non debetur, non repugnat iustitiæ, sicut auferre, quod ei debetur: vnde non sequitur, quod sicut nullus punitur propter malum alterius, ita nec iuuetur per bonum.

Art. 2. Vtrum mortui possint iuuari ex operibus viuorum.

Mortui possunt iuuari ex operibus viuorum.

1. Salubris, ait scriptura est cogitatio, pro defunctis exorare, &c.

2. Ex Aug. & Dion. s. qui hoc docent.

3. Quia caritas etiam ad mortuos se extendit, & intentio viuorum ad eos dirigi potest, cum etiam mortui in memoriis hominum viuant. Ergo poterunt iuuari operibus viuorum.

Huiusmodi suffragia non valent ad mutationem status, sed ad remissionem pœnæ.

Licet post mortem nemo mereatur: tamen quisque dum viuit potest mereri, vt ei aliquid valeat post mortem.

Cum dicitur, *opera eorum sequuntur illos*, nō excluditur opus alterius, quod est quodammodo eius, pro quo fit.

Etsi animæ post mortem non sint simpliciter in statu viæ; sunt tamen secundum quid prout retardantur ab vltima retributione, ideo possunt iuuari.

Quamuis inter mortuos, & viuos non sit communicatio ciuilis; est tamen communicatio secundum caritatem.

Art. 3. Vtrum suffragia per peccatores facta, mortuis prosint.

In suffragijs, quæ per malos fiunt, duo possunt considerari, primum opus ipsum operatum, puta sacrificium: deinde operatio ipsius operantis, quæ vel cōsideratur prout est ipsius, vel prout est alterius: & iterum vel vt ipse gerit personam Ecclesiæ vel vt agit, vt instrumentum alterius hominis.

Suffragia per malos facta ex parte operis operati, vt sunt sacramenta, prosunt defunctis.

Quia habent vim absq; opere operantis.

Suffragia peccatoris ex opere operantis, prout peccator est, nec ei, nec alijs vllo modo prosunt.

Suffragia peccatoris, vt gerit personam totius Ecclesiæ valent pro mortuis, vt ait Dion.

Suffragia peccatoris, vt est instrumentum alicuius in gratia existētis, prosunt defunctis: vnde discedens in gratia, præcipiens sibi suffragia fieri, vel si alius idem præcipiat habens gratiam, valent, licet à peccatore fiant.

Nam, vt ait Aug. propterea aliquem mortuum iuuantur suffragijs, quia viuens id meruit.

Si autem herent à iusto valerent ex opere operato, & operantis. Itaq; dicendum est suffragia peccatoris valere.

Quæ alias, cum nemo sciat, an quis sit in gratia, multi retraherentur à suffragijs procurandis.

Quomodo Deus peccatores exaudiat dictum est immo exaudit etiam dum pro se orant; quia non solum iustis; sed etiam peccatoribus Deus sua bona prouidet.

Etsi oratio peccatoris non sit accepta ex parte sui; est tamen accepta ex parte illius, cuius vicem gerit, vel eius ex cuius imperio orat.

Peccator non reportat commodum ex illo opere, quia non est capax.

Duæ rationes, sed contra, non probant, quod non sit aliqua differentia inter suffragia bonorum, & malorum, sed quod aliquo modo valeant.

Art. 4. Vtrum suffragia, quæ pro mortuis à viuis fiunt, facientibus prosint.

Opus suffragij, quod pro altero fit, vt est expiatiuum pœnæ, per modum cuiusdam recompensationis, quæ in satisfactione attenditur, non prodest facienti.

1. Quia nemo pro alio debitum soluens, à debito proprio absoluitur.

2. Quia alius vnica satisfactione pro multis satisfacere quisque posset.

Si opus suffragij consideretur, vt est meritorium vitæ æternæ, quod habet, prout ex caritate proficiscitur, non solum prodest ei pro quo fit, sed faciēti magis. Huc pertinet illud, oratio mea in sinu meo conuertetur & doctrina Damas. in sermone pro mortuis.

Vnde patet ad obiecta.

Art. 5. Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno.

1. Concl. Quidam dixerunt Ecclesiæ suffragia iuuare solum eos damnatos, qui recesserunt cum fide & sacramentis, & fecerũt aliqua bona de genere bonorũ, qui non fuerunt valde mali. Ex his, quidã, ne viderentur ponere pœnam finitã, dixerũt minui, ita vt reddi possint immunes; sed tamẽ die iudicij assumpto corpore, in pœnas inferni sine spe veniç retrudẽtur.

Sed contra, *quia non potest tolli pœna si maneat culpa. At hæc manet. Ergo.*

Alij dixerunt minui per partes proportionales, sicuti fit diuisio continui, & sic non venitur ad finem; sed contra.

1. Quia diuisio continui non potest aptari quantitati spirituali.

2. Non datur ratio cur sequens suffragiũ minus diminuat.

3. Quia non minuitur pœna sine culpa.

4. In diuisione linea tandem deuenitur ad id, quod non est sensibile; vnde deueniretur ad pœnam insensibilem, quæ non esset pœna.

Nec est verum prodesse per modũ confortationis patientis vt facilius ferat.

lib. 6. Mor. c. 47. *Quia cum quisque igne crucietur pro grauitate culpæ vt ait Greg. non potest esse, vt quis leuius pœnam ferat.*

2. Concl. Vnde ista opinio est præsumptuosa, contra dicta sanctorum, vana & irrationabilis.

1. Quia damnati sunt extra vinculum caritatis secundum quam opera vniuersorum communicantur defunctis.

2. Qui iam totaliter ad terminum deueniunt recipientes vltimam pro meritis terribilionem, vt sancti in patria.

3. Concl. Nec est verum suffragia viuorũ iuuare dãnatos, quatenus eis aliqua materia doloris subtrahitur, quæ eis esse posset, si ita abiectos viderent, quod de eis nulla cura haberetur: quia secundũ Aug. isti nõ vident, quę hic aguntur secundũ communẽ legem: & quod hoc remedium diuinitus eis detur est omnino incertum.

4. Concl. Vnde tutius est simpliciter dicere, eis non prodesse: nec pro eis Ecclesia orare intendit vt patet ex dict.

† 5. Concl. Oblatio Iudæ, non fuit pro damnatis.

Nam illis pro quibus fiebat, vel peccauerunt tantum venialiter, vel si mortaliter pœnituerunt.

6. Concl. lib. 4. ad Dulc. q. 2. Illud Aug. *quod prosunt. Et tolerabilior sit eorum damnatio. &c* intelligitur de existentibus in purgatorio: & damnatio large sumitur vt includit pœnam purgatorij.

7. Concl. Oratur pro viuo existente in peccato mortali, quia potest transferri ex illo statu ad statum gratiæ non sic damnatus.

8 Concl. Damas. ser. de defunct. Damas. loc. cit. Oratio Macharij, vt habetur in Vitis Patrũ, non minuit pœnas eorum pro quibus orauit sed tantum eo orante concessum est illis vt mutuo se viderent, & recognoscerent, quod illis fuit quoddam solatium.

9. Concl. De Traiano de quo scribitur fuisse liberatum à pœna inferni, dici potest quod non erat finaliter in inferno deputatus: vel quod fuit ei sublata pœna ad tempus: sed quidquid sit, fuit priuilegium particulare.

Art. 6. Vtrum suffragia prosint existentibus in purgatorio.

1. Concl. In ench. c. 10. Non est dubium quin suffragia per viuos facta existentibus in purgatorio prosint

1. Ex Aug. suffragia prosunt his, qui sunt mediocriter boni, vel mediocriter mali. At huiusmodi sunt, qui sunt in purgatorio, Ergo.

cap. 7 Eccl. hier. *2. Dionys. sacerdos aut Dionys. orat pro illis mortuis, qui sancte vixerunt, & tamen aliquas maculas habuerunt ex infirmitate humanæ naturæ. Sed tales detinentur in purgatorio. Ergo*

3. Opera vnius possunt alteri valere ad satisfactionem, sine sit viuus sine mortuus, ergo etiam pœna purgatorij sit ad supplementum satisfactionis poterit, &c.

Quod in inferno nulla sit redemptio intelligitur de inferno damnatorum: non de parte illa, quæ purgatorium nominatur.

3. Concl. Licet multiplicatis suffragijs pœna purgatorij annihiletur, non ideo peccatum remanet impunitum quia pœna vnius pro altero suscepta, ei computatur.

4. Concl. Purgatio animæ in purgatorio nihil aliud est quam expiatio reatus: qui potest expiari etiam per pœnam alterius.

5. Concl. Quilibet existens disponit aliqua suffragia sibi fieri, præmium suffragiorum plene consequitur etiam antequam fiant, quantum ad efficaciam suffragij, quæ erat ex opere operãte principalis agentis: sed quantum ad efficaciam, quæ est ex opere operato, vel ex opere operãtis exequentis non consequitur fructum antequam opus fiat: quod si prius contingat illum à pœna purgari, quantum adhoc defraudabitur fructu suffragiorum: & quod quis fraudetur culpa alterius in tempore pœnæ: cuiusmodi est purgatorij pœna, nõ est inconueniens.

Art. 7. Vtrum suffragia valeant pueris in limbo existentibus.

1. Concl. Suffragia viuorum pueris in limbo existentibus prodesse non possunt.

1. *Quia sine fide operante per dilectionem hinc exierunt: sine qua fide suffragia non prosunt:*

2. *Ideo pueris ibi detinentur, quia deficiunt à statu gratiæ. At per opera vivorum mortuorum status mutari non potest. Ergo.*

Licet originale peccatum ex se possit iuuari, tamen non in pueris in limbo existentibus: quia post hanc vitam non est tempus acquirendi gratiam.

Illud Aug. quod suffragia prosint non valde malis, intellige de his qui baptizati sunt.

Artic. 8. Vtrum suffragia prosint sanctis existentibus in patria.

Suffragia non prosunt sanctis existentibus in patria.

1. *Iniuria, ait Aug. est pro martyre orare in Ecclesia.*

2. *Suffragia de sui ratione important auxilium quod non competit eis, qui defectum non patiuntur. At beati sunt ab omni indigentia immunes inebriati ab vbertate domus Dei, Ergo.*

Quod habetur in collecta, *sicut sanctis tuis prosunt ad gloriam, &c.* non est intelligendum quod sancti proficiant in gloria sed quod nobis, qui de eorum gloria solennia celebramus, proficiant.

Non est necessarium quod sacramenta ponant effectum suum, & aliquid efficiant in omni eo quod significant, alias cum significent Christum aliquid efficerent in Christo, quod tamen dictum idem dicas de tertia particula hostiæ missa in calice, quæ sanctos significat.

Quod angeli, & beati de nostris bonis gaudeant, non sequitur eorum gaudium augeritur vt intentius gaudeant, sed quod de pluribus gaudeant.

Damas. non est intelligendus, quod ex suffragijs fiat oppositio meritis beatis, nisi prout adhuc viuens dicitur prosum ei suffragijs sibi factis, dicendo quod ei meritum impetrant.

Art. 9. Vtrum orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint defunctis.

Orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris: & eleemosynæ præcipue, prosunt defunctis.

Sola operatio per quam mortuus fungitur quæ meritum alicuius continet, vel satisfactionem charitate per. . . . & ad quem . . . intentionis ad alterum, ex . . . communicantium. & ex intentione agentis . . . vt est in . . . sacramentum Eucharistiæ præcipue ad charitatem pertinet, . . . sacramentum Ecclesiasticæ vnionis, & charitatis origo, . . . & eleemosyna, quæ sunt præcipuum effectus charitatis, & ex parte intentionis directe præcipue valet oratio, cum non solum habeat respectum ad orantem, sed etiam directum ad illud pro quo oratur, Ergo hæ præcipue opera defectum prosunt.

Quia in eo, qui pro altero satisfacit, magis est considerandum hoc, quod effectus satisfactionis ad alterum proueniat, quam quod per modum medicinæ magis expiat satisfactionis reatum, ideo magis valent prodefunctis prædicta opera, quam ieiunium. † 2. Concl.

Greg. posuit ieiunium inter suffragia, quia 3. Concl.
etiam ipsum iuuat, si cum caritate, & intentione fiat: sed ex se nihil continet, quod ad caritatem, aut intentionis directionem pertineat.

Efficacia eucharistiæ, cum sit sacramentum 4. Concl.
vnionis, in alias potest transire, ex ipso opere operato, quod non competit alijs sacramentis quæ tamen ex opere operante possunt aliquid alijs prodesse.

Cum Apostolus ait, *si mortui non resurgunt,* 5. Concl.
& quid etiam baptizantur pro illis, loquitur se- 1. Cor. 15.
cundum errorem illorum, qui pro mortuis baptizabantur.

Missa ex parte sacrificij æqualiter prodest 6 Concl.
defuncto, de quocunque dicatur, sed quantum ad orationis magis prodest illa defunctorum, in qua fiunt orationes ad hoc determinatæ, sed tamen hic defectus potest recompensari, vel per maiorem deuotionem eius, qui missam dicit, aut iubet dici; vel per intercessionem sanctæ cuius suffragium in missa implorat.

Oblatio candelarum, vel olei prosunt de- 7 Concl.
functis, vt sunt eleemosynæ quædam.

Art. 10. Vtrum indulgentiæ Ecclesiæ prosint mortuis.

Indulgentiæ Ecclesiæ principaliter & directe mortuis prodesse non possunt. 1. Concl.

1. *Quia mortui non possunt facere aliquid in militatem Ecclesiæ, & ea pro quibus indulgentia dantur.*

2. *Quia esset in potestate facientis indulgentias, defunctum omnino liberare a pœna, quod videtur inconueniens.*

Secundario & indirecte possunt prodesse 2. Concl.
mortuis, pro quibus aliquis faciat id, quod est indulgentiæ causa.

Tunc prodesse possunt, quando indulgen- 3. Concl.
tiæ sub hac forma dantur: Quicunque fecerit hoc, vel illud ipse, & pater eius vel alius eius adiunctus in purgatorio detentus tantum de indulgentia habebit.

Quia non est aliqua ratio; quia Ecclesia debeat transferre communia merita ad vnum, &

non ad mortuos. Nec ex hoc sequitur, quod prælatus Ecclesiæ possit pro arbitrio animas a purgatorio liberare: quia ad hoc vt indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens faciendi indulgentias.

4. Concl. Indulgentiæ principaliter prosunt iis, qui eas accipiunt, id est iis, qui faciunt id, pro quo indulgentia datur. Vnde patet ad obiecta.

Art. 11. *Vtrum cultus exequiarum defuncto prosint.*

1. Concl. Sepultura inuenta est propter viuos, ne mortuorum cadaueribus offendantur, & fœtoribus inficiantur: & ita iuuat quantum ad corpus: & quantum ad animam, quatenus per hoc adstruitur resurrectionis fides.

2. Concl. Mortuis prodest, quia reducit in memoriam defunctos: pro quibus viui orant: ideo dicitur monumentum, quod mentem moneat.

3. Concl. Aug. lib de cura pro mor. c. 4. In hoc erraruut Pagani putantes animas ibi quiescere; & quod non possent prius quietem inuenire, quã corpus sepulturæ daretur.

4. Concl. Sepultura in loco sacro prodest, non ex opere operato, sed ex opere operante, dum ipse defunctus, vel alius procurans talem locum, patrocinio alicuius sancti, vel eorum, qui loco sancto inseruiunt, & pro defunctis orant, animam committit.

5. Concl. lib. 4. civil. cap. 10. lib. de cura pro mor. c. Gloss. Quæ ad ornatum sepulturæ adhibentur, prosunt viuis, prout sunt eorum solatia; ideo agit. Greg. magis esse viuorum solatia, quam subsidia defunctorum: & Aug. dicit non esse in præsidium vitæ æternæ, sed humanitatis officium.

6 Concl. Possunt tamen prodesse defunctis, non quidem per se, sed per accidens, prout per ista homines excitantur ad compatiendum, & consequenter ad orandum: vel quatenus exsumptibus sepulturæ, vel pauperes fructum capiunt, vel Ecclesia decoratur.

7. Concl. Oblatio candelarum, vel olei, quomodo valeant, dictum est.

8. Concl. Sancti Patres curauerunt de suis corporibus tumulandis ad fidem resurrectionis astruendam.

9. Concl. Sepeliens aliquem videtur eleemosynam facere; prout satisfacit effectui defuncti, cui ipse satisfacere nõ potest; circa curã corporis.

10. Concl. Non frustrantur deuotio disponentium se sepeliri in locis religiosis; vt est dictum.

11 Concl. Sepultura in loco sacro non nocet peccatori defuncto; nisi quatenus eam sibi indignã tropter humanam gloriam procurauit.

Art. 12. *Vtrum suffragia quæ fiunt pro vno defuncto, magis proficiant ei, pro quo fiunt, quam aliis.*

1. Concl. Quæ fiunt pro vno defuncto ex intentione diligentis, quantum ad remissionem pœnæ, soli ei prosunt.

1. Quia ita poscit iustitia humana, quæ est ad exemplar diuinæ.

2. Qui satisfacit pro vno, pro eo solo satisfacit. Ergo etiam qui satisfacit pro mortuo: quia hoc est quodammodo facere suffragia.

2. Concl. Suffragia, quæ fiunt pro vno defuncto, non magis proficiunt ei, pro quo fiunt, quã aliis, ex virtute caritatis, immo magis ei, qui maiorem caritatem habet.

Patet exemplo candelæ, quæ accenditur pro diuite, quæ non solum diuiti, lumen præbet, sed magis illi qui clariorem habent visum: & exemplo de lectione: quæ magis potest percipi ab iis, pro quibus non fit, quam ab iis, pro quibus fit.

3 Concl. Sed hic valor suffragiorum attenditur magis secundum quandam interiorem consolationem, prout vnus in caritate existens, de bonis alterius delectatur. Ex his patet ad primum, prosunt enim per modum luminis, prout acceptantur ad consolationem, &c. at vt satisfaciunt, sunt similia solutioni.

†4. Concl. Licet aliquis magis meruerit sibi fieri suffragia, quam is, pro quo fiunt, non ideo frustratur meritum eorum: qui per illud se habilitauit, vt fructum suffragiorum perciperet: & ita non meruit directe illud iuuamen.

5. Concl. Nihil præhibet in aliquibus, vt ad dimissionem pœnæ, diuites melioris conditionis esse, quam pauperes; cum quo illis plura suffragia fiant.

Art. 13. *Vtrum suffragia facta pro multis tantundem valeant singulis, ac si pro vno quoque specialiter fierent.*

1. Concl. Si consideretur valor suffragiorum, vt suffragia sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis translatæ ad mortuos, magis valet suffragium, quod singulariter fit, quam quod fit communiter, pro multis.

1. Quia alias Eccl sia non instituisset, vt pro vno fieret missa, si magis eni suffragia non valerent, cum melius sit iuuare plures.

2. Quia suffragium habet finitam efficaciam. Ergo distributum in multos minus prodest singulis, quam prodesset, si fieret tantum pro vno.

2 Concl. Si valor suffragiorum consideretur, secundum quod valet ex virtute caritatis, suffragia pro multis facta, tantum singulis prosunt, ac si pro vno tantum fierent.

Quoniam caritas non minuitur si distribuatur affectus in multos, immo augetur; & gaudium quo pluribus est commune, eo fit maius.

†3. Concl. Cum suffragium valeat per modum solutionis debiti, non agit secundum dispositionem suscipientis, vt lectio, quæ est quædam actio: quare non est simile.

4. Concl. Cum suffragia pro vno facta, etiam aliis aliquo modo prosint: ideo non est inconueniens, vt cum missa pro vno dicitur, si fiant etiam orationes pro aliis: quia non dicuntur istæ orationes, vt satisfactio determinetur ad alios principaliter.

5. Concl. Quia oratio consideratur, & ex parte orantis, & eius pro quo oratur, ideo diuina virtus magis absoluit vnum, quam alium, cum talis oratio non sit ita satisfactoria pro multis, vt est pro vno.

Art. 14. Vtrum tantum valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt; quantum illis, pro quibus fiunt communia, & specialia simul.

1. Concl. Si suffragia specialiter facta, pro omnibus indifferenter valerent, tunc omnia essent communia: & ita æqualiter dignus iuuaretur, si pro eo non fierent, ac is, pro quo fierent.

2. Concl. Quod si non indifferenter prosunt, certum est plus vni valere communia, & specialia, quam communia tantum.

Quoniam duo bona sunt magis eligenda, quam vnum. Vnde is pro quo fiunt specialia citius consequitur absolutionem: sed non pleniorem, cum etiam alius ab omni pœna finaliter liberetur.

†3. Concl. Magis valent ei pro quo fiunt, quamuis alius magis in vita meruerit, vt ei suffragaretur: quia non respiciunt meritum directe, sed intentionem facientis illa.

4. Concl. Etsi virtus Christi, qui continetur in Eucharistiæ sacramento, sit infinita: tamen quia effectus ad quem sacramentum ordinatur est determinatus, non est necesse quod tota pœna eorum, qui sunt in purgatorio, vel etiam vnius per hoc sacram. expietur.

5. Concl. Credibile est, quod per diuinam misericordiam, si quid de specialibus suffragiis superfit his pro quibus fiunt, vel si non indigeant, aliis dispensetur, pro quibus non fiunt.

Quæstio 72. De oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria.

Art. 1. Vtrum sancti orationes nostras cognoscant.

1. Concl. Licet essentia diuina sit sufficiens medium videndi omnia, cum per eam Deus omnia videat: tamen non quicunque eam videt, omnia videt, sed qui eam comprehendit. Sicuti non est necesse, vt principio aliquo cognito, omnia cognoscantur, quæ ex eo consequuntur, nisi tota eis virtus comprehendatur.

2. Concl. Cum animæ beatæ videntes diuinam essentiam eam non comprehendant, non vident omnia, quæ per eam cognosci possunt: vnde Angeli inferiores quædam à superioribus docentur.

3. Concl. Vnusquisque beatus tantum de aliis rebus, necessarium est, vt in Dei essentia videat, quantum perfectio suæ beatitudinis requirit: ad quam requiritur, vt habeat quidquid velit, nec aliquid inordinate velit: & id voluntas recta vult, vt quod ad ipsos pertinet cognoscat.

4. Concl. Sancti in verbo cognoscunt vota, deuotiones, & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.

1. Ex Greg. qui non vno in loco hoc docet.

2. Quia si non cognoscerent, quæ eis a nobis aguntur, pro nobis non orarent, quod efficere eos Ysaias. 13. 12. Mor. cap. 18.

3. Ea sanctis in verbo cognoscunt, quæ ad ipsos pertinent. Sed hæc cognoscere ad eos pertinet; quia ad eorum gloriam pertinet, vt auxilium petentibus ad salutem, tanquam coadiutores Dei, prosint, Ergo. lib. 2. dial. cap. 35.

† 5. Concl. Aug. loquitur de cognitione naturali, non de cognitione in verbo: Illud Isai. de Abraham, tunc verum erat, quod nesciebat suos filios; quia non erat adhuc in gloria. lib. de cura pro mort. cap. 15.

Idem dicas de Iosia, cuius anima non statim fuit glorificata. Nec si fuisset glorificata affecta fuisset dolore videndo ea, quæ in hac vita ei molestiam afferebant, quia beati ita sunt repleti beatitudine, vt dolor in eis locum non habeat. Animæ autem non glorificatæ dolorem fortasse sentirent, si incommoda suorum perciperent. cap. 63.

6. Concl. Quamuis sancti affectum caritatis ad proximum retineant: tamen quia plenarie sunt conformes diuinæ voluntati, non aliter ei auxilium ferunt, quam videant secundum diuinam iustitiam esse dispositum. 1. Reg 22.

7 Concl.

Non

8. Concl. Non quia beati non vident omnia in verbo, sequitur eos non videre nostras orationes, cum hoc ad eorum gloriam pertineat.

9. Concl. Inspicere corda per seipsum solius Dei est: aliorum autem, vt eis reuelatur.

Art. 2. Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.

1. Concl. Debemus sanctos interpellare, vt Deum pro nobis orent.

1. Ioh. 5. Ad aliquem sanctorum conuertere. &c.

2. Hoc debemus petere a sanctis in via. Ergo magis a sanctis in patria, cum sint gratiores Deo.

Dion. c. 5. eccl. hier. *3. Ex consuetudine Ecclesiæ in Litaniis.*

4. Ita est ordo diuinus instituius, vt per media reducantur vltima ad Deum, quod contingit, dum diuina bonitas per sanctos in nos suum effectum infundit. Ergo cum sancti sint medii inter nos, & Deum, eos interpellare debemus ad orandum pro nobis: quia reditus noster ad Deum respondere debet processui bonitatis ipsius in nos. Quare eos intercessores pro nobis ad Deum constituimus, & quasi mediatores, dum ab eis petimus, vt pro nobis orent.

†2. Concl. Non est propter defectum misericordiæ Dei, quod oporteat eius clementiam per orationes sanctorum pulsare, sed vt ordo perfectius seruetur in rebus.

3. Concl. Orare inferiores sanctos est vtile.

1. Ex eo quod aliquis habet maiorem deuotionem ad minorem, ex qua maxime pendet orationis effectus.

2. Vt tollatur fastidium in nobis: & vt cæteros orantes excitetur feruor deuotionis.

3. Quia quibusdam sanctis datum est in rebus specialibus iuuare.

4. Vt omnibus honor debitus exhibeatur.

5. Quia plurium oratione impetratur, quod vnius oratione non obtineretur.

4. Concl. Non dicimus, Christe ora pro nobis, sed audi nos, ad tollendum errorem Nestorii, qui distinxit in Christo duas personas, & hæresim Arrii, qui Filium posuit minorem Patre.

5. Concl. Sancti non præsentant preces nostras Deo, quasi ei incognita manifestent, sed quia eas exaudiri petunt: vel vt diuinam consulunt voluntatem de eis, quid secundum eius prouidentiam fieri debeat.

6. Concl. Ex hoc ipso quisque efficitur dignus, vt aliquis sanctus pro eo oret, quod ad ipsum in sua necessitate cum pura deuotione recurrit: & ideo non est superfluum, quod sanctos oremus.

Art. 3. Vtrum orationes sanctorum pro nobis ad Deum effusa semper exaudiantur.

1 Concl. Sancti dupliciter dicuntur pro nobis orare: primo ratione expressa, dum suis votis aliquid a Deo petunt: secundo oratione interpretatiua. s. per ipsorum merita, quæ in eius conspectu existentia non solum eis cedunt in gloriam, sed etiam sunt nobis quasi suffragia & orationes quædam sicut sanguis Christi pro nobis fusus dicitur veniam petere.

2. Concl. Vtroq; modo sanctorum orationes, quantum est in eis, sunt efficaces ad impetrandum, quod petunt.

1. Oratio Ieremiæ, vt patet ex scriptura, fuit exaudita.

2. Mach. vl *2. Idem docet Hieron. contra Vigilant.*

3. Ex consuetudine Ecclesiæ, quæ frequenter petit, vt sanctorum orationibus adiuuetur.

3. Concl. Ex parte nostra potest esse defectus, vt non consequamur fructum prout sancti dicuntur pro nobis orare, ex hoc, quod eorum merita nobis proficiunt.

4. Concl. At prout suis votis pro nobis orant aliquid postulando semper exaudiuntur, quoniam non volunt, nisi quod Deus vult, nec petunt nisi quod volunt fieri: quod autem Deus vult semper fit; nisi loquamur de voluntate antecedente, quæ non semper impletur: vnde nec est mirum si quod sancti per hunc modum voluntatis volunt, non impleatur.

†5. Conc. apoc. 6. Per illud quod martyres petebant vindictã, &c nihil aliud designatur nisi desiderium maioris gaudii, & consortii sanctorum, & assensus in iustitiam Dei.

6. Concl. Illud si steterint Moyses & Samuel, &c. intelligitur de eis dum erant in hac vita.

7. Concl. Dan. 10. Angeli prout dicuntur orare, quando merita alicuius Deo præsentant, non semper exaudiuntur: at quando expresse petunt orantes; quia non petunt, quod obtinere non valent, semper exaudiuntur.

8. Concl. Etsi sancti in patria non sint in statu merendi ibi: possunt tamen iuuare alios ex meritis præcedentibus: meruerunt enim viuentes vt eorum oratio exaudiretur post mortem: vel etiam exaudiuntur, quia orationis impetratio pendet à liberalitate eius, qui rogatur.

9. Concl. Licet sancti non petant, nisi quod Deus vult, non ideo est infructuosa oratio: quia fortasse prædestinatum est, vt sanctorum orationibus adimpleatur id, quod sancti vident Deum velle.

10. Concl. Suffragia Ecclesiæ pro defunctis sunt quasi

quædam satisfactiones viuentium vice mortuorum: & quia sancti in patria non sunt in statu satisfaciendi, ideo non est simile de eorum orationibus, & de suffragiis Ecclesiæ.

Quæstio 73. De signis, quæ iudicium præcedent.

Art. 1. Vtrum aliqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium.

Concl. AListqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium.

1. *Luc. 21. Erunt signa in sole, &c.*

2. *Tunc Christus ad iudicandum venturus in forma gloriosa apparebit, propter auctoritatem, quæ iudici debetur. Ad dignitatem autem iudicaria potestatis pertinet habere quædam indicia, quæ ad reuerentiam & subiectionem inducant. Ergo aduentum Christi multa signa præcedent.*

Concl. Quæ autem sint illa signa ex Aug. non facile sciri potest.

Epist. 80. 1. *Quæ signa quæ tanguntur in Euangeliis pertinent etiam ad tempus destructionis Ierusalem; & ad aduentum, quo Christus continue Ecclesiam visitat.*

2. *Quia illa tam fuerunt à principio mundi: & usque tunc tempora magis magis crescent, nemo scitur secundum quam mensuram iudicis aduentus annunciandus.*

3. Concl. Quindecim signa quæ Hieron. ponit. asserit se in quibusdam annalibus hebræorum scripta reperisse, quæ parum veri similitudinis habent.

† 4. Concl. Quod ante iudicium sit futura pax & securitas non tollit, quin signa aliqua sint futura ante aduentum iudicis: sed solum demonstrat, quod ante illa impij in pace & securitate viuent: vel referas ad hoc, quod impij illa signa paruipendent, dicentes, pax, &c.

5. Concl. 1. Thes. 5 Dies Domini dicitur, vt fur venire, non quod signa non debeant præcedere, sed quia ignoratur determinatum tempus, quod per illa signa cognosci non poterit.

6. Concl. Non oportuit signa præcedere in primo aduentu sicut in secundo, in quo manifestius Christus veniet: & propter rationes allatas.

Art. 2. Vtrum circa iudicium secundum rei veritatem sol, & luna obscurabuntur.

2. Concl. Sol & luna quantum ad ipsum momentum aduentus Christi non obscurabuntur sui luminis priuatione.

Cap. 13. 1. *Quia aduenturo Domino ex Isa. lux luminaribus augmentabitur.*

2. *Quia tunc totus mundus innouabitur.*

2. Concl. Si loquamur de eis, & aliis cœli luminaribus secundum tempus propinquum ante iudicium sui luminis priuatione obscurabuntur, vel simul vel diuersis temporibus, diuina virtute ad hominum terrorem: & sic intelligitur Rabanus.

† 3. Concl. Lux in corporibus cælestibus non solum est ad generationem horum inferiorum, sed etiam ad eorum perfectionem, & decorem, ideo cessante generatione, non cessabit.

4. Concl. Motus cœli cessabit, quia motus est actus imperfecti: quod nõ potest dici de luce: qualitates elementares, si tollentur, ideo fiet, quia agunt per modum contrarietatis, quod non potest dici de luce.

Art. 3. Vtrum virtutes cœlorum veniente Domino commouebuntur.

1. Concl. Virtutes in Angelis dicuntur, vel communiter, ita vt significent omnes spiritus cœlestes: vel sumuntur pro certo ordine angelorum.

2 Concl. Virtutes cœlestes in aduentu Christi commouebuntur. Columnæ cœli contremiscunt, & pauent, ait Iob. vbi per columnas, virtutes cœlorum intelliguntur: & apud Mat. virtutes cœlorum commouebuntur.

Dion. 11. cal. hier. Si virtutes cœlestes significent omnes angelos, dicuntur commoueri propter admirationem nouitatis, quæ in mundo erit.

3. Concl. Greg. hom. 24. in Euan. Si accipiantur pro certo ordine, tunc ordo ille dicitur præ cæteris commoueri, ratione effectus; quia huic ordini attribuitur miracula facere, quæ maxime circa illud tempus fient: vel secundum Dion. quia proprium virtutum officium est corpora cœlestia mouere, quæ sunt causa horum inferiorum: & tunc commouebuntur, quia cessabunt à suo effectu, sicuti, & angeli ab hominum custodia.

Greg. lic. cit. Illa commotio non variat aliquid, quod ad statum virtutum cœlestium pertinet: sed refertur, vel ad eorum effectus, qui variari possunt, vel ad nouam rerum considerationem, vt est dictum.

† 5. Concl. Angeli admirabuntur diuinam virtutem facientem ea, quæ ipsorum excedunt cognitionem, & facultatem: nec inde sequitur quod in eis ponatur ignorantia; sed solum tollitur Dei comprehensio: Tertium soluitur ex dictis.

6. Concl.

Quæstio 74. De igne vltimæ conflagrationis.

Art. 1. Vtrum mundi purgatio sit futura.

1. Concl. CVm mũdus propter hominem factus sit, oportet, vt quando homo secundũ corpus glorificabitur, etiam alia mundi corpora in melioram statum mutentur: vt sit locus conuenientior, & aspectu delectabilior.

2. Concl. Cor. 15. Apoc. 21. Vt homo corporis gloriam consequatur oportet, vt duo remoueãtur, quæ gloriæ opponuntur scilicet corruptio, & infectio culpæ. quia corruptio incorruptionem non continet: & à ciuitate gloriæ omnes immundi foris erunt.

3 Concl. Similiter elementa mundi oportet mundaria contrarijs dispositionibus antequam in nouitatẽ gloriæ adducantur, proportionaliter, vt de homine est dictum quia, licet non sint propriè subiectum culpæ: tamen ex hominum culpa quædam incongruitas in eis relinquitur: vnde loca in quibus crimina sunt commissa non reputantur idonea rebus factis. Quare pars mundi, quæ in vsum hominum cedit ob eorum peccata purgatione eget. Similiter circa medium locum sunt multæ generationes, alterationes, & corruptiones elementorum, quę purgari debent, vt nouitatem gloriæ reciptant.

†4. Concl. Act. 10. Creaturæ Dei sunt mundæ, quia non habent in sua substantia alicuius malitiæ permissionem: verum possunt habere permissionem naturæ extraneæ, quæ licet in se bona sit, perfectioni tamen alterius creaturæ repugnat, & ita alicui creaturæ potest accidere malum.

5. Concl. Iam dictum est quomodo elementa non ex sua, sed ex hominis culpa aliquam infectionem contrahant, vnde soluitur secundũ.

6. Concl. Quod elementis corporis simplicibus aliquid extrinsecum permisceatur, non pertinet ad ipsorum perfectionem. & licet mistum sit perfectius quantum ad formam speciei, simplex tamen est perfectius duratione. cum nõ habeat in se principium corruptionis: & quia incorruptio est de perfectione gloriæ, ideo perfectio corporis simplicis magis perfectioni gloriæ conuenit, quam perfectio misti: propterea illud purgari debet cum nobilius esse habeat corpus simplex in seipso, quam in misto, in quo est tantum in potentia.

Art. 2. Vtrum mundi purgatio sit futura per ignem.

1. Concl. Mundi purgatio est futura per ignem.

In conspectu eius exardebit ignis, inquit Dauid. & Petrus cœli ardentes soluentur. &c. Psal 49. 2. Pet. vlt.

2. Concl. Quoniam illa purgatio remouebit à mundo infectionem ex culpa relictam, & inquinatem commistionis, & erit dispositio ad gloriæ perfectionem conuenienter fiet per ignem.

Quia est nobilissimum elementorum, & habet proprietates naturales sibi soli proprietatibus gloriæ.

2. *Quia propter maximam suam actiuitatem non recipit commistionem extraneã, sicut alia elementa.*

3. *Quia cum sit longè remotus à nobis non ita infestatur vt alia elementa.*

†3. Concl. Cum ignis non veniat instrumẽ vsum in materia propria, sed in materia aliena, non indiget purgatione, nisi vt est materia aliena, & sic purgabitur ab igne iuxta puritatẽ existente, & erit idem purgans & purgatum respectu diuersorum.

4. Concl. Licet modo aliqua sint, quæ non possint purgari per ignem, sed per aquam, vt panni, vasa lignea, &c. tamen ista non sunt amplius purganda, sed corrumpenda per ignem, ob causas dictas.

5. Concl. Per opus distinctionis in creatione, diuersæ formę sunt rebus collatæ, quibus ab inuicẽ distinguuntur, ideo debuit heri per auctorẽ naturæ. sed per finalem purgationem res reducuntur ad puritatem in qua conditæ fuerunt, propterea in hoc potuit natura creata exhibere ministerium creatori.

Art. 3. Vtrum ignis ille, quo mundus purgabitur sit eiusdem speciei cum igne elementari.

1. Concl. Ignis quo mundus purgabitur non descẽdet à sua sphæra, ita vt multiplicatus omnia elementa purget.

Quia ille ignis potius ascendet, vt patet ex scripturâ, quæ ait, quod ascendet, vt aqua diluuij. Ergo potius videtur esse circa locum medium.

2. Concl. 2. Pet. 3. Hæc videtur conueniens, quod ille ignis generari debeat congregatione radiorũ corporum cœlestium, sicut congregantur in speculo cõburente, & quod nubes erũt concauę loco speculi, ad quas fiet reuerberatio, &c.

Quia cum effectus corporum cœlestium sequatur determinationes situs & aspectus eorum, tempore illius purgationis, posset esse notum ex considera-

tionibus motuum astrorum quod repugnat auctoritati scripturæ.

Alij cum Aug. dicunt, quod sicut munda natum aquarum inundatione factum est diluuium, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit.

Hæ opiniones diuersificantur quidem quãtum ad causam efficientem huius ignis, sed non quantum ad speciem. Vnde simpliciter concedendum est, quod erit eiusdem speciei cum isto.

Mundi conflagratio nihil aliud est, quam congregatio omnium causarum inferiorum quæ ex natura sua habent virtutem igniendi: quæ quidem congregatio, non naturali cursu rerum, sed virtute diuina fiet. & ex omnibus causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi extinguet.

Et si hic ignis sit eiusdem speciei, tamen quia nõ est idem numero, poterit aliũ ignem destruere.

Quia videmus ob diuersitatem materiæ ex hiis, quæ sub eadem specie sunt vero differunt vnum destruere aliud.

Cum prima virtus ignis purgantis non oriatur ex principijs essentialibus illius, sed sit vel qualitas absoluta ei superaddita virtute diuina, vel eadam qualitas, sed magis intensa, non manifestat naturam ignis, sed principale agens, sicuti aqua calefacta demonstrat id quod calefecit: nec inde sequitur ignem elementarem, qui non habet eandem virtutẽ, non esse eiusdem speciei.

Ignis ex propria natura non fertur, nisi sursum, sed vt sequitur materiam, quam requirit dum est extra suam sphæram, & vt est instrumentum diuinæ virtutis, non est inconueniens, quod feratur etiam deorsum: nec propterea mutat speciem.

Art. 4. Vtrum ignis ille purgabit etiam cælos superiores.

Ignis ille non purgabit cœlos superiores.

1. Quia non sunt necessitas peregrina impressionis.

2. Ignis ille tantum ascendet, quantum ascendit aqua diluuij, ex Gen. Ergo.

3. Quia in cælis superioribus non inuenitur defectus contrarietatis, per quem aliquid substantiæ creatum inducatur ad corruptionem, sicut in corporibus inferioribus, quæ per mutuam actionem decidunt a sua puritate, ob quam dicuntur purgari debere, sed tantum inuenitur motus localis, qui est vtilis ad perfectionem: quæ nulla purgationem imagent, nisi vt eorum motus quietentur, ac quietatio motus localis non fit per actionem alicuius contrarij agentis, sed ex eo, quod motor desistit a mouendo. Quare cælestia corpora per nullius creaturæ actionem purgabuntur, sed ipsa quietatio voluntate diuina eis accidens, erit loco purgationis.

Illud, *opera manuum tuarum, sunt cæli tu fecisti eos*, intelligitur de cœlis aereis: vel de superioribus quantum ad motum.

Illud Petri *cæli ardentes, &c.* intelligitur vt ipsemet declarat, de cœlis aereis.

Ex culpa dæmonum cœlum empyreum infectionem non contraxit: quia statim inde expulsi fuerunt: & seruitus, ac labor, quæ cælis attribuitur nihil aliud sunt, quam vicissitudo motus, cuius ratione temporis subijciuntur, nec ideo debent purgari, vt dictum est.

Art. 5. Vtrum ignis ille alia elementa consumet.

Quidam dicunt, quod omnia elementa manebunt quantum ad materiam. & omnia mutabuntur quantum ad imperfectionem & quod terra & aer remanebunt etiam secundũ propriam substantiam: alia vero duo mutabuntur in formam cæli, & ita vocabuntur cœlum: quæ opinio est omnino absurda:

1. Quia secundum Philosophum inferiora non habent potentiam ad superiora.

2. Secundum theologiam, non conseruaretur perfectio vniuersi, duabus integris partibus sublatis.

Nec videtur probabile, quod elementa solum manẽat secundum substantiam, eorum, sublatis qualitatibus, licet id Augustino cõsonare videatur.

Quia qualitates elementorum sunt effectus formarum. Ergo formis manentibus, ipsa manebunt: nec possent mutari, nisi per violentiam, ad tempus. Deinde, quia sunt de secunda perfectione elementorum.

Elementa manebunt & quantum ad substantiam & quantum ad qualitates.

Quia ista purgatio respondebit primæ purgationi facta per aquam. At per illam non sunt corrupta elementa. Ergo. Et mundi Pauli, præterit figura huius mundi, *dicitur, pulcherrimo, & non substantia interibit.*

Purgabuntur ego quantum ad infectionẽ contractam ex peccato hominum, & ab impuritate, quæ per actionem mutuam eis accidit, quia cessante motu primi mobilis in inferioribus elementis non erit mutua actio, & passio: hoc Aug. vocat qualitates. corruptibilium

1. Concl. 2. Concl. 3. Concl. 4. Concl. 1. Concl. 2. Concl. 3. Concl. 1. Cor. 7. 4 Concl.

bilium elementorum scilicet innaturales eorum dispositiones.

6. Concl. in Pet. Alt. Quod aut Bedæ, quod ignis ille elementa consumet, intellige prout purgabit. quod addit, duo ex toto consumet, nõ debet intelligi quantum ad substantiam, sed prout magis remouebuntur à proprietatibus quas nũc habent.

7. Concl. Apoc. 21. Illud, *mare non remanebit*, &c. non est intelligendum quantum ad substantiam, sed quãtum ad salsedinem, & commotionem fluctuũ

8. Concl. Ignis ille aget in elementa, vt instrumentum diuinæ virtutis, non vsque ad consummationem, sed vsque ad purgationem, quare non oportet vtid, quod efficitur materia ignis, totaliter speciem amittat: vt patet de ferro ignito.

Per illam purgationem elementa acquirent nobilissimum statum, sed in sua specie: vnde non erit in omnibus forma ignis, quia vniuersum esset imperfectius.

Art. 6. Vtrum omnia elementa per illum ignem purgabuntur.

1. Concl. 2. Pet. Alt. Lib 20. de ciu. c. 18. Ignis ille non ascendet vsque ad summitatem spatij continentis quatuor elementa, vt quidam dicunt.

1. Quia hoc videtur repugnare scripturæ, quæ ait, quod illi cæli vetusti sunt ignis, quo futurus aqua purgatis. Sic aqua illa non ascendit ad illud spatium, sed ad quindecim cubitos super altitudinem montium.

2. Ex Aug. qui ait, quod ille mundus, qui diluuio periit, igne reservatur.

3. Quia vapores fumus idol. Latria, & infectio peccatis non possunt eo vsque pervenire, vt illi dicunt, cum non possint pertransire totam sphæram ignis.

4. Impuritates elementorum ex mutua actione & passione ortæ non ascendunt, nisi vsque ad medium aeris. Ergo.

2. Concl. Ignis vltimæ conflagrationis purgabit elementa vsque ad medium aeris interstitum. Quoniam eo vsque aquæ diluuij ascendẽt vt ex altitudine montium probabiliter æstimari potest. Vnde conceditur primum.

3. Concl. Licet aqua habeat vim purgationis in seipsa: tamen non habet talem, qualis competit futuro statui.

Psal. 74. 4. Concl. Infernus non purgabitur: sed feces totius mundi ad ipsum deducentur: iuxta illud, *Fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.*

5. Concl. Paradisus terrestris non purgabitur, quia purgatione non indiget, cum non sit locus peccantium: & ideo homo statim post peccatum inde fuit electus.

Art. 7. Vtrum ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi.

1. Concl. Spal. 29. 1. Thes. 4. 1. Cor. 15. Ro. 8. Illa conflagratio secundum rei veritatem quantum ad sui initium, iudicium præcedet.

1. *Ignis, ait Dauid ante eum præcedet.*

2. *Resurrectio precedet iudicium, alias enim nõ videret omnis oculus Christum iudicantem: & Paulus ait, quod qui dormiunt sepulti sunt in Christo, & primo resurrexit Christus, & corpora sanctorum gloriosa: quoniam ex Paulo, corpora gloriosa esse erunt & cum corpore aliquo alimentur, etiam mundus renouabitur, vt ex eo in corpore gloriosa viuant: quare cum conflagratio sit dissolutio ad diuinam renouationem manifeste colligitur purgationem mundi præcedere iudicium.*

2. Concl. Hæc conflagratio quoad aliquem effectũ qui est inuoluere malos, subsequetur iudicium: vnde patet ad primum.

† 3. Concl. lib 20. de ciu. c. 18. Aug. ponens mundi purgationem post iudicium non loquitur asserendo, sed opinando. nam: postea ait, quo ordine hæc eueniant experientia docebit.

4. Concl. Illud Pauli. *Non quidem omnes, qui residui sumus*, &c. est intelligendum de illis, qui tunc viui in corpore vsque ad tempus conflagrationis. non quod ante iudicium non sint mortui.

Art. 8. Vtrum ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus, qualis describitur.

1. Concl. Ignis finalis conflagrationis ex virtute naturali ipsius aget & in bonos, & in malos, qui viui reperientur, vtrorumque corpora in cinerem resoluendo.

2. Concl. Vt instrumentum diuinæ iustitiæ diuersimode aget, nam mali ex ignis actione cruciabuntur. boni vero in quibus nihil purgandum inuenietur, nullum dolorem sentiet, vt nec pueri in camino ignis senserunt, at illi in quibus aliquid purgandum erit, sentient cruciatum magis & minus pro meritorum diuersitate.

3. Concl. Dan. 3. Quantum ad actum quem post iudicium exercebit solum aget in damnatos, quia corpora bonorum impassibilia sunt.

† 4. Concl. lib. 4. sen. d. 47. Consumptio apud Mag. non accipitur pro annihilatione, sed pro resolutione in cinerem.

5. Concl. Etiam bonorum corpora erit consumptio, sed sine dolore.

Aequa-

5 Concl. Æqualiter aget in bonos & malos ex natura sua, sed non vt instrumentum diuinæ iustitiæ.

7. Concl. Cito purgabuntur qui purgatione egebũt.

Quoniam erunt pauca purganda, propter terrores præteritos, & quia voluntarie pœnam sustinebunt: ac demum quasi ignis intestinus aget.

Art. 9. Vtrum ignis ille inuoluet reprobos.

1. Concl. Ps. 96. Dan. 7. Luc. 3. Bas. in Psal. 28. Ignis ille inuoluet reprobos.

1. *Inflammabit, ait Dauid, in circuitu inimicos eius.*

2. *Idem docet Glos. in illud, fluuius ignem rapidus egrediebatur a facie eius.*

3. *Quadam purgatio generis humani est, quod separentur mali à bonis, quod fiet cum ignis inuolues malos, vt colligantur ex illo, & purgabit aream suam, & congregabit, &c.*

2. Concl. Ignis secundum quod est calidus, combustiuus, & grossitiam aliquam habet inuoluet damnatos, & descendet in infernum ad eorum pœnam: at secundum quod est subtilis & lucidus remanebit superius ad gloriam electorum.

†3 Concl. Hic ignis qui bonos purgabit, & malos cruciabit, est vnus & idem: possunt autem dici duo ignes, respectu officij, & aliquo modo quantum ad substantiam, quæ non tota detrudetur in infernum.

4. Concl. In hoc ille ignis remunerabitur, ex eo quod Deo obsequitur in hac purgatione, quia, quod grossum est in eo, separabitur, & in infernum retrudetur.

5. Concl. Licet ignis inferni præparatus sit à constitutione mundi: tamen tunc augebitur ad maiorem pœnam damnatorum, sicut & gloria beatorum, quæ post iudicium erit maior. Quare quicquid est turpe in creaturis retrudetur in infernum ad augendam miseriam damnatorum.

Quæstio 75. De resurrectione.

Art. 7. Vtrum corporum resurrectio sit futura.

1 Concl. Secundum diuersas sententias de vltimo hominis fine, quem naturaliter desiderat, sine quo non est perfectus, sunt variæ sententiæ negantium, vel ponentium resurrectionem.

2. Concl. Qui dixerunt hominem peruenire ad vltimum suum finem in hac vita resurrectionem negabant. Sed hanc opinionem facile excludit varietas fortunæ, infirmitas humani corporis, scientiæ & virtutis imperfectio, & instabilitas, quibus omnibus beatitudo impeditur.

3. Concl. Ideo alij posuerunt aliam vitam, secundũ quam anima viuit post mortem, & eam sufficere ad implẽdum naturale desiderium hominis de beatitudine consequenda: & hi negarunt resurrectionem.

4. Concl. Huius erroris varia fuerunt apud varios fundamenta, quidam hæretici dixerunt corporalia esse creata à malo principio, & spiritualia à bono vnde anima non est perfecta, nisi à corpore separata. Quidam dixerunt totam essentiam hominis consistere in anima & ita homo ex sola animi beatitudine perficitur sed hoc refellit Arist. qui docet animam esse corporis formam. 1. 2. de anim.

5. Concl. Vnde patet, quod si homo non potest esse beatus in hac vita, necesse est resurrectionem ponere.

1. *In nouissimo die, ait Iob, de terra surrecturus sum.* Cap. 9.

2. *Donum Christi est maius, quam peccatum Ade, ex Paulo Sed mors per peccatum introducta est, Ergo per Christi donum.* Rom. 4.

3. *Membra debent esse capiti conformia. Sed Christus, qui est caput noster vnit corpore & anima immortalem, vt ait Paulus Ergo.* Rom. 6.

Illud Iob *homo non resurget donec atteratur cælum*, intelligitur non quantum ad cæli substantiam, sed quantum ad effectum ei qui est motus.

†6. Concl. Dominus optime probauit resurrectionẽ ex illo Ego sum Deus Abraham, &c.

Quia proprie loquendo anima Abraham non est ipse Abraham, sed pars eius: vnde vita animæ Abraham non sufficiebat ad probandum, quod Deus Abraham esset Deus viuentis, cum exigatur vita totius conuenit: quadam tunc non esset in actu erat tamen vtrique pars ad resurrectionem.

7. Concl. Corpus non comparatur ad animam vt instrumentum, sed vt materia: & ita operationes sunt coniuncti: ideo non sufficit, vt tantum remuneretur anima tantum: & loco pœnarum, quas anima sine corpore sustinet in purgatorio, corpus patitur mortẽ, & incinerationem in sepulchro.

8. Concl. Cæteris paribus perfectior est status animæ in corpore, quam extra.

Nam, licet tunc secundum quid similiter sit Deo: tamen si plicter similior est, quando est in corpore habens omnia requisita ad conditionẽ suæ naturæ.

9 Concl. Et quamuis post sententiam iudicis, à morte spirituali homo non redeat in vitam, propter impœnitentiam: tamen ex morte corpo-

rali

rali redit: quia per mortem Christi ablatum est peccatum Adæ, per quod mors erat introducta.

Art. 2. Vtrum resurrectio erit omnium generaliter.

1. Concl. Cap. 5. 1. Cor. 15. Necesse est, sicut vnum, ita & omnes resurgere.

1. Omnes qui in monumentis sunt, &c. ait Ioan. & Paul. Omnes quidem resurgemus.

2. Omnibus debetur pœna, vel præmium; aut pro merito proprio, vt adultis, aut pro alieno, vt paruulis. Ergo.

3. Quia anima vltima perfectione speciei humanæ esse non potest a corpore separata, vt probatum est. Ergo erit resurrectio vniuersalis.

2. Concl. Psal. 1. Illud, *non resurgent impii in iudicio*, intelligitur de spirituali resurrectione: vel de impiis, qui sunt animo infideles, qui non resurgunt, vt iudicentur; quia iam iudicati sunt.

3. Concl. Illud, *multi de his, qui dormiunt exsurgent: multi*, id est, omnes, secundum August. est enim modus loquendi scripturæ.

4. Concl. Etiam impii in hac vita conformantur Christo in his quæ ad rationem speciei pertinent, sed non quoad gratiam: ideo omnes ei conformabuntur in reparatione vitæ corporalis, non autem in similitudine gloriæ, sed tantum iusti.

5. Concl. Non obstante originali culpa potuerunt omnes à morte resurgere, qui eam iam per mortem expiarunt.

6. Concl. Qui in maternis vteris decedunt, quamuis non sint renati per gratiam, resurgent tamen propter conformitatem naturæ ad ipsum Christum.

Art. 3. Vtrum resurrectio sit naturalis.

1. Concl. Motus, siue actio se habet tripliciter ad naturam.

1. Cum natura, nec est principium, nec terminus illius; & talis motus aliquando est simpliciter supra naturam, vt glorificatio corporis; aliquando ab aliquo alio principio, vt in motu violento.

2. Cum principium, & terminus sunt à natura; vt in motu lapidis deorsum.

3. Cum terminus est naturalis, sed nõ principium, quod vel est supra naturam, vt in illuminatione cæci, vel aliquid aliud extra, vt in maturatione fructuum accelerata per artem.

2. Concl. Quod principium sit à natura, & terminus non sit naturalis, id esse non potest.

Quia natura est ad determinatos effectus.

3. Concl. Operatio, vel motus primo modo, non potest dici naturalis: sed, vt supra naturam, vel violenta: secundo modo est simpliciter naturalis: tertio modo non potest dici simpliciter naturalis, sed secundum quid, prout perducit ad id, quod est secundum naturam: sed dicetur, vel miraculosa, vel artificiosa, vel violenta.

Naturale enim proprie dicitur, quod est secundum naturam, & secundum naturam dicitur habens naturam, & quod consequitur naturam.

4. Concl. Vnde motus non potest dici naturalis simpliciter nisi sit à natura.

Natura enim dicit principium motus in eo, in quo est, scil. actiuum, vel passiuum, s. potentiam naturalem, quæ respicit potentiam actiuam sibi respondentem in natura, siue respondeat respectu vltimæ perfectionis, scil. formæ, siue respectu dispositionis, quæ est necessaria ad formam vltimam, vt patet in generatione hominis.

5. Concl. Resurrectio simpliciter loquendo est miraculosa.

1. *A priuatione ad habitum non fit regressio secundum naturam. Sed mors est priuatio vitæ. Ergo.*

2. *Quæ sunt vnius speciei, habent vnum determinatum modum originis. Sed naturalis modus quo homo oritur: est generatio ex simili in specie, quod non erit in resurrectione Ergo.*

3. *Non est naturalis, quantum ad principium actiuum, quia nulla causa naturalis vnit animam cum corpore, nec passiuum, quia nulle dispositiones naturales disponunt ad istam consummationem. Ergo.*

6. Concl. Resurrectio potest dici naturalis secundum quid: quatenus in corpore est aliqua inclinatio, & potentia ad vnionem cum anima: quæ tamen potentia non sufficit ad rationem motus naturalis.

7. Concl. lib. 3. c. 14. Cum Damas. ait, quod in omnibus inuenitur esse naturale; loquitur de eo quod oritur ex principiis naturalibus, cuiusmodi non est resurrectio.

8. Concl. li. 14. Mor 1. Cor. 15. Exempla resurrectionis, quæ Gregor & Apostolus adducunt ex rebus naturalibus, faciunt fidem probabilem resurrectionis, sed non probant eam esse naturalem.

9. Concl. Quod est præter naturam, vt est violentum respectu termini, & respectu principii durat quidem paruo tempore, sed resurrectio non est huiusmodi.

10. Concl. Licet tota naturæ expectatio resurrectionem intendat; non tamen resurrectio est naturalis; cum ad eam peruenire non possit opere naturæ.

11. Concl. Etsi coniunctio animæ, & corporis sit

naturalis; non ideo resurrectio est naturalis: quia potest esse quod motus non naturalis terminetur ad quietem naturalem.

Quæstio 76. De causa resurrectionis.

Art. 1. Vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis.

1. Concl. CHristus ratione humanæ naturæ est Dei & hominum mediator: & ita diuina dona in homines mediante Christi humanitate proueniunt.

2. Concl. Vt à morte spirituali liberari non possumus, nisi per donum gratiæ diuinitus datum, ita nec à morte corporali, nisi per resurrectionem diuina virtute factam.

3. Concl. Ioan. 1. Vt Christus accipit primitias gratiæ, & eius gratia est causa nostræ gratiæ, quia ex eius plenitudine omnes accepimus; ita in Christo inchoata, est nostra resurrectio.

4. Concl. Christi resurrectio est causa nostræ resurrectionis.

Arist. 2. Met. t. 4. 1. Cor. 15. 1. *Quod est primum in aliquo genere, est causa eius quod est post, ex Arist. Sed Christus in ratione suæ resurrectionis corporalis, dicitur primitiæ dormientium ex Paulo. Ergo eius resurrectio, &c.*

Rom. 4. 2. *Resurrectio Christi magis conuenit cum nostra resurrectione corporali, quam cum spirituali, quæ fit per iustificationem. Sed resurrectio Christi est causa nostræ iustificationis ex Paulo. Ergo & resurrectionis corporalis.*

3. *Ex dictis in tertia conclusione.*

5. Concl. Christus vt Deus, est prima causa nostræ resurrectionis, quasi æquiuoca: vt Deus & homo resurgens, est causa proxima, & quasi vniuoca.

6. Concl. Est etiam causa exemplaris respectu istius effectus.

Quia causa æquiuoca præmittit effectum similem sibi formæ.

7. Concl. Illud idem quod fuit causa resurrectionis Christi, qui est causa vniuoca nostræ resurrectionis, ad nostram resurrectionem confert, scilicet virtus diuinitatis ipsius, quæ hinc & patri est communis. Qui, ait Paul *inhabitauit Christum a mortuis viuificauit, & mortalia corpora vestra.*

8 Concl. Ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis est quasi instrumentalis causa resurrectionis nostræ: operationes enim diuinæ agebantur mediante carne Christi, quasi quodam organo: vt patet de tactu corporali, quo mundauit leprosum.

9. Concl. Dam. l. 13. Posita causa, s. resurrectione Christi, non statim sequitur effectus, i. resurrectio nostra: quia non est causa immediata, sed mediante principio suo, quæ est voluntas diuina: vnde tunc sequitur, quando voluntas Dei ordinavit.

10. Concl. Secundum ordinem, quem diuina prouidentia rebus præfixit resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: si autem Deus aliter liberasset hominem, quam per Christi passionem, tunc esset alia causa.

11. Concl. Etsi humanitas Christi non sit causa suæ resurrectionis, cum causetur à diuinitate immediate: resurrectio tamen aliorum est mediante Christo homine resurgente propter propinquitatem humanitatis suæ ad diuinitatem.

12. Concl. Resurrectio omnium, etiam malorum habebit similitudinem cum resurrectione Christi, quantum ad id, quod pertinet ad vitam naturæ: & sic effectus assimilabitur causæ.

Art. 2. Vtrum vox tubæ sit causa nostræ resurrectionis.

1. Concl. Vox tubæ, quomodocunque accipiatur, est causa nostræ resurrectionis.

1. Thess. 4. Ioan. 5. 1. *Ipse Dominus, ait Paulus, in tuba Dei descendet, &c. & apud Ioan. Qui in monumentis sunt audient vocem filii Dei, &c.*

Matth 8. 2. *Christus resurgens est causa vniuoca nostræ resurrectionis. Ergo oportet vt in resurrectione corporum, aliquo signo corporali dato, resurrectionem operetur, siquidem mouens & motum debent esse simul, quod signum, vox dicitur.*

2. Concl. Thess. 4. Hoc signum, vel erit vox Christi resurrectionem imperantis, sicut imperauit mari, & cessauit tempestas: vel ipsa repræsentatio filii Dei in mundo; quæ vox etiam dicitur, cui tota natura obediet ad reparationem corporum humanorum: ideo dicitur in iussu veni.e:

3. Concl. Hæc vox quandoque dicitur clamor, quasi præconis ad iudicium citantis: quandoque sonus tubæ, vel propter euidentiam, vel propter conuenientiam ad vsum tubæ, qui erat in veteri lege. Tuba congregabat ad concilium, commouebat ad prælium, & vocabat ad festum: ita resurgentes congregabuntur ad concilium iudicii, & ad prælium, quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & ad festum æternæ solennitatis.

4. Concl. lib. 4. de fid. Cum Damas. ait, quod resurrectio nostra fiet nutu diuino, ponit aliquod signum ab ipso datum, cui tota natura obediet: & hoc signum idem est, quod vox tubæ.

5. Concl. Illa vox, non erit nostra, quamuis sit ad mortuos, qui non audiunt: quia habebit efficaciam instrumentalem ad reuiscitandum,

non

non ex hoc quod sonnetur, sed ex hoc quod proferetur.

6. Concl. Etli vox illa sit ens perfectum in natura: tamen quia aget virtute diuina, sicut formæ sacramentorum, ideo non sequitur quod resurrectio erit naturalis.

Art. 3. Vtrum ad resurrectionem Angeli operabuntur.

1. Concl. Ad resurrectionem Angeli operabuntur.

1. Thess. 4. *De iussu in voce Archangeli descendet de cœlo, ait Paulus.*

lib. 3 de Trin. c. 4. lib 4. dial c. 15. 2. *Vt corpora inferiora per superiora gubernantur, ita omnia corpora ex August. & Greg. a Deo per spiritum vitæ rationalem reguntur: vnde in omnibus, quæ Deus corporaliter facit, vtitur ministerio Angelorum. At in resurrectione est aliquid ad transmutationem corporum pertinens: vt collectio, & præparatio cinerum. Ergo.*

2. Concl. Anima immediate à Deo corpori iterato venietur sine ministerio Angelorum: ac etiam ipse, corpus, & animam immediate glorificabit.

3. Concl. Istud ministerium Angelorum dicitur vox secundum aliquorum expositionem.

†4. Conc. Hoc ministerium non pertinebit principaliter ad virtutes, licet earum sit miracula facere; sed ad Archangelum Michaelem: verum & Virtutes, & alii Angeli superiores, & inferiores, cooperabuntur.

Quæstio 77. De tempore, & modo resurrectionis.

Art. 1. Vtrum tempus nostræ resurrectionis oporteat differri vsque ad finem mundi.

1. Concl. HVmanorum corporum resurrectio vsque ad finem mundi differetur.

Cap. 14. Heb. 11. 1. *Homo non resurget, ait Iob, donec atterratur cælum, idem probatur ex Glos. in illud Pauli. Hi omnes testimonium fidei, &c.*

2. *Tota materia corporum inferiorum subiacet variationi ex motu cælestium corporum; quia ex ordine diuinæ prouidentiæ inferiora per superiora reguntur: quare inconueniens, & contra istum ordinem esset, quod corpora inferiora ad statum incorruptionis reducerentur manente motu cæli. At motus cæli erit vsq; ad finem mundi. Ergo & nostra resurrectio vsq; ad finem mundi differretur, cum debeamus resurgere ad gloriam immortalem, & incorruptibilem, vt Christus surrexit.*

Rom. 6. †2. Concl. Licet caput magis conueniat cum membris, quam membra adinuicem ratione proportionis propter influentiam: tamen habet caput quandam causalitatem in membra, quæ membra carent, & differunt a capite, & conueniunt inter se, & secundum hoc resurrectio Christi cum sit causa, & exemplar nostræ resurrectionis debuit præcedere omnium resurrectionem: quæ simul erit in consummatione sæculi.

3. Concl. Non propter maiorem conformitatem cum capite aliquorum membrorum resurrectio præcessit iudicium vniuersale, sed ex priuilegio particulari.

4. Concl. Multi sancti patres vere resurrexerunt cum Christo secundum Hieron. ad fundamentum nostræ fidei, & ad gloriam Christi, quæ causa nunc non requiritur in sanctis Noui Testamenti. quare horum resurrectio non debet esse ante consummationem sæculi.

5 Concl. Apoc. 10. Illud Ioan. *quod sancti regnabunt cum Christo mille annos*, &c. non est intelligendum, quasi sit futura prius resurrectio multorum, & postea aliorum, secundum errorem Chiliastarum; sed quod prius erit resurrectio spiritualis, postea corporalis, vt ait Aug. lib. 20 de ciu. c. 7.

Art. 2. Vtrum tempus resurrectionis nostræ sit occultum.

1. Concl. Tempus resurrectionis nostræ est occultum.

Matt. 24. act. 1. 1. *De die illa, & hora, ait Dominus, nemo scit, nec Angeli cælorum: & Apostolis dictum fuit, Non est vestrum nosse tempora, vel momenta.*

lib. 83 q. q. 58. 2. *Vltima ætas mundi, est sicut senectus, ex Aug. cuius non est determinatum tempus.*

Aug lib. 15 de ciu. c. 53. 3. *Futuri temporis numerus non potest sciri nisi, aut ratione naturali, aut reuelatione. At tempus resurrectionis non potest sciri ratione naturali; quæ ex motu accipit numerum eorum, quæ determinato tempore futura prænoscuntur: quia motus cæli cessabit simul, ac erit resurrectio, & tamen naturaliter cum sit circularis, debet esse æternus: nec per reuelationem, quia nec Angelis, nec Apostolis reuelatum est. Ergo.*

†2. Conc Principio cognito, ignoratur finis, quando ignoratur mensura, vt accidit in proposito: quare cum mensura, durationis motus cœli sit diuina dispositio, quæ nobis est occulta, ideo huius motus finis nobis est incognitus.

3. Concl. Per numerum, de quo fit mentio in Apoc. significatur totum tempus, quo Ecclesia durabit, non autem determinatus numerus annorum, & similiter illud Dan. *non debet referri ad aliquem numerum annorum; sed ad tempus prædicationis Antichristi.* Cap. 12. Cap. 12.

4. Concl Licet status Noui Testamenti sit præfigu-

tus per statum Veteris Testamenti generaliter, non ideo oportet, vt singula respondeant singulis, præsertim cum omnes eos figuræ perfecte fuerint completæ in Christo: quare non est necesse dicere hos status futuros æquales secundum durationem.

Art. 3. Vtrum resurrectio futura sit noctis tempore.

Resurrectio futura est noctis tempore.

1. *Resurrectio Christi, quæ est exemplar nostræ resurrectionis fuit in nocte, vt ait Greg. Ergo.*

2. *Adventus Christi in quo resurrectio fiet assimilatur adventui furis in domum, qui est in nocte.*

Determinata hora resurrectionis pro certo sciri non potest: tamen a quibusdam probabiliter dicitur, quod erit quasi in crepusculo, Sole existente in Oriente, & Luna in Occidente: vt sic eorum circulatio compleatur per reditum ad idem punctum: quia in tali dispositione creduntur esse creata: Vnde de Christo dicitur, quod tali hora resurrexit.

Dicitur resurrectio futura tali, vel tali hora, non quod amplius sit tempus, sed quia tunc iterum erit secundum dispositionem, quam nunc habet in aliqua determinata hora.

Optima dispositio temporis dicitur esse in meridie propter illuminationem: sed tunc ciuitas Dei non egebit Sole nec Luna, quia claritas Dei illuminabit eam: vnde quantum ad hoc nihil refert, quod resurrectio fiat in die, vel in nocte.

Tunc erit perfectissima manifestatio, quantum ad ea, quæ ibi gerentur, non autem quantum ad terminationem temporis.

Art. 4. Vtrum resurrectio futura sit subito: vel successiue.

Illud, quod in resurrectione fiet ministerio Angelorum, fit in instanti, si instans sumatur pro tempore imperceptibili, non autem si sumatur pro instanti indiuisibili.

Illud autem, quod fiet virtute diuina fiet subito, id est, in termino temporis, quo Angelorum motus complebitur: quia virtus superior inferiorem ad perfectionem adducit.

1. *Resurgemus, vt Paulus, in momento: in ictu oculi, &c.*

2. *Quia virtus diuina subito operatur. At resurrectio ex Damasceno fiet virtute Dei, quæ est immensa. Ergo.*

Cum Ezechiel dixit, *accesserunt ossa ad ossa*, &c loquebatur populo rudi, ideo multa distincta posuit in resurrectione, quæ tamen omnia sunt futura in instanti.

Licet reformatio corporis, & infusio animæ &c sint consequentes ad inuicem natura: tamen possunt esse simul tempore. 4. Concl.

Et quamuis sonus tubæ sit in tempore: tamen habebit effectum suum in vltimo instanti, & ita resurrectio non erit successiua. 5. Concl.

Congregatio electorum fiet ministerio Angelorum, ideo, &c. 6. Concl.

Quæstio 78. De termino a quo resurrectionis.

Art. 1. Vtrum mors erit terminus resurrectionis in omnibus.

OMnes morientur, & a morte resurgent. 1 Concl.

1. *Quod semina, vt Paulus ait, non viuificatur, nisi prius moriatur: & alibi, sicut in Adam omnes moriuntur, &c* 1. Cor. 15. 1. Cor. 14.

2. *Quia quod corruptum, & vitiatum est, non potest ad nouitatem reduci, nisi mediante corruptione.*

3. *Quia resurr. est ita proprie non est, nisi eius quod cecidit. Et dignum est, vt ait Damasc.*

4. *Quia cum mors cum sit vltima omnibus existentibus, necesse est, vt ea cessante, quod omnes moriantur, quæ est mors, & cadaverum quiescentium vltima sint.* lib. 4 c. 78. Arist. 8. Physic. in princ.

Illud, *iudicabit viuos & mortuos*, est accipiendum pro illo tempore immediate ante iudicium, in quo signa incipiunt apparere. ÷ 2. Concl. Insolubile.

Desiderium nolle spoliari, id est, vita priuari, non est inconueniens quod sit vanum, cum sit conditionatum, id est, si possibile esset: 3 Concl.

Etsi Ecclesia, cuius orationes exaudiuntur, petat vt debita dimittantur, inter quæ est debitum mortis ob peccatum primi parentis; tamen, nemo consequitur, vt ab hoc peccato liberetur, cum nemo, excepto Christo, possit concipi sine peccato originali, cum ista gratia nec parentibus, nec naturæ sit concessa: & quilibet personaliter redemptione egeat, & licet Deus concederet alicui, quod non moreretur, non inde sequeretur, non esse natum in peccato orig. quia potest liberare a morte eum, qui reatum mortis contraxit. 4 Concl.

Licet esset compendiosior via quod homines, qui tunc viui reperientur, ad impassibilitatem resurrectionis transferrentur: tamen non esset æqualiter accommodata ad finem consequendum, vt patet ex dictis. 5. Concl.

Artic. 2. Vtrum omnium resurrectio erit à cineribus.

1. Concl. Vt omnes à morte resurgant, ita omnes resurgent a cineribus in communi resurrectione: nisi alicui ex priuilegio fit indultum contrarium.

1 *Quia omnibus in originali peccato natis dicitur, Terra es, & in terram ibis.*

2. *Multa sunt in corpore humano, quæ non sunt de veritate humanæ naturæ, quæ resurgent. Ergo.*

3. *Rationibus, quibus probatum est omnes a morte resurgere debere.*

Gen. 3. 4. *Vt oportet omnes mori ad hoc, vt resurgant, ita oportet, quod omnia corpora dissoluantur ad hoc, vt reformari possint.*

5. *Tunc soluetur elementorum commistio, quæ causatur, & conseruatur a virtute cœli. Ergo omnia mista resolui debent in sua elementa.*

† 2. Concl. Resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, quoad terminum ad quem, non quantum ad terminum a quo. quare licet cipite non surrexerit exanctatos, nos tamen reluigemus.

3 Concl. Per cineres intelliguntur omnes reliquiæ, quæ remanet humano corpore soluto: vnde licet aliqua corpora non combustantur, adhuc tamen dicuntur resoluti in cineres.

4. Concl. Qui viui reperientur ante iudicium immediate, resoluentur in cinerem ab igne purgante totum vniuersum.

5. Concl. Motus accipit speciem à termino ad quem, penes quem fatetur distingui resurrectionem bonorum & malorum.

Art. 3. Vtrum pulueres illi ex quibus humanum corpus reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur.

1. Concl. Pulueres illi ex quibus humanum corpus reparabitur, nullam habent inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur.

Inrech. c. 88. 1. *Corpus humanum potest resolui, vel in ipsa elementa, vel in carnes animalium, &c. Sed in illis partibus elementorum, vel animalium non est aliqua inclinatio ad animam, ex Aug. Ergo.*

2. *Inclinationi naturali correspondet agens naturale. Sed non datur agens naturale, quod possit præstare pulueres eidem animæ iterato consungere. Ergo.*

2. Concl. In illis cineribus est aliqua inclinatio ad resurrectionem, non naturalis, sed solum ex parte diuinæ prouidentiæ, quæ statuit illos cineres iterum animæ coniungi: Vnde sequitur, quod partes illæ elementorum iterato coniungentur, & non aliæ: vnde patet ad primum.

3 Concl. Falsum est, quod corpus humanum non resoluatur vsque ad elementa.

Quia vnum quod que resolutum in ea, ex quibus componitur.

4. Concl. Similiter falsum est, quod partes illæ elementorum, in quas conuersum est corpus humanum, sint lucidiores ex eo, quod fuerint animæ coniunctæ, & ita habere quandam inclinationem ad animam humanam.

Istæ non sunt partes elementorum, sed ipsorum rationes, & æqualiter participant lucem & obscuritatem.

5. Concl. Anima habet inclinationem ad corpus, quia ipsa remanet in eadem natura, quam habebat, non sic corpus vnde non est simile.

6 Concl. Illud Iob *ipse pertransibit vias, &c.* non debet intelligi, quod vitia remaneant actu in pulueribus, sed quod ex ordine diuinæ iustitiæ cineres sunt deputati ad reparationem corporis, quod pro peccatis cruciabitur in æternum.

Quæstio 79. De conditionibus resurgentium, & primo de eorum identitate.

Art. 1. Vtrum anima idem corpus numero resumat in resurrectione.

1. Concl. QVidam posuerunt animas iterum corpora sua coniungi per viam naturalem generationis, non ad idem corpus numero, sed aliquando ad idem in specie, cum in corpore bene viuens, post mortem aliqua fœlicitate perfuncta, iterum post aliquot sæcula incipiebat velle ad corpus redire: aliquando ad diuersum, cum præter rationis ordinem in corpore existens, vitam duxerat.

2. Concl Tunc corpori illius animalis coniungitur, cuius vitando conformauerat vt corpori Leonis propter rapinam, & violentiam, & sic ad alijs.

1. Concl. Hæc opinio oritur primum ex falsa opinione, quod anima vniatur corpori, & mobili, & ita poterat dici, animam corpori præexistere: deinde, quod existimabant intellectum non distingui a sensu nisi accidentaliter, quatenus in homine sensus ob cõplexionem magis viget, quam in brutis, & ita poterant dicere hominis animam in brutum

transite. Horum errorem refellit Arist.

. Concl. b.2.de. anima. tex.150. mer.c.31. Quidam hæretici, quorum meminit. Greg. dixerunt iterum animas vniri corporibus cælestibus, vel in modum venti subtilibus. Sed isti præiudicant veritati resurrectionis, quã scriptura prædicat: non enim potest dici resurrectio nisi anima ad idem corpus redeat, cum magis respiciat corpus, quam animam.

. Concl. Quare anima idem numero corpus in resurrectione reassumet.

1. In carne mea, ait Iob, videbo Deum, &c & loquitur post resurrectionem.

ap.19. l.4.c.27. .Cor.15. *2. Resurrectio ex Damasc. est eius quod cecidit iterata surrectio, eiusdem enim est surgere, cuius est cadere. at hoc corpus, quod nunc gerimus per mortem cadit. Ergo.*

3. Quia magis diceretur noui corporis assumptio.

5. Concl. Similitudo illa Pauli de grano non currit quoad omnia: quia granum quod nascitur, non est idem numero cum semi nato: at corpus resurget idem numero.

7. Concl. Differentia animæ resurgentis, & animę in corpore viuentis in hoc mundo, non est essentialis, sed accidentalis, & ideo non est necesse, vt aliud corpus assumat.

8. Concl. Post separationem substantialis formæ à materia ad huc dimensiones remanent eædem: quare materia sub illis dimensionibus existens quamcunque formam recipiat, habet maiorem identitatem ad illud, quod ex ea generatum fuerat, quam aliqua alia pars materiæ sub quacunque alia forma existens: & ideo eadem materia ad corpus humanum reparandum reducetur, quæ prius eius materia fuit.

9. Concl. Corpus humanum nullam aliam formam substantialem habet, quam animam rationalem, quæ, cum remaneat, nulla forma substantialis hominis, cum in eo vna sit tantum substantialis forma, cedit penitus in non ens, sed forma accidentalis, quarum variatio non tollit identitatem numeralem.

Art. 2. Vtrum sit idem numero homo qui resurget.

1. Concl. Cap.19. Lib.8 de Trin.c.5. Idem numero homo resurget.

1. Quem ait Iob, visurus sum ego ipse. &c.

2. Resurgere ex Aug. nihil aliud est, quam reminiscere, quod est eiusdem hominis. Ergo.

3. Necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc, vt bo nostinem vltimum propter quem factus est, consequatur, quod in hac vita fieri non potest nec in vita animæ separatæ, alias esset vane constituta

Sed illud idem, numero ad finem debet peruenire, quod propter finem factum est. Ergo oportet vt idem homo resurgat, vt ad hc etiam permeniat.

2. Concl. Contrarium est hæreticum derogans veritati scripturæ, qua resurrectionẽ prædicat.

3. Concl. Arist. lib. 2. de gener. loquitur, de reiteratione, quæ fit per motum, vel mutationem naturalem per quam non fit resurrectio.

4. Concl. Humanitas non est quædam alia forma superueniens formæ & materiæ, quare, cum erit idem numero corpus, & eodem numero anima rationalis, erit de necessitate eadem humanitas, cuius identitas, non tollitur ex reiteratione coniunctionis.

5. Concl. Post mortem manet anima sensibilis, cum eadem anima hominis secundum substantiã sit rationalis & sensibilis: quod sufficit ad hoc, vt idem numero homo resurgat.

Nam potest tollere sensitiua qua corrumpuntur, nõ possunt totaliter tollere identitatem animalis, cum sint accidentales proprietates.

6. Concl. Statuta quæ ex eadem materia reparatur secundum substantiam, est eadem numero: non tamen est eadem secundum formam accidentalem, quia corrumpitur, non sic anima: quare homo erit idem numero ex vtraque parte.

Art. 3. Vtrum pulueres humani corporis ad eam partem corporis, qua in eis dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat.

1. Concl. In hæc quæstione potest considerari, & id quod possit fieri sine identitatis præiudicio, & id, quod congruentia seruetur.

2. Concl. In homine possunt accipi diuersæ partes, vel respectu totius homogenei, vt partes carnis, vel ossis, vel respectu totius heterogenei, vt os, & caro.

3. Concl. Si pars materiæ redeat ad aliam partem eiusdem speciei, quia non fit variatio, nisi in situ partium, non varietur species.

1. Situs in homogeneis se habet per accidens. Ergo non variat speciem.

2. Similis in rebus artificiatis, in quibus idem reparatur, etiam si situs non seruetur. Vnde patet ad secundum, quia reficitur ex eadem materia etsi partes non eodem loco ponantur.

4. Concl. Si materia vnius partis ad partem alterius speciei transferatur, variaretur earũ identitas, sit tota materia, vel quærat de veritate humanæ naturæ in vna, in alia transferatur: non autem si transferetur id, quod erat superfluũ; vnde soluitur primum, quod procedit de situ partium organicarum.

ſ Concl. Ablata identitate partium, aufertur identitas totius, ſi loquamur de partibus eſſentialibus, non autem de accidentalibus, vt ſunt vngues, & capilli, ex quibus patet quomodo identitas tollatur, vel non.

6. Concl. Secundum congruentiam probabile eſt, quod etiam ſitus partium ſeruabitur in reſurrectione, præſertim quantum ad partes eſſentiales, & organicas: quanuis forſitan non quantum ad accidentales, vt ſunt vngues, & cætera. Tertium ſic ſoluitur: ſicuti totum eſt quod operatur, ita ei debetur præmium, quod per operationes partium eſt acquiſitum.

Quæſtio 80. De integritate corporum reſurgentium.

Art. 1. Vtrum omnia membra humani corporis reſurgent.

1. Concl. Oportet vt omnia membra, quæ nunc ſunt in corpore hominis, in reſurrectione reparentur.

1. *Reſtituentur homini capilli, & vngues. Ergo multo magis omnia membra, quæ pertinent ad veritatem humanæ naturæ.*

2. *Dei opera ſunt perfecta. At reſurrectio eſt opus Dei. Ergo.*

lib. 2. de anim tex. 9. 3. *Homo debet perfecte reſurgere, quia ad vltimam perfectionem conſequendam reparatur, Ergo reſurget ſecundum omnes partes: quia corpus reſurgens debet totaliter animæ reſpondere, cum non reſurgat, niſi ſecundum ordinem, quem habet ad animam rationalem: anima autem ad corpus non ſolum habet habitudinem formæ, & finis ſed etiam cauſæ efficientis, ex Ariſt. eſt enim comparatio animæ ad corpus, vt artificis ad artificiatum, & quidem artificis explicite oſtenditur, totum implicite. & originaliter eſt in arte, & ſimiliter omnes corporis partes in anima. Ergo ſicut opus artificiatum non eſſet perfectum, ſi quæpars deeſſet, ita nec homo, niſi in corpore exteriùs appareret, quod implicite in anima continetur.*

†2. Concl. Si membra comparentur ad animam, vt materia ad formam, eorum finis eſt, perfectũ eſſe totius: ſi autem comparentur ad eam. Vt inſtrumentum ad agens, finis eſt operatio: ſed ceſſante operatione nõ ideo ſunt fruſtra, quia oſtendunt virtutem agentis, quare quomodocunque membra conſiderentur, requiruntur poſt reſurrectionem.

3. Concl. Inteſtina reſurgent plena nobiliſſimis humoribus.

4. Concl. Actiones non ſunt propriæ membrorum, ſed totius, ideo licet membrum, quod ante pœnitentiam erat mutilatum, non cooperatum fuerit homini in ſtatu illo, quo gloria acquirebatur: tamen ipſe homo meretur, vt ex toto præmietur, cum ex toto quod habuit. Deo ſeruiuerit.

Art. 2. Vtrum capilli, & vngues in homine reſurgent.

1. Concl. Luc. 21. Quia homo reſurget in perfectionem ſuæ naturæ, oportet vt capilli, & vngues reſurgant in ipſa.

1. *Ex ſcriptura, quæ ait, Capillus de capite veſtro non peribit.*

2. *Hæc ſunt data in ornamentum. At corpora præcipuè beatorum debent reſurgere cum omni ornatu. Ergo.*

3. *Anima ſe habet ad corpus, vt ars ad artificiatum: & ad partes eius, vt ars ad ſua inſtrumenta. Ergo ſicut ars habet quædam inſtrumenta ad operis executionem, quæ ſunt de prima artis intentione, & alia, quibus illa inſtrumenta conſeruas, quæ ſunt de ſecunda intentione, ſicuti vagina reſpectu gladij, quo ars militaris vtitur ad bellũ, ita in partibus corporis quædam ſunt ad exequendas operationes, vt cor, hepar, &c. quædam ad conſeruationem aliarum partium, vt capilli, & vngues, quæ ſunt de ſecunda perfectione naturæ, vt illa de prima, Ergo. & cæt.*

†2. Concl. Vrina & aliæ ſimiles ſuperfluitates inutiles, expelluntur a natura, ideo non reſurgent: ſecus ſuperfluitates, ex quibus oriuntur capilli, & vngues, quas natura retinet ad conſeruationem aliorum.

3. Concl. Semen non reſurget: quia non requiritur ad perfectionem individui, vt capilli, &c. ſed ad perfectionem ſpeciei.

4. Concl. Licet capilli ſenſus operationem non participent, non ideo non reſurgent, quia etiam oſſa reſurgent, quæ non ſunt ſenſibilia.

Artic. 3. Vtrum humores in corpore reſurgent.

1. Concl. Oportet vt illa humiditas corporis reſurgat in homine, quæ ad integritatem humanæ naturæ pertinet.

2 Concl. In homine eſt triplex humiditas: alia eſt in recedendo à perfectione huius individui, vel quia cum ſit in via corruptionis à natura abijcitur, vt vrina: ſudor, &c. vel quia à natura ordinatur ad conſeruationem ſpeciei, vel per actum generatiuæ, vt ſemen, vel nutritiuæ, vt lac: alia, quæ nondum peruenit ad perfectionem, quam natura intendit in individuo, & hæc vel iam habet aliquam formam determinatam, & continetur inter cor-

tionibus motuum astrorum quod repugnat auctoritati scripturæ.

Alij cum Aug. dicunt, quod sicut mundanarum aquarum inundatione factum est diluuium, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit.

Hæ opiniones diuersificantur quidem quãtum ad causam efficientem huius ignis, sed non quantum ad speciem. Vnde simpliciter concedendum est, quod erit eiusdem speciei cum isto.'

Mundi conflagratio nihil aliud est, quam congregatio omnium causarum inferiorum quæ ex natura sua habent virtutem igniendi: quæ quidem congregatio, non naturali cursu rerum, sed virtute diuina fiet. & ex omnibus causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi extinguet.

Et si hic ignis sit eiusdem speciei, tamen quia nõ est idem numero, poterit aliũ ignem destruere.

Quia Vulcanus ob diuersitatem materiæ ex his, quæ sub eadem specie numero differunt Vnum destruere aliud.

Cum prima virtus ignis purgantis non oriatur ex principijs essentialibus illius, sed sit vel qualitas absoluta ei superaddita virtute diuina, vel eadem qualitas, sed magis intensa, non manifestat naturam ignis, sed principale agens, sicuti aqua calefacta demonstrat id quod calefecit: nec inde sequitur ignem elementarem, qui non habet eandem virtutẽ, non esse eiusdem speciei.

Ignis ex propria natura non fertur, nisi sursum, sed vt sequitur materiam, quam requirit dum est extra suam sphæram, & vt est instrumentum diuinæ virtutis, non est inconueniens, quod feratur etiam deorsum: nec propterea mutat speciem.

Art. 4. *Virum ignis ille purgabit etiam cælos superiores.*

Ignis ille non purgabit cœlos superiores.

1. Quia non sunt receptiua peregrinæ impressionis.

2. Ignis ille tantum ascendet, quantum ascendit aqua diluuij, ex Ioseph. Ergo.

3. Quia in cœlis superioribus non inuenitur defectus continuatus per aliquid substantiæ corruptibilis, vt in corporibus inferioribus, quæ per mutuam actionem decidunt a sua puritate, ob quam cœlestia purgari dicuntur, sed tantum inuenitur motus localis, qui est vtilis ad perfectionem: hæc nullis purgationibus indigent, nisi vt eorum motus quietentur, at quietatio motus localis non fit per actionem alicuius contrarij eorum, sed ex eo, quod motor desistit a mouendo. Quare cælestia corpora per nullius creaturæ actionem purgabuntur, sed ipsa quietatio voluntate diuina accidens, erit loco purgationis.

Illud, *opera manuum tuarum, sunt cæli ipsi perhibũt, &c.* intellige de cœlis aereis: vel de superioribus quantum ad motum.

Illud Petri *cæli ardentes, &c.* intelligitur vt ipsemet declarat, de cœlis aereis.

Ex culpa dæmonum cœlum empyreum infectionem non contraxit: quia statim inde expulsi fuerunt: & seruitus, ac labor, quæ cælis attribuitur nihil aliud sunt, quam vicissitudo motus, cuius ratione temporis subijciuntur, nec ideo debent purgari, vt dictum est.

Art. 5. *Virum ignis ille alia elementa consumet.*

Quidam dicunt, quod omnia elementa manebunt quantum ad materiam. & omnia mutabuntur quantum ad imperfectionem & quod terra & aer remanebunt etiam secundũ propriam substantiam: alia vero duo mutabuntur in formam cœli, & ita vocabuntur cœlum: quæ opinio est omnino absurda:

1. Quia secundum Philosophiam inferiora non habent potentiam ad superiora.

2. Secundum theologiam, non conseruaretur perfectio vniuersi, duabus integris partibus sublatis.

Nec videtur probabile, quod elementa solum manea: secundum substantiam, eorum, sublatis qualitatibus, licet id Augustino cõsonare videatur.

Quia qualitates elementorum sunt effectus formarum. Ergo formis manentibus, ipsa manebunt: nec possent mutari, nisi per violentiam, ad tempus. Deinde, quia sunt de secunda perfectione elementorum.

Elementa manebunt & quantum ad substantiam & quantum ad qualitates.

Quia illa purgatio respondebit primæ purgationi factæ per aquam. At per illam non sunt corruptæ elementa. Ergo. Et inde Paulus, præterit figura huius mundi, dicitur, putrescendo, & non substantia interibit.

Purgabuntur ego quantum ad infectionẽ contractam ex peccato hominum, & ab impuritate, quæ per actionem mutuam eis accidit, quia cessante motu primi mobilis in inferioribus elementis non erit mutua actio, & passio: hoc Aug. vocat qualitates. corruptibilium

1. Concl. 2. Concl. 3. Concl. 4. Concl. 5. Concl. 6. Concl. 1. Concl. 2. Concl. 3. Concl. 1. Cor. 7. 4 Concl.

bilium elementorum scilicet innaturales eorum dispositiones.

6. Concl. in Pet. dist. Quod autem Beda, quod ignis ille elementa consumet, intelligendum est prout purgabit. quod addit, duo ex toto consumet, non debet intelligi quantum ad substantiam, sed prout magis remouebuntur à proprietatibus quas nunc habent.

7. Concl. 8. Concl. Illud, *mare non remanebit*, &c. non est intelligendum quantum ad substantiam, sed quantum ad saltedinem, & commotionem fluctuum.

Ignis ille aget in elementa, vt instrumentum diuinæ virtutis, non vsque ad consummationem, sed vsque ad purgationem, quare non oportet vt id, quod efficitur materia ignis, totaliter speciem amittat: vt patet de ferro ignito.

Per illam purgationem elementa acquirent nobilissimum statum, sed in sua specie: vnde non erit in omnibus forma ignis, quia vniuersum esset imperfectius.

Art. 6. Vtrum omnia elementa per illum ignem purgabuntur.

1. Concl. 2. Pet. dist. Lib 20. de ciu. c. 18. Ignis ille non ascendet vsque ad summitatem spatij continentis quatuor elementa, vt quidam dicunt.

1. Quia hoc videtur repugnare scripturæ, quæ ait, quod illi cæli vepositi sunt igni, quo seruantur aqua purgati. At aqua ille non ascendit ad illud spatium, sed ad quindecim cubitos super altissimos montium.

2. Ex Aug. qui ait, quod ille mundus, qui diluuio periit, igni reseruatur.

3. Quia vapores, fumus, idol. Latria, & infectio peccatis non possunt eo vsque peruenire, vt illi dicunt, cum non possint pertransire totam sphæram ignis.

4. Impuritates elementorum ex mutua actione & passione ortæ non ascendunt, nisi vsque ad medium aeris. Ergo.

2. Concl. Ignis vltimæ conflagrationis purgabit elementa vsque ad medium aeris interstitum. Quoniam eo vsque aquæ diluuij ascenderũt vt ex altitudine montium probabiliter æstimari potest. Vnde conceditur primum.

3. Concl. Psal. 74. 4. Concl. Licet aqua habeat vim purgationis in seipsa: tamen non habet talem, qualis competit futuro statui.

Infernus non purgabitur: sed feces totius mundi ad ipsum deducentur: iuxta illud, *Fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.*

5. Concl. Paradisus terrestris non purgabitur, quia purgatione non indiget, cum non sit locus peccantium: & ideo homo statim post peccatum inde fuit electus.

Art. 7. Vtrum ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi.

1. Concl. Psal. 49. 1. Thes. 4. 1. Cor. 15. Rom. 8. Illa conflagratio secundum rei veritatem quantum ad sui initium, iudicium præcedet.

1. Ignis, ait Dauid ante eum præcedet.

2. Resurrectio præcedat iudicium, alias cum nõ videret omnis oculus Christum iudicantem: & finitum est, quod qui dormiunt resurgent omnes Christo, & sui meriti resurrectio, & corporum sanctorum glorificatio: quoniam ex Paulo, corpora gloriosa resurgent & cum corpore glorij, omnino etiam mundus renouabitur, vt ex eo in contrarium quæri cum conflagratis, si missis ista dicium renouationem manifestè colligunt purgationem mundi præcedere iudicium.

2. Concl. Hæc conflagratio quoddam effectũ qui est inuolucre malos, subsequetur iudicium: vnde patet ad primum.

†3. Concl. lib 20. de ciu. c. 18. Aug. ponens mundi purgationem post iudicium non loquitur alicui dendo, sed opinando nam: postea ait, quo ordine hæc eueniant, experientia docebit.

4. Concl. Illud Pauli. *Nos qui viuimus, qui residui sumus*, &c. est intelligendum de illis, qui erunt viui in corpore vsque ad tempus conflagrationis. non quod aute iudicium non luciunt mortui.

Art. 8. Vtrum ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus, qualis designatur.

1. Concl. Ignis finalis conflagrationis ex virtute naturali ipsius aget & in bonos, & in malos, qui viui reperientur, vtrorumque corpora in cinerem reduendo.

2. Concl. Vt instrumentum diuinæ iustitiæ diuersimode aget, nam mali ex ignis actione cruciabuntur. boni vero in quibus nihil purgandum inuenietur, nullum dolorem sentiet, vt nec pueri in camino ignis senserunt, at illi in quibus aliquid purgandum erit, sentient cruciatum magis & minus pro meritorum diuersitate.

3. Concl. Dan. 3. Quantum ad actum quem post iudicium exercebit solum aget in damnatos, quia corpora bonorum impassibilia sunt.

†4. Concl. lib. 4. sen. d. 47. Consumptio apud Mag. non accipitur pro annihilatione, sed pro resolutione in cinerem.

5. Concl. Etiam bonorum corpora erit consumptio, sed sine dolore.

Aequa-

6 Concl. Æqualiter aget in bonos & malos ex natura sua, sed non vt instrumentum diuinæ iustitiæ.

7. Concl. Cito purgabuntur qui purgatione egebũt. *Quoniam erunt pauca purganda, propter terrores præteritos, & quia voluntarie pœnam sustinebunt: ac demum quasi ignis intestinus aget.*

Art. 9. Vtrum ignis ille involuere probos.

1. Concl. Ignis ille involuet reprobos.

Psal. 96. Dan. 7. Luc. 3. Bas. in Psal. 28. 1. *Iudam mabit, ait Dauid, in circuitu inimicos eius.*

2. *Idem docet Glos. in illud, fluuius ignis rapidus egrediebatur a facie eius.*

3. *Quædam purgatio generis humani est, quod separentur mali à bonis, quod fiet cum ignis inuoluet malos, vt colligatur ex illo, & purgabit aream suam, & congregabit, &c.*

2. Concl. Ignis secundum quod est calidus, combustiuus, & grossitiam aliquam habet inuoluet damnatos, & descendet in infernum ad eorum pœnam: at secundum quod est subtilis & lucidus remanebit superius ad gloriam electorum.

†3 Concl. Hic ignis qui bonos purgabit, & malos cruciabit, est vnus & idem: possunt autem dici duo ignes, respectu officij, & aliquo modo quantum ad substantiam, quæ non tota detrudetur in infernum.

4. Concl. In hoc ille ignis remunerabitur, ex eo quod Deo obsequitur in hac purgatione, quia, quod grossum est in eo, separabitur, & in infernum detrudetur.

5. Concl. Licet ignis inferni præparatus sit à constitutione mundi: tamen tunc augebitur ad maiorem pœnam damnatorum, sicut & gloria beatorum, quæ post iudicium erit maior. Quare quicquid est turpe in creaturis detrudetur in infernum ad augendam miseriam damnatorum.

Quæstio 75. De resurrectione.

Art. 1. Vtrum corporum resurrectio sit futura.

1 Concl. Secundum diuersas sententias de vltimo hominis fine, quem naturaliter desiderat, sine quo non est perfectus, sunt variæ sententiæ negantium, vel ponentium resurrectionem.

2. Concl. Qui dixerunt hominem peruenire ad vltimum suum finem in hac vita resurrectionem negabant. Sed hanc opinionem facile excludit varietas fortunæ, infirmitas humani corporis, scientiæ & virtutis imperfectio, & inhabilitas, quibus omnibus beatitudo impeditur.

3. Concl. Ideo alij posuerunt aliam vitam, secundũ quam anima viuit post mortem, & eam sufficere ad implẽdum naturale desiderium hominis de beatitudine consequenda: & hi negarunt resurrectionem.

4. Concl. Huius erroris varia fuerunt apud varios fundamenta, quidam hæretici dixerunt corpora alia esse creata à malo principio, & spiritualia à bono vnde anima non est perfecta, nisi à corpore separata. Quidam dixerunt totam essentiam hominis consistere in anima & ita homo ex sola animi beatitudine perficitur sed hoc refellit Arist. qui docet animam esse corporis formam. 1. 2. de. anim

5. Concl. Vnde patet, quod si homo non potest esse beatus in hac vita, necesse est resurrectionem ponere.

Cap. 9. 1. *In nouissimo die, ait Iob, de terra surrecturus sum.*

Rom. 4. 2. *Dominum Christi est maius, quam peccatum Adæ, ex Paulo Sed vbi per peccatum introduxit est, Ergo per Christi donum.*

Rom. 6. 3. *Membra debent esse capiti conformia. Sed Christus, qui est caput noster vivit corpore & anima in æternum, vt ait Paulus Ergo.*

Illud Iob *homo non resurget donec atteratur cælum*, intelligitur non quantum ad cæli substantiam, sed quantum ad effectum ei, qui est motus.

†6. Concl. Dominus optime probauit resurrectionẽ ex illo: Ego sum Deus Abraham, &c.

Quia proprie loquendo anima Abraham non est ipse Abraam, sed pars eius: Vnde vita animæ Abraham non sufficiebat ad probandum, quod Deus Abraham esset Deus viuentis, cum exigatur vita totius coniuncti: quadiu tunc non esset in actu erat tamen ordine vtrique parti ad resurrectionem.

7. Concl. Corpus non comparatur ad animam vt instrumentum, sed vt materia: & ita operationes sunt coniuncti: ideo non sufficit, vt remuneretur anima tantum: & loco pœnarum, quas anima sine corpore sustinet in purgatorio, corpus patietur mortẽ, & incinerationem in sepulchro.

8. Concl. Cæteris paribus perfectior est status animæ in corpore, quam extra.

Nam, licet tunc secundum quid similior sit Deo: tamen si. plicter similior est, quando est in corpore habens omnia requisita ad conditionẽ suæ naturæ.

9 Concl. Et quamuis post sententiam iudicis, à morte spirituali homo non redeat in vitam, propter impœnitentiam: tamen ex morte corpo-

tali

rali redit: quia per mortem Christi ablatum est peccatum Adæ, per quod mors erat introducta.

Art. 2. Vtrum resurrectio erit omnium generaliter.

Necesse est, sicut vnum, ita & omnes resurgere.

1. Omnes quos numerat Deus, sunt. Et ait Ioan. 5. Venientes quidem resurgent.

2. Omnibus debetur præmium, vel pœna: non autem esset præmium, aut pœna, si non resurgerent. Ergo.

3. Quia mortem & humanæ naturæ passionem Christus resurgendo, non potest aperte, vel occulte, vt probatum est, non resurrexisse vniuersaliter.

Illud, Non resurgent impii in iudicio, intelligitur de spirituali resurrectione: vel de impiis, qui sunt animo infideles, qui non resurgunt, vt iudicentur; quia iam iudicati sunt.

Illud, Qui dormiunt exsurgent: vel ait, omnes, secundum Augustinum modus loquendi Scripturæ.

Etiam impii in hac vita conformantur Christo in his quæ ad rationem speciei pertinent, sed non quoad gratiam: ideo omnes ei conformabuntur in reparatione vitæ corporalis, non autem in similitudine gloriæ, sed tantum iusti.

Non obstante originali culpa potuerunt omnes a morte resurgere, quia eam iam per mortem expiauit.

Quia mali mortis vinculis decedunt, quamvis non sint resurgentes gratiam, resurgent tamen propter communionem naturæ ad ipsum Christum.

Art. 3. Vtrum resurrectio sit naturalis.

Motus, siue actio sic habet tripliciter ad naturam.

1. Cum natura, nec est principium, nec terminus illius; & talis motus aliquando est simpliciter supra naturam, vt glorificatio corporis: aliquando ab aliquo alio principio, vt in motu violento.

2. Cum principium, & terminus sint à natura, vt in motu lapidis deorsum.

3. Cum terminus sit naturalis, sed non principium, quod vel est supra naturam, vt in illuminatione cæci, vel aliquid aliud extra, vt in maturatione fructuum accelerata per artem.

Quod principium sit à natura, & terminus non sit naturalis, id esse non potest.

Quæ natura est ad determinatum effectum.

Operatio, vel motus primo modo, non potest dici naturalis: sed, vt supra naturam, vel violentus. Secundo modo est simpliciter naturalis: tertio modo non potest dici simpliciter naturalis, sed secundum quid, prout perducit ad id quod est secundum naturam: sic dicetur vel miraculosa, vel artificiosa, vel violenta.

Naturale esse proprie dicitur, quod est secundum naturam, & secundum naturam causatum, & quod conquirit naturam.

Vnde motus non potest dici naturalis simpliciter nisi sit a natura.

Naturale non dicit principium motus in eo in quo est, vt agens, vel passum, vt potentiam naturalem, quæ respicit, vt actum, sibi correspondentem naturæ, siue respondeat respectui perfectionis, scil. formæ, siue respectui dispositionis, quæ est necessaria ad formam, sicut patet in generatione hominis.

Resurrectio simpliciter loquendo est miraculosa.

1. *A privatione ad habitum non fit regressus secundum naturam. Sed mors est privatio vitæ. Ergo.*

2. *Quæ sunt omnium specierum, habent omnem determinatum modum originis. Sed naturalis modus quo homo oritur, est generatio ex similium specie, quod non erit in resurrectione. Ergo.*

3. *Non est naturalis, quantum ad principium actionis, quia nulla causa naturalis potest animam cum corpore, vel passum, quia nulla dispositio naturalis debetur ad istam corruptionem. Ergo.*

Resurrectio potest dici naturalis secundum quinque modos in corpore. 1. aliqua inclinatio, & potentia ad vnionem cum anima: quæ tamen potentia non iudicit ad rationem motus naturalis.

Cum Damascen. quod in omnibus inueniatur esse naturale, loquitur de eo quod oritur ex principiis naturalibus, cuiusmodi non est resurrectio.

Exempla resurrectionis, quæ Gregor & Apostolus adducunt ex rebus naturalibus, faciunt fidem probabilem resurrectionis, sed non probant eam esse naturalem.

Quod est præter naturam, vt est violentum respectu termini, & respectu principii durat quidem parvo tempore, sed resurrectio non est huiusmodi.

Licet tota naturæ expectatio resurrectionem intendat: non tamen resurrectio est naturalis: cum ad eam perueniri non possit opere naturæ.

Vtrum coniunctio animæ, & corporis in

1. Con. I. Cap 5. 1. Cor. 15.
2. Concl.
3. Concl.
4. Concl.
5. Concl.
6. Concl.
1. Concl.
2. Concl.
3. Concl.
4. Concl. Hor. 1. Cor. 15.
5. Concl.
6. Concl.
7. Concl. bb 3. c. 14.
8. Concl.
9. Concl.
10. Concl.
11. Concl.

naturalis; non ideo resurrectio est naturalis: quia potest esse quod motus non naturalis terminetur ad quietem naturalem.

Quæstio 76. De causa resurrectionis.

Art. 1. Vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis.

1. Concl. CHristus ratione humanæ naturæ est Dei & hominum mediator: & ita diuina dona in homines mediante Christi humanitate proueniunt

2. Concl. Vt à morte spirituali liberari non possumus, nisi per donum gratiæ diuinitus datum, ita nec à morte corporali, nisi per resurrectionem diuina virtute factam.

3. Concl. Ioan. 1. Vt Christus accipit primitias gratiæ, & eius gratia est causa nostræ gratiæ, quia ex eius plenitudine omnes accepimus; ita in Christo inchoata, est nostra resurrectio.

4. Concl. Christi resurrectio est causa nostræ resurrectionis.

Arist. 12. Met. t. 4. 1. Cor. 15. 1. *Quod est primum in aliquo genere, est causa eius quod est post, ex Arist. Sed Christus in ratione suæ resurrectionis corporalis, dicitur primitiæ dormientium ex Paulo. Ergo eius resurrectio, &c.*

Rom. 4. 2. *Resurrectio Christi magis connexa est cum nostra resurrectione corporali, quam cum spirituali, quæ fit per iustificationem. Sed resurrectio Christi est causa nostræ iustificationis ex Paulo. Ergo & resurrectionis corporalis.*

3. *Ex dictis in tertia conclusione.*

5. Concl. Christus vt Deus, est prima causa nostræ resurrectionis, quasi æquiuoca: vt Deus & homo resurgens, est causa proxima, & quasi vniuoca.

6. Concl. Est etiam causa exemplaris respectu istius effectus.

Quia causa vniuoca producit effectum similem sibi forma.

7. Concl. Illud idem quod fuit causa resurrectionis Christi, qui est causa vniuoca nostræ resurrectionis, ad nostram resurrectionem agit, scilicet virtus diuinitatis ipsius, quæ filii & patri est communis. Quia autem Paul *inquietauit Christum a mortuis suscitando, & mortalia corpora vestra.*

8 Concl. Ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis est quasi instrumentalis causa resurrectionis nostræ: operationes enim diuinæ agebantur mediante carne Christi, quasi quodam organo: vt patet de tactu corporali, quo mundauit leprosum.

9. Concl. Dam. li. 23. Ponitur causa, scilicet resurrectione Christi, non statim sequitur effectus, i. resurrectio nostra: quia non est causa immediata, sed mediante principio suo, quæ est voluntas diuina: vnde tunc sequitur, quando voluntas Dei ordinauit.

10. Concl. Secundum ordinem, quem diuina prouidentia rebus præfixit resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: si autem Deus aliter liberasset hominem, quam per Christi passionem, tunc esset alia causa.

11. Concl. Etsi humanitas Christi non sit causa suæ resurrectionis, cum causetur à diuinitate immediate: resurrectio tamen aliorum est mediante Christo homine resurgente propter propinquitatem humanitatis suæ ad diuinitatem.

12. Concl. Resurrectio omnium, etiam malorum habebit similitudinem cum resurrectione Christi, quantum ad id, quod pertinet ad vitam naturæ: & sic effectus assimilabitur causæ.

Art. 2. Vtrum vox tubæ sit causa nostræ resurrectionis.

1. Concl. Vox tubæ, quomodocunque accipiatur, est causa nostræ resurrectionis.

Thess. 4. Ioan. 5. 1. *Ipse Dominus, aut Paulus, in tuba Dei descendet, &c. & apud Ioan. Qui in monumentis sunt audient vocem filii Dei, &c.*

Matth 8. 2. *Christus resurgens est causa vniuoca nostræ resurrectionis. Ergo oportet vt in resurrectione corporum, aliquo signo corporali dato, resurrectionem operetur, siquidem motus & motum debent esse simul, quod signum, vox dicitur.*

2. Concl. Thess. 4. Hoc signum, vel erit vox Christi resurrectionem imperantis, sicut imperauit mari, & cessauit tempestas: vel ipsa repræsentatio filii Dei in mundo; quæ vox etiam dicitur, cui tota natura obediet ad reparationem corporum humanorum: ideo dicitur in iussu veniet.

3. Concl. Hæc vox quandoque dicitur clamor, quasi præconis ad iudicium citantis: quandoque sonus tubæ, vel propter euidentiam, vel propter conuenientiam ad vsum tubæ, qui erat in veteri lege. Tuba congregabat ad concilium, commouebat ad prælium, & vocabat ad festum: ita resurgentes congregabuntur ad concilium iudicii, & ad prælium, quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & ad festum æternæ solennitatis.

†4 Concl. lib. 4. de c. 61. Cum Damas. ait, quod resurrectio nostra fiet nutu diuino, ponit aliquod signum ab ipso datum, cui tota natura obediet: & hoc signum idem est, quod vox tubæ.

5. Concl. Illa vox, non erit frustra, quamuis sit ad mortuos, qui non audiunt: quia habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum,

non

non ex hoc quod sentietur, sed ex hoc quod proferetur.

6. Concl. Etli vox illa sit ens perfectum in natura: tamen quia aget virtute diuina, sicut formæ sacramentorum, ideo non sequitur quod resurrectio erit naturalis.

Art. 3. Vtrum ad resurrectionem Angeli operabuntur.

1. Concl. Ad resurrectionem Angeli operabuntur.

1. Dominus in voce Archangeli descendet de cœlo, ait Paulus.

1. Thess. 4. lib. 3 de Trin. c 4. lib 4. dial c. 15. *2. Vt corpora inferiora per superiora gubernantur, ita omnia corpora ex August. & Greg. a Deo per spiritum vitæ rationalem reguntur: vnde in omnibus, quæ Deus corporaliter facit, vtitur ministerio Angelorum. At in resurrectione est aliquid ad transmutationem corporum pertinens: vt collectio, & preparatio timorum. Ergo.*

2. Concl. Anima immediate a Deo corpori iterato venietur sine ministerio Angelorum: ac etiam ipse, corpus, & animam immediate glorificabit.

3. Concl. Istud ministerium Angelorum dicitur vox secundum aliquorum expositionem.

† 4. Conc. Hoc ministerium non pertinebit principaliter ad virtutes, licet earum sit miracula facere; sed ad Archangelum Michaelem: verum & Virtutes, & alii Angeli superiores, & inferiores, cooperabuntur.

Quæstio 77. De tempore, & modo resurrectionis.

Art. 1. Vtrum tempus nostræ resurrectionis oporteat differri vsque ad finem mundi.

1. Concl. HVmanorum corporum resurrectio vsque ad finem mundi differetur.

Cap. 14. Heb. 11. *1. Homo non resurget, ait Iob, donec atterantur cœli, idem probatur ex Glossa illud Pauli. Hi omnes testimonium fidei, &c.*

Rom. 6. † 2. Concl. *2. Tota materia corporum inferiorum subiacet variationi ex motu cœlestium corporum; quia ex ordine diuinæ prouidentiæ inferiora per superiora reguntur: quare inconueniens, & contra istum ordinem esset, quod corpora inferiora ad statum incorruptionis reducerentur manente motu cœli. At motus cœli erit vsque ad finem mundi. Ergo & nostra resurrectio vsque ad finem mundi differretur, cum debeamus resurgere ad gloriam immortalem, & impassibilem, vt Christus surrexit.*

Licet caput magis conueniat cum membris, quam membra adinuicem ratione proportionis propter influentiam: tamen habet caput quandam causalitatem in membra, quæ membra carent, & differunt a capite, & conueniunt inter se, & secundum hoc resurrectio Christi cum sit causa, & exemplar nostræ resurrectionis debuit præcedere omnium resurrectionem: quæ simul erit in consummatione sæculi.

3. Concl. Non propter maiorem conformitatem cum capite aliquorum membrorum resurrectio præcessit iudicium vniuersale, sed ex priuilegio particulari.

4. Concl. Multi sancti patres vere resurrexerunt cum Christo secundum Hieron. ad fundamentum nostræ fidei, & ad gloriam Christi, quæ causa nunc non requiritur in sanctis Noui Testamenti. quare horum resurrectio non debet esse ante consummationem sæculi.

5 Concl. Apoc. 10. lib. 20. de ciu. c. 7. Illud Ioan. *quod animæ regnabunt cum Christo mille annos, &c.* non est intelligendum, quasi sit futura prius resurrectio multorum, & postea aliorum, secundum errorem Chiliastarum; sed quod prius erit resurrectio spiritualis, postea corporalis, vt ait Aug.

Art. 2. Vtrum tempus resurrectionis nostræ sit occultum.

1. Concl. Tempus resurrectionis nostræ est occultum.

Matt. 24. act. 1. lib. 83 q. q. 58. *1. De die illa, & hora, ait Dominus, nemo scit, nec angeli cœlorum: & Apostolis dictum fuit, Non est vestrum nosse tempora, vel momenta.*

2. Vltima ætas mundi, est sicut senectus, ex Aug. cuius non est determinatum tempus.

3. Futuri temporis numerus non potest sciri nisi, aut ratione naturali, aut reuelatione. At tempus resurrectionis non potest sciri ratione naturali; quæ ex motu accipit numerum eorum, quæ determinato tempore futura prænoscuntur: quia motus cœli cessabit simul, ac erit resurrectio, & tamen naturaliter cum sit circularis, debet esse æternus: nec per reuelationem, quia nec Angelis, nec Apostolis reuelatum est. Ergo.

Aug lib. 15 de ciu. c. 53. Principio cognito, ignoratur finis, quando ignoratur mensura, vt accidit in proposito: quare cum mensura, durationis motus cœli sit diuina dispositio, quæ nobis est occulta, ideo huius motus finis nobis est incognitus.

† 2. Concl. Per numerum, de quo fit mentio in Apoc. significatur totum tempus, quo Ecclesia durabit, non autem determinatus numerus annorum, & similiter illud Dan. *non debet referri ad aliquem numerum annorum; sed ad tempus prædicationis Antichristi.*

3. Concl. Cap. 12. Cap. 12. Licet status Noui Testamenti sit præfigu-

4. Concl. ratus

arus per statum Veteris Testamenti generaliter, nō ideo oportet, vt singula respondeant singulis, præsertim cum omnes eos figuræ perfecte fuerint completæ in Christo: quare non est necesse dicere hos status futuros æquales secundum durationem.

Art. 3. Vtrum resurrectio futura sit noctis tempore.

Resurrectio futura est noctis tempore.

1. Resurrectio Christi, quæ fuit exemplar nostræ resurrectionis fuit in nocte, vt ait Greg. Ergo.

2. Aduentus Christi in quo resurrectio fiet assimilatur aduentui furis in domum, qui est in nocte.

Determinata hora resurrectionis pro certo sciri non potest: tamen a quibusdam probabiliter dicitur, quod erit quasi in crepusculo, Sole existente in Oriente, & Luna in Occidente: vt sic eorum circulatio compleatur per reditum ad idem punctum: quia in tali dispositione creduntur esse creata: Vnde de Christo dicitur, quod tali hora resurrexit.

Dicitur resurrectio futura tali, vel tali hora, non quod amplius sit tempus, sed quia tantus videtur esse secundum dispositionem, quam nunc habet in aliqua determinata hora.

Optima dispositio temporis dicitur esse in meridie propter illuminationem: sed tunc ciuitas Dei non egebit Sole nec Luna, quia claritas Dei illuminabit eam: vnde quantum ad hoc nihil refert, quod resurrectio fiat in die, vel in nocte.

Tunc erit perfectissima manifestatio, quantum ad ea, quæ ibi gerentur, non autem quantum ad terminationem temporis.

Art. 4. Vtrum resurrectio futura sit subito, vel successiue.

Illud, quod in resurrectione fiet ministerio Angelorum, fiet in instanti, si instans sumatur pro tempore imperceptibili, non autem si sumatur pro instanti indiuisibili.

Illud autem, quod fiet virtute diuina fiet subito, id est, in termino temporis, quo Angelorum motus complebitur: quia virtus superior inferiorem ad perfectionem adducit.

1. Resurgemus, ait Paulus, in momento: in ictu oculi, &c.

2. Quia virtus infinita subito operatur. At resurrectio ex Damasceno fit virtute Dei, quæ est infinita. Ergo.

Cum Ezechiel dixit, *accesserunt ossa ad ossa, &c* loquebatur populo suo, ideo multa distincta posuit in resurrectione, quæ tamen omnia sunt futura in instanti.

Hæc reformatio corporis, & infusio animæ &c sint consequentes ad inuicem natura: tamen possunt esse simul tempore.

Et quamuis sonus tubæ sit in tempore: tamen habebit effectum suum in vltimo instanti, & ita resurrectio non erit successiua.

Congregatio electorum fiet ministerio Angelorum, ideo, &c.

Quæstio 78. De termino a quo resurrectionis.

Art. 1. Vtrum mors erit terminus resurrectionis in omnibus.

OMnes morientur, & a morte resurgent.

1. Quod semina, ait Paulus, non viuificatur, nisi prius moriatur: & alibi. Sicut in Adam omnes moriuntur, &c

2. Quia quod corruptum, & putratum est, non potest ad incorruptum reduci, nisi mediante corruptione.

3. Quia resurrectio propria non est, nisi eorum quod cecidit, & defecerat, vt ait Damas.

4. Quia cum motus cœli sit vita omnibus existentibus, necesse est, sic cessante, quod omnes moriantur, qui est motus cœli quiescentium existimati sunt.

Illud, *inducabit viuos & mortuos*, est accipiendum pro illo tempore immediato ante iudicium, in quo signa incipiunt apparere.

Desiderium nolle spoliari, id est, vita priuari, non est inconueniens quod sit vanum, cum sit conditionatum, id est, si possibile esset:

Etsi Ecclesia, cuius orationes exaudiuntur, petat vt debita dimittantur, inter quæ est debitum mortis ob peccatum primi parentis; tamen, nemo consequitur, vt ab hoc peccato liberetur, cum nemo, excepto Christo, possit concipi sine peccato originali, cum ista gratia nec parentibus, nec naturæ sit concessa: & quilibet personaliter redemptione egeat, & licet Deus concederet alicui, quod non moreretur, non inde sequeretur, non esse natum in peccato orig. quia potest liberare a morte eum, qui reatum mortis contraxit.

Licet esset compendiosior via quod homines, qui tunc viui reperirentur, ad impassibilitatem resurrectionis transferrentur: tamen non esset æqualiter accommodata ad finem consequendum, vt patet ex dictis.

Artic. 2. Vtrum omnium resurrectio erit à cineribus.

1. Concl. Vt omnes à morte resurgant, ita omnes resurgent à cineribus in communi resurrectione: nisi alicui ex priuilegio sit indultum contrarium.

1 *Quia omnibus in originali peccato natis dicitur, Terra es, & in terram ibis.*

2. *Multa sunt in corpore humano, quæ non sunt de veritate humanæ naturæ, quæ assumentur. Ergo.*

3. *Rationibus, quibus probatum est omnes a morte resurgere debere.*

Gen. 3. 4. *Vt oportet omnes mori ad hoc, vt resurgant: ita oportet, quod omnium corpora dissolutionem ad hoc, vt reformari possint.*

5. *Tunc fortasse elementorum commistio, quæ causatur, & conservatur a motu cæli. Ergo omnia mista resolutioni sunt subjecta elementa.*

†2. Concl. Resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, quoad terminum ad quem, non quantum ad terminum a quo: quare licet ipse non fuerit ex cineribus, nos tamen teluti gemus.

3 Concl. Per cineres intelliguntur omnes reliquiæ, quæ remanet humano corpore soluto: vnde licet aliqua corpora non comburantur, ad huc tamen dicuntur resolui in cineres.

4. Concl. Qui viu reperientur ante iudicium immediate, resoluentur in cinerem ab igne purgante totum vniuersum.

5. Concl. Motus accipit speciem à termino ad quem, penes quem fatetur distingui resurrectionem bonorum & malorum.

Art. 3. Vtrum pulueres illi ex quibus humanum corpus reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur.

1. Concl. Pulueres illi ex quibus humanum corpus reparabitur, nullam habent inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur.

1. *Corpus humanum potest resolui, vel in ipsa elementa, vel in carnes animalium, &c. Sed in illis partibus elementorum, vel animalium non est aliqua inclinatio ad animam, ex dict. Ergo.*

Iuench. c. 68. 2. *Inclinationi naturali correspondet agens naturale. Sed non datur agens naturale, quod possit præcise puluerem eidem animæ iterato consungere. Ergo.*

2. Concl. In illis cineribus est aliqua inclinatio ad resurrectionem, non naturalis, sed solum ex parte diuinæ prouidentiæ, quæ statuit illos cineres iterum animæ coniungi: Vnde fit, quod partes illæ elementorum iterato coniungentur, & non aliæ: vnde patet ad primum.

3 Concl. Falsum est, quod corpus humanum non resoluatur vsque ad elementa.

Quia vnum quod que reponitur in eas ex quibus componitur.

4. Concl. Similiter falsum est, quod partes illæ elementorum, in quas conuersum est corpus humanum, sint lucidiores ex eo, quod fuerint animæ coniunctæ, & ita habere quandam inclinationem ad animam humanam.

Cum eas partes elementorum habeant eandem rationem, & æqualiter participent lucem & obscuritatem.

5. Concl. Anima habet inclinationem ad corpus, quia ipsa remanet in eadem natura, quam habebat, non sic corpus vnde non est simile.

6 Concl. Illud Iob *quos visurus sum, &c.* non debet intelligi, quod vida remaneant actu in pulueribus, sed quod ex ordine diuinæ iustitiæ cineres sunt deputati ad reparationem corporis, quod pro peccatis cruciabitur in æternum.

Quæstio 79. De conditionibus resurgentium, & primo de eorum identitate.

Art. 1. Vtrum anima idem corpus numero resumat in resurrectione.

1. Concl. QVidam poluerunt animas iterum corporibus coniungi, per viam naturalem generationis, non ad idem corpus numero, sed aliquando ad idem specie, cum in corpore bene viuens, post mortem aliqua felicitate perfuncta, iterum post aliquot sæcula incipiebat velle ad corpus redire: aliquando ad deterius, cum præter rationis ordinem in corpore existens, vitam duxerat.

2. Concl. Tunc corpori illius animalis coniungitur, cuius vitando conformauerat vt corpori Leonis propter rapinam, & violentiam, & sic ad alijs.

3. Concl. Hæc opinio oritur primum ex falsa opinione, quod anima vniatur corpori, & mobili, & ita poterat dici, animam corpori præexistere: deinde, quod existimabant intellectum non distingui a sensu nisi accidentaliter, quatenus in homine sensus obcōplexionem magis viget, quam in brutis, & ita poterant dicere hominis animam in brutum

5 Concl. Ablata identitate partium, aufertur identitas totius, si loquamur de partibus essentialibus, non autem de accidentalibus, vt sunt vngues, & capilli, ex quibus patet quomodo identitas tollatur, vel non.

6. Concl. Secundum congruentiam probabile est, quod etiam situs partium seruabitur in resurrectione, præsertim quantum ad partes essentiales, & organicas: quanuis fortasse non quantum ad accidentales, vt sunt vngues, & cætera. Tertium sic soluitur sicuti totum est quod operatur, ita ei debetur præmium, quod per operationes partium est acquisitum.

Quæstio 80. De integritate corporum resurgentium.

Art. 1. Vtrum omnia membra humani corporis resurgent.

1. Concl. Oportet vt omnia membra, quæ nunc sunt in corpore hominis, in resurrectione reparentur.

1. *Restituentur homini capilli, & vngues. Ergo multo magis omnia membra, quæ pertinent ad veritatem humanæ naturæ.*

2. *Dei opera sunt perfecta. At resurrectio est opus Dei. Ergo.*

lib. 2. de anim tex. 9. 3. *Homo debet perfecte resurgere, quia ad vltimam perfectionem consequendam reparatur, Ergo resurget secundum omnes partes: quia corpus resurgens debet totaliter animæ respondere, cum non resurgat, nisi secundum ordinem, quem habet ad animam rationalem: anima autem ad corpus non solum habet habitudinem formæ, & finis sed etiam causæ efficientis, ex Arist. est enim comparatio animæ ad corpus, vt artificis ad artificiatum, & quod in artificio explicite ostenditur, totum implicite. & originaliter est in arte, & similiter omnes corporis partes in anima. Ergo sicut opus artificiatum non esset perfectum, si quæ pars deesset, ita nec homo, nisi in corpore exteriori appareret, quod implicite in anima continetur.*

†2. Concl. Si membra comparentur ad animam, vt materia ad formam, eorum finis est, perfectũ esse totius: si autem comparentur ad eam. Vt instrumentum ad agens, finis est operatio: sed cessante operatione nõ ideo sunt frustra, quia ostendunt virtutem agentis. quare quomodocunque membra considerentur, requiruntur post resurrectionem.

3. Concl. Intestina resurgent plena nobilissimis humoribus.

4. Concl. Actiones non sunt propriæ membrorum, sed totius, ideo licet membrum, quod ante pœnitentiam erat mutilatum, non cooperatum fuerit homini in statu illo, quo gloria acquirebatur: tamen ipse homo meretur, vt ex toto præmietur, cum ex toto quod habuit. Deo seruiuerit.

Art. 2. Vtrum capilli, & vngues in homine resurgent.

1. Concl. Luc. 21. Quia homo resurget in perfectionem suæ naturæ, oportet vt capilli, & vngues resurgant in ipsa.

1. *Ex scriptura, quæ ait, Capillus de capite vestro non peribit.*

2. *Hæc sunt data in ornamentum. At corpora præcipue beatorum debent resurgere cum omni ornatu. Ergo.*

3. *Anima se habet ad corpus, vt ars ad artificiatum: & ad partes eius, vt ars ad sua instrumenta. Ergo sicut ars habet quædam instrumenta ad operis executionem, quæ sunt de prima artis intentione, & alia, quibus alia instrumenta conservat, quæ sunt de secunda intentione, sicuti vagina respectu gladij, quo ars militaris vtitur ad bellũ, ita in partibus corporis quædam sunt ad exequendas operationes, vt cor, hepar, &c. quædam ad conservationem aliarum partium, vt capilli, & vngues, quæ sunt de secunda perfectione naturæ, vt illa de prima, Ergo. & cæt.*

†2. Concl Vrina & aliæ similes superfluitates inutiles, expelluntur a natura, ideo non resurgent: secus superfluitates, ex quibus oriuntur capilli, & vngues, quas natura retinet ad conseruationem aliorum.

3. Concl. Semen non resurget: quia non requiritur ad perfectionem individui, vt capilli, &c. sed ad perfectionem speciei.

4. Concl. Licet capilli sensus operationem non participent, non ideo non resurgent, quia etiam ossa resurgent, quæ non sunt sensibilia.

Artic. 3. Vtrum humores in corpore resurgent.

1. Concl. Oportet vt illa humiditas corporis resurgat in homine, quæ ad integritatem humanæ naturæ pertinet.

2 Concl. In homine est triplex humiditas: alia est in recedendo à perfectione huius individui, vel quia cum sit in via corruptionis à natura abijcitur, vt vrina: sudor, &c. vel quia à natura ordinatur ad conseruationem speciei, vel per actum generatiuæ, vt semen, vel nutritiuæ, vt lac: alia. quæ nondum peruenit ad perfectionem, quam natura intendit in individuo, & hæc vel iam habet aliquam formam determinatam, & continetur inter cor-

poris partes, vt sanguis, & alij tres humores, vel est in via transeundi a forma, scilicet ab humore ad formam membri, quæ in principio transmutationis, est in foraminibus paruarum venarum, & dicitur humiditas: in progressu vero transmutationis, cum incipit dealbari, dicitur cambium: alia quæ ad vltimam perfectionem, quam natura in individuo intendit, peruenit, cum iam est dealbata, & incorporata membro, quæ dicitur gluten.

1. Concl. Humiditas primi generis non resurget:

Quia non est de perfectione resurgentis.

+ Concl. Humiditas secundi generis, quantum ad homores, qui à natura ordinantur ad membra, quæ ex eis generantur, resurgent.

1. Quia pertinent ad constitutionem humani corporis.

2. Quia in Christo resurrexit sanguis, vt patet ex sacramento altaris, vbi vinum conuertitur in sanguinem, Ergo, &c. cum nostra resurrectio sit conformis resurrectioni Christi.

5. Concl. Quantum ad humores qui sunt in principio, vel progressu, non resurget.

6 Concl. Humiditas tertij generis resurget: *quia est de substantia nostri corporis.* Quare illi humores, qui sunt de constitutione corporis, surgent vna cum corpore.

7. Concl. Illud, *caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt*: intelligitur de operibus carnis, & sanguinis, quæ sunt opera peccati, vel secundum Aug. de corruptione, quæ dominatur modo in carne, & sanguine.

8. Concl. Humores tunc non erunt ad restaurationē deperditi, sed ad integritatem corporis.

9. Concl. Licet humores non habeant tantam perfectionem, vt cæteræ corporis partes, habent tamen aliquam formam, licut elementa, quæ sunt de perfectione vniuersi: & vt omnes partes vniuersi consequuntur perfectionem à Deo, licet non æqualiter, ita humores perficientur suo modo ab anima rationali.

Art. 4. Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ, resurget in ipso.

1. Concl. Totū quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ resurget in ipso.

1. Quia totum hoc fuit perfectum, animaratione: sed ex hoc corpus humanum habet ordinē ad resurrectionem. Ergo.

2. Si quid tale tolleretur, corpus non esset perfectum, quod non est tollendum in resurrectione.

2. Concl. Illud est de veritate humanæ naturæ, quod pertinet ad esse ipsius, & huiusmodi est, quod participat formam hominis: de quo variæ sunt sententiæ, Alij dicentes in diuiduū per multiplicationem peruenire ad perfectam quantitatē, negarunt aliquid in homine resurgere, quod per alimentum sit generatum: quia secundum istos nihil de nouo incipit esse de veritate humanæ naturæ. Alij dicunt id, quod ex alimento conuertitur in corpus humanum respectu indiuidui repertine quidem ad veritatem humanæ naturæ, sed secūdario: ponunt enim, quod veritas humanæ naturæ primario consistat in humido radicali, & quod resurget tantum illud quod ad eam pertinet primario. Alij dicunt illud quod est conuersum ex alimento in corpus humanum pertinere primario ad veritatem humanæ naturæ, & ideo totum resurgere, quod est sub forma ossis, & carnis, quantū ad id, quod habent de specie.

Quia non potest distingui aliquod materiale signatum in homine, manis toto tempore vitæ, quod non pertineat primario ad veritatem humanæ naturæ.

†3. Concl. Caro bouis sumpta in cibum, & conuersa in veritate naturæ humanæ resurgens, non dicitur caro bouis, sed hominis: quia res naturalis nō est id, quod est ex sua materia, sed quod est ex sua forma.

4. Concl. Costa in Adam non fuit ad perfectionem individui, sed ad multiplicationem speciei, ideo non resurget in ipso: sed in Eua.

5. Concl. Carnes humanæ comestæ resurgent in eo, in quo magis accesserunt ad perfectam participationem speciei: sed si æqualiter, resurgent in eo in quo primo fuerant: & si quid superfuerit resurget in secundos & si quid tandem deerit in quolibet illorum ad perfectam quantitatem, supplebitur virtute diuina.

6. Concl. Quod in semen conuersum est, resurget in eo, qui ex semine nascitur: quia quod de carnibus comestis in semen conuertitur, pertinet magis ad veritatem humanæ naturæ in eo, qui ex semine nascitur, quam in eo, ex cuius carnibus semen est generatum.

7. Concl. Si quis vesceretur Embryonis in quibus nihil videtur esse, quod nō pertineat ad veritatem naturæ, & ex superfluo illius cibi generentur aliqui, illud, quod erit in substantia seminis resurget quidem in eo qui ex semine generatur, nisi in illo contineretur aliquid quod fuisset de substantia seminum in illis, ex quorum carnibus comestis semen generatum est: quia hoc resurget in primo, & non in secundo.

Artic. 5. Vtrum quidquid fuit materialiter in membris humanis totum resurget.

1. Concl. Non quidquid fuit materialiter in membris humanis totum resurget.

1. Si omnes partes secundum materiam, quæ non manent in corpore, sed fluunt & resluunt, resurgerent, corpus resurgentis, vel esset densissimæ, vel nimis rarefactæ quantitatis.

Arist. lib 5. de gen. tex. 55. & 56.

2. Absurdum quereretur, quod resurgeret in vno, quod est de veritate naturæ in alio: vt in eo qui vescereturalterius carnibus.

3. Id quod est in homine materialiter non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, & per consequens nec ad resurrectionem, nisi considerata totalitate speciei, quæ attenditur secundum quantitatem, figuram, situm, & ordinem partium: non autem considerata materiæ totalitate, quam habuit à principio vitæ vsq; ad finem, quia excederet debitam quantitatem speciei. Ergo non totum, &c.

† 2. Concl. Etiam capilli non resurgent considerata totalitate materiæ, sed speciei.

3. Concl. Partes secundum materiam non perficiuntur ab anima nisi mediantibus partibus secundum speciem, & ideo tantum secundum speciem respiciunt resurrectionem.

4. Concl. Totalitas corporis attenditur secundum partes materiæ, sed tamen prout respicit speciem.

Quia quantitas completa, & terminata advenit materia post formam substantialem.

Quæstio 81. De Qualitate resurgentium.

Art. 1. Vtrum omnes resurgent in eadem ætate.

1. Concl. OMnes resurgent in eadem ætate iuuenili.

1. Donec occurramus, ait Paul. omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. At Christus surrexit in ætate iuuenili circa 30. annos ex Aug. Ergo.

Ephes. 4. *2. Homo in maxima perfectione naturæ resurget sine vllo defectu, sicut creatus fuerat. At natura humana deficit, vel quia vltimam perfectionem non est consecuta, vt in pueris, vel quia ab vltima perfectione recessit, vt in senibus, & ideo in vtroq; reparatur natura ad statum perfectionis per resurrectionem, qui est in iuuenili ætate, in qua terminatur incrementum, & incipit motus decrementi.*

† 2. Concl. In electis remanebit senectutis reuerentia propter plenitudinem diuinæ sapientiæ, quæ in eis erit, sed non senectutis defectus.

Resurgemus in statu iuuenili non quantum ad numerum annorum, sed quantum ad statum, qui in corpore humano ex annis relinquitur.

4. Concl. Licet in pueris sit perfectior virtus speciei, quam in iuuenibus quantum ad efficaciam agendi conuersionem alimenti; aliquo modo, tamen in iuuenibus est perfectior, quantum ad terminum complementi: ad quam perfectionem omnes deducentur.

Artic. 2. Vtrum omnes resurgent eiusdem statutæ.

1. Concl. Non resurgent omnes in eadem quantitate.

1. In resurrectione non variabitur quantitas individui, cum consequatur naturam speciei. At quantitas non est omnibus eadem. Ergo.

2. Non erit eadem quantitas pœnæ, & gloriæ. Ergo nec natura.

3. In resurrectione reparatur humana natura non solum quantum ad diem speciei. Sed etiam quantum ad idem numero. Ergo.

2. Concl. Quilibet resurget in ea quantitate in qua fuisset in termino augumenti si natura non errasset, vel defecisset.

3. Concl. Quod autem supererit autem deficit homine, resecabit, vel supplebit diuina potentia.

† 4. Conc. Dicuntur omnes resurgere in eadem ætate, non quod competat omnibus eadã quantitas durationis, sed quia idem status perfectionis erit in omnibus, qui potest saluari, & in magna, & in parua quantitate: propterea non est necesse, quod omnes sint eiusdem staturæ.

5. Concl. Aristot. lib. 1. de anim. t. 41. Quantitas individui non solum respondet formæ speciei, sed etiam naturæ individui: quare licet species habeat determinatã quantitatem, habet tamen latitudinem in quantitate, ratione individui.

6. Concl. Quantitas resurgentis non proportionatur virtuti reparanti, cum illa non sit de natura corporis; sed naturæ, quam primo individuum habebat; ideo, &c.

Art. 3. Vtrum omnes resurgant in sexu virili.

Sicut resurgent homines in diuersis staturis; ita in diuersis sexibus.

1. Concl. lib. 2. de cæl. tex. 6. *1.* Melius sapere videntur, ait Aug. qui vtrumque sexum resurrecturum esse non dubitant.

Gen. 1. *2.* Deus reparabit in homine, quod fecit in prima sui constitutione. Sed fecit mulierem. Ergo.

1. Sicuti considerata natura individui debetur diuersa quantitas diuersis hominibus ita eadem natura individui considerata, diuersis diuersus debetur sexus: ac etiam, quia hæc diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus complentur per diuersitatem sexus, vel quantitatis. Ergo sicut resurgent in diuersis staturis, ita &c.

2. Concl. Etsi sit differentia sexus, non tamen erit ibi confusio mutuæ visionis.

Quia aberit libido incitans ad turpes actus, vnde oritur confusio.

†3. Concl. Ephes 4. Illud, *occurremus in virum perfectum*, intelligе propter virtutem animi, quæ erit in viris, & mulieribus.

4. Concl. Licet post resurrectionem sexus fœmineus remaneat; non tamen restat subiectio: quia tunc nulla differentia erit nisi ratione meritorum.

5. Concl. Quamuis generatio fœminæ sit præter intentionem naturæ particularis, est tamen de intentione naturæ vniuersalis.

Art. 4. *Vtrum omnes resurgent in vita animali.*

1. Concl. In resurrectione non erunt actiones animalis vitæ in homine, quæ pertinent ad primam hominis perfectionem, quæ consistit in integritate eorum, quæ ad naturam, vel caussandam, vel conseruandam spectant. Quare cessabunt mutuæ actiones elementorum; & motus cœli: & quæ pertinent ad nutritiuam & generatiuam, vt est comedere, generare, dormire, &c.

1. Quoniam in resurrectione, neq; nubent, neq; nubentur.

2. Humanum genus, tunc habebit totam entitatem in individuorum à Deo præfixum, & hæc erit ad plenos annos, nec vlla erit deperditio. Ergo si fictiua essent actiones generationis, & nutritionis virtutis.

2. Concl. Resurrectio non fit necessaria homini ad consequendam primam perfectionem, quæ consistit in integritate eorum, quæ ad naturam speciei, sed ad consequendam vltimam perfectionem, quæ consistit in perfruendo Deo: vbi iam perfectum opus humanæ naturæ in vita animali.

†2. Concl. Comedere Christi post resurrectionem non erit necessitatis, quod ex hoc patet, quia corpora vere habendo esse veram naturam retinent, quæ prius habebant.

3. Concl. Differentia sexuum, & membrorum varietas in natura humana post resurrectionem erit & in specie, & in individuo, [illegible]

Beatitudo corporis humani non consistit in illis operationibus, quæ non sunt hominis, vt homo est, sed in redundantia rationis, qua est homo. 4. Concl.

Delectationes corporales sunt medicinales ex Arist. quæ adhibentur hominibus ad tollendum faitidium in illis actibus: nec sunt vere delectationes: vnde non sunt de perfectione beatitudinis. 5. Concl. lib. 7 Eth. cap. 12.

Quæstio 82. De conditionibus corporum beatorum resurgentium.

Artic. 1. Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia.

SI passio sumatur proprie, prout est motus præter naturam, non erit in corporibus sanctorum resurgentium potentialitas ad passionem, & ideo erunt impassibilia. 1. Concl.

1. *Seminatur ait Paulus, in corruptione, surget in incorruptione. Sine passibilitate.* 1. Cor. 15.

2. *Fortasse non patiatur a debilioribus. Sed nullum corpus erit fortius corporibus sanctorum, quia surgent in virtute ex Paulo. Ergo.*

2. Concl. Impassibilitas non prouenit ex eo quod in corporibus beatorum sint elementa secundum substantiam sine qualitatibus actiuis, & passiuis.

Quia huiusmodi qualitates sunt de perfectione elementorum.

3. Concl. Nec etiam ex eo quod qualitates in illis non habeant proprias actiones diuina bonitate id faciente ad conseruationem humani corporis.

Quoniam ad nutritionem requiritur actio & passio qualitatum, cum ex hoc nutrita efficiantur diuersa complexionis, quod est necessarium ponere in corpore resurgente.

2. Sequitur, quod impassibilitas non esset dos, quia non poneret aliquam perfectionem in corpore impassibilis; quod est falsum.

4. Concl. Nec etiam oritur ex eo, quod in compositione corporum beatorum sit aliquid prohibens passionem, scilicet natura quinti corporis.

Quoniam cum non imprædicetur materialiter; non potest tollere naturam elementorum, in qua est passibilitas.

5. Concl. Causa igitur huius impassibilitatis erit, quia quidquid in eis elementarium qualitatum erit perfecte subiicietur animæ rationali: & ideo non poterit in eis esse aliqua immutatio contra dispositionem illam, qua perficiuntur ab anima.

Corpora

6. Concl. Corpora beatorum non dicuntur impassibilia prout passio communiter dicit omnem receptionem, siue illud quod recipitur sit conueniens recipienti, & perfectiuum ipsius, siue sit contrarium, & corruptiuum.

†7. Conc. *Quia nihil perfectionis ab eis auferetur.*

Mortale non ponitur in definitione hominis quasi sit de essentia ipsius, sed propter causas, quas habet passibilitatis & mortalitatis secundum præsentem statum, quæ in futuro tolluntur propter victoriam animæ supra corpus.

8. Concl. In illis corporibus manet eadem potentia ad aliam formam, quæ nunc inest, quantum ad substantiam potentiæ, sed erit ligata per victoriam animæ supra corpus, vt nunquam in actum passionis venire possit.

9. Concl. Licet corpora sanctorum sint ex contrariis, tamen, quia illa contraria sunt instrumentum animæ, nullam passionem efficient; cum nulla actio procedat ab instrumento, nisi secundum dispositionem agentis, quod tunc erit perfectum scil. animæ.

10. Concl. Aug. epist. 146. Diuina virtus auferet ab humoribus passibilitatē, & relinquet naturā, modo iam dicto.

11. Concl. Cicatrices vulnerum non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt inquantum important aliquem defectum, sed vt sunt signa constantissimæ virtutis.

Art. 2. Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis.

1. Concl. Impassibilitas secundum causam, quæ est dominium animæ, non in omnibus erit æqualis.

1. *Quia cum sit quoddam præmium, datur pro ratione meritorum.*

1. Cor. 15. 2. *Quia à Paulo diuiditur contra claritatem, quæ non est æqualis in omnibus.*

3. *Quia dominium animæ erit maius, & minus secundum maiorem, vel minorem fruitionem.*

2 Concl. Impassibilitas per se considerata, quia solum negationem vel privationem importat, est omnibus æqualis: sic enim non suscipit magis, & minus: vnde patet ad primum.

†3. Concl. Quamuis negationes & privationes secundum se non intendantur, intenduntur tamen ex suis causis: & locus est magis tenebrosus, cum habet plura obstacula lucis.

4. Concl. Et licet in nullo aliquid passibilitatis remaneat, non propterea est æqualis in omnibus: quia aliqua nō solum intenduntur per recessum a contrario, sed etiam per accessum ad terminum, sicuti lux, &c. Aliæ rationes procedunt de impassibilitate secundum se.

Art. 3. Vtrum impassibilitas, sensum in actu, a corporibus gloriosis excludat

1. Concl. Omnes possunt in corporibus beatorum esse aliquem sensum in actu.

1. *Aspectabilia non erunt nisi oculis.*

2. *Quia anima etiam abstracta a sensibilibus distinguitur sensu, & motu.*

3. *Alias sanctorum vita assimilaretur mortuorum sensu, quam Scriptura quod non competit perfectorum beatorum: quia in omnis corpus sensibile non est in vltimo actu.*

2. Concl. Modus sentiendi in beatis non fit per extra missionem.

1. *Quia tunc sensus non esset eiusdem speciei, cum sensu, quem nunc est.*

2. *Quia potentia passiua nunquam fit actiua.*

3. Concl. Nec etiam fiet sensus in actu per influxum à superioribus animæ viribus.

Quia non esset vere sentire fingere per imaginationem, & ratiocinium, & cum principio actiuo sensus exteriores sit res existens extra animam: vnde non dicentes hæreticos & mente captos vere sentire, eo quod obiecta imaginatiua, & desluxus specierum ad organa sensuum de actu sentiendi producunt.

4. Concl. Fit ergo per receptionem sensibilium exteriorum, non secundum immutationem naturalem, qua organū disponitur eadem qualitate cum sensibili, & cum manus tangit calidum, & fit calida; sed immutatione spirituali, qua recipitur qualitas sensibilis, secundum esse spirituale, i. cum recipitur species, & non ipsa qualitas: vt cum oculus videt albedinem, nec efficitur albus.

†5. Con In his, in quibus naturaliter potest esse immutatio naturalis, & spiritualis, naturalis præcedit, sed non sequitur; quod vbi non est naturalis, non sit spiritualis.

6. Concl. Illud Aug. quod ibi non erunt cogitationes volubiles, intelligitur de intellectiua parte: quare nihil prohibet, quod non sit ibi nouum iudicium sensus communis, ex noua receptione speciei.

7. Concl. In Sanctis erunt potentiæ perfectissimæ: vnde vna poterit intendi operari sine impedimento actionis alterius: & cum vnum apprehenditur, vt ratio duorum, considerato vnius non impedit considerationem alterius, & quia a sanctis apprehenditur Deus, vt ratio omnium, quæ ab eis aguntur, & cognoscuntur, ideo dum Deum contemplantur, poterunt alias operationes exercere: sicut cum medicus videt vrinam, potest artis regulas cognoscere.

Art. 4. Vtrum iubeatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu.

1. Concl. Non est verum quod aliqui dicunt, quod in beatis erunt tantum tactus & visus, non ob defectum sensus, sed medii & obiecti.

Quia medium in visu est aer, qui etiam est medium in auditu, & odoratu, ex Aristo. & gustus habet medium connaturale, vt habet tactus.

2 Concl. Excepto gustu, qui nutritiuæ deseruit, cuius actus in beatitudine non erit, nisi forte per immutationem linguæ ab aliqua humiditate, erunt omnes sensus beatorum in actu.

1. *Potentia communis actus perfectior est. At natura humana in beatis erit in maxima perfectione. Ergo.*

2. *Corpus præmiatur, vel punitur. Ergo & omnes sensus, cum sint nobiliores animæ.*

3. *Erit ibi obiectum odoratus, cum Ecclesia cantet, quod odor suauissimus erunt corpora sanctorum: similiter erit vocalis laus iuxta illud, exultationes Dei in gutture eorum, vnde & auditus.*

† 3. Concl. Licet immutatio naturalis à qualitatibus sensibilibus, non possit esse in beatis; non ideo excluditur actus sensus tactus: quia fiet per immutationem spiritualem: vt fuit in Adam

4. Concl. Gustus non erit in actu, vt est sensus alimenti, sed vt est iudicium saporum, & modo dicto

5. Concl. Odor in corporibus glorioſis erit in sua vltima perfectione: nullo modo per humidum repressus, & in beatis odoratus nulla humiditate impedietur; & ita percipient minimas odorum differentias. Immutabit autem immutatione spirituali sine vlla euaporatione.

6. Concl. Erit auditus in patria, non ad disciplinam, sed ad perfectionem sensus, & ad delectationem.

7. Concl. Claritas corporis glorioſi non auferet diaphanitatem a pupilla, quia gloria non tollit naturam: vnde magnitudo claritatis in pupilla magis facit ad acumen visus, quam ad eius defectum, huc impedimentum.

8. Concl. Vel beatus videat sub aliquo angulo: tamen, quia eius visus est perfectissimus ex partibus immutatione poterit videre: vnde sub angulo multo minore videre poterit, quam modo potest, & per consequens a multo magis remotis.

Quæstio 83. De subtilitate corporum beatorum.

Art. 1. Vtrum subtilitas sit proprietas corporis glorioſi.

1. Concl. SVbtilitas est proprietas corporis glorioſi aduenientis propter completissimam corporis perfectionem, ex dominio animæ gloriſicatæ super ipsum, ratione cuius corpus glorioſum spirituale dicitur, quasi omnino spiritui subiectum.

1. Cor. 15. 1. *Seminatur, ait Paulus corpus animale, surget corpus spirituale, id est, spiritui simile. Sed subtilitas spiritus excedit omnem subtilitatem corporis, Ergo.*

2. *Quanto corpora sunt subtiliora, tanto sunt nobiliora. At corpora beatorum erunt nobilissima. Ergo.*

3. *Nomen subtilitatis ducitur à virtute penetrandi, quæ non solum illis corporibus accommodatur, quæ habent paruam quantitatem, & materiam, sed etiam absque translatum est ad illa corpora, quæ optime substant formæ, & perficiuntur ab ea completissimo modo in esse & in virtute speciei; quo modo dicimus aurum subtile, quod est perfectum in suo esse, & virtute. Ast huiusmodi sunt corpora beatorum. Ergo.*

2. Concl. Transfertur etiam nomen subtilitatis ad res incorporeas quantitate & materia carentes, non solum ratione substantiæ, sed etiam ratione suæ virtutis; & sic intellectus subtilis dicitur, quando pertingit ad inspicienda principia intrinseca rerum. Item ad sensus: visus enim subtilis dicitur, cum ad aliquod minimum videndum potest pertingere.

3. Concl. In beatis post resurrectionem non erit subtilitas ex eo quod corpus vertetur in spiritum, vt quidam hæretici dixere.

1 *Quia corpus & spiritus non communicant in materia, ita, vt vnum in alterum possint transmutari.*

2. *Quia non resurgeret homo.*

3. *Quia beatitudo Pauli ex quo suffert errantis vocationem, non est accipienda, vt ipse accipiunt.*

4 Concl. Errant etiam qui dicunt, quod subtilitas erit in eis per modum rarefactionis, quoniam eo, pora tunc erunt aerea, & vento immixta.

Nam corpus Domini, post resurrectionem erat palpabile, & carnem & ossa habebat, quæ prædicta rarefactionem repugnat.

5. Concl. Nec est dicendum quod in eis subtilitas perueniat ratione quintæ [illegible] quinta dominabitur.

1. *Quia nihil de quinta essentia potest venire in compositionem corporis.*

2. *Quia vel natura hominis non esset eiusdem naturæ, vel immoueretur natura elementi, quod non est dicendum, argumenta quæ procedunt de subtilitate, quæ est per rarefactionem solummodo ex dicto.*

Art. 2. Vtrum ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso esse in eodem loco cum alio corpore non glorioso.

1 Concl. Non potest dici, quod corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis habeat, quod possit esse cum alio corpore in eodem loco, nisi per subtilitatem auferatur ab eo, id, per quod prohibetur nunc esse simul cum alio corpore in eodem loco.

2. Concl. Quidam dicunt nunc prohiberi ob corpulentiam, per quam habet, quod repleat locũ, quam dos subtilitatis tollet: sed hoc non potest stare.

1. *Quod aliquod corpus sit repletiuum loci habet per illud, quod est de integritate naturæ, non per corpulentiam: quæ est defectus naturæ: id est inordinatio, quædam materia non perfecta subiectis suæ formæ, quam dos subtilitatis auferret. At quod de integritate naturæ resurget in corporibus beatorum. Ergo sine corpulentia habebunt, quod repleant loca.*

Lib. 4. Phy. tex. 57.

2. *Illa corpora, non obstante subtilitate, erunt sensibilia. Sed quod est huiusmodi, replet locum ex Arist. Ergo non obstante subtilitate replent locum.*

3. *Quia eorum ratio non valet, nam licet corpus beatum habeat per subtilitatem, quod non repleret locum, non ideo sequitur, quod posset esse cũ alio in eodem loco: quia remoto eo quod minus est, non propterea removetur, quod maius est: quod autem non possit esse cũ alio in eodem loco, ideo est, quia in eo requirit diuersum situm, quam diuersitatem in corpus non habet ratione qualitatis, sed ratione quantitatis dimensiuæ cui per se connexus situs.*

4. *Subtilitas non aufert dimensiones. Ergo nullo modo tollit prædictam necessitatem distinctionis situs ab alio corpore.*

3. Concl. Corpus gloriosum non habebit ratione suæ subtilitatis, quod possit esse simul cum alio corpore.

4. Concl. Corpus gloriosum ex operatione virtutis diuinæ habebit, quod possit esse cum alio corpore: sicut corpus Petri, non existens in aliqua qualitate [illegible] habuit [illegible] sua umbra [illegible] virtute diuina.

Vnde patet ad primum: quia corpus Christi hac eadem virtute vt esset simul cum alio corpore in eodem loco.

5. Concl. Falsum est, quod lumen sit corpus: ideo potest esse simul in eodem loco cum corpore.

6. Concl. Corpus gloriosum transibit cælos non propter subtilitatem, sed diuina virtute.

7. Concl. Beati non poterunt detineri, neque impediri ab aliquo: quia Deus ad autem aderit in omnibus quæ volent.

8 Concl. Puncta possunt esse simul, quia eis non cõpetit locus nisi per accidens, prout corpus, cuius punctum est terminus, est in loco: sed corpora non sunt hoc modo in loco.

Art. 3. Vtrum per miraculum fieri possit quod duo corpora sint in eodem loco.

1 Concl. Per miraculum fieri potest quod duo corpora sint in eodem loco.

1. *Quorum miraculoso partu Beata Virginis oportuit quod duo corpora essent in eodem loco: & etiam quando dominus ad discipulos intrauit ianuis clausis.*

Ioan. 2. 2. *Quod duo corpora non possint esse in eodem loco proueniat ex diuersitate materiæ, quæ requirit distinctionem in situ. hoc autem, esse distinctum, dependet a principijs essentialibus rei sicut a causis proximis, & a Deo vt a causa prima potest conseruare rem in esse cessantibus causis secundis, vt dicitur in libro de causis. Ergo sola virtute diuina fieri potest, vt corpora remaneat esse distincta ab alio corpore, quamuis eius materia non sit distincta in situ a materia alterius corporis sicuti eadem virtute fit, vt accidens sit sine subiecto.*

† 2. Concl. Loco non debentur aliæ dimensiones, nisi dimensiones locati, & ideo nihil inconueniens sequitur, quod dimensiones duorum corporum sint dimensiones vnius loci, quia non propterea sunt eadem inter se.

3 Con. l. Posito duo corpora esse simul in eodem loco per miraculum, non sequitur aliquid contra communem animi conceptionem, aut contra definitionem lineæ, neque contra cõclusiones aliquas geometriæ, quia quantitas præ alijs accidentibus habet specialem rationem individuationis, & distinctionis, ex situ partium præter eam, quæ habetur in materia subiecta: vnde vna linea potest intelligi diuersa ab alia, vel vt distincta subiecto, vel vt distincta situ: quare supposita distinctione subiecti sine distinctione situs per diuinum miraculum, intelliguntur diuersæ lineæ, quæ non distant situ propter diuersitatem subiecti. Itaque lineæ designatæ in duobus corporibus, quæ sunt

eodem loco, trahentur à diuersis punctis, &c.

4. Concl. Deus potest etiam facere, quod corpus non sit in loco: sed posito quod vnum corpus cõtineret alterum, non sequitur quod minus non haberet locum communem; quia maior est locus corporis minoris ratione illius superficiei, quæ signatur in contactu terminorum corporis minoris.

3. Concl. 1. Licet non possit fieri per miraculum, quod vnũ corpus localiter sit in diuersis locis, nam corpus Christi non est in altari localiter, cũ repugnet indiuiduo ratione eius, quod est esse indiuisum in se, potest tamen fieri per miraculum, vt duo corpora sint in eodem loco, cum id non includat contradictionem, vt est dictum.

Art. 4. *Vtrum vnum corpus glorioſum poſſit eſſe cum alio glorioſo in eodem loco.*

1. Concl. Vnum corpus glorioſum ratione ſuæ proprietatis non habet quod poſſit eſſe in eodẽ loco cum alio corpore glorioſo, ſicut nec cum corpore non glorioſo.

1. Duo ſpiritus non poſſunt eſſe ſimul in eodem loco. Ergo nec duo corpora glorioſa.

2. Quia vnum ab alio penetraretur, quod eſt ignobilitatis.

3. Quia ineſſet debitus ordo, qui diſtinctionem requirit.

4. Quia vnum corpus glorioſum non ſe opponet alteri: & ideo nunquam duo corpora beata erunt ſimul.

2. Concl. Diuina virtute fieri poſſet, vt duo corpora beata eſſent ſimul.

3. Concl. Non competit corpori glorioſo eſſe ſimul in eodem loco cum alio, ratione ſubtilitatis, licet in beatis ſit maxima ſutilitas.

4. Concl. Corpus cœli, & alia corpora æquinoce dicuntur glorioſa, prout participabant aliquid gloriæ, non autem quod ſint habitura dotes corporum humanorum glorificatorum.

Art. 5. *Vtrum ex ſua ſubtilitate remoueatur à corpore glorioſo neceſſitas exiſtendi in æquali loco.*

1. Concl. Corpus glorioſum ſemper erit in loco ſibi æquali: & ita ex ſubtilitate non remouebitur neceſſitas exiſtendi in loco æquali.

1. Omne quod eſt in loco eſt in loco ſibi æquali ex Ariſt. Ergo.

lib. 4. Phyſ. tex. 30. *2. Cum eadem ſint dimenſiones loci, & locati ex Ariſt. idem eſſet motus ſeipſo quod eſt inconueniens.*

3. Corpus non comparatur ambienti, niſi per ſua dimenſiones, ſecundum quas corpus locatum circunſcribitur à corpore locante, quod autem corpus ſit in minori loco, quam ſit ſua quantitas, non poteſt eſſe, niſi quantitas, corporis tenuia, efficiatur minor ſeipſa, & hoc, vel ex variatione quantitatis circa eandem materiam, vt accidit in materia quæ prius habebat magnæ quantitatis, poſtea habet paruæ & hoc non, quia nullus modus qui ſit ſecundum aliquid intrinſecum reipoteſt eſſe ſine paſſione abſcindente à ſubſtantia, quod repugnat impaſſibilitati corporis glorioſi: vel fieret ex eo, quod quantitates corporis glorioſi efficerentur minor ſeipſa per variationem ſitus, ita vt partes corporis glorioſi ſubintrent ſe inuicem, & ſic redeant ad quantumcunque paruam quantitatem, vt quidam dixerunt, quod eſſe non poteſt: tum quia corpus glorioſum non habebit vt poſſit eſſe cum alio ratione ſubtilitatis tum quia repugnaret vltra diſpoſitionem corporis humani, qua requirit determinatum ſitum, & diſtantiam partium: Vnde neque per miraculum hoc vnquam fiet.

† 2. Concl. Corpus Chriſti in altaris ſacramento non eſt localiter.

3. Concl. Ariſt. probatio procedit ex hoc: quod vna pars ſubintret in aliam, quod in corporibus glorioſis eſſe non poteſt, vt dictum eſt.

4. Concl. Poteſt quidem beatus quando vult, videri, & quando vult, non videri.

Quia hoc nihil variat in ipſo corpore: non ſic de eſſe in loco, cum non ſit aliqua actio.

Art. 6. *Vtrum corpus glorioſum ratione ſuæ ſubtilitatis ſit impalpabile.*

1. Concl. Quod corpus ſit tangibile habet à quatuor qualitatibus, quibus immutatur ſenſus tactus: ſed palpabile vlterius habet quod reſiſtat tangenti. Vnde quod caret qualitatibus actiuis non eſt tangibile, nec palpabile. 1. Ac. 2. lect. 4. Mo. lib. 4.

2. Concl. Cum corpus glorioſum conſtet ex quatuor qualitatibus, & ſit animæ ſubiectum, erit in poteſtate beati immutare, vel non immutare ſenſum tactus.

3. Concl. Corpus glorioſum, ex ſua natura, eſt palpabile.

1. Corpus Chriſti fuit palpabile. Ergo & corpora glorioſa.

2. Contraria ſententia fuit error Eutychy, vt Greg. refert.

3. Quia habet qualitates quibus immutet ſenſum, & poteſt alteri corpori reſiſtere ita vt non poſſit cum eo eſſe ſimul. Ergo. Idem docet Greg.

4. Concl. Ex virtute diuina corpori glorioſo competit vt non palpetur a corpore non glorioſo

†5 Concl. Illud Greg. *omne passibile est corruptibile*, intelligitur secundum naturam componentiū: at corpora gloriosa habent incorruptibilitem aliunde.

6. Concl. Licet aliquo modo possit fieri vt corpus gloriosum sit cum alio in eodem loco: tamen habet in eius potestate resistere tangenti cū voluerit, & sic palpari poterit.

7. Concl. Qualitates tangibiles in corporibus beatorum non reducentur ad medium rei, sed proportionis, & ideo non tollitur eis tactus, sed redditur delectabilissimus.

Quæstio 84. *De agilitate corporum beatorum.*

Art. 1. *Vtrum corpora gloriosa sint futura agilia.*

1. Concl. COrpus gloriosum erit omnino subiectū animæ glorificatæ, non solum vt nihil resistat voluntati spiritus, quod etiam fuit in Adam, sed etiam vt in eo sit aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile reddetur, ad dictam subiectionem: quæ perfectio dos glorificati corporis dicitur.

2 Concl. Corpus beatum per dotem subtilitatis erit subiectum animæ scilicet vt sit expeditum & habile ad obediendum spiritui omnibus mōtibus, & actionibus animæ.

1. Cor. 15. 1. *Ex Glosa in hoc Paulo, seminatur in infirmitate, &c.*

1. Cor. 15. 2. *Tarditas maxime repugnat spiritui. Sed corpora gloriosa erunt maxime spiritualia, ex Paulo. Ergo & agilia.*

3. Concl. 3. *Anima continet corpus non solum vt forma, sed etiam vt motor. Ergo vt per subtilitatem dicitur ei subiecta, vt est forma corporis dans ei esse specificum, sic per dotem agilitatis subjacetur ei, vt est motor, vt sit expeditum, &c.*

Causa huius agilitatis non est attribuenda quintæ essentiæ, quæ non vnietur corporibus beatis, vt est dictum, sed animæ, a qua gloria in corpus emanat.

4. Concl. Quod corpora gloriosa ferantur ab Angelis in nubibus obuiam Christo, non ponit imporentiam, sed significat reuerentiam, quæ corporibus gloriosis, & ab Angelis, & a creaturis defertur.

Isa. 40. Cap. 40. Quia tunc anima perfecte dominabitur corpori, in motu sanctorum, & propter propriam animæ virtutem, & ex habilitate corporis gloriosi, & ex redundantia gloriæ ab anima in ipsum, non erit aliquis labor: & sic dicuntur agilia.

Per dotem agilitatis corpus gloriosum nō solum reducitur aptum ad motum, sed etiam ad sentiendum, & ad omnes alias operationes. 6. Concl.

Sanctorum corpora habebunt agilitatem, non in figura & quantitate, secundum quam naturalia a natura habent velocitatem, sed a Deo in proprietate gloriæ, q̄ dicitur agilitas. 7. Concl.

Artic. 2. *Vtrum sancti agilitate sua vnquam vtentur, ita quod moueantur.*

Necessarium est ponere, quod corpora gloriosa aliquando moueantur 1. Concl.

Quia ipsum corpus Christi motum est in ascensione: & corpora sanctorum de terra resurgent, & ad cœlum ascendent.

Etiam post quam cœlos conscenderint, verisimile est, quod aliquando mouebuntur pro sua voluntate. 2. Concl.

1. Vt illud quod habent in virtute, actu exercentes, diuinam sapientiam commendabiliorem ostendant.

2. Vt visus eorum reficiatur pulcritudine creaturarum diuersarum.

3 Quæ per motum nihil deperibit eorum beatitudini cum consistat in visione Dei, quem obiecto præsentem habebunt. Hoc facit illud Isa. current, & non ambulabunt, &c. & Sap. 3. Tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

Defectus, re spectu loci, qui dicit tāto potentiam ad locum, non repugnat perfectioni gloriæ & ideo quamuis motus sit actus imperfecti, non ideo debet negari beatis. † 3 Concl.

Et si motus sit propter indigentiam, adhuc reponitur in beatis, non propter indigentia simpliciter, quia aliquis indiget alio, quod huic eo non potest conseruari in sua perfectione, sed propter indigentiam secundum quid, qua quis indiget eo, sine quo nō potest finem intentum habere, vel non ita bene, vel non tali modo: quia beati non poterunt manifestare virtutem motiuam in seipsis nisi moueantur 4. Concl.

Illud quod perfectius sit participare diuinam bonitatem sine motu, quam cū motu, non probat quod corpora beatorum non debeant moueri, sed quod nobilior sit participatio diuinæ bonitatis, quæ est in anima sine motu, quam illa, quæ est per motum. 5 Concl.

Motus localis nihil diminuit de stabilitate ab anima stabilita in Deo. 6. Concl.

Nihil diminuitur præmij quando corpus gloriosum est extra locum suum: quia gaudium de tali loco manet, etiamsi sit extra 7. Concl.

locum:

locum: cum locus nihil influat locato, pro vt actu continet, sed vt est debitus meritis.

Art. 3. Vtrum sancti moueantur in instanti.

1. Concl. Corpus gloriosum non mouetur in instanti, sed in tempore, quod tamen est imperceptibile propter sui brenitatem.

1. *Medium per quod transit corpus gloriosum est diuisibile. Ergo & motus & tempus. At instans non diuiditur. Ergo.*

lib. 6. Phys. tex. 32. 2. *Quod mouetur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, ex Arist. & quod motum est, totum est in termino ad quem. Ergo nihil potest simul moueri, & motus esse, quod accideret si corpus moueretur in instanti.*

2. Concl. Falsum est quod pertranseat de loco ad locum, siue medio, sicuti voluntas, & propterea moueri in instanti.

1. *Corpus gloriosum, nunquam peruenit ad dignitatem naturæ spiritualis sicuti nunquam desinet esse corpus. Ergo. &c.*

2. *Licet voluntas dicatur moueri, quia dirigitur, non tamen transfertur essentialiter de loco ad locum.*

3. Concl. Quod aliqui dicunt corpus gloriosum ex natura sua habere quidem, quod pertranseat medium, & moueatur in tempore, sed tamen virtute gloriæ immunitatem quandam acquirere supra naturam, qua potest non pertransire medium, & sic moueri in instanti, esse non potest.

Nam implicat contradictionem, quod aliqua mutatio habens duos terminos contrarios, quorum vt reque sit aliquid positiue, sit instantanea, cum necessarium sit transire ab vno termino ad alterum. Nec est simile de Angelis, quia de illis, & de corpore, dicitur aquiuoce, esse in loco.

4. Concl. Quia tempus quantumcunque paruum, est in infinitum diuisibile, poterit vnum corpus gloriosum in minori tempore pertransire, idem spatium quam aliud transeat.

† 5. Concl. Lib. 22. de ciu. c. 6. Illud Augustini. *quod vbicunque voluerit voluntas, statim erit corpus*, intellige per modicum tempus, non in instanti; quod nec etiam voluntas beati poterit velle, cum sit ordinata, & tantum velit possibilia.

6. Concl. Licet medium non resistat corporibus gloriosis, nihilominus motus non erit in instanti: quia ipsum corpus mobile resistit virtuti mouentis ex hoc ipso, quod habet determinatum situm.

7. Concl. Quanuis virtus animæ glorificatæ excedat incomparabiliter virtutem animæ non glorificatæ, non tamen excedit in infinitum, ita vt moueat in instanti, & eo ipso haberet virtutem infinitam; non tamen moueret in instanti, ob repugnantiam dictam.

8. Concl. Epist. 49 *Per celeritas* in verbis Aug. dici imperceptibilitatem excessus motus ad propinquum, & distans: sed ex hoc non sequitur quod moueatur in instanti.

9. Concl. Etsi post resurrectionem non sit futurum tempus, quod est numerus motus cœli, erit tamen tempus consurgens exprior, & posteriori.

Quæstio 85. De claritate corporum beatorum.

Art. 1. Vtrum corporibus glorioſis claritas conueniat.

1 Concl. CORpora sanctorum forelucida post resurrectionem ponere oportet propter auctoritatem scripturæ, quæ hoc promittit.

1. *Mat. 13. Iusti fulgebunt, vt sol, &c. & Sap. 3. Fulgebunt iusti, &c.*

1. Cor. 15. 2. *Seminatur, ait Paulus in ignobilitate, & surget in gloria, in claritate, vt patet ex sequentibus.*

2. Concl. Claritas illa causabitur ex redundantia gloriæ animæ in corpus, modo corporali.

Quia quod recipitur est in recipiente per modum ipsius.

3. Concl. Vnde prout à minima erit maioris claritatis, secundum maius meritum, ita erit differentia claritatis in corpore: vt patet ex Paul.

Vnde in corpore glorioso cognoscetur gloria animæ: sicuti cognoscitur color corporis, quod continetur in vase vitreo.

4. Concl. Corpus gloriosum non habebit claritatem ex natura componentium, quæ debent esse partes peruiæ, vt probat auctoritas adducta, sed ex merito virtutis.

5. Concl. Cum claritas in corporibus glorioſis non proueniat ex partibus componentibus, erunt simul clara, & peruia. quia quod aliquod clarum non sit peruium, contingit ex hoc, quod claritas corporis causatur ex densitate partium componentium.

6. Concl. Color qui erit in beatis secundum conuenientiam corporis ex natura suarum partiũ, non impediet claritatem, quæ super addetur ex gloria animæ.

7. Concl. Non est inconueniens, quod diuersæ partes corporis habeant diuersimode claritatem cum in corpore sit alio modo quam in anima, quoniam redundabit secundum modum cuiuslibet partis.

Art. 2. Vtrum claritas corporis glorioſi poſſit videri a corpore non glorioſo.

1. Concl. Claritas corporis glorioſi poterit naturaliter videri à corpore non glorioſo.

1. *Quia aſſimilatur claritati Chriſti in transfiguratione, quam viderunt Apoſtoli. Ergo.*

Philip. 3. 2. *Impii videbunt gloriam ſanctorum, & ex hoc torquebuntur in iudicio. Ergo.*

Sap. 5. 3. *Alias illa claritas diceretur æquinoce: nam lux ſecundum id quod eſt, nata eſt moueri viſum, & viſus ſecundum id, quod eſt, natus eſt percipere lucem: quare errant, qui dicunt non poſſe videri, niſi forte per miraculum.*

† 2. Concl. Claritas gloriæ & claritas naturæ, ſunt alterius generis, quantum ad cauſam ſpeciei: ſed conueniunt in ſpecie: quare vt vna poteſt videri, ita & altera.

3. Concl. Claritas intenſa, vt eſt illa beatorum, non offendit viſum in quantum agit actione animæ, ſed magis delectat: ſed tunc offendit quando agit actione naturæ calefaciendo & diſſoluendo organum: quare, etſi claritas beati excedat claritatem Solis, non ideo offendit viſum.

4. Concl. Claritas corporis glorioſi eſt ex merito voluntatis, cui ſubditur; vt ſecundum eius imperium videatur.

Art. 3. Vtrum corpus glorioſum neceſſario videbitur a corpore non glorioſo.

1. Concl. In poteſtate animæ beati erit, quod corpus ſuum videatur, & non videatur: ideo & alia quælibet actio corporalis in animæ poteſtate erit.

1. *Corpus Chriſti poſt reſurrectionem, vt patet ex ſcriptura, non videbitur neceſſario. Ergo.*

Luc. vlt. 2. *Alias corpus glorioſum non eſſet inſtrumentum ſummæ obediens principalis agentis. At ibi erit ſumma obedientia. Ergo.*

2. Concl. Corpus beatum poterit videri & non videri ſine mutatione alicuius proprietatis, quæ ſit de eius perfectione.

Quia viſibile videtur ex hoc, quod agit in viſum: ex hoc autem quod aliquid agit, vel non agit in aliquod extrinſecum, non eſt aliqua mutatio in ipſo. Ergo

† 3. Concl. Etſi lucidum exiſtat manifeſtet: tamen claritas in corpore glorioſo erit obediens animæ, quæ poterit eam oſtendere, & occultare.

4. Concl. Color corporis non impedit penetratem ipſius, niſi vt immutat viſum, qui non poteſt immutari ſimul duobus coloribus, niſi perfecte vtrumque inſpiciat: & quia color corporis glorioſi erit in poteſtate animæ, vt per ipſum immutet viſum, vel non: ideo erit in eius poteſtate occultare, vel non occultare corpus, quod poſt ſe eſt.

5. Concl. Quantitas non poteſt immutari ad imperium voluntatis, quia hoc non eſſet ſine mutatione intrinſeca corporis glorioſi, quæ impaſſibilitate repugnat: vnde non eſt ſimile de quantitate, & viſibilitate, cum actio qualitatis viſibilis ſuſpendi poſſit.

Quæſtio 86. De conditionibus corporum damnatorum reſurgentium.

Art. 1. Vtrum corpora damnatorum cum ſuis deformitatibus reſurgent.

1. Concl. IN corpore humano poteſt eſſe deformitas, vel ex defectu alicuius membri, cum aliqua pars deeſt, vel ex indebita partium diſpoſitione, quantitate, qualitate, & ſitu.

2. Concl. Corpora damnatorum reſurgent ſine deformitatibus, quæ conſurgunt ex defectu membrorum.

1. Cor. 15. 1. *Ex Gloſa illud, mortui reſurgent incorrupti.*

2. *Quia defectus membrorum impediret, ne eſſet vniuerſalis dolor in corpore, quod eſt inconueniens in damnatis.*

3. Concl. Quod deformitates, quæ ex ſecundo modo proueniunt in dānatis remanere debeant ad eorum damnationē, qua ad ſummā miſeriam deputantur, non videtur rationabile.

1. *In reparatione corporis reſurgentis magis attenditur natura perfectæ, quā conditio, quæ prius fuit: quod patet, quia qui in pueritia ætate decedunt, reſurgent in iuuenili: quare & ſine defectibus.*

2. *Reſurgere cum his deformitatibus erit in pœnam; quæ debet æquari culpæ. At poteſt eſſe, vt qui minus peccauit habeat deformitates iſtas, quas non habet qui magis peccauit. Ergo videretur modum pœnæ non reſpondere quantitati culpæ; & ita videretur aliquis puniri propœnis, quas in hoc mundo paſſus eſſet, quod eſt abſurdum.*

4. Concl. Defectus, qui ex naturalibus principiis in humano corpore naturaliter conſequuntur, ſicut ponderoſitas, paſſibilitas, &c. erunt in corporibus damnatorum.

† 5. Concl. Quamuis peccatum non ſit remiſſum damnatis: non tamen oportet, quod eaſdem pœnas ibi ſuſtineant, quas in hoc mundo ſunt paſſi; vt carentiam membrorum propter mutilationem: quia diuina iuſtitia requi-

rit, vt ibi pœnis grauioribus in æternum crucientur.

6. Concl. Licet vltima felicitas beatorum excludat omne malum; non ideo vltima malorum miseria excludit omne bonum: sed oportet, vt eorum miseriæ substernatur bonum naturæ, quod est opus creatoris perfecti, qui ipsam naturam in perfectione speciei reparabit.

7. Concl. Tarditas non remouetur, quia ex illis defectibus, qui à principiis naturalibus oriuntur, non sic deformitas.

Art. 2. Vtrum corpora damnatorum erunt incorruptibilia.

1. Concl. Dupliciter contingere potest, vt corpus, quod ex conditione suorum principiorum est corruptibile, incorruptibile reddatur: vel cum principium ad corruptionem mouens: totaliter tollitur; vel quia principium corruptionis impeditur.

2. Concl. Corpora damnatorum erunt incorruptibilia primo modo.

Quia cessabit motus cœli, quod est primum alterans per motum localem, in cuius virtute omnia alia agentia agunt, quasi ab ipso mota: quare cessante motu cœli nullum erit hinc facti aliud locum in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient. Apoc. 9. Matth. 25.

3 Concl. Altero modo corpus Adæ fuit incorruptibile ex vi gratiæ innocentiæ, quæ qualitates contrarias continebat: & multo magis continebuntur in corpore glorioso, quod est omnino subiectum spiritui. Vnde vterque modus incorruptibilitatis erit in corporibus beatorum.

4. Concl. Contraria ex quibus corpora componuntur non sufficiunt ad corruptionem, hinc primo agente, quod est motus cœli, quo cessante non erit amplius corruptio.

5. Concl. Illa incorruptibilitas non erit per aliquod incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed ob defectum primi mouentis.

6. Concl. Vt mors est maxima pœnarũ, ita aliquando est pœnarum remedium, quia illas terminat: inde subtractio mortis, est in augumentum pœnarum, quas perpetuas facit.

Art. 3. Vtrum corpora damnatorum sint futura impassibilia.

1. Concl. Cum pati sit quodam recipere, duplex est modus passionis, quia aliquid dupliciter recipere potest: vel secundum esse naturale materiale, sicut color recipitur in aere. Et hæc dicitur passio naturæ: vel secundũ esse spirituale per modum intentionis cuiusdam, sicut albedinis similitudo recipitur ab oculo, & hic modus passionis dicitur passio animæ.

2. Concl. Post resurrectionem nihil poterit pati passione naturali; quia cessabit motus cœli, à quo est omnis alteratio.

3. Concl. Corpora damnatorum erunt impassibilia passione naturali, sicut & incorruptibilia.

4. Concl. Corpora damnatorum erunt passibilia passione animæ.

Quia cessante motu cœli, adhuc Sol illuminabit aere; qui differet colorum species ad visum.

5. Concl. In corpore damnato erit sensus pœnæ sine transmutatione naturalis dispositionis; & quia recipiet per modum læsiui, erit passibile.

1. Cor. 15 1. *Ex Glos. qua hoc docet.*

2. *Quia vt anima punitur, ita & corpus debet punire... ergo.*

6. Concl. Corpora gloriosa recipient aliquid quodammodo patiendo, non tamen erunt passibilia: quia non recipient per modum læsiui.

†7. Concl. 6. Eth. Arist. auctoritas intelligenda est de illa passione per quam transmutatur patiens à sua naturali dispositione. At passio in damnatis non erit talis

8. Concl. Ignis alsimilabit sibi corpora damnatorum non æquoce, sed æquiuoce: quia species, quæ materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corpore damnato, nec tamen illud consumet.

9. Concl. Licet corpora damnatorum non lædantur ab igne per corruptionem, non tamen sequitur quod non affligantur; quia sensibile non solum agit in naturæ, sed etiam actione spirituali, qui delectare vel affligere potest.

10. Concl. Dolor non separat animam a corpore secundum, quod tantum manet in potentia animæ, sed etiam prout corpus ad passionem animæ mutatur à sua naturali dispositione, quod post resurrectionem corporibus nunquam accidet.

Quæstio 87. De cognitione, quam habebunt resuscitati in die iudicii respectu meritorum, & demeritorum.

Art. 1. Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscet peccata, quæ fecit.

1. Concl. Post resurrectionem omnium operum suorum quisque notitiam habebit.

1. Cor. 4. l. 20. de ciu. c. 14. 1. *Quædam dicunt, sic, ut euaderent animæ, quæ culpa peccata in memoriam reuocentur*

2. *Vt iudicium humanum non sit (si perfec-*

tum

...ciat: ...rsus. Ergo nec diuinum, cum sit perfectissimum. Ergo conscientia debet tenere omnia de quibus est iudicandum est, de omnibus bonis & malis operibus, ex Paul. quæstiam scripsit, conscientiam cuilibet dicit debere reddere testimonium conscientiæ: & quod cogitationes erunt accusantes & defendentes, quod non potest fieri sine notitia.

2. Concl. Singulorum conscientiæ erunt quasi quidam libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet.

Apoc. 20. *Libri aperti sunt, aut Ioan. & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui, &c.*

3. Concl. Vnus liber vitæ designat singulorum conscientiam: quia vna diuina virtute fiet, vt cunctis ad memoriam sua facta reuocentur: vel libri sunt singulorum conscientiæ; & vnus liber est sententia iudicis eius prouidentia delecta.

† 4. Concl. Merita & demerita, quæ à memoria exciderunt, manebunt aliquo modo, vel in præmio, vel in reatu pœnæ: non enim eis debetur. Vnde in quolibet homine erit aliquid, ex quo possit sua peccata ad memoriam reuocare: vel, vt ait Aug. principaliter ad hoc diuina vis operabitur.

loco cit.

5. Concl. Notæ quæ remanent in conscientiis singulorum de operibus à se factis non oportet, quod sint reatus tantum, qui in multis per pœnitentiam delentur.

6. Concl. Etsi caritas nunc sit causa dolendi de peccatis: tamen in sanctis, memoria peccatorum erit causa cur gaudeant de diuina misericordia, quæ eis peccata relaxauit.

7. Concl. Malixe surgentes cognitæ erunt bonæ, quæ fecerunt: nec ideo minuetur, sed augebitur dolor de remissione illorum.

Art. 2. Vtrum quilibet poterit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius.

1. Concl. Sicut oportet vt iudex & assessor iudicis merita causæ cognoscant, ad hoc, vt iustam sententiam proferant; ita oportet, ad hoc, vt iusta sententia appareat, quod omnibus sententiam cognoscentibus merita innotescant. Vnde quia cuilibet nota erit sua præmiatio, & sua damnatio, ita vt omnibus aliis innotescant, oportet quod sicuti quilibet sua merita vel demerita reducet ad memoriam, ita etiam & aliena suæ cognitioni subiaceant.

1. Bona & mala, aut Gloria tunc aperta erunt omnibus & nota.

2. Omnia bonorum præterita peccata aqualiter erunt abolita. Sed quorundam sanctorum, scilicet Petri, Dauid, &c. scientia. Ergo per narrationem omnium electorum.

3. Quia in vltimo, & communi iudicio oportet, vt diuina iustitia omnibus euidenter appareat, quæ nunc implerisq; latet. At sententia non potest esse iusta, nisi secundum merita, & demerita. Ergo sicut, &c.

4. *Ex communi & probabiliori sententia, licet Magister contra senserit: & si quæ sunt per pœnitentiam delicta non patefierent, nec etiam pœnitentia de illis perfecte cognosceretur, quod sanctorum gloriæ derogat.*

lib. 4. sent. d. 43.

† 2. Concl. Merita, vel demerita videbuntur; quia facient aliquam quantitatem in gloria, vel miseria hominum, & præsertim operante ad hoc diuina virtute.

3. Concl. Poterunt ostendi, & in suis effectibus, vt dictum est, & in seipsis per diuinam virtutem.

4. Concl. Publicatio peccatorum ad ignominiam peccantis, est effectus negligentiæ, quæ committitur in omissione peccatorum: at publicatio peccatorum respectu sanctorum erit ad magnam gloriam propter pœnitentiam, quam egerunt:

5. Concl. In hac vita peccatoris erubescentia minuitur, si cognoscat se habere plures socios in peccatis: quia respicit æstimationem hominum: sed tunc confusio respiciet æstimationem rei, & sic non minuitur propter socios in peccatis.

Art. 3. Vtrum omnia merita, vel demerita propria, & aliena vno intuitu ab aliquo videbuntur.

1. Concl. Quidam dicunt, quod omnia merita, & demerita sua & aliena, simul aliquis videbit in instanti. Quod facile de beatis concedi potest, qui omnia vident in verbo: non sic de damnatis.

2. Concl. Alii dicunt damnatos visuros in genere, tam sua, quam aliena: Sed hoc non est consonum Augustino qui ait, quod omnia meritis intuitu enumerabuntur: at quæ generatim videntur non possunt numerari.

3. Concl. Potest elegi media via, quod singula considerabunt, non in instanti, sed in breuissimo tempore diuina virtute ad hoc adiuuante: & hoc asserit Augustinus. neque id est impossibile, quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia. Vnde patet ad obiecta in vtranq; partem.

lib. 22. de ciu. c. 14.

Quæstio 88. De iudicio generali, tempore, & loco, in quo fiet.

Art. 1. Vtrum generale iudicium sit futurum.

1 Concl. POst resurrectionem necesse est dari generale iudicium.

Matth. 12. 1. *Viri Ninuitæ surgent in iudicio, &c. & qui male egerunt in resurrectionem iudicii, &c.*

Ioan 5. 2. *Cum duplex sit Dei operatio, vna qua res primo in esse produxit instituens naturam, & distinguens eas, quæ ad eius completionem pertinent: altera qua operatur in gubernatione creaturarum, iuxta illud, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor:* quæ quidem duplex erit: vt enim operatio pertinet ad rerum principium; sic iudicium pertinet ad terminum: alterum iudicium correspondet operationi gubernationis, quo vnusquisque singulariter pro suis operibus iudicatur non solum, & si sic competit, sed etiam prout competit gubernationi vniuersi, vnde dicitur vnumquemque præmiari aut puniri ab vnoquoque aliorum, sicut ex Paulo patet, & pœna vnius ad profectum alterius cedunt, vnde opus est vno iudicio: alterum ergo erit vniuersale correspondens primæ productioni rerum in esse: vt quemadmodum omnia immediate processerunt à Deo, ita vltima completio mundo detur vnoquoque accipiente, quod sibi finaliter debetur: ex quo maxime apparebit diuina iustitia, quantum ad omnia, quæ nunc occultantur. Vnde etiam tunc erit vniuersalis separatio bonorum à malis, quia non erit amplius locus, vt boni per malos, & contra proficiant.

Heb. 1.

† 2. Concl. Quilibet homo præterquam quod est singularis persona, est etiam pars totius generis humani; ideo ei debetur iudicium particulare post mortem, & vniuersale post resurrectionem: nec Deus dicitur bis iudicare idipsum, quia non infert duas pœnas pro vno peccato, sed complet quæ inflicta non fuerant.

3. Concl. Sententia iudicis tunc erit vniuersalis separatio bonorum à malis, quæ iudicium non præcederet etiam quantum ad præmium boni eorum, quod maius erit, & propter gloriam corporum, & propter numerum sanctorum completum: idem dicas de damnatis.

4. Concl. Licet vnusquisque ante iudicium sit certus de sua damnatione, vel præmio; non tamen omnibus hominum damnatio, vel præmium innotescit, ad quod est necessarium iudicium vniuersale.

Art. 2. Vtrum iudicium fiet per locutionem vocalem.

1. Concl. Quamuis in hac quæstione, quid sit verum pro certo definiri non possit: tamen probabilitas æstimatur, quod illud totum iudicium, & quoad discussionem, & quoad accusationem malorum, & bonorum commendationem, & quoad sententiam de vtrisque mentaliter perficietur: vnde quæ apud Matth. leguntur non vocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt.

Cap. 25.

lib. 20 de ciu. c. 1. 1 *Ex Augmentis intimis, mira celeritate omnia cernentur, vt accuset vel excuset conscientia: ac si vocaliter discuterentur singulorum merita, non possent omnes, & singuli nisi in maximo tempore iudicari.*

2. *Sententia debet proportionaliter testimonio respondere. Sed testimonium, accusatio, & excusatio erit mentalis iuxta illud, testimonium reddente illis conscientia, &c. Ergo inde, aut Aug. librum de quo supra 20. scribatur, non esse carnaliter intelligendum.*

† 2. Concl. Aug. ideo dicit, quod incertum est per quot dies hoc iudicium extendatur: quia non est determinatum, an mentaliter, an vocaliter perficietur.

2. Concl. lib. 20. mor. c 20. Illud Greg. *Illi sal em Gotem Iudicis audient, qui eum fidem sal em verbo tenuerunt*, falsitur etiam in iudicio mentali; quia illi existent verbis specialiter iudicabuntur, iuxta illud, *Quicunque in lege, peccauerunt per legem iudicabuntur.*

Rom. 2.

Christus corporaliter apparebit, vt ab omnibus corporaliter iudex cognoscatur: quod subito fieri poterit: at locutio requireret immensum tempus.

4. Concl.

Art. 3. Vtrum tempus futuri iudicii sit ignotum.

1. Concl. Decenter cognitio finis mundi soli Deo reseruatur.

Matt. 24. 1. Thes. 5. 1. *Nam de illo die, & hora nemo scit: & dies Domini veniet sicut fur in nocte.*

2. *Sicut Deus aliqua operatur, in quibus nulla creatura cooperatur, ita aliquas cognouit, quas a para creatura non cognoscuntur, quod sibi reseruauit, cum dedit Gratiæ agendi, & cognoscendi alias res: hæc autem nulla alia magis esse debent, quam quæ solidum in perfectionem subiacent, cum finem dixerit huius mundi, qui non finietur per aliquam creaturam: & hanc causam videtur Dominus dixisse Assignare, cum ait, non est vestrum, &c. Ergo certum pro iudicii, si incertum.*

† 2. Concl. In primo aduentu, quia Christus venit occultus, oportuit tempus esse determinatum,

vt a fidelibus posset cognosci: aut in secundo, quia manifestè veniet, non est necessarium.

3. Concl. Mat. 24. Luc 21. Signa, quæ sunt in Euangelijs, & epistolis ad vltimum aduentum spectantia, non possunt valere ad cognoscendum determinate iudicij tempus.

lege Aug. ep. 80. 1 Ioan. 2. 1 Cor 10. *Quia corruptiones, & persecutiones & pericula quæ pronunciantur nuntiantia vicinum Christi aduentum, etiam a tempore primitiuæ eccl sia fuerunt: vnde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi, vt patet Act.*

4. Concl. Per verba scripturæ, quibus dicitur nouissima hora est, & fines sæculorum iam deuenerunt, &c non potest aliqua determinata quantitas temporis sciri: quia non dicuntur ad significandum aliquid breue tempus, sed nouissimum statum mundi, & quasi nouissimam ætatem.

Incertitudo iudicij causat maiorem diligẽtiam, & circa personam propriam cuiuscunque, & circa filios, familiam, & ciuitatẽ, &c.

Art. 4. *Vtrum iudicium fiet in valle Iosaphat.*

1. Concl. Qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodo homines conuenient, non potest certo sciri: tamen probabiliter potest colligi ex scripturis, quod circa locum montis Oliueti Dominus descendet, vnde accẽdit.

1. *Hucfacet illud Ioelis, congregabo omnes gentes in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis.*

2. *Et Act. 2. dicitur. Quemadmodum Christus cum ascendit in cœlum, ita veniet. Sed ascendit in monte Oliueti, qui proximus est valli Iosaphat. Ergo circa loca illa ad iudicandum veniet: vt idem esse videatur, qui descendit, & ascendit.*

† 2 Concl. Etiam magna multitudo in paruo spatio comprehendi potest: vel assignatus locus ille, quia inde videbitur Christus ab omnibus, qui in aere permanens summa claritate refulgebit.

3. Concl. Licet Christus, prout iniuste iudicatus est, iuste iudiciariam potestatem meruerit: tamen, quia non iudicabit in forma infirmitatis, ideo magis ei competit ad iudicandum locus ascensionis, quam locus vbi condemnatus fuit.

4 Concl. Nubes in quibus sancti erunt in die iudicij, non erunt euaporationes aliquę, sed quędam densitates lucis resplendentes à corporibus sanctorum.

Quæstio 89. De iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.

Art. 1. Vtrum aliqui homines iudicabunt cum Christo.

IVdicare multipliciter dicitur.

1 Concl. 1. Quasi causaliter, vt id, vnde apparet aliquis iudicandus: & hoc modo dicũtur aliqui iudicare comparatione, prout ex comparatione aliorum aliqui iudicandi ostenduntur. Mat. 12. *Niniuitæ surgent in iudicio, &c.* Qui modus est communis bonorum & malorum.

2. Interpretatiue, vt qui consentiunt iudici sententiam approbando: & sic iudicare erit omnium electorum.

3. Accessorie, & quasi per similitudinem, prout aliqui sedent in loco eminenti, sicut iudex, & sic assessores dicuntur iudicare: & secundum hunc modum dicunt aliqui, quod perfecti viri iudicabunt, quibus iudiciaria potestas conceditur: sed hoc non videtur sufficere ad implendam promissionem Christi, qua dicitur. *Sedebitis iudicantes, &c.*

4. Qui modus conuenit viris perfectis, prout in eis continentur decreta diuinæ iustitiæ, ex quibus homines iudicabuntur: quomodo liber, in quo lex continetur iudicare dicitur: & per hunc modum Richardus hanc iudicationem exponit.

2 Concl. Quia iudicare proprie actionem importat, is iudicare dicitur, qui sententiam in aliũ fert, vel auctoritate propria, vt is, qui habet in alios dominium vel sententiæ alterius auctoritate latam in aliorum notitiam inducit, quod est sententiam latam pronuntiare.

3. Concl. Iudicare ex auctoritate propria, est soli Deo conuenire.

4. Concl. Iudicare sententiam pronuntiando, conuenit viris perfectis: quia alios ducent in cognitionem diuinæ iustitiæ, vt sciant quid iuste pro meritis eis debeatur: vt ipsa reuelatio iustitiæ dicatur iudicium. Ex quibus patet quod aliqui homines iudicabunt quod promissum fuit à Domino apud Mat. cum dixit, *Sedebitis & vos super sedes &c.* & apud Isa. *Dominus veniet ad iudicium cum senioribus populi.* Cap. 10. Cap. 3.

† 5. Concl. Illud, *Pater omne iudicium dedit filio*, intelligitur de iudicio auctoritatis quod soli Christo conuenit: vnde patet ad secundum. Ioan. 3.

6. Concl. Non est inconueniens aliquos sanctorum alijs quædam reuelare, vel per modum illuminationis, vel per modum locutionis.

Art.

Art. 2. Vtrum iudicaria potestas correspondeat voluntariæ paupertati.

1. Concl. Iudicaria potestas correspondet voluntariæ paupertati.

Iudicium, ait Iob, pauperibus tribuit & Dominus: Vos qui relinquistis omnia, &c. & Glos. ibi.

2. Concl. Paupertati datur iudicaria potestas specialiter propter tria.

1. *Quia pauperes omnibus renuntiantes, soli Christo adhærent, & à iustitia non deflectunt: ideo sunt idones ad iudicandum.*

2. *Quia humiliati per modum meriti correspondet exaltatio: paupertas autem maxime humiliat.*

3. *Quia paupertas disponit ad prædictum modum iudicandi; habebunt enim pauperes cor edoctum omni diuina veritate, & ideo poterunt eam aliis manifestare, quod est iudicare.*

3. Concl. Non omnibus pauperibus: etiam voluntarijs, promittitur dicta potestas, sed illis, qui relinquentes omnia sequuntur Christum secundum perfectionem vitæ.

4. Concl. Non solum Apostolis dictum fuit, *sedebitis, &c.* sed omnibus eorum sequacibus: vel dicas per numerum duo denarium totam iudicantium multitudinem significari.

5. Concl. Virginitas, & martyrium non ita disponunt ad reddendum in corde diuina præcepta, sicuti paupertas, vnde huic, & non illis iudicaria potestas correspondet.

6. Concl. Doctrina est perfectio complens meritum, iudicariæ potestatis, sed est solum correspondet iudicaria potestas, prout est cum dicta paupertate connexa: quare non sequitur quod doctoribus, & non pauperibus conueniat, &c.

7. Concl. Christus iniuste iudicatus humiliauit seipsum: oblatus est enim, quia ipse voluit: & ideo meruit iudicium exaltationem. Alia autem, qui persecutiones patiuntur, humiliantur ab alijs: vnde iudiciaria potestas magis debetur illis, qui humiliant se bona temporalia abijciendo.

8. Concl. Licet inferior non possit iudicare superiorem auctoritate propria, tamen potest id agere auctoritate superioris: quare non est inconueniens, quasi accidentale præmium pauperibus dari, vt alios etiam superiores merito, respectu præmij essentialis, iudicent.

Art. 3. Vtrum angeli debeant iudicare.

1. Concl. Angelis non competit iudicare, nisi aliquo modo per sententiæ approbationem.

1. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. At Angelus non communicat in humana natura. Ergo.

2. Quia erunt iudicis ministri, vt patet ex scriptura.

3. Oportet, vt assessores iudicis habeant humanam naturam, vt sint conformes iudici scil. Filio hominis, qui secundum humanam naturam omnibus apparebit: & bonis: & malis. At hoc non competit Angelis, Ergo

† 2. Concl. Angeli non venient cum Christo, vt iudices, sed vt testes humanorum actuum, sub quorum custodia homines bene, vel male egerunt.

3. Concl. Nomen throni attribuitur Angelis, ratione illius iudicij, quod Deus semper exercet omnia iustissime gubernando, cuius iudicij sunt quodammodo executores, non autem respectu iudicij, quod de hominibus per hominem Christum fiet.

4. Concl. Hominibus promittitur æqualitas Angelorum respectu præmij essentialis, non tamen inconuenit aliquando præmium accidentale concedi hominibus, & non Angelis.

Art. 4. Vtrum Dæmones exequentur sententiam iudicis in damnatos.

1. Concl. Dæmones exequentur sententiam Iudicis in damnatos.

1. Quia iustum est quod sicut illi se subiecerunt diabolo peccando ita ei subijciantur in pœna, quasi ab eo punienda

2. Sicut est ordo in beatis, vt alij alios illuminent, & Angeli sunt per quos Dei illuminationes deferuntur, ita in damnatis Dæmones damnatos torquent, vt sint executores diuinæ iustitiæ, ne omnino diuinus ordo, quo angelos medios naturam humanam & diuinam, constituit, annulletur. nec propterea eis pœna minuetur: & hæc est probabilior opinio: quam Hieronymi confirmat auctoritas.

† 2. Concl. Illud Pauli, *euacuabit omnem principatum &c.* Intelligitur de prælationibus, & principatu secundum statum huius mundi, prout abducunt a fine, vel ad illum conducunt, non autem de illis, quæ bonos, vel malos in fine conseruat.

3. Concl. Dæmones non ex merito, sed ex ordine naturæ præferuntur hominibus: quia dona naturalia in eis integra manent,

4. Concl. Damnati principalem pœnam habent à Deo quæ est pœna damni: quod autem pœnæ sensibus

sensus eis infligantur à Dæmonibus, non est inconueniens sicuti beati principale præmiũ accipiunt immediate à Deo; & tamen per superiores inferiores Angeli, & homines illuminabuntur: Immo ob excellentiam meriti fiet vt quidam angeli per aliquos homines illuminentur: sed in inferno Dæmones non punientur ab hominibus.

Art. 5. Vtrum homines in iudicio comparebunt.

Omnes homines in iudicio comparebunt.

1. Concl. Aff. 10. Apoc. 1.

1. Christus constitutus est iudex viuorum & mortuorum, vt scriptura dicit: vt eum videbit omnis oculus. At id non esset, nisi omnes comparerent in iudicio. Ergo.

† 2. Concl. Mat 10.

2. Vt Christus in sua passione, per cuius humiliatem meruit iudiciariam potestatem, sanguinem pro omnibus fudit, quantum ad sufficientiam: ita congruũ est vt omnes homines in iudicio congregentur ad videndum eius exaltationem in humana natura per quam constitutus est a Deo iudex viuorum, & mortuorum.

3. Concl. Psal. 1.

Per duodecim tribus omnes aliæ gentes significatæ sunt, quia per Christum in sortem duodecim tribuum sunt vocatæ.

Non resurgent impij in iudicio id est vt iudicent: vel infideles non resurgent, vt iudicẽtur: quia iam iudicati sunt. sed omnes resurgent ad gloriam iudicis in tuendam.

4. Concl.

Pueri ante perfectam ætatem decedentes, non resurgent vt iudicentur sed vt videant gloriam iudicis.

Artic. 6. Vtrum boni in iudicio iudicabuntur.

1. Concl.

Ad iudicium duo pertinent sc. discussio meritorum, & retributio præmiorum.

2. Concl.

Quantum ad retributionem præmiorum omnes iudicabuntur & vnusquisque recipiet, diuina sententia, præmium merito respondens.

1. Cor. 13. 3. Concl.

1. Omnes nos, ait Paul. manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque, &c.

2. Vniuersale omnia comprehendit. At haud iudicium est vniuersale. Ergo.

4. Concl.

Iudicium quantum ad discussionem meritorum non fiet, nisi vbi est quædam cõmistio meritorum bonorum cum malis.

Quare illi, qui nullam admistionem notabilem alicuius mali meriti habent, saluabuntur, & non iudicabuntur alij qui habent aliquam admistionem bonorum meritorum cũ malis iudicabuntur, quantũ ad discussionem meritorum: tamen saluabuntur.

Qui credit in eum non iudicabitur hoc est non condemnabuntur.

Discussio meritorum non erit ad tollendam certitudinem beatitudinis: sed vt omnibus manifeste appareat præeminentia bonorum meritorum ad mala, vt iustitia Dei comprobetur.

7. Concl. 3. 1. Mor 5 q. 4

Terror ille in iustis, de quo Greg. forsitan, referendus ad tempus immediate iudicium præcedens: loquitur ergo de iustis adhuc in carne existentibus.

Art. 7. Vtrum mali iudicabuntur.

1. Concl.

Iudicium quod est pœnarum retributio, omnibus competit quia omnibus infligetur pœna pro quantitate culpæ.

2. Concl.

Iudicium discussionis non habet locum in infidelibus: *quia sublata fide, quæ est fundamentum, omnia opera perfecta rectitudine intentionis carent.* Itaque tanquam hostes absque vlla discussione meritorum exterminabuntur.

3. Concl.

Hoc iudicium locum habet in fidelibus.

Quia licet opus sine caritate factum non sit meritorium; tamen quantum est de se ordinatum est ad meritum & ita iudicabuntur vt eis sua quæ sine caritate facta sunt discussione non feratur sententia.

† 4. Concl.

Licet damnati sint certi de damnatione: sunt tamen iudicandi, quia cum habeant aliqua, quæ pertinent ad bene merendum, oportet vt ad manifestationem diuinæ iustitiæ hæc eorum discussio.

5. Concl.

Discussio non erit aspera fidelibus, sed sententia condemnationis erit terribilis, & fidelibus, & infidelibus: quare infideles non reportabunt commodum licet cum eis non fiat discussio.

Artic 8. Vtrum Angeli in futuro iudicio condemnabuntur.

1. Concl.

Iudicium discussionis nullo modo habet locum, neque in bonis, neque in malis Angelis.

1 Deus non iudicat bis id ipsum. At Angeli tã boni quam mali sunt iudicati. Ergo.

2. Quidam homines tam boni quam mali non iudicabuntur, vt dictum est. Ergo nec Angeli in quibus perfectior est bonitas vel malitia.

2. Concl.

Directe, iudicium, neque ex parte iudicãtium, neq; ex parte iudicandorum erit Angelorum, sed hominum.

3. Concl.

Indirecte autem respicit Angelos in quantum actibus hominum fuerũt permixti qui Angeli boni plus gaudebunt de iustitia eorum quos, ad meritum induxerunt; & mali

amplius torquebuntur multiplicata malorum ruina, qui per eos ad mala sunt excitati.

1. Cor. 6.

† 4. Concl.

Illud, *nescitis quoniam Angelos iudicabimus*, intelligitur de iudicio comparationis prout aliqui homines euadent angelis superiores.

5. Concl.

Dæmones cunctis videntibus, tunc præcipitabuntur: quia in perpetuum in inferni carcere detrudentur, vt iam non sit eis liberum egredi extra. Vnde patet ad tertium.

Quæstio 90. De forma iudicis venientis ad iudicium.

Artic. 1. Vtrum Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.

1. Concl.

COnueniens est, vt Christus secundũ humanam naturam, cuius beneficio ad regnum admittimur, iudicio præsideat.

Cap. 5.

1. Dedit ait Ioan. ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est.

2. Quia in forma humanitatis fuit iudicatus.

3. Quia secundum hanc formam legem hoc est euangelium condidit. Ergo & secundum eandem formam iudicabit.

Rom. 14.

4. Secundum illud competit Christo iudicare, secundum quod habet dominium super homines, quia iudicium ex Paulo, aliquod dominium in iudicando requirit. At Christ. est dominus noster non solum ratione creationis, sed etiam ratione redemptionis, quod ei competit secundum humanam naturam, ex Paulo, quare cum ad præmium consequendum non sufficerent dona creationis propter lapsum primi parentis, opus fuit beneficio redemptionis. Ergo cum iudicium ordinetur ad hoc, vt aliqui ad mittantur ad regnum, & aliqui ab eo excludantur, conueniens est &c.

Rom. 14.

2. Concl.

Et quia per redemptionem non solum reparauit humanum genus, sed etiam vniuersaliter totam creaturam, secundum quod reparato homine, tota creatura melioratur iuta illud, *Pacificans per sanguinem crucis eius, sive, quæ in terris, sive quæ in cœlis, &c.* ideo per suam passionem Christus in omnem creaturam dominium & potestatem iudiciariam promeruit: propterea dixit, *data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.*

Coloss.

† 3. Concl. Matt. vlt.

In Christo secundum diuinam naturam est auctoritas dominij, ex iure creationis: & secundum naturam humanam, est auctoritas dominij, ex iure redemtionis.

4. Concl

Etiam in humana natura Christi erat inuincibilis potestas, quæ requiritur in iudice, non ex vi naturæ, sed ex dono diuinitatis.

Ex eo quod Christus iudiciariam potestatem habet, quam est consecutus ex mysterio incarnationis, ad quod non fuisset sufficiens si purus homo fuisset, cognoscitur honorandus vt pater, quia etiã in humana natura, cognoscitur vt Deus.

5 Concl.

Visio Danielis probat potestatem iudicandi tanquam in fonte esse in Deo, & specialius in patre, à quo est tra ducta in filium, non solum ab æterno in persona diuina, sed etiam in tempore, secundum naturam humanam, in qua iudicabit: vt etiam ibi habetur.

6 Concl Cap. 7.

Aug attribuit diuinitati etiam quæ Christus faciebat in carne, quia caro eius erat instrumentum diuinitatis.

7. Concl. Tract. 19. in Ioan.

Artic. 2. Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa.

Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa.

1. Concl.

1. Venie cum potestate magna, & maiestate, quæ pertinent ad gloriam.

Luc. 21.

2. Electi, qui iudicabuntur à Christo habebunt corpora gloriosa. Ergo tanto magis iudex.

3. Vt sicut in infirmitate ita iudicare, est auctoritatis & gloriæ. Ergo vt in primo aduentu venit in infirmitate, vt iudicaretur: ita in secundo cum iudicaturus veniet, veniet cum gloria.

4. Christus est Dei & hominum mediator, prout pro hominibus interpellat, & satisfacit, & ea quæ sunt Patris hominibus communicat, & ideo cum vtroque extremorum debet communicare, cũ hominibus vt eorum vicem gerit, cum Patre vt eius dona ad homines transmittit. Ergo vt in primo aduentu venit, vt satisfaceret Patri in forma nostra infirmitatis: ita in secundo, quia venit ad exequendam iustitiã Patris, debet demonstrare gloriam, quæ ei inest ex communicatione ad Patrem.

† 2. noy.

Veniet quidem in eadem carne in qua crucifixus est; sed non similiter se habente.

3. Concl.

Signum crucis non erit iudicium præsentis infirmitatis, sed præteritæ vt iustior sit eorum condemnatio, qui tantam misericordiã neglexerunt: & sic cicatrices erunt indicia, sed maximæ virtutis. Mors etiam ostenderur, prout ex ijs, quæ apparebunt iudicijs, præteritæ passionis homines motus acerbissimæ Christi recordabuntur

Christus in forma gloriosa potenit ab omnibus videri.

4 Concl.

Quia hoc est in potestate corporis gloriosi.

Isa. 26.

Gloriæ Christi visio beatis erit in præmiũ, & inimicis Christi in supplicium.

5. Concl.

Forma, cum dicitur, *in illa forma iudicabit,*

6. Concl.

in qua

in quam inducitur est, accipitur pro natura humana, non pro qualitate naturæ.

Art. 3. Vtrum diuinitas sine gaudio videri possit.

1. Concl. Cum Deus essentialiter sit ipsa bonitas, nõ potest diuinitas sine gaudio videri.

1. In eius visione consistit beatitudo, hæc enim est vita æterna. Ergo.

Ioan. 17. 2. Essentia diuinitatis est essentia veritatis. Sed quicunque delectabile est videre verum Ergo.

3. Delectationis, quæ est in intelligendo, non opponitur aliqua tristitia, vt Arist. ait, Ergo.

4. Inappetibile, vel delectabili considerari potest res, quæ delectat, & ratio delectabilitatis: vnde quod non est per se delectabile, potest habere aliquid permistum: propter quod non sit delectabile, vt sunt creaturæ, quæ participant rationem bonitatis, quæ est appetibilitatis ratio: at cum Deus sit per suam essentiam bona, impossibile est quod eius essentia apprehensa, non delectet.

†2. Concl. Impij manifeste cognoscẽt Christum esse Deum: non quod diuinitatem videant sed propter manifestissima diuinitatis indicia.

1. Concl. Impij non videbunt diuinitatem, non tristabũtur propter diuinitatem sed propter aliquos effectus.

4. Concl. In hac vita intellectus cognoscit Deum per effectus & non attingit ad ipsam, essentiam bonitatis eius, ideo non oportet vt affectus intellectum sequatur sicut sequeretur si essentiam eius videret.

5. Concl. Tristitia damnatorum tolleretur, si Deum per essentiam viderent, quia omnis passio a contraria causa fortiori superueniente tollitur.

6. Concl. Dispositio organi sensus, tollit proportionem ipsius organi ad obiectum: vnde delectatio impeditur, at dispositio quę est in damnatis non tollit naturalem proportionem, qua sunt ordinati ad diuinam bonitatem.

Quæstio 91. De qualitate mundi, & resurgentium post Iudicium.

Artic. 1. Vtrum mundus innouabitur.

1 Concl. Psal. 8. Rom. 2. OMnia corporalia propter hominem facta esse creduntur, & ideo ei dicũtur subiecta.

2. Concl. Seruiunt autem, & ad sustentationem vitę corporalis & ad perfectum cognitionis diuinæ, prout per ea, quæ facta sunt inuisibilia Dei conspicit.

3. Concl. Homo glorificatus, non ęgebit creaturis, quantum ad primum vsum: neque quantum ad secundum.

Quia videbit Deum immediate per essentiam.

4. Concl. Simul mundus innouabitur, & homo glorificabitur.

Isa. 65. Apoc 21. 1 Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam, aut scriptura & alibi: vidi cœlum nouum & terrã nouam.

2 Habitatio debet habitatori congruere sed mũdus factus est vt sit habitatio hominis. Ergo homine innouato debet etiam mundus innouari.

3. Omne simile appetit sibi simile, cum sit similitudo sit causa amoris Sed homo habet aequam similitudinem cum vniuerso, vnde & minor mundus dicitur. Ergo diligit vniuersum ita vt hominis desiderio satisfiat innouari debet.

4. Oculus carnis non potest essentiam Dei videre. Ergo vt ei congruens solatium de visione diuinitatis tribuatur debuit diuinitatem in suis effectibus inspicere, in quib. manifeste diuinitatis indicia apparent. Et primum in carne Christi deinde in corporibus beatorum posteà in alijs omnibus. Ergo. oportebit vt alia corpora maiorem influentiam recipiant à diuina bonitate, quam nunc habent, nõ variantem speciem, sed adhærentem cuiusdam gloriæ perfectionem.

†5 Concl. Eccle. 1 Cum Salomon ait nihil futurum, nisi quod prius fuit, &c loquitur secũdum cursum naturalem rerum, secundum quem nõ erit creaturarum innouatio.

6. Concl. In alteratione naturali, cum agens agat ex necessitate naturæ: non potest alio, & alio modo se habere dum variam dispositionem inducit: at innouatio mundi pendet à libera voluntate Dei sine eius immutatione.

7. Concl. Gen. 2. Dicitur Deum die septima cessasse ab omni opere quod de nouo esset facturus sc. ab illis operibus, quorum non præcessit aliqua similitudo: at de mundi innouatione præcessit similitudo quædam remota in gloria, & in gratia Angelorum.

8. Concl. Illa dispositio nouitatis nec erit naturalis, nec contra naturam, sed supra naturam.

9. Concl. Licet corpora insensibilia nõ meruerint illã gloriam proprie loquendo, homo tamen meruit, vt illa gloria toti vniuerso conferretur.

Artic. 2. Vtrum motus corporum cœlestium cessabit.

1. Concl. Quidam philosophi dixerunt, quod motus cœli nunquam cessabit, sed hoc non est consonum fidei, quæ ponit certum numerũ electorum, à Deo præfinitum vnde generatio hominum non erit perpetua nec alia, quæ ad generationem hominum ordinantur, vt motus cœli, &c.

2. Concl. Alij dicunt, quod cessabit secundum naturam. Sed hoc est falsum: quia corpus, quod naturaliter quiescit, habet locum naturalem, in quo quiescat, à quo non recedit, nisi per violentiam: sed nullus talis locus potest assignari cœlo: cum non sit magis naturalis soli accessus ad orientem, quam recessus ab eo. Ergo vel motus eius non esset naturalis totaliter, vel non terminaretur naturaliter ad quietem.

3. Concl. Homine glorificato motus cœli cessabit.

1. *Apoc. 10. dicitur, quod non erit amplius tempus. At tempus oritur ex motu cæli. Ergo, & Isa. 60. Non occidet vltra sol, &c.*

2 *Motus cæli ex Arist. est propter generationem. Sed tunc generatio cessabit completo numero electorum. Ergo.*

3. *Motus cæli inserunt homini ad sustentationem, quo ministerio non egebit post gloriæ consecutionem, Ergo.*

4. Concl. Motus cœli non cessabit naturaliter, sed ex diuina voluntate.

5. Concl. Genes. 8. Hier. 31. Quod terræ frigus, æstas. &c. & quod Lunæ cursus, &c. non deficient, intelligitur secundum statum præsentis vitæ, in quo non deficient, & ita soluuntur duo prima argumenta.

6. Concl Finis quia assignatur corporib. cœlestibus, Gen. 1. vt diuidunt diem & noctem, est finis proximus, quo remoto non ideo sunt frustra; quia cedent per alium modum in ministerij hominis glorificati.

7. Concl. Motus non est de perfectione substantiæ cœli, quæ remanebit: ideo eo cessante, nulla perfectio cœlo tolletur.

8. Concl. Pars terræ, quæ cessante motu Solis ab illo non illuminabitur, non erit obscura.

Quia corpora elementorum habebunt in seipsis quandam gloriæ claritatem.

9. Concl. Labor qui ponitur in cœlo, significat defectum ab eo ad quod tendit: motus autē cœli ex diuina prouidentia intendit complerum numerum electorum: vel ponitur labor propter desiderium futuræ innouationis.

10. Concl. In cœlo non est aliqua potentia, quæ perficiatur per locum, vel quæ sit facta, vt sit in tali loco; & ideo vbicunq; ponatur, non remanebit potentia incompleta, & frustra.

11. Concl. Sol in illa nouitate habebit nobilissimum situm respectu ad habitationem nostram, vel secundū alios ibi quiescet, vbi cœpit moueri.

12. Concl. Illud, nunc temporis, in quo tempus deficiet, deficiente motu cœli, non erit principiū futuri: ideo non erit tempus post tempus.

13. Concl. Motus cœli non dicitur naturalis, quasi sit pars naturæ, aut quod habeat principium actiuum in cœlo, sed receptiuum tantū: quare eo ablato natura corporis cœlestis non tolletur. Duæ rationes, quæ videntur probare, quod naturaliter debeat quiescere, sic soluuntur: Motus cessat habito eo, propter quod est, si illud sequatur, & concomitetur ipsum: illud autem quod sequitur motum cœlestem secundum Philosophos, est imitatio diuinæ bonitatis in causalitate, quam habet in hæc inferiora, ideo non est necesse, vt naturaliter cesset. Et quamuis immobilitas sit simpliciter nobilior ipso motu: tamen motus in eo, quod potest per motum consequi aliquam perfectam participationem diuinæ bonitatis, est nobilior motus, quam quies, &c.

Art. 3. Vtrum in corporibus cœlestibus claritas augebitur in illa innouatione.

1. Concl. Præcipue quantum ad claritatem corpora cœlestia meliorabuntur.

Cap. 30. 1. *Erit. ait Isai. Lux Luna sicut lux Solis; & lux Solis septempliciter.*

2. *Totus mundus mutabitur in melius. Ergo & cælum, cum sit nobilior pars mundi. Sed hoc non potest esse nisi per claritatem maiorem. Ergo.*

Rom. 8. 3. *Omnis creatura ex Pauli expectat reuelationem gloriæ filiorum Dei, & speciatim cæli, vt ait Glos. Sed non expectarent, nisi eis aliquid accresceret, & maxime claritas, qua decorantur Ergo.*

4. *Innouatio mundi ad hoc ordinatur, vt in eo manifestius indicys, quasi sensibiliter Deus ab homine videatur: id autem præcipue fit specie, & decore, qui præcipue in corporum cœlestium luce consistit. Ergo.*

2. Concl. Quantitas autē & modus meliorationis, illi soli est cognitus, q est meliorationis auctor.

†3. Concl. Ignis purgans nō causat innouationis formam, sed disponit ad eam: quare licet corpora cœlestia non sint igne purganda, erunt tamen diuinitus innouanda.

4. Concl. Motus cessante generatione, cessat; quia ex se est actus imperfecti: at lux non cessabit, quia est perfectio corporis lucentis.

5. Concl. Etsi lux corporum cœlestium non sit per essentiam minorata ex lapsu hominis, non ideo sequitur, quod realiter non sit augenda in eius glorificatione: quia hominis glorificatio statum totius creaturæ corporalis immutabit, licet non fuerit mutatus ob eius peccatū.

6 Concl. Etsi luna lucebit vt Sol, non propterea sequitur q̄ ante peccatum luxerit, vt Sol, cum fuerit facta, vt luceret in nocte: nec propterea, quod eius lux nō est diminuta, sequitur quod non debeat augeri, cum innouatio non

suppo-

upponat diminutionem. Vnde aucto Lunæ lumine, nullibi erit nox nisi in centro terræ. De corporibus beatorum dicitur, quod septies magis lucebunt, quam Sol: quanuis non sit auctoritate, vel ratione probatum.

7. Concl. Claritas Solis etiam post resurrectionem cedet in vsum hominum: non propter necessitatem: sed ad maiorem perfectionem.

8. Concl. Licet corpora cœlestia maxime excedant corpus humanum: tamen multo plus excedit anima rationalis corpora cœlestia, quam ipsa excedant corpus humanum: vnde non est inconueniens, quod sint facta propter hominem.

Art. 4. Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis.

1. Concl. Omnia elementa claritate quadam vestientur, & ita innouabuntur.

Apoc. 21 1. *Vidi, autem coelum nouum, & terram nouam. Sed cœlum innouabitur maioris claritate. Ergo elementa.*

2. *Cœlum innouatur per claritatem. Ergo & cætera elementa, cum corpora inferiora sint in vsum hominis, sicuti superiora.*

3. *Partes elementorum quæ sunt in corpore humano glorificabuntur. At eadem debet esse dispositio partis, & totius. Ergo & ipsa elementa conuenit claritate dotari.*

4. *Sicuti est ordo Angelorum ad homines, sic corporum cœlestium ad corpora terrestria. Sed tunc homines (vt patet ex scriptura) assimilabuntur proprietates Angelorum, Ergo & corpora inferiora proprietatem cœlestium corporum. Sed hoc non est nisi per receptionem alicuius claritatis. Ergo.*

2. Concl. Non æqualiter omnia elementa claritate vestientur, sed secũdum modum suum; Terra, vt dicitur erit in superficie exteriori peruia, sicut vitrum: aqua sicut chrystallus: aer vt cœlum; ignis vt luminaria cœli.

† 3. Concl. Innouatio fit, vt homo per sensus manifesta indicia diuinitatis habeat: inter sensus autẽ visus est præstantior: vnde oportet meliorari hæc corpora, non per qualitates quæ ad tactum pertinent sed per qualitates visibiles.

4 Concl. Aër erit clarus sicut diaphanum illuminatum; cui nõ repugnat raritas: terra etiã virtute diuina in superficie gloria claritatis vestietur sine præiudicio densitatis ipsius.

5. Concl. Pars illa terræ, vbi est infernus, habebit loco claritatis gloriæ rationales spiritus hominum, & dæmonum; qui dignitate naturæ sunt qualibet corporali qualitate superiores.

6. Concl. Illa claritas non cauabit calorem, & corpora erunt inalterabilia.

7. Concl. Remanebit eadem harmonia, ordo vniuersi.

Quia omnes pates melioranbuntur.

Art. 5. Vtrum plantæ, & animalia remanebunt in illa innouatione.

1. Concl. Plantæ, & animalia post mundi innouationem non erunt.

1. Deberent ad esse omnia, cum non sit maior ratio vnius quam alterius quod non posset fieri sine eorum resurrectione. At cum forma eorum in nihilum cedat, non potest eadem numero resumi. Ergo.

lib. 2. de gener. *2. In his perpetuitas speciei non conseruatur, nisi ex continuatione motus cœli, ex Arist. At motus cœli cessabit. Ergo*

3. Hæc facta sunt ad animalem vitam hominis conseruandam: Ergo remoto fine, hæc remouebuntur.

1 Cor. 5. *4. Illa debent innouari, quorum innouatio potest conformari innouationi hominis, cum innouatio fiat propter hominem. Ergo cum homo innouetur, vt ad incorruptionem transeat & quiescat, eorum illa debent innouari, quæ ordinem ad incorruptionem habent, cuiusmodi sunt corpora cœlestia, & elementa, cum illa sint incorruptibilia secundum totum, hæc saltem secundum partem; ista vero omnia corrumpuntur secundum totum, & secundum partem, cum eorum forma non remaneant actu, sicuti forma hominis: quare cum nullo modo habeant ordinem ad incorruptionem, in illa innouatione non manebunt.*

† 2. Concl. Plantæ & animalia sunt tantum ad ornatũ elementorum in statu actionis, & passionis, qui status tunc non remanebit.

3. Concl. Etiamsi plantæ, & animalia ministrando homini, vt elementa, mererentur aliquid, nõ ideo essent innouanda.

Quia non sunt capacia innouationis, cum non habeant ordinem ad incorruptibilitatem.

4. Concl. Plantæ & animalia sunt de perfectione vniuersi secundum statum huius mutabilitatis; non autem secundum statum futuræ innouationis.

5. Concl. Licet plantæ, & animalia secundũ aliquid sint nobiliora elementis; tamen elemẽta sunt nobiliora, quantum ad ordinem incorruptionis.

6. Concl. Appetitus ad perpetuitatem, qui inest animalibus, & plantis est accipiendus secundum ordinem ad motum cœli; vt scilicet in esse permaneant, & permanere velint, quantum motus cœli durabit; effectus non quia appetit permanere vltra causam suam.

Quæstio 92. De visione divinæ essentiæ in comparatione ad beatos.

Art. 1. Vtrum intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam.

1. Concl. VT secundum hoc ponimus hominis finem in visione divinæ essentiæ ita Philosophi posuerunt in cognitione substantiarum à materia abstractarum.

2. Concl. Falsum est quod intellectus humanus non possit venire ad cognitionem substantiæ abstractæ, & divinæ essentiæ.

1. Cor. 13. 1. Ioan. 3. Ioan. 14. Exod. 33. Psal. 79. *1. Quia repugnant omni statui scripturæ, sicut Aug. vt patet ex multis scripturæ locis, in quibus hoc expressè dicitur.*

2. Sanctorum desiderium non potest frustrari. Sed sancti desiderant Deum videre, vt patet ex illo: Ostende mihi gloriam tuam: & ex illo: Ostende faciem tuam, & saluti erimus: & exalibi: Ostende nobis patrem & sufficit nobis: Ergo

lib. 18. mor. c. 37. Hom. 34. in Ezec. Epist 112. *2. Auctoritate sanctorum, vt Gregorij, Aug. & cæt.*

4. Homini est assignatus beatitudo secundum propriam operationem, quæ est intelligere, & tunc erit beatus, cum perfectè intelliget: perfectio autem intelligentis est ipsum intelligibile. Ergo si homo non pertenit ad videndam Dei essentiam, debet perfici ab aliquo alio, a quo beatificabitur, quod erit hominis principium. cum beatitudo in hoc sit sita, vt res ad principio vniatur, quod est, non solum contra fidem, sed etiam contra philosophos ponentes animas ab ipso Deo emanare.

3. Concl. Non est verum quod intellectus humanus per cognitionem aliarum quidditatum: quidditatem substantiæ abstractæ cognoscat.

1. Quia quidditas substantiæ materialis à qua sit abstractio non est eiusdem rationis cum quidditatibus substantiarum abstractarum. Ergo per illam non potest has cognoscere, & maxime deum.

2. Esto essent eiusdem rationis, tamen non potest propriè & perfectè per quidditatem materialem cognosci quidditas immaterialis, cum sit cognitio per effectum, & quasi per speciem.

4. Concl. Falsum est, quod quidditates substantiarum abstractarum cognoscatur per species ab illis intellectui indras.

Quia forma recepta, est in recipiente per modum recipientis: & sic nulla species potest esse eiusdem rationis cum substantia abstracta: & maxime cum diuina. Ergo per nullam speciem creatam potest Deus perfectè videri.

5. Concl. Cum ad intelligendum sit opus aliqua forma, qua res cognoscatur, ipsa essentia diuina est quæ continuatur intellectui vt forma rei ipsa sit, quæ intelligatur, & qua intelligimus: & quidquid sit de alijs substantijs separatis, per hunc modum videbitur Deus.

Quia quæcunque alia forma intellectus informaretur, non posset Deus videri.

6. Concl. Hoc non debet intelligi quasi essentia diuina & vera forma intellectus, ita vt exeat, & ex intellectu efficiatur vnum, sed secundum proportionem, quod scil. essentia se habeat ad intellectum, vt forma ad materiam.

Lib. 2. cant. dist. 1. *Quoniam cum sit subsistens & purus actus, non se nihil habeat, nisi quod est intelligibile, potest esse forma quæ intellectus intelligat. Ideo Magister ait, quod quia anima ad corpus est quodam exemplum beatæ essentiæ, qua spiritus vnitur Deo.*

7. Concl Illud, *Deum nemo vidit vnquam*, dicitur ad excludendam visionem corporalem. Accedam intellectualem eorum qui secundum capacem vnum: & ad excludendam comprehensionem ab intellectu creato.

8. Concl. Ex parte eius, quo videtur, eadem est visio Dei, & visio nostra: quia vt ipse videt se per essentiam suam, ita & nos per essentiam videbimus: at ex parte cognoscentis est ea diuersitas, quæ est inter intellectum diuinum, & intellectum nostrum.

9. Concl. Do Mystica. lib; c. 1. Dion loquatur de visione Dei, quæ habetur in hac vita per aliquam formam creatam. sic enim intellectus coniungitur ei, vt cognito.

10. Concl. Ideo Dio. dicit quod diuinæ tenebræ comperiuntur omni lumine, quia essentia diuina, quam tenebras vocat, propter claritatis excessum, manet indeterminata per impressionem intellectus nostri, ex quo sequitur quod abscondatur omnis cognitio.

11. Concl. Licet charitas Dei excedat omnem formam qua nunc informatur intellectus, non tamen excedit ipsam essentiam diuinam, quæ erit quasi forma nostri intellectus in patria.

12. Concl. Et si fiant ad infinitum nulla sit proportio, quia excessus infiniti supra finitum, non est determinatus: tamen potest esse proportionalitas quæ est similitudo proportionum.

13. Concl. Plus distat Deus ab intellectu nostro, quam intelligibile creatum, à tali, secundum conuenientiam in natura: at secundum proportionalitatem, econtrario.

Quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum immaterialia, sicut intellectus.

14. Concl. Diuina essentia erit quasi forma intellectus qua intelligitur: nec oportet quod efficiatur vnum secundum esse simpliciter,

sed

sed inquantum pertinet ad actum intelligendi.

15. Concl. Cognitio qua Deum per essentiam videbimus ex parte eius, quo videtur non erit in genere accidentis, sed quantum ad actum intelligentis, qui non erit eius substantia.

16. Concl. In separatis a materia idem est intelligens, & id quod intelligitur: quando scil. substantia separata intelligit seipsam, & etiam alias res secundum quod forma intellecta, fit forma intellectus, prout est intellectus in actu.

17. Concl. Auctoritates, quod intellectus noster non possit cognoscere de Deo quid sit, loquuntur de cognitione in hac vita.

18. Concl. Infinitum priuatiue est quidem ignotum: cùm sit dictum propter remotionem complementi: at infinitum negatiue acceptum per remotionem materiæ terminantis non est ignotum, sed ex se maximè cognoscibile, & huiusmodi est Deus.

19. Concl. Aug. loquitur de visione corporali, qua Deus nunquam videbitur.

20. Concl. Deus videbitur à sanctis secundum est respectu modi ipsius visi, *quoniam videbunt Deum habere illum modum quem habet* respectu autem modi cognoscentis, non videbitur sicuti est: *quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad videndum, quanta est efficacia essentiæ diuinæ ad hoc, vt intelligatur.*

21. Concl. Lumen gloriæ non est medium in quo, neq; medium quo, sed medium sub quo quo se coniungit intellectum ad hoc vt possit cõiungi substantiæ increatæ. & hoc modo non dicitur cognitio mediata.

22. Concl. Dicitur quod videbimus Deum facie ad faciem propter illam immediatam cognitionem non autem quod cognoscatur per similitudinem sicuti res creatæ cognoscuntur.

Art. 2. Vtrum sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis videbunt.

1. Concl. Oculo corporali aliquid cernitur dupliciter, vel per se vel per accidens: per se, vtiq; quod sensui passionem corporalem infert, quam, vel infert sensui, vt sensus est, vel in quantum est hic sensus: & quod hoc secundo modo passionem infert, dicitur sensibile proprium, vt color respectu visus: & quia sensus vtitur organo corporali; non potest in eo recipi aliquid nisi corporaliter, cum receptum sit in recipiente per eius modum. Vnde omnia sensibilia inferunt passionem sensui, vt sensus est, secundum quod habent magnitudinem, & cõsequentia, vt sunt mortus quies, &c. quæ dicuntur sensibilia communia per se tantum.

Per accidens illud sentitur, quod neutro modo infert passionem sensui: vt Socrates & filius Darij, & amicus, quæ cognoscuntur ab intellectu vniuersaliter, & ab æstimatiua particulariter. 2. Concl.

Huiusmodi tunc sensus exterior dicitur cognoscere, quamuis per accidens, & quando ex eo, quod per se sentitur, vis apprehensiua, cuius est illud cognitum per se cognoscere statim, & sine dubitatione, & discursu illud apprehendit: vt quod aliquis viuat, ex locutione. 3. Concl.

Deus nullo modo potest videri visu corporali, aut aliquo alio sentire sensu, sicut per se visibile, nec in patria. 4. Concl.

1. Ex auctoritate Ambrosij, Hieronymi, & Aug. qui hoc docent. In Luc. In Psal. Epist. 112.

2. Quoniam si à sensu remouentur id: quod est sensus, non est amplius sensus. similiter si à visu remouentur; quod est visus, non remanet visus: sed sensus. Sed vt talis percipit magnitudinem, & visus, vt visus colorem. Ergo impossibile est, vt videatur proprie, quod non sit quantum ad colorata. Ergo cum in patria sit futurum visus eiusdem rationis, non poterit videre Deum per se.

5. Concl. Beatus oculo corporeo videbit diuinam essentiam, vt visibile per accidens, dum tantum gloriam Dei inspiciet in corporibus, & maxime glorioſis, & speciatim Christi, & ex parte intellectus tam clare videbit Deum, quod in rebus corporalibus visis Deus percipietur, sicut in locutione alicuius præ pirtur eius vita & huiusmodi, quo Deus possit corporaliter videri, vt ait Aug. lib. 22 de Ciu. c. 29.

6. Concl. Illud tantum dicitur de oculo spirituali: & illud, *vt carnem ea videbo* probat; quod in carne existens videbit Deum, non autem quod oculi carnem. Lib. 2 de Gen. ad lit. c. 19.

7. Concl. Cum Aug. inquit, quod tunc oculi videbunt in corporalia, loquitur inquirendo non asserendo, vt ex eodem loco patet.

8. Concl. Oculus spiritualis cognoscit corporalia, quia non habet impedimentum cognitionis at oculus corporeus non potest cognoscere spiritualia, quia ei deficit vis cognitiua secundum quod patet de materia.

9. Concl. Etsi mens facta carnalis non cogiter, nisi quod accepit à sensibus: tamen ea cogitat immaterialiter, quod non accidit in visu carnali, vt aliquando hac spirituali.

10. Concl. Beatitudo hominis non consistit principaliter, nisi in actu animæ, in corpore autem tantum ex redundantia animæ, & in visione beati in sensibilibus creaturis.

11. Concl. Etsi Deus erit præsens sensibus, sicuti intel-

lectui, non ideo ſenſus cum percipiet, cum non ſit ſpiritual um perceptiuus.

Art. 3. Vtrum ſancti Deum videntes omnia videant, quæ Deus videt,

1. *Concl.* Deus videndo ſuam eſſentiam cognoſcit omnia, quæ ſunt, & erunt, & fuerunt, & hæc dicitur cognoſcere ſcientia viſionis: ad ſimilitudinem viſionis corporalis, quia hęc cognoſcit quaſi præſentia.

2. *Concl.* Cognoſcit etiam quæ poteſt facere, etiamſi nunquam facturus ſit, quia alias non cognoſceret perfecte ſuam potentiam, quæ non cognoſcitur perfecte, niſi cognoſcantur eius obiecta, & hæc vocatur ſcientia ſimplicis intelligentiæ.

3. *Concl.* Impoſſibile eſt, quod aliquis intellectus creatus cognoſcat omnia quæ Deus poteſt facere, videndo diuinam eſſentiam.

Quia quo aliquod principium perfectius cognoſcitur; tura in illo ſcientur. Ergo ſi aliquis intellectus videret in diuina eſſentia, omnia, quæ Deus poteſt facere, eadem eſſet quantitas perfectionis in intelligendo, quæ eſt diuina potentia in producendo & ita comprahenderet diuinam potentiam, quod eſt impoſſibile.

4. *Concl.* Anima Chriſti videt omnia in verbo, quæ Deus cognoſcit notitia viſionis.

5. *Concl.* Alij beati non cognoſcunt omnia in eſſentia diuina, vt anima Chriſti.

Cap. 6. Eccle. hier. Cap. 3.

1. *Angeli inferiores illuminantur à ſuperioribus, ex Dion. Ergo.*

2. *Solus Chriſtus non habet ſpiritum ad menſuram, vt Ioan. 3. ait, ſed Chriſto eo petit: quod omnia videat, modo ſ. ſi. dicto, vt idem ſcribit, Ergo.*

3. *Quo principium perfectius cognoſcitur; eo plures effectus cognoſcuntur per ipſum. Sed videntium Dei eſſentiam vnus perfectius videt alio. Ergo, Vnde falſum eſt quod omnes beati videant, quę Chriſtus videt, quod repugnat ſanctorum dictis.*

6. *Concl.* Vnuſquiſque videntium diuinam eſſentiam tanto plura in ea videt, quo clarius eam intuetur, & ſic vnus poteſt inſtruere alium vſque ad diem iudicij, in ijs, quæ pertinent ad ſcientiam, & præmium accidentale quia tunc non proficient vlterius.

7. *Concl.* In illo ſtatu poſſibile eſt quod omnes omnia cognoſcant: quæ Deus cognoſcit ſcientia viſionis.

8. *Concl.* Ex Iſidoro probatur tantum, quod aliqui Angeli videant in verbo omnia, quæ Deus videt ſcientia viſionis, non autem ſimplicis intelligentiæ.

9. *Concl.* Quod Greg. ait, eum videre omnia qui Deum videt, probat tantum ſufficientiam ad omnia intuenda ex parte diuinæ eſſentiæ. *Lib. 4. Dial. c. 33.*

10. *Concl.* Intellectus non videt eſſentiam diuinam ſecundum modum ipſius eſſentiæ, ſed ſecundum modum proprium, qui eſt finitus: ideo non videt omnia.

11. *Concl.* Intellectus non videt omnia in eſſentia, quia non omnia ei coniunguntur: ſicut viſus non videt lapidem, quando ſpecies ipſius oculo non coniungitur.

12. *Conc.* Etſi intellectus ſit in potentia ad omnia cognoſcenda: tamen quando cognoſcit Deum licet aliqua alia non cognoſcat, non propterea illa potentia dicitur fruſtra, quia eſt perfecta ſua vltima perfectione, quæ eſt videre Deum.

13. *Concl.* Diuina eſſentia eſt ſpeculum voluntarium, & ideo oſtendit tantum, quæ vult.

14. *Concl.* Sanctorum deſiderium, quod eſt omnia ſcire, completur in hoc, quod Deum videbunt.

15. *Concl.* Illa ignorantia, quæ eſt in beatis non eſt ignorantia illa; quæ eſt pœnalitas in hac vita, cum non dicat neſcientiam alicuius, quod ſcire debeat, quæ eſt pœna quædam. ſed dici poteſt ignorantia communiter accepta, vt dicit omnem neſcientiam.

16. *Concl.* Corpus noſtrum conformabitur corpori Chriſti ſecundum ſimilitudinem, non ſecundum, æqualitatem: idem dicendum eſt de anima quoad cognitionem.

17. *Concl.* Licet eſſentia ſit ratio omnium cognoſcibilium, non tamen coniungetur omnibus, vt eſt ratio omnium.

18. *Concl.* Eſſentia diuina non eſt forma proportionata intellectui noſtro poſſibili, ſicut intellectus agens: ideo, &c.

19. *Concl.* Eſt probabile, quod poſt diem iudicij omnes omnia videbunt in verbo, quæ Deus videt ſcientia viſionis, non autem vt anima Chriſti: ſed aliqui plura, aliqui pauciora ſecundum gradum ſuum.

Quæſtio 93. De ſanctorum beatitudine & eorum manſionibus.

Art. 1. Vtrum beatitudo ſanctorum ſit maior futura poſt iudicium quam ante.

1. *Concl.* POſt reſurrectionem beatitudo ſanctorum augebitur extenſiue.

1. Ex Gloſ. in illud Vidi ſubtus altare animas, &c.

2. Tunc miſeria damnatorum erit maior. Ergo

& beatorum gloriæ non solum gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis, Ergo.

2. Concl. Potest etiam dici, quod animæ beatitudo augebitur intensiue.

Quia tunc anima est perfectior, quando est in suo esse naturali: cum est in toto, id est, in homine consuncto ex anima & corpore, quam cum pars est separata, quia omnis pars imperfecta est, & perficitur per totum, quod se habet ad partem, sicuis forma ad materiam, & omne imperfectum appetit suam perfectionem, ob quem appetitum retardatur motus intentionis: sed quanto quis perfectior est in esse, tanto perfectius potest operari. Ergo operatio animæ erit perfectior in corpore. & sic beatitudo, quæ in operatione consistit, augebitur etiam intensiue: quia non poterit, vt nunc impediri à corpore, quia remouebitur, quidquid potest operationi resistere. Ergo.

† 3. Concl. Anima non est magis similis Deo cum est separata, sed quando est coniuncta corpori glorioso: quia habebit esse perfectius, & consequenter Deo similius.

4. Concl. Licet absolute loquendo, virtus separata à materia sit potentior: tamen illa quæ ex natura sua habet, quod sit in materia magis potens est in materia, quam extra.

5. Concl. Etsi anima in actu intelligendi, corpore nõ vtatur, tamen perfectio corporis quodammodo ad perfectionem operis intellectualis cooperatur, in quantum ex coniunctione corporis glorioſi, anima erit in sua natura perfectior, & per consequens in operatione efficacior.

6. Concl. Et quamuis finitum additum infinito non faciat maius, facit tamen plus, quia sunt duo: quare anima gaudens ob bonum infinitum, gaudebit etiam plus ob gloriam corporis extensiue: & etiam intensiue, vt dictum est: quia ex Arist. quo operatio est perfectior, eo gaudium est maius.

Art. 2. Vtrum beatitudinis gradus mansiones dici debeant.

1. Concl. Aug. tract. 97. in Ioan. Apoc 21. Arist. lib. 8. Phys. tex. 55. & 56. Beatitudinis gradus mansiones dici debent.

1. Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt.

2. Quia in qualibet ciuitate est ordinata mansionum distinctio. Ergo & in cælesti patria, quæ ciuitati comparatur.

3. Cum motus localis sit prior aliis motibus, ab eo nomen motus, distantiæ, &c. ad alios motus derivantur, & cum in quolibet motu ipsa quies in fine, dicatur collocatio, vel mansio, idcirco cum nomen motus derivantur, etiam vsque ad actum appetitus, & voluntatis, ipsa affectatio finis appetitui motus, dicitur mansio. & diuersi modi consequendi finem vltimum, diuersæ mansiones dicuntur: ita vt vnitas domus respondeat vnitati beatitudinis ex parte obiecti, & pluralitas mansionum differentiæ, quæ in beatitudine inuenitur ex parte beatorum. Sicut omnia lenia tendunt sursum, sed vnum quodque pro sua lenitate diuersas mansiones obtinet.

† 2. Concl. Mansio importat rationem præmij, prout importat rationem finis.

3. Concl. Licet locus sit spiritualis, sunt tamen diuersi gradus approximandi ad locum illum: vnde diuersæ mansiones.

4. Concl. In limbo, vel in purgatorio non sunt diuersæ mansiones.

Quia qui ibi sunt, non sunt consecuti finem.

Art. 3. Vtrum diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus caritatis.

1. Concl. Principium distinctuum mansionum, siue graduum beatitudinis est duplex: alterum propinquum, scilicet diuersa dispositio, quæ erit in beatis, ex qua contingit diuersitas perfectionis apud eos in operatione beatitudinis: alterum remotum, scilicet meritum, quo consecuti sunt beatitudinem.

2. Concl. Diuersæ mansiones distinguuntur secundum gradus caritatis.

1. Quo quis est Deo coniunctior, tanto est beatior. Sed maior coniunctio est ex maiori caritate. Ergo.

2. Habere beatitudinem, sequitur ad habere caritatem, Ergo & habere maiorem beatitudinem, sequetur ad maiorem caritatem.

3. Concl. Propinquæ mansiones distinguuntur secundum caritatem patriæ: quæ quanto in aliquo est perfectior, tanto reddit capaciorem diuinæ claritatis: secundum cuius participationem augebitur perfectio visionis.

4. Concl. Remotæ distinguuntur, secundum caritatem vitæ.

Quia actus noster non habet quod meritorius ex substantia actus, sed ex habitu virtutis quo informatur. Ad vis merendi in virtutibus est ex caritate, quæ habet ipsum finem pro obiecto: vnde tota diuersitas in merendo reuertitur ad diuersitatem caritatis: & sic caritas via distinguet mansiones per modum.

† 5. Concl. Cum dicitur, reddet vnicuiq; secundum propriam virtutem, non sumitur virtus pro capacitate naturali tantum, sed pro materiali dispositione ad mensuram gratiæ, & gloriæ su-

cipiendæ: at caritas formaliter complet gloriam ad meritum.

6. Concl. Deus retribuet vnicuique secundum opera tua, sed caritate informata.

Isai. 61.

7. Concl. Licet habitus caritatis non sit meritum, cui debeatur præmium: est tamen principium merendi.

Quia tota ratio merendi est in actu caritatis.

Quæstio 94. De modo quo sancti se habebunt erga damnatos.

Artic. 1. Vtrum beati qui erunt in patria videbunt pœnas damnatorum.

1. Concl. DAtur beatis, vt pœnas damnatorum perfecte videant.

Isai. vlt. *1. Ex Gloss. in illud, egredientur, & videbunt cadauera, &c.*

2. Beatis nihil debet subtrahi quod ad perfectionem beatitudinis spectet. at visio damnatorum ad eorum beatitudinem spectat, vt magis cõplacent, & Deo vberiores gratias agant: quia vnum contrarium ex comparatione alterius perfectius cognoscitur, Ergo.

2. Concl. Isai. 63. Gloss. in illud, *Abrahã nescivit*, loquitur de mortuis secundum possibilitatem naturæ: at sancti qui sunt in patria clare omnia cognoscunt, quæ apud viatorem, & apud damnatos fiunt.

3. Concl. arist. l. 10. Eth. c. 4. Quamuis pulchritudo visibilis faciat ad perfectionem visionis: tamen turpitudo visibilis potest esse sine imperfectione cognitionis.

Quia species, quæ sunt in anima, per quas contraria cognoscit, non sunt contraria.

Art. 2. Vtrum beati compatiantur miseriis damnatorum.

1. Concl. Misericordia vel compassio est in aliquo, vel per modum passionis, vel per modum electionis.

2. Concl. In beatis non erit misericordia, nisi secundum electionem rationis.

Quia in eis non est passio in parte inferiori, nisi consequens electionem rationis.

3. Concl. Misericordia nascitur ex electione, prout aliquis vult malum alterius repelli: vnde non habemus compassionem, cum ex ratione nolumus malum repelli.

4. Concl. Beatorum compassio ad peccatores dum sunt in hac vita, locum habet, prout eis compati dicuntur eorum salutem volendo: sicuti compatiuntur eis homines boni existentes in hac vita.

Quia peccatores in hoc statu possunt ad beatitudinem transferri sine praemacio iustitiæ diuinæ.

5 Concl. Beati qui erunt in gloria nullam compassionem ad damnatos habebunt.

1. Qui alteri compatitur sit quodammodo eius miseriæ particeps. Sed beati non possunt esse participes miseriæ, Ergo

2. Quia damnati non possunt transferri à sua miseria. Ergo ad eos non est compassio secundum electionem rectam.

† 6. Concl. Licet compassio sit ex caritate, non tamen erit in beatis erga damnatos.

Quia diuinæ iustitiæ repugnat.

7. Concl. Et quamuis Deus dicatur misereri: tamen non dicitur misereri damnatorum, nisi fortasse puniendo citra condignum.

Art. 3. Vtrum beati lætentur de pœnis impiorum.

1. Concl. Aliquid potest esse materia gaudij, vel per se prout quis gaudet de aliquo, vt tale est; vel per accidens ratione alicuius adiuncti.

2 Concl. Beati non gaudebunt de pœnis damnatorum primo modo consideratis.

3. Concl. Beati lætabuntur de pœnis impiorum secundo modo, considerando in eis diuinæ iustitiæ rectitudinem, & suam liberationem.

Cap. 61. *Lætabitur iustus, ait Dauid, cum viderit vindictam: & Isa. Erunt visque ad satietatem visionis omni carni, quæ satietas refectionem mentis designat.*

4. Concl. Beati per se lætabuntur de diuina iustitia, & sua liberatione.

† 5. Concl. Lætari de malo alterius, inquantum huiusmodi pertinet quidem ad odium: sed beati non sic lætantur.

6. Concl. Deus etiam non lætatur de pœnis per se: lætatur tamen, vt sunt per suam iustitiam ordinatæ.

7. Concl. Etiam viatores possunt lætari de pœnis, non per se, sed vt habent aliquid boni annexum.

Quæstio 95. De dotibus beatorum.

Art. 1. Vtrum sint ponendæ aliquæ dotes in hominibus beatis.

1. Concl. ABsque dubio beatis, quando in gloriam transferuntur, aliqua dona diuinitus dantur ad eorum ornatum; qui ornatus dotes nominantur.

Ephes 5. *1 Matrimonium spirituale significatur per carnale ex Paulo. Sed in hoc dantur dotes: Ergo & in illo.*

2. Ornamenta sponsorum ad dotes pertinent. Sed sancti transducuntur ornati in gloriam, vt dicitur Isa. 61. Ergo.

3. *Dotes in matrimonio corporali assignantur ad solatium. At spirituale matrimonium est delectabilius corporali. Ergo.*

1. Concl. Dos sic describitur. *Est perpetuus animæ & corporis ornatus vitæ sufficiens, in æternæ beatitudine ingiter permanens.*

2. Concl. Hæc descriptio sumitur per similitudinem ad dotem corporalem, per quam sponsa ornatur, & prouidetur viro, vnde possit sufficienter sponsum, & liberos nutrire: & tamen inamissibiliter dos sponsæ conseruatur, vt ad eam separato matrimonio reuertatur.

4. Concl. Non est verum, quod hoc nomen non sumatur ex aliqua similitudine ad matrimonium & quod sumatur pro quocunque ornatu.

Quia cum nomen est impositum ad aliquid primo significandum, non transfertur ad alia, nisi ob similitudinem. Ergo cum hoc nomen primo ad carnale matrimonium pertineat, translatum est ad hæc dona significanda ob aliquam similitudinem.

5. Concl Non attenditur ista similitudo ex eo quod dos significet donum à sponso datum sponsæ; cum eam in domum introducit: ita vt ornatus, qui datur sanctis à Christo cum cœlum ingrediuntur, dos dicatur: *quia (vt dicunt Iurista) dos proprie est quadam datio ex parte mulieris facta his, quibus ex parte viri pro honore matrimonij.* Quomodo autem hoc aptetur his donis patebit ex responsionibus ad argumenta.

†6. Concl. Quamuis dos in carnali matrimonio assignetur sponso ad vtum: tamen proprietas & dominium est apud sponsam. sic in matrimonio spirituali ipsi ornatus, qui sponsæ dantur, scilicet Ecclesiæ in membris suis, sunt quidem sponsi, in quantum ad eius gloriam & honorem cedunt. sed sponsæ inquantum per eos ornatur.

7. Concl. Huiusmodi dotes in spirituali matrimonio, proprie loquendo, magis dantur à patre sponsæ, qui est tota Trinitas, quam à patre, sponsi, qui est sola persona patris: vel potest dici quod idem sit pater sponsi, & sponsæ. *Quia persona patris respectu creaturarum paternitas appropriatur.*

8. Concl. Dotes non dantur solum ad onera sustinenda, sed etiam ad matrimonij solatium, & iucunditatem, quæ in matrimonio spirituali maxima sunt.

9. Concl. Dotes non assignantur, quando fit desponsatio, sed quando sponsa in domum sponsi traducitur: & ideo non dicitur in sanctis esse dotes quandiu sunt in hac vita, sed cum traducuntur in patriam.

10. Concl. In spirituali matrimonio requiritur de cor interior, vnde dicitur: *Omnis gloria eius ab intus*: at in carnali requiritur de cor exterior, & ideo dotes in spirituali matrimonio non debent esse bona fortunæ, vt in carnali.

Art. 2. Vtrum dos sit idem, quod beatitudo.

Dos & beatitudo realiter differunt. 1. Concl.

1. *Quia dos datur sine meritis. at beatitudo pro meritis, Ergo.*

2. *At beatitudo est vna, At dotes sunt plures Ergo.*

3. *Dos etiam in corpore ponitur. At beatitudo est in anima secundum id, quod est potissimum in ea, Ergo.*

4. *Beatitudo dicitur ipsa operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur: dotes autem dicuntur habitus, aut dispositiones, vel quæcunque aliæ qualitates, quæ ad prædictam operationem ordinantur. Ergo vnde falsa est opinio eorum, qui dicunt sola ratione differre.*

Beatitudo proprie loquendo non est ipse ornatus animæ, sed aliquid ex eo proueniens, scilicet operatio quædam. †2. Concl.

Dotes sunt dona disponentia ad coniunctionem, at beatitudo est ipsa coniunctio. 3. Concl.

Visio est dos, non prout accipitur actualiter pro actu visionis, quia sic est beatitudo, sed vt accipitur habitualiter, id est, pro ipso habitu, à quo talis operatio elicitur: hoc est pro gloriæ claritate. 4. Concl.

Colligit omnia bona, ac etiam dotes, non quasi partes essentiæ beatitudinis, sed quasi ad beatitudinem aliquo modo ordinatas. 5. Concl.

Art. 3. Vtrum competat Christo habere dotes.

Quidam in Christo ponunt tres vniones: vnam, qua vnitur Deo per amorem: aliam, qua natura humana vnitur cum diuina: tertiam, qua vnitur cum Ecclesia, & quantum ad duas primas vniones dicunt Christo conuenire dotes sub ratione dotis: quantum ad tertiam conuenire quidem excellentissime, sed non sub ratione dotis. 1. Concl.

Ratione primæ coniunctionis, Christo non conuenit dos. 2. Concl.

Quia secundum illam non attenditur aliquod matrimonium, cum non sit ibi aliqua subiectio.

Nec ratione secundæ vnionis Christo conuenit ratio dotis. 3. Concl.

1. *Quia in matrimonio (vt ibi est ratio dotis) requiritur conformitas inter sponsum & sponsam, & distinctio personarum, & demum dos datur*

quando sponsa traducitur in domum sponsi, quæ hoc non reperiuntur.

2. Non est eiusdem dare dotes & recipere; At Christus est qui dat dotes spirituales, Ergo.

Concl. Vnde secundum alios vel Christo omnino non conueniunt dotes, vel non ita proprie.

Concl. Ea tamen quæ dotes dicuntur, excellentissime ei conueniunt.

Concl. Conformatio, qua sancti conformantur Christo, est intelligenda secundum id, quod est dos, & non secundum rationem dotis.

. Concl. Natura humana non proprie dicitur sponsa in illa coniunctione, qua coniungitur verbo. cum ibi non seruetur distinctio personarum.

Concl. Christus aliquando dicitur sponsa in quantum sibi assumpsit personam sponsæ suæ, id est, Ecclesiæ. & sic potest dici ipsum habere dotes, inquantum Ecclesia dotes habet.

. Concl. Licet, si Ecclesia accipiatur, vt nominat caput & membra coniuncta, Christus dicatur membrum Ecclesiæ, si non multum proprie: tamen quia nullo modo potest dici membrum sponsæ, ideo ratio dotis ei non conuenit.

o. Concl. In Christo, fruitio & delectatio, non habet rationem dotis.

Art. 4. Vtrum Angeli habeant dotes.

.Concl. Ea, quæ ad dotes pertinent, Angelis conueniunt, sicut & hominibus.

.. Concl. Sed secundum rationem dotis non ita proprie conueniunt Angelis, ac hominibus.

1. Dotes tantum debentur sponsa. Sed Angeli sunt sodales sponsæ, ex Orig. Ergo.

2. Angeli pertinent ad Ecclesiam, secundum quod dicitur sponsa, Ergo.

3. Non ita proprie conuenit Angelis ratio sponsæ sicuti hominibus, cum inter sponsum & sponsam debeat esse naturæ conformitas, vt scilicet sint eiusdem speciei, quod competit hominibus propter naturam humanam assumptam à Verbo, non autem Angelis, ideo eis non conueniunt dotes secundum rationem dotis.

3. Concl. Sed cum in his, quæ dicuntur secundum metaphoram non requiratur omnimoda similitudo: ex rationibus allatis non concluditur simpliciter Angelis non conuenire dotes, sed quod non ita proprie, vt hominibus.

† 4. Concl Angeli pertinent quidem ad vnitatem Ecclesiæ, sed tamen non sunt membra Ecclesiæ, prout Ecclesia sponsa dicitur.

5. Concl. Dotes si large accipiantur, nihil prohibet reponi in Angelis.

6 Concl. Licet Angeli sint Deo coniuncti: non tamen dicuntur desponsati, cum in specie naturæ nõ conueniant:

Conueniens, quæ est inter Deum, & Angelos, magis sufficit ad rationem capitis, quam ad rationem sponsi 7. Concl.

Art. 5. Vtrum conuenienter ponantur tres animæ dotes

Ab omnibus communiter tres ponuntur animæ dotes visio, dilectio, & fruitio; vel vt alij, comprehensio. 1. Concl.

Earum numerus sic assignantur: Dos est aliquid animæ inhærens per quod ad operationẽ ordinatur, in qua consistit beatitudo: ad quam duo requiruntur, scil. substantia operationis, quæ est visio, & eius perfectio, quæ est delectatio. Est autem aliquid delectabile, vel ex parte obiecti, vel ex parte visionis, & cum beatitudo debeat esse perfecta, & consequenter etiam eius delectatio, debeat vtroque modo esse delectabilis vt sit delectabilis ex parte visionis, debet esse facta connaturalis videnti per aliquem habitum, ex parte visibilis, requiritur quod sit conueniens, & coniunctum. Ex parte habitus: qui elicit visionem est vna dos, quæ ab omnibus dicitur visio: ex parte visibilis duæ, scil. ob conuenientiam, quæ est per affectum, ponitur dilectio, & à quibusdam fruitio, prout fruitio ad affectum pertinet: & ob coniunctionem, ponitur comprehensio, quæ nihil aliud est, quem Deum præsentem habere. vel secundum alios fruitio, prout est iam rei, vt est in patria. 2. Concl.

Tres dotes respondent tribus virtutibus theologicis scil. visio videi: spei comprehentio, vel fruitio: caritati delectatio, 3. Concl.

Quidam attribuunt has dotes viribus animæ visionem, virationali, delectationem concupiscibili, fruitionem irascibili. Sed hoc improprie dicitur, cum irascibilis & concupiscibilis non sint in parte intellectiua, vbi ponuntur dotes. 4. Concl.

Memoria, & intelligentia non habent nisi vnicam operationem, & ideo eis non respondet nisi vnica dos, scil. visio. † 5. Concl.

Fruitio non caritati, sed spei respondet, in quantum includit eam comprehensionem. 6. Concl.

Nam spes in patria non remanebit, sed ei succedet comprehensio.

Fruitio prout includit comprehensionem, distinguitur a visione, & dilectione. 7 Concl.

Quia licet non importet aliam habitum ab illis duobus, tamen importat remotionem impedimentorum, quibus impediebatur mens, ne posset Deo præsentialiter coniungi.

Quæ Anscl. enumerat non sunt dotes, qui non sunt principia immediata illius operatio- 8. Concl.

nis, ita

nis, in qua perfecta beatitudo consistit: sed sunt, vel concomitantia, vel sequentia beatitudinem.

9. Concl. Laus non est dispositio beatitudinem, sed potius sequitur beatitudinem, ideo non est dos.

10. Concl. Illa, quæ enumerat Boet, sunt potius conditiones beatitudinis, quam dispositiones: unde non sunt dotes.

Quæstio 96. De aureolis.

Art. 1. Vtrum aureola sit aliud à præmia essentiali, quod aurea dicitur.

1. Concl. PRæmium essentiali hominis, quod eius beatitudo consistit in perfecta coniunctione animæ ad Deum, prout eo perfecte fruitur, vt viso, & amato perfecte.

2. Concl. Hoc præmium metaphorice: corona, vel aurea dicitur: tum ex parte meriti, quod cum quadam pugna agitur: tum ex parte præmij, per quod homo fit quodammodo diuinitatis particeps, & per consequens regæ potestatis, cuius signum est corona, quæ etiam præmio accidentali essentiali superadditio, accommodatur: & propter figuram perfectionem quandam designat.

3. Concl. Et quia quod additur essentiali est eo minus: ideo præmium superadditum aureola nominatur.

4. Concl. Præmio essentialia additur aliquid, vel ex conditione naturæ eius, qui præmiatur, vt beatitudini animæ beatitudo corporis, quæ interdum aureola nominatur, vel ratione operis meritorij, quod habet ex duobus, ex quibus habet etiam bonitatis rationem, scil. ex radice caritatis, qua refertur in finem, & sic ei debetur præmium essentiale, scil. peruentio ad finem: quæ est aurea: & ex obiecto genere actus, qui laudabilitatem quandam habet ex circumstantijs debitis, ex habitu eliciente, & proximo fine: & sic debetur ei quoddam præmium accidentale, quod aureola dicitur. & hoc modo hic de aureola est sermo.

5. Concl. Aureola dicit aliquid aureæ superadditum, id est, quoddã gaudium de operibus à se factis, quæ habent rationem victoriæ excellentis. quod est aliud gaudium ab eo, quod de coniunctione ad Deum quis gaudet. quod gaudium dicitur aurea.

1. *Ex Glos. in illud, facies & alteram coronam &c.*

2. *Vbi est specialis ratio certaminis, ibi debet esse specialis corona spiritualis, quæ victoriæ debetur, & hæc aureola dicitur, Ergo.*

3. *In Ecclesia militante bonitatibus specialibus operæ, redduntur specialia præmia, vt victoribus corona, currentibus brauium. Ergo similiter in Ecclesia triumphante, cum illa ab hac descendant.*

6. Concl. Quidam dicunt præmium commune, quod aurea dicitur accipere non ea aureolæ prout virginibus, vel martyribus. vel doctoribus redditur, quatenus respondet meritis excellentioribus. Sed hoc est contra Glos. quæ ait, aureolam, aureæ superponi: & cum merito respondeat præmium excellentiæ meriti, quæ est ex modo agendi, debet respondere excellentia in præmio, quæ aureola dicitur, ergo distinguuntur.

7. Concl. Et si beatitudo includat omnia bona, quæ ad beatitudinem perfectam sunt necessaria: tamen potest aliquid addi, non tanquam necessarium, sed ad bene esse, & ad quandam decentiam ipsius; & vt clarior beatitudo fiat

8 Concl. Non dicitur aureola ipsum essentiale præmium magis intensum, sed id, quod præmio essentiali superadditur indifferenter, siue sit maius præmium essentiale habentis aureolam siue minus.

9. Concl. Caritas est quidem principium totius meriti, & ideo ei respondet aurea: tamen actus noster est quasi instrumentum, quo meremur: & ita merito ex parte operationis respondet aliquod accidentale præmium, id est aureola.

10. Concl. Non est simile de Angelis, qui omnes eodem genere actus suam beatitudinem meruerunt, & de hominibus, qui diuersis generibus actuum beatitudinem merentur.

11. Concl. Aureola non est præmium essentiale: ideo non est perfectior, quam aurea.

Art. 2. Vtrum aureola differat à fructu.

1. Concl. Cum fructus de rebus quæ ex terra nascuntur proprie dicatur, secundum diuersas conditiones, quæ in fructibus corporalibus inuenuntur, diuersimode fructus spiritualiter dicitur: quæ conditiones sunt, quod sit dulcis vnde habet quod reficiat, quod sit vltimus & quod ex agricultura, & ex seminibus expectetur.

2. Concl. Fructus spiritualis, prout reficit, qui si vltimus finis, est perfecta fruitio Dei in patria, & imperfecta in via: at pro eo quod tantum reficit, licet non sit vltimus, sunt virtutes: quo modo aliquando accepit Paulus: vt autem fructus dicitur, quod ex labore percipitur, et omne præmium quod habebitur ex laboribus in alia vita, quomodo aliquãdo accepit Paulus

at vero hoc loco sumitur fructus, prout oritur ex seminibus, de quo fructu Dominus apud Matth. loquitur.

1. Concl. Cap. 13. Semen ex cuius humore & vi seminativa hic fructus spiritualis nascitur, est verbũ Dei: vnde quo magis aliquis in spiritualitatem conuertitur a carne recedens, tanto est in eo maior fructus: sicuti quo virtus seminis terreni est efficacior, & terra paratior, eo fructus est vberior.

4. Concl. Fructus verbi Dei differt ab aurea.

Quia hæc consistit in gaudio, quod habetur de Deo. At fructus non ita. Ergo.

. Concl. Fructus differt ab aureola.

1 *Quia fructus, & aureola varia ratione distinguuntur. Ergo.*

2. *Alicui debetur aureola, & non debetur fructus, & contra. Ergo non sunt idem.*

3. *Aureola consistit in gaudio, quod habetur de operum perfectione; fructus vero in gaudio quod habetur ex ipsa dispositione operantis secundum gradum spiritualitatis, in quem profecit ex semine verbi Dei. Ergo.*

. Concl. Quidam sic distinguunt, quod aureola debetur pugnanti, fructus vero laboranti: alij sic, quod aurea sit præmium essentiale, aureola accidentale, vt respicit animã, fructus vero vt respicit corpus. Sed cum labor, & pugna sint in eodem secundum idem, & præmium corporis pendeat ex præmio animæ, non differrent nisi ratione tantum: quod non est verum, cum vni assignetur vnũ, & non aliud.

† 7. Concl. Licet fructus, & aureola eidem merito debeantur, puta merito virginitatis: non ideo sequitur quod non differant: quia non est inconueniens quod vni secundum diuersa, quæ in eo sunt, diuersa respondeant.

8 Concl. Cum Aug. dicit, martyri, & virginibus deberi fructum centesimum, accipit fructum communiter, prout dicit quamlibet remunerationem.

9. Concl. Non omne præmium accidentale est aureola; sed illud tantum, quod est de operibus perfectionis: quare non est inconueniens, vt abstractioni a carnali vita, respondeat aliquod præmium accidentale, quod dicitur fructus.

Art. 3. Vtrum fructus debeatur soli virtuti continentiæ.

1. Concl. Matt. 25. Continentiæ magis respondet fructus, quam alij virtuti.

1 *Ex Gloss. qua assignat fructus virginitati, viduitati, & continentiæ coniugali, qua sunt partes continentiæ.*

2. *Fructus est quoddam præmium, quod debetur homini ex hoc, quod a carnali vita in spiritualem transit. Ergo respondet illi virtuti, qua hominem præcipue a subiectione carnis liberat: & hæc est continentia: quia per delectationes venereas maxime anima carni subijcitur. Ergo.* 2. Cor. 15.

† 2. Concl. Gl. in illud, *alia claritas Solis*, &c. accipit fructum large, prout dicit omnem remunerationem.

3. Concl. Fructus secundum illam similitudinem, qua nunc de fructu loquimur, non dicitur a fruitione.

4. Concl. Fructus non aptantur fortitudini.

Quia per passiones fortitudinis homo non subditur carni, sicuti per passiones circa quas est continentia.

5. Concl. Delectationes, quæ sunt in cibis, non sunt ita vehementes, vt illæ, quæ sunt in venereis; vnde per eas anima non ita subditur carni.

6. Concl. Fructus hic non sumitur secundum, quod frui dicitur, is qui reficitur in fine.

Artic. 4. Vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus.

1. Concl. Conuenienter assignantur tres fructus tribus continentiæ partibus

Quia per continentiam cui respondent fructus, homo a carnalitate in quandam spiritualitatem adducitur: ideo secundum modos spiritualitatis quam continentia facit, diuersa distinguentur fructus. Spiritualitas ergo in quam homo per continentiam inducitur, vel est necessaria ad hoc vt rectitudo spiritus ex delectatione carnis non pertrahatur, quod fit, cũ rectitudo aliquis rebus carnis vtitur; & hæc est spiritualitas coniugatorum: vel est superabundans, per quam homo ab his delectationibus carnis omnino se abstrahit: & hoc, vel respectu cuiuscunq; temporis præteriti, præsentis, & futuri, & hæc est spiritualitas virginum: vel secundum aliquod tempus, & hæc est spiritualitas viduarum. Seruantibus continentiam coniugalẽ datur fructus trigesimus, viduali sexagesimus, virginalem centesimus. Potest etiam reddi ratio huius assignationis ex ipsa horum trium numerorum perfectione.

† 2. Concl. Fructus de quibus Gal. 5. fit mentio, non accipiuntur prout de fructibus hic loquimur.

3. Concl. Fructus non omnib. saluandis conueniũt, vel patet de his, quos in fine pœnitet, & incontinenter vixerunt: nec etiam esset inconueniens, vt aliquod accidentale præmium omnibus conueniret.

4. Concl. Non sicut excedit viduitas continentiam coniugalem, ita virginalis vidualem.

Quia coniugatus abstinet tantum a non sua: viduus

dua vero à suo, & à non suo, & sic inuenitur ibi quadam ratio dupli; sicut sexagenarius est duplex ad tricenarium: virginitati autem assignatur centenarius, qui addit supra sexagenarium, quadragenarium, qui cum consurgat ex ductu quaternarij in denarium, & quaternitas sit primus numerus solidus, significat perpetuam incorruptionem supra perfectionem vidualem.

Art. 5. Vtrum aureola debeatur virginitati.

1. Concl. Exod. 29. Isa. 56. Gal. 5. Virginitati debetur aureola.

1. Ex Gl. in illud, Faciet & alteram coronam, &c. & in illud, Hæc dicit dominus eunuchis, &c.

2. Vbi est præcellens ratio victoriæ, ibi debetur specialis aliqua corona. Sed per virginitatem quis fit singularem quandam victoriam obtinet. De carne ergo virginitatis debetur specialis aliqua corona, & hæc aureola dicitur.

2. Concl. Aureola non debetur illis, qui actu tantum virginitatem seruant: alias enim qui haberet voluntatem nubendi, & antequam nuberet, è vita discederet, haberet aureolam, quod est inconueniens.

3. Concl. Nec etiam solum debetur illis virginibus, quæ in statu virginitatis seruandæ per votum se posuerunt.

Quia aliquis ex pari voluntate potest seruare virginitatem, non voens.

4. Concl. Illis tantum virginibus proprie aureola debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuo seruandi: siue hoc propositum voto firmauerint, siue non.

Quia omne meritum debetur actui virtutis à caritate imperato: virginitas autem secundum hoc ad genus virtutis pertinet, secundum quod perpetua incorruptio mentis & corporis sub electione cadit. Ergo.

5. Concl. Et quamuis propositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dummodo inueniatur in fine vitæ, nõ impeditur hoc præmium.

Quia virginitas mentis reparari potest: non ita virginitas carnis.

6. Concl. Si aureola large sumatur pro quouis gaudio, quod haberi potest supra gaudiũ essentiale, etiam ei qui incorrupte vixit, sine proposito sic viuendi aureola respondebit.

Quia de hac corporis incorruptione gaudebit.

7. Concl. Quidquid sit de quantitate pugnæ, hoc certum est, quod perfectior est victoria virginum, quam viduarum.

Corona autem debetur victoriæ, de pugna, & non ipsi pugnæ.

8. Concl. B. Virgo proprie habet aureolam, vt in hoc membris Ecclesiæ conformetur, in quibus virginitas reperitur.

Quia licet non habuerit pugnam per tentationem carnis, habuit tamen per tentationem hostis, qui nec Christum veneritus fuit.

9. Concl. Etsi tempore legis Moysis, quando cultus Dei erat per carnalem actum propagandus, virginitas non esset admodum laudabilis: tamen speciale decorum habet in lege gratiæ, & ideo ei speciale præmium redditur.

10 Concl. Virgo per violentiam oppressa, nec virginitatem, nec aureolam amittit, dummodo propositum virginitatis perpetuo seruandæ inuiolabiliter seruet, & actui non consentiat: & licet ex hoc concipiat, meritum tamen virginitatis non amittit.

11. Concl. Virginitas innascitur quantũ ad materiale: at propositum perpetuæ incorruptionis seruandæ, à quo virginitas meritum habet, non est innatum.

12 Concl. Cuilibet viduæ debetur fructus sexagenarius, quæ propositum seruandæ viduitatis retinet, etiam si non vouerit.

13. Concl. Frigidi, & eunuchi si voluntatem habeant seruandi perpetuam incorruptionem, etiam si facultas adesset coeundi, virgines sunt dicendi, & aureolam merentur: faciunt enim de necessitate virtutem.

Art. 6. Vtrum martyribus aureola debeatur.

Martyrio aureola debetur sicuti & virginitati.

1. Concl. Is de sanct. virg. c. 46. *1. Nemo, ait Aug. ausus fuit præferre virginitatem martyrio. At virginitati debetur aureola. Ergo & martyrio.*

2. In martyrio est specialis difficultas pugnæ contra passiones exteriùs illatas, sicut in virginitate contra concupiscentias interiores. Ergo erit ibi perfectissima victoria, quæ pendet ex ductibus: primum ex magnitudine passionis, scil. mortis; deinde ex causa iustissima, quia moritur pro Christo, martyrem enim non facit pœna sed causa.

†2. Concl. Etsi mori pro confessione fidei quandoq; sit necessitatis; non ideo aufertur aureola.

Quia martyrio debetur, vt habeat quandam perfectionem, quam semper obtinet.

3. Concl. Martyrio nihil debetur pro vt ab exteriori infligitur, sed prout voluntarie sustinetur.

4. Concl. Aureola est præmium difficultatis, quæ est in actu martyrij: & ideo tantum debetur illis qui non solum habent voluntatem martyrij, sed etiam actu martyrium complent.

5. Concl. Propter dolores interiores nemo dicitur martyr, nisi secundum quandam similitudi-

Art. 9. Vtrum Angelis aureola debeatur

1 Concl. Angelis non debetur aureola.

2. Tim. 2. 1. *In Angelis non est pugna. At non coronabitur nisi qui legitime certaverit, Ergo.*

2. Aureola tantum debetur actui, quia per eum exercetur, nec enim datur animalibus martyrium, si exterius non adsit actus. At angeli carent corpore. Ergo.

2. Aureola respondet cuilibet perfectioni in merito: ea vero quæ ad perfectionem meriti pertinent, angelis sunt connaturalia, vel spectant ad communem eorum statum, aut etiam ad præmium essentiale, & ideo ratione eorum quæ hominibus aureola debetur, angeli non habent aureolam.

† 2. Concl. Virginitas dicitur esse in vita angelica inquantum virgines per gratiam imitantur quod in Angelis est per naturam: in quibus non est virtutis quod abstineat a delectabilibus carnis, eum in eis non possint.

3 Concl. In corruptio spiritus, in Angelis meretur præmium essentiale.

4. Concl. Actus per quos Angeli nos docent, pertinent ad gloriam, & communem statum eorum, & ideo non merentur aureolam.

Art. 10. Vtrum aureola etiam corpori debeatur.

1. Concl. Aureola proprie est in mente.

1. Animæ beatæ habent modo aureolam & non corpora. Ergo.

2. Omne meritum est ab anima. Ergo totum præmium est in anima.

3. Quia est gaudium de operibus illis quibus aureola debetur. Ergo.

2. Concl. Aureola per quandam redundantiam refulget etiam in corpore.

Quæ sicut ex gaudio essentialis præmij redundat in corpus quidam decor, qui est gloria corporis: ita ex gaudio aureolæ refulgat aliquid in corpus.

3 Concl. Decor cicatricum, quæ in corpore martyrum apparebunt, non potest dici aureola.

Quia aliqui martyres aureolam habebunt, in quibus cicatrices non erunt, vt qui sunt submersi, vel famis media interempti. Vnde patet ad obiecta.

Art. 11. Vtrum conuenienter assignentur tres aureolæ, virginum, martyrum & prædicatorum.

1. Concl. Conuenienter assignantur tres aureolæ, virginum martyrum & prædicatorum.

Quia tres sunt tantum priuilegiatæ victoriæ in tribus pugnis. Aut enim est victoria contra delectationes venereas, & sic aureola, quæ debetur virginibus: vel contra mundum, cum quis passus mortes persecutionum usque ad mortem, & sic aureola martyrum: vel est victoria contra diabolum, cum non solum a se, sed etiam a cordibus aliorum remouendo, & sic aureola quæ doctoribus, & prædicatoribus.

2 Concl. Alij distinguunt tres aureolas secundum tres animæ vires: rationali, cuius actus est veritatem fidei alijs diffundere, accommodant aureolã doctoris: irascibili cuius est mortem propter Christum superare aureolam martyrum: concupiscibili, cuius actus est a delectabilibus carnis abstinere aureolam virginum.

3 Concl. Alij distinguunt secundã ea quibus Christo nobilissime cõformamur: s. secundũ quod fuit doctor, virgo & martyr.

† 4 Concl. In actu iustitiæ non attenditur aliqua pugna, sicut in actu continentiæ & fortitudinis, &c. ideo non respondet aureola.

5 Conncl. Et si paupertas sit opus perfectionis: non tamen tenet aliquem supremum locum in aliqua pugna: ideo ei non debetur aureola: sed iudiciaria potestas ratione humiliationis: vnde patet ad tertium, & quartum.

6 Concl. Etiam scribentibus sacram doctrinam debetur aureola: sed non distinguitur ab aureola doctorum.

Art. 12. Vtrum aureola virginum sit potissima inter alias.

1 Concl. Præeminentia aureolæ potest attendi, vel ex parte pugnæ, vt sit potior, quæ potiori pugnæ debetur, vel ex parte eorum de quibus est pugna similiter comparatio potest fieri, vel simpliciter, vel secundum quid.

2 Concl. Simpliciter loquendo aureola martyrum inter omnes est potior.

Aureola secundum propriam rationem respicit victoriam & repugnam ex qua parte sumitur præeminentia magis essentialis aureolæ. Sed in martyrio est maior pugna, quia est fortior secundum se, & magis assurgens. Ergo.

2. Ex gloss. quæ hoc docet: & ecclesia in commemoratione sanctorum martyres doctoribus, & virginibus præordinat. In c. 5 Mat.

3 Concl. Secundũ quid ratione pugnæ aureola virginum est potior: quatenus pugna est diuturnior, & magis imminet è vicino.

4 Concl. Aureola doctorum est potior quantum ad ea, de quibus est pugna quia versatur circa ea intelligibilia: alio vero pugnæ circa sensibiles passiones vnde patet ad obiecta.

Art.

Art. 13. Vtrum vnus alio aureolam excellentias habeat.

Vnus habet aureolam excellentius alio.

1. *Aureola ſupponitur aurea. At aurea eſt intenſior in vno quam in alio Ergo & aureola.*

2. *Præmia diuerſificãtur ſecũdum quod diuerſificãtur merita: at meritũ aureolæ poteſt eſſe maius & minus. Ergo & aureola maior, & minor.*

Cum intenſio meriti poſſit eſſe vel ex parte radicis, id eſt caritatis, vel, parte operis intenſioni ex parte radicis reſpondet ex aurea: intenſioni vero ex genere actus reſpondeat aureola; vnde fieri poteſt, vt quis minus meretur in martyrio quantum ad præmium eſſentiale, & magis quo ad aureolam.

Merita quibus debetur aureola non attingunt ad terminum perfectionis ſimpliciter, ſed in ſpecie, & ideo poſſunt extendi, & remitti.

Vna virginitas dicitur maioralia, propter maiorem receſſum à contrario, quia ſcilicet magis occaſiones corruptionis vitat.

Quæſtio 97. De pœna damnatorum.

Artic. 1. Vtrum damnati in inferno ſola pœna ignis affligantur.

DAmnati in inferno, non ſola ignis pœna, ſed multipliciter. & ex multis affligẽtur.

1. *Ignis, ſulfur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum, ait Dauid: & Iob ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium: In vltima mundi purgatione quicquid in elementis erit purum, & nobile remanebit ſuperius ad gloriam beatorum.*

2. *Ex Baſ. quicquid vero erit ignobile & faculentum in infernum proijcietur ad pœnam damnatorum ſecundum illud, pugnabit cum illo orbis terra, contra inſenſatos.*

3. *Conuenit diuina iuſtitia, vt à Deo recedentes in multis reb. ſanis finem ſuum conſtituerunt, multiplicetur & à multis puniantur.*

Sub nomine ignis, apud Mat. Omnis afflictio includitur.

Pœna purgatorij non eſt affligendum; ſed ad purgandum; ideo ſit tantum per ignem, qui maxime purgatiuus eſt, non ſic pœna dãnatorum.

Damnati tranſibunt ex vehementiſſimo calore ad vehementiſſimum frigus ſine hoc, quod in eis ſit aliquod refrigerium.

Art. 2. Vtrum vermis damnatorum ſit corporalis.

Vermis damnatorum eſt ſpiritualis ſ. conſcientiæ remorſus; qui dicitur vermis, inquantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit.

1. *Ex Aug. qui ait ignem proprie ad corpus, & vermem ad animam tropice referri.*

2. *In die iudicij, mundo innouato, non remanebit aliquod animal, aut corpus miſtum, niſi corpus humanum quia alia corpora non habent ordinem ad incorruptionem, Ergo vermis non erit corporalis ſed ſpiritualis.*

Ipſæ animæ damnatorum dicuntur carnes.

Quæ carnis fuerunt ſubtilia; & ſit intelligitur illud, Dabit ignem, & vermes in carnes eorum; & illud, Vindicta carnis &c.

Aug. non aſſerit ſimpliciter vermem eſſe corporalem ſed loquitur ſecũdum quandam comparationem ad alias ſententias.

Art. 3. Vtrum fletus, qui erit in damnatis ſit corporalis.

Fletus corporalis, in quantum dicit quandam reſolutionem lacrymarum, in damnatis eſſe non poteſt.

1. *Cum nihil humidi per cibum reſtaneretur, ſi perpetuo fieret iſta reſolutio lacrymarum conſumerentur, quod eſſe non poteſt.*

2. *Oporteret dari generationem illius humoris qui per lacrymas diſtillaret. At poſt iudicij diem, quieſcente motu primi mobilis, non poteſt eſſe generatio, neque corruptio, Ergo.*

Corporalis fletus, prout eſt quædam cõmotio, & turbatio capitis, & oculorum eſſe poterit in damnatis.

Quia non ſolum ab exterioris affligentur, ſed etiam ab interioris, prout corpus immutatur ad paſſionem animæ: & hic fletus reſpondet delectationi culpæ. Vnde patet ad obiecta.

Artic. 4. Vtrum damnati ſint in tenebris corporalibus.

Diſpoſitio inferni debet eſſe talis, quæ maxime miſeriæ damnatorum competat: vnde ibi erunt lux & tenebræ, prout ad miſeriam pertinent.

Viſo ſecundum ſe eſt delectabilis ſed per accidens eſt afflictiua, prout videntur nociua: & quæ voluntati repugnant.

Locus inferni ita debet eſſe diſpoſitus ſecũdum lucẽ & tenebras: vt nihil ibi perſpicue videatur, ſed ſub quadam vmbroſitate videãtur ea, q̃ afflictionẽ cordis ingerere poſſunt

Vnde

1. Concl.

lib. 20. de ciuit.

† 2. Concl. Iudith 16. Eccle. 6.

3. Concl. lib. 20. d: ciuit. c. 6,

1. Concl.

2. Concl.

1. Concl.

2. Concl. Ariſt. 1. met. c. 1.

3. Concl.

4. Concl. Vnde simpliciter loquendo, locus est tenebrosus

lib. 9. mor. c. 46. in Psal. 26. Si ignis ille lucē haberet ait Greg. in tenebras exteriores, nequaquam mitti dicerētur tur: & Bas. ait, quod claritas separabitur ab igne, & cedet ingaudium beatorum.

5. Concl. Sed ex diuina dispositione est ibi aliquod luminis, quantum sufficit ad videndū, quæ animā torquere possint, Et ad hoc satis est naturalis situs loci: quia in terræ medio: vbi infernus ponitur nō pōt esse nisi ignis fæculētus, turbidus, & quasi fumosus. Quidam harum tenebrarum causam assignant ex commassatione corporum damnatorum, quæ præ multitudine ita replebunt inferni locum, quod nihil ibi de aere manebit: & sic non erit ibi subiectum lucis & tenebræ, nisi damnatorum oculi, qui erunt obtenebrati. Vnde patet ad obiecta.

Art. 5. Vtrum ignis inferni sit corporalis

1. Concl. Auicen. Quidam negantes resurrectionem solius animæ pœnas post mortem esse crediderunt, & quia incongruum putarunt animas puniri à corpore, quod dicitur de corporali animarum pœna metaphorice dici putarunt: sicuti nec animarum bonarum delectatio corporalis erit Dicunt ergo animas tristari, quod separabuntur à fine suo, cuius eis ineſt naturale desiderium Sed cum pœna damnatorum non solum consistat in pœna damni quæ respondet auersioni, sed etiam in pœna sensus quę respondet conuersioni, in his modus punitionis non est sufficiens.

2. Concl. Alij dixerūt pati nō p corpora, sed per corporum similitudines: sicut quis patitur in somnijs per similitudines in mente existentes. Sed hoc videtur inconueniens, quia imaginatio est potentia, quæ organo corporali vtitur Nec est verū, quod Auic. ait ea vti quasi pro organo aliqua parte corporis cœlestis.

Quia anima vtitur determinatio organo corporali sicut ars determinatis instrumētis & ita non potest transire de corpore in corpus.

3. Concl. Quicquid sit de igne, qui cruciabit animas ignis quo cruciabitur corpus erit corporeus.

1. Ex Greg. qui de hoc ait non esse ambigendum: idem patet ex Aug.

lib. 4. dial. cap. 29. & 34. 5. *2. Quia, vt Sapiens ait, Totus mundus pugnabit contra insensatos, ergo etiam pœna corporalis, &c.*

3. Quia corpori non potest aptari nisi pœna corporalis.

† 4. Concl. de fid. orth. lib. 14. c. 2. Dam non negat, quod ignis inferni non sit materialis, sed ait quod non erit materialis qualis est ignis, qui est apud nos: quibusdam proprietatibus distinguuntur.

Dictum Aug. quod non existimet locum ad quem deferuntur animæ post mortem esse corporalem pōt sic accipi vt locus ideo nō dicatur corporeus, quia ibi animæ corporaliter non existunt: vel loquitur opinando. 5. Concl. lib. 2 super. Gen. ad lit. 6. Concl.

† Licet ignis secundum propriam virtutem non hēat quod aliquid cruciet secūdum magis & minus, habet tamen hoc vt est instrumentum diuinæ iustitiæ, & eius actus modificatur ex ordine diuinæ iustitię.

Artic. 6. Vtrum ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro.

1. Concl. Quoniā ignis est maxime virtutis in agendo inter alia elementa, ideo habet alia corpora pro materia: & ita inuenitur vel in propria vel in aliena materia siue terrestri, vt in carbone siue aerea vt in flamma

2 Concl. Vbicunque autem reperiatur, est eiusdem speciei, quantum ad naturam ignis: potest tamē esse diuersitas ex parte materię vt flammæ carbonis, & ferri igniti: nec refert ex qua causa siue naturalis siue violenta, &c. materia sit ignita.

3. Concl. Lib. 1. To. pos. c. 6. Vnde manifestum est, quod ignis inferni est eiusdem speciei cū igne qui est apud nos.

1 Quia, vt ait Arist. Omnis aqua omni aquæ est eidem specie. Ergo omnis ignis.

2. Per quæ quis peccat puniturSed homines peccant per res sensibiles. Ergo &c.

4. Concl. In qua materia ignis ille sit futurus, est nobis ignotum secundum quam potest dici differre à nostro, secundum quam habet aliquos proprietates differentes: à nostro: vt quod successione non indigeat nec lignis nutriatur quæ proprietates non ostendunt diuersitatem speciei in specie quārum ad id quod pertinet ad naturam ignis.

† 5. Concl. Lib. 20 de ciu. c. 16. 6. Concl. Aug. loquitur quantum ad id quod est materiale, in igne illo non autem quantum ad ignis naturam.

Quod ignis ille, non indigeat lignis, vel quia in propria materia existit vel in aliqua non p violentiam, sed per naturā à principio intrinseco; non sequitur quod sit alterius naturæ.

7. Concl. Vt corpora damnatorum quando erunt incorruptibilia, erunt eiusdem speciei, cuius modo sunt, cum sint corruptibilia: similiter dicas de igne nostro, & de igne inferni.

8 Concl. Quod ignis inferni non luceat non est sufficiens argumentum, ad probandum non esse eiusdem speciei

Quia etiam ignis qui apud nos est existens in materia opaca non lucet.

Damnati secundum deliberatam rationem possunt præeligere potius non esse quam esse.

1. Quia, vt ait ille in hoc respectu eorum mori, & non esse, abominabilius fuerunt illud bonum erat existimare non posse esse &c.

2. Hæc in ipsa Mali natura est non esse, quam male esse.

3. Ad vitandam miseriam huius mundi appetibile est hominibus mors: Ergo multo fortius damnatis appetibile erit non esse.

Aug. est intelligendus quod non esse, per se non sit eligibile: nihil tamen prohibet, quin sit eligibile per accidens, vt est miseriæ terminus: idem dicas ad secundum

Licet non esse sit maximum malum: tamen esse valde bonum prout priuat miseria.

Art. 4. Vtrum damnati in inferno, velint alios esse damnatos, qui non sunt damnati.

Damnati in inferno vellent omnes bonos esse damnatos.

1 Ex Gen. qua est solatium est malorum socios habere pœnarum.

2 In eis maxime regnat inuidia. Ergo.

3 Sicut in sanctis est perfectissima caritas sic in damnatis perfectissimum odium. Ergo sicut beati de omnibus bonis gaudebunt, sic mali de omnibus bonis dolebunt, illud, vt ideant & confundantur, &c

Deus ille petijt fratres suos à damnatione eripi, quia sciebat, quod aliqui eripiebantur: idque fecit ne sua pœna augeretur: cum sit maior damnati pœna, si propinqui omnes damnarentur & alij saluarentur: tamen maluisset fratres suos cum omnibus damnari

Damnati non seruabunt amicitiam ad eos quos inordinate dilexerunt sed in hoc voluntas remanebit peruersa quod causam inordinatæ dilectionis adhuc diligent

Licet ex multitudine damnandorum pœna singulis augeatur: tamen ex odio, & inuidia magis eligent torqueri cum multis, quam esse soli.

Art. 5. Vtrum damnati habeant Deum odio.

Affectus mouetur ex bono, vel malo apprehenso: Si Deus apprehenderetur in se vt apprehenditur à beatis, qui eum per essentiam vident non posset voluntati displicere.

Quia est ipsa bonitatis essentia.

Si Deus apprehendatur secundum suos affectus, sicut a nobis & damnatis apprehenditur, quia effectus possunt voluntati displicere, potest ratione effectuum odio haberi: vnde damnati odio habent Deum ob effectus suæ iustitiæ, quæ est pœna. Hinc fecit, illos plenos: superstitiosos, quia ad vana respiciebant semper. Vnde patet ad secundum. Deum autem in prima ratione cum dicit. Deum esse omnibus diligibilem, intelligitur de ipso vt natura, qui tamen damnatis persecutor.

Art. 6 Vtrum damnati mereantur.

Omnes concedunt nullum fore meritum vel demeritum post diem iudicij.

1 Quia dicuntur contra culpam: At peruersa voluntas in damnatis ex obstinatione non procedit, quæ est causa pœnæ. Ergo non est culpa.

2. Post resurrectionem non habebitur motus. At post diem iudicij omnes resurgent in termino. Ergo.

3. Meritum & demeritum ordinantur ad aliquod bonum, vel malum vlterius consequendum At post diem iudicij erit vltima consummatio bonorum, & malorum. Ergo. Vnde in beatis bona voluntas erit præmium, & mala voluntas in damnatis pœna tantum.

Non potest dici beatos ante diem iudicij mereri & damnatos demereri respectu præmij essentialis pœnæ principalis,

Respectu præmij accidentalis: & pœnæ secundariæ, potest dici ante diem iudicij, & beatum mereri, & damnatum demereri: & hoc præcipue in Dæmonibus, quorum pœna crescit, & in angelis, quorum gaudium augetur

Est summum malum id, ex quo contingit in damnatis, quod demereri non possint: & ideo non reportant commendum ex damnatione.

Dæmones possunt demereri eo modo quo dictum est quia ad eorum odium gentes alios ad damnationem trahere quod non competit damnatis.

Damnati excusantur à demerito: non quod necessitatem peccandi habeant: sed quia ad summum malorum peruenerunt

Art. 7. Vtrum damnati possint vti notitia, quam in hoc mundo habuerunt.

Damnati possunt vti notitia, quam in hoc mundo habuerunt vt est materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa.

1 Hinc fuit illud, recordare fili, quoniam recepisti bona in vita tua,

2 Species intelligibiles remanent in anima separata. Sed frustra remanerent si eis non operet. Ergo

3. Sicuti propter perfectam beatitudinem necesse est in beatis quod non sit materia gaudij & lætitiæ in damnatis, nihil erit quod non sit materia, & causa tristitiæ, & nihil deerit, quæ ad

Lib. 21. de ciu. c. 13.

1 *Quia peccauerunt contra bonum æternum conteminentes vitam æternam. Facinus est aut. Aug. malo digno æterno, qui in sempiternum bonum, quod esse posset æternum.*

Lib. 34. moral. c. 12.

2. *Quia in suo æterno peccauerunt. Ad magnæ iniustitiam, ait Greg. indicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac nunquam voluerunt carere peccato. Ex hoc ipso enim quod mortaliter quis peccat finem summum in creatura constituit, & quia ad finem vita tota vitam sua inordinat ad illud peccatum. Et vellet in perpetuo in peccato manere, si sibi esset immune. Idem Greg. dicit. Voluisse sine fine viuere, vt sine fine potuisset in suis iniquitatibus permanere.*

lib. 4. dial. cap. 44.

3. *Culpa est infinita ex obiecto. Ergo pœna debet esse infinita. Sed non potest esse per intensionem, quia ad hoc creatura non est capax, Ergo debet esse infinita duratione.*

4. *Quia culpa durat in æternum, Ergo pœna quoque debet esse æterna.*

†4. Concl. Pœna non debet æquari culpæ secundum quantitatem durationis, vt dictum est.

5 Concl. Maiori peccato respondebit maior pœna secundum intensionem, non secundum durationem.

6. Concl. Non est necesse, vt semper pœnæ sint ad correctionem, quando infliguntur, sed quãdo ad hoc ordinantur: & sic non sunt pœnæ damnatorum: cum eis inferantur pœnæ, vt exterminentur.

7. Concl. Etiam pœnæ damnatorum Deus vult propter aliquam vtilitatem, scil. vt sua iustitia in eis conseruetur, quæ ei est accepta propter seipsam: & vt de his electi gaudeant, dum in diuinam iustitiam contemplabuntur. & cognoscent se ea diuino auxilio euasisse.

8 Concl. Psal. 57. Licet pœna peccatoris respondeat animæ, tamen animæ infectæ respondet per se: & quia culpa est æterna, ideo & pœna.

9. Concl. Non potest esse debita pœna alicuius culpæ priuatio ipsius esse. cũ præsupponatur ad meritum, & demeritũ, qui non tollitur, vel corrumpitur per inordinationem peccati: Vnde licet quis peccet contra Deum, qui est auctor essendi, & mereatur amittere ipsum esse tamen considerata culpæ inordinatione cui respondet pœna; non debetur ei amissio esse.

Art. 2. Vtrum per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur, tam hominum, quam dæmonum.

1. Concl. Per diuinam misericordiam non terminatur pœna tam hominum, quam dæmonum.

1 Matth. 25. *Ibunt hi sc. reprobi in supplicium æternum iusti autem in vitam æternam. Sed est inconueniens, vt peccatorum vita quandoque finiatur. Ergo & reproborum.*

2. *Idem est hominibus mors, quod Angelis est casus, ex Damas. Sed Angeli post casum sunt irreparabiles facti. Ergo & homines post mortem.*

3. *Omnis dæmonis sunt obstinati in malitia vt a bonum immutabiliter finaliter decidentes. Ergo sunt in æternum puniendi; & si errarent, qui dicunt homines quandoque liberandos esse pœna, non ante dæmones.*

† Concl. Gen. 6. Illud, *non permanebit spiritus meus, scilicet* indignatio *in homine quia caro.* Et intelligitur de homine secundum genus suum.

Quia ab humano genere quandoque Deus misericordiam est reuocata per Christi aduentum.

3. Concl. Sancti in hac vita orãt pro inimicis, vt cõuertantur. cum adhuc conuerti possint, quod

1. Matt. 25. *Discedite a me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo, & angelis eius.*

2. *Quia si miseria malorum angelorum quandoque finiretur, beatitudo etiam bonorum finem haberet quia sicuti boni effecti sunt beati per conuersionem ad Deum: ita mali effecti sunt miseri per auersionem à Deo: quæ est inconueniens.*

3. Apoc. 20. *Diabolus qui decipiebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris in secula seculorum hoc est in æternum. Vnde contrarium asserere est error, vt ait Aug.*

† 2. Concl. Deus quantum in se est miseretur omnibus sed quia eius misericordia sapientiæ ordine regulatur, hinc est quod ad quosdam non se extẽdit, qui se misericordiæ fecerũt indignos vt Dæmones & damnatos: vel dicas quod eis misereatur inquantum citra condignum eos punit.

lib. 21. de ciu. Sap. 11.

3. Concl. Rom. 11. Illud, *conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur*, intelligendum est de hominibus secundum statum huius vitæ: quia sc. Iudæorum & Gentilium misertus est: & distributio intelligenda est pro generibus singulorum, non autem pro singulis generum.

4. Concl. Liberatur Deum homo Illud Anſ. *non est iustum, vt Deus creaturam perire sinat* sic intelligitur, quod non conuenit, vt tota creatura id est omnes creaturæ pereant: vnde non omnes homines, nec omnes Angelos damnari conuenit: sed nihil prohibet vt aliqui ex hominibus, & ex Angelis in æternum pereant.

Art. 3. Vtrum diuina misericordia patiatur homines in æternum puniri.

1. Concl. Diuina misericordia patietur homines in æternum puniri.

lib. 2. c. 4.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google